2° H. mon. 38. Chronicon

<36611554060010

<36611554060010

Bayer. Staatsbibliothek

E, 0

V. 2162 —

Salaricum .. Ad hist. episcop. Salisburg — pag. 1086.

Hft. Mon. 38.

NOVISSIMVM CHRONICON ANTIQVI MONASTERII O. S. B. AD SANCTVM PETRVM SALISBVRGI.

Chronicon

NOVISSIMVM
CHRONICON
ANTIQVI MONASTERII
AD SANCTVM PETRVM SALISBURGI
ORDINIS SANCTI BENEDICTI.

EXHIBENS

ORDINEM CHRONOLOGICVM
EPISCOPORVM, ARCHIEPISCOPORVM & ABBATVM,

QVI

PER XII. SÆCVLA AB ANNO 582. VSQVE AD ANNVM RESPECTIVE 1782.

MONASTERIO AD SANCTVM PETRVM PRÆFVERVNT.

PRO FVTVRO ANNO SÆCVLARI DVODECIMO

EX VETVSTIS CODICIBVS, ET DOCVMENTIS, NEC NON PROBATIS AVCTORIBVS CONCINNATVM.

OPERA & STVDIO

COENOBITARVM DICTI MONASTERII AD S. PETRVM SALISBVRGI

PRÆMISSA DISQVISITIONE HISTORICO-CHRONICA

DE

ADVENTV, FVNDATIONE ET OBITV

SANCTI RVPERTI.



Klauber sc. A. V.

CVM PERMISSV SVPERIORVM.

AVGVSTÆ VINDELIC. ET OENIPONTI,

SVMPTIBVS JOSEPHI WOLFF. MDCCLXXII.

BIBLIOTECA MONASTERII

SANCTI IOSEPHI MOLFE
MAGISTRI APOSTOLICI ET OFFICIORUM


BIBLIOTECA
REGIA
MONACENSIS

SANCTI KALENDI

VOTIVA, LAUDATIONE ET OBITU

DE

PRAENOBILI DISCIPLINORUM HISTORICO-CHRONOLOGICA

COELEBRITATUM DICTI MONASTERII AD S. PETRUM SALISBURGI

OPERA ET STUDIO

EX VETERIBUS CODICIBUS, ET DOCUMENTIS, NEC NON PROBATIS AUCTORIBUS CONCINNATUM

PRO EXACTO ANNO SECULARI DUODECIMO

MONASTERIO AD SANCTUM PETRUM PRAEFERENTE

PER XII SECULA AB ANNO 582. USQUE AD ANNUM RESPECTIVE 1782.

VOL

& VRBANUM

EPISCOPORUM, ARCHIEPISCOPORUM

ORDINEM CHRONOLOGICUM

EXHIBENS

ORDINIS SANCTI BENEDICTI

AD SANCTUM PETRUM SALISBURGI

ANTEHAC MONASTERII

CHRONICON

NOVISSIMUM

CELSISSIMO ET REVERENDISSIMO

DOMINO, DOMINO

SIGISMVNDO CHRISTOPHORO

EX

ILLVSTRISSIMA & ANTIQVISSIMA PROSAPIA

S. R. I. COMITVM

de SCHRATTENBACH

ARCHIEPISCOPO

S. R. I. PRINCIPI SALISBVRGENSI

S. SEDIS APOSTOLICÆ LEGATO NATO

GERMANIÆ PRIMATI

DOMINO, DOMINO

PRINCIPI,

ORDINARIO METROPOLITÆ

ET

PROTECTORI CLEMENTISSIMO

&c. &c.

ЕЕ ЕЕ

ЬВОЛЕСЛОЖІ СГЕВІЕЛІZZІVІО

ЕЕ

ОКВІЛУКІО ЛІЕЛЬОЬОГІЛЄ

ЬКІЄІЬІ

DОЛІЛО DОЛІЛО

ЕЛЛЕЛЛЕЛЛЕЛЛЕ ЕЛЛІЛЛІ

S' SUOIS VIGORIBVS EXCVLO VVLO

S' P' I' PKLNCIPI SVLLSBVRGENSI

ЛЛСНІЕЬІSСОЬО

ab SCHRAVLLENBVRCH

S' R' I' COMITI

ILLVSTRISSIMO ⁊ VALIOKISSIMO ЬКОSVLU

ET

CHRISTOPHORO

SICISMVNDO

DOMINO DOMINO

CELSISSIMO ET REVERENDISSIMO

BIBLIOTHECA

VIROS GLORIOSOS ob ampliſſima tam in Superos, quam in Rempublicam merita condignis laudum præconiis glorificandos, & quaſi feſtiva pyramidum ſerie condecorandos eſſe, jam dudum ex antiquo fœdere ipſius ſacræ paginæ effato nunquam ſatis venerando edocti novimus.

Poſtquam enim ille Sapientiſſimus, a ſupremo Numine inſpiratus Syracides ſublimem philoſophiæ moralis, ſeu actionum humanarum ſcientiam, nec non ſpecialia de ſingulis, quæ mores hominum commendant, virtutibus præcepta tradidiſſet, demum in fine libri præſtantiſſima infinitæ Dei Majeſtatis opera, ac virorum præ aliis illuſtrium celebranda eſſe merita,

tam verbis monuit, quam ſuis ipſe pariter erudivit exemplis: *Laudemus*, ait ille de viris ſua ætate in rempublicam bene meritis (a), *Laudemus viros glorioſos*, & *parentes noſtros in generatione ſua*, *multam gloriam fecit Dominus* in eis, ut in textu græco exprimitur, *magnificentia ſua a ſæculo.* Sic hortatus eſt *verbis* parentum filios, & filiorum nepotes, poſteros pariter omnes, ut nulla eos unquam ſubeat oblivio eorum omnium, quæ Parentes, & Majores, ſive naturalis, ſive ſpiritualis vitæ, & ſplendidæ virtutis fuerint progenitores, glorioſa, & bona in diebus ſuis operati fuiſſent. Quod autem prius docuerat verbis, *exemplis* & ipſe firmavit; laudat enim eos, qui multis ante eum annorum periodis vixerunt, narratque de illis, quod fuerint *homines magni*, *ac divites in virtute* (b), *dominantes in poteſtatibus*, *imperantes* illius temporis *populo* in prudentia, *nunciantes ſanctiſſima verba*, *pulchritudinis*, atque decoris in cultu divino *ſtudium habentes*, qui propterea *omnes in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt*, & non tantum *in diebus ſuis*, ſed & in noſtris, & futuris adhuc ſæculis habendi *in laudibus.*

Neminem tamen eorum, qui præceſſerunt in ſæculis, tam copioſis cumulare elogiis, tam præclaris exornare præconiis, & quaſi ad ſolem usque evehere videtur hic idem eccleſiaſticus, quam ſuæ ætatis decus inclytum, SACERDOTEM, quem ipſe vocat MAGNVM, SIMONEM ONIÆ FILIVM, Judaicæ gentis eo tempore Pontificem celebratiſſimum (c). Licet autem hunc in ordine libri prædicet ultimum, quia præcedentibus poſterior annis in mundo floruit, eidem tamen præ aliis laudes tribuit primas, quin immo omnia encomia, quæ in heroës antecedentes nonniſi quaſi per rivos diviſit, in hunc, velut alveo pleno effundere, facta illorum glorioſa, quaſi flumina, in iſto tanquam Oceano colligere, libro ſuo cum laude Ipſius coronidem imponere, immo opus ipſum in fine eidem inſcribere, dedicare, & conſecrare velle videtur.

CEL-

(a) Eccli. XLIV. ℣. 1. & 2. (b) Ibid. ℣. 3. & ſeqq. (c) Ibid. L. ℣. 1.

CELSISSIME PRINCEPS! Eadem, quæ olim Eccleſiaſtico fuerat intentio in ſuo volumine, etiam noſtra fuit in conſcribendo hoc noviſſimo antiqui monaſterii noſtri Chronico, eadem, inquam, plane mens cum Illo, dum videlicet poſt operis quidem noſtri finem, attamen in capite illius hunc ipſum, quem ſpectas, librum, CELSITVDINI TVÆ, utpote PRINCIPI, ORDINARIO, METROPOLITÆ noſtro Clementiſſimo, vere SACERDOTI MAGNO, & quidem proxime, (quod in hac Salipolitana Metropoli non eſt auditum a ſæculis) JVBILÆO offerre, dedicare, & conſecrare, atque ut eundem protectionis TVÆ clypeo ſemper præmunias, humillimis precibus inſtare confidenter præſumimus.

Præprimis equidem, uti debemus, ita etiam deſideramus glorificare DEVM T. O. M., qui per Patres noſtros, & majores, quorum veſtigia ſequi cupimus, multam gloriam fecit in nobis immenſa ſua beneficentia per duodecim jam ferme ſæcula. Deus enim, qui Pater eſt miſericordiarum, miſit a principio Patribus, ac Majoribus noſtris, nec non Provinciæ huic univerſæ SACERDOTEM MAGNVM, divum RVPERTVM Wormatienſem Pontificem, qui annunciavit nobis ſanctiſſima veræ fidei verba, prædicans ſacra Evangelii Chriſti documenta, & bene vivendi, morumque præcepta ſaluberrima. Quamvis autem S. RVPERTVS Pater, & Fundator noſter major ſit omni laude noſtra, attamen præter hunc primum Salisburgenſium Epiſcopum, Abbatem, & Fundatorem noſtrum cum eodem Syracide non minus glorificare volumus & alios *viros glorioſos*, qui potiſſimum fuere *homines magni*, *ac divites in virtute*, decoris pro domo Dei *ſtudium habentes*, *prudentia ſua præditi*, & tales, quos ad exemplum filii Syrach laudari poſſe merito exiſtimamus.

Dum vero TIBI noſtrorum temporum SACERDOTI MAGNO hunc librum hiſtorico-chronicum pro futura JVBILÆI SACERDOTII ſolemnitate, quam cum omni populo Salisburgenſi avide præſtolamur, in ſignum lætitiæ cordis noſtri offerimus, & dedicamus, ſimul in TE redivivum illum

SIMONEM PONTIFICEM, quem prædicavit filius Syrach, non ſolummodo admiramur, verum etiam mediante præſenti epiſtola dedicatoria illud omne, quod nos præſentes quotidie in TE laudandum venerabundi ſuſpicimus, ad exemplum Eccleſiaſtici, quamvis impari menſura, poſteritati noſtræ annunciamus.

Altum tenet ſilentium filius Syrach* de celebri absque dubio SIMONIS Pontificis atavorum progenie, unico tantum laudans nomine paternum ejusdem ſanguinem, *Simon Oniæ filius.* Interim tacet avum ejus *Jaddum*, celebrem apud Judæos Pontificem, qui quondam Alexandro græcorum Regi magno animo obviam factus, dum hic Judaico populo mala minitabatur, eundem prudenti ſua eloquentia mitigaſſe perhibetur (d). Tacet pariter de Patre Simonis *Onia*, quod & hic pro ſummis, quibus pollebat meritis, ſummo apud populum Judaicum Pontificatu reſplenduerit; ſilet *Eleazarum* Simonis fratrem, *Manaſſen* ejus Patruum ſummos pariter fuiſſe Pontifices; quæ & alia aviti ſanguinis decora ſacer *Simonis* encomiaſtes tacet.

PRINCEPS CELSISSIME! dum Ipſusmet copioſam ſuppeditas laudum TVARVM ſegetem, injuriam TIBI quis inferret, qui pro TE encomia quæreret ab agnato ſtemmate, quamvis Illuſtriſſimo, & in utraque republica celebratiſſimo. Unde ſilendum nobis de TVIS Progenitoribus Illuſtriſſimis, atque per plura ſæcula in pace, & bello clariſſimis; tacemus, inquam *JOANNEM, VINCENTIVM, CHRISTOPHORVM, FELICEM, JOANNEM FRIDERICVM*, tacemus Illuſtriſſimos Comites *JOANNEM BALTHASARVM* Avum, & *OTTONEM HENRICVM* Patrem, utrumque in aulis Imperatorum præclariſſimis conſpicuum dignitatibus; nulla nobis mentio de Patruis TVIS *RVDOLPHO FRIDERICO, GANDOLPHO WILHELMO*, & *MAXIMILIANO* Conſiliariis Auguſtiſſimorum Cæſarum intimis. De Eminentiſſimo *WOLFGANGO HANNIBALE* Canonico, & Decano Metropolitici Capituli Salisburgenſis, exin Epiſcopo Seccovienſi, & Olomucenſi, demum purpurato S. R. E.

(d) Joſephus Lib. XI. Antiquit. in fin. & Lib. XIII. Cap. ult., Tyrinnus in Chronic.

S.R.E. titulo S. Marcelli Cardinale; de alio Patruo *TVO ERNESTO* humili quondam, quia ipſe voluit, Ordinis S. P. Noſtri Benedicti religioſo, in inclyto monaſterio ad S. Paulum in Carinthia primitus profeſſo, qui ob eximias virtutes, zelum præcipue ſingularem in liberandis Conſtantinopoli Turcarum e captivitate chriſtiano-catholicis digniſſimus inventus eſt, ut in celebri cœnobio Benedictino montis Serrati Neo-pragæ ab Ipſomet Auguſtiſſimo Imperatore CAROLO VI. non tantum Abbas, verum etiam plurium in Bohemia monaſteriorum Viſitator denunciaretur (e), in quo munere conſtitutus, ut præter devotos, etiam doctos foveret monachos, amore ſcientiarum concreditum ſibi monaſterium etiam hujati Univerſitati Salisburgenſi TIBI ſubjectiſſimæ, nec non unitis ad hunc finem S. Benedicti cœnobiis perdoctam confœderationem uniri expetiit (f). Silet pariter calamus noſter de alio Patruo *TVO SIGISMVNDO FELICE* quondam in hujate Capitulo Illuſtriſſimo, jam in Wolfgango Hannibale laudato, non tantum Canonico, ſed etiam Decano meritiſſimo, poſtea Labacenſi Epiſcopo; ſilet de germanis fratribus *JOANNE RVDOLPHO* Salisburgenſis, & Olomucenſis eccleſiæ Canonico; *FRANCISCO ANTONIO* Sacræ Cæſareæ Majeſtatis conſiliario intimo, & antehac ſupremo provinciæ in Moravia Capitaneo. Denique, ut amplius recenſeamus, haud immoramur, ex ſanguine Schrattenbachiana natam eſſe Abbatiſſam, quæ ſub nomine *BENEDICTÆ* elapſo ſæculo in perilluſtri Styriæ Parthenone Göſſenſi floruit; ſilentio quaſi abſcondimus, quia & Ipſæ ſe mundo abſcondebant, quatuor Amitas illuſtriſſimas *MARIAM ANNAM*, *MARIAM ALOYSIAM*, *MARIAM THERESIAM*, & *MARIAM JOSEPHAM*, quæ ſingulæ nobiliſſimas ſanguinis, corporis, & animi dotes ſacro ſub velamine monaſtico teneris adhuc annis occultabant, ſe ipſas, & cunctas ſæculi ſpes divino animarum ſponſo in perpetuum offerentes.

Unde hæc & plura alia agnati ſanguinis decora cultiori, uti deceret, verborum panegyri ſtudioſe reticentes, in TE uno, PRINCEPS CLE-

(e) Lexic. Univerſ. Litt. S. pag. 1275. (f) Ex actis Archiv. Univerſ. Salisburg.

MENTISSIME! veneramur Illuſtriſſimæ familiæ ſplendidiſſimum Solem, utpote Archiepiſcopum tam amplæ diæceſis Celſiſſimum, Germaniæ Primatem, ſedis apoſtolicæ Legatum natum, & S. R. I. Principem reliquos inter eccleſiaſticos in publicis comitiis nulli ſecundum: veneramur in TE Simonem Pontificem ab Eccleſiaſtico laudatum; ſicut enim ille, ut legit textus Syriacus (g) *erat major fratrum ſuorum, & corona populi ſui*, ita talem in TE veneramur Principem, qui inter illuſtriſſimos comites fratres TVOS eras natu major, & primogenitus, ac vel ideo hæres omnium bonorum, divinæ tamen præventus dulcedine benedictionis paternas opes ampliſſimas, cerasque majorum antiquiſſimas heroica ſane virtute dimittens, nonniſi in ſortem, ac hæreditatem Domini adſcribi voluiſti, jam ante ab eodem Numine electus, ut fieres cum tempore SACERDOS MAGNVS, & CORONA non ſolum populi TVI, nobiliſſimæ familiæ TVÆ, ſed & totius Juvavienſis Principatus, & Archidiæceſeos ampliſſimæ, quin & amplius quidquam affirmare audemus, ſingulare decus univerſæ eccleſiæ, qui SIMONEM Illum in lege antiqua glorioſum Pontificem non æmulari tantum moderno legis gratiæ tempore, ſed quam longiſſime antecellere videris.

Erat Simon filius Oniæ, teſtante ſæpius citato Syracide *Sacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroboravit templum;* fulcrum erat templi, & columna firmiſſima veteris Judæorum Synagogæ, qui ſolus in diebus ſuis ejusdem curam habuit præcipuam, eapropter unus reliquos inter ſui ævi Sacerdotes, & Pontifices laudatus *Sacerdos magnus*, quia præ aliis in cura, & ſollicitudine pro templo ſemper eminuit.

Tam ſollicitum profecto Pontificem, tam vigilantem pro univerſa eccleſia Archiepiſcopum in TE ſe habere gloriantur non tantum Clerus, & populus, indigenæ, & ſubditi TVI, ſed & in exteris regionibus longe remoti, & quod multo majus eſt, ipſi etiam, quos penes TE poſuit Spiritus ſanctus regere eccleſiam Dei, digniſſimi omnium honore epiſcopi, & animarum paſtores zeloſiſſimi, qui in TE venerabundi ſuſpiciunt genuinum, ac vivum, quod

(g) Cornel. a Lapid. in Cap. L. Eccli.

quod imitentur, curæ, & apoſtolicæ ſollicitudinis exemplum. Quis enim illorum, ac ſingulariter omnium noſtrum neſcit, quam ardens in corde TVO pro animarum TIBI a divino Paſtore creditarum ſempiterna felicitate ſedeat zelus, ut tales paſcendo gregi conſtituantur miniſtri, quorum præcipua pietas, eximia doctrina, ſingularis in rebus agendis providentia, atque eminens in docendo juvenes, & adhortando adultos fervor multis jam antea argumentis probata ſunt? quem latent paterna conſilia, gratioſa monita, & diſtricta imperia ad illos, qui in tota hac ampliſſima diœceſi TIBI ſubordinati in agro Domini laborant, ut vigilent, ne ſuperſeminet inimicus zizania in medio tritici, aut pretioſæ animæ in fide, & charitate langueant, ut dociles verbo opportune doceant, duros, & obſtinatos increpando importune arguant, ovibus ſuis exemplo efficaciter præluceant, pro omnibus apud Deum oratione inſtare non deſiſtant. Quis ignorat junctam huic vigilantiæ præcelſam animi fortitudinem, qua ſuſtentas, & pro viribus corroboras templum Dei, dum ſacra ſanctæ eccleſiæ Chriſti, ac miniſtrorum ejus jura ſemper tam imperterrito protegis pectore, ut eapropter alii digniſſimi TEcum epiſcopi TE tanquam fortem jurium eccleſiæ defenſorem omni æſtimatione ſuſpiciant, in TE ſecure confidant, auxilium non minus, quam conſilium requirant, probe gnari, quod TVAM pro eccleſia ſollicitudinem, & zelum Ipſi ſupremi in terris paſtores, tres ſibi ſuccedentes Romani Pontifices magnis encomiis extollere, & quaſi aliorum imitationi proponere non dubitarint. Verbo: *Sacerdos magnus* es, Simoni Pontifici per omnia ſimilis, *qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroboravit templum.*

* *

Verum plura ſunt, quæ TE *Simoni Pontifici* æqualem reddunt, cujus laus eſt in Eccleſiaſtico, quod non tantum templi, verum etiam populi ſibi commiſſi habuerit curam, *qui curavit gentem ſuam, & liberavit eam a perditione* (h). Pontificis ſiquidem ampla, & propria cura ſit, ait probatus quidam in hunc ſcripturæ locum interpres (i), ne populus ſibi creditus in

(h) Ibid. Cap. L. v. 4. (i) Cornel. a Lap. in h. l.

aliquod malum, vel periculum ſive ſpirituale, ſive corporale id ſit, incidat: Paſtor eſt quílibet epiſcopus, cujus animæ incumbit, ut oves a lupis, a fame, & ſiti, omnique malo tueatur.

Tam ſollicitum pro populo Paſtorem denuo in TE colimus CELSISSIME PRINCEPS! quid enim non agis, ne infernalis lupus tam pinguem TVÆ curæ commiſſum gregem, non dicimus, in perditionis barathrum omnino rapiat, ſed ne quidem peſtilenti afflatu ſuo noceat? hæc TIBI ſemper cura fuit, quod miſſiones catecheticas per viros fide, & zelo plenos, utriusque cleri ſacerdotes ſine intermiſſione fieri cures, jubeas, & urgeas; quod docilem teneræ juventutis ætatem ad exactas fidei regulas fervore quotidie renovato informari præcipias: hæc TIBI cura eſt, quod verbi divini præcones iteratis vicibus admonere, & ſtimulare ſoleas, ut copioſam morum doctrinam nonniſi ex puriſſimis ſacræ ſcripturæ fluentis hauriant, eamque captu facilem, & omnibus utilem foras derivare ſtudeant: hæc cura ſtimulos ſuperaddidit, quod Ipſusmet ſæpius gregem TVVM variis in locis inviſere, illumque efficaciſſimis, ne ab ejusmodi lupis diſpergi facile poſſit, remediis, ſacro præſertim confirmationis ſacramento communire gratioſe volueris, & in hodiernum usque diem, licet gravi ſenectute preſſus, ad plures, & continuas horas copioſe ad illud affluentibus impertiri digneris, ut nimirum omnes chriſtianis inſtructi armis contra omnes partis adverſæ inſultus fortiter ſtare, viriliter pugnare, & ſecure vincere valeant.

Quid dicemus de illa pro populo ſollicitudine, qua eundem pro viribus ab omni malorum temporalium incurſu defendere, a fame, & reliquis corporum calamitatibus præſervare indefeſſo conatu laboras? vere Patrem miſericordem prædicare TE poſſumus, cui omnes ſubditorum indigentiæ, pauperum præſertim miſeriæ intimis animi viſceribus ſunt inſcriptæ; omnibus enim ſuccurrere, omnes juvare, cunctos etiam de infima plebe, de mendicorum ſorte clementiſſime audire, & exaudire in deliciis numeras, deſpicis nullum, abigis neminem, ad omnes TE demittis, quaſi unus ex illis. Grato teſti-

monio

monio id, quod dicimus, teſtabitur illuſtris ex avita progenie utriusque ſexus tenera juventus, in bonis fortunæ immitem quaſi novercam habens, cui pro nobilitate ſanguinis congruenter informandæ, & educandæ duorum eccleſiaſticorum beneficiorum non vulgares reditus quaſi proprii ſunt deſtinati. Teſtentur miſericordiam TVAM non minus pupilli, & orphani, qui pro TE Mæcenate, ac Patre ſuo in terris Patrem omnium noſtrum in cœlis inclamant. Teſtentur idipſum pauperes adulti cujuscunque ſexus, ætatis, & conditionis, quibus ærarium TVVM in afflictionibus, & neceſſitatibus quaſi patens gazophylacium proſtat apertum. Sed hæc, & quamplurima alia clementiſſimæ munificentiæ TVÆ religioſo nos involvere jubes ſilentio, dum neminem in manifeſto, & ne quidem ſiniſtram TVAM ſcire permittas, quid in abſcondito faciat liberalis dextera TVA.

Paucis autem prædicando *miſericordiam* TVAM neque curam *juſtitiæ*, quam ſingulis absque discrimine ad amuſſim adminiſtratam deſideras, penitus præterire volumus; hæc enim juſtitiæ virtus eſt TIBI poſt illam miſericordiæ quaſi altera baſis, cui ſub ter auſpicato regimine TVO ſalus reipublicæ univerſim, & civium ſubditorumque cœterorum ſingillatim innititur. Amor patriæ, & incolumitas populi a ſupremo Principe TIBI commiſſi perſuaſit, ut ſub primis Principatus TVI auſpiciis elegeris ſymbolum TVO jam antea præcelſo cordi profunde inſculptum *cuique ſuum.* Cura indefeſſa pro bono civium, ſollicitudo ſemper intenſa pro ſalute, ac proſperitate ſubditorum etiam inclytis dicaſteriis TVIS, & tribunalibus præcipit, ut in ferendis ſententiis hæc norma obſervetur exactiſſime adimplendo, *cuique ſuum.* Hoc ipſum juſtitiæ cuivis rite adminiſtrandæ ſtudium, cum dies non ſufficiat, etiam mediam in noctem TE vigilem retinet; haud infrequenter enim nocturnis horis reſidua vel in judiciis acta, vel adhuc discutienda legis, ad juris apicem examinas, ac demum juſtitiæ jungendo clementiam cauſas miſerorum miſericordiæ Numinis commendans rem totam concludis. Sic ſæpenumero uſuvenire ſolet, ut ſero veſpere lex TIBI ſit lux, & media nox in diei meridiem unice pro plebis TVÆ ſalute commigrare neceſſe habeat.

Sic nimirum curas cum *Simone magno Sacerdote* gentem TVAM, ut liberes eam a perditione tum corporis, tum animæ.

* * *

Denique concinna in *Simone Pontifice* virtutum omnium connexio ſupremam a filio Syrach laudem tulit, dum hic eidem tanquam poſtremo ſuæ ætatis Pontifici varia, eaque ſpecioſa laudum encomia adjecit; ita enim panegyrin amplius exornare pergit: *quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, quaſi luna plena, & quaſi Sol refulgens* (k).

Non aberramus a veritate, ſi TE, PRINCEPS CELSISSIME! ſtellæ matutinæ in medio nebulæ, lunæ plenæ in nocte, & Soli fulgenti in meridie ſimilem dixerimus. Inter nebulas enim plurimarum hujus temporis afflictionum, velut Lucifer matutinus ſplendidam beneficentiæ TVÆ transfundis lucem, & poſt diuturnas calamitatum tenebras gratiſſimum Solis ortum, & ſerenos ex divina benedictione dies per copioſa merita TVA, aſſiduasque ad Deum preces præſtolamur. Velut luna plena in nocte errantibus in recta virtutum ſemita exemplo TVO ſic luces, tenebras vitiorum, & perverſa impiorum dictamina ipſis virtutum actibus ſic diſpergis, ut videant, horreant, & fugiant viam, qua pergunt ad interitum, ut revertantur ad priſtinam viam mandatorum Dei, & ambulent iter rectum, quod ducit ad vitam. Tanquam Sol in meridie affulges omnibus, communicans TE bonis, ac malis, omnes igne charitatis erga Deum accendens, omnium ſaluti intentus, probos in ſua pietate fovendo, & improbos ad frugem revocando, verbo: omnibus bona, & bene facere paratus.

Verum non licet virtutes TVAS referre ſingulas, minus digne laudare, cum TVA præprimis modeſtia, & humilitas deberent offendi. Quis enim cultum præfervidum recenſeat erga ſanctos, qui quaſi ſtellæ fulgent in perpetuas æternitates? nullius enim ferme in hac metropoli vel eccleſiæ, vel religioſi Ordinis Patroni feſtum agitur, qui TE non videat præſentem, & devotum erga ſe clientem. Quis devotionem plane tenerrimam erga Illam,

quæ

(k) Eccli. L. ỳ. 6. & 7.

quæ pulchra eſt ut luna, Matrem Virginem ſatis exprimat? occulta quidem nobis, at manifeſta Ipſi Virgini, virgineæque proli manent quotidiana aſſuetæ TIBI pietatis exercitia, pridiana feſtorum omnium Ejus honori ab eccleſia ſacratorum jejunia, peregrinationes ad thaumaturga conſecrata Illi templa, quas etiam injuria aëris, aut pluviæ cœli impedire nequeunt, certe evidentia ſunt pulchræ dilectionis, & Marianæ devotionis ſpecimina, quæ præter alia ſatis indicant, quod luna hæc myſtica nullas in corde TVO patiatur umbras, ſed ſemper tota pulchra, ſemper plena reſplendeat. Notior eſt, quam ut multis demonſtrari opus ſit, non tantum in archiepiſcopali aula, ſed & in civitate, totaque provincia ardentiſſimus in Solem divinum, ſub nubibus Euchariſticis abſconditum, amor: unice in iſtum publicæ adorationi expoſitum defixi oculi, totum corpus immobile ſatis probant urentes mentis affectus, quibus anima TVA, ut olim illa ſponſæ in epithalamio, tota liquefieri conſuevit, cum ad hunc dilectum TVVM loqueris. Quid foret dicendum de oratione TVA in abſcondito, eaque ſatis prolixa? numquid illud, quod de *Simone Pontifice* ſcriptum eſt (l): *quaſi thus ardens in igne*, & in odorem ſuavitatis Deo gratum aſcendens? Deprecatio quotidiana pro peccatis populi TVI, & hoſtia placationis, quam diebus ſingulis cum profundiſſimo humilitatis, & vere ſingulari in- & externæ devotionis ſenſu pro ovibus TVIS immolare ſoles, an non *Cypreſſo in altitudinem ſe extollenti* (m) ſimilem TE faciunt, quia, cum accepiſti *ſtolam gloriæ*, ſacras altaris veſtes, ob mentis altitudinem non niſi in cœlis habitare videris, quemadmodum Cypreſſus verticem erigit altiſſime, & ſicut hæc arbor frondibus ſuis apto ordine diſpoſitis decore, & amœne veſtitur, ita & TE *in aſcenſu altaris ſancti* ad Deum pro populo TVO univerſo id efficaciter poſtulare non vane nobis perſuademus, ut *veſtiri eum* faciat *in conſummationem* omnis *virtutis*.

Porro quis decor, quæ gravitas, quis ſacer horror præſentium corda, & oculos perſtringunt, quando in pleno *ſanctitatis amictu*, & pallio archiepiſcopali circumornatus divina ſolemnia in Metropolis Baſilica peragens ſtas

Ipſe

(l) Eccli. L. ℣. 9. (m) Ibid. ℣. 11.

Ipſe juxta aram, & *circa* TE *corona fratrum* (n) plurium ſæpe Epiſcoporum, & aliorum Præſulum mitra fulgentium? qualis ſplendor, & gloria in ordinationibus clericorum, quem laborem Ipſe in propria perſona promptiſſimè ſemper ſuſcipis, dum neo-ordinati ſacerdotes TE circumſtant *quaſi nova plantatio Cedri in monte Libano* (o) quaſi novelli ſurculi a TE progerminantes, quaſi *rami palmæ* ac fructiferæ ſuo tempore arbores a TE in horto eccleſiæ plantatæ, & *quaſi filii Aaron in gloria ſua* (p), filii vel ob talem Patrem, qui ſuas illis virtutes cum ſacramenti charactere penitus impreſſas cupit, felices, ac glorioſi.

Reſtarent plura alia adhuc virtutum decora, quæ tamen modeſto potius ſilentio involvimus, quam ſterili orationis genere enarranda exiſtimamus: illud unicum minime negligendum cenſemus, quod cum *Simone Pontifice* in omnibus *juſtus* dici merearis, eo quod ille teſte Joſepho (q), & TV cum illo *Deum pie colas*, & *cives*, *omnesque ſubditos ſumma proſequaris benevolentia.*

Sed jam calamum ſiſtimus, PRINCEPS CELSISSIME! & dum virtutum TVARVM decora potius admiramur, & imitari percupimus, unice ad TE ſe convertit oratio, & petitio noſtra, ut Chronicon iſtud Celſiſſimis honoribus TVIS a nobis humillime oblatum in ſinum clementiæ, & protectionis TVÆ ſuſcipere haud dedigneris, ſicque illi ex eo, quod habere poſſit ex Patribus, & majoribus noſtris, quorum glorioſa facta laudare conati ſumus, a TE tanquam nobis feliciore *Simone*, & noſtrorum temporum *Sacerdote magno* decus, & ornamentum longe maximum accedat.

Hanc ſummam in nos gratiam, & inde redundantem per Clementiſſimum annutum TVVM in opus iſtud gloriam confidenter exſpectantes optamus, vovemus, ac ſupremum numen inſtanter obſecramus, ut Deus T. O. M. TE faciat archiepiſcopum etiam in hac terra, nova, & inter Archipræſules Salisburgenſes nondum viſa gloria ſplendeſcere: concedat TIBI

Sacer-

(n) L. c. ℣. 13. (o) Eccli. l. c. (p) Ibid. ℣. 14. (q) Joſeph. Jud. Lib. XII. Antiqq. Cap. II.

Sacerdoti magno gloriam ſacerdotii jubilæi, quam conceſſit pluribus noſtræ ætatis in germania vicinis Juvavio epiſcopis. Faveant Superi, ut videat *Salipolis* in noſtro ter felici SIGISMVNDO SCHRATTENBACHIO, quod vidit *Vindobona* in ſuo purpurato Archiepiſcopo SIGISMVNDO de COLONITSCH, quod *Patavium* in ſuo pariter purpurato Antiſtite JOSEPHO LAMBERGIO: quod *Euſtadium* in ſuo Præſule ANTONIO FREIBERGIO, quod demum noviſſime vidit, & etiamnum videt *Brixina* in ſuo Epiſcopo LEOPOLDO Comite de SPAVER Illuſtriſſimo.

Concedat hanc gratiam Deus pariter *Juvavio*, ut SIGISMVNDVS Archiepiſcopus fiat proxime *Sacerdos jubilæus*, ut *filii Aaron* (r) omnes de Clero & univerſus populus cum jubilo exclamare valeant: SIGISMVNDVS noſter *Sacerdos magnus* Simone felicior ſtans *juxta aram* (s) Jubilæus *porrexit manum ſuam in libatione, & libavit de ſanguine uvæ* (t) *manus ſuas extulit in omnem congregationem filiorum Iſraël, dare gloriam Deo* (u) & benedictionem populo ſuo, totaque eccleſia reſonabit *in tubis ductilibus* (x), quod modo optamus in principio, & repetimus in fine (y): *Sanctificabis annum quinquageſimum, ipſe enim eſt jubilæus.* Numen dicat: *Fiat*, & omnis populus dicet: *Amen, fiat, ac vivat* SIGISMVNDVS Archiepiſcopus, & Princeps noſter SACERDOS JVBILÆVS.

(r) Eccli. L. ỳ. 18. (s) Ibid. ỳ. 13. (t) l. c. ỳ. 16. (u) Eod. loc. ỳ. 22.
(x) Ibid. ỳ. 18. (y) Levit. XXV. ỳ. 10.

Damus, dedicamus, & vovemus Ipſis Calendis Maji die S. Sigismundo feſtiva anno Domini M.DCC.LXX.I. In Monaſterio ad S. Petrum Salisb. Ord. S. Bened.

Reverendiſſimæ Celſitudinis TVÆ etc. etc.

Humillimi, & ſubjectiſſimi

1. BEDA, ABBAS.

2. P. Petrus Höritzer, Prior.
3. P. Michael Kumberger, Subprior.
4. P. Joannes Baptiſta Stainhauſer, Senior.
5. P. Amandus Heller.
6. P. Joannes Evangeliſta Gutrath.
7. P. Romualdus Schallhamer.
8. P. Antonius Knoll.
9. P. Joſephus Kaltenhauſer.
10. P. Gregorius Lana.
11. P. Rupertus Gutrath.
12. P. Joachimus Strobl.
13. P. Anſelmus Hintler.
14. P. Virgilius Leopoldinger.
15. P. Blaſius Lueger.
16. P. Godefridus Ermler.
17. P. Andreas Dötz.
18. P. Vitalis Möſl.
19. P. Placidus Bernhandski.
20. P. Leopoldus Nidermayr.
21. P. Edmundus Radler.
22. P. Florianus Reichſigl.
23. P. Auguſtinus Spreitrer.
24. P. Ildephonſus Lidl.
25. P. Romanus Sedlmayr.
26. P. Modeſtus Schmetterer.
27. P. Beda Hübner.
28. P. Benedictus Ludwig.
29. P. Paulus Hitzl.
30. P. Thiemo Rauſcher.
31. P. Boniſacius Ris.
32. P. Dominicus Hagenauer.
33. P. Cœleſtinus Spatzenegger.
34. P. Ambroſius Eckhardt.
35. P. Henricus Waitzenbeck.
36. P. Hieronymus Pichler.
37. F. Marianus Kaſerer.
38. F. Corbinianus Gartner.
39. F. Gabriel Huetter, Novitius I.
40. F. Raphael Alt, Novitius II.

APPROBATIO CENSORIS.

Ut nihil utilius esse videtur, quam de Ecclesiarum Christianarum Origine, ac de Antistitum, qui eis præfuerunt, successione scribere, & certa depromere argumenta; ita nihil magis arduum, aut periculosum esse solet, quam abstrusioris Antiquitatis caliginem ingenii, ac Doctrinæ sagacitate depellere, & difficiliores, ac pene inextricabiles Historiæ tum sacræ tum profanæ nodos expedire. Hanc difficilem spartam cum Cœnobitæ Monasterii ad S. Petrum Salisburgi in adornando novissimo hoc Opere Chronico, præsertim in præmissa disquisitione non minore industria, quam felici successu susceperint; Præclarissimum istud Opus dignum censeo, quatenus ad utilitatem rei litterariæ typis in publicam lucem tanto magis prodeat, eoquod de Catholicæ Religionis veritate, de Apostolicis primorum Fundatorum laboribus, & de antiquorum Principum erga rem Christianam devotione irrefragabile testimonium, & salutaria documenta suppeditat.

Augustæ Vindelicorum die 25. *Octobris* 1771.

Josephus Herz,
SS. Theologiæ Lic. Rev. & Sereniss. Archiepisc. Trevir. & Episc. Augustani Consiliarius Ecclesiasticus, Visitator per Diœcesin Generalis, Reverend. Consistor. Assessor, ac Librorum Censor.

Imprimatur ex Vicariatu.

Joannes Herz,
SS. Theol. Licent. Reverendiss. ac Sereniss. Archiep. Trevir. & Episc. August. Consil. Eccl. Fiscalis, Visit. Gen. & Can. ad S. Gertrud. ac Provicarius Generalis.

APPROBATIO

Sacræ Facultatis Theologicæ Archiepiſcopalis Univerſitatis Salisburgenſis.

Ego infra ſcriptus legi librum, cui titulus eſt: *Noviſſimum Chronicon antiqui monaſterii O. S. B. ad S. Petrum Salisburgi.* - - - Librum a cœnobitis nomine, dignitate, & quaſi per Antonomaſiam antiquiſſimi monaſterii S. Petri Salisburgenſis ad poſterorum memoriam, doctrinam, exemplum, & cautelam æternitati deſtinatum. Librum, in quo tot Sanctorum, aliorumque illuſtrium virorum apoſtolici fructus, pietatis, religionis, ac diſciplinæ ſtudium, dignitatum culmina, muniorum eminentia, ac meritorum in utraque republica partorum præmia cuſtodiuntur. Librum, in quem omnia veterrimorum monumentorum, ac manuſcriptorum ad aſceterii hiſtoriam ſpectantium cimelia tanquam in unum gazophilacium collecta ſunt. Librum, qui res præclare geſtas ſine ambitu, aut oſtentatione, ſiniſtras ſine velo, aut invidia, palmas ſine jactantia, & vulnera absque querimonia enarrat. Librum, qui ſua ſic profert, ut aliena non contemnat, ſic propria tuetur, ut exteris non detrahat, ſic injurias temporum, ac ſortis acerbæ caſus dolet, ut neminem aculeo laceſſat, aut dente mordeat. Librum, quem incredibilis ſolertia, & adamantinæ patientiæ robur intra paucorum annorum ſpatium alia inter graviſſima tum publica, tum privata negotia parturiit. Paucis: cui, ut de omnibus bene mereri geſtit, unusquisque etiam bene velit.

Tam longe autem abeſt, ut aliquid contra ſanæ fidei dogmata, aut bonos mores in hoc ſcripto deprehenderim, quam fieri non potuit, ut ex loco, quem per duodecim ſæcula paternæ religionis zelo, virtutisque æmulatione in evangelicæ veritatis, ac probitatis emporium, & ſeminarium ſtabilitum novimus, quidpiam his adverſum prodiret.

Sic ego atteſtor, qui primus particeps effectus ſæcularis lætitiæ maxime inclyto huic aſceterio omne, quod mundo reſtat, ſæculum fortunatiſſimum, fauſtiſſimum, feliciſſimum, ac florentiſſimum apprecor, ac una ex animo voveo, ut ampliſſimum cœnobitarum illorum, quorum nomine hic liber proſtat, *Caput* per plurima adhuc ſæculi decimi tertii luſtra monaſterium iſtud ut *Pater*, *Rector*, & *Auctor* illuſtrare valeat, & amplificare.

Datum Salisburgi Prid. Non. Februarii
anno 1771.

P. Michael Lory,
Benedictinus Tegernſeenſis, SS. Theologiæ Doctor, & ejusdem in ſpeculativo-dogmaticis Profeſſor ordinarius, Celſiſſimi, ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi, & S. R. I. Principis Salisburgenſ. &c. &c. Conſiliarius eccleſiaſticus.

INDEX

INDEX & SYNOPSIS
OMNIUM ABBATUM,

Qui in episcopali, archiepiscopali, & abbatiali dignitate per XII. fæcula ab anno 582. usque ad annum 1782. monasterio ad S. Petrum intra Salisburgum Ord. S. Benedicti præfuerunt.

Quorum gesta in præsenti Chronico fusius exponuntur, præmissa introductione ad hoc Chronicon & disquisitione præliminari historico-chronica de adventu, fundatione, & obitu S. Ruperti primi Episcopi & Abbatis.

INTRODUCTIO
AD
CHRONICON.

Synopsis.

1. Antiqua & nova Dei beneficia in Salisburgenses collata non tantum vocem laudis exigunt & gratiarum actionem; 2. verum etiam modernos Petrenses cœnobitas excitant, ut non tam provinciæ historiam, quod alii dudum præstabant, 3. sed conscribendo monasterii chronicon juxta seriem Abbatum misericordiam Dei cum ipsis factam & aliis deprædicent. 4. In hunc finem præmittitur disquisitio chronologica de adventu sancti Ruperti, quamvis non plena possit determinari certitudo. 5. Aventinus enim annum adventus in Bavariam assignat jam ad annum 537; quæ tamen sententia non est verosimilis. 6. Multo minus verosimilis est computus Bollandi in notis ad vitam S. Ruperti, qui traditionem nostram integro fæculo præcedit: 7. & neque sententia media Velseri, qui cum aliis statuit adventum S. Ruperti ad annum 616. satis probari potest. 8. Longe aliter sentit Mabillonius, qui adventum S. Ruperti ad annum 696; 9. annum vero obitus in die resurrectionis ad annum 718. decernit. 10. cujus præcipua fundamenta ex Paulo Diacono & Arnolfo desumpta hic proponuntur. 11. ad quæ tamen etiam non sine fundamento primitus quidem indirecte, 12. secundo etiam directe respondetur tam ad argumentum ex Paulo Diacono, quam ex Arnolfo. 13. Quæ responsio magis confirmatur & illustratur authoritate Ludovici Schœnslebii. 14. Nemo autem magis se opponit, quam P. Hansizius, qui jam in præfatione operis quinque Episcopos eliminat. 15. Ex nullo autem fundamento eliminari posse docetur; quamvis quinque Abbates non fuerint Episcopi. 16. Quid idem auctor generaliter sentiat de adventu, fundatione, & obitu S. Ruperti, exponitur. 17. Ad quæ intercalaris datur responsio, præsertim, an, & qualem authoritatem habebat lapis sepulchralis? 18. Exponitur præcipuum Hansizii argumentum ex serie Regum Austrasiæ & Ducum Bavariæ. 19. Ad quod respondetur, & alius Regum Austrasiæ & Ducum Bavariæ ordo opponitur. 20. Secundum argumentum Hansizii eruitur de discipulis S. Ruperti a S. Virgilio in testimonium adductis. 21. Quod tamen antiquorum nemo attendit, & vel ideo nullius valoris esse dignoscitur. 22. Tertium argumentum, quod magis stringit ipsum Hansizium, desumitur ex die resurrectionis & obitu S. Ruperti. 23. Unde ad solutionem hujus difficultatis duo media, unum *de die obitus* S. Ruperti; 24. alterum *de die resurrectionis*, sed incassum tentat auctor Hansizius. 25. Ob quam difficultatem in corollariis recedit auctor, & negat, hanc esse Dominicam paschalem. 26. Quam inepte autem hoc fiat, & quam varia absurda inde sequantur, ostenditur. 27. Tandem nostra antiqua traditio de adventu & fundatione S. Ruperti, 28. nec non de anno & die ejusdem obitus exponitur 1) ex nostris Manuscriptis, 29. secundo auctoritate aliorum historicorum, qui in Chronologia merentur fidem; 30. & tertio ex antiquis auctorum & monasteriorum Bavariæ monumentis confirmatur & stabilitur. 81. Conclusio introductionis & debita scribentium protestatio.

SÆCULUM I.
Ab anno 582. usque ad annum 682.

S. RUPERTUS,
Episcopus & Abbas primus.

Ab anno 582. usque ad annum 623.

Synopsis.

1. Exponitur, quis status fuerit veteris Juvaviæ ante S. Ruperti adventum. 2. & specialiter quid acciderit in antiqua spelunca tempore S. Maximi & sociorum. 3. quod antiquum monumentum etiamnum apud nos exstat post tot fæcula. 4. S. Rupertus nascitur circa medium sæculi sexti; quæ patria & prosapia, quid de Trudberto & Erentrude? 5. Quid de episcopatu Wormatiensi S. Ruperti referant Mezgerus & Hansizius? 6. & quid verosimilius de S. Ruperto ut Episcopo Wormatiensi dici valeat? 7. Qua occasione S. Rupertus primo in Bavariam, ubi Theodonem Ducem cum suis baptizavit, 8. & in vicinia sacras ædes

ædificavit; an etiam Weltenburgium & capellam veteris Oettingæ? 9. Secundo post iter in Pannoniam & in reditu per Laureacum, 10. ad lacum in Wallersee, ubi primam ecclesiam in honorem S. Petri exstruxit. 11. & demum Salisburgum venerit? ubi sedem episcopalem & monasterium S. Petri sub regula S. Benedicti erexit. 12. Cujus ipse sanctus Rupertus fuit primus Episcopus & Abbas; an vero etiam Benedictinus? tam negative, 13. quam affirmative differitur, & libera cuilibet fides relinquitur. 14. S. Rupertus in patriam abiit pro operariis evangelicis, inde reversus cum duodecim sociis & Erentrude. 15. An, & utrum hoc tempore S. Rupertus corpus S. Amandi Salisburgum attulerit? 16. & cujus Amandi, quia fuerunt plures hujus nominis? 17. An Wormatiensis Episcopi in ordine secundi? ut nos credimus; 18. an vero Trajectensis Episcopi? cujus reliquias non S. Rupertus, sed Arno attulit, ut credit Hansizius. 19. S. Rupertus ante mortem Theodonis exstruxit ecclesiam S. Maximiliani in Pongeu, 20. & post mortem ope Theodeberti filii instituit parthenonem Nonbergensem. 21. Tandem præsciens mortem suam constituit in sede Juvaviensi successorem *Vitalem*, 22. & in die resurrectionis Dominicæ sancte obiit, primo in ecclesia ad S. Petrum sepultus, 23. inde potior & superior pars corporis S. Ruperti primo per S. Virgilium & post ipsum sæpius translata; 24. reliqua autem sancti corporis pars ad S. Petrum relicta, & a sepulchro elevata fuit, quæ reliquiæ, 25. usque nunc publicæ veneration i sunt expositæ, & S. Ruperti sepulchrum a fidelibus devotis constanter visitatur.

S. VITALIS,
Episcopus & Abbas II.
Ab anno 623. usque ad annum 646.

Synopsis.

1. Plures graves auctores scripserunt de S. Vitale Episcopo & Abbate nostro. 2. de cujus tamen patria, & quando venerit ad S. Rupertum, certo nihil constat. 3. fuit tamen non tantum verus discipulus & socius laborum S. Ruperti: 4. & quidem non ut clericus sæcularis, sed ut monachus benedictinus; 5. verum etiam ab ipsomet constitutus successor. 6. non tertius, sed secundus & verus Episcopus consecratus. 7. nec non secundus, non autem primus Abbas ad S. Petrum. 8. Quis sanctus Vitalis fuerit in regimine episcopali & abbatiali. 9. An jam miracula patraverit in vita, & an aliquos ad vitam converterit? 10. nec non, qualiter & quo anno mortuus fuerit S. Vitalis, inquiritur. 11. Ejus sepulchrum etiamnum exstat, cujus forma antiquissima, 12. uti & minus antiqua cum prima corporis S. Vitalis elevatione, 13. & demum moderna cum elevatione reliquiarum secunda describitur. 14. An, & quando S. Vitalis miraculis clarere inceperit? 15. Specialiter, quid de lilio? an aliquando ex tumulo hujus Sancti excreverit? 16. & demum quid de miraculis & beneficiis syroptice usque ad nostra tempora dici valeat? exponitur. 17. Post tot signa negotium canonizationis & translationis fuit inceptum, 18. & per commissarios delegatos continuatum, sed variis ex causis. 19. tam actualis canonizatio, quam solennis translatio fuit impedita. 20. fuit nihilominus anno 1519. pro horis canonicis & missa monasterio tantum data licentia, sed cum quadam clausula; 21. quæ autem clausula sequenti anno sublata, 22. denique anno 1628. per totam diœcesin data licentia de missa & officio S. Vitalis fuit extensa.

B. ANSOLOGUS,
Abbas III.
Ab anno 646. usque ad annum 674.

SÆCULUM II.

B. SAVOLUS,
Abbas IV.
Ab anno 674. usque ad annum 680.

B. EZZIUS,
Abbas V.
Ab anno 680. usque ad annum 703.

Synopsis.

1. Beati Ansologus, Savolus, & Ezzius non fuerunt Episcopi consecrati: 2. regebant tamen in ordine Juvaviensem ecclesiam; 3. quamvis quoad Chronologiam contrarius sit Mabillon, qui hos Episcopos vocat *intrusos*. 4. Hansizius autem tantum Abbates secundarios & vicarios esse dicit; 5. id tamen ab ipso perperam defendi pluribus argumentis docetur. 6. Horum trium Abbatum synopsis vitæ & mortis exponitur.

B. FLOBARGISUS,
Episcopus III., & Abbas VI.
Ab anno 703. usque ad annum 739.

Synopsis.

1. Sedes episcopalis Salisburgensis denuo refulsit in Flobargiso. 2. De specialibus tamen gestis B. Flobargisi Episcopi & Abbatis, 3. uti & de anno mortis non certa habetur notitia.

B. JOANNES I.
Episcopus IV., & Abbas VII.
Ab anno 739., usque ad annum 754.

Synopsis.

1. S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntinus constituit pro Episcopo Salisburgensi Joannem Imum. 2. Quis fuerit hic Joannes, & unde oriundus? 3. An frater Alcuini sub nomine aquilæ fuerit? 4. & quot annis regnaverit, verosimilior sententia exponitur. 5. An sub hoc Joanne regula S. Benedicti a Fuldensibus ad nos fuerit traducta?

S. VIR-

S. VIRGILIUS,
Epiſcopus V., & Abbas VIII. Carantanorum Apoſtolus.
Ab anno 754., usque ad annum 784.

Synopſis.

1. Præmiſſa ex codice manuſcripto primigenia & quaſi præliminari relatione de S. Virgilio, 2. inquiritur exactius, undenam ad noſtras plagas venerit S. Præſul? 3. qua occaſione Duci Bavariæ Otiloni innotuerit, 4. & quandonam poſt graves inter ipſum & S. Bonifacium exortas controverſias, 5. ab eodem Otilone Duce ad epiſcopatum fuerit promotus? 6. S. Virgilius, qui non ſtatim fuit Epiſcopus conſecratus, 7. ad initium regiminis litigat cum Urſo presbytero propter cellam S. Maximiliani ablatam, 8. quam rurſus, ſicut & alia bona tam ad dictam cellam, quam ad cellam Juvavienſem oblata obtinuit. 9. Poſt conſecrationem epiſcopalem, cujus annus certo non conſtat, 10. invitatur S. Virgilius ad conſecrandam eccleſiam Oettinganam. 11. & brevi poſt non tantum incepit negotium converſionis in Carinthia per miſſos eo diſcipulos, 12. ſpecialiter per S. Modeſtum, poſtea Epiſcopum Solienſem, 13. ſed etiam novam baſilicam non ſine prodigio ædificavit, 14. ad quam reliquias S. Ruperti, ſicut & ſedem epiſcopalem transtulit, 15. ita tamen, ut Abbas ſimul in monaſterio ad S. Petrum permanſerit. 16. Tandem poſt alia præclare geſta in dandis præſertim Taſſiloni Duci conſiliis, 17. ex viſitatione diœceſeos redux ſancto fine quievit, 18. cujus corpus poſt quatuor ſæcula inventum miraculis claruit, poſt quæ 19. in dies magis & magis patrata Sanctorum catalogo fuit adſcriptus.

SÆCULUM III.
Ab anno 782. usque ad annum 882.

B. BERTHRICUS,
Abbas IX.
Ab anno 784. usque ad annum 785.

Synopſis.

1. Berthricum non fuiſſe verum Abbatem in noſtro monaſterio ſentit quidem, ſed male, P. Hanſizius. 2. Verius autem defenditur fuiſſe ſucceſſorem Virgilii & Abbatem, quamvis non fuerit Epiſcopus conſecratus.

B. ARNO,
Archiepiſcopus I. Salisburgenſis & Abbas S. Petri X.
Ab anno 785., usque ad annum 821.

Synopſis.

1. Arno, de cujus patria & ſtemmate in diverſas ſententias abeunt ſcriptores. 2. non tantum Bertrici ſucceſſor in Epiſcopatu, & Abbatia hujus loci, 3. verum etiam ob præclara merita & gratiam apud Principes, 4. interventu Caroli M. archiepiſcopali dignitate fuit ornatus anno 798. 5. quo tempore, & non prius compoſitæ fuerunt celebres donationum tabulæ, 6. quæ apud nos ſi non primigeniæ, ſaltem antiquiſſimæ & authenticæ exſtant; 7. in quibus tabulis Arnonis primo donationes Ducum Bavariæ, Theodonis & Theodeberti, 8. ſecundo donationes Ducum Bavariæ Hucberti, Otilonis, & Taſſilonis. 9. tertio oblationes nobilium vel liberorum de Bajoaria, 10. quarto deſignationes eccleſiarum, quæ ſunt in Salzburg, & Chimingave, 11. quinto quæ ad monaſterium Nonnberg, ejusque fundationem, 12. & ſexto denique, quæ ad cellam S. Maximiliani in Pongeu ſpectant, continentur. 13. Quibus annectitur clauſula inſtrumenti cum brevi quadam reflexione. 14. Arno miſſiones apoſtolicas inſtituit in Pannoniam & Carinthiam. 15. Exin poſt legationem ad Urbem in cauſa calamitoſa Leonis III. PP. 16. tam Carolum, quam & Leonem P. Salisburgi excepit. 17. Denique poſt plurima alia domi forisque laudabiliter geſta ſeptem annis poſt mortem Caroli M. & ipſe ſancto fine quievit.

B. AMMILONIUS,
Abbas XI.
Ab anno 821., usque ad finem ejusdem anni.

Synopſis.

1. Arnonis verus ſucceſſor in regimine fuit Ammilonius; 2. non autem Adalramus, ut vult Hanſizius. 3. Poſt regimen breve ubinam ſepultus fuerit, exponitur.

B. ADALRAMUS,
Archiepiſcopus II., & Abbas XII.
Ab anno 821., usque ad annum 836.

Synopſis.

1. Poſt fata Arnonis & Ammilonii, quo tempore diſciplina clauſtralis floruit, 2. electus fuit in Archiepiſcopum & Abbatem Adalramus ex Archidiacono eccleſiæ Juvavienſis, 3. atque poſt multa præclare geſta emenſo in regimine 15. annorum ſpatio obiit.

B. LUIPRAMUS,
Archiepiſcopus III., & Abbas XIII.
Ab anno 836., usque ad annum 859.

Synopſis.

1. Ex auctore vetuſto non tantum ſynopſis vitæ de beato Luipramo, qui & corpus S. Hermetis Salisburgum Roma transtulit, 2. verum etiam ejus opera ſpecialia ex probatis auctoribus & Manuſcriptis recenſentur. 3. qui beatus Pontifex poſt triſtia fata incendii & famis pie obiit in Metropoli ſepultus anno 859.

B. ADALBINUS,
Archiepiſcopus IV., & Abbas XIV.
Ab anno 859., usque ad annum 873.

Synopſis.

1. Luiprami ſucceſſor Adalbinus, qui, poſtquam Pallium a Nicolao PP. obtinuit, 2. & quinque Sanctorum corpora, vel ſal-

tem notabiles reliquias attulit, alia quoque in & extra provinciam bene gessit; 4. mortuus verosimilius anno 873., in crypta Rupertina sepultus.

B. ADALBERTUS,
Archiepiscopus V., & Abbas XV.
Ab anno 873., usque ad annum 874.

Synopsis.

1. Quamvis de actis B. Adalberti non sufficiens habeatur certitudo, 2. attamen ea, quæ magis verosimilia sunt, ex Manuscriptis exponuntur.

SÆCULUM IV.

Ab anno 882., usque ad annum 982.

B. DIETMARUS I.
Archiepiscopus VI., & Abbas XVI.
Ab anno 874., usque ad annum 897.

Synopsis.

1. B. Diethmarus extraneus, qui insulam virtute meruit, 2. post Pallium a Joanne VIII. SS. Pontifice acceptum Romam abiit. 3. & corpus S. Vincentii M. Salisburgum attulit: 4. an vero Romæ, an ex Gallia acceperit Diethmarus, dubitatur. 5. Idem non tantum Cancellarius Arnulphi Imperatoris, a quo multas opes accepit, 6. verum & multa alia laudabiliter gessit, tuendo præsertim Jura metropolis, 7. demum sub Ludovico in expeditione bellica anno 897. occubuit. 8. Ejus elogium heroico carmine expressum.

B. PILGRINUS I.
Archiepiscopus VII., & Abbas XVII.
Ab anno 897., usque ad annum 913.

Synopsis.

1. Ab anno 897. Pilgrinus I., dum erant turbines in ecclesia & in Germania, 3. usque ad annum 913. bene rexit ecclesiam Juvaviensem.

B. UDELBERTUS,
Archiepiscopus VIII., & Abbas XVIII.
Ab anno 913., usque ad annum 955.

Synopsis.

1. Udelbertus seu Ludebertus non fuerunt duo Præsules distincti, 2. sed unus Archiepiscopus & Abbas tantum. 3. Quid de ejus gestis varii scriptores asserant, breviter exponitur.

B. EGILOLPHUS,
Archiepiscopus IX., & Abbas XIX.
Ab anno 935, usque ad annum 940.

Synopsis.

1. Egilolphus ab æmulis multa perpessus, 2. post breve quinque annorum regimen obiit.

HEROLDUS,
Archiepiscopus X., & Abbas XX.
Ab anno 940., usque ad annum 958.

Synopsis.

1. Heroldus ex comitibus de Scheiern factus Archiepiscopus & Abbas, qui ab initio regiminis, 2. successus habuit non adeo infelices; partim ob litem cum Laurcacensibus sublatam, 3. partim propter officium Archicapellani, quod gessit apud Ottonem M. 4. specialiter, quia corpus S. Martini ex Gallia Salisburgum transtulisse traditur. 5. Quæ historia quamvis a multis habeatur pro fabula & inani prætextu, 6. quoad aliquas tamen reliquias S. Martini Salisburgum allatas sua fide digna est. 7. Sed post conspirationem contra Ottonem M. non tantum excæcatus, & sacris interdictus, 8. verum etiam penitus a sua sede per litteras pontificias Joannis XIII. dejectus.

FRIDERICUS,
Archiepiscopus XI., & Abbas XXI.
Ab anno 958., usque ad annum 988.

Synopsis.

1. Probatur ex antiquis codicibus successionis ordo a S. Ruperto usque ad Fridericum, 2. qui, postquam in episcopatu multa præclare gessit, 3. & privilegium obtinuit pro metropoli Salisburgensi, 4. etiam monasterii disciplinam restaurans post separationem bonorum Abbatem constituit. 5. Quæ reformatio & separatio speciatim ex vetusto codice probatur.

SÆCULUM V.

Ab anno 982., usque ad annum 1082.

TITO,
Abbas monasterii ad S. Petrum XXII.
Ab anno 988., usque ad annum 1005.

Synopsis.

1. Ante Titonem, quinam monachi vixerint in nostro monasterio ab annis circiter ducentis, 2. quinam defuncti fuerint a primis ferme de monasterio condito annis, 3. & quinam ex variis hominum statibus in preces religiosorum nostri monasterii fuerint commendati, 4. ex vetusto quodam & pretioso codice recensentur. 5. Quis Tito Abbas fuerit, quæ gesserit, & quando obierit, 6. nec non, qualis specialis donatio a S. Henrico facta sub hoc Abbate, 7. & quales donationes etiam a multis aliis factæ fuerint, exponitur. 8. Quibus etiam subjungitur catalogus monachorum sub Titone Abbate.

B. MAZELINUS,
Abbas XXIII.

RUPERTUS II.
Abbas XXIV.

RUPERTUS, III.
Abbas XXV.

GERWICUS,
Abbas XXVI.

REGINWARDUS,
Abbas XXVII.

Rexerunt monasterium ab anno 1005. usque ad an. 1077.

Synopsis.

Synopsis.

1. *Mazelinus*, verosimiliter anno 1005. successor Titonis Abbatis, 2. in translatione S. Erentrudis lumen oculorum amisit. 3. sed restitutus vitam eremiticam egit in monte caprarum. 4. post mortem vero non sine miraculo in ecclesia Nonnbergensi sepultus. 5. Huic successit *Rupertus* hujus nominis secundus. 6. Sub quo Abbate certius ex nostris monachis fundatum fuit monasterium Elsenbacense. 7. Post Rupertum II. secutus est Abbas dicti nominis tertius, 8. sub quo etiam aliquas donationes fuisse factas verosimile est. 9. Huic *Gerwicus* successit in ordine vigesimus sextus, 10. qui monasterium ex quorumdam donationibus auxit. 11. Sub *Reginwardo* fundatum est monasterium Admontense, ubi 12. ex nostro monasterio primus administrator Arnoldus, post illum autem 13. primus Abbas constitutus fuit Isingrinus. 14. Eodem Reginwardo vivente etiam aliquæ donationes sunt factæ.

IRIMPERTUS,
Abbas XXVIII.

Ab anno 1077., usque ad annum 1079.

Synopsis.

1. De Irimperto, qui ob calamitates post duos annos resignavit, 2. exstat catalogus monachorum, quorum aliqui vel sub ipso vixerunt, vel mortui sunt.

SÆCULUM VI.

Ab anno 1082., usque ad annum 1182.

S. THIEMO,
Abbas XXIX.

Archiepiscopus Salisburgensis & Martyr.

Ab anno 1079., usque ad annum 1090.

Synopsis.

1. S. Thiemonis vitam & martyrium quinam scripserint? 2. Thiemo nobilis bavarus, antea monachus in monasterio Nideraltacensi, & postea 3. ad Abbatiam S. Petri electus, a qua, dum illam bis deserere cogitur, 4. ad sedem Archiepiscopalem per electionem vocatus est; 5. in qua paucis annis multa laudabiliter gessit, sed plura perpessus, nam 6. a Bertholdo iniquo invasore in fugam compulsus inauditas persecutiones sustinuit: 7. a quibus equidem in Carinthia a quodam monacho liberatus, 8. ad suam autem sedem haud amplius reversus, in terram sanctam abiit; sed in regione corizana 9. captus, & post crudelissima tormenta martyrii palmam obtinuit anno circiter 1102.

ALBERTUS, I.
Abbas XXX.

Ab anno 1090., usque ad annum 1104.

Synopsis.

1. De Alberto hujus nominis primo pauca exstant in particulari; nisi quod quædam donationes sub ipsius regimine fuerint factæ.

WEZELINUS,
Abbas XXXI.

Ab anno 1104., usque ad annum 1116.

Synopsis.

1. Sub Wezelino Abbate pro antiquis & periculosis religiosorum habitaculis, 2. Conradus Archiepiscopus donavit antiquam, quæ antea in monasterio fuit, residentiam, 3. per litteras de anno 1110. etiamnum in originali exstantes. 4. Sub eodem Abbate etiam monasterium monialium nostri ordinis fuit erectum; 5. & aliquæ donationes factæ sunt nostro monasterio.

REGINBERTUS,
Abbas XXXII.

Ab anno 1116., usque ad annum 1125.

Synopsis.

1. Reginbertus, antea Prior in monasterio Admontensi, fit Abbas ad S. Petrum, 2. sub quo variæ donationes specialiter ab ipso Archiepiscopo Conrado factæ fuerunt monasterio. 3. Promotus demum Reginbertus ad episcopatum Brixinensem, & ibidem mortuus.

BALDERICUS,
Abbas XXXIII.

Ab anno 1125., usque ad annum 1147.

Synopsis.

1. Baldericus successor Reginberti ad Episcopatum promoti anno 1125., 2. monasterium S. Petri flammis consumptum restauravit. 3. Sub hoc Abbate jus plebesanum a monasterio, nec non jus electionis ad DD. Canonicos fuit translatum. 4. De cujus translatione exstant instrumentum transsumptum authenticum Romæ anno 1486. 5. cui & ipsum instrumentum Conradi I. Archiepiscopi de anno 1139., 6. nec non approbatio Capituli Salisburgensis de verbo ad verbum inserta sunt. 7. Quibus subscriptio notarii publici accessit. 8. Idem Archiepiscopus Conradus sub hoc Abbate varias fecit donationes monasterio, 9. & antiquas ab antecessoribus factas cum omnibus privilegiis ter confirmavit; primo quidem anno 1135., 10. secunda confirmatio facta fuit anno 1141. 11. tertia denique anno 1144. & quidem per litteras sigillo archiepiscopali roboratas. 12. quæ confirmationes majus robur obtinuerunt per duas bullas, unam de anno 1145., 13. & alteram de anno 1149., utramque ab Eugenio Papa III. 14. Non minus sub regimine Balderici per donationem a S. Leopoldo factam monasterio accessit prædium in Dornbach. 15. & capella adjacens additis decimis per Reginbertum Episcopum Passaviensem fuit consecrata. 16. Denique postquam alia bona accesserunt monasterio, prædium præsertim in Pichl, 17. nec non variæ emptiones & permutationes sub hoc Abbate acciderunt. 18. Idem Baldericus Abbas eodem anno, quo Conradus I. obiit, sua morte præcessit.

HENRICUS, I.
Abbas XXXIV.
Ab anno 1147., usque ad annum 1167.

Synopsis.

1. Henricus I. Wiettingam in Carinthia per donationem accepit primo regiminis anno: 2. quæ donatio non tantum archiepiscopali diplomate anno 1147. ab Eberhardo I. confirmata, 3. verum etiam anno 1163. contra illos, qui hanc donationem impugnabant, stabilita fuit. 4. Idem Archipræsul primo adhuc anno aliquas donationes & permutationes, 5. specialiter autem non ipse tantum antiquæ nostræ præcedentiæ jus, 6. verum etiam totum Capitulum Salisburgense editis litteris confirmavit. 7. Non minus sub hoc Abbate Dux Austriæ Henricus II. montem inter Dornbach, 8. & rursus anno 1156. ipsum prædium Semerophretis ibidem, 9. vigore autem alicujus transsumpti authentici anno præcedenti sylvam ad jugera 82. donavit; 10. verum etiam supradictus Eberhardus I. tam anno 1159. quædam monasterii bona confirmavit, 11. quam & anno 1160. litem quamdam judiciariam in Pinzgove decidit. 12. Tandem hic Abbas noster ad Episcopatum Gurcensem anno 1167. promotus, ibidem obiit anno 1174.

HENRICUS, II.
Abbas XXXV.
Ab anno 1167., usque ad annum 1188.

Synopsis.

1. Henricus II., qui anno 1148 ad monasterium Biburgense vocatus pro Abbate ex nostro gremio, 2. post Henrici promotionem pro Abbate ad nostrum monasterium revocatus fuit. 3. Sub hoc Abbate ecclesia S. Michaelis anno 1168., 4. & ecclesia S. Crucis prope montem in cœmeterio anno 1170. 5. nec non capella inferior eremitorii anno 1178. fuerunt renovatæ & consecratæ. 6. Specialiter autem sub hoc Abbate S. Vitalis miraculis florescere cœpit. 7. Tandem Abbatiam resignavit accepto prius prædio in Unchen.

SÆCULUM VII.
Ab anno 1182., usque ad annum 1282.

WICHBOTO,
Abbas XXXVI.
Ab anno 1188., usque ad annum 1193.

Synopsis.

1. Post lapsum sexti sæculi, quod fuit valde memorabile, 2. successit Wichboto in Abbatia anno 1188. 3. Quo vivente Adalbertus Archiepiscopus non tantum traditionem alicujus prædii in Cederberg anno 1190; sed etiam vigore instrumenti omnes antecessorum donationes anno 1191. confirmavit. 5. Præter hæc prædium Waizenowe Parthenoni nostræ datum fuisse testantur manuscripta, 6. & simile quid legitur in libro donationum de quibusdam vineis.

PILGRINUS, II.
Abbas XXXVII.
Ab anno 1193., usque ad annum 1195.

CHUNRADUS, I.
Abbas XXXVIII.
Ab anno 1195., usque ad annum 1198.

Synopsis.

1. Quid de Pilgrini II. per duos annos brevi regimine, & quid 2. de æqualibus fatis Chunradi I. Abbatis constat, breviter exponitur.

SIMON, I.
Abbas XXXIX.
Ab anno 1198., usque ad annum 1231.

Synopsis.

1. Simon hujus nominis primus, cujus regimen felix & longum, 2. ab Innocentio Papa III. confirmationem omnium bonorum, 3. ab Ottone IV. Imperatore specialem protectionem, 4. & a Leopoldo seu Luipoldo VII. Duce Austriæ memorabilem fundationem obtinuit. 5. Pariter sub hoc Abbate Eberhardus II. Archiepiscopus confirmavit 1)mo donationem Meingotti castellani, 6. 2)do locum Schermowe & alia plura cum jure decimarum usque ad duos alveos donavit. 7. 3)tio & ipse donavit unam patellam in Halle, & aliam possessionem patellæ ab antecessore datam confirmavit. 8. 4)to editis litteris firmat antiquam nostram ante Dominos Canonicos præcedentiam. 9. 5)to una cum Luipoldo Duce Austriæ aliquam controversiam circa terminos Parochiæ anno 1211., & 10. 6)to similem controversiam anno 1214. & 1216. composuit inter monasterium & Chunradum Purgravium, 11) 7)mo tradit quædam prædia ejusdem Chunradi Purgravii cum certo concambio inter ipsum & monasterium, 12. 8)vo cum consensu Capituli tradidit sylvam ad fluvium Gosach anno 1231. 13. Sub hoc Abbate etiam composita fuit quædam controversia in causa decimarum cum Plebano viennensi; 14. nec non illa, jam sæpius mota lis cum Admontensibus propter vallem Admunta. 15. Ab ipso Simone I. equidem anno 1211. contra Godefridum II. Abbatem Admontensem resuscitata, 16. sed tandem ab eodem anno 1229. cum Wichbotone Admontensi amicabiliter composita.

BERTHOLDUS,
Abbas XL. Primus infulatus.
Ab anno 1231, usque ad annum 1242.

Synopsis.

1. Bertholdus in monasterio Michaelburano professus, sed ibidem non Abbas, 2. pro Abbate primum anno incerto ad monasterium Admontense, 3. & anno 1231 ad monasterium nostrum S. Petri fuit postulatus. 4. cui infula anno sequenti cum aliis

fuit

fuit impoſita in ipſo Paſchatis feſto. 5. Sub hoc Abbate Eberhardus II. anno 1237. & 1238. confirmavit aliquos contractus. 6. ſecundò anno 1238. decidit litem, & confirmavit quoddam concambium. 7. tertio donavit anno 1240. curiam in Arnſtorf, & anno 1241. fundavit tria luminaria: 8. annis autem 1237. & 1239. ipſe etiam Imperator Fridericus fundationem Liupoldi de miſſa ad S. Catharinam confirmavit; 9. non minus aliqua donatio & compoſitio a quodam Conrado comite, 10. & a quodam Wernhero milite facta fuit ſub eodem Abbate, qui anno 1242. obiit.

RICHERUS,
Abbas ad S. Petrum XLI.
Ab anno 1242., usque ad annum 1259.

Synopſis.

1. Richerus ex Priore Abbas, non eadem ſorte, qua anno 1242. cœpit, finiit anno 1259. 2. Primis namque quatuor annis non tantum varias a diverſis beneſactoribus donationes, 3. ſed etiam ab Eberhardo II. adhuc vivente varia bona editis litteris accepit. 4. Majora expertus ab Archiepiſcopo Philippo, & primo quidem propter duo adjudicata prædia Sitelsdorf & Voits, 5. ſecundo, quia caſſavit conventionem cum Capitulo de Jure coëligendi Archiepiſcopum; 6. tertio quia confirmavit donationem decimarum a Friderico factam, 7. quarto beneficia contulit eccleſiæ parochiali in Wiettingen, 8. & denique parochiam in Seekirchen ad dies vitæ contulit, & advocatiam liberam declaravit. 9. Inſuper ſub hoc Abbate anno 1251. confirmata fuit exemptio capellæ Dornbacenſis: 10. compoſita de jure electionis inter noſtrum monaſterium & S. Viti controverſia anno 1253. 11. Ab Ottocaro Rege Bohemiæ & Auſtriæ Duce renovatum privilegium evehendi vina; 12. & ab Innocentio IV. Pontif. eidem delegata executio ſententiæ in favorem Capituli Salisburgenſis; 13. ſed ſubſecuto Salisburgi ſchiſmate inter Philippum Archiepiſcopum electum, 14. & Udalricum electum ſucceſſorem ærumnis confectus obiit anno 1259.

ALBERTUS, II.
Abbas LXII.
Ab anno 1259., usque ad annum 1263.

Synopſis.

1. Sub brevi regimine Alberti II., quem Udalricus Archiepiſcopus ſuo officio privavit, 2. anno 1260. compoſita fuit controverſia cum quodam Engelramo ob prædium Totenhuſen, 3. anno ſequenti facta quædam permutatio bonorum cum Gotſchalco Vice-domino, 4. eidemque jure vitalitio conceſſa fuit quædam hueba in Schoubnarn. 5. Non minus etiam Albertus obtinuit confirmationem de capella in Dornbach. 6. Quanta ſub hoc Abbate miſeria fuerit, breviter exponitur.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

CHUNO,
Abbas XLIII.
Ab anno 1263., usque ad annum 1266.

Synopſis.

1. Chuno Abbas, qui vix quadriennio præfuit, & ſponte ſuo officio ceſſit, 2. reconciliavit monaſterium cum Archiepiſcopo Ulrico & Capitulo Salisburgenſi; 3. qui tamen Archiepiſcopus vineam in contractu expreſſam reſtituiſſe videtur.

SIMON, II.
Abbas XLIV.
Ab anno 1266., usque ad annum 1270.

Synopſis.

1. Sub Simone II., qui poſt tres aut quatuor annos Abbatiam reſignavit, 2. donatum fuit monaſterio jus patronatus in Kirchberg prope Wietting in Carinthia; 3. compoſita quædam lis cum plebano in Graſſenthal circa decimas; 4. datæ quædam indulgentiæ pro noſtra eccleſia ab Uladislao Archiepiſcopo; 5. vindicatum quoddam prædium Elchingen per duplex aſſertum teſtium. 6. conſtituti certi redditus pro veſtimentis fratrum pelliceis; 7. & denique etiam monaſterio donatum fuit prædium quoddam in Pars.

DIETMARUS, II.
Abbas XLV.
Ab anno 1270., usque ad annum 1288.

Synopſis.

1. Dietmarus ex monaſterio Millſtatenſi poſtulatus Abbas ad S. Petrum bene præfuit per 18. annos, 2. quo temporis ſpatio & quidem primo anno feudum quoddam in Pongeu, 3. & duas curias in Obermoſe pro annuo cenſu locavit; 4. anno autem ſequenti molendinum in Gnigl ad dies vitæ cuidam Monichauſer, 5. Ulrico autem cuidam quartam partem in Cretich conceſſit. 6. Anno 1272. accepit prædium Chraiwiſen a Gotſchalco Vicedomino. 7. Locavit vineam latam in Dornbach cuidam Hiltebrando, 8. vineam longam ibidem cuidam Sigfrido Judici, 9. & jus montanum in Alzek cuidam Chunoni magiſtro. 10. Inſuper eodem anno compoſuit quamdam controverſiam cum civé Hallenſi ob molendinum, 11. & a Friderico II. Archiepiſcopo aream quamdam in Lauſen obtinuit. 12. Anno 1273. conceſſit cuidam Chunrado majores decimas in Dirnberg, 13. & anno ſequenti emit domum cum area in urbe Mildorf, ubi & capellam fundavit; 14. quo anno etiam confœderationem iniit cum monaſterio Milſtatenſi; 15. anno autem ſequenti celebratum fuit Capitulum generale ab Abbatibus noſtri ordinis. 16. Anno 1276. rebelles noſtros cuſſarios in Halla Fridericus Archiepiſcopus; 17. anno autem 1279. inobedientes ſubditos in Wietting compeſcuit Rudolphus Rex Romanorum. 18. Non minus ſub hoc Abbate curia in Nuzdorf ad

monaſterium pervenit. 19. facta etiam diviſio mancipiorum inter Capitulum cathedrale, & noſtrum monaſterium, 20. locata quædam vinea in Fuelnbach ad dies vitæ; 21. & ſimili modo prædium quoddam in Gerſtetten. 22. Obiit hic Abbas anno 1288. ſub quo etiam monachi vixerunt ſua laude digni.

SÆCULUM VIII.

Ab anno 1282., usque ad annum 1382.

ENGELBERTUS,
Abbas ad S. Petrum XLVI.
Ab anno 1288., usque ad annum 1297.

Synopſis.

1. Engelbertus Abbas, de quo in particulari non adeo multa leguntur, 2. primo jam anno componi curavit quamdam controverſiam circa prædium Schiltlehen; 3. anno autem 1293. elocavit aliquod vitalitium cuidam Chunrado de Chuchel, & 4. rurſus eodem anno aliquem contractum circa prædium Tal in Mildorf ratificavit. 5. vixit inter bella & diſſidia tam ſub Rudolfo hujus ſedis Archiepiſcopo, 6. quam ſub Chunrado IV. in provincia Salisburgenſi exorta.

RUPERTUS, IV.
Abbas XLVII.
Ab anno 1297., usque ad annum 1313.

Synopſis.

1. Tempore magis pacifico ſucceſſit in abbatia Rupertus hujus nominis quartus. 2. Anno 1298. iniit piam confœderationem cum DD. Canonicis regularibus ad S. Nicolaum prope Paſſavium; 3. quo anno etiam Chunrado de Chucheln conceſſit tria feuda cum molendinis ad dies vitæ. 4. Similiter aliis prædium Paumgarten in officio Traunſtein, 5. & rurſus eodem anno cuidam decimas in curia Ernſtet locavit. 6. anno 1299. fundatur anniverſarius a quodam Friderico cive in Laufen, 7. & eodem anno inita quædam confœderatio cum monaſterio Oſſiacenſi, 8. anno 1300. accepit Rupertus Abbas ab Ottone de Oberndorf prædium Knaunſperg, 9. & anno 1301. ipſe D. Abbas aliquod prædium Waſſergang emit in officio Weildorf. 10. Ab anno 1302. usque ad annum 1309. partim per fundationem, partim per donationem varia accepit, 11. tres quoque confœderationes ab anno 1305. usque ad annum 1308. cum tribus monaſteriis iniit, 12. & non tantum alias ab anno 1303. usque 1313. fecit locationes & permutationes; 13. verum etiam idem Dominus Abbas ab anno 1306. usque ad finem vitæ multa bona monaſterio comparavit.

CHUNRADUS, II.
Abbas XLVIII.
Ab anno 1313., usque ad annum 1346.

Synopſis.

1. Poſt præliminarem de Chunradi II. regimine, vita, & morte ſynopſin 2. exponitur primo, quod obtinuerit varia privilegia, & quidem anno 1313. a Friderico Duce Auſtriæ liberam vini vecturam, 3. anno 1323. ab Archiepiſcopo Friderico III. aliquam exemptionem dominii directi, 4. anno 1326. a Joanne XXII. confirmationem omnium privilegiorum, 5. & rurſus ab anno 1325. usque 1344. varios a variis favores expertus eſt: 6. quod ſecundo confœderationes reciprocas contraxerit, & quidem anno 1317. cum ciſtercio & monaſterio Raittenhaslach; 7. anno 1319. cum monaſterio Admontenſi; & anno 1337. cum monaſterio Lunælacenſi; 8. anno 1339. cum Benedictinis in Aſpach, & anno 1344. cum monaſterio ad Scotos Viennæ. 9. Exponitur tertio, quod ſub hoc Abbate variæ factæ fuerint fundationes ab anno 1316. & ſequentibus; 10. ſpecialiter a quodam Epiſcopo Chunrado anno 1345. 11. Exponitur quarto, quod idem D. Abbas quædam per donationem acceperit; 12. pariter & quinto multa per emptionem monaſterio comparaverit, & 13. denique ſexto multa locaverit, conceſſerit, aut permutaverit. 14. Vixit ab anno 1313. ſub quatuor Archiepiſcopis, & obiit anno 1346.

OTTO, I.
Abbas XLIX.
Ab anno 1346., usque ad annum 1364.

Synopſis.

1. Hujus Abbatis geſta non tantum ſcriptores noſtri antiqui, 2. verum etiam recentiores non ſine magna laude deprædicant. 3. Monachus autem Admontenſis hic noſter Abbas non fuit. 4. Ab Innocentio PP. VI. uſum Dalmaticæ ſubtilis & aliorum Pontificalium, 5. nec non mandatum de reſtituendis bonis ac decimis obtinuit. 6. Eidem Abbati D. Ortholphus Archiepiſcopus anno 1346. bonum Hollenbach a feudali obligatione exemit. 7. Anno 1350. aliquam bonorum permutationem in Pongeu confirmavit. 8. Anno 1355. propter fluvium Albulam favorabilem contractum iniit. 9. Anno 1356. pro reſtaurando monaſterio a ſubditis colligendi ſubſidii facultatem conceſſit. 10. Anno 1358. aliquam fundationem a ſæpedicto Abbate factam, 11. idem altefatus Archiepiſcopus Ortolphus approbavit; 12. & rurſus anno 1361. aliqua bona a feudali obligatione liberavit. 13. Sub hoc Abbate diverſæ factæ fuerunt a fidelibus fundationes: 14. aliqua non minus bona permutata cum conſenſu anno 1347., & anno 1350. 15. & quædam nova monaſterio variis annis adjecta, nec non aliis utiliter elocata.

JOANNES, II.
Abbas L.
Ab anno 1364., usque ad annum 1375.

Synopſis.

1. Quamvis Joannes IIdus non prorſus æqualem

æqualem laudem ferat cum anteceſſore ſuo Ottone Imo, 2. multa tamen geſta notari merentur: & quidem primo, quod obtinuerit duplex mandatum de reſtituendis bonis; 3. quod ſub ipſius regimine a fidelibus plures factæ fuerint donationes; 4. quod multa bona per emptionem monaſterio comparaverit; 5. alia ad utilitatem monaſterii locaverit & permutaverit; 6. ſpecialiter, quod notabilem controverſiam circa liberam ſepulturam cum plebano Salisburgenſi; 7. & rurſus aliam anno 1370. cum D. plebano in Hallein circa decimas compoſuerit.

SÆCULUM IX.

Ab anno 1382., usque ad annum 1482.

OTTO, II.

Abbas LI.

Ab anno 1375., usque ad annum 1414.

Synopſis.

1. Poſt ſynopticam actorum de Ottone II. ex Manuſcriptis & auctoribus domeſticis narrationem, 2. proceditur ad ſpecialia, & quidem primo, quod anno 1376. a Gregorio XI. PP. per legatum confirmationem in ſua abbatia, 3. ab Urbano VI. anno circiter 1385. bullam contra turbatores bonorum per judices conſtitutos, 4. & a Bonifacio IX., nec non ab Alexandro V. alios favores obtinuerit; 5. ſecundo, quod eidem Abbati Leopoldus Dux Auſtriæ anno 1378. licentiam colligendi ſteuras Wiettingæ; 6. Albertus autem & Wilhelmus Duces Auſtriæ certam vini quantitatem ſine telonio evehendam conceſſerint. 7. tertio, quod etiam ab Archiepiſcopis aſſiſtentiam in tuendis Juribus tam ab Archiepiſcopo Pilgrino II. anno 1386., quam a D. Gregorio Schenkio Archiepiſcopo Salisburgenſi anno 1398. expertus fuerit. 9. qui D. Archiepiſcopus etiam anniverſarium in noſtra eccleſia fundavit. 10. quarto exponuntur non tantum variæ fundationes, quæ a fidelibus ſub hoc Abbate fuerunt factæ; 11. verum etiam illæ fundationes, quas ipſemet Otto II. Abbas pro bono monaſterii ordinavit. 12. quinto recenſentur non tantum illa bona, quæ per ipſum D. Abbatem immediate & principaliter, 13. verum etiam mediate per Priorem & Conventum ad oblaiam monaſterii per emptionem fuerunt comparata: 14. ſicut pariter & illa, quæ moniales ad S. Petrum ſub hoc Abbate titulo emptionis acceperunt. 15. ſexto agitur de illis bonis, quæ D. Abbas & Conventus vendiderunt; 16. uti etiam de variis permutationum contractibus, qui ſub hoc Abbate erecti fuerunt. 17. ſeptimo de compoſitis quibusdam controverſiis, & quidem anno 1379. cum D. Abbatiſſa in Nonnberg. 18. Ab anno 1398. usque ad annum 1414. cum D. Andrea Abbate & Conventu S. Viti O. S. B. in Bavaria, 19. & demum anno 1410. de ultima executione mandati apoſtolici de reſtituendis decimis.

LEONARDUS,

Abbas LII.

Ab anno 1414., usque ad annum 1416.

Synopſis.

1. Biennio, quo Abbatiæ præfuit Leonardus Abbas, 2. locata fuit anno 1415. curia in Arnſtorf; 3. eodem anno etiam locata quædam bona in officio Seekirchen: 4. compoſita pariter quædam lis inter noſtrum parochum Dornbacenſem, & quemdam civem viennenſem.

UDALRICUS,

Abbas LIII.

Ab anno 1416., usque ad annum 1420.

Synopſis.

1. Sub Udalrico incœperunt ſcripta religioſæ profeſſionis teſtimonia, 2. & ſpatio quatuor annorum Dominus Abbas denuo recepit curiam in Minichauſen in officio Spital, 3. Anno 1417. adjecit monaſterio prædium quoddam in Titmoning. 4. Anno 1418. comparavit molendinum in Pogwang in officio Seekirchen. 5. Rurſus anno 1419. emit aliquot bona & cenſus in Hallein. 6. quo tempore etiam aliquot bona & decimas locavit. 7. Memoriam etiam meretur ſynodus Salisburgenſis, cui hic Abbas interfuit.

JOANNES, III.

Abbas LIV.

Ab anno 1420., usque ad annum 1428.

Synopſis.

1. Joannes hujus nominis III. Abbatiæ per octo annos utiliter præfuit. 2. Specialiter anno 1421. jus vogteticum duorum bonorum in Traunſtein, 3. anno præcedenti 1420. domum quamdam & hortum in Minichauſen in officio Spital; 4. eodem anno jus advocatiæ in prædio Niderntraxl in dicto officio, 5. & ſimile dominium in prædio Rorhoff in Abbatisaugia anno 1424. comparavit; 6. aliqua etiam bona elocavit ad certum tempus.

GEORGIUS, I.

Abbas LV.

Ab anno 1428., usque ad annum 1435.

Synopſis.

1. Georgius I. ex zelo obſervantiæ reformationem monaſterii ſui procuravit, 2. quæ reformatio ex mandato DD. Joannis de Reicherſperg Archiepiſcopi Salisburgenſis, 3. per D. Leonardum Abbatem Mellicenſem anno 1431. ſuſcepta fuit. 4. ob quam tamen reformationem non tantum multas expenſas fecit, 5. verum etiam multa adverſa ſuſtinuit Abbas noſter Georgius I., qui anno 1435. obiit; 6. brevi tamen ante mortem ipſemet monaſterium S. Michaelis in Beurn reformavit. 7. & quidem vigore ſecundi decreti Archiepiſcopalis ſolus cum ſuis religioſis. 8. Sub hoc D. Abbate duæ domus in Hallein anno 1431., & 9. an-

no 1434. alia domus in Parsch fuerunt emptæ; 10. aliqua etiam bona elocata aut in emphyteusin relicta; 11. aliquot pariter fundationes factæ a fidelibus.

ERHARDUS,
Abbas LVI.
Ab anno 1435., usque ad annum 1436.

Synopsis.

1. Erhardus ex magistro scholæ S. Petri anno 1434. fit monachus, sacerdos, & Prior. 2. & post annum ad Abbatiam flens & deprecans vocatur; cui tamen 3. nec integro anno præfuit, utpote anno 1436. mortuus.

PETRUS,
Abbas LVII.
Ab anno 1436., usque ad annum 1466.

Synopsis.

1. Petrum Klueghamer, cujus vitæ & mortis synopsis ex monumentis domesticis præmittitur, 2. electum fuisse in Abbatem anno 1436. ex instrumento electionis, 3. & a Joanne II. Archiepiscopo confirmatum ex instrumento confirmationis docemur. 4. Sub hoc D. Abbate nova reformatio de anno 1431. non tantum exacte observata, 5. verum etiam per aliam visitationem anno 1451. sicut in omnibus aliis monasteriis, 6. ita etiam eodem anno hic ad S. Petrum susceptam de novo stabilita fuit. 7. Post hanc visitationem ipse D. Petrus Abbas noster alia monasteria visitavit, & quidem anno 1455. Millstadiense, 8. auctoritate DD. Ordinarii Sigismundi I. Archiepiscopi Salisburgensis, 9. & sub protectione Domini territorialis Ulrici Comitis de Cili, 10. quo anno adhuc jubetur visitare monasterium S. Pauli in Carinthia. 11. anno autem 1462. ex mandato Burchardi Archiepiscopi monasterium Admontense in Styria; 12. pariformiter etiam tria monasteria monialium visitavit idem D. Abbas noster. 13. De quo amplius exponitur, primo, quod sollicitus fuerit pro decore domus Dei tam in nostro, quam 14. in nobis vicino Monialium nostræ congregationis & ordinis monasterio. 15. secundo, quod plures erexerit confœderationes; & quidem anno 1446. cum monasterio Ranshofiensi, 16. & eodem anno cum Voraviensi Ord. Can. regul. S. Augustini. 17. Anno 1449. cum Canonia Ord. S. Augustini in Ror Diœcesis Ratisbonensis; 18. anno 1453. cum monasterio Cremisanensi Diœcesis Pataviensis; 19. eodemque anno cum monasterio Lambacensi ejusdem Diœcesis & utroque in Austria superiore. 20. Anno autem 1454. cum monasterio Mellicensi in Austria inferiore. 21. & denique diversis annis alias vel renovavit, vel novum fœdus iniit. 22. tertio, quod obtinuerit confirmationem variorum privilegiorum: anno 1446. a DD. Nicolao V. SS. P. circa liberam sepulturam, 23. anno 1437. exemptionem de quadam prætensione in Dornbach ab Alberto V. Duce Austriæ; 24. anno 1445. a Friderico III. Rom. Imp. confirmationem variarum fundationum & donationum, 25. anno 1461., & 1463. exemptionem a telonio, & novam a quadam advocatia ab Archiduce Alberto VI.: 26. anno 1447. a Friderico IV. Archiepiscopo Salisburgensi facultatem piscandi in fluvio Ahen: 27. & anno 1455. ab Udalrico Episcopo Passavienſi confirmationem privilegiorum in Dornbach. 28. quarto, quod sub hoc D. Abbate plurimæ factæ fuerint fundationes. 29. quinto, quod idem D. Abbas per emptionem non tantum comparaverit anno 1437. curiam in Krembs, 30. & quidem cum consensu totius senatus in Krembs vigore litterarum; 31. verum etiam plurima alia bona majoris vel minoris considerationis diversis annis. 32. qualia etiam per varias mutationes acquisivit. 33. Denique plenus dierum infirmitatibus corporis & animi consumptus obiit anno 1466.

RUPERTUS, V.
Abbas LVIII.
Ab anno 1466., usque ad annum 1495.

Synopsis.

1. Rupertus Keutzl monachus S. Petri ex Præposito Wiettingæ in Carinthia, 2. anno 1466. in Abbatem electus & confirmatus fuit a neo-electo Archiepiscopo. 3. Vigore exstantis in originali Instrumenti confirmationis. 4. De hoc Abbate primo exponitur, quod fuerit zelosus pro disciplina regulari, 5. quod ecclesiam & altaria sacra suppellectili exornaverit; 6. & pro decore domus Dei etiam nova ædificia struxerit: 7. secundo, quod a Sixto IV. summo Pontifice anno 1477. privilegium de decimis novalium, 8. & ab eodem dicto anno incorporationem Parochiæ in Wietting, 9. quæ a D. Benedicto Abbate in Monsee ex commissione apostolica anno 1480. fuit peracta, obtinuerit. 10. tertio, quod anno 1470. confœderationem cum monasterio Gottwicensi O. S. B. in Austria, 11. eodem anno cum monasterio Rottensi ejusdem ordinis in Bavaria, 12. & anno 1474. cum monasterio S. Magni Ord. S. Augustini prope Ratisbonam inierit; 13. nec non diversis annis varias a fidelibus factas fundationes acceptaverit. 14. quarto, quod variis annis varia bona tam titulo emptionis, 15. quam titulo donationis, aut aliis modis comparaverit; 16. per concessiones in emphyteusin bonum monasterii promoverit, nec non 17. varia bona ad certum tempus non sine utilitate locaverit. 18. quinto, quod Præposituram Wiettingæ, cujus specialem curam habuit, 19. non tantum anno 1467. a variis molestiis liberaverit, 20. verum etiam eamdem a militibus per decem annos possessam denuo redemerit. 21. Denique postquam 16. annis sub DD. Bernardo de Ror non sine adversis, 22. & 13. annis sub aliis quatuor Archiepiscopis vixit, anno 1495. obiit.

SÆCU-

SÆCULUM X.

Ab anno 1482., usque ad annum 1582.

VIRGILIUS, II.

Abbas LIX.

Ab anno 1495., usque ad annum 1502.

Synopsis.

1. Post ortum sæculi Xmi anno 1495. P. Virgilium Pichler monasterii Priorem, 2. electum fuisse in Abbatem ex authentico electionis instrumento, 3. a singulis conventualibus subscripto, & fide Notarii roborato; 4. confirmatum vero ex mandato & commissione DD. Leonardi Archiepiscopi anno 1496., 5. a deputatis commissariis fuisse ex originali diplomate confirmationis docemur. 6. Hic D. Abbas utiliter præfuit Abbatiæ, sed tantum per septem annos. 7. Quo tempore non tantum bonis religiosis instructum erat monasterium, 8. verum etiam ipse D. Abbas non paucos ad S. professionem suscepit. 9. Hoc brevi temporis spatio ab Alexandro VI. confirmationem omnium possessionum anno 1498., & anno 1499. 10. a Maximiliano I. Imperatore confirmationem privilegiorum, quæ ab antecessoribus fuerunt data, 11. & a Leonardo Archiepiscopo Salisburgensi mandatum obtinuit, ut neo-electam Abbatissam in Lengsee confirmet; 12. utque interfit electioni Abbatissæ in Göss, illamque pariter post electionem confirmet; 13. atque insuper in hoc monasterio visitationem regularem instituat; 14. quæ visitatio etiam per Virgilium Abbatem instituta fuit in monasterio monialium in Lengsee, 15. & in monasterio Ossiacensi, utroque in Carinthia. 16. Idem D. Abbas etiam monasterii bonum per acceptatas fundationes, 17. per emptiones quorumdam bonorum & censuum annualium, 18. necnon per quasdam permutationes & locationes utiliter promovit. 19. Biennio ante mortem ab Alexandro VI. incorporationis confirmationem ecclesiæ in Hallein impetravit; 20. & anno 1502. supremum vitæ diem clausit nona Decembris die.

WOLFGANGUS,

Abbas LX.

Ab anno 1502. usque ad annum 1518.

Synopsis.

1. Post mortem Virgilii II. electum fuisse in Abbatem Wolfgangum nostri monasterii professum, 2. docet authenticum electionis instrumentum; subscriptione 3. eligentium, & auctoritate Notarii publici roboratum. 4. Sub hoc Abbate patella salinaria anno 1506. a monasterio ad cameram Archiepiscopalem fuit translata, 5. testantibus litteris tam ex parte monasterii cum certis conditionibus cedentis, 6. quam ex parte DD. Archiepiscopi Leonardi eodem modo acceptantis. 7. Eodem pariter anno incorporatio ecclesiæ in Hallein per Julium II. PP. confirmata, 8. per litteras archiepiscopales DD. Leonardi in actualem possessionem tradita, 9. atque insuper instrumento Notarii publici roborata fuit. 10. Non minus sub hoc Abbate variæ confœderationes erectæ, 11. fundationes a piis fidelibus factæ & a monasterio acceptatæ, 12. varia nova bona ab eodem D. Abbate empta, 13. alia, & saltem pleraque ad majorem utilitatem permutata, 14. atque diversæ controversiæ fuerunt compositæ. 15. Insuper calamitatum turbines in- & extra provinciam expertus, 16. graves etiam controversias in monasterio suo tam ob mutationem status DD. Canonicorum, 17. quam propter discordias inter confratres exortas prævidit; 18. ipse autem nihilominus quindecim annis bene præfuit, anno 1518. mortuus.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

SIMON, III.

Abbas LXI.

Ab anno 1518., usque ad annum 1522.

Synopsis.

1. Post obitum Wolfgangi in circumstantiis valde periculosis, 2. atque inter graves confratrum eligentium discordias, 3. post seriam exhortationem jussu DD. Leonardi Archiepiscopi factam, 4. electus fuit in Abbatem per viam compromissi prima Julii Simon hujus nominis tertius. 5. Qui tamen post quatuor annos officium suum resignare cogitur. 6. Anno 1520. a SS. PP. Leone X. bullam pro facultate administrandi Sacramenta obtinuit; 7. aliquas etiam fundationes accepit, & bona monasterio adjecit.

JOANNES, IV. Staupitius.

Abbas LXII.

Ab anno 1522., usque ad annum 1524.

Synopsis.

1. Joannes Staupiz Ord. erem. S. Aug. Prior & Provincialis Lutheri. 2. post dispensationem Roma obtentam in monasterio nostro professus prima Augusti anno 1522., 3. ut Abbas fieri posset, per D. Matthæum Langium dispensatus. 4. in nostro monasterio eodem anno die secunda Augusti per electionem in Abbatem assumptus, 5. & a D. Ordinario vigore diplomatis archiepiscopalis confirmatus fuit. 6. Post duos annos & quinque menses anno 1524., 28. Decembris æternitati adscriptus.

CHILIANUS,

Abbas LXIII.

Ab anno 1525., usque ad annum 1535.

Synopsis.

1. Ex authenticis Manuscriptis exponitur synopsis vitæ & regiminis, 2. nec non tristis obitus D. Chiliani Abbatis, 3. qui anno 1525. die quarta Januarii in Abbatem electus, 4. & decima nona Januarii a DD. Matthæo Archiepiscopo confirmatus fuit. 5. Sub hoc Abbate ecclesia Hallinensis cum

Abbatisaugienſi permutatur, 6. vigore tranſactionis eodem anno archiepiſcopali ſigillo roboratæ: 7. quæ tamen permutatio poſt diſſolutionem prioris incorporationis 8. anno primum 1536. a Paulo III. SS. PP. vi bullæ fuit confirmata. 9. Idem D. Abbas variis modis bonum monaſterii promovit, 10. ſpecialiter diffinitivam ſententiam in cauſa decimarum novalium obtinuit. 11. Denique poſt continuas calamitates aquis ſubmerſus obiit.

GEORGIUS, II.
Abbas LXIV.
Anno 1535.

Synopſis.

1. Georgius II. aliquot tantum dierum Abbas, 2. canonice tamen ſecunda menſis Martii die electus, 3. & undecima ejusdem confirmatus.

ÆGIDIUS,
Abbas LXV.
Ab anno 1535., usque ad annum 1554.

Synopſis.

1. Georgio II. præmatura morte ſublato Ægidius Radlmair, 2. per canonicam vigore inſtrumenti authentici electionem, 3. & ſubſequam a DD. Matthæo Langio confirmationem ſucceſſit. 4. Sub hoc D. Abbate aliqua quidem bona fuerunt vendita, 5. verum & alia rurſus pro majori utilitate comparata; 6. aliqua etiam bona cum aliis permutata fuerunt. 7. Paucas fundationes & unam conſœderationem pariter ſub eodem factas fuiſſe legimus. 8. Vixit ſub duobus Archiepiſcopis, & obiit anno 1553.

BENEDICTUS,
Abbas LXVI.
Ab anno 1554., usque ad annum 1577.

Synopſis.

1. Vacante Abbatia adminiſtrator fuit P. Benedictus Obergaſſer, 2. qui & anno 1554. die 9na Februarii in Abbatem electus, 3. & 28va Febr. a DD. Erneſto Archiepiſcopo confirmatus fuit. 4. Quis Benedictus Abbas in ſuo regimine fuerit, ſynoptice exponitur. 5. Specialiter autem referri meretur, quod anno 1562. in Concilio Tridentino procuratorem conſtituerit, 6. vigore mandati & inſtrumenti in hunc finem deſuper erecti; 7. quod tam ad primam Synodum Salisburgenſem anno 1569. celebratam, 8. quam & ad alteram pro executione decretorum anno 1573. iteratam vocatus fuerit: 9. quod anno 1573. a magiſtratu viennenſi propter aquæ ductum litteras reverſales evicerit; 10. anno 1575. propter decimas in Riff cum DD. Jacobo Archiepiſcopo tranſactionem inierit; 11. quod mediam partem prædii Daxlueg anno 1564. a DD. Jacobo Archiepiſcopo, 12. alteram ejusdem prædii urbarici partem a quodam ſubdito anno 1565. comparaverit; 13. tandem poſt varia adverſa exantlata æternitati adſcriptus.

ANDREAS,
Abbas LXVII.
Ab anno 1577. usque ad annum 1584.

Synopſis.

1. Benedicto Abbati per electionem, ſed diſpari regimine ſucceſſit Andreas, 2. poſt electionem conſueto ritu confirmatus & benedictus: 3. qui tamen in ſuo abbatiali munere fuit malus paterfamilias. 4. atque præcipua cauſa extitit, quod anno 1583. monaſterium monialium fuerit extinctum. 5. Tandem & ipſe poſt ſeptem annos penitus ab officio ſuſpenſus, & 6. demum decima quinta Januarii anno 1584. per ſententiam ab Abbatia fuit depoſitus; 7. poſtea hoſpes ad S. Lambertum in Styria, & ibidem mortuus anno 1609. 8. Tempore, quo Abbas fuit, præter alia confirmationem privilegii auſtriaci obtinuit.

SÆCULUM XI.

Ab anno 1582., usque ad annum 1682.

MARTINUS,
Abbas LXVIII.
Ab anno 1584, usque ad annum 1615.

Synopſis.

1. Martinus natione Moravus poſt abjuratam in juventute hæreſin, 2. factus monachus & ſacerdos in monaſterio noſtro ad S. Petrum anno 1579., 3. ſequenti anno primum adminiſtrator, & anno 1581. Abbas Michaelburanus, 4. anno autem 1584. in monaſterio ad S. Petrum, ubi profeſſus, etiam Abbas electus fuit; 5. de cujus electione canonica exſtat copia inſtrumenti, 6. de ejus autem confirmatione litteræ Archiepiſcopales in originali adſunt. 7. Martinus Abbas fuit pro bono monaſterio ſollicitus *primo* debita paſſiva diſſolvendo, 8. *ſecundo* bona quædam immobilia, ſpecialiter prædium *Lind* ſeu *Aigl*, 9. nec non alia bona variis in locis Pongeu, Tittmoning, & Mattſee comparando; 10. ad quæ bona etiam ſpectant decimæ in Maurach anno 1594. pro anniverſario datæ. 11. *Tertio* bona quædam in obſequium principis partim vendendo, uti erat hoſpitale S. Magdalenæ anno 1591., 12. partim aliqua, uti erat hortus Frongarten anno 1599., & alia anno 1606. permutando: 13. novam ferme ab anno 1606. usque 1610. totius monaſterii ſtructuram conficiendo, 14. nec non pro bono religioſorum novam quaſi bibliothecam plantando; 15. *quinto* denique rigorem antiquæ obſervantiæ pro viribus protegendo, 16. nec non pietatem & fervorem pro decore domus Dei in plurimis oſtendendo. 17. Martinus Abbas in æſtimatione fuit apud Principem Wolfgangum

Theo-

Theodoricum, a quo liberalitatem in variis rebus, 18. ſpecialiter pro ornatu eccleſiæ largam munificentiam expertus, 19. & anno 1598. ſecunda vice pro adminiſtratore in monaſterio ad S. Michaelem Buræ fuit conſtitutus; 20. quam adminiſtrationem anno 1613. in manus clementiſſimas Marci Sittici reſignavit, 21. qui alteſatus Princeps eamdem alteri ex noſtro monaſterio commiſit. 22. Martinus Abbas multas etiam publicas calamitates, peſtis, & aquarum inundationis, 23. nec non gravis incendii in templo cathedrali vidit & ſenſit, 24. & neque a domeſticis afflictionibus liber & immunis fuit, tam propter contumaces aliquos religioſos, 25. quam propter periculum incendii a quodam religioſo converſo in variis monaſterii locis malitioſe ſuppoliti. 26. Tandem poſt electum duobus ante mortem annis a ſemetipſo ſepulturæ locum, 27. anno 1615. in domino obiit, & honorifice ſepultus fuit anno ætatis 62., regiminis 31., cujus vitæ elogium, 28. pro epilogo in compendio exponitur. 29. Pro complemento actorum recenſentur litteræ, quæ anno 1599. de permutatione Frongarten, 30. anno 1606. de contractu emptionis circa partem alicujus domus in Kirchgaſſen, 31. anno vero 1613. de emptione & permutatione totius domus illius, 32. & denique anno 1614. de confirmatione privilegiorum ſub Mathia Imperatore emanarunt.

JOACHIMUS,
Abbas LXIX.
Ab anno 1615., usque ad annum 1626.

Synopſis.

1. Poſt mortem Martini Abbatis anno 1615. ex gremio in Abbatem electus tanquam minus habilis non acceptatur, 2. ſed P. Joachimus Puchauer Prior in monaſterio Weſſofontano ſuperioris Bavariæ, 3. primum adminiſtrator, & demum pro Abbate petitus, confirmatus, & benedictus fuit eodem anno. 4. Deficiente Salisburgi ſtudiorum cultura Abbas Joachimus non tantum pro ſuis ſollicitus, 5. verum etiam poſtquam ordinem benedictinum pro novo Gymnaſio elegit princeps Marcus Sitticus, 6. ad extera monaſteria pro confœderatione & novis Profeſſoribus ablegatus, 7. cum promiſſis tam de confœderatione, quam de mittendis Profeſſoribus Salisburgum rediit, 8. & poſtquam vigore litterarum fundationis prima ſedes Gymnaſii fuit ordinata in noſtro monaſterio, 9. non tantum eodem anno poſt adventum Profeſſorum publica ſtudiorum inauguratio fuit, 10. verum etiam plura monaſteria anno ſequenti confœderationem cum Gymnaſio inierunt: 11. quod Gymnaſium brevi poſt in Univerſitatem publicam anno 1623. elevatum, 12. ejusdemque primus Aſſiſtens perpetuus confirmatus fuit Abbas noſter Joachimus. 13. Idem D. Abbas, poſtquam regularem diſciplinam conſervare ſtuduit. 14. & tam decorem domus Dei in Eccleſia, quam & bonum œconomiæ variis modis promovit, 15. poſt laudabile decem annorum abbatiale regimen anno 1626. in Domino obiit.

ALBERTUS, III.
Abbas LXX.
Ab anno 1626., usque ad annum 1657.

Synopſis.

1. Defuncto Joachimo anno 1626. rurſus in Abbatia nullus ex gremio, ſed P. Albertus Keuslin ſucceſſit, 2. qui profeſſus Ottoburanus, tunc temporis autem Rector Univerſitatis Salisburgenſis, 3. in Abbatem noſtri monaſterii trigeſima Aprilis eodem anno canonice electus, 4. & poſt conſenſum Abbatis Ottoburani, quem tam illuſtriſſimus Princeps & Ordinarius, 5. quam & totus Conventus S. Petri pro concedendo neoelecto Abbate petiit. 6. Eodem anno 27. Junii confirmatus, & 29. ejusdem ſolenniter benedictus fuit. 7. In principio regiminis quid fecerit Albertus? præſertim quoad conſervandam diſciplinam, 8. qualem curam ſui conventus habuerit ſubſequentibus annis? tam quoad ſtudia, 9. quam quoad reliquum vivendi modum, quem ad meliorem ſtatum perduxit, 10. quomodo monaſterii bonum tam variis reparationibus & novis ædificiis, 11. quam augendo ſuppellectilem ſacram & profanam promoverit? 12. quæ bona ad monaſterii utilitatem vendiderit, permutaverit, & alia de novo comparaverit? 13. & quomodo redditus monaſterii per fundationes, hæreditates, & donationes, nec non cenſus annos auxerit? 14. quæ bona præſtiterit collegio, & ſpeciatim religioſo convictui fratrum ſtudentium? 15. quam hoſpitalis fuerit tempore belli tam ab anno 1632. erga peregrinos & profugos ex Imperio, 16. quam etiam ab anno 1645. usque ad annum 1650. erga advenas & exules ex Auſtria & Bavaria? 17. & denique quam miſericors & liberalis fuerit erga afflictos & pauperes Albertus, exponitur. 18. Præter hæc anno 1626. iniit transactionem circa proviſionem & ſepulturam noſtrorum familiarium, 19. & anno 1627. curavit aperiri ſepulchra & elevari reliquias S. Ruperti, & S. Vitalis. 20. anno 1630. confraternitatem S. Scapularis, & anno 1631. eamdem de roſario B. V. M. inſtituit: 21. anno 1631. confirmatus fuit viſitator generalis omnium monaſteriorum noſtri ordinis in hac diœceſi, 22. cui officio per annos omnino duodecim non ſine multis curis & laboribus præfuit. 23. Poſt præliminarem DD. Abbatum in negotio noſtri Ordinis Ratisbonæ congreſſum, qui fuit anno 1630., 24. etiam Albertus non tantum Salisburgo Ratisbonam 16ta Januarii an-

no 1631., 25. ubi primum Capitulum in præſentia multorum Abbatum a 20ma Januarii usque 23tiam anno 1631. fuit celebratum, 26. verum etiam tamquam electus commiſſarius cum punctis informationis, & litteris commendatitiis inſtructus, 27. ad DD. Ordinarios Auguſtanum & Conſtantienſem eodem anno ablegatus & profectus fuit; 28. quamvis totum hoc negotium penitus inane & irritum factum fuerit, & contra nos Romæ deciſum. 29. Inde autem ut in diœceſi Salisburgenſi inſtituatur congregatio, miſſæ fuerunt litteræ anno 1636. ad Albertum, 30. quæ clementiſſima intentio, poſtquam eandem & aliis manifeſtavit Albertus, 31. rurſus anno 1641., ut quantocyus exſecutioni mandetur, litteris citatoriis confirmata, 32. atque eodem anno die 6ta Novembris primum Capitulum fuit celebratum. 33. Ad acta Alberti etiam ſpectat, quod anno 1630. prima vice a Ferdinando II. in confirmatione privilegiorum, 34. & anno 1637. a Ferdinando III. Imperatore altera vice determinationem ad 1050. urnas vini obtinuerit; 35. quod catalogum Abbatum S. Petri anno 1646. authenticum & fide Notarii roboratum typis ediderit, 36. & eodem anno feſtum dedicationis Eccleſiæ commodius ad Dominicam ſecundam Octobris transtulerit, 37. quod multas calamitates publicas, quales erant peſtis in civitate anno 1636., nec non, 38. annonæ caritas, & tumultus bellici variis annis exorti, 39. quin & privata infortunia in ſe & in aliis compatiendo tulerit & ſenſerit, 40. ultimis etiam vitæ annis, nimirum anno 1653. moderationem anniverſariorum impetravit. 41. Quibus & multis aliis peractis anno 1657. tertia Januarii in pace quievit, 42. die octava Januarii in noſtra Eccleſia ante ſummum altare ſepultus non ſine funebri apparatu. 43. Epilogus & ſynopſis totius vitæ & geſtorum Alberti Abbatis.

AMANDUS,
Abbas LXXI.
Ab anno 1657., usque ad annum 1673.

Synopſis.

1. Poſt duos Abbates ab exteris monaſteriis poſtulatos præmiſſo examine, 2. anno 1657. die octava Februarii a viduato conventu ad S. Petrum, 3. ex gremio noſtro in Abbatem electus fuit Amandus Pachler, 4. qui, poſtquam ante ſui confirmationem in ſpeciali audientia multa de ſtatu monaſterii apud Principem expoſuit, 5. & quod in cauſa novi ædificii petiit, non ſine magno monaſterii emolumento obtinuit, 6. 20ma Martii confirmatus, & 21ma ejusdem in Eccleſia noſtra ſolemni ritu benedictus fuit. 7. Poſt benedictionem rurſus quidem & repetitis vicibus donatum fuit novum ædificium, 8. ſed menſe ſequenti ad transactionem & ceſſionem ſuper præcedentia diſpoſitus fuit conventus, 9. erectis deſuper tribus Inſtrumentis: uno ſuper donatione cœpti ædificii 4ta Maji 1657., 10. ſecundo ſuper transactione & ceſſione antiquæ præcedentiæ ſub quinta Maji 1657., 11. tertio, per quod Archiepiſcopus ſub 11ma Maji anno eodem hanc transactionem confirmavit. 12. Poſt horum erectionem incœpit Abbas Amandus eodem adhuc anno novum in clauſtro ædificium, 13. illudque jam anno 1660. ferme finitum cum nova capella S. Joſephi 19na Martii benedixit. 14. Quo ædificio durante etiam anno 1658. novam cellam vinariam in monte exciſam, 15. & novam cryptam pro defunctis confratribus in capella S. Viti anno 1659. exſtruxit; 16. nec non alia renovavit, ornavit, exſtruxit præfatus D. Abbas, magnus monaſterii noſtri reſtaurator. 7. Idem D. Abbas controverſiam circa parochiam Dornbacenſem compoſuit, 18. erecto deſuper Inſtrumento transactionis authentico inter DD. Epiſcopum Viennenſem, & Abbatem S. Petri; 19. Anno 1661. corpus S. Amandi elevavit, & ſolemni ritu transtulit, 20. de qua utraque ſolennitate Notarii fide confectum fuit Inſtrumentum. 21. Non minus erudita quædam opuſcula in lucem edidit, 22. majorem autem Manuſcriptorum copiam ad utilitatem poſteritatis reliquit. 23. Tandem poſt vitam inter varios virtutum actus piiſſime ſimul & patientiſſime transactam 24. die 9na Septembris anno 1673., anno ætatis 49. in Domino obiit, 25. & honorifice decima quarta Septembris ſepultus ante Altare S. Joſephi cum epitaphio ibidem affixo.

SÆCULUM XII.
Ab anno 1682., usque ad annum 1782.

EDMUNDUS,
Abbas LXXII.
Ab anno 1673., usque ad annum 1702.

Synopſis.

1. Poſt obitum D. Amandi Abbatis factæ fuerunt diſpoſitiones ad novam electionem, 2. in qua P. Edmundus Sinhueber Prior tertia die Octobris anno 1673. fuit electus, 3. ut probat authenticum deſuper authoritate Notarii erectum electionis Inſtrumentum; 4. poſtea decima quarta Octobris die confirmatus, & die ſequenti in Eccleſia noſtra benedictus. 5. Quis fuerit Abbas Edmundus ante ſui electionem, paucis exponitur; 6. magis autem, qualis fuerit in Abbatia. Et primo quidem datur geſtorum quaſi ſynopſis; 7. ſecundo recenſentur quædam geſta in particulari: quod montem *Riettenburg &c.* 8. cum quibusdam villis in monte monachorum,

nec non aliis domibus & fundis, 9. sub obligatione feudi anno 1673. cum statibus provinciæ permutaverit; 10. tertio, quod eodem anno villam Millbachianam quoad mediam partem, quæ libera est, 11. & alteram pariter, quæ non est libera, sed subjecta Domino directo, 12. nec non cum aliis duobus adjacentibus prædiis anno 1674. ad monasterii utilitatem comparaverit; 13. quarto, quod ex affectu erga monasterium factæ fuerint aliquæ fundationes, *Plainensis* anno 1675.. 14. anno 1682. monasterii Ord. S. Aug. in Titmoning. 15. & rursus eodem anno monasterii in Hallein cum vicariatu in Dirnberg, omnes a DD. Maximil. Gandolpho Archiepiscopo; 16. similiter, quod anno 1695. a DD. Joanne Ernesto duplex anniversarius, unus pro altefato Principe & familia; 17. alter anno 1696. pro quodam ex officialibus, aliisque fideliter servientibus stabilitus fuerit. 18. Quibus fundationibus etiam aliæ a privatis accesserunt, præsertim Lerchenfeldiana, 19. & prima fundatio in Millrain a D. Achatio Resch parocho in Altenmarkt. 20. Anno 1682. Sæculum XImum Salisburgi fuit celebratum, non tantum per septem erectos arcus triumphales, 21. & solennissimam translationem SS. corporum Martini, Vincentii, Hermetis, Chrysanthi & Dariæ, 22. sed etiam per alia lætitiæ signa publica, 23. & quidem per octo dies, non sine magna Principis & Archiepiscopi Maximiliani Gandolphi munificentia. 24. In qua solennitate etiam D. Abbas Edmundus multa impendit; partim Ecclesiam exterius per machinas symbolicas, 25. partim interius per novam & pretiosam suppellectilem cum subsecuta triduana devotione exornando; 26. partim ad theses publicas in emblemate defensas non leves sumptus conferendo. 27. Sed anno 1683. publicas calamitates præsertim Dornbachii in nostris vineis sensit, 28. & postquam in officio visitatoris generalis multum laboravit, ad quod anno 1692. denominatus fuit, 29. tandem vicinus morti spirituale testamentum jam prius a se conditum publice prælegi voluit, 30. quod etiam a posteris legi, & Chronico nostro inseri meretur, 31. atque anno 1702. 21ma Maji pie obiit, ante altare B. V. de Carmelo cum inscriptione sepultus. 32. Sub hoc D. Abbate floruerunt tres Patres Mezgeri: primus P. Franciscus, 33. secundus P. Josephus ejusdem nominis, 34. tertius P. Paulus Mezger, tres germani fratres, & nostri monasterii confratres; 35. quos etiam auctoritas Mabillonii, dum anno 1683. ex Gallia Salisburgum venit, commendat.

CAROLUS,
Abbas LXXIII.

Ab anno 1702., usque ad annum 1704.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

Synopsis.

1. Viduatus Conventus de novo eligendo Abbate sollicitus post requisitas dispositiones 2. eodem anno, ut probat electionis instrumentum, vicesima Junii elegit P. Carolum Schrenk, 3. qui post acceptam 28. Junii in suo abbatiali officio confirmationem litteris patentibus roboratam 4. in ipso Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli in Ecclesia nostra fuit benedictus. 5. De quo paucis exponitur, quis fuerit ante sui electionem, 6. & qualis in munere abbatiali per duos tantum annos & unum mensem: 7. nam anno 1704. trigesima Julii in monasterio Monseensi mortuus, 8. in nostra autem Ecclesia ad S. Petrum sepultus fuit.

PLACIDUS,
Abbas LXXIV.

Ab anno 1704., usque ad annum 1741.

Synopsis.

1. Præmissis post mortem Caroli Abbatis ad novam electionem dispositionibus, 2. a viduato conventu, in quo erant numero viginti septem eligentes, 3. die 27ma Augusti electum fuisse P. Placidum Mayrhauser Priorem, 4. & quidem non canonice tantum, sed etiam unanimiter ex authentico instrumento probatur. 5. Qui Dominus electus eodem anno 13tia Septembris confirmatus, 6. & decima quarta ejusdem in Festo exaltationis S. Crucis benedictus fuit. 7. A primis annis quanto zelo exarserit Abbas Placidus primo tam pro ornatu templi *externo*, 8. quam interno ejusdem ordinando varias ad publicam ædificationem devotiones; 9. secundo pro utilitate confratrum tam *spirituali*, præsertim in exstruendo novitiatu, 10. quam *temporali*, eosdem perficiendo in studiis, & curam habendo pro infirmis, 11. & tertio universim pro monasterii suorumque successorum bono, exponitur; 12. quibus etiam cryptam abbatialem condidit, ipse primus in ea conditus. 13. Amplius commendari meretur, quod anno 1705. sedem Pabenschwand cum quibusdam prædiis, 14. pariter eodem anno octo alia minora bona eo pertinentia, sed antea divisa, 15. rursus dicto anno partem lignorum in Buchwald, & similem partem anno 1706. in alio loco, 16. anno autem 1708. aliquod spatium versus Talgeu comparaverit; 17. specialiter vero, quod anno 1707. locum Eberwald a Celsissimo Principe pro alpibus obtinuerit, 18. in quo loco Pabenschwand etiam piscandi & venandi jus habetur. 19. Idem D. Abbas castrum Goldenstein a D. L. B. de Rechlingen anno 1710. accepit 5ta Decembris die, 20. ut exhibet primum instrumentum sub eodem dato & anno erectum, 21. non sine gravibus oneribus & conditionibus annexis, 22. ob aliquas præsertim funda-

tiones perpetuas, quæ onera etiam, 23. per litteras reverſales ſub 3tia Febr. anno 1711. aliquam mutationem ſubierunt; 24. plenam tamen ſatisfactionem a monaſterio datam fuiſſe per aliud probatur teſtimonium. 25. Anno 1713. & 1714. laboravit pro facultate conſecrándi & benedicendi, 26. quam etiam anno 1716. quoad portatilia & calices, non autem quoad altaria fixa per ſententiam accepit; 27. ſpecialiter etiam confirmationem privilegiorum a Joſepho I. 28. & anno 1712. a Carolo VI. Rom. Imp. obtinuit. 29. Denique poſt annos in religione 54., in ſacerdotio 47., in regimine 37., in vita 70. completos pie obiit, 3. ſepultus 28. Sept. in crypta, quam pro ſe & aliis ipſus condidit.

GODEFRIDUS,
Abbas LXXV.
Ab anno 1741., usque ad annum 1753.

Synopſis.

1. Poſt ſupplices ad Celſiſſimum Ordinarium de inſtituenda electione preces 2. anno 1741. vigeſima ſexta Octobris præſentibus Commiſſariis a viduato Conventu 3. in ſecundo ſcrutinio per vota majora electus fuit Godefridus Krœll, 4. prout fuſius docet authenticum electionis inſtrumentum, 5. confirmatus octava Novembris die, quæ S. Godefrido ſacra eſt, 6. benedictus autem duodecima ejusdem non ſine magnis clementiæ ſignis. 7. Quis Godefridus Abbas noſter fuerit ante electionem, 8. præſertim dum erat ſeptemdecim annis S. Scripturæ Profeſſor, 9. & quam utiliter per undecim annos & ſeptem menſes præfuerit, exponitur. 10. Qui poſtquam pie vixit, factus forma gregis moribus & exemplis, 11. anno 1753. die 26ta Maji Jubilæus Ordinis in Domino obiit, 12. & ſepultus ante ſummum altare cum ſepulchrali inſcriptione. 13. Ipſo vivente renovatum fuit privilegium auſtriacum anno 1742. de evehendis vinis, 14. eodem anno empta tertia pars ſteuræ pro dominio Dornbacenſi, 15. & anno 1745. prædium quoddam Sogger dictum, ab oneribus dominii directi liberatum.

BEDA,
Abbas LXXVI.
Ab anno 1753., usque ad annum - - -

Synopſis.

1. Poſt mortem D. Abbatis Godefridi & prævias diſpoſitiones 2. anno 1753. die quarta Julii præmiſſo gravi per D. Commiſſarium ſermone 3. a viduato Conventu, in quo erant 28. eligentes 4. in tertio ſcrutinio per vota majora Beda Seeauer electus, 5. atque per alteram ſermonis partem pro conſenſu requiſitus fuit; 6. ſecuta demum pro complemento ultima ſermonis parte ad conventum, 7. prout hæc & plura docet authenticum electionis inſtrumentum, 8. fide Notarii ſubſcriptum & roboratum. 9. Electioni ſucceſſit confirmatio die 28. Julii; 10. benedictio autem primum 23tia Decembris eodem anno. 11. Poſt hæc idem Abbas in conſiliarium intimum, deputatum provinciæ, & ſteurarum præfectum, 12. nec non in viſitatorem Parthenonis Nonbergenſis declaratur. 13. Qui, poſtquam varia in & extra Eccleſiam in monaſterio renovavit, 14. etiam incorporationem novi vicariatus ad S. Annam in parochia abbatisaugienſi obtinuit. 15. Brevis concluſio totius operis hiſtorico-chronici.

INDEX BREVIOR

Episcoporum, Archiepiscoporum, & Abbatum, qui ab anno 582. usque ad annum respective 1782. monasterio ad S. Petrum Salisburgi per duodecim sæcula præfuerunt.

I. S. RUPERTUS Fundator, primus Episcopus & Abbas, ab anno 582. usque ad annum 623.

II. S. VITALIS, Episcopus & Abbas II., ab anno 623. usque ad annum 646.

III. B. ANSOLOGUS Abbas III., ab anno 646. usque ad annum 674.

IV. B. SAVOLUS Abbas IV., ab anno 674. usque ad annum 680.

V. B. EZZIUS Abbas V., ab anno 680. usque ad annum 703.

VI. B. FLOBARGISUS Episcopus III. & Abbas VI., ab anno 703. usque ad annum 739.

VII. B. JOANNES I. Episcopus IV. & Abbas VII., ab anno 739. usque ad annum 754.

VIII. S. VIRGILIUS Episcopus V. & Abbas VIII., ab anno 754. usque ad annum 784.

IX. B. BERTHRICUS Abbas IX. ab anno 784. usque ad annum 785.

X. B. ARNO Archiepiscopus I. Salisburg. & Abbas S. Petri X., ab anno 785. usque ad annum 821.

XI. B. AMILONIUS Abbas XI., ab anno 821. usque ad finem ejusdem anni.

XII. B. ADALRAMUS Archiepiscopus II. & Abbas XII., ab anno 821. usque ad annum 836.

XIII. B. LUIPRAMUS Archiepiscopus III. & Abbas XIII., ab anno 836. usque ad annum 859.

XIV. B. ADALBINUS Archiepiscopus IV. & Abbas XIV., ab anno 859. usque ad annum 873.

XV. B. ADALBERTUS Archiep. V. & Abbas XV., ab anno 873. usque 874.

XVI. B. DIETMARUS I. Archiep. VI. & Abbas XVI., ab anno 874. usque ad annum 897.

XVII. B. PILGRINUS I. Archiep. VII, & Abbas XVII., ab anno 897. usque ad annum 913.

XVIII. B. UDELBERTUS Archiep. VIII. & Abbas XVIII., ab anno 913. usque 935.

XIX. B. EGILOLPHUS Archiep. IX. & Abbas XIX., ab anno 935. usque ad annum 940.

XX. HEROLDUS Archiep. X. & Abbas XX. ab anno 940. usque ad annum 958.

XXI. FRIDERICUS Archiep. XI. & Abbas XXI., ab anno 958. usque ad annum 988.

XXII. TITO Abbas XXII. ab anno 988. usque ad annum 1005.

XXIII. B. MAZELINUS
XXIV. RUPERTUS II.
XXV. RUPERTUS III.
XXVI. GERWICUS
XXVII. REGINWARDUS

} Rexerunt monasterium ab anno 1005. usque ad annum 1077.

XXVIII. IRIMPERTUS ab anno 1077. usque ad annum 1079.

XXIX. S. Thiemo Abbas, Archiep. Salisburg. & Martyr, ab anno 1079. usque ad annum 1090.

XXX. ALBERTUS I. ab anno 1090. usque ad annum 1104.

XXXI. WEZELINUS ab anno 1104. usque ad annum 1116.

XXXII. REGINBERTUS ab anno 1116. usque ad annum 1125.

XXXIII. BALDERICUS ab anno 1125. usque ad annum 1147.

XXXIV. HENRICUS I. ab anno 1147. usque ad annum 1167.

XXXV. HENRICUS II. ab anno 1167. usque ad annum 1188.

XXXVI. WICHBOTO ab anno 1188. usque ad annum 1193.

XXXVII. PILGRINUS II. ab anno 1193. usque ad annum 1195.

XXXVIII. CHUNRADUS I. ab anno 1195. usque ad annum 1198.

XXXIX. SIMON I. ab anno 1198. usque ad annum 1231.

XL. BERTHOLDUS ab anno 1231. usque ad annum 1242.

XLI. RICHERUS ab anno 1242. usque ad annum 1259.

XLII. ALBERTUS II. ab anno 1259. usque ad annum 1263.

XLIII. CHUNO ab anno 1263. usque ad annum 1266.

XLIV. SIMON II. ab anno 1266. usque ad annum 1270.

XLV. DIETMARUS II. ab anno 1270. usque ad annum 1288.

XLVI. ENGELBERTUS ab anno 1288. usque ad annum 1297.

XLVII. RUPERTUS IV. ab anno 1297. usque ad annum 1313.

XLVIII. CHUNRADUS II. ab anno 1313. usque ad annum 1346.

XLIX. OTTO I. ab anno 1346. usque ad annum 1364.

L. JOANNES II. ab anno 1364. usque ad annum 1375.

LI. OTTO II. ab anno 1375. usque ad annum 1414.

LII. LEONARDUS ab anno 1414. usque ad annum 1416.

LIII. UDALRICUS ab anno 1416. usque ad annum 1420.

LIV. JOANNES III. ab anno 1420. usque ad annum 1428.

LV. GEORGIUS I. ab anno 1428. usque ad annum 1435.

LVI. ERHARDUS ab anno 1435. usque ad annum 1436.

LVII. PETRUS ab anno 1436. usque ad annum 1466.

LVIII. RUPERTUS V. ab anno 1466. usque ad annum 1495.

LIX. VIRGILIUS II. ab anno 1495. usque ad annum 1502.

LX. WOLFGANGUS ab anno 1502. usque ad annum. 1518.

LXI. SIMON III. ab anno 1518. usque ad annum 1522.

LXII. JOANNES IV. Staupitius ab anno 1522. usque ad annum 1524.

LXIII. CHILIANUS ab anno 1525. usque ad annum 1535.

LXIV. GEORGIUS II. ab anno 1535 - - 15. diebus.

LXV. ÆGIDIUS ab anno 1535. usque ad annum 1554.

LXVI. BENEDICTUS ab anno 1554. usque ad annum 1577.

LXVII. ANDREAS ab anno 1577. usque ad annum 1584.

LXVIII. MARTINUS ab anno 1584. usque ad annum 1615.

LXIX. JOACHIMUS ab anno 1615. usque ad annum 1626.

LXX. ALBERTUS III. ab anno 1626. usque ad annum 1657.

LXXI. AMANDUS ab anno 1657. usque ad annum 1673.

LXXII. EDMUNDUS ab anno 1673. usque ad annum 1702.

LXXIII. CAROLUS ab anno 1702. usque ad annum 1704.

LXXIV. PLACIDUS ab anno 1704. usque ad annum 1741.

LXXV. GODEFRIDUS ab anno 1741. usque ad annum 1753.

LXXVI. BEDA ab anno 1753. - - -

Explicit series chronologica Episcoporum, Archiepiscoporum, & Abbatum, qui ab anno 582. per duodecim Sæcula usque ad annum 1782. monasterio ad S. Petrum præfuerunt.

INTRO-

INTRODUCTIO
AD
CHRONICON
ANTIQUI MONASTERII AD S. PETRUM
SALISBURGI ORD. S. BENED.
ET
DISQUISITIO PRÆLIMINARIS
HISTORICO-CHRONICA
DE ADVENTU, FUNDATIONE, ET OBITU
S. RUPERTI.

I. Antiqua, & nova Dei beneficia in Salisburgenſes collata, non tantum vocem laudis exigunt, & gratiarum actionem;

Quod olim Pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis promiſit *Sion*, & ſub eius Typo Eccleſiæ Chriſtianæ, exemplo nimirum *Abrahæ*, & *Saræ* copioſam Prolem ſpiritualem, lætitiam, & ſalutem æternam per os Iſaiæ c. 51. a v. 1. prænuntians: *Attendite ad Petram, unde exciſi eſtis, & ad cavernam laci, de qua præciſi eſtis, attendite ad Abraham Patrem veſtrum, & ad Saram quæ peperit vos, quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum, conſolabitur ergo Dominus Sion, & conſolabitur omnes ruinas ejus, & ponet deſertum ejus quaſi delicias, & ſolitudinem ejus quaſi hortum Domini; gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio, & vox laudis:* id ipſum plane vicinis gentibus, & noſtræ præprimis Juvavienſi Provinciæ ſpeciali quadam providentia jam multis retro abhinc ſæculis in ſancto RUPERTO hujus gentis Apoſtolo, & Eccleſiæ Salisburgenſis fundatore & promiſiſſe, & non interrupta miſericordia adimpleſſe videtur benignus, & miſericors Dominus. Deus enim Abrahamo, quem ob fidei firmitatem vocavit PETRAM, benedixit, & multiplicavit, ut fieret Pater multarum gentium, haberetque poſteros innumeros inſtar Stellarum Cœli, & arenæ maris; & ad hujus exemplum conſolatus eſt Sion reparans ruinas ejus per converſionem gentium, poſuitque deſertum eius quaſi delicias, ipſam nimirum primitivam Eccleſiam antea incultam, & deſertam, poſtea per Apoſtolos inſtar amæniſſimi horti excultam, & adornatam, ita ut in hac gentium ſolitudine jam ad Chriſtum converſa, in qua antea non niſi tenebræ erant, & mœſtitia, jam non inveniatur niſi gaudium, lætitia, gratiarum actio, & vox laudis; agnoſcunt enim id tot fideles gratias agentes Deo, quod de tenebris & umbra mortis ad lucem & vitam, de poteſtate Diaboli ad ſocietatem filiorum Dei fuerint translati. De ſorte adeo illuſtri jam a partu virgineo ad finem Sæculi VIti, ut ex communi eaque antiquorum traditione interim loquar, congratulabatur ſibi Salisburgenſis Sion, quæ olim *Juvavia* miſera, & infelix, ædificiis quidem culta, ſed inculta moribus, & Religione informis exſtitit, ubi ingens ſuccrevit vaſtitas & ſolitudo, donec Deus, qui primus & æternus Sæculorum Author eſt, ad finem præcitati Sæculi unum præprimis vocavit RUPERTUM, cui benedixit & quem multiplicavit; & poſtquam hic novus in terris noſtris Apoſtolus diſpulſis Idolomaniæ tenebris induxit ſalvificæ fidei claritatem, poſtquam excitavit PETRAM & fundavit in PETRO, conſolatus eſt Dominus *Sion* reparans ruinas eius, & quæ olim erat deſertum potius

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

tius & ſolitudo, nunc mutata eſt in hortum Domini, in Eccleſiam ſanctam deſcendentem de cœlo, paratam ſicut ſponſam, & ornatam, primo viro ſuo divo RUPERTO. Quid ergo mirum, ſi omni quidem tempore, hac tamen imminente præprimis ſæculari feſtivitate ad finem occidentis Sæculi XII. & felicem ortum Sæculi XIII. inveniatur in Sion, in tota, qua late patet, Salisburgenſi Provincia, ſpeciali autem Obligatione in noſtro Monaſterio antiquo, quod ipſe ſanctus RUPERTUS in honorem ſancti Apoſtolorum Principis PETRI ſub regula ſancti BENEDICTI extruxit, gaudium, & lætitia inenarrabilis, maxime autem *gratiarum actio*, & *vox laudis*, audiatur, ut nimirum benedicamus gratias agentes Domino, & Regi Sæculorum immortali, qui ultra annos mille, in quo computu omnes plane conſentiunt hiſtorici, diſſentit nemo, Monaſterium noſtrum inter varias viciſſitudines in hodiernum usque diem incolume conſervavit, & dum haud dubie tanto annorum lapſu opulentæ Civitates, aut forte etiam regna ab antiqua decideruntgloria, imo collapſa ſuerunt in ruinam, quæ opum magnitudine, & armorum potentia valuerunt, hoc tamen noſtrum antiquum Cœnobium ſtetit, non quidem potentia & prudentia noſtra, ſed bonitatis, & divinæ providentiæ præſidio ſtetit ſupra PETRAM, & RUPEM patrocinante divo Petro Apoſtolo, & fundante S. Ruperto Salisburgenſium Epiſcopo, & Monaſterii noſtri ad S. Petrum Abbate primo.

II. Verum etiam modernos Petrenſes Cœnobitas excitant, ut non tam Provinciæ hiſtoriam, quod alii dudum præſtabant,

Sane, ſi antiqua & nova divinæ providentiæ in Salisburgenſes collata beneficia merentur *vocem laudis*, & debitam exigunt in hac feſtiva noviter Orientis Sæculi celebritate *gratiarum actionem*; nos præprimis *Rupertini*, & *Petrenſis* Cœnobii hic Salisburgi ſodales probe attendentes ad PETRAM, unde exciſi ſumus, non tantum cum illo Archangelo apud Tobiam cap. 12. Benedicimus Deum cœli, & coram omnibus viventibus confitemur Ei, quia nobiscum fecit miſericordiam; verum etiam honorifice nos facturos eſſe credimus, ſi opera Dei palam aliis revelemus, & confiteamur, publicis Scriptis ac monumentis enarrando ſpecialia divinæ Clementiæ ſigna, & ſi notam faciamus potentiam Eius, qui inter tot fatorum varietates Servos ſuos eruit, & benigniſſime conſervavit. In hunc finem non equidem intendimus erudito Orbi exponere integram celeberrimæ huius Metropoleos, & totius Salisburgenſis Provinciæ hiſtoriam, partim, quia tam arduum munus, utpote vires noſtras undequaque ſuperans, doctioribus, & qui in ſtudio hiſtorico indeſinenter deſudant, relinquimus; partim, quia id jam plurimi ſtrenue executi ſunt in hoc argumento optime meriti, & quidem unus ex primis Wiguleus Hundius in ſua Metropoli Salisburgenſi, qui tamen ſuum opus non niſi proprie usque ad annum 1581. circa ſuprema fata Joannis Jacobi de Kuen Archiepiſcopi produxit, integro duorum Sæculorum ſpatio ad noſtra usque tempora relicto; cui tamen operi notas adjecit Chriſtophorus Gewoldus, & usque ad tempora tunc viventis, & glorioſe regnantis Paridis Lodronii Archipræſulis ſapientiſſimi pervenit. Sequebatur D. Franciſcus Dückerus, Archiepiſcopalis cameræ & Judicii Aulici Salisburgenſis Conſiliarius, cuius poſteri Liberi Barones Sago, & Toga conſpicui etiamnum exſtant, qui narrationes ſuas per ordinatam Archiepiſcoporum ſeriem in linqua vernacula conſcriptas non ſine legentium voluptate exponit ad annum usque 1668. quo tempore Archiepiſcopus magni nominis Guidobaldus Thunius in vivis eſſe deſiit. Religioſi Patres Mezgeri tres germani fratres, Cœnobii noſtri filii, & Confratres, de re litteraria non minus docendo per omnes præſertim altiorum Scientiarum Claſſes in huiate Archiepiſcopali & Benedictina Univerſitate, quam de Monaſterio noſtro bene meriti hiſtoriam Salisburgenſem ad principia usque meritiſſimi de hac Metropoli Archipræſulis Joannis Erneſti Thunii ad annum videlicet 1686. pertexere conati ſunt, cuius operis Princeps quidem fuit P. Joſephus Mezger, poſt quem præmatura morte interceptum germani fratres Franciſcus, & Paulus cœptum opus explevere. Denique hoc Sæculo currente omnem eruditionem de rebus Salisburgenſibus antiquam & novam quaſi exhauſiſſe videtur magni nominis hiſtoricus, & vir vere eruditus P. Marcus Hanſizius Societatis JEſu Alumnus, qui vaſto volumine & operoſo, & pretioſo in Tom. II. Germ. Sacræ Archiepiſcopatum Salisburgenſem rara eruditione, & ſtupenda induſtria chronologice proponit, & usque ad glorioſi Regiminis ſub Principe Leopoldo Firmiano primordia circa an. 1730. ita congeſſit omnia, ut lectoribus quaſi nihil ad plura expetenda ſupereſſe videatur. In Chronologia equidem, ut ſuo loco videbimus, Sæculo, & amplius diſceſſit ab antiqua Salisburgenſium Traditione, quem tamen jam dudum præceſſerunt & alii, Mabillonius præſertim, & Pagius. Cæterum modeſtiſſimus hic Author Marcus Hanſizius in ſua præfat. ad Tom. II. Germaniæ Sacræ cum effuſa quadam humanitate de ſupra cit. Mezgeris ita perorat: Mezgeris præcipue, inquit, me debere permultum præſertim in vitis recentioribus lubens merito profiteor: quorum, ut etiam verbis non nunquam uterer, id honoris cauſa feci erga Viros, quos & ob eruditionem egregiam, & nitorem ſtyli, & ob Authoritatem, qua muniti decoratique prodierunt, publicam, veluti Roſcios, & antiſtites Salisburgenſis hiſtoriæ officio veneror. Hæc ille: inter tot igitur & tantos Hiſtoriæ Salisburgenſis Cultores nihil unquam defuit, niſi forte ultimum Sæculum

culum medium, id est, quinquaginta annorum lapsum excipias, quo minus eruditio historica de Archiepiscopatu Salisburgensi totaque circumjacente Provincia non semper efflоruerit, utpote adeo culta, & semper magis ac magis exornata.

III. Sed conscribendo Monasterii Chronicon juxta seriem Abbatum, Misericordiam Dei cum ipsis factam & aliis deprædicent.

Pauciores, & parciores invenimus, qui ad nostrum propositum modernum juxta seriem Abbatum antiqui Monasterii nostri Chronologicam in particulari historiam monasticam conscribere conati sunt, præsertim post Fridericum I. Archiepiscopum simul, & in ordine Abbatem ultimum, qui circa finem Sæculi X. postquam Monasterio fecit provisionem in Decimis aliisque proventibus, constituit pro Abbate regulari Monachum S. Petri Titonem anno Christi 988. Nihil quidem intermiserunt devotissimi, & addictissimi Monasterio suo filii, & Confratres nostri Patres Mezgeri, quin omnia in supradicto opere historico enarrarent ad tempora usque Abbatis Edmundi, sub cuius Regimine anno 1682. Sæculi XI. Salisburgensis simul, & Monasterii festivitas fuit celebrata, quæ de fundatione, incremento spirituali & temporali Cœnobii nostri potuerunt dici, ac scribi; imo & laudatissimo historico Marco Hansizio in acceptis referimus, quod & ipse debito ordine, & loco inseruerit in cit. Tom. II. Germ. Sacræ, qui agit de Archiepiscopatu Salisburgensi, omnem notitiam de Monasterio nostro præcipuam, & in annexis ad finem corollariis, atque eruditis annotationibus chronologicis historicis, & criticis præcipua de nostris privilegiis Diplomata, Donationum, & transactionum instrumenta per extensum eruditis Lectoribus & historiæ amatoribus ob oculos posuerit. Quoniam vero Mezgeri ipsimet fatentur in sua ad historiam Salisburgensem præfatione, quod non tam Chronicon, quam historiam scribere placuerit, & non tam solas vitas Abbatum S. Petri, quam summorum Ecclesiæ Salisburgensis Antistitum fideliter ex authenticis documentis referre fuerint solliciti, & præter hæc omnia non parce operi suo historico insperserint relationes de rebus variis memorabilibus, quæ illis temporibus passim in toto orbe acciderunt; Marcus Hansizius autem altiori operi admovit manum, in quo post Fridericum primum, ubi Chronicon Abbatum S. Petri, sicut & ordo, & series defuit, qualis antea simul cum Archiepiscopis huius Sedis fuerat, omnissis merito in Abbatia successoribus, non enim id scribendi finis exigebat, aut intentio, præprimis Chronologico ordine, atque amplissima eruditione Archiepiscopatus Salisburgensis historiam in suis Archipræsulibus recenset, & mire illustrat: unde dignum & justum esse credimus, si ad Ortum novi Sæculi conscribendo Monasterii nostri Chronicon juxta seriem Abbatum, quos cum primis Episcopis, & Archiepiscopis 76 numeramus, misericordiam Dei tot Sæculorum curriculis nobiscum factam & aliis deprædicemus. Ad quod propositum exequendum præter hos recensitos magni nominis in historia Salisburgensi Authores, quos utique tamquam ab omnibus, si non quoad omnia, saltem quoad præcipuam rei substantiam summe approbatos venerari oportet, ad finem nostrum particularem de conscribendo Chronico, & pertexenda serie Abbatum a I., qui est sanctus Episcopus, & fundator Rupertus usque ad LXXVI. facem nobis per tenebras antiquitatis ambulantibus prætulerunt varia nostra monumenta antiqua & originalia, nec non antiqui quidam Catalogi, inter quos unus de anno 1004. & Chronica Abbatum in nostro Archivio asservata, inter quæ non minimæ authoritatis est Chronicon Abbatis nostri Martini ante annos ferme ducentos conscriptum, ubi tam Episcopi, quam & Abbates S. Petri usque ad annum 1613. recensentur. Bonum Officium Monasterio nostro, & nobis in hoc negotio præstitit Abbas noster Albertus huius nominis III. dictus Keuslin, qui in imperiali Monasterio Ottoburano professus, antea primus huius almæ Universitatis Rector magnificus, anno autem 1626. ad Infulam Monasterii nostri postulatus, magnorum meritorum Præsul circa annum 1646. conscripsit, & typis edidit Catalogum cum historiæ Compendio Abbatum S. Petri Salisburgi ex antiquis Chronicis, litteris, & monumentis authenticis, quæ in nostro Monasterio asservantur, extractum, qui Catalogus, quod cum citatis ibidem Litteris originalibus sincere, & authentice correspondeat ex speciali commissione & mandato illustrissimi, ac reverendissimi Domini Domini PARIDIS Dei gratia Archiepiscopi Salisburgensis &c. &c. præsente Prænobili, & Clarissimo viro Christophoro Schrephio SS. Theolog. Licentiato, alte fatæ Reverendissimæ Celsitudinis Consiliario Ecclesiastico, nec non Reverendissimi Consistorii Directore tamquam Commissario specialiter deputato per J. U. Doctorem & Notarium publicum Bartholomæum Höglerum examinatus, & dicto anno 10. Martii approbatus, & roboratus fuit; de quo Catalogo suo loco uberius dicendum. His antiquioribus Catalogis, & Chronicis accedunt plurima Manuscripta, quibus usi fuimus, imo & monumenta quædam typis impressa, speciatim de S. Vitale secundo Episcopo, & Abbate, quæ posteritati reliquit in antiquitatibus versatissimus Abbas Amandus Alberti Successor, qui anno 1657. ille autem Amandus Abbas anno 1673. supremum Vitæ diem clausit, uterque, ut videbimus, apud nos æterna memoria dignus. Sed neque de Scriptoribus domesticis recentioribus penitus tacendum: inter hos enim eminuit nostri Monasterii quondam professus Monachus Bernardus Viechterus patria Tyrolensis, quem optime novimus, qui anno 1698. Mundo natus, &

anno 1753. rursus denatus fuit, Vir, qui non tam solide doctus, quam summe industrius, vere pius & devotus exstitit Religiosus; postquam enim hic per annos viginti laboribus Archivii se totum applicaverat, nobis reliquit, quæ & ad manus habemus, justa folia viginti, non computatis minoribus opusculis Manuscriptis, propria manu, Charactere adeo presso, ut ferme litteras typi adæquet, conscripta, ex quibus Volumina undecim tractant de serie Abbatum S. Petri a S. Ruperto usque ad tempora Abbatis Joachimi, id est, annum 1626. quibus equidem foliis & plurima alia, quæ in Mundo acciderant illo tempore, Mezgerorum instar, inseruit. Et quamvis hæc Manuscripta correctione litteraria hinc inde indigeant, & optimus Compilator, quod & magnis viris haud infrequenter accidere solet, externis relationibus & ipse plus æquo confisus in varios errores inciderit, attamen labores nostros ut plurimum alleviarunt, & non modicam in tenebris affuderunt lucem, quæ nobis ad ipsas Originales Litteras monstrabat viam, ita ut illis perspectis haud adeo difficile sit pretiosum a vili separare.

IV. In hunc finem præmittitur Disquisitio Chronologica de Adventu S. Ruperti, quamvis non plena possit determinari certitudo.

His ita præsidiis, & subsidiis muniti ipsum quidem opus de conscribendo Monasterii Chronico aggredi in nomine Domini tentabimus, postquam prius, ne penitus impræparati, & quasi non lotis manibus accedamus, Disquisitionem quamdam Chronologicam de Adventu, fundatione, & Obitu S. Ruperti primi Salisburgensium Episcopi, & nostri Abbatis non tantum, sed & fundatoris præmittimus. Verum ô infaustam Historiæ sortem! antiquioris præsertim, qualis & nostra Salisburgensis est, ob varias Authorum conjecturas & probabilitates non vulgari incertitudini exposita, de qua & nos, qui circa illam fideliter referendam solliciti fumus, non sine dolore participamus. Dum enim molem ædificio nostro superimponere volumus, & de lapide angulari inquirimus, qualis utique in historia & descriptione cuiusdam Chronici est annus fundationis, cum variis annexis de S. Fundatore notitiis, jam in limine hæremus infelices Chronologi. Nec mirum, ait Mezgerus noster in sua Dissert. prælim., nam, uti oculus facile caligat in rebus loco dissitis, ita in longo tempore remotis: nostra quidem antiqua & per aliquot Sæcula inter Salisburgenses nec suis gravibus fundamentis destituta Traditio, accepta a Patribus, imo innata tam S. Petri quam Salisburgi incolis opinio est, quod S. Rupertus antea Episcopus Wormatiensis in numero Episcoporum illius Ecclesiæ octavus post fata valde adversa, quæ Wormatiæ pertulit, a Theodone IV. Duce Bavariæ missis ad virum Dei Legatis, ut in Boiariam veniret, petitus, in dictam Provinciam venerit circa annum 580. quo tempore Conversio Bavariæ per S. Rupertum, baptizato Theodone Duce, sua cœpit Cunabula, post quæ circa annum 582. & prima Ecclesiæ Salisburgensis fundamina jecit idem S. Fundator, qui, postquam per annos 40. sancte rexit Juvaviensem sedem, anno Christi 623. in festo Resurrectionis Dominicæ 27. Martii sanctam efflavit animam, de quibus omnibus differendi occasio erit & copiosa, & ampliſſima. Nostra quidem hæc Traditio est, & forte, licet non penitus certa, indubitata & quasi manu apprehensa, attamen, ut ex infra dicendis patebit amplius, maxime probabilis & verosimilis; nam si vetustatis fama, tacentibus libris unica rerum præteritarum nuntia est, & nostra quidem Traditio ex diversis locis & monumentis in eandem rem & tempora concordat; an non in eiusmodi Controversiis historicis major adhibenda fides domesticis, ubi res gesta est, quam exteris & posterorum conjecturis, quæ non nisi incertis quibusdam Chronologicis Tabulis innituntur? Non diffitemur, quod non obstante antiqua nostra Traditione non modicæ difficultates, eæque non spernendæ oriantur circa annorum, & totius Chronologiæ computum, quia dubitatur, & non vere scitur, an S. Rupertus Bavariæ Apostolus floruerit tempore Childeberti Franciæ Regis, an sub I. II. vel III. Childeberto? an vero Apostolus Boioariæ & Salisburgensium fuerit? quo anno Theodonem, & qualem huius nominis Ducem baptizaverit? an dies Resurrectionis, quæ fuit 27. dies Martii, sit eadem, quæ dies Paschatis, quam diversimode intellexerunt antiqui, an vero 27. Martii dies illa Resurrectionis Dominicæ, qua & Salvator Mundi a mortuis resurrexit, postquam 25. ejusdem Mensis in Cruce pro salute nostra fuit mortuus? Non minus annorum computum a S. Ruperto, de quo etiam dubitatur, quot annis præfuerit Sedi Juvaviensi, ad subsequa tempora dubium reddunt, & Antiquitatem Ecclesiæ Salisburgensis & nostri Monasterii vel stabiliunt, vel minuunt tres post S. Vitalem Abbates Ansologus, Savolus, & Ezzius, qui probabiliter non Episcopi, sed tantum Abbates regulares exstiterunt per annos quinquaginta septem; & utrum hi Abbates tantum fuerint vicarii Abbates vivente S. Vitale, vel Flobargiso, aut Joanne Episcopis? rursum controvertitur. Si tantum Abbates Vicarii exstiterunt, ut recentiores historici desiderant potius, quam probant, de quibus late infra dicemus, tunc haud dubie, quando quinquaginta septem anni in Chronologia subtrahuntur, propinquior nostris temporibus redditur S. Rupertus; & tamen hic 57. annorum numerus non sufficit ad explendum integrum Sæculum & ultra, in quo differunt noviores a Traditione antiqua; si autem Episcopi, vel Abbates tantum regulares fuerint, quod ultimum maxime verosimile est, Sede Episcopali, quod illis temporibus nemini mirum esse potest, per plures annos post S. Vitalem usque ad Flobargisum vacante, tunc totus

totus annorum Computus Salisburgenſium Chronologicus usque ad noſtra tempora receptus in ſuo vigore ſalvus & incolumis perſiſtet: Verbo: nodus hic ob ſcribentium diverſitatem & temporis Antiquitatem adeo involutus eſt, ut forte nemo ſibi gloriari poſſit, ſe in extricanda hac Controverſia Hiſtorico-Chronica verum eſſe *adeptum*.

V. Aventinus enim annum Adventus in Bavariam aſſignat jam ad annum 537. quæ tamen Sententia non eſt veroſimilis.

Hanc ob cauſam in varias ſententias abierunt varii, iique celebres Hiſtorici, de quibus ſelectiora referemus placita, ut benignus Lector iis perſpectis, & quod libuerit, eligendi, & quod placuerit, pro ſe Judicium ferendi plenam habeat Libertatem. Primus, quia Antiquitate alios prævalet, hic referendus eſt Joannes Aventinus, celebris ſui ævi Hiſtoriographus Bavaricus, Patria Abenſpergenſis ejusdem Provinciæ, qui Mundo natus 1477., & in Mundo eſſe deſiit anno 1534. ſcripſit hic annales, qui ab initio aliquo modo æſtimabantur, quantæ autem modo Authoritatis ſit Author apud recentiores Hiſtoricos, alii judicant. In rem præſentem vetuſtus hic Hiſtoriographus L. 3. annal. poſtquam enarravit geſta Theodonis I. Bojorum Ducis, qui Vindeliciam, & Noricum primus occupavit, ad filium ejus Theodonem II. quem ob magna geſta magnum cognominat, ex quorumdam ſententia refert veniſſe divum Rupertum Vangionum Præſulem ſanctioris Philoſophiæ, id eſt, Chriſtianæ Religionis, & Legis Legatum; nec ab ea abhorruiſſe Ducem, ſed Proceres ejus reclamaſſe, ob idque re infecta domum, in Franciam nempe revertiſſe. Exempto autem rebus humanis Theodone illo anno à Chriſto nato 537. filium ejus Theodonem III. natu maximum illam Vindeliciæ partem, quæ nunc Bojaria inferior, cum principe Civitate Reginoburgo, vulgo, Ratisbona ſortitum. Huic Theodepertum tunc Franciæ Regem filiam ſuam Reginotrudam deſpondiſſe, unaque Rupertum Præſulem cum ſociis ad Bojos ire juſſiſſe, ut Ducem cum gente ad Veritatis Lumen perduceret, tandem Theodonem cum filio Theodoperto aqua cœleſti luſtratum & pietatem hauſtam in poſteros diffudiſſe. Hæc & ſimilia Aventinus, cujus opinionem & alii pauci fuerunt ſecuti, imo & huic adhærent quædam recentiora ſed minoris notæ Manuſcripta, quæ in noſtro Monaſterio aſſervantur. Qualis autem fuerit annus Converſionis, hic Author antiquus non exprimit, colligitur tamen juxta illius mentem fuiſſe vel annum 540. vel 550. ut adeo differat Aventini ſententia a noſtra opinione communi 30. aut 40. annis, quibus adhuc prius ac nos credimus, Converſio Bojariæ facta fuiſſet. Verum de hac Aventini vel ſuorum ſequacium ſententia non ſatis examinata, ut quis eam amplecteretur, nemo prudenter cogitat; nam certum eſt inprimis, quod hic Author Chronologiam parum curaverit, & ut ipſius opus accuratius inſpicienti patebit, ſine ſufficienti delectu vera falſis miſcuerit; unde jam dudum meliora Chronica receſſerunt cum probatiſſimis aliis authoribus, inter quos utique maxime celebris eſt Baronius, qui Tom. 7. annal. ad annum 590. & in notis ad Martyrol. Rom. præfatum hiſtoricum depravatæ veritatis cenſura caſtigat. Inſuper præter alias, quas noſter Petrenſis & Salisburgenſis Hiſtoriographus in ſua Diſſert. prælim. §. 1. allegat rationes, non facile explicari poteſt, quandonam S. Rupertus fuerit mortuus, ſi enim jam veniſſet in Bavariam circa annum 537. & Converſio primum fuiſſet facta circa annum 540. ante quod Tempus jam per plures annos fuit Epiſcopus Wormatiæ, tunc neceſſario debuiſſet obitus reduci vel ad annum 545. tum, cui brevi temporis ſpatio contradicunt maxima S. Ruperti poſt Converſionem Bojoariæ merita; vel ad annum 623. aut 628. quibus annis dies Reſurrectionis in diem 27. Martii incidit, in qua hypotheſi ultra centum; & aliquot annos vitæ ſuæ ætatem protraxiſſet ſanctus Epiſcopus, quod rurſus non eſt veroſimile. Taceo, quod hæc opinio nullum etiam habeat nexum pro ſubſequis temporibus, & Epiſcopis Salisburgenſibus Chronologicum usque ad tempora S. Virgilii, ubi ferme omnes, paucis annis exceptis, conveniunt, oporteret enim vel plures Epiſcopos aut Abbates fingere, vel illis, qui vixerunt, plures adhuc Vitæ annos absque ſufficienti fundamento ſuperaddere, ut ſpatium temporis expleri poſſit, de quibus minime fuit ſollicitus Aventinus.

VI. Multo minus credibilis eſt computus Bollandi in notis ad Vitam S. Ruperti, qui præcedit noſtram traditionem integro Sæculo;

Minus autem credibilis eſt ille Calculus, quem in actis Sanct. Tom. III. Martii Edit. Antverp. pag. 703. aſſignant eruditiſſimi cæteroquin Collectores, & Continuatores Bollandi circa annum prædicationis S. Ruperti in regnis Noricis, & in ipſa Urbe Juvavienſi. In commentario prævio ad diem 27. Martii in Vita S. Ruperti. n. 2. pag. 700. ajunt, quod ſanctus Rupertus anno Childeberti Regis ſecundo fuerit Epiſcopus Wormatienſis, & quod Childebertus anno DLXXV. adeoque primum circa finem Sæculi ſexti regnare cœperit. Poſthunc Commentarium prævium duobus §§. diſtinctum, ubi traditioni noſtræ appropinquare videntur, iidem ſumme induſtrii authores allegant duplicem Vitæ deſcriptionem, unam ex Manuſcripto Florentino, & alteram ex Manuſcripto rubeæ Vallis, in quo utroque Manuſcripto advertimus, pleraque quidem cum Vita S. Ruperti convenire, nullibi tamen obitus, imo ne quidem annum adventus in Bojariam fuiſſe expreſſum, ut vel inde magna apud exteros incertitudo quaſi manibus palpari poſſit. Verum cap. 2. vitæ ex Manuſcripto Florentino hæc verba leguntur n. 10. Litt. marg. M. His itaque expletis vir iſte beatus inceptum magnæ prædicationis opus cum ſummi Pontificis adjutorio ſtudens ad perfectum perducere Norica regna diſcipulorum ſuorum comitante Caterva circuire deſtinavit, & ab Urbe Juvavienſi egrediens & gentes, quibus

nondum Lumen fidei resplenduerat, Visitans, eis triticum Credulitatis lolio pereunte seminavit &c. in quæ verba *Summi Pontificis adjutorio* iidem celeberrimi cæteroquin Compilatores in nota (m) hanc faciunt explicationem: *fuerit is*, nimirum summus Pontifex, *ex Calculo nostro S. Simplicius Papa ab anno* 467. *ad* 483. *Ecclesiam Gubernans*, alii numerant annos Simplicii Papæ ab anno 465. usque 479. ex qua Computatione fors tantum per inadvertentiam facta (ut Bollandum vel ejus Continuatorem Papebrochium excusat Marcus Hansizius pag. 48. n. XXX. quamvis sententiæ Bollandi in Comment. præv. in nostrum favorem expositæ contradicat) consectaneum foret, sanctum Rupertum jam Sæculo V. Adjutorio Papæ Simplicii labores suos apostolicos in Norico inchoasse. Sed hoc, præterquam, quod cum antea dictis in commentario prævio §. 1. n. 2. nullam habeat connexionem, ubi assignatur annus Childeberti primus ad Sæculi VI ferme finem, nimirum 575. annum, nemo unquam Salisburgensium cogitandi fundamentum habuit propter rationes longe fortiores Sententiæ Aventini oppositas; opporteret enim adhuc, ut in n. V. præcedenti dictum fuit, plures effingere Præsules usque ad S. Virgilium, qui circiter anno 784. supremum clausit diem, ut a Sæculo V. usque ad Sæculum Octavum in Præsulum Regimine intermedium temporis spatium expleri possit. Ast Salisburgensium nemo sibi de tanta gratulari desiderat Antiquitate; integro Sæculo juniores esse & ipsi appetimus, atque defendimus, nec curamus, quod recentiores Historici, Galli etiam, nos ab hac satis antiqua possessione penitus deturbare conentur.

VII. Et neque Sententia media Velseri, qui cum aliis statuit adventum S. Ruperti ad annum 616. satis probari potest.

Antequam vero fortissimos in Chronologia adversarios, quales sunt Mabillonius cum aliis, & speciatim hoc Sæculo currente Marcus Hansizius S. J, cum integro recentiorum Historicorum agmine audiamus, ipsorumque fundamenta minime spernenda examinemus, supereſt, ut & in medium adducamus Sententiam quasi mediam, cui patrocinantur celeberrimi Authores, & Bavariæ Scriptores, quales sunt, Vitus Arenpekius, specialiter Velserus Duumvir Augustanus, Andreas Brunerus e S. J., Adelzreiderus, Mathæus Raderus in Bavaria sancta, & plures alii. Hi Authores graviſſimi in Chronologia non adeo dissentiunt cum antiqua Salisburgensium traditione, affirmant enim, quod S. Rubertus sub Childeberto II. anno circiter 580. præfuerit Vangionensi Ecclesiæ; ast in hoc differunt, quod asserant S. Rupertum ante annum 616. in Bavariam non veniſſe, quo primum anno Theodonem BavariæDucem ad signa Christi traductum baptizasse referunt; insuper neque in anno obitus multum sunt contrarii Authores citati, sed ut spatium vitæ propter summa in hanc Provinciam merita magis extendant, probabilius ipsis videtur, quod S. Rupertus non tam anno 623. quam anno 628. (utroque enim anno dies 27. Martii in diem Resurrectionis incidit) spiritum suum Deo reddiderit; ad quod asserendum ipsis etiam patrocinari videtur, quod annus Mortis S. Ruperti etiam antiquis fuerit incognitus, & præsertim Discipulus S. Eberhardi, qui & Vitam S. Ruperti scripsit circa Sæculi XII. finem, dubium reliquerit, qualis annus pro anno Mortis sit determinandus. De reliquo opinionem suam stabiliunt gravi authoritate Pauli Diaconi antiqui & celebris Authoris, qui sub Carolo M. floruit, de quo in subsequentibus plura dicenda occurrent; nam ex Testimonio Pauli Diaconi ab anno salutis 580. usque ad annum 612. nullus recensetur Dux Theodo, qui Bojariæ præfuisset, ut adeo Dux Theodo, qui illo tempore non regnavit, neque etiam converti, & baptizari potuerit, atque ut aliquod temporis intervallum supersit, quo per conjugem suam Reginotrudam ad suscipiendam Christi fidem disponi potuit, jam nullum aderit Obstaculum, quo minus defendi possit, & S. Rupertum in hanc Provinciam veniſſe, Theodonem vero Bojoariæ Ducem conversum, & baptizatum fuiſſe. Verum valeat hæc sententia, quantum valere potest, nos interim respondemus, quod Antiqui circa finem Sæculi XII. non penitus ignoraverint diem Obitus, & quamvis aliquod dubium ipsis fuerit, certius tamen credebant annum Mortis fuiſſe 623. Est enim nobis ad manus & actu ante oculos antiquum Manuscriptum membraneum sign. Litt. H. quod est Chronicon Salisburgense usque ad annos Rudolphi Archiep. Salisb. circa annum 1288. descriptum a quodam Manuscripto Authoris antiquioris de 1186. ut patet pag. 27. Col. 1. ad finem, ubi hæc leguntur: *ideo, quod inter duo dubia certius est, eligamus & computemus annos de transitu S. Rudberti ab anno DCXXIII. Dom. incarnat., sunt autem a transitu ejus*, nimirum S. Ruperti, *usque ad præsentem annum, qui est Dominicæ Incarnationis annus milleſimus centeſimus octogeſimus sextus*, per quæ verba innuitur, quo anno scriptus sit hic liber; *anni quingenti LXIII.* Si ergo huic numero 563. superaddamus annum Mortis S. Ruperti 623. eveniet annus 1186. quo anno hoc Chronicon primitus scriptum, & sequenti Sæculo primum descriptum, & quod usque ad annum 1288. in Catalogo Archiepiscoporum defuit, suppletum fuit. Atque hoc Manuscriptum membraneum utique valde antiquum respective de Sæculo XII. ad finem, qui annus coincidit in tempora S. Eberhardi, cujus Discipulus vitam S. Ruperti scripsit, ut refert Canisius antiq. Lect. Tom. 2., hoc inquam Manuscriptum, in quo etiam multa referuntur ex Discipulo S. Eberhardi, præsertim contra recentiores Historicos, est nobis fortius argumentum, quam noster Lapis sepulchralis, de quo interim præscindimus, an, & qualem a nobismetipsis sortiatur authoritatem, qui assignat Mortis annum ad annum

num 623. quem lapidem jam exſtitiſſe illo tempore, quo ſcripſit S. Eberhardi diſcipulus, nec nobis contra optimos viros noſtros Mezgeros credibile, aut veroſimile videtur ex rationibus infra allegandis. Ulterius reſpondet Mezgerus in ſua diſſ. prælim. §. 3. quod ex Veteri & ſuorum ſequacium ſententia ſequeretur, Rupertum tantummodo ſeptem annis Bavariam incoluiſſe, imo vix quatuor, aut quinque annis Salisburgo præſediſſe, ſubductis ad minimum duobus annis, qui peregrinationi in Hungariam & Pannoniam, nec non Sedi in Wallerſee debent tribui, intra quos annos, ſi etiam computatur iter in Patriam, nec non in alias terras Bojoariam, Vindeliciam, & Carinthiam ad prædicandam Chriſti legem ſuſceptum, quo anguſto annorum Termino conſcribendum eſſe S. Rupertum merito miratur Author Mezgerus, qui haud dubie magis admirandi cauſam habuiſſet, ſi S. Rupertus ex recentiorum Sententia, præſertim Marci Hanſizii duobus tantum annis poſt fundatum anno 716. Epiſcopatum vixiſſet Salisburgi, quia anno 718. jam obiiſſe defendit, & vix alium annum Mortis propter Diem Reſurrectionis, a qua recedi non debet, ſtatuere poteſt, ut amplius in ſubſequentibus videbimus. Denique circa Ordinem Principum Bavariæ illa ætate Sæculi VI. & VII. ferme nihil ex Authoribus Synchronis relictum fuit, ex quibus aliqualis certitudo hauriri poſſit, hinc unius Pauli Diaconi, quem etiam pro ſe citant Mabillonius, & Hanſizius, toto Sæculo a Velſeri & hujus ſequacium Sententia diſtantes, Authoritas, dum Principes Bojoariæ ſub Childeberto ſecundo enumerat, non evincit, nullos alios tunc fuiſſe Principes, cum ante & poſt illa tempora diviſas fuiſſe in plurium Principum Regimen Bavariæ Provincias apud Authores conſtet, & ſi etiam tunc temporis Reges fuiſſent, tanto veroſimilius eſt, quod etiam Duces ſub ſe habuerint. In tanta, proh dolor! verſamur incertitudine, niſi aliam lucem nobis affundant recentiores Hiſtorici, qui S. Rupertum noſtra traditione Salisburgenſi integro Sæculo, & aliquot annis ſerius ad Bavariam, & hanc Sedem Juvavienſem veniſſe credunt.

VIII. Longe aliter ſentit Mabillonius, qui adventum S. Ruperti ad annum 696.

Inter hos igitur eminet, atque integrum recentiorum Hiſtoricorum agmen poſt ſe traxit Joannes Mabillonius Author quidem eruditiſſimus, Ordinis noſtri præfulgidum Lumen ex Congregatione S. Mauri in Gallia Presbyter monachus, qui Tom. I. annal. Bened. Edit. Paris. de anno 1704. pag. 610. n. L. ad annum Chriſti 696. in terminis ſequentia ſcribit, quæ, cum non omnibus Lectoribus ad manum ſint, in extenſo communicamus: „Rudbertus inquit, „vulgo Rupertus Bajoariorum dictus Apo„ſtolus in Bajoariam accerſitus eſt a Theo„done Duce anno ſecundo Childeberti Re„gis, idque plerique recentiores interpre„tantur de Childeberto ſecundo, qui ab „anno quingenteſimo ſeptuageſimo quinto „ad nonageſimum ſextum Francis Auſtra„ſiis imperavit. Verum toto hujus Chil„deberti Principatu nullus Theodonis no„mine Dux Bojoariorum exſtitit, ſed Ga„ribaldus, & Thaſſilo primus, ut ex Paulo „Warnefridi filio in actis Sæculi tertii a „me probatum eſt. Deinde Theodo Dux, „is, qui S. Rudbertum invitavit, filios ac „Succeſſores habuit duos, Diotpertum ſeu „Theodbertum, & Grimoaldum, & poſt „eos Hucbertum, qui ſanctum Bonifacium „ſequenti Sæculo excepit, ut conſtat tum „ex Arnone Salisburgenſi Epiſcopo, tum „ex Arnolfo Monacho Ratisbonenſi authore „gravi, etſi non æquali. Ex quibus conſe„quens eſt, S. Rudbertum non ante Chil„deberti III. Principatum in Bajoariam ac„ceſſiſſe. Hæc fuſius a me alibi tractata „pluribus aſſerere ſuperfluum fuerit. Huic „Sententiæ opponunt Saltzburgenſes, Ami„ci quidem noſtri, atque ejusdem inſtituti „Sodales, Conſtantem Eccleſiæ ſuæ tradi„tionem, quæ ad centum annos longius „ſummovet Rudberti in Bajoaria prædica„tionem, id eſt, ad annum ſecundum Chil„deberti II. cui traditioni faveant Worma„tienſes, quibus Rupertus præfuit Epiſco„pus, priusquam in Bajoariam proficiſcere„tur. Accedunt liber de vita S. Ruperti „ab aliquot Sæculis ſcriptus, Authorum „ab eo tempore conſenſus, ac demum an„tiquiſſimus Ruperti ſepulchralis marmo„reus Lapis. An vero hæc præmiſſis ra„tionibus præponderent, judicium eſto pe„nes æquos Lectores. Certe poſteriori huic „Sententiæ non favet Ruperti antiquior „Vita, multo minus Catalogus primorum „Epiſcoporum Saltzburgenſium ſcriptus Sæ„culo nono ex Codice Ratisponenſi in con„ſequentibus referendus; in quo Epiſcopi „duntaxat quinque referuntur ante Arno„nem, qui procurante Carolo Magno pri„mus a Leone tertio auctus eſt dignitate „Archiepiſcopali. Cæterum hic Catalogus „longe præferendus eſt indici ab Hundio „relato, qui primum hunc Catalogum qua„tuor Epiſcoporum auxit, ut ad Childe„berti ſecundi Tempus extendi poſſit Saltz„burgenſium Epiſcoporum Series.„ Hæc contra noſtram antiquam traditionem cit. l. celeberrimus Author Joannes Mabillon, qui etiam ſub eodem n. cit. miratur, vel potius dubitat, aut omnino non credit, quod Theodo Dux eo tempore adhuc Idolorum cultui fuerit deditus, præſertim cum penes Francorum Reges Jus inſtituendi Duces poteſtas fuerit; quamvis, ne penitus *Apoſtoli* nomen S. Ruperto ſubtraheret, ſe explicet, quod forte aliqui iterum relapſi fuerint ad Dæmonum cultum, & ſuperſtitiones deficientibus Epiſcopis, aut Eccleſiæ Miniſtris, ut adeo relapſos rurſus converterit S. Rupertus. Reliqua, quæ de S. Ruperto hic adducit Mabillon, ad Chronologiam non ſpectant.

Idem

IX. Annum vero obitus in die Resurrectionis ad annum 718. statuit.

Idem Author celeberrimus Joannes Mabillon, qui annum adventus S. Ruperti in Bavariam extendit ad annum Christi 696. in cit. Tom. 1. Annal. Bened., annum Mortis in Tom. II. annal. ejusd. Edit. pag. 51. n. XXIII. non alium fuisse declarat, quam annum 718. Sic enim loquitur magnus hic Annalium Compilator: „Si Calculus noster „de Accessu S. Rudberti in Bajoariam ad„mittatur, ejus obitus sequenti anno re„ponendus est, siquidem vir Sanctus desi„gnato Successore *inter verba Orationis red„didit Spiritum in die Resurrectionis Domini „nostri Jesu Christi*, testante antiquiori Ano„nymo in ejus vita. Non raro veteres „quamlibet diem Dominicam vocant diem Resurrectionis Domini. Verum ipsum diem „Paschæ intelligunt Authores omnes, qui „de S. Rudberto commentarios ediderunt. „Si ergo ejus accessus in Bavariam recte a „nobis constitutus est anno superioris Sæ„culi nonagesimo sexto; cum ex Tabulis „Saltzburgensibus constet eundem VI. Ka„lendas Aprilis obiisse; ejus certe obitus „consignandus est anno septingentesimo de„cimo octavo, quo Paschalis solemnitas in „ipsum diem incidebat. Mendosus est Epi„scoporum Saltzburgensium Catalogus a „S. Ruperto apud Hundium, quem emen„dat veterrimus annorum octingentorum „Poeta, cujus versus olim a nobis ex Codice Ratisbonensis Monasterii S. Emerami descriptos, & in tom. 4. analectorum cum aliis editos huc referre juvat:

„Dicta Juvavo fuit quondam Metropolis ista
„Quam primo fundans Hrodbertus rexerat almus,
„Post hunc Vitalis Antistes rexit eandem.
„Ipsius inde Flobargisus, qui est fultus honoris
„Quartus Johannes fuerat, sedemque regendo.
„Advena Virgilius statuens quam plurima quintus.
„Multo plura gerens Arno super omnia sextus,
„Septimus hinc successit Adalram pastor opimus,
„Tempore namque suo statuens quam plurima pulcre.
„Octavus veniens Liuphramus Præsul ovilis
„Officium Domini renovans formosius æque.

„Ex hoc indice„ ait, & certo credit „Mabillon,„ confirmatur calculus noster de „tempore S. Rudberti adventus in Bojoariam, „nempe a Principatu Childeberti tertii, quem „adventum, ut ad Childebertum II. summo„verent Hundius, aliique recentiores; Anso„logum, Savolum, & Ezzium post Vitalem „Episcopos intruserunt, quos tantum Abba„tes Monasterii fuisse constat. Cæterum pri„mi Saltzburgenses Episcopi plerique Mona„chi fuere, ut suis locis observatum.„ Hæc Mabillonius cit. loco, qui forte his ultimis verbis sibimetipsi contradicere videtur; nam, si Ansologus, Savolus, & Ezzius fuerint veri Abbates S. Petri, ubi tunc Abbatialis, & Episcopalis Sedes fuit eadem, & primi Episcopi etiam Abbates fuerunt, imo juxta hunc Authorem etiam Monachi, tunc Mabillonius vel debuisset omnino expungere ex numero viventium tres illos Abbates Ansologum, Savolum, & Ezzium, de quibus interim abstrahimus an simul fuerint Episcopi, vel debuisset tantum dicere, quod fuerint Abbates secundarii, Vicarii, aut honorarii, ad quod dicendum rursus non sufficiens fundamentum habet; aut debet ipsis assignare certum annorum numerum, vel computum post S. Vitalem usque ad Flobargisum, quia ipse Mabillonius fatetur, quod ad S. Petrum fuerit prima Sedes inter Episcopos & Abbates usque ad translationem S. Ruperti cit. Tom. II. Lib. XXIV. n. L. V. ubi ad annum 774. agit de translatione S. Ruperti inquiens„ „ab eo tempore Sedes Episcopalis a Mona„sterio S. Petri in novam S. Rudberti Eccle„siam migravit.„ Ergo ab illo tempore & amplius fuerunt Episcopi simul Abbates, & Abbates, si non Episcopi, saltem suo modo erant in effectu Regiminis, quod Episcopi. Sed de his plura suo loco.

X. Cujus præcipua fundamenta ex Paulo Diacono & Arnolfo desumpta hic proponuntur.

Est autem dignum & justum, ut pensiculatius examinemus fundamenta Mabillonii, quibus & permoti plures recentiores iique graves Historici ab antiqua nostra traditione, quæ Authoribus Synchronis, qui in recentiorum Sententia plane deficiunt, æquiparanda est, recesserunt; inter quos & Claudius Fleurius, cujus historia ecclesiastica paucis abhinc annis ex Gallico idiomate in Latinum translata in omnibus ferme eruditorum manibus teritur, qui celebris hoc ævo historicus in sua hist. Eccl. Tom. IX. L. 41. §. 31. ad annum 716. excepta sola Chronologia, quam ex Mabillonio supponens intactam reliquit, eleganter epitomen vitæ S. Ruperti exposuit, & pariter in fine annum Mortis S. Ruperti ad annum 718. propter Diem Resurrectionis Dominicæ, quæ illo anno in diem 27. Martii incidebat, reduxit. Primum itaque argumentum summitur ex Paulo Diacono, qui erat Warnefridi filius, authore antiquo & gravi, de quo, in historia Longobardicæ gentis versato præsummi potest, quod habuerit notitiam de Principibus Bojorum, postquam circa annum 590. gens Longobardica cum Boica affinitatem contraxit post desponsationem Theodelindæ Boiæ cum Anthari Rege Longobardiæ factam: hic itaque Paulus Diaconus L. 3. de gest. Longobard. c. 10. ait: quod Evinus Tridentinorum Dux Garibaldi Boiæ Principis filiam sibi desponsaverit, & L. cit. c. 31. v. 29. juxta antiquam Edit. August. Vind. de anno 1515. refert: Autharim Longobardorum Regem alteram Garibaldi filiam thoro junxisse, quæ Theodolinda fuit, pietate quam Sanguine illustrior, quæ secundum postea Maritum Agilulfum Regem, & cum eo totam Longobardorum gentem convertit, quod

quod contigiſſe ait circa annum 589. Porro autem, teſte eodem Paulo L. 4. c. 7. Garibaldo ſucceſſit Thaſſilo, huic filius Garibaldus II. a Sclavis devictus circa annum 610., quis autem Garibaldo ſucceſſerit, incompertum eſſe; unde colligit Mabillon ſub toto Childeberti Ducatu nullum relinqui locum Theodoni,& per conſequens neque S. Ruperto, quem ſub Theodone Bavariam acceſſiſſe apud omnes in comperto eſt, ut adeo S. Rupertus, qui ſub Childeberto Præſul fuit, non ad tempora Childeberti II. ſed Childeberti III. debeat conſtitui. Secundum & ferme fortius argumentum deſummit Mabillonius ex Arnolfo, vel ut aliis placet Arnoldo, qui ex Comite factus eſt Monachus S. Emerami Ratisbonæ, author gravis,& fide digniſſimus.Hic L. 1.de Mirac. S.Emerami c.1. plures enumerat Bojorum Duces : Theodonem,cui filii inRegnum non ſucceſſerunt, item alium Theodonem,ſub quo clariſſimusConfeſſor ChriſtiRupertus cum aliis Dei Servitoribus Juvavium devenit, qui filios habuit Succeſſores Diotpertum, id eſt, Theodobertum atque Grimoaldum : poſt quos Ducatum huic genti præbuit Hucbertus, qui S. Emeramo donaverat Curtem : hujus Ducis temporibus beatiſſimus Præſul Bonifacius ingreſſus Bojariam non nullos Hæreticorum ex ea depulit. Quo in Franciam reverſo, & præfato Duce defuncto ſub Principe Pipino gentis huius Ducatum adeptus eſt Udilo. Hæc & ſimilia Arnolfus, ex quibus Mabillon & alii deducere volunt, quod Theodo noſter, cujus trium nepotum tempora ad usque Principatum Pipini Regis Franciæ ſe protendunt, non in ſexto, ſed in ſeptimo Chriſti Sæculo vixerit, niſi velimus Theodobertum, Hucbertum, & Ottilonem ferme ultra ſesqui Sæculum Bojariæ præfuiſſe. Hæc ſunt præcipua argumenta, uti colligere licuit ex Mabillonio, quæ ſorte magis elucescent, ſi ex inſtituto agamus cum Marco Hanſizio. Tertium argumentum deſumit Mabillonius ex verſibus antiqui Poëtæ,qui Chronologiam non curavit, & ex quibus verſibus (exſtant autem & alii ſimiles in noſtrum favorem) nihil aliud probatur, quam quod Anſologus, Savolus, & Ezzius non fuerint Epiſcopi, quod facile concedimus ex aliis rationibus a nobis ſuo loco allegandis ; cum autem fuerint Abbates, & Sedes Abbatialis fuerit eadem tunc temporis cum Epiſcopali, quæ per aliquod tempus utique illo Sæculo vacare potuit, hinc Mabillonio incubuiſſet illam difficultatem ſolvere, quandonam vixerint, & ad quos Sæculi ſive ſeptimi, ſive octavi annos referendi ſint iſti tres Abbates ad S. Petrum ? niſi gratis velit concedere vel breviſſimo tempore, aut omnino non vixiſſe, vel tantum honorarios fuiſſe Abbates ; veros autem fuiſſe Abbates ipſemet teſtatur Mabillon. Unde etiam ab hoc Authore male accuſatur Hundius, quod aliquos Epiſcopos intruſerit, nam Hundius obſervare volens nexum & ordinem Succeſſionis in ſede Juvavienſi, ad quem ſpectabant etiam Anſologus, Savolus, & Ezzius, non examinavit, an conſecrati Epiſcopi fuerint, qua de cauſa etiam merito, ſaltem ut Epiſcopi honorarii Calendariis antiquis & novis inſeruntur.

XI. Ad quæ tamen etiam non ſine fundamento primitus quidem indirecte.

Antequam vero directe reſpondeamus præſertim ad Authoritatem Pauli Diaconi, & Arnolfi, in directas interim præmittimus reſponſiones : & primo quidem merito nobis videtur, hanc Sententiam Mabillonii ab ipſa rei novitate, quam exterus Author cæteroquin celeberrimus, ferme primus induxit, eſſe ſuſpectam, præſertim cum ex Monumentis antiquis, tam domeſticis, quam aliis antiquioribus Bavaricæ hiſtoriæ Scriptoribus petitis, vix ullum veſtigium exſtet, imo Manuſcripta antiqua, & quidam Authores antiquiorem potius quam recentiorem reddunt ætatem S. Ruperti; conſequenter dum hæc Sententia ex defectu Authorum Synchronorum aut talium, qui propius accedunt, meris innititur conjecturis, & tabulis tantum quibusdam Chronologicis, de quibus rurſus certo non conſtat, an, & de quibus Ducibus Bojariæ, tunc temporis latius patentis, & diviſæ, agant, cum ex inſtituto ætatem divi Ruperti ſub Theodone non diſcutiant; ſane non videmus, cur a tam antiqua, & diu recepta traditione, & poſſeſſione recedamus ? Secundo : ſi tam certa & clara eſt Authoritas Pauli & Arnolfi, ſi tam indubitata Series Ducum Bavariæ, ita ut Theodo noſter, quem convertit S. Rupertus, & a quo Theodonem baptizatum fuiſſe utique nemo aperte negat, primum ſit reducendus ad finem Sæculi VII. cur, amabo, hanc notitiam & ſeriem ignorarunt celebratiſſimi Scriptores Bavari ? videlicet Arenpekius, Velſerus, Raderus, Brunerus, & eminenter Hundius, qui erat ſupremi Boiorum Senatus Monachii Præſes, qui omnes Sæculo diſtant a Sententia Mabillonii ; & quamvis priores Scriptores excepto Hundio etiam pro ſe citent Paulum, & aliquo modo differant a noſtra antiqua traditione, quod S. Rupertus primum venerit in Bavariam ad initium Sæculi VII. attamen cum Mabillonio non conveniunt, eſtque inter illos & hunc octoginta circiter annorum differentia ; quo ad annum Mortis vero S. Ruperti noſtræ traditioni adpropinquant, quia dicunt obiiſſe in die Reſurrectionis Dominicæ ſive anno 623. vel 628. quibus annis Dominica Paſchatis in diem 27. Martii veram obitus diem coincidit. Taceo alios Authores Baronium, Spondanum, Buzelinum, qui grandi laboraſſe ignorantia dici debent, quod ſeriem Ducum Bavariæ, & authoritatem antiqui Scriptoris Pauli & Arnolfi non inſpexerint ; qua de cauſa multa etiam Lexica moderna eruditiſſima, dum varia ſcribunt de Theodone de Reginodruda, de Ruperto ab anno converſionis,

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

verſionis, & adventus ſtudioſe abſtrahunt, quod non facerent, ſi hæc Ducum ſeries ex Paulo & Arnolfo adeo certa eſſet. Tertio: nil magis dolendum, quam quod Mabillonius & illius ſequaces divo Ruperto noſtro glorioſum titulum *Apoſtoli Bavariæ* penitus auferant; ita enim loquitur Mabillon ad annum 696. loco ſupra cit. quem & citat Mezgerus his verbis: „Mirari ſubit, „cur per Rupertum ad fidem Chriſti con„verſi dicantur Bojarii, quos ad Chriſtianæ „vitæ præſcriptum vixiſſe jam a Theodo„rici Senioris Auſtraſiorum Regis Principa„tu ex legibus Baiuvariorum intelligitur: „porro, cum illius gentis Duces e Pagano„rum Claſſe electos ab ipſis Regibus fuiſſe „parum veroſimile eſt; & forſan non a ri„tibus Paganorum, ſed ab Hereticorum „erroribus per Patrem Rupertum liberatos „Bajoarios dicere convenit: imo ſi quis „plerosque eorum in idololatriam relapſos „fuiſſe per Regum Francorum incuriam di„cat, iſte forte a vero non aberrabit.„ Hæc Mabillon, qui non tantum ex eo Capite Apoſtolatus S. Ruperti cauſam perditam eſſe prodit, quod defendat S. Rupertum ſub Childeberto tertio floruiſſe, ante cuius Childeberti III. Tempora jam illuſtrarunt viri Apoſtolici Bavariam, nempe S. Emeramus circa annum 640. qui Ratisbonæ fidem Catholicam in Theodone imperante invenit, & non invexit; verum etiam, quod dicat S. Rupertum tantum purgaſſe gentem a hæreticorum erroribus, aut ad ſummum aliquos in Idololatriam relapſos iterum convertiſſe; quis enim credet, quod inter omnes fideles, inter omnes Sacerdotes adeo irrepſerint errores hæretici, quod aliquis ex Francia fuerit quærendus, qui veram fidem ſubminiſtraret.

XII. Secundo etiam directe reſpondetur tam ad argumentum ex Paulo Diacono, quam ex Arnolfo.

Sed jam reſpondendum directe ad fortiſſimum argumentum, quod ex Mabillonio & ſequacibus continuo auribus noſtris inſonat: Toto annorum, quos nos Salisburgenſes memoravimus, intervallo alii fuere Bojariæ Principes, imo Reges; ergo Theodo tunc non fuit Dux, ergo Rupertus illum tunc non baptizavit, non eo auctore Salisburgum condidit. Hunc nodum nulla ratione ſolvendum eſſe credunt Authores, ad cujus tamen Solutionem omnino reſponderi poteſt, eruntque, ut videbimus noſtræ reſponſiones etiam aliorum graviſſimorum Scriptorum authoritatibus ſuffultæ: itaque reſpondemus directe, & ad maximum obſtaculum traditionis Salisburgenſis ex Paulo Diacono poſitum, & dicimus primo a nemine dubitari, quod ampliſſima Bojariæ Ditio olim in quatuor Tetrarchias fuerit diviſa, Auſtriæ, Styriæ, Italiæ, ſub qua & Carinthia, & Tyrolis moderna, & in Chambenſem, quæ Vindeliciam reſpiciebat, quibus a Principe ſummo ſinguli Marchiones, ſeu Duces limitanei cum poteſtate vicaria imponebantur, ex quo inferimus & dicimus ſecundo: quod Scriptor ille antiquus Paulus Diaconus natione longobardus, ſicut ipſius primarium inſtitutum non fuit ſcribere res Boiorum, ſed Longobardorum, ita non habuerit intentionem aliam, quam illos tantum Bojorum Duces memorare, quibus negotium cum Longobardis, & Italis interceſſit, quales erant Garibaldus, Thaſſilo, & alter Garibaldus, nec non Theodo poſterior, & Theodebertus; dum ergo de his tantum mentionem fecit, non ſequitur, quaſi ante hos, aut poſt hos, aut cum illis nulli alii Duces Bojariæ exſtitiſſent. Colligi poteſt etiam ex his, quæ Paulus ſcripſit de Garibaldo, quod ipſius Sedes non Ratisbonæ, quæ utique longiſſime diſtat ab Italia, & Tridento, ſed in vicinis Italiæ partibus fuerit, quod eius affinitas cum Evino Tridentino, & poſtea cum Authari Longobardo indicare videtur; hinc non obſtat, quo minus alter Princeps Theodo ſuam Sedem Ratisbonæ habere potuit, prout ex poſterioribus Scriptoribus Bavaris compertum habemus. Unde in hoc Syſtemate reſpondemus tertio: quia ante, & poſt noſtrum Theodonem plures Boici Principes ſimul præſuerunt, hinc fieri omnino potuit, quod noſter Theodo diviſis Ditionibus cum Garibaldo, & Thaſſilone primo Ducatum tenuerit, ita quidem, ut Garibaldus Styriam, Carinthiam, Tyrolim, quæ regiones tunc non erant diviſæ, & fors etiam Vindeliciæ Partem teneret, illas vero terras, quæ ab Urbe Ratisbona circa Danubium & Oenum ſitæ, nunc Auſtriam ſuperiorem, & reliquum Norici tractum usque ad Alpes Salisburgenſes Theodo cum fratre Ottone obtineret. Concedimus etiam, quod Garibaldus & Thaſſilo eo tempore Reges Boicæ ſe dixerint, quamvis illis antiquis temporibus Regis nomen in latiori ſenſu ſumptum quemlibet Principem & Ducem indigitabat, attamen fieri potuit, quod alii Duces, ipſis aliquo modo ſubjecti, in Bavaria inferiori regnaverint, non aliter ac in moderno Imperio Romano Imperator ſe Regem Germaniæ ſcribit, & tamen plurimos Germaniæ Principes ſub ſe agnoſcit. Si autem his noſtris aſſertis opponitur, quod nec Paulus ille Diaconus, nec alius Scriptor ex antiquis de hoc diviſo Bojariæ ac Theodonis Principatu ullam fecerit mentionem, partim hanc cauſam allegamus, quia nemo ex Authoribus Synchronis vel antiquioribus exſtitit, qui Bavariæ Duces, & eorum geſta in debito ordine deſcripſiſſet, ut adeo non mirum ſit, quod de converſione Bojariæ, & de noſtri Theodonis diviſo Principatu ab illis authoribus nulla mentio fuerit facta, præſertim, ut ſupra memini, quia Paulus Diaconus non habuit intentionem ſcribendi genealogice de rebus Bavariæ inferioris ex inſtituto, ſed de illis, quæ cum Hiſtoria Longobardica habebant connexionem, quales erant Reges, Principes, aut Duces Bojariæ, qui viciniores erant

erant Italiæ, non autem, qui residebant Ratisbonæ, inter quos erat Theodo noster. Partim etiam negamus, quod Paulus Diaconus penitus ignoraverit *geographicam* divisionem Bavariæ, hic enim antiquus auctor, quem & citat celebris hujus Sæculi Juris publici Professor publicus Göttinganus Joannes Pitterus in descript. Bav. pag. nobis 242. §.7. fines Bavariæ juxta Geographiam sic describit: *Noricorum Provincia, quam Bojarorum populus inhabitabat, habet ab Oriente Panoniam, ab occidente Suaviam, a meridie Italiam, ab Aquilonis vero parte Danubii fluenta.* Lib. 3. c. 29. ergo ista divisio quoad Geographiam Paulo Diacono incognita non fuit, Genealogiam autem Scripsit de illis tantum Ducibus, quibus, ut supra dictum cum Longobardis & Italis negotium intercessit, inter quos THEODO noster, de quo loquimur, non fuit. Ad alterum, quod Mabillonius desumpsit ex Arnolfo Ratisponensi antiquo Scriptore interim respondemus, usque dum res clarior fiat in subsequentibus: verum quidem est, quod Arnolfus duos referat Theodones, unum primo loco, cui filii non successerunt, alterum vero, qui filium habuit Theodobertum, & Grimoaldum, quem nos dicimus esse illum Theodonem, quem S. Rupertus convertit; ubi autem advertendum, quod alter Theodo, quem præponit Arnolfus non sit prior nostro Theodone, quia Arnolfus alterum Theodonem prætulit tamquam suæ historiæ magis convenientem, utpote S. Emeramo contemporaneum. Concedimus pariter, quod Theodo habuerit filios Theodobertum, & Grimoaldum, quod autem Hucbertus subjungatur, non filius, sed nepos, plane incertum est, quod fuerit ille Hucbertus, qui exstitit tempore S. Bonifacii, & quem Arno instrumento suo inseruit, sed alius Hueberтus, vel Hucbertus filius Theodonis V. quem post Theodonem IV. allegat Brunerus L. 5. Annal.

XIII. Quæ responsio magis confirmatur Authoritate Ludovici Schönslebii

Ne autem nostræ præmissæ responsiones penitus aliena Authoritate destitutæ videantur, adduci meretur discursus, quamvis non nihil longior, nobilis Scriptoris in Sæculo elapso defuncti, qui & cuilibet Historiographo haud immerito æquiparandus venit, nimirum D. Ludovici Schönslebii, qui in hist. Carniolæ parte 3. ad annum 580. fol. 317. & 318. postquam difficultatem rei, & controversiam inter Authores præmisisset, pro responsione certa quædam supponit, & ita scribit: „Certum est,„inquit,„S. Rupertum obiisse anno „623. die Paschæ Dominico, uti ex lapide „Sepulchrali antiquissimo, quem ipsemet „inspexi, qui anno 1627. est erutus, & „Manuscriptis antiquis optime demonstrat „Reverendissimus D. Amandus Abbas, un„de, qui ad annum 626. vel 628. eius o„bitum diferunt, errare convincuntur. „Certum est secundo omnium Historicorum „consensu, quod S. Rupertus Theodonem „Ducem Bavariæ baptizaverit, & Theodo „nominetur fundator Salisburgensis Eccle„siæ. Sed cuius filius fuerit hic Theodo, „quotus inter Duces huius nominis, & quo „anno vixerit & baptizatus sit, hoc in hanc „diem controversum manet, aliis alia opi„nantibus, & quidem per solam conjectu„ram. Certum est Tertio, quod tempore „Mauritii Imperatoris, qui secundum me„liorem Chronologiam imperavit ab anno „Christi 586. usque 602. Bavariæ Dux, „imo Rex nominatur, præfuerit Garibal„dus, cujus filia Theodolina nupta fuit „Authari Longobardorum Regi in Italia, „& secundis nuptiis Agilulpho, ex eo Ma„ter unius filii & duarum filiarum; vixit„que Theodolina usque ad tempora Pho„cæ Imperatoris, qui Mauritio successit, „Mulier Catholicissima, ad quam S. Gre„gorius PP. sæpius Litteras dedit. Sed „quo tamen anno Garibaldus obierit, vel „ut aliqui putant, e Bavaria depulsus fue„rit, ambiguum est. Certum est quarto: „post Garibaldum Bajoariis Regem, vel „Ducem datum Thassilonem, quod Sige„bertus gemblacensis refert ad annum 595. „Hæc duo postrema certa ex historia Lon„gobardorum Pauli Warnefridi Aquileien„sis Diaconi, qui 130. circiter annis post „Garibaldum Ducem Bavariæ vixit, cum „esset rerum memoria recentior, & quorum „habere vel maxime potuit notitiam ipse „longobardus, & Regi Longobardorum „Desiderio charus. Jam, quod Theodo, „quem S. Rupertus baptizasse dicitur, fue„rit filius Thassilonis, ut volunt Bruner, „Adtzreitter, consistit quidem cum ipso„rum Chronologia, sed evertit traditionem „fundationis Salisburgensis. Quod vero „Theodo anteceserit Garibaldum, ut sup„ponit Aventinus, & post eum Lazius, „probabilius videtur, sed non eo tempore „& anno, ut volunt dicti Authores. Ta„ceo, quod Thassilonis filium Garibaldum „expresse nominet Paulus Warnefridi devi„ctum a Sclavis circa annum 615. ut jam „omnino dubium maneat, cujus filius fue„rit Theodo ille a S. Ruperto baptizatus, „& num istos anteceserit, aut secutus sit, „quos ex Paulo Diacono recensuimus. Di„cerem ego, si haberem, qui præivissent, „quod S. Rupertus in Noricum & Vindeli„ciam venerit exul Wormatia anno 580. ut „Gualterius, Baronius, Bruschius, & Ma„nuscripta habent, neque statim initio ad„ventus sui converterit Theodonem. Dice„rem præterea, Theodonem fuisse prioris „Garibaldi sive Parentem, sive plane di„versum a Garibaldo uni parti Bojariæ im„perantem, qui auditis Virtutibus S. Ru„perti ex conversione multorum ad Christi „fidem, uxoris quoque Reginotrudæ sti„mulis excitatus baptizari ab eo voluerit „circa annum 582. Dicerem tertio sine in„convenienti posse admitti, quod Theodo „anno

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

„anno 612. uxorem duxerit, & Norico do-
„minari cœperit, nec ante 616. annum
„baptizatus ſit, ut volunt ſupra citati, &
„nihilominus, cum hoc ſtaret, quod S.
„Rupertus in Noricum venerit anno 580.
„& luſtratis aliquantiſper Norici & Pan-
„noniæ locis, Salisburgi, quod Juvavia
„tunc dicebatur, imo prius in Wallerſee
„conſederit, monaſticam Vitam auſpica-
„tus, poſtmodum S. Petri Eccleſiam con-
„diderit, & poſt multos annos laborum
„tandem Theodonem converterit, qui hac
„ratione Thaſſilonis filius, Garibaldi II.
„frater dici poſſet. Neque propterea ſe-
„quitur, Epiſcopatum Salisburgenſem non
„fuiſſe fundatum ante annum 616. quia po-
„tuit fundari a S. Ruperto, & inchoari an-
„no 582. nihilominus a Theodone ita locu-
„pletari anno 616. vel ſequenti, ut ipſi præ-
„rogativa Fundatoris tribuatur, quod fæ-
„pius videmus evenire, ut pridem exiguis
„cœpta initiis ſero locupletata fundatorem
„inveniant. Verum iſta relinquamus, qui-
„bus plus otii; ſatis ſit hic attigiſſe Adven-
„tum novi Apoſtoli Noricorum, Vindelico-
„rum, & Pannonum, quorum pars fuimus
„anno 580. cum id antiquiſſimæ tabulæ, &
„Manuſcripta plurima evincere videantur,
„quidquid recentiores nullo vetuſto fidejuſ-
„ſore affirment. „ Hæc Author citatus in
noſtrum favorem erudite diſſerit, quamvis
in ultima reſponſione parum aliter ſentiat
de ordine geſtorum S. Ruperti, ac hactenus in noſtris antiquis hiſtoriis deſcriptum fuit.

XIV. Nemo autem magis ſe opponit, quam P. Hanſizius, qui jam in Præfatione operis quinque Epiſcopos eliminat;

Sed nunc ad ſingulare certamen congrediendum eſt cum erudito viro Marco Hanſizio S. J. celebri hiſtorico, qui ſe noſtræ antiquæ traditioni fortiſſime opponit, & reſuſcitandum eſt amicum litigium, quod ipſe circa annum 1730. cum noſtris Confratribus Petrenſibus habuiſſe fatetur in Præfatione ad tom. II. Germaniæ ſacræ. Antequam vero præcipua ejusdem fundamenta ſeriem præſertim Regum Franciæ, ſeu Auſtraſiæ & Ducum Bavariæ, in qua Hanſizius omnem ſuam vim reponere videtur, examinemus; audiamus eundem interim præambulantem de ſua Chronologia in præfatione; in qua non tantum aſſerit Sententiam ſuam eſſe *indubitatam*, omnesque difficultates ab ipſo eſſe diſſolutas, verum etiam pro faciliori nexu ſui Siſtematis Chronologici quinque Epiſcopos ex Catalogo Salisburgenſi ſe ſuſtuliſſe gloriatur. Hic itaque auctor nobis cæteroquin æſtimatiſſimus in præfatione Lectores, præſertim Salisburgenſes ſic alloquitur. „Pars Chro-
„nologiæ maxime notabilis, & plurima-
„rum Conſecutionum fons eſt in ætate S.
„Ruperti, de qua nunc jam in veſtibulo ti-
„bi denuntio, me ab hiſtoricis Salisbur-
„genſibus hactenus editis Sæculo, & am-
„plius diſceſſiſſe, quod fortaſſis temeritatis
„erat, ſi primus id eſſem auſus; ſed præi-
„vit ante annos bene multos Haræus Mo-
„lani diſcipulus in Epitome Suriana: tum
„ex profeſſo Mabillonius, & Pagius. Hos
„ſecutus ſum, & tanto fidentius obſecutus
„meo judicio, quanto fretus Argumentis,
„quæ, tametſi duces alii non eſſent, ſe ipſis
„abunde poterant impellere. Tam eſt in
„lumine collocata res, tam in oculis po-
„ſita, ut prope manibus teneatur, videa-
„turque indubitabilis; hoc magis, quod
„etiam difficultates, quarum Haræus nihil
„attigit, Mabillonius inſolutas reliquit,
„Pagius novis difficultatibus implicuit, pro
„modulo meo non incommode; quantum
„aſſequor, diſſolvi: ubi mature te velim
„admonitum, ut poſtea quam ea legeris,
„quæ ſunt in actis Ruperti de ejus ætate,
„& anno Mortis, continuo conſulas etiam
„illa, quæ ſunt in corollariis ad Rupertum
„adnotata. Ibi dirupi neceſſitatem, qua
„& ego me primum, & ante me Mabillo-
„nius, Pagiusque conſtrictos putarunt,
„annum Mortis Ruperti ad ſeptingenteſi-
„mum octavum decimum deſigendi. Ex
„hoc jam puncto Chronologico multa ne-
„ceſſe erat alia conſequi, ut totum fere Si-
„ſtema primorum hujus Eccleſiæ Præſulum
„mutaretur. Cum enim hactenus propter
„ætatem Ruperti Sæculo, & amplius ante
„captam ad ſpatium illud explendum ne-
„ceſſario plures requirerentur Epiſcopi,
„iſtorum jam uſus in mea ſententia nullus
„eſt. Quare Catalogum Salisburgenſem
„Epiſcopis omnino quinque demptis accidi-
„de quibus inde, ut & aliis id genus argu-
„mentis amicum Litigium cum Petrenſibus
„obortum eſt, quod, quemadmodum ex-
„pedierim, vide ſis in corollariis. „ Ita
jam in præfatione perorat Marcus Hanſizius de Victoria veritatis ſuæ hiſtoricæ, quaſi certus, & ampliſſimo utens privilegio, quod quinque Epiſcopos, vel ſaltem tales qui Monaſterio noſtro præfuerunt ut Paſtores, & hujus Sedis Juvavienſis Superiores ad conſervandum ſuum Siſtema ex albo Epiſcoporum, vel quaſi talium penitus eliminet, quos tamen omnia Chronica antiqua, nullo excepto, debito ordine recenſent, quales ſunt poſt S. Vitalem Anſologus, Savolus, Ezzius, poſt S. Virgilium Bertricus, & poſt Arnonem Ammilonius. Unde etiam CONRADUS. I. Archiepiſcopus in quodam Diplomate apud nos in originali exſtante III. Idib. Jan. anno 1110. ſeipſum vocat VIGESIMUM SEPTIMUM Miniſtrum Juvavienſis Eccleſiæ poſt S. Rupertum, quod ſcribere non potuiſſet, ſi iſti quinque Miniſtri Eccleſiæ Juvavienſis eſſent eliminandi, ut examinanti patebit. Nunquid autem talis ac tantus Sexcentorum annorum teſtis Conradus Archiepiſcopus contra privatum & novum hiſtoricum plenam facit fidem & probationem? aſt de hoc inſtrumento plura dicemus in ordine ſuo loco.

XV. Ex nullo autem funda-

Sane, ſi recentiores Hiſtorici tam magna gaudent Libertate, quod pro ſuo privato

mento hos eliminari posse docetur quamvis quinque Abbates non fuerint Episcopi.

vato Sistemate conservando valeant ex antiquis Monasteriorum Catalogis eliminare non unum, sed omnino quinque Episcopos vel Abbates, jam non amplius ulla Manuscriptis & Chronicis antiquis & authenticis adhibenda erit fides, & quilibet sensim sibimetipsi antichronismum effinget. Contrarium autem docent, & clamant omnia antiqua Manuscripta, & Chronica, Catalogi, & Calendaria: nam prætermissis multis aliis Chronocis & Manuscriptis etiam antiquis, quorum non exiguus adest in Archivio nostro numerus, duo tantum Manuscripta & Chronica eligimus valde antiqua, quæ ob suam antiquitatem præsertim in rebus domesticis, si non majorem certe æqualem æstimationem merentur, quam recentiores authores exteri, quales sunt cum Hansizio Haræus, Mabillonius, & Pagius. Primum Manuscriptum de anno 1004. signatum sub litt. M. pag. 29. n. 61. concinno Ordine, & æquali charactere illi Sæculo correspondente usque ad Archiepiscopum Hartwicum illo anno regnantem refert sequentem Catalogum, cujus seriem allegamus, licet characteres antiquos non imitemur.

Ordo Episcoporum, Abbatumque Juvaviensis Ecclesiæ.

Roudpertus Episc. & Abb.
Vitalis Episc. & Abb.
Ansologus Abb.
Savolus Abb.
Izzio Abb.
Flobargisus Episc. & Abb.
Joannes Episc. & Abb.
Virgilius Episc. & Abb.
Bertricus Abb.
Arn. Archiepisc. & Abb.
Ammilon Abb. &c.

in altero Manuscripto & Chronico jam a nobis supra n. VII. citato & signato sub Litt. H. de Sæculo respective XII. similis legitur Catalogus pag. 26. aversa col. 1.

Sanctus Rudbertus Episc.
Sanctus Vitalis Episc.
Ansologus Abbas.
Savolus Abbas.
Ezzius Abbas.
Sanctus Flobargisus Episc.
Johannes Episc.
Bertricus Abbas.
Sanctus Virgilius Episc.
Arn. Archiepisc.
Ammilloni Abbas &c.

hic Catalogus notatur in supradicto Manuscripto antiquo de anno 1186. ubi & contra omnes, qui quinque Episcopos & Abbates eliminant, immediate post Catalogum Episcoporum, Abbatum, & Archiepiscoporum hæc verba notatu digniſſima subjunguntur in colum. secunda. *In Catalogo istorum Episcoporum quinque Abbates continentur, qui absque pontificali ordine & dignitate REGEBANT episcopatum juvaviensem. Hic autem sunt Ansologus, Savolus, Ezzius, Bertricus, Amiloni.* Ex quibus verbis non tam oritur, quam decisa jam est quæstio, an Ansologus, Savolus, & Ezzius, idem etiam est de Bertrico, & Amilonio, fuerint Abbates tantum vel Episcopi simul? Miramur, quod D. Amandus Abbas noster in disquisit. vitæ S. Vitalis pag. 46. Episcopos consecratos fuisse affirmarit, quamvis & hic eruditus author hancSententiam tantum probabiliorem esse credat, forte ex respectuCatalogi Albertini primum anno 1646. impressi, adeoque antiquis nostris Chronicis ac Manuscriptis non æquiparandi, in quo Catalogo quidem hæc leguntur pag. 8. „Hi „tres, Ansologus, Savolus, & Ezzius in „antiquis quidem monumentis & tabulis „solum Abbates, non simul Episcopi nomi„nantur, ac proinde absque Ordine epis„copali gubernasse Episcopatum a multis „existimantur; exstat tamen Catalogus de „anno 1525. & alius tempore paulo prior, „haud dubio e vetustiori exemplari descri„pti, in quibus Abbatum simul & Episco„porum titulus eisdem expresse tribuitur. „Accedit, illos quoque supra Altare sum„mum inter prædictos Patres itidem Epis„copos cum Mitra Pontificali pictos appa„ruisse. Atque mihi videtur satis incredi„bile, Episcopatum tam nobilem & insi„gnem, & in primo suo flore per tot anno„rum decursus non habuisse verum Ordi„narium, seu consecratum Episcopum, qui „Sacerdotes consecrare potuerit. „ Hæc dictus Catalogus, quod ultimum argumentum magni ponderis foret, si illa antiqua & humilia tempora, ubi rari fuerunt Episcopi, modernis forent assimilanda; nostris enim temporibus haud dubie inconveniens foret, si per quinquaginta annos Episcopatus non haberet Ordinarium, qui consecraret Sacerdotes &c. ast illis temporibus pristinis tanta non fuit Episcoporum Consecratorum necessitas, & in illorum defectu ad tempus hic Juvavii vel per Episcopum Ratisbonensem, ut credit Bollandus, vel per Laureacensem debite functiones potuerunt suppleri. Vellemus utique & nos his optimis viris, præsertim Ansologo, Savolo, & Ezzio attribuere dignitatem episcopalem, sicut & Bertrico, & Ammilonio, ast hoc asserendi fundamenta non habemus, Manuscripta & Chronica antiqua, & authentica contrarium clamant; eapropter tamen traditio nostra Salisburgensis, & tota Chronotaxis minime invertitur; erant isti Abbates non minus, sicut Episcopi antecedentes & subsequentes, Pastores & Rectores Ecclesiæ Salisburgensis, qui, ut notanter ait cit Manuscriptum H. *Absque pontificali Ordine & dignitate REGEBANT*, adeoque non tantum erant Abbates honorarii, & Vicarii, *Episcopatum Juvaviensem.* His nostris Assertis pro abundanti superaddimus, quod juxta Hansizium, si etiam quinque Epis-

ſcopi, & Abbates eliminati maneant ex Catalogo noſtro Salisburgenſi, pro certis Epiſcopis Vitale, Flobargiſo, & Joanne non niſi breviſſimum aliquod Vitæ ſpatium in ipſius ſententia ſuperſit, quæ & alia abſurda vel non attigit, vel non ſolvit Hanſizius, ut ſuo loco videbimus.

XVI. Quid idem Author generaliter ſentiat de Adventu, fundatione & obitu S. Ruperti, exponitur.

His itaque præmiſſis exactius inquirendum in Siſtema Marci Hanſizii, qui fœderatus eſt Mabillonii, & nonnihil examinanda præcipua fundamenta, quibus S. Rupertum noſtrum tanquam fundatorem Salisburgenſis Epiſcopatus ad Sæculum omnino octavum, ipſius vero in Bojariam adventum ad finem & ultimos pene Sæculi ſeptimi annos reducere contendit. Congeſſit hiſtoricus iſte celeberrimus tam in prolegomenis ad hiſtoriam Salisburgenſem, quam & in vita S. Ruperti, nec non in corollariis ſtupendæ eruditionis farraginem, quam hactenus Scriptorum Salisburgenſium conſecutus eſt nemo, & vix aſſequetur; aſt ſinceri Lectores fatebuntur omnes, ſe quidem eruditione tanta mire paſci, quoad propoſitum tamen ſpeciale circa Chronologiam de Adventu, fundatione, & obitu S. Ruperti non tantum claram lucem illis non affundi, ſed ab una difficultate in aliam, ab una conjectura in alteram, ab una caligine denſa in denſiorem deturbari, præſertim cum ipſemet Author plurima recenſeat, quæ fide tantum dubia ſunt digna, unam eruditionem cum altera accumulet, & quid veraciter credendum, quibus Manuſcriptis, quibus Authoribus, quibus Legendis vera & genuina adhibenda ſit fides, promiſcue diſcurrat; taceo interim, pluribus enim de hac re dicendum ſuo ordine, quod tantus Author in Corollariis ad finem operis poſt tam operoſam Chronologiæ disquiſitionem, quæ ipſi certiſſima apparet, cauſam ſuam quaſi derelinquere videatur, quia ab anno Mortis S. Ruperti ſemel præfixo, & die obitus, quæ erat dominicæ Reſurrectionis feſtiva dies, contra unanimem omnium Antiquorum Sententiam, in alium ſenſum retortam ob multas, quæ inde ſequerentur difficultates non facile combinandas recedat, annum Mortis S. Ruperti a ſe indefinitum, lectoribus autem definiendum relinquat. Ut itaque debito ordine ſciamus, quid Author hic graviſſimus ſentiat generaliter de Adventu, fundatione, & Obitu S. Ruperti, audiamus illum in vita hujus Sancti eruditiſſime ſcripta variis in locis ſe explicantem, & qualiter Chronologiam ſuam noſtræ quidem per omnia adverſantem exponat. Primo ſic ait Hanſizius pag. 48. n. XXX. „Nos „neque Sæculum quintum, neque ſextum „reſpicimus. Rupertus in Bajoariam ſub fi„nem Sæculi ſeptimi venit Sergio Papa „annum decimum agente; vixit deinde ſub „Joanne VII. Conſtantino III. & Gregorio II. „Pontificibus, quorum poſtremus nempe „Gregorius res ejus cæptas maxime, pro„movit, miſſis in Bojariam legatis anno 716. „quorum negotium fuit Sedes epiſcopales in „Bojoaria conſtituere tres, aut quatuor pro „cujusvis Ducis diſtrictu &c.„ Poſtea agens idem Hanſizius de Obitu S. Ruperti refert quidem ſententiam noſtram, juxta quam S. Pater obiit anno 623. & allegans Epitaphium, quod lapidi ſepulchrali inciſum, atque aperto tumulo anno 1627. ſpectatum fuit in hæc verba:

> Anno ab Incarnatione Domini DCXXIII. In die Reſurrectionis ejusdem obiit S. Rupertus hujus Monaſterii fundator, & primus Salisburg. hic Epiſcopus ſepultus.

„Egregium Monumentum,„ ait cit. Au„thor eximius„ ſed ipſis eruditis Salzbur„genſibus recentius viſum, quam ut inde „de anno Mortis Ruperti pronuntiari poſſit. „Certe ætate diſcipuli S. Eberhardi, qui „anno 1186. ſcripſit, nondum exſtiterat, „qui alioqui, cum annos a tranſitu S. Ruperti „ſolicite disquirat, incertosque ad extre„mum dimittat, nodum hunc vel hoc uno „cuno ſecare potuiſſet. *Numerum, inquit,* „*annorum a tranſitu S. Rudberti definite ſcri„ptum non reperimus.* Habetur ea disquiſitio „apud Henricum Caniſium tribus in locis, „„nempe tom. 2. pag. 225. & tom. 6. p. 1171. „& 1225.„ usque huc ſæpe cit. Author, qui denique tertio pag. 50. n. XXXIII. Chronotaxin ita ſynoptice exponit.„ Ne multis morer,„ ait ille,„ mea ſententia eſt hæc: „anno 696. Childeberti III. Regis Francorum „anno ſecundo Rudbertus in Wormatia ci„vitate Epiſcopus habebatur: anno eodem „a Theodone Duce invitatus in Bajoariam „venit, anno 216. Epiſcopatum Salzbur„genſem authoritate Gregorii II. Papæ con„ſtituit; anno 718. de hoc Sæculo migra„vit.„ Hæc ille.

XVII. Ad quæ intercalaris datur reſponſio, præſertim an, & qualem authoritatem habeat Lapis ſepulchralis?

Ad quæ priusquam probationes & fundamenta Authoris inſpiciamus, Seriem præſertim Auſtraſiæ Regum, & Ducum Bavariæ, ex qua principaliter Chronotaxin ſuam quadripartitam probare contendit Hanſizius, opportunum eſſe ducimus intercalarem ſubnectere reſponſionem, præſertim, an, & qualem apud nos Petrenſes Cœnobitas Lapis ſepulchralis S. Ruperti authoritatem habeat? ad primum quidem reſpondemus, nudum aſſertum Hanſizianum, dum dicit S. Rupertum veniſſe in Bojariam ſub Sergio Papa, & vixiſſe ſub Joanne VII. Conſtantino III. & Gregorio ſecundo, interim non eſſe majoris ponderis, quam noſtram traditionem a tot authoribus acceptatam, quod S. Rupertus venerit in Bojariam ſub Pelagio II. & vixiſſe ſub Gregorio M. Sabiniano, Bonifacio III. & IV. Deodato, & Bonifacio V. Pontificibus; unde niſi clariores probationes, & demonſtrationes accedant, ex ſuppoſito erroneo nihil certi poteſt ſtatui, præſertim, cum non adeo de Gregorio II. ſed de Gregorio III. SS. Pontifice ſciatur, quod circa an-

ca annum 740. miſerit legatos ſpeciatim S. Boniſacium, ut in Germania quosdam Epiſcopos conſtitueret, quod etiam factum fuiſſe nec ipſe Hanſizius negat in vita Joannis Epiſcopi quarti, & Abbatis noſtri ſeptimi, & nos pariter amplius dicemus in ordine Epiſcoporum, & Abbatum; nam S. Boniſacius Archiepiſcopus Moguntinus inter alios, quos in Germania Friſingæ, Ratisbonæ, & Euſtadii præfecit Epiſcopos tamquam Legatus apoſtolicæ Sedis, etiam conſtituit Joannem noſtrum Epiſcopum Salisburgenſem. Ad alterum, quod de dubio antiquorum circa annum Obitus & lapidem S. Ruperti memorat Hanſizius, nos, qui Petrenſes ſumus, nec aliter ac veritas hiſtorica nobis prudenter ſuadet, etiam cauſæ noſtræ patrocinari deſideramus. Scimus, quod venerandus P. Mezgerus noſter in ſua prævia diſſertatione §. 2. hæc de lapide ſepulchrali ſcribat: „obſtat,„ „inquit, „immobile teſtimonium lapidis „marmorei ſepulchralis, gravis utique teſtis, „ſub quo olim ante Virgilium reconditum „jacebat in Eccleſia S. Petri S. Ruperti Cor„pus; is Divum noſtrum 27. Martii anno „Chriſti 623. deceſſiſſe diſerte loquitur, ergo „non primum venit in Bojariam anno 696. „annis poſt Mortem 73.„ hæc Mezgerus. „Pio certe deſiderio hoc ſcriptum eſſe credi„mus, quod & nos exoptaremus, qua autem „confidentia & authoritate munitus hæc „ſcribat, penitus ignoramus: forte ad hoc „ſcribendum inductus fuit Mezgerus noſter relatione cujusdam Manuſcripti recentioris, quod eſt Chronicon ad finem Sæculi XVI. ſcriptum, quod fol. 32. de Anſologo Abbate, & Succeſſore S. Vitalis ſeq. refert: *Hic*, nimirum Anſologus, *Sepulchra Sanctorum Rudberti & Vitalis marmore contexit, titulis & candelabris exornavit &c.* Aſt ſi tam antiquus eſſet lapis iſte ſepulchralis, foret teſtis utique graviſſimus, & ferme ſynchronus, quo loquente plena & conſummata penes nos ſtaret victoria, & jam dudum omnes Hiſtorici tacuiſſent; unde majorem antiquitatem Sæculo XV. circa medium huic lapidi (idem plane cenſemus de lapide ſepulchrali S. Vitalis) attribuere non poſſumus, præſertim, quia Characteres & notæ lapidi inciſæ illius Sæculi characteribus, ut lexica diplomatica examinanti patebit, velut ovum ovo correſpondent, hinc nobis quaſi certum eſt, quod hunc lapidem excidi & Sepulchro imponi curaverit Abbas noſter Petrus in Ordine 57. qui Abbatiam rexit ab anno 1436. usque ad annum 1466. & ut ex ejus actis habemus, devotiſſimus Cultor fuit S. Ruperti & Sancti Vitalis, ſub quo Abbate etiam Sepulchrum S. Ruperti fuit apertum. Colligitur id clarius ex eodem ſupra cit. Manuſcripto ſub litt. R. pag. 157. quod hic Abbas, nimirum Petrus, hunc lapidem ſupra Sepulchrum fieri curaverit, & conſtiterit 12. & mediam Libras argenti. Idem teſtatur noſter Amandus Abbas in vit. S. Vitalis diſquiſ. 4. c. 2. pag. 80. qui idem citat Manuſcripta R. quamvis quoad paginam nobiſcum non conveniat, & ait: Lego in Manuſcripto R. ſub Petro Abbate lapidem illum ſepulchri S. Ruperti conſtitutum fuiſſe a D. Petro Abbate, & conſtitiſſe duodecim & mediam libras argenti, quem hactenus putavimus ab Anſologo fuiſſe conſtitutum. Hæc ille. Ex hoc tamen minime ſequitur, quod lapis iſte, licet non antiquiſſimus, antiquus tamen, deſtitutus ſit omni probatione, refert enim ſe ad deciſionem ab antiquis, poſtquam dubitabant de anno tranſitus S. Ruperti in Sæculo XII. tempore diſcipuli Eberhardini factam, probabilius nimirum eſſe, propter non interruptam traditionem, quæ ad illos pervenit, quod S. Rupertus VI. Kalend. Apr. in die Reſurrectionis Domini obierit an. DCXXIII., prout ex antiquo Manuſcripto noſtro ſub litt. H. ſupra n. VII. retulimus, qua de cauſa etiam cum Hanſizio fatemur, quod dubitatum fuerit a diſcipulo Eberhardi & aliis, ob defectum nimirum Synchronorum, qui nihil ad notarunt de anno Obitus S. Ruperti, aſt hæc Antiquorum dubitatio Hanſizianæ Sententiæ magis præjudicat, antiquæ autem noſtræ traditioni maxime favet; nunquid enim ullus Antiquorum dubitavit, an non S. Rupertus fuerit mortuus Sæculo octavo? Somniavit id tunc temporis Antiquorum nullus, imo paradoxum ipſis fuiſſet hoc aſſertum, & de hoc apud omnes antiquos nec minimum exſtat veſtigium: ſed dubium illorum in eo conſiſtebat, an mortuus fuerit anno 623. vel 628., quia his annis Dominica Reſurrectionis incidit in 27. Martii diem, & aliqui omnino dubitabant, ut ipſe Hanſizius in Corollariis fatetur, an non S. Rupertus anno 533. vel 544. fuerit mortuus, in quibus annis etiam 27. Martii dies fuit dies Reſurrectionis Domini, ad quam defendendam velut notam præcipuam Mortis S. Ruperti ſumme ſolliciti erant Antiqui. Denique, quod Chronotaxin Hanſizii ſynopticam concernit, veniſſe nimirum S. Rupertum ſub Childeberto III. Rege Franciæ, & Theodone in ipſius ſententia IIItio. in Bojariam fundaſſe Epiſcopatum anno 716. & obiiſſe anno 718., hæc, inquam, omnia majori ex parte dependent ex ſerie Regum Franciæ, ſeu Auſtraſiæ, & Ducum Bavariæ, ut ſciamus, quis Childebertus, quis Theodo fuerit, & quomodo annis Sancti Ruperti correſpondeant. Hic labor, hoc opus eſt; aliquas reſponſiones jam dedimus ad objectiones Mabillonii, fundamenta autem Hanſizii, quæ reſidua ſunt, & audienda, & ventilanda erunt.

XVIII. Exponitur præcipuum Hanſizii argumentum ex ſerie Regum Auſtraſiæ & Ducum Bavariæ.

Igitur, ut ſæpe laudatus, & vir vere eruditus Marcus Hanſizius ſuam Chronotaxin ſtabiliat, poſtquam ſententiam, ut ſupra meminimus, expoſuit, ita loquitur pag. 51. num. XXXV. „Chronotaxis quatuor membra „complectitur: vis eſt in primo, res verti„tur in duobus polis *Childeberto*, & *Theodone*; „quum enim tres fuerint Childeberti Fran„corum Reges, Theodones etiam plures ex„ſtiterint Bojariæ Duces, quæſtio eſt, ad quem Childe-

„Childebertum ex tribus, ad quem Theodo„nem de pluribus referenda ſit ætas Ru„perti?„ Hæc auctor, & poſt plura Idem „ait: Primum argumentum eſt ex ipſo Chil„deberto Rege, alterum ex Theodone Duce, unde duo ſunt, quæ pono: I. Sub illo Chil„deberto Rupertus Wormatiæ Epiſcopus in „Bojariam venit, ſub quo Theodo ejus Pro„vinciæ principatum tenuit; id liquet ex ac„tis. II. Sub illo Theodone Rupertus in Bo„jariam venit, qui in Principatu Succeſſores „habuit Theodebertum Filium, deinde Huc„bertum Nepotem, poſtea Ottilonem, poſtre„mo Thaſſilonem; hoc totum ex libello Ar„nonis, item ex libello altero donationum, „denique ex Arnolfo Vohburgenſi manife„ſtum eſt; hoc autem poſito pariter manife„ſtum eſt, S. Rupertum veniſſe ſub Childe„berto. III. Res, ut ad oculum pateat, pro„duco laterculum, ſeu Catalogum ſynchroni„cum Regum Auſtraſiæ, Ducumque Bava„riæ a Clodovæo Magno, usque ad Carolum „Magnum.

Reges Auſtraſiæ.	Anno.	*Duces Bavariæ.*
Clodovæus Mag.		
Theodoricus.	511.	
Theodebertus.	534.	
Theodebaldus.	547.	
Clotarius.	553.	Garibaldus I.
Sigibertus.	561.	
Childebertus II.	577.	
	591.	Thaſſilo I.

Notandum: Childebertum I. non Auſtraſiæ, ſed Pariſiorum Regem vocat Hanſizius, & huic Catalogo non inſerit.

Theodobertus II.	596.	
	609.	Garibaldus II.
Theodoricus II.	612.	
Sigibertus II. } Clotarius II. }	613.	
Dagobertus I.	622.	
Sigibertus III.	633.	
	649.	Theodo I.
Childebertus intruſus Clodoveus II. Clotarius III.	656.	
Childericus. - - -	660.	
Clodoveus ſuppoſititius.	673.	
Dagobertus II. - - -	674.	
Theodoricus III. - - -	678.	
	680.	Theodo II.
Clodoveus III. - - -	691.	
Childebertus III. - -	695.	
		Theodo Theodebert. Grimoald. Theodebal.
Tetrarchia.		
Dagobertus III. - -	711.	
Childericus II. - -	715.	
Clotarius IV. - -	717.	
Theodoricus IV. -	720.	
	726.	Hugbertus.
	737.	Ottilo.

Reges Auſtraſiæ.	Anno.	*Duces Bavariæ.*
Childericus III. -	742.	
	748.	Thaſſilo II.
Pipinus. - - -	752.	
Carolus M. - - -	768.	

„Sumptus eſt hic Catalogus ex ſcripto„ribus vetuſtiſſimis, quorum fides apud eru„ditos adeo viget, ut in dubium venire non „poſſit, ut ut alii ſequentis ætatis ſcriptores, „& chronici ex præconcepto nimirum ſancti „Ruperti antichronismo aliam longe Ducum „Boicorum ſeriem (ut error errorem trahit) „pertexuerint.„ Tam candide loquitur Hanſizius, & pro Catalogo Regum Auſtraſiæ, & Ducum Bavariæ ad ipſius intentionem plene effigiato, in ſpecie ne unum quidem citat auctorem. Inſuper autem, poſtquam longiorem de quibusdam Bavariæ Ducibus facit explicationem, & unam difficultatem cum alia erudite quidem confundit, haud aliud, quam Mabillonicum efformat argumentum, & pag. 53. num XLII. ſic pergit: „Ex his jam revertor ad propoſitum: „ex ſerie Regum Auſtraſiæ in laterculo pro„poſita manifeſtum eſt, tempore Childeberti „II. nullum exſtitiſſe Theodonem Bojorum „Ducem, ſed Garibaldum I., & Thaſſilo„nem; igitur ætas Ruperti ad Childeber„tum II. collocari nequit. Rurſum in tota ſe„rie Ducum Bavariæ nullus invenitur Theodo, qui ſucceſſores habuerit, Theodebertum, „Hugbertum, Ottilonem, Thaſſilonem, quam „Theodo, qui tempore Childeberti III. vi„xit. Igitur palam eſt, Chronotaxin a Chil„deberto III. removeri non poſſe.„ Ita Hanſizius contra noſtram antiquam traditionem fortiſſimum producit argumentum.

XIX. Ad quod reſpondetur, & alius Auſtraſiæ Regum, & Ducum Bavariæ Ordo opponitur.

Nos Salisburgenſes, & præſertim nos cœnobitæ Petrenſes, quibus antiqua, & non interrupta tot ſæculis traditio cordi eſt, pro quibus haud dubie major, quam pro exteris hiſtoricis ſtat præſumptio, cum tot ſæculis ſimus in loco, ubi Sanctus Rupertus plurimos vitæ ſuæ dies transegit, ubi mortuus, & ſepultus eſt; nos, inquam, ab his enarrationibus Hanſizianis a propoſito noſtro dimoveri haud patimur, unde reſpondemus primo, & ſynoptice repetimus illas reſponſiones, quas ſupra num XI. & præſertim num. XII. dedimus ad objectiones præcipuas Mabillonii, quæ reſponſa pariter confirmavimus authoritate non vulgaris hiſtorici Ludovici Schönslebii, cujus verba num. XIII. in extenſo adduximus. Nos nimirum non ſine fundamento diviſum imperium admittimus, Garibaldum I. Thaſſilonem I. Garibaldum II. aſſignamus Bojariæ, quæ Italiæ vicina eſt, de quibus ſcripſit Paulus Diaconus; Theodonem autem I. II. III. Theodobertum I. Hucbertum I. Bojariæ Ratisbonenſi, quos ſequebatur noſter Theodo IV., cui ſucceſſit Theodobertus II., & demum Theodo V., & tres ejus filii Hucbertus II. Ottilo, & Thaſſilo II. Secundo: nemo nobis vitio vertet, ſi dicamus, totam ſtructuram Regum Auſtraſiæ, & Du-

& Ducum Bavariæ quoad omnes particulares circumſtantias ab Hanſizio ædificatam, eſſe meram conjecturam; merito enim mirandum, quod hanc ſeriem ignoraverint tot acuti hiſtorici Bavari, quales erant Hundius, Arenpekius, Raderus, Brunerus, Adlzreitterus, & alii; certiſſimum enim eſt, quod in hac ſerie nihil plane certum, & indubitatum ſtatui, & definiri poſſit, ſed una difficultas ita involvat aliam, una caligo ita confundatur cum altera, ut mirum non ſit adeo differre hiſtoricos, & Lexicorum collectores, ut vel aliqui penitus abſtrahant, aliqui utramque ſententiam proponant, indeciſam tamen relinquant; aliqui, immo plerique in noſtram traditionem inclinent, nemo autem nodum ſatis diſſolvat, quem ſolus ſe ſolviſſe credit doctiſſimus cæteroquin Hanſizius. Sane ſi lectoribus eruditis placeat plures Regum Auſtraſiæ, & Ducum Bavariæ Catalogos perluſtrare, deprehendent, niſi fortaſſis immediate unus ab altero deſcripſerit, ita differre ab invicem, ut eapropter nec Hanſizio, nec ſequacibus patrocinari valeant. Ne autem reſponſio noſtra ſit nimium generalis ad tam gravem difficultatem, quæ naſcitur ex allegata ſerie Regum Auſtraſiæ, & Ducum Bavariæ, quam Hanſizius ſtatuit, pro qua ſtabilienda antiquorum fidem absque ulla autoris gravis denominatione interpoſuit; hinc inveſtigandum de alio Regum Auſtraſiæ, & Ducum Bavariæ ordine, quem non a nobismetipſis in favorem noſtræ antiquæ traditionis efformamus, ſed hujus Ordinis allegamus autorem minime partialem, virum celebrem, & Chronologum ſatis famoſum Joannem Hübnerum, Rectorem Collegii Hamburgenſis, qui in ſuis tabulis Chronologicis, ubique receptis, & ſæpius impreſſis; in noſtra autem editione anno 1737. collectis Tabul. 49. hanc ſtatuit ſeriem Regum Auſtraſiæ, poſtquam quatuor filii, Clodovei I. regnum diviſerunt in quatuor partes, in regnum Franciæ, Aureliæ, Sueſſionenſe, & Auſtraſiæ; in tabula autem 131. exhibet ſeriem ducum Bavariæ.

Reges Auſtraſiæ.	Anno incepti regiminis.	*Duces Bavariæ.*
	508.	
Theodoricus I.	514.	Theodo I.
	520.	Theodo II.
Theodebertus I.	530.	
	537.	Theodo III. Inferioris Bav. *
	incerto.	Otto Superioris obiit 545.
Theodebaldus.	553.	
Clotarius I.	559.	
Reges Auſtraſiæ.	Anno incepti regiminis.	*Duces Bavariæ.*
	565.	
Sigebertus I.	incerto.	Theodebaldus Super: ob. 567.
	incerto.	Theodebert. I. Inferior.
Childebertus II.	579.	
	584.	Garibaldus I. Inferior.
	incerto.	Thaſſilo I. ob. 598.
	598.	Garibaldus II.
**Theodebert. II.	600.	
	612.	TheodoIV.***
Theodoricus II.	615.	
Clotarius II.	616.	
	630.	Theodebert. II.
Sigebertus II.	645.	
	incerto.	Thaſſilo II. ob. 650.
	650.	Theodo V.
Dagobertus II.	657.	
	incerto.	Grimoaldus I. ob. 695.
	incerto.	TheobertusIII.
	695.	TheodoVI.****
Childebertus III.	698.	
	708.	Theodo VII.
Dagobertus III.	710.	
Chilpericus II.	715.	
Clotarius IV.	718.	
	incerto.	Grimoald. II. ob. 728.
Theodoricus IV.	727.	
	incerto.	Hugobertus.
	735.	Uttilo.
Childericus III.	741.	
	761.	Thaſſilo III.

In hoc Catalogo, quamvis hic non per omnes apices noſtræ intentioni correſpondeat, in favorem noſtræ antiquæ traditionis plura notanda occurrunt: 1. quod utraque ſeries & Regum Auſtraſiæ, & Ducum Bavariæ plurimum differat ab illa ſerie, quam allegat Hanſizius, conſequenter ſeries Hanſiziana pro Oraculo haberi non poteſt. 2. Fuerunt brevi poſt tempora Childeberti II. Auſtraſiæ Regis Theodones, circa quod tempus Wormatiæ Epiſcopus fuit S. Rupertus, & exin invitari potuit a Theodone in Bojariam, quamvis iſta ſeries aliquot annis differat a noſtro computu, & magis coincidat cum ſententia media non ſpernenda Velſeri, Arenpeckii, & aliorum, de quibus nos ſupra num. VII. egimus; convenit tamen quoad ſubſtantiam Sæculi, & iſte Theodo fuit Theodo IV., qui, ut 3. colligi poteſt

(*) Hic eſt Theodo in Sententia Aventini, ut ſupra num. V.

(**) De hoc ait auctor Hübnerus h. l. quod habuerit filiam Reginotrudam, quæ fuit uxor Theodonis IV. Ducis Bavariæ.

(***) Hic (ait autor hujus Chronologiæ) probabilius ille eſt, quem ſanctus Rupertus baptizavit, cujus converſionem uxor Reginotrudis promovit. Huic etiam ſucceſſit filius Theodebertus.

(****) Hic Theodo VI, juxta Chronologiam Hanſizio eſt attribuendus, qui tamen non habuit filium Theodebertum, ut Theodo IV.

est ex adducto Regum Austrasiæ Catalogo uxorem habuit Reginotrudam filiam Theodeberti II., qui circa annum 600. regno Austrasiæ imperabat. 4. etiam in hoc ordine Ducum Bavariæ notat autor Hübnerus, quod aliqui Duces fuerint totius Bavariæ, aliqui superioris, aliqui inferioris tantum, adeoque ducatus Bavariæ tunc erat aliquoties divisus. Verbo: magna ubique apparet incertitudo, non autem tanta luminis claritas, ut illam depingit sæpe citatus Hansizius.

XX. Secundum argumentum Hansizii eruitur de discipulis S. Ruperti a sancto Virgilio in testimonium adductis;

Alterum argumentum contra nostram antiquam traditionem de ætate S. Ruperti eruit Hansizius ex adductis testibus in illa notoria lite, quam S. Virgilius habuit tempore Ottilonis Ducis cum quodam Urso Presbytero circa bona S. Maximiliani in Beneficium sibi concessa ab Ottilone Duce, quæ lis in prolegg. Hansizii pag. 23. cap. VI. & VII. & in nostris antiquis, & recentioribus manuscriptis ad S. Petrum, innumeris, ut ita dicam, vicibus descripta legitur, & amplius suo loco exponetur in vita S. Virgilii. Postquam enim Ottilo Dux Urso Capellano suo Presbytero contra donationem Deo, & S. Maximiliano factam a Theodoberto Duce, inscius donavit bona; restitit Virgilius, & postquam nihilominus præfatus Ursus Ecclesiam aliquam ædificavit, & per exterum aliquem Episcopum consecrari fecit, excommunicavit illum Virgilius, ut antiqua bona per Theodebertum Deo, & S. Maximiliano donata, postquam S. Rupertus in Pongeu Ecclesiam ædificavit, iterum recuperaret. „Hæc omnia Virgilius Episco„pus„ (nunc incipiunt formalia manuscri„ptorum antiquorum, seu secundi, ut vocat Hansizius, libelli donationum, non autem instrumenti Arnoniani)„ a viris valde se„nibus, atque veracibus diligenter perqui„rere studuit, posterisque ad memoriam „scripta dimisit. Quidam vero ex eis, qui „ista illi dixerunt, discipuli S. Ruperti fue„runt, & juniorum ejus; quidam filioli, ex „quibus erat Isinhardus vir nobilis, & fi„liolus beati senis Chunialdi Presbyteri, „Dignolus quoque discipulus S. Ruperti, at„que Joannes; alii quoque, qui hoc a se„nioribus audierunt, hæc ita omnia narran„tes: ex quibus Dulcissimus Presbyter, „Othmarus frater ejus Presbyter, Madel„hoch Presbyter filius Madelgori Cancellarii „Theodonis Ducis, Ruffolus Presbyter, „Amandus Presbyter, Latinus frater ejus, „Ebo Presbyter, Paldo Presbyter, Rein„bertus Presbyter, Benedictus Diaconus, „Sindonius Diaconus; Joannes subdiaco„nus, Wolfhardus subdiaconus, Arnhalmus, „monachus, Germanus monachus, Tazzo „monachus, Enicho monachus, & isti laici, „Ugo Comes, Imin Comes, Heimo Comes, „Gerhardus Judex, Sigibaldus Judex, Anno, „Eber, Rudloch, Salacho, Joannes, Egi„lolf, omnes isti nobiles, & veraces viri „fuerunt.„ Hucusque Hansizius cit. l. c. VII., cui omnia nostra manuscripta in descriptione hujus litis exacte respondent. Ex adductis itaque in hac lite testibus hoc argumentum, & evidens quidem, ut ipsi videtur, deducit Hansizius: tempore S. Virgilii vixerunt adhuc aliqui discipuli S. Ruperti, qui egerunt testes in lite, quæ inter Virgilium, & Ursum Presbyterum propter cellam S. Maximiliani fuit suborta, quam litem Virgilius circa annum 745. fuit prosecutus; si ergo in nostra antiqua sententia S. Rupertus jam obiisset anno 623. tunc isti Discipuli ultra 120. & amplius annos ætatem suam protraxissent; si autem non vixerunt tempore S. Ruperti, tunc *inepte* pro testibus invocasset in causa sub Ruperto facta: & quia ad hanc objectionem jam a Mabillonio adductam optimus P. Mezgerus noster, nescio, quo timore perculsus in sua dissert. prælim. §. II. ad medium valde violentum, quod quidem nos, utpote non necessarium, minime approbamus, confugit dicens „non esse incredibile, quod „illo tempore unus vel alter ex discipulis S. „Ruperti tamdiu vixerit, cum nostra quo„que ætate reperti sint homines, qui 120. „vel 130. annos superarunt.„ Eapropter hanc responsionem valde reprehendit Hansizius, dicens: „Hic lectoris judicium esto, „an credibile sit, septem omnino, aut certe „quinque ex iis, qui aut discipuli S. Ru„perti fuerint, aut ejus certe ætate vixe„runt, totidem enim ibi numerantur, ab „anno 623. ad annum usque 747., id est „ad annos 124. provixisse, immo amplius; „anno enim 623., quo Rupertum volunt „obiisse, extra cunas certe, immo extra „ephebos fuerint, necesse est; cum alias „rem sub Ruperto factam ex ipsis velut te„stibus, Virgilius inepte perquisivisset; sunt „autem isti: Isinhardus filiolus beati senis „Chunialdi Presbyteri, qui Capellanus S. „Ruperti fuerat, & Maternus, Dignolus „quoque Discipulus S. Ruperti, atque Joan„nes, Madelhoch Presbyter filius Madel„gori Cancellarii Theodonis Ducis; no„minatur etiam dulcissimus Presbyter, quem „probabile est, fuisse eundem, qui Ruperto „ad discendas litteras, & Officium Dei olim „commendatus fuerat; Dulcissimi frater „hic nominatur Othmarus; hos igitur se„ptem, ut triginta, & amplius annos su„pra Sæculum integrum vixisse fidem fa„cias, lapidem Jovis jures, necesse est. Jam „si initium Præsulatus Virgilii differatur ad „annum 754., quod Mezgerus facit, aut „quod alii plerique ad annum 764., cumu„lus annorum tanto major excrescet.„ Ita in terminis Hansizius de sua sententia, & conjecturis concomitantibus optime confisus.

XXI. Quod tamen antiquorum nemo attendit, & vel ideo nullius Valoris esse dignoscitur.

Hoc argumentum, ad quod antiquorum nemo, neque discipulus Eberhardinus ullam habuit attentionem, excepto Mabilonio, qui & ipse præcipuus hujus novæ sententiæ autor est, neque nos, qui etiam post

post mille, & amplius annos discipuli sumus ex illa schola, quam S. Rupertus plantavit dextera sua, æstimamus, immo nostræ sententiæ potius favere, certo credimus. Si enim in descriptione hujus litis Virgilium inter, & Ursum Presbyterum, & testium, qui fuerunt adhibiti, omnes circumstantias bene considerasset Hansizius, se ipsum in hoc rete, quod contra nos expandit, non involvisset, & haud dubie prius Mabillonius, & post ipsum Hansizius de hac objectione altum tenuissent silentium. Primitus enim debuisset explicare, quinam illis temporibus fuerint illi *Juniores*, & *Filioli*, qui tanquam testes fuerunt adducti a S. Virgilio, & jam ante triginta annos (tot enim ferme anni a morte S. Ruperti usque ad Virgilium in sententia Hansizii elapsi sunt) vivente S. Ruperto debuissent esse in vivis, quo tempore fors ne quidem in cunis fuerunt; & quomodo combinandi isti *juniores*, cum *viris valde senibus* in qualitate testium? & tamen hos *juniores* & filiolos pro testibus idoneis adductos fuisse; immo sub S. Ruperto vixisse credit autor nobis contrarius, qui -- Secundo, ex consequenti hanc difficultatem debuisset ipsemet solvere, quomodo *Isinhardus filiolus* Chunialdi Beati senis, & Capellani S. Ruperti potuerit esse testis aptus ad dicendum testimonium circa bona data ad Ecclesiam S. Maximiliani, cum Chunialdus gravis senex illo tempore jam dudum defunctus fuerit verus discipulus S. Ruperti adhuc viventis; Isinhardus autem non filius, sed filiolus, verosimiliter nepos, pronepos, aut abnepos Chunialdi fuerit, qui Isinhardus certe neque Chunialdum senem beatum, multo minus S. Rupertum novit, & tamen fuit testis? -- Hinc tertio hoc argumentum Hansizianum laborat supposito erroneo, quod nimirum omnes testes hic adducti debuerint vixisse tempore S. Ruperti, quia secus *inepte* fuissent, ut Hansizius putat, quæsiti super re sub S. Ruperto facta, cum tamen ex contextu pateat, quod alii ferme triginta testes fuerint requisiti, qui a *senioribus audierunt*, si ergo isti subsequentes fuerunt testes *idonei*, de quibus certo scitur, quod tantum ab aliis audierint, cur non & antecedentes, de quibus pariter nihil notatum, quod vixerint sub S. Ruperto? atque hoc ipsum, quod isti testes ultimi requisiti a senioribus audierint, signum est evidens contra Hansizium, inter tempus S. Ruperti, & S. Virgilii notabile tempus intermediasse; ridiculum enim foret, & Jovis lapidem quis juret necesse est, si quis ita loqueretur: hoc vel illud factum a senioribus audivi, vel ad hujus facti veritatem indagandam indigeo viris valde senibus, si tale factum ante viginti, vel ad summum ante triginta annos in eodem loco contigit: inter mortem autem S. Ruperti, probe attendat Lector benevolus, qui Sanctus juxta Hansizium mortuus est anno 718. vel omnino serius, usque ad tempus litis, quod erat annus 745., lapsi sunt tantum viginti octo anni, vel omnino pauciores; consequenter a tali tempore viri 40. annorum potuissent esse testes de visu, nec opus fuit, ut ipsi audiverint a gravibus senibus, vel quod tales senes, ut testes debuerint requiri. Quarto: est mera conjectura Hansizii, quod hic Dulcissimus Presbyter fuerit ille Dulcissimus, qui in monasterio S. Maximiliani sub Ruperto fuit educatus; & quia præsertim hanc litem, ubi vocati sunt discipuli S. Ruperti, Dignolus, atque Joannes, scripsit discipulus Eberhardinus, ut nostrum manuscriptum antiquum sub littera H. de Sæculo XII., & descriptum Sæculo XIII. de verbo ad verbum exhibet; & tamen ille discipulus S. Eberhardi se resolvit, quod vel anno 623. vel 628. ex hac vita discesserit, & propter istos discipulos S. Ruperti in testimonium adductos, aut propter Dulcissimum Presbyterum de anno mortis S. Ruperti in Sæculo VIII. nequidem cogitavit, ut jam supra num. VII. notavimus, cur ergo nos propter hanc objectionis infirmæ apparentiam a nostra sententia discedamus? Denique præmissis hisce indirectis responsionibus, quas velut objectiones in adversarios, ut solvant, retorquemus. Respondemus -- Quinto, & directe: quod nimirum S. Virgilius, utpote alienigena, & peregrinus, quia nullam habuit de rebus Salisburgensibus, & primævis fundationibus notitiam, conquisiverit testes varios, viros graves, veraces, & fide dignos, qui per continuam antecessorum, parentum, & protoparentum traditionem audierunt, & sciverunt, quod hoc beneficium donaverit Theodebertus Dux S. Maximiliano, & S. Ruperto ad sedem suam, & quia isti testes fuerunt ex vario hominum statu, ex utroque Clero, & viris de nobilitate, hinc aliqui fuerunt vocati discipuli S. Ruperti, pariter in testimonium adducti, discipuli, inquam, sodales, aut verosimiliter religiosi illius congregationis, aut monasterii a S. Ruperto fundatore constructi, & fundati, cui & tunc præfuit ut Abbas, & Episcopus S. Virgilius. Sic enim & nobis nemo faceret injuriam, sed honorem exhibebit, qui & nos religiosos a S. Ruperto sub regula S. Benedicti in monasterio ad S. Petrum fundatos, discipulos S. Ruperti vocare dignabitur. Profecto omnes istæ erroneæ conjecturæ Hansizianæ dependent a multis antecedentibus erroribus a P. Hansizio in Chronologia commissis, præsertim, quod eliminaverit tres post S. Vitalem Abbates, & pariter, quod S. Vitali, Flobargiso, & Joanni Episcopis pro suo libitu ad conservandam Chronologiam, & ne magnum aliquod temporis intervallum inter S. Rupertum, & S. Virgilium intermediet, nonnisi brevissimum Viræ spatium assignet, ut adeo in ipsum non minus cadat illa nimis

ſincera, quam noſtræ traditionis ſectatoribus fecit Hanſizius ſupra num. XVIII. exprobratio: *error errorem trahit.*

XXII. Tertium argumentum, quod magis ſtringit ipſum Hanſizium, deſummitur ex die reſurrectionis, & obitu S. Ruperti.

Tertium argumentum, quod eruditus vir Marcus Hanſizius non tam contra nos, quam contra ſeipſum inſtruit, deſumitur ex die reſurrectionis, & anno obitus S. Ruperti; & quoniam per hæc omnia, quæ hic cum ſolida eruditione adducit præfatus autor, contra ipſius intentionem mire illuſtratur, promovetur, & ſtabilitur antiqua noſtra traditio de ætate S. Ruperti, hinc operæ pretium eſſe æſtimavimus, ut ſingula in medium afferamus, de verbo ad verbum: „Nunc movendum ſaxum arduum, incipit Hanſizius in vita S. Ruperti pag. 56. num. XLIV. & ſeqq. „de anno obitus Ruperti: „eum facile eſſet elicere ex vetuſta illa Theſi, „qua fixum hactenus fuit obiiſſe die VI. Ka„lend. April. id eſt, vigeſima ſeptima Mar„tii incidente in diem Reſurrectionis, niſi „obſtarent alia. Concurſus ille diei 27. „Martii cum Paſchate evenit anno DCCVII., „deinde anno DCCXVIII.; ſed hic rurſus „objicitur difficultas ex ætate Ducum, qui„buscum Rupertus vixiſſe proditur, quan„tum ex Libello donationum conſtat, Ru„pertus ſuperſtes fuit Theodoni Duci; nar„ratur enim ibidem cap. II., quemadmo„dum a Ruperto ædificare cœpta ſit cum „venia Theodonis Eccleſia S. Maximiliani „in Pongeu, & ſubditur: *interea vero Dux „Theodo infirmabatur, commendavitque filio ſuo „Thodeberto Ducatum Bavariæ, & Domni „Rudberti Epiſcopi cauſam fideliter tuendam, „& juniorum ejus; eique ad Chriſtianitatem ſuam „libenter obedire, & omne opus Dei diligenter „illi auxiliari. Facta autem ibi Eccleſia S. Ru„pertus convocavit ibi Theodebertum Ducem, „& nunciavit ei ipſam cauſam per ordinem, & „ita accepta ab eo poteſtate conſecravit ipſam „in honore S. Maximiliani.* Deindo cap. III. „*cœpit autem idem beatus Pontifex unacum Con„ſilio, & voluntate Domini Theodeberti Ducis „in ſuperiori Caſtro ſæpe dicti Juvavenſis op„pidi conſtruere Eccleſiam ad monaſterium ſa„cris Virginibus.* Ex quibus manifeſtum eſt, „ „pergit idem autor Rupertum fuiſſe ſuper„ſtitem Theodoni Duci, neque relationes „iſtius fides videtur poſſe infringi, utique „quod tota ex vetuſtiſſimis tabulis hauſta „ſit, ut in reliquis omnibus apparet, quo„rum pleraque enucleatius etiam, quam „in libello Arnonis referuntur. Quod ſi ita „ſit, jam obitus Ruperti ultra annum „DCCXVIII. neceſſario differendus videtur; „nam ſi fides ſit Ariboni S. Corbiniani Bio„grapho, Theodo Dux ut breviſſime non „ante annum DCCXXI. exeuntem defun„ctus eſt. Eo enim anno S. Corbinianum „in Bojoariam venientem invitavit; imo „id Pagius anno DCCXXII., quam tardius „eveniſſe ſcribit: ratio calculi eſt, quod „S. Corbinianus anno ut minimum 715. a„more quærendæ ſolitudinis e patria ſe ab„ſtulerit, Romam profectus *ad Gregorii pedes „ſe proſtraverit*, ut in ejus vita cap. II. legi„tur; Gregorius II. Pontificatum iniit 715. „die 19. Maji, qui Corbinianum creavit „Epiſcopum *data poteſtate prædicationis offi„cium exercendi, ubicunque in toto Orbe po„tuiſſet;* ille tunc reverſus in Galliam, *ad „priſtinum ſe collocavit ergaſtulum, ubi conti„nuis ſeptem annis permanſit.* Jam ab anno „715. numeratis ſeptem annis venitur ad „annum 722., aut certe, ſi numerantur „anni incompleti ad annum 721. Pergit vita „Corbiniani: *quia quotidie a ſupervenientium „affligebatur tumultibus, iterum Romam per„gere diſponebat, & a tanti Patris nomine ſo„lutionem petere, qui non jam publicum a Gal„lorum partibus accipiens callem, ſed ſecreti„rem eligens viam, Allemaniam venit; deinde „Germaniam, & ſic Noricum veniens, ibi ali„quamdiu demoratus verbi divini ſeminavit do„ctrinam.* Meo ſubditur capit. X. *Eo nam„que tempore erat ibi devotiſſimus Theodo Dux, „qui, dum virum advenisſe cognovit, ad ſe in„vitavit, & multa munera largitus valefecit „abire; quo relicto ſanctus in partes filii ejus „nominis Grimoaldi, qui Friſingæ Regiam ha„bebat, incedens, cum ex eo multis precibus „Dux impetrare nequiret, ut maneret, direxit „miniſtros, qui eum ſummo cum honore dedu„cerent a finibus Noricenſibus usque in Italiæ „partes, qui juſſa complentes habitatoribus al„pium mandarunt, ut, ſi quando ei reverti con„tigiſſet, eum a finibus Bojoariorum nequaquam „permiſiſſent abire, niſi ad prænotatum Prin„cipem perveniſſet.* „ Hæc omnia cap. X. in vita Corbiniani, & ex illa cum præcedentibus per extenſum ſæpe jam citatus autor Hanſizius; ex quo diſcurſu patet, quantis difficultatibus involuta ſit hæc nova ſententia, transferens ætatem S. Ruperti ad ſæculum octavum, & ad tempora S. Corbiniani, ut adeo ejusdem incertitudo quaſi manibus palpari poſſit. In qua narratione etiam provide notandum venit, quod ille devotiſſimus Dux Theodo non fuerit noſter Theodo IV., qui habuit filium ſucceſſorem Theodebertum, ſed ille Theodo tempore S. Corbiniani fuerit Theodo VI. vel VII., ut ex ſerie Ducum Bavariæ ſupra num. XIX. expoſita videri poteſt; nam cum in citata vita S. Corbiniani mentio fiat de filio Grimoaldo, manifeſtum ſignum eſt, hunc devotiſſimum Ducem non fuiſſe noſtrum Theodonem a S. Ruperto baptizatum; huic enim ſucceſſit filius Theodebertus, & paulo poſt Grimoaldus I. ille autem Grimoaldus fuit nomine II., qui ſucceſſit Theodoni VII. circa medium ſæculi octavi, ut probata noſtra tabula exhibet Chronologica.

XXIII. Unde ad ſolutionem hujus difficultatis duo media, unum *de die Obitus* S. Ruperti,

Agnovit probe has difficultates Hanſizius ipſe, utpote eruditus hiſtoricus, unde amplius pergit l. c. pag. 56. num. XLVI. ad finem, & num. XLVII. ita ſibimetipſi plura objicit: „Jam ſi (ait) quæ modo, „& paulo ante dicta ſunt, ſtent, nempe „ſi S. Corbinianus tempore Gregorii II. Papæ „Romam venit: 2. ſi inde ſeptennium in

Gallia

„Gallia ſolitarius egit : 3. ſi anno 722. in „Bojoariam venit: 4. ſi tum Theodo prin„cipatum tenuit : 5. ſi mortuo Theodoni „Patri Theodebertus filius ſucceſſit : 6. ſi „Rupertus Theodoni ſuperſtes ſub Princi„patu Theodeberti vixit; his, inquam, po„ſitis ſequitur manifeſte, Rupertum anno „722. adhuc fuiſſe in vivis. Quod ſi ita ſit, „jam hoc ipſo corruet traditio de obitu Ru„perti in diem VI. Kalend. April. ſeu 27. „Martii Paſchate cadente ; nam toto illo „ſæculo poſt annum 718. non invenitur an„nus, quo dies Paſchæ cum 27. Martii con„currat usque ad annum 791. quousque pa„lam eſt, Rupertum non pertigiſſe. Ver„ſamur in ſalebra, e qua modus eluctandi „haud eſt, niſi dicamus, aut Aribonem in „iis, quæ de Corbiniano narrat, falli, aut „Arnonem, quæ de Ruperto Theodoni „Duci ſuperſtite.„ Hæc Hanſizius, qui haud dubie hæc allegans, & expendens ſecum cogitavit : *quis revolvet nobis lapidem* ? poſtquam autem ad hunc arduum lapidem removendum conſulit Baronium, Pagium, & Mabillonium, nullus autem eidem ſatisfecit, poſt varias, & eruditas diſquiſitiones idem Hanſizius num. LI. pag. 58. ita exclamat : *Res ſane difficilis in omnem partem* ! ad quam combinandam duo media, ſed ut ipſe in ſequentibus fatetur, incaſſum tentat. Primum medium eſt circa 27. diem Martii, an non iſte dies potius ſit dies translationis, aut dedicationis Eccleſiæ, non autem dies obitus S. Ruperti? alterum medium eſt, de die reſurrectionis, an non hæc dies pro qualibet Dominica per annum ſit intelligenda, vel pro qualibet die infra octavam Paſchatis? de primo reconciliandæ difficultatis medio ita ſcribit Hanſizius cit. num. LI. „forte ; cui veniat in mentem dubitare de ipſa „die VI. Kalend. April. qua celebratur obi„tus S. Ruperti ; conſtat enim e memoriis „eccleſiaſticis ſæpe alia die celebrari nata„lem, id eſt, obitum Sanctorum, quam quo „reipſa contigerat: nempe vel die depoſitio„nis anniverſaria, vel inventionis Corporis, „vel translationis, & dedicationis Eccle„ſiæ, vel ad arbitrium denique celebran„tium. Simile quid ſuſpicari quis poſſet e„veniſſe in deligendo die prædicto ad obi„tum S. Ruperti recolendum, præſertim „cum antiquiſſimum monumentum S. Ru„perti diem iſtum non exprimat, ſed *diem* „duntaxat *reſurrectionis Domini*: neque aliud „habet legenda Salisburgenſis antiqua, ut „videre eſt ſupra num. XXXI. eramque & „ego aliquando dubius, an non dies illa VI. „Kalend. April. aſſumta ſit ſerius pro mor„tis anniverſario, poſtquam nimirum inva„luerat opinio, quæ Sanctum ſtatuebat an„no DCXXIII. demortuum, eo nempe die „pro anniverſario deceſſus aſſumpto, qui in „dominicam reſurrectionis anni modo dicti „congruebat.„ Ita hoc medium ſolutionis expoſuit Hanſizius, ſed ipſe ſimul doctiſſime reſpondit ſequentibus verbis: „verum hanc „ſuſpicionem infirmat autor diſquiſitionis „Chronologicæ de ætate S. Ruperti ſupra „num. XXXII. cujus ævo nondum videtur „viguiſſe perſuaſio de anno DCXXIII. cum „ipſe fateatur : numerum a S. Ruperti tran„ſitu definite ſcriptum non reperiri, & ta„men tunc, ut ipſe teſtatur, jam obtinebat „mos diem obitus in VI. Kalend. April. ce„lebrandi, quamobrem non videtur equi„dem hic cardo ſuo movendus loco„. Hucusque Hanſizius.

XXIIII. **Alterum de die reſurrectionis Domini, ſed incaſſum tentat autor Hanſizius.**

Alterum medium, quod tentat autor eximius ad concilianda ea, quæ ipſius chronologiæ de vita S. Corbiniani teſte Aribone, de ordine Ducum, de S. Ruperto, Theodone, & Theodeberto filio ſucceſſore obſtare videntur, eſt diverſa interpretatio de *Die Reſurrectionis Domini* ; an non hæc pro alia quacunque Dominica per annum, aut pro ipſa die Dominica Paſchatis accipi valeat, ut adeo neceſſarium non eſſet, annum obitus S. Ruperti affigere anno 718. & non ultra, quia illo ſæculo dies reſurrectionis Domini, ut ſupra meminimus, usque ad annum 791. non incidit in diem 27. Martii. Verum ipſemet hoc ſaltem loco pag. 59. in vita S. Ruperti ita reſpondet : „Sed & il„lud violentum eſt, diem reſurrectionis Do„minicæ interpretari in ſenſu inſinuato a „Mabillonio, ſcilicet pro die Dominico quo„cunque ; ut enim verum, quod ait Can„gius verbo : *Paſcha*: nomenclaturam Paſ„chatis tribui ſolitam pariter diebus omni„bus dominicis in ordine Romano, imo in „provinciis quibusdam magno feſto, quem„admodum legitur *Paſcha Epiphaniæ*, *Pa„ſcha Pentecoſtes* : item ut idem ex Durando „refert, Paſcha dicebatur tempus a Domi„nica Palmarum usque ad octavam Paſcha„tis. Denique ut Amalarius Metenſium E„piſcopus, qui ſub initium ſæculi IX. flo„ruit, in libro de ordine antiphonarii ſcri„bit : *Paſchalis Dies, qui per ſeptem dies quaſi „unus dies celebratur* : tamen vita S. Ruperti „non habet *diem Paſchæ*, ſed *diem reſurre„ctionis*, qua de voce non ſuppetit exem„plum tam late uſurpatum eſſe, uti voca„bulum Paſchæ. Omnibus expenſis (per„git Hanſizius) non videtur recedendum a „die VI. Kalend. April. in Dominicam Re„ſurrectionis proprie talem cadente, atque „adeo ſtatuenda Ruperti mors ad annum „Chriſti DCCXVIII. „ Ita in terminis autor clariſſimus, cui nos Salisburgenſes gratias agimus pro doctiſſimo argumento, & doctiſſimis ſimul reſponſis, per quæ traditio noſtra antiqua de die obitus S. Ruperti in diem vigeſimam-ſeptimam Martii, & quidem ad diem Reſurrectionis, id eſt ad Dominicam Paſchatis, & reſurrectionis proprie talem mire illuſtratur; ſi enim hæc in ſuo vigore perſiſtunt, reſtabunt Hanſizio centum difficultates reſolvendæ, dum ſtatuit annum mortis S. Ruperti ſeptingenteſimum decimum octavum, ex quibus nec decem ſuperſunt pro nobis, qui adventum

S. Ruperti in Bavariam & Salisburgum ad finem ſæculi ſexti, & poſt tot præclara ipſius geſta quæ notabile temporis ſpatium requirunt, annum mortis ad annum 623. (quo anno Dies reſurrectionis concurrebat cum prædicta vigeſima ſeptima Martii die) ſtatuimus. Quandoquidem vero ſæpe dictus autor non recedit à die obitus 27. Martii, neque a die reſurrectionis, eapropter autem ipſius difficultates de S. Corbiniano, de Gregorio II. de Theodone, & Theodeberto, ſub quibus S. Rupertus in ipſius ſententia vixit, nondum eſſe ſolutas ipſemet advertit; hinc Aribonem, & Pagium erraſſe credit: ſic enim ait Hanſizius cit. pag. 59. num. LII. „In reliquo ſupereſt, ut „ſequamur Baronium, dicamusque errorem „ſubrepſiſſe in vitam S. Corbiniani, ejus„que primam profectionem Romanam non „contigiſſe ſub Gregorio Papa, ſed ſub Con„ſtantino III. (*) ſecundam deinde pro„fectionem, quam per Bojariam fecit, „invitatus iſthic a Theodone Duce, factam „eſſe longe (**) maturius, quam Pa„gius ſubduxerit, atque nos ipſi Tom. I. „ſubduxerimus; factam, inquam, eſſe cir„ca annum DCCXVII. ſedente tunc Gre„gorio Papa hujus nominis II.„ Ita Hanſizius, quibus verbis nihil ſuperaddendum eſſe exiſtimamus, quam quod miremur, cur circa vitam S. Corbiniani Hanſizius ſequatur Baronium, cur non pariter circa ætatem S. Ruperti, cum tamen Baronius, ut infra videbimus, ad annum Chriſti 590. totus ſaveat traditioni antiquæ Salisburgenſi.

XXV. Ob quam difficultatem in Corollariis recedit autor a die reſurrectionis, & negat hanc eſſe Dominicam Paſchalem.

Aſt nondum finis litterarii certaminis, quod hactenus inter Hanſizium agitabatur, & nos Petrenſes Cœnobitas circa Chronologiam, adventum, fundationem, & obitum S. Ruperti Fundatoris, primi Epiſcopi, & Abbatis noſtri. Jam in præfatione ad Tom. II. Germaniæ Sacr. ſeu ad hiſtoriam Salisburgenſem, ut ſupra etiam retulimus num. XIV. his verbis admonet lectorem eruditus autor: „Ubi mature te ad„monitum velim, ut, poſtquam ea legeris, „quæ ſunt in actis Ruperti de ejus ætate, „& anno mortis continuo etiam conſulas „ea, quæ ſunt in Corollariis ad Rupertum „adnotata, ibi dirupi neceſſitatem, qua & „ego me primum, & ante me Mabillonius, „Pagiusque conſtrictos putarant, annum „mortis Ruperti ad ſeptingenteſimum octa„vum decimum defigendi: „ Ita Hanſizius cujus conſilio & nos morem gerere volentes exacte omnia legendo, & ruminando perluſtravimus, quid novi ad finem operis referat, aut potius, ſi dicere fas eſt, perſpectis ſummis difficultatibus, quæ in ipſius ſententia oriuntur, ſibimetipſi contradicat, a ſententia de die reſurrectionis, ſeu Dominica Paſchatis incidente in 27. Martii diem, quam ipſemet in vita S. Ruperti ſolide defendit, & num. præc. expoſuimus, ab hac Dominica reſurrectionis *non eſſe recedendum*, clare agnoſcit, nihilominus ipſus recedat, & innumeras violentas, & myſterioſas explicationes ex antiquis Calendariis, & Martyrologiis *de die reſurrectionis* exponat, probe advertens in ſemetipſo, qualiter neque biennium, quod ipſe Hanſizius adſignat S. Ruperto hic Salisburgi exiſtenti, ad explicanda ipſius geſta, multo minus ſpatium trimeſtre, quod interceſſit ipſo credente in falſo ſyſtemate Chronologico inter Theodonis mortem, & obitum S. Ruperti ſufficere valeat, quod S. Rupertus ſub Theodeberto duce, & filio ſucceſſore Theodonis extruxerit monaſterium Nonnenbergenſe, ubi S. Rupertus conſtituit ancillam Deo ſacratam Neptem ſuam Erentrudem cum aliis virginibus Deo devotis, quæ fundatio deſcribitur in ſecundo Libr. fundat. cap. III. Hinc ad ſingulare medium deducitur, & in corollariis num. VII. pag. 922. nullam eſſe neceſſitatem annum mortis ad annum 718. affigendi, (quo anno vigeſima ſeptima Martii vera dies obitus S. Ruperti incidit in diem reſurrectionis, in Dominicam Paſchatis) palam & confidenter affirmat. Nos ipſa verba Hanſizii in terminis referimus; poſtquam enim hic autor de ſua nova ſententia mire conſiſus in ſuis corollariis, & adnotationibus ad Antiſtites Salisburgenſes num. I. ſine controverſia eſſe ſtatuit, quod S. Rupertus tempore Childeberti III. ſub finem ſæculi VII. Wormatiæ floruerit, & vel ideo idem autor explodit Calendarium vetus Capituli Metropolitici, & antiquam traditionem Salisburgenſem, quæ ab omnibus Sæculis refert, S. Rupertum fuiſſe defunctum vigeſima ſeptima Martii in die Reſurrectionis; & poſtquam idem autor varias ſibimetipſi num. III. & IV. motas difficultates *reſurrectionem* Chriſti non ad Dominicam Paſchatis, ſed ad vigeſimam ſeptimam diem Martii fixam eſſe judicat, & eapropter varias explicationes ex martyrologiis myſticas exponit, negans pariter, quod anniverſarius reſurrectionis Domini ſit idem cum Dominica Paſchatis; tandem pag. 922. num. VII. ita perorat: „Ex quibus o„mnibus demum illud conficitur, ex vita „primigenia Ruperti non cogi nos, ut ad „annum obitus ejus deprehendendum quæ„ramus annum illum, quo dies vigeſima „ſeptima Martii cum feſto Paſchæ conve„nit, proinde nec ad illud adſtringi, ut an„no 718. demortuum dicamus: ſed inte„grum erit, liberumque mortem Sanctiſ„ſimi Præſulis ad annum aliquem poſterio„rem, incertum illum quidem, ſed tamen „ad illum aliquem differendi, qui ſufficiens „intervallum a morte Theodonis Ducis Ru„perto ſuperſtiti relinquat. Habetur quidem vetus monumentum, (pergit Hanſizius) „cujus etiam diſcipulus Eberhardi„nus, & alter ille, qui tempore Lotharii „Saxonis eundem computum fecerat, me„minit: *die orto reſurrectionis Chriſti miſſa„rum ſolemnia lætus perſolvit, & munitus cor„poris*

(*) Conſtantino. (**) forte *Serius*.

„*poris & ſanguinis Sacramento inter verba fra-*
„*tres confirmantia reddidit ſpiritum*: & alibi:
„*ſic ſuum contigit Phaſe ſacro Paſchæ tempore.*
„Hæc a prædictis Commentatoribus jam
„ſæculo XII. reputabantur inter antiqua
„monumenta: *de die obitus*, inquiunt, *ſic*
„*legitur*: die orto reſurrectionis &c. quibus
„probari videtur ſpiritum reddidiſſe in die
„reſurrectionis in diem Paſchæ cadente.
„Verum utut illa ſint ſæculo XII. vetuſtiora
„tamen ſatis apparet eſſe recentiora, quam
„ſit vita primigenia; nam verba priora ſunt
„Legendæ Salisburgenſis, quæ, ut mani-
„feſtum eſt conferenti, non eſt aliud, quam
„recentior Paulo, largior ſcilicet amplifi-
„catio vitæ primigeniæ; quod enim iſta
„brevius: *inter verba orationis reddidit ſpiri-*
„*tum in pace die reſurrectionis Domini*, his le-
„gendarius adjecit: *miſſarum ſolemnia*, quip-
„pe, quod diem *reſurrectionis* interpretaba-
„tur diem *Paſchæ*. Nec aliter verſiculus,
„qui ſubiicitur: ſic ſuum contigit Phaſe ſa-
„cro Paſchæ tempore, plus evincit, quam
„interpretationem illam de die Paſchæ du-
„dum invaluiſſe; ſed ex eadem nimirum,
„quam dixi occaſione natam, nempe voce
„*reſurrectionis*, quam cum autor vitæ pri-
„migeniæ ſumſerit pro die reſurrectionis
„veræ, ſcilicet anniverſario diei vigeſimi
„ſeptimi Martii menſis in tabulis eccleſia-
„ſtis adſcripto ſucceſſores acceperunt in
„ſenſu vulgi pro ipſo *die ſolemni*, quo ſolen-
„nitatem reſurrectionis agimus Dominico
„Paſchæ. Atque tandem, ſi neceſſe ſit in-
„hærere verbis verſiculi relati, ſacro Paſ-
„chæ tempore, ſat notum eſt, tempus paſ-
„chale ſumi pro tota hebdomada paſchali.
„Quærendum igitur, quandonam dies 27.
„Martii in hebdomadam paſchalem incur-
„rerit, id factum anno 723. quo dies illa
„cecidit in feriam ſextam poſt Paſcha, item
„anno 726. quo cecidit in feriam quartam
„ejusdem hebdomadæ, quibus annis nihil
„erit abſurdum mortem Ruperti adponere.
Hæc in terminis Hanſizius novas difficulta-
tes ſibimetipſi in cumulum aliarum, quæ
illi ad ſolvendum reſtant, adiiciens, nobis
autem ſortiſſimum fundamentum, quod a
die reſurrectionis proprie tali, a Dominica
Paſchatis non ſit recedendum, relinquens.

XXVI. Quam inepte autem hoc fiat, & quam varia abſurda inde ſequantur, oſtenditur.

Hic lectoris judicium eſto, an, & qua-
lis hæc ſit tam celebris autoris indoles? qui
a proprietate verborum adeo recedit in fine,
quam in vita S. Ruperti, ut præced. num.
XXIV. audivimus, ſolide defendit, & an-
num mortis eapropter ad annum 718. ſta-
tuit, quo anno concurrebat dies vigeſima
ſeptima Martii, qua S. Rupertus obiit, in
diem reſurrectionis Domini, in ſolemnita-
tem, in Dominicam Paſchalem, ubi & di-
ſertis verbis docuit l. c. *omnibus expenſis non*
videtur recedendum a die VI. Kal. Aprilis in
Dominicam reſurrectionis proprie talem cadente.
Nos copia reſponſionum ad tam violenta ef-
fugia, quibus utitur Hanſizius in exponen-
da reſurrectionis die, & anno mortis S. Ru-
perti quaſi inopes reddit: ne ergo in hoc
deficiamus, ubi autor, cæteroquin eruditiſ-
ſimus, totum nodum difficultatis ſe rupiſſe
credit, quem nec Mabillonius, nec Pagius
ſolvit; hinc multifariam reſpondemus, &
primo quidem haud ſatis miramur, quod
hic autor, poſtquam antiquiorem difficul-
tatem de epiſcopatu Wormatienſi S. Rupер-
ti ſub Childeberto III. ejusque adventu in
Bojoariam ſub Theodone juxta Hanſizium
II. de fundatione epiſcopatus Salisburgenſis
poſt initium ſæculi VIII. ſub Gregorio II. *in*
lumine poſitam conſtituit, & *rem indubitatam*,
imo & *manu quaſi apprehenſam* eſſe vendicat,
nunc adeo caliget in aſſignando anno mor-
tis S. Ruperti, & die obitus, ut palam fa-
teri debeat, ſe neutiquam ſcire, quando S.
Rupertus fuerit mortuus, ſed liberum cui-
libet eſſe deſignare annum, modo interce-
dat aliquod intervallum notabile inter mor-
tem Theodonis Ducis, & S. Rupertum. Quis
non ex hoc diſcurſu merito arguat, hanc
ignorantiam hiſtoriæ de anno mortis S. Ru-
perti eſſe ſignum evidens ignorantiæ de
S. Ruperto hiſtoriæ præcedentis? facilius
enim ea ignoramus, quæ antiquiora ſunt,
quam quæ recentiora, inter quæ eſt annus
obitus S. Ruperti; præſertim cum ſciatur
locus, ubi mortuus, & ſepultus eſt S. Epiſ-
copus, & in quo loco, noſtro videlicet mo-
naſterio, tot monumenta extant antiqua,
quæ huic novæ ſententiæ, quam ferme
primus induxit Mabillonius, & poſt alios
recentiores noſter hic, de quo loquimur,
celebris cæteroquin autor Marcus Hanſizius,
minime favent, & toto ſæculo differunt.
Secundo reſpondemus: *a die reſurrectionis*,
id eſt a Dominica Paſchatis, quæ anno 623.
incidebat in vigeſimam ſeptimam Martii,
quæ fuit dies obitus S. Ruperti juxta omnes
antiquos, tamquam a baſi, & fundamento
noſtræ traditionis Salisburgenſis non eſſe
recedendum: unde inepta effugia ſunt pri-
mo quod Dies reſurrectionis Chriſti illo an-
no, quando pro noſtra ſalute paſſus & mor-
tuus fuit, dies fuerit vigeſima ſeptima Mar-
tii, quod quidem eodem anno per accidens
eveniſſe concedimus; aſt negamus eaprop-
ter ſequi, quod ideo dicatur, S. Rupertum
obiiſſe in die reſurrectionis, quia obiit in
die vigeſima ſeptima Martii, quis enim au-
divit, vel legit de aliis Sanctis, quorum
memoria legitur VI. Kalend. Aprilis in mar-
tyrologiis, quod fuerint mortui *in die reſur-*
rectionis? ſic Bollandus ad vigeſimam ſep-
timam Martii integrum texit Sanctorum Ca-
talogum, & de nullo legetur, quod objerit
in die reſurrectionis, niſi de S. Ruperto, qui
obiit in die ſolemni reſurrectionis, in Do-
minica paſchali eodem anno, cum vigeſi-
ma ſeptima Martii die concurrente, con-
ſequenter ſignum eſt, quod illa dies obitus
non fuerit ideo dies reſurrectionis vocatus,
quia obiit 27. Martii die, ſed quia ſanctus
Epiſcopus in ipſa Dominica, & die anniver-
ſario reſurrectionis vitam ſuam cum beata
morte poſt miſſarum ſolemnia permutavit.
Rurſus violenta reſponſio eſt, quod dies re-

surrectionis valeat pro qualibet die per hebdomadam paschalem; ipse Hansizius jam in vita S. Ruperti, ut supra num. XXIV. notatum fuit, hoc effugium judicavit esse infirmum, quia non legitur, S. Rupertum obiisse in die *Paschæ*, sed in die *Resurrectionis*; secus omnis verborum proprietas invertetur in rebus historicis, & cuique liberum erit verba propria in sensum alienum retorquere, sicque nulla amplius antiquis monumentis, lapidibus, & inscriptionibus erit fides adhibenda; nam cum historiam de morte alicujus scribimus circa annum, & diem, non æquivocis, aut mysticis verborum significationibus utimur, sed propriis, & claris, ut apud posteros nullus supersit dubitandi locus. Denique respondemus tertio, quod varia absurda sequerentur ex isto indeterminato computu annorum S. Ruperti, quæ ipsemet Hansizius nondum solvit, aut intacta reliquit; si enim S. Rupertus non anno 718. sed circa annum 723. vel 726. vel omnino serius supremum clausit diem, quale vitæ spatium usque ad annum 745. quo tempore S. Virgilius in sententia Hansiziana ad Episcopatum venit, supereſt pro tribus Episcopis, nec non pro tribus Abbatibus? & si etiam concedere velimus Hansizio, Ansologum, Savolum, & Ezzium fuisse tantum Abbates vicarios, licet nos in id minime consentiamus, tamen pro S. Vitale, Flobargiso, & Joanne nimis arctum erit regiminis spatium a morte S. Ruperti usque ad S. Virgilium, prout consideranti patebit. Ex quibus omnibus satis colligitur, sententiam Hansizianam multis erroneis fulciri suppositis, immo totum hoc systema chronologicum circa adventum, fundationem, & obitum nostri S. Ruperti infirmo niti fundamento. Sed jam satis amici litigii cum Mabillonio, & Hansizio.

XXVII. Tandem nostra antiqua traditio de adventu, & fundatione S. Ruperti,

Remotis itaque obstaculis, quæ cum aliis Recentioribus nostræ antiquæ traditioni, præprimis posuerunt Mabillonius, & Hansizius, jam nostra antiquitas Salisburgensis amplius exponitur, & ex antiquissimis monumentis tam domesticis, quam extraneis, atque talium virorum autoritate probatur, confirmatur, & stabilitur, qui de historia, & de chronologia optimam in orbe litterario merentur fidem. Consistit autem hæc antiqua traditio Salisburgensis de adventu, fundatione, & obitu S. Ruperti in eo, quod hic sanctus Episcopus, & fundator noster sub Childeberto II. Francorum, & quidem illius partis, quæ Austrasia dicebatur, circa annum 579. Rege, anno regiminis ejus secundo Wormatiæ, seu Vangionensis Ecclesiæ Episcopus floruerit, inde a Theodone Duce Bavariæ in nostro systemate hujus nominis quarto missis ad eum legatis invitatus, ut & Bavariæ regiones inviseret, in Bavariam venit circa annum 580. quo circiter tempore sanctus Episcopus Theodonem cum multis Proceribus baptizavit. Huic asserto quidem nonnihil obstare videtur nostra, eaque ex Hübnero celebri chronologo desumta, & maxime probata Ducum Bavariæ series, quæ tabula, licet exacte conveniat cum Regibus Austrasiæ, nimirum cum Childeberto II. & S. Ruperto tunc temporis Wormatiæ Episcopo; attamen Theodonem ordine IV. disponit ad annum 612. in qua non vulgari difficultate vix aliud responderi poterit, quam quod Theodo hic noster jam antea aliquam partem Bavariæ gubernaverit, dum S. Rupertum ad se invitavit, atque ab illo exinde baptizatus fuerit; anno autem 612. totum Bavariæ Ducatum obtinuerit; sicut brevi post aliquos annos ante mortem causam Ecclesiæ S. Ruperti Theodeberto filio commendavit; verbo: nos hanc traditionem circa certos annos paulo serius, aut citius magis certam, magis probabilem, & verosimilem, non autem penitus in lumine positam, deficientibus utpote autoribus synchronis, constituimus. Porro post conversionem Theodonis, & susceptam in Austriæ, & aliquam partem Pannoniæ, ut ibi divinæ fidei verbum disseminaret, peregrinationem ad nostras terras profectus primo non procul a lacu Wallario, seu Wallersee, subtitit; & postquam anno 582. Episcopalis sedis fundamenta posuisset, templumque beati Petri Apostoli ad Juvavium fluvium in loco, qui nunc Salisburgum dicitur, Clericorum ministeriis, aliisque rebus necessariis instructum primus erexisset, animum statim ad reliquam gentem Bavariæ tunc latissime patentem sacra Christi religione imbuendam convertit, eam duodecim viris operæ, ac laborum sociis sibi adjunctis ad Catholicam fidem Deo pios ejus conatus adjuvante, traduxit, cujus rei gratia factum est, ut Bavarorum Apostolus meruerit appellari. Et de hoc anno adventus S. Ruperti, & fundationis inceptæ, videlicet anno sæculi sexti octogesimo secundo, omnes antiqui nostri absque dubitatione erant persuasi; fuitque hæc traditio de sæculo ad sæculum a Patribus sine interruptione accepta, & animis nostris insita; specialiter hic annus 580. quando S. Rupertus ex Wormatia venit Bojariam, & exinde Salisburgum, in antiqua quadam tabula, non quidem amplius exstante, & haud dubie ob vetustatem consumpta, octo circiter pedes longa, & vix dimidium lata magnis characteribus notatus, & scriptus fuit, quam tabulam ante centum annos noster P. Mezgerus suis oculis vidisse, & legisse testatur, cujus tamen tabulæ descriptio etiamnum apud nos extat in manuscripto sub Litt. A. in quo 45. antiquæ tabulæ describuntur; & quidem sub num. 1. est descriptio tabulæ primæ ligneæ, quæ vitam S. Ruperti cum conversione Theodonis Ducis Bavariæ, & fundatione nostri monasterii exhibebat, & ita incipit: Anno ab Incarnatione Domini 580. id est, quingentesimo octogesimo, tempore Hyldiberti Regis

gis Francorum religiosus confessor Christi sanctus Rupertus in Wormatia Episcopus habebatur, atque & rursus sub num. 4. descriptio alterius tabulæ sequentia refert: Serenissimo Rege Francorum Hildeberto regnante anno regni ejus secundo circa annum Domini CCCCCLXXX. Beatissimus Rupertus sacra Regum Francorum soboles in Wormatensi Civitate floret Episcopus, vir plane virtutum summa amphiseptus &c. quamvis autem hæc descriptio tabularum fuerit primum collecta anno 1662. opera & studio D. Amandi Abbatis nostri, viri in antiquitatibus versatissimi, attamen de æquali authoritate cum ipsis antiquis tabulis non esse dubitandum, colligi potest ex verbis a D. Amando Abbate propria manu in præfatione ad hanc tabularum collectionem scriptis; sic enim inquit hic sedulus collector: „in hoc manuscripto A. contuli ea, „quæ in antiquis tabulis, schedis, separa„tis scripturis dispersim reperi, ut veluti „micæ de mensa venerandæ antiquitatis ca„dentes non perirent, sed colligerentur frag„menta. Putabam sane nefas esse, ligneas „antiquissimas tabulas tineis, & teredinibus „convulsas, & exesas abjici, in quibus sim„plex, & candida antiquitas memoria mul„ta solita est contradere, quæ proinde de„scribi curavi„, & in hunc librum velut spe„cialia antiquitatis indicia reposui„. Hæc Amandus Abbas.

XXVIII. Nec non de anno, & die obitus exponitur, & primo probatur ex nostris manuscriptis,

Sicut autem annus adventus quingentisimus octogesimus ex Wormatia in Bavariam, & annus fundationis quingentesimus octogesimus secundus nobis Salisburgensibus hactenus, ut dixi, quasi innatus, & insitus fuit ex perpetua, & non interrupta traditione antiqua, eademque traditio in omnibus vetustis Calendariis, & monumentis fuit recepta, nihilque aliud exhibent antiqua, & recentiora Chronica, & manuscripta, quæ in magna adsunt quantitate, paucis exceptis, quæ quatuor, aut quinque annis differunt; hinc etiam de anno obitus S. Ruperti firmissima cordibus nostris inhæret persuasio, & quasi certitudo, quantum prudenter in rebus historicis metiri licet, manuducentibus nos antiquis manuscriptis, & chronicis, quod sanctus Fundator, Episcopus, & Abbas noster Rupertus, postquam jactis hinc inde multarum Ecclesiarum fundamentis Episcopatum pluribus annis summa cum laude gessisset, sacrosancto Missæ sacrificio ipso Dominicæ resurrectionis die, hoc est, in die resurrectionis in Dominicam Paschatis proprie talem cadente VI. Kalend. April. anno DCXXIII. id est 27. Martii, quæ illo anno cum præfata Dominica Paschatis concurrebat, discipulorum animis paterna hortatione confirmatis cœlesti vita perpetuo fruiturus ad Dominum migraverit. De hoc felici transitu beatissimi Patris nostri Ruperti, præsertim de anno, & die, quo sanctus Pater obijt, nihil antiquius habemus & nos, & alii historici, qui etiam contrarium sentiunt, quam Codicem quemdam membraneum æstimatissimum, descriptum quidem anno 1288. sed transsumtum ex manuscripto quodam de anno 1186. quo tempore vixit discipulus S. Eberhardi, in quo manuscripto nostro jam supra num. VII. a nobis sub littera H. citato, & signato, plurima sunt ex hoc ipso discipulo Eberhardino, cujus opuscula describit Canisius Antiq. Lect. Tom. II. Plura autem sunt in hoc manuscripto, quæ ex eo excerpsit ipse Canisius. Est autem dignum, ut omnia verba fideliter, & in extenso referantur, prout leguntur in hoc manuscripto antiquo, in quibus verbis quasi medulla totius historiæ, quæ haberi potest cum aliquo fundamento, de obitu S. Ruperti continetur. Igitur in citato manuscripto pag. 26. aversa columna 2. oculis nostris sequentia legimus, & sincere excerpsimus. „Numerum annorum „a transitu S. Rudberti„ (sic incipit codex manuscriptus), dissimite scriptum non repe„rimus, conjectura tamen horum potest fieri „ex consideratione temporum, in quibus fuis„se legitur. De temporibus ejus legitur sic: „temporibus igitur Hildiberti Regis Franco„rum, anno scilicet regni ejus secundo vene„rabilis Confessor Christi Rudbertus in Wor„matia civitate Episcopus habebatur. De „die obitus ejus, qui in VI. Kale. Aprilis ce„lebratur, sic legitur: die ortu Resurrectio„nis Christi Missarum solemnia letus persol„vit, & munitus Corporis, & Sanguinis Sa„cramento inter verba fratres confirmantia „tradidit spiritum; & alibi: sic suum contigit „Phase sacro Paschæ tempore: inventa au„tem tempora Regis invenire doceret tem„pora Episcopi. Temporibus igitur Tyberii „Constantini, & Mauritii Imperatorum Ro„manorum Hildibertus Rex Francorum filius „Sigiberti, & Brunhildis extitisse legitur. „Anno Dominice Incarnationis DLXXV. „Tyberius Constantinus regnavit. Item In„carnationis Dominicæ DLXXXVIII. Hildi„bertus filius Sigiberti super francos regna„vit. Anno Incarnationis Dominice DXXXIII. „(forte DCXXXIII.; nam Phocas juxta quas„dam Imperatorum series regnare cœpit an„no 602. sed jam regnare desiit anno 610.) „Focas regnavit, qui post Mauritium factus „est Imperator. Circa hæc tempora sanctum „Rupertum vixisse patet. Requirat autem „nunc, qui vult, ubi ante annum DCXXVIII. „Dominice Incarnationis aut post eundem „annum dies Dominicus Pasche in VI. Kalend. „Aprilis evenerit, ut hoc nec ante, nec post „illum terminum longius, quam humanæ „vitæ mensura id s. Si quis hoc anno invene„rit, invenire poterit, quot anni sint a tran„situ S. Rudberti: si autem alieno invento „credulus esse maluerit, qui semet hujusce „indagiinis labores desperet attingere, sciat, „quod DCXXIII. anno Incarnationis Domi„nicæ ante supra notatum annum, & post „eundem DCXXVIII. dies Pasche VI. Kalend. „Aprilis, in quo e duobus anno ipse, de quo „sermo est, non legi; considerata tamen supe„riorum temporum conscriptione dubium „non est, eam in uno eorum objisse; & quam„vis certum non sit, si supervixerit DCXXVIII.

„dies dominicus Paſche in VI. K. April. venit. „Certum tamen eſt, eum non ſupervixiſſe „DCXXVIII. annum Dominice Incarnationis, „in quo ſimiliter dominicus dies Paſche in VI. „K. April. evenit, ſi altius repetere voluerimus, ut videlicet ſub primo Hildiberto francorum Rege Clodovei, ſeu Ludovici filio, „qui temporibus Juſtiniani Magni, & primi „regnabat, S. Rudbertum claruiſſe contendamus, tunc in altero ſubſcriptorum anno „obiiſſe conſtat, ſive DXXXIIII. anno dominice Incarnationis, ſive DXLIIII. anno in „quibus ambobus dies dominicus Paſche VI. „K. April. evenit. Ideo, quod inter duo dubia certius eſt, eligamus, & computemus „annos de tranſitu ſancti Ruperti ab anno „DCXXIII. dominice Incarnationis: ſunt autem a tranſitu ejus usque ad præſentem annum, qui eſt dominice Incarnationis annus „milleſimus centeſimus octogeſimus ſextus „anni quingenti LXIII. ipſe eſt Ann. XXXVI. „regni Friderici Imperatoris.„ Hucusque in terminis codex manuſcriptus, qui equidem non eſt originale manuſcriptum de anno citato 1186. quod fortaſſis injuria temporum periit, ſed ab hoc deſcriptus fuit anno 1288. ita enim ad initium hujus Codicis leguntur hæc verba ad finem primæ paginæ: tempore reginiminis Reverendiſſimi Domini Rudolphi Archiepiſcopi Salisburgenſis, qui ſub anno MCCLXXXVIII. vixit, iſte liber ſcriptum ſe prodit: atque ex hoc manuſcripto, ubi nec veſtigium erui poteſt, quod S. Rupertus fuerit mortuus ſæculo octavo juxta ſententiam recentiorum, verosimilius colligitur, quod S. Rupertus vel anno 628. vel quod longe certius eſt, anno 623. ſupremum clauſerit diem, ad quam deciſionem haud dubie & ille reſpexit, qui ſepulcralem lapidem ſupra tumulum S. Ruperti, qui & hodie viſitur, fieri curavit, atque exinde perpetua traditio animis noſtris inſedit.

XXVIIII. Secundo: autoritate aliorum hiſtoricorum, qui in Chronologia merentur fidem,

Nolim autem quis ſibi perſuadeat, hanc traditionem noſtram antiquam Salisburgenſem deſtitutam eſſe & aliorum gravium hiſtoricorum, & qui in Chronologia fidem merentur, authoritate. Primus adduci meretur Eminentiſſimus Cardinalis Baronius hiſtoriæ, & Hiſtoricorum magnum lumen, qui licet noſtrum annum adventus 580. vel fundationis 582. plene non determinet, attamen pro maximo traditionis noſtræ antiquæ ſubſidio ita ſcribit ad annum Chriſti 590. n. 41. „ad iſta tempora referri poſſe videtur Bojoariorum ad fidem converſio annuntiante illis Evangelium viro ſanctiſſimo Ruperto Epiſcopo Vangionenſi in Gallia, qui a Berchario loci comite dira paſſus, ſolumque „vertere coactus, Dei nutu ad Borealium converſionem populorum accinctus boreales „ſylvas penetrans rigeſcentia adhuc impietatis glacie corda gentilium chriſtianæ fidei „prædicatione caleſecit, atque igne divini „ſpiritus inflamavit. Iſta quidem tam grandia cœpta Childeberti Regis Francorum anno ſecundo, ut ejusdem Sancti acta teſtantur, in hunc annum, & ulterius propagata noſcuntur. Porro, quod de Childeberto „dicitur, non ad primum, ſed ad ſecundum „potius Childebertum, quem poſt Patrem „ſuum Sigebertum regnare cœpiſſe diximus „anno 579. eſſe referenda in notis ad martyrologium teſtati ſumus.„ Ita Baronius non ad tempora Childeberti III. ſed II. S. Rupertum referens, unde in citato martyrologio hæc Baronii verba: „floruit (nimirum S. Rupertus) tempore Childeberti II. Regis Francorum, & Theodeberti ejus filii, hic Bavariæ Apoſtolus dici meruit.„ Baronio jungendus eſt ejusdem epitomator Henricus Spondanus, qui ad annum 582. n. 4. pro antiqua noſtra traditione ita perorat: „Hoc quoque, inquit, tempore cœptam conſtat Bojoariorum, ſive Bojorum, aut Bavarorum „e gentiliſmo converſionem ad fidem.„ Et poſtquam idem Spondanus pariter defendit, id non fuiſſe factum ſub Childeberto I. ſed ſub II. ſubdit: „erat tunc Bojariæ Princeps Theodo hujus nominis tertius, cujus converſionem reliqui ejus ſubjecti ſecuti pariter effecti ſunt Chriſtiani. Unde factum eſt, ut ipſe „Rupertus Bojoariorum Apoſtolus ſit merito nominatus.„ In quo diſcurſu Spondani hoc ſolum notandum venit, quod ille Theodo, quem ille nominavit tertium, haud dubie ob tantam Chronologiæ diverſitatem, in noſtro ſyſtemate ſæpius expoſito ſit Theodo quartus. Pariter non poſtremum locum meretur Wiguleus Hundius ſupremi quondam Bojorum ſenatus Monachii Præſes, qui in Tom. I: Metropol. Salisburgenſem ſeriem Epiſcoporum, & Abbatum Salisburgenſium juxta noſtram Chronologiam per omnia obſervat; & quamvis ipſemet fateatur in vita S. Ruperti, quod in numero annorum tam circa divum Rupertum, quam ſequentes Epiſcopos usque ad divum Virgilium ipſa Chronica Salisburgenſia non conveniant, quia alii S. Rupertum 42. alii 44. alii 46. annis præfuiſſe credunt: „Hoc tamen conſtat „(ait Hundius) ipſum plenum dierum, cum „ſacro die Paſchæ officium divinum peregiſſet, inter precandum Deo ſpiritum reddidiſſe anno ſecundum aliquos 623. ſepultum in „Eccleſia S. Petri unacum ſociis, quorum nomina ponit Aventinus Lib. III. ubi plura de „hac re; ibidem etiam Theodo Dux cum „uxore dicitur commendatus eſſe.„ Hæc Hundius. Ante illum in medio ſæculi decimi ſexti ſcripſit celebris hiſtoricus, & Chronologus Caſparus Bruſchius Egranus de monaſteriis Germaniæ Chronologiam, quem librum glorioſiſſimæ memoriæ Imperator Ferdinandus I. anno 1550. ampliſſimo privilegio donare dignatus eſt: in hoc libro recent. edition: Sulzbac. de anno 1682. pag. 475. de noſtro monaſterio ita ſcribere placuit: „S. Petri vetuſtiſſima Abbatia intra Salisburgenſis Urbis muros ſita Ord. D. Benedicti.„ -- in„choata, & fundata legitur anno Chriſti 580. „unacum ipſo Epiſcopatu Salisburgenſi a S. „Ruperto ex nobili proſapia Franciæ Regum, „ac Scotiæ Ducum oriundo: auxilio tamen, „& munificentia Theodonis Inclyti Bavarorum Ducis, quem S. Dei vir Rudobertus ex „Wormatienſi Eccleſia & Epiſcopatu ejectus, „&

„& in Bavaria circumquaque docens Ratis-
„bonæ in christianismo instituit, & cum ip-
„sius optimatibus sacro regenerationis Lava-
„cro abluit. Ibi, cum liberam prædicandi
„Christum potestatem nactus esset vir Dei,
„perexit ad Noricos, & per omnia castella,
„& oppida Christum intrepide concionatus
„est: venit vero & Salisburgum, quæ Urbs
„paulo ante solotenus pene ab Attila, &
„Hunnis eversa erat, hanc vepribus, & vir-
„gultis jam coopertam, situ, & ruinis defor-
„matam, Theodonis venia, & pace sibi con-
„cessam, & donatam primus de novo emun-
„davit, & instaurare cœpit, construens ini-
„tio hoc monasterium S. Petri, in quo ipse e-
„tiam sedem suam Episcopalem habens, dis-
„cipulos collectos fideliter docebat. Præfuit
„vero & Episcopatui, & Abbatiæ huic lauda-
„biliter, utiliter, & pie annis pene 44. obiit
„anno Christi 623. ipsa Dominica Resurre-
„ctionis Christi: sepelitur in Ecclesia S. Petri
„honorifice, præsidentibus Romano Pontifi-
„catui D. Honorio, & Romano Imperio D. He-
„raclio„. Hæc Bruschius in terminis. Sed neque penitus a patrocinio nostræ antiquæ traditionis excludendi sunt celebratissimi Scriptores Bavari supra num. VII. relati, Velserus, Brunnerus, Adlzreitterus, Raderus, & alii, qui, ut ibidem mentio facta est, non negant, S. Rupertum anno 580. Vangionensis Ecclesiæ Episcopum floruisse sub Childeberto, non tamen venisse ante annum 612. in Bavariam, quia ab illo tempore, nimirum ab anno 580. usque ad dictum annum nullus fuit Theodo, quæ sententia etiam sua difficultate non caret, & ferme coincidere videtur cum systemate Chronologico Hübneri a nobis supra exposito; attamen omnes isti authores sicut non cogitarunt, S. Rupertum differendum esse ad mentem Mabillonii, & Hansizii ultra integrum sæculum, ita quoad substantiam ferme nobiscum conveniunt, & quamvis non defendant annum mortis S. Ruperti sexcentesimum vigesimum tertium, ut tempus superfit longius pro amplissimis gestis, & meritis S. Ruperti, saltem in id sine hæsitatione consentiunt, quod obierit anno 628. quo anno pariter dies vigesima septima Martii concurrebat in diem resurrectionis Dominicæ. His antiquis Scriptoribus, qui in Chronologia merentur fidem, etiam jungendi sunt recentiores Historici, viri gravissimi, quales sunt Bernardus Pezzius, Paliguesius in historia Germaniæ apprime versatus, Oliverius Legipontius, qui post Hansizium scripserunt, & ab antiqua traditione tot manuscriptis, & documentis firmata haud esse recedendum asseveraverunt. Vid. Tom. II. hist. litt. ord. S. B. R. P. Magnoaldi Zieglbauer illustratæ, & auctæ per Oliverium Legipontium C. V. Sect. II. de critica pag. 497.

XXX. Et tertio ex antiquis autorum Bavariæ monumentis confirmatur, & stabilitur.

Denique non desunt alia antiqua celeberrimorum autorum Bavariæ, & hujus inclitæ Provinciæ monasteriorum monumenta, pro quibus maxima est præsumptio, & per quæ antiqua nostra traditio Salisburgensis mire confirmatur, & stabilitur. Prodiit aliquot abhinc annis, ann. videlicet 1763. opus quoddam selectissimum bino vasto volumine distinctum de rerum Bojcarum Scriptoribus nunquam ante hac editis, quibus vicinarum quoque gentium, nec non Germaniæ universæ historiæ ex monumentis genuinis, historicis, & diplomaticis plurimum illustrantur, quod rarum opus ex membranis, & chartis vetustis collegit, descripsit, & monitis præviis, indiceque copiosissimo instruxit, atque edidit vir nobilissimus, quem merito eruditorum Bavariæ decus dixeris, Felix Andreas Oeffelius Bibliothecarius Electoralis Monacensis. In hoc libro Tom. I. pag. 88. prædictus autor summe industrius præter innumera alia, quæ velut thesaurum hactenus absconditum produxit ad publicam orbis litterarii Lucem, etiam collegit vitam, & scripta varia Angeli Rumpleri Abbatis Forubacensis nostri ordinis longe meritissimi, qui anno 1501. in hoc inclyto Cœnobio Abbas electus fuit. In hujus viri, quem & citatus Oefelius, & Pezzius mire extollunt, relictis scriptis, ut habetur in hac collectione fol 104. brevis exhibetur Ducum Bavariæ Genealogia, quam quidem & ipsemet Rumplerus ex defectu historiarum non adeo certam esse defendit; sequentia tamen in hoc autore leguntur: „Ba-
„vari autem Teutones anno DLXXX. sub
„Theodone Duce fidem Christi susceperunt,
„& a S. Rhudberto episcopo baptizati sunt. O-
„riginem, & vitam Ducum scribere necesse
„foret, si modo historiæ suffragarentur: nam
„ut & de Regibus, & Ducibus celebris opinio
„est, ita & historiarum confusio nonnihil dif-
„ficultatis facit. Exordiar tamen adjuvanti-
„bus amicis, quæ alias gravia forent ad scri-
„bendum, tum miracula addam, quæ meis
„temporibus comperta habui. Genealogiam
„confusam; necesse est, scribam, sed tu le-
„ctor veniam da imperitiæ; hæc autem, quæ
„sequuntur, sunt nomina Ducum: Theodo,
„cui successit alter Theodo, huic Garibaldus,
„quem Regem fuisse tradunt; illi Thassilo I.„
huic Theodo III. qui a S. Rudberto baptizatus traditur, illi Theodebertus &c. Hæc Angelus Rumplerus, qui ferme in toto nobiscum convenit, nisi quod Theodonem, quem nos quartum volumus, ipse tertium vocet. Secundo favent scriptæ annotationes pag. 148. Laurentii Hochwarti Thursenreutani Bavari Doctoris Theologi, & Ecclesiarum Cathedralium Ratisponensis, & Patavinensis Canonici, qui circa annum MDXLII. res præsertim sacras Ratisponensibus suis ab ipsis agnitæ christianæ veritatis incunabulis insigni commentario ad sua usque tempora copiosissime deduxit: specialiter autem hic Doctor Hochwartus in Cathologis Episcoporum Ratisponensium L. 1. C. V. ut ibidem legitur fol. 162. agens de S. Ruperto in quibusdam quidem annis differt a traditione Salisburgensi, plurima tamen adfert ad commendationem sententiæ nostræ, asserens præsertim, quod plures fuerint Theodones, & Hildeberti: cæterum credit, quod S. Rupertus anno 612. Ratisbonam venerit, & Theodonem cum suis baptizaverit, hæc insuper addens in fine:
„quod factum Salisburgensium Episcoporum

„Catalogus, quantum ad rationem temporis „attinet, satis indistincte, & incerte tradit, „ita, ut annis viginti citius fuerit Salzburgæ, „quam Ratisbonæ„. Hæc Hochwartus: nobis sufficit, quod de recentiorum sententia non cogitaverit, & quoad præcipuam historiæ partem in nostrum favorem scripserit. Tertio, & magis nostram traditionem confirmat, quod idem eruditus collector. T. I. f. 337. refert, ibi enim allegat Anonymi cujusdam Altachensis breve Chronicon Bavariæ ab anno 514. usque ad annum 998. ubi hæc verba leguntur: „Anno. Domini DLXXX. San„ctus Roudbertus Wormatiæ claruit episco„pus, unde postea depulsus Bojoariam petit, „& Theodonem baptizavit„. Similiter & quarto Idem nunquam satis laudandus editor fol. 370. refert quædam excerpta Bojca ex Udalrici Onsorgii Canonici veteris capellæ Ratisbonensis, qui vixit circa annum 1480. Catalogo Pontif. Rom. ubi statim ab initio hæc formalia leguntur: „Anno 582. Hildebertus „Rex Francorum, & episcopus Wormatien„sis ejectus ab infidelibus venit in Bavariam, „ubi Theodonem Ducem tempore Heraclii „Imperatoris baptizavit in Ratisbona, qui „postea sedem Salisburgensem fundavit„. Amplius & quinto in T. II. hujus selecti Operis citatus autor eruditissimus f. 498. ex eodem manuscripto chartaceo Gewoldiano edidit quamdam farraginem historicam Anonymi Ratisbonensis de rebus Ratisbonensibus ab anno 508. usque ad annum Christi 1519. in qua farragine ad ann. 594. sequentia leguntur f. 499. „S. Rupertus in Bavaria prædica„re cœpit, & ad fidem convertit Theodonem „Ducem Bavariæ, videlicet anno DCXII.„ Rursus eodem loco, & fol. ad annum 611. sequentia notantur. „Anno Heraclii secundo, „& Gregorii Papæ IV. (*) ultimo S. Rudper„tus auxiliante Theodone Duce Bavariæ con„struxit Ecclesiam Juvavensem, id est, Salz„burgensem, & ibidem sedit„. Tandem sexto in favorem sententiæ nostræ conspirant excerpta quædam Boica Ladislai Sunthemii Ravensburgensis, Presbyteri Constantiensis, Canonici Viennensis, Sacellani, & historici apud Augustissimum Imperatorem Maximilianum I. quæ in eodem T. II. f. 638. referuntur, ubi recensetur familia Salzburg. & Bassaw. episcopatuum; ibi hæc sunt formalia: „Theodo pius dictus, filius Ottilonis senioris, „Dux Bavariæ, valde bene rexit Bavariam, „& fuit tempore Hildeberti Regis Francorum, „quem S. Rupertus Præsul baptizavit, & fuit „primus Archiepiscopus Wormatiensis, & ab „ea sede repulsus venit in Bavariam, & factus „fuit Archiepiscopus Salisburgensis, & Theo„do pius objit anno DCXII.„ Ex quo testimonio autoris, licet Archiepiscopum cum Episcopo confundat, utpote ad Chronologiam magis attentus, nostra traditio apprime confirmatur, Theodonem hunc, qui jam anno 612. objit pie, ad finem sæculi præcedentis a S. Ruperto fuisse baptizatum. Hæc omnia, (forent autem & plura alia) omni, qua par est, gratiarum actione in acceptis referimus Illustri viro Andreæ Felici Oeffelio, cui suus manet honos apud omnes posteros antiquarum historiarum amatores. Ex quibus autem, & quamplurimis aliis hinc inde dispersis extraneis monumentis authenticis satis colligitur, quod nec ullum vestigium assignari possit, conversionem Theodonis, & adventum S. Ruperti ultra sæculum cum Mabillonio, & Hansizio esse differendum; unde, quamvis autores in tanta caligine quoad aliquos annos hinc inde differant, saltem quoad præcipuam historiæ partem, & sæculi substantiam, antiqua nostra traditio Salisburgensis de adventu, fundatione, & obitu S. Ruperti ad finem sæculi nostri XII. & ad initium sæculi decimi tertii inconcussa manet, & gloriose triumphat.

XXXI. Conclusio introductionis, & debita scribentium protestatio.

Præmissa hac introductione ad Chronicon antiqui monasterii nostri, disquisitione præsertim historico-Chronica de adventu, fundatione, & obitu S. Ruperti Fundatoris nostri, primi Episcopi, & Abbatis Juvaviensis Ecclesiæ, ipsam aggredimur exponere seriem Episcoporum, & Archiepiscoporum, qui simul Abbates usque ad Fridericum primum monasterio nostro præfuerunt, nec non subsequentium Abbatum a Titone usque ad finem sæculi nostri XII. & incipientis XIII. ordinem, a quo tempore hactenus universim numero septuaginta sex extiterunt, quorum & effigies, aliquas quidem antiquissimas, aut imagines potius, si de primis loqui velimus, prout cum subscriptionibus chronologicis in atrio nostro minori supra Chorum ab immemoriali tempore quasi inter Cimelia asservantur, & non penitus omni probatione destitutæ sunt, pro majoris Lectoris delectu in parvis figuris æneis exhibemus. Cæterum quia varia in serie Episcoporum, & Abbatum occurrent de variis virtutibus, miraculis, & beneficiis eorum intercessione obtentis, nec non quibusdam a longissimo tempore titulus Sancti, aut Beati adjunctus legitur; hinc prudens, & discretus Lector hæc, & alia quam plurima non in eo accipiat sensu, velut ab apostolica sede omnia fuissent approbata, & examinata, sed quod non aliam, nisi ab antiquorum autorum fide, velut humana historia authoritatem habeant; quam ob causam non tantum apostolicum sacræ Congregationis Sacrorum Rituum, & universalis inquisitionis Decretum de anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum juxta declarationem ejusdem Decreti a Sanctissimo D. Papa nostro Urbano octavo anno 1631. factam integerrime a nobis observari; verum & omnia acta, & scripta nostra Apostolicæ sedi, tanquam filii obedientissimi subjecta esse volumus. Et quoniam insuper in nostro Chronico propter essentialem nexum, & circumstantias concomitantes Provincialem quoque, atque hujus sedis Archiepiscopalis historiam non parce variis in locis recensere oportebit, penitus confidimus nos nemini daturos ullam offensionem; clarescent forte plura, quæ hactenus in tenebris latuerunt, ad decus & gloriam hujus inclytæ sedis Metropoliticæ, a qua tamen in nostris scriptis cum omni subjectione dirigi & emendari desideramus.

SÆCU-

(*) Bonifacii IV.

SÆCULUM PRIMUM.

AB ANNO 582. USQUE AD ANNUM 682.

S. RUPERTUS,

EPISCOPUS, ET ABBAS PRIMUS, ECCLESIÆ SALISBURGENSIS FUNDATOR, ET BAVARIÆ APOSTOLUS.

AB ANNO 582. USQUE AD ANNUM 623.

I.

I. Exponitur, quis ſtatus fuerit veteris Juvaviæ ante S. Ruperti adventum.

Acturi de vita, laboribus apoſtolicis, adventu, fundatione ſedis epiſcopalis, & noſtri monaſterii, nec non de beata morte S. Patris, Epiſcopi, Abbatis, & Fundatoris noſtri RUPERTI opportunum eſſe cenſemus, ut ad illuſtranda magis acta poſteriora disquiſitione prævia, & ſuccincta examinemus, qui veteris Juvaviæ ſtatus fuerit ante S. Ruperti adventum? Quod olim colonia Romanorum fuerit Salisburgum, nemo eſt inter eruditos, qui dubitat; poſtquam enim Romani imperabant per Noricum, & Rhætiam, inter alia Norici caſtra poſuerunt, Caſtrum Juvavienſe, ut ſit quaſi Juvamen diſpoſitæ per ea loca militiæ, ſemperque pateret via Legionibus per alpes contra Germanorum incurſiones ad ulteriores Provincias commeaturis. Et quia hoc Caſtrum ad alpes faucium poſitum fuit tanquam præſidium defendendæ per montana viæ, videtur, (ait Marcus Hanſizius in prolegom. num. 1.) hoc vocabulum *Juvavia* coaluiſſe ex *Juva via*, tanquam arx munita, & viæ militaris Cuſtodia. Potius etiam *Juvaviam* dictam fuiſſe, & non *Juvavum* autor probat ex vetuſta quadam inſcriptione, quæ ſic legitur:

IMP. CAES.
SEPTIMI SEVERI.
PII. PERTINACIS.
AVG. ARAB.
ADIAB. PARTHICI.
MAX. ET. IMP. CAES.
M. AVREL. ANTONINI.
AVG.
IVVAVIA. D. D.

Ex caſtro ſurrexit urbs *Juvavia*, vulgo Helffenburg, & quidem civitas olim magna, inter præcipuas Norici urbes habita, quam & frequentia Civium, & populorum commerciis, ſplendore ædium, firmitate munitionum, & cultu ſimulacrorum floruiſſe omnes conſentiunt, quod & probant antiqui illi verſus ex manuſcripto antiquo de anno 1004.

Urbs Juvavenſis fuit olim ſplendida muris,
Aggeribus magnis, munitaque turribus altis:
Sedes hic Regum fuerant, & templa deorum;
Gente ſub antiqua, fulgenti marmore ſtructa.

Sed mox idem ſubdit Poëta antiquus:

Sed veluti legimus multis inculta diebus
Culmine de ſummo cecidit prolapſa Juvavo,
Actegitur ſylvis, teritur luſtrisque ferinis
Urbeque de tanta remanent vix ultima ſigna.

Sic denique etiam vetus Juvavia fuit conſumta, devaſtata, & everſa, an per Attilam, qui vocabatur flagellum Dei, circa annum 451. an vero per Odoacerem Ruthenorum, ſeu Rugiorum Regem circa annum 476. aut per ſubſequam Herulorum, & Hungarorum invaſionem, certo non conſtat; probabile eſt, Juvaviam ab Attila primum everſam, & dum poſt paucos annos a buſto cœpit ſurgere, per barbaras gentes penitus excidio periiſſe. An autem vetus Juvavia ſteterit in hoc ipſo loco, quo nunc Salisburgum ad utramque Salzæ fluminis ripam ſe explicat? an vero extra urbem, ubi ingens palus verſus montem Unterſpergium porrigitur? id plane definiri non poteſt; veroſimile tamen eſt, nec omni caret fundamento, quod vel tota, vel maxima pars civitatis ſe extenderit usque ad montem, qui nunc dicitur Riettenburgum, ubi etiamnum quædam antiquorum murorum rudera, ædium quoque vetuſtarum reliquiæ, & fornicum veſtigia reperiuntur. Unde & ibidem Magnus Princeps Joannes Ernеſtus Thunius piiſſimæ memoriæ, poſtquam ibidem quædam rudera reſtauravit anno 1707. ſequentem inſcriptionem marmori incidi fecit, quæ muro interiori cujusdam portæ affixa eſt, & ita habet:

Veteris Juvavii rudera, & memoriam in vicinio muro, qui ex indiciis olim usque ad pedem montis Underſperg pertigiſſe creditur, reſtauravit

IOANNES ERNESTVS
Ex com. de Thun. Archiepiſcopus,
& Princeps Salisburgenſis anno
M. DCC. VII.

Cæterum illa vulgi opinio, quod antiqua & celebris urbs Juvavia ob ſcelera a Deo percuſſa palude illa, de qua diximus, merſa ſubſederit, probabilitatem non habet, neque ullum veſtigium hoc aſſerendi adduci poteſt; certum eſt, ac indubitatum, quod fuerit vel a Hunnis, vel a Herulis, vel pluribus aliis invaſionibus barbaris everſa, & exciſa, ſicque deſerta jacuit inter rudera, ut adeo mirum non ſit, ſi hæc rudera ſuo pondere ob ſupervenientes ſive fluminis Salzæ, ſive Salæ, aut alias aquarum inundationes, quibus hæc terra ad noſtra usque tempora ſubjecta eſt, ſenſim ſubſederint, & terra antea ſolida in paludem verſa fuerit. Hanc veterem Juvaviam aliqui, & non immerito veterem Hadrianam nuncupabant juxta illos verſus antiquos:

Tunc Adriana vetus, quæ poſt Juvavia dicta
Præſidialis erat Noricis, & Epiſcopo digna
Ruperti ſedes, &c.

Et quod Aelius Hadrianus ſtatuerit coloniam Romanam, vix dubitari poteſt, quod & inſcriptione quadam antiqua docet ſupra citatus Marcus Hanſizius; unde Adrianam fuiſſe appellatam hanc Urbem omnino credibile, præſertim, quando ex caſtro ſurrexit in Urbem; quod autem jam antea Juvavia dicta fuerit ſub Julio Cæſare certius eſt, eoquod, ut ſupra meminimus, Romanis fuerit arx, & caſtrum vel refugii, vel præſidii contra Germanos; quod ipſum etiam confirmat noſtrum manuſcriptum A. ex antiquis tabulis manuſcriptis, quod ſic habet: „Vvavia inter civitates Bavaricas „olim habebatur nobiliſſima, quam Julius „Cæſar, dum contra Alemanos pugnaret, „in ſaucibus montium conſtruxiſſe, vel in„ſtauraſſe, & Juvavium nuncupaſſe, tum „partim a ſuo vocabulo, tam a juvamine „auri, vel munitionis, dicitur; ubi tunc „metropolis Salzeburga condita eſt, quam „Ptolomæus in ſua cosmographia Adera„tam, ſeu Adriam vocat.„ Taceo alia diverſa nomina Juvaviæ, quæ potius ex ſcribentium vitio ortum traxere apud antiquos, qualia ſunt Juvanum, Jvanum, Pedicum, ſeu Pedicon, Topia, Jopia, Juba Petreja, Petena, & plura alia: & ſicut Urbs diverſas appellationes habuit, ita & pariter fluvius, qui nunc Salsa, ſeu Salza vocatur; dicebatur etiam Juvavus, Jvavus, Jgonta, & denique Salzaha, quod nomen usque in hodiernum diem perennat.

II. Et ſpecialiter quid acciderit in antiqua ſpelunca tempore Sancti Maximi & Sociorum?

Quoniam vero veteris Juvaviæ ſtatum, & per conſequens noſtram quoque hiſtoriam monaſticam maxime illuſtrat notiſſima illa hiſtoria de S. Maximo, & ſociis in caverna quadam petroſa, ſeu ſpelæo latente; imo Martyrium S. Maximi, & ſociorum occaſio fuit, quod S. Rupertus Juvaviam venerit, & primam eccleſiam extruxerit, antequam condidit eccleſiam S. Petri, & noſtrum

ſtrum monaſterium; hinc omnino dignum, & juſtum eſt, ut ſynopticam ſaltem narrationem adferamus in hiſtoriis, & antiquis manuſcriptis fundatam de Origine ſpeluncæ antiquæ, ſeu eremitorii in monte juxta noſtrum cœmeterium, nec non de martyrio S. Maximi Sacerdotis & ſociorum; tanto magis quidem, quia hoc monumentum, ſpelunca nimirum, ubi S. Maximus cum ſuis ſociis latitabat, poſt duodecim ſæcula adhuc extat, monumentum certe antiquiſſimum, præter quod vel nullum, vel pauca extant de veteri Juvavia. D. Amandus Abbas noſter in antiquitatibus verſatiſſimus ex humilitate ſe nominans, tecto proprio nomine, aſcetam quemdam noſtri monaſterii, ſcripſit, & typis edidit anno 1661. libellum eruditione plenum de origine antiquiſſimæ ſpeluncæ, ſeu eremitorii in monte juxta cæmeterium S. Petri in civitate Salisburgenſi, ejusque Capellæ S. Gertrudis dictæ, ubi & de martyrio S. maximi, & ſociorum agitur. Huic libello præmittit ſynopſin totius hiſtoriæ, & quia hac nihil accuratius, & ſolidius legi poteſt, hinc de verbo ad verbum eandem narrationem Chronico huic noſtro inſerimus, offerentibus omnibus lectoribus Iliadem in nuce: „Anno a nativitate (ita incipit hic „antiquitatum collector fide digniſſimus) „Domini noſtri Jeſu Chriſti 476. Simplicii „Papæ decimo, Zenonis Imperatoris ter„tio, Baſiliſci tyranni, qui Zenonem ex „Imperio deturbaverat, primo anno, dum „in toto Chriſtiano orbe catholica religio „ſub miſero hæreticorum Principum jugo „ſubjugata & oppreſſa eſſet, Odoacre Rut„henorum, ac Herulorum Rege Italiam jam „occupante, Arianæ ſectæ Aſſecla, domi„nantibus in Hiſpaniis, ac Galiis Gothis, „in Africa Wandalis, in orientali Imperio „regnante Zenone, &, & Baſiliſco Euty„chianis hæreticis, a quatuor mundi parti„bus pagani, hæreticique invaleſcebant, „& conſurgebant adverſus eccleſiam Dei „catholicam, & perſequebantur ubique fi„delem Chriſti gregem, ac diſpergebant, „occidebantque oviculas, aut a patriis ſe„dibus in exilium miſerrime ejiciebant. Ea „tempeſtate Sacerdos quidam, quem ali„qui hiſtorici diſcipulum S. Severini, & „quidem epiſcopum nominant, nomine Ma„ximus Juvavium in hanc eremum, quæ „tum temporis denſa operiebatur ſylva, ſe„ſe abdiderat; etenim ipſa quoque hæc Ci„vitas, Juvavium dicta, paulo ante ab At„tila tyranno, qui ſe flagellum Dei appella„verat, exciſa, & diruta fuit, ut deſerto „ſimilior eſſet, quam civitati. Huc ergo „Maximus a turbis, ut arbitrabatur, re„motius, ſecuriusque ſeceſſurus, cum quin„quaginta circiter ſociis Deo ſoli, oratione„bus, ac piis contemplationibus vacando „inſtar eremicolæ ſervire intendebat, ca„vernis, ut crudelibus Tyrannorum mani„bus ſe ſubducerent, e monte partim na„tura, partim arte cavatis latibuli loco u„tebantur. Eodem anno 476. ille Rugiorum „Princeps Odoacer exercitum ſuum ingen„tem, & fortiſſimum per has Noricales ter„ras in Italiam duxerat, qui prona ſævitia „in obvios quosque tum locos, tum homi„nes præcipue ſacros debacchabantur, aut „ſecum violenter abducendo, aut etiam „crudeli enſe interficiendo. Sequenti anno „477. dum Odoacer jam Italiam per vim „occupaſſet, atque Italici ſui Regni annum „primum Romæ auſpicatus eſſet, Panno„niam, Noricum rebellis Eccleſiæ hæreti„cus Vidomarus ingreſſus cum Herulis, „Hunnis, Gothis, & Hungaris potenti „manu noviter omnia ſusque, deque ver„tebat, ſacris præcipue locis, & perſonis „infenſus hoſtis, quoscunque deprehenſos „aut ſervitute, aut gladio mulctabat. Inter „has turbas unicum fere Norici ſolatium S. „Severinus erat, qui non longe Paſſavio in „cellula exigua cum quibusdam religioſis „perſonis uti Abbas degebat; qui cum ho„ſtem acerrimum Juvavio appropinquare in „ſpiritu vidiſſet, miſſo diſcipulo Moderato, „Maximum, Socios, ac Juvavienſes omnes „hortatus eſt, ut ocyus locum, civitatem„que jam ab hoſte opprimendam deſererent, „aufugerentque; ſed ſurdis canebat, quam„vis non fabulam, ſed tragœdiam. Maxi„mus, Sociique, dum bene monenti non „obtemperabant, in craſtinum fugam dif„ferentes eadem nocte capta, dirutaque Ur„be inter ſpeluncas, receſſusque montoſos „deprehenſi ab hoſtibus ſæviſſima paſſi ſunt; „Ipſe uti Præſul & Primus patibulariæ ar„bori affixus, cæteri trucidati, deque mon„tis umbilico in præcipitium acti, detur„batique ſunt, in propinquam tum tempo„ris adſitam ſylvam, ubi hodie cæmeterium „viſitur: atque ita Civitas Juvavienſis in „ſuo cinere veluti ſepulta fuit. Jam eo tem„pore fideles, ſed perpauci aderant in his „terris, qui audito crudeli eremicolarum „martyrio cum magna devotione eorumdem „corpora in eadem ſylva adjacente ſepelie„runt eo in loco, ubi hodie eſt capella ſan„ctorum Amandi & Margarithæ in medio „cœmeterii, quam capellam S. Rupertus, „cum a fidelibus didiciſſet, horum corpo„ra hic ſepulta eſſe, ſupra ſepulturam eo„rumdem conſtruxit in honorem S. Aman„di II. Wormatienſis Epiſcopi, cujus ſa„crum corpus ipſe ſecum Wormatia expul„ſus adduxerat, ac ſub ſummo Altari ma„joris Eccleſiæ, ubi in hodiernum usque „diem integrum requieſcit, paucis particu„lis, quæ in ſacrario ſancti Petri monſtran„tur, extra loculum reſervatis; inſuper e„tiam in honorem S. Margarithæ Virginis, „& Martyris, a qua hodie nomen fere ſo„lum habet hæc antiquiſſima Capella. Suc„creverat tum temporis hoc in loco, ut di„xi, ſylva, quam condita capella S. Ru„pertus exciderat, & in cœmeterium, com„munemque ſepulturam commutarat, quam „proin-

„proinde ipſe inſtituiſſe, atque benedixiſſe „publicis inſtrumentis legitur, quæ in ho„diernum usque diem perdurat. Ita inſti„tuto communi cœmeterio in hoc loco in„cœpit exſtruere aliam, majoremque Ec„leſiam in honorem S. Petri Principis Apo„ſtolorum, fundareque monaſterium no„ſtrum circa annum 582. Fundato monaſte„rio rediit S. Rupertus in ſuam Patriam, „atque inde duodecim diſcipulos ſecum ad„duxit, per quos poſtea totam Bavariam, „quam ipſe quoque per ſemetipſum pera„graverat, ac Noricales has regiones ad „agnitionem feræ fidei reduxit. Atque ita „hoc antiquitatis monumentum occaſio, & „cauſa fuit, quod S. Rupertus huc ad Ju„vavenſem urbem primo pervenerit, atque „Epiſcopatum ſuum feliciter inchoaverit.„ Ita in terminis Abbas Amandus de illa ſpelunca, quantum ſpectat ad ſtatum Juvaviæ veteris usque ad adventum S. Ruperti.

III. Quod antiquum monumentum etiamnum apud nos extat poſt tot ſæcula.

Cum autem hoc monumentum antiquum ad noſtra usque tempora perennaverit, amplius de hac ſpelunca, quæ communi vocabulo non aliter, ac Eremitorium vocatur, indagandum erit, qualiter conſervata fuerit, & quid de hac memoria dignum? in quam rem rurſus audiri, & legi meretur citatus jam Dominus collector nunquam ſatis laudandus, qui in eodem opuſculo ſuperius allegato pag. 4. in contextu ejusdem ſynopticæ narrationis ſequentia ſcribit: „Legimus (ait) in antiquis manu„ſcriptis noſtris hoc eremitorium primitus „a S. Ruperto fuiſſe in Eccleſiam, ſeu ca„pellam conſecratum, & mutatum; ſed „quia cum tempore labuntur omnia, me„moria quoque hæc ſucceſſu temporis in„teriit; qua de cauſa anno 1178. in feſto S. „Ruperti 27. Martii capella inferior e mon„te exciſa per Illuſtriſſimum, & Reveren„diſſimum DD. Conradum de Witelspach „Archiepiſcopum Salisburgenſem hujus no„minis tertium renovata, & reconſecrata „fuit in honorem S. Thomæ Epiſcopi can„tuarienſis, & Martyris, qui paulo ante „Cantuariæ paſſus, & canonizatus fuerat, „cujus feſtum 29. Decembris Eccleſia cele„brat; item in honorem Sancti Patritii E„piſcopi, & ſpecialiter in honorem S. Ger„trudis Virginis Nivellenſis, quorum feſtum „una eademque die 17. Martii ab Eccleſia „recolitur. In hac capellæ hujus conſecra„tione unum tantum erat altare erectum, „illud nimirum, quod eſt verſus Aquilonem, „murum, & januam, quod proinde in ho„norem dictorum Sanctorum fuerat conſe„cratum; alterum autem altare verſus me„ridiem, & montem ſitum, rubroque mar„more coopertum, erectum, fundatumque „fuit ab admodum Reverendo Domino Ot„tone hujus cœnobii S. Petri Abbate, in„que honorem S. Agathæ Virginis & Mar„tyris conſecratum a Reverendiſſimo Domi„no Engelmaro Epiſcopo Chiemenſi feria „quarta poſt Paſcha anno Domini 1406. „Sed quia nihil durabile ſub ſole, etiam „hæc conſecrationes denique e memoria ho„minum elapſæ ſunt; ut devotio fidelium „ad hunc antiquiſſimum locum reſuſcitare„tur, Wolfgangus Abbas hujus monaſterii „hanc capellam, & eremitorium reſtaura„vit, & reconſecrari curavit cum conſenſu „Illuſtriſſimi Domini Domini Leonardi Ar„chiepiſcopi per Reverendiſſimum D. Ni„colaum Hyponenſem Epiſcopum in hono„rem ſanctiſſimæ Trinitatis, ſanctiſſimæ „Crucis, Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & „ſpecialiter in honorem S. Gertrudis Virgi„nis, filiæ Pipini Ducis Brabantiæ, & Mo„nialis Nivellenſis, quæ juxta Baronium „mortua eſt anno Chriſti 664. 17. Martii; „& ideo in hodiernum usque diem dedica„tio hujus capellæ eadem die celebratur, „quamvis iſta dedicatio peracta fuerit 26. „Octob. in feſto S. Amandi Wormatienſis „Epiſcopi Patroni noſtri anno Chriſti 1506. „Sunt ergo hujus Capellæ Patroni præci„pui Beatiſſima Virgo Maria, S. Thomas „Cantuarienſis Epiſcopus, & Martyr, S. „Patritius Epiſcopus, S. Gertrudis Virgo „Nivellenſis, & S. Agatha Virgo, & Mar„tyr. Verum quoniam ab aliquo tempore „memoria, ac fidelium devotio, viſitatio„que hujus Capellæ, & eremitorii penitus „interiit, ſanctæ antiquitatis monumento „admonitus, permotusque Amandus hujus „monaſterii Abbas ad ſolatium, augen„damque devotionem fidelium, & præci„pue ad Dei majorem gloriam, & venera„tionem ſanctorum Patronorum hujus loci „eremitorium hoc reſtauravit, & antiquæ „devotioni reſtituit anno MDCLIX.„ Hucusque Dominus Amandus Abbas, qui & in hoc opuſculo per numeros 22. eruditiſſimis diſquiſitionibus hiſtoricis, chronologicis, & criticis, allegando autores probatiſſimos, nec non inſtrumenta, manuſcripta, & documenta antiqua tam iſtam, quam & in numero præcedenti allegatam narrationem examinat plurima diſſerens de miſero ſtatu illorum temporum, de veteri Juvavia, de martyrio S. Maximi, & ſociorum, de adventu S. Ruperti, & de pluribus aliis hiſtoriam illorum, & ſubſequentium temporum concernentibus. Cæterum utriusque hujus ſpeluncæ, ſeu eremitorii ſitus eſt in umbilico prærupti, ac præciſi montis, qui a monachis, & monaſterio S. Petri, quod radicibus ejus adjacet, nomen montis monachorum obtinuit; facies montis præceps eſt, & plus ſeptentrionem, quam orientem reſpicit, ex quo monte duæ capellæ partim arte exciſæ, partim natura cavatæ ſunt, quæ extrinſecus lateritio, lapideoque opere ora ſpeluncarum velut operiente diſtinctis feneſtris obductæ, & in capellæ formam renovatæ ſunt. Denique etiam non tacendum de inſcriptione ſatis antiqua, quæ in ſuperiori ſpelunca ſaxo inciſa legitur charactere valde antiquo; *Anno Domini* 477. *Odoacer Rex Ruthenorum, Gepidi,*

Gepidi, Gothi, Hungari, & Heruli contra Ecclesiam Dei sævientes beatum Maximum cum sociis quinquaginta in hoc spelæo latitantibus ob confessionem fidei trucidatos præcipitarunt, Noricorumque Provinciam ferro, & igne demolliti sunt. Hæc de origine antiquæ speluncæ, & martyrio sanctorum Maximi, & sociorum, dum vel Juvavia vetus jam penitus erat excisa, vel aliqua tantum existebant rudera, & quæ cædes per Odoacrem perpetrata longe, & ultra sæculum antecedebat tempora S. Ruperti.

IV. S. Rupertus nascitur circa medium sæculi sexti: quæ Patria, & Prosapia? quid de Trudberto, & Erentrude?

Jam propius accedendum ad beata illa tempora S. Ruperti, qui primitus quidem Ecclesiæ Wormaciensis, seu Vangionensis fuit Episcopus juxta communem sententiam in ordine octavus, postea vero Salisburgensis Ecclesiæ primus Antistes, Fundator, & Patronus noster sanctissimus. Dum itaque hæc, quæ hactenus recensuimus, agebantur in veteri Juvavia, hujusque Civitatis magnificentia adeo fuit per gentes barbaras destructa, ut nonnisi species alicujus opidi, & castrum superius permanserit cum quibusdam Romanorum reliquiis, villis, & patellis salinariis, prout infra dicemus authoritate instrumenti Arnoniani suffulti. In hac inquam tristi Juvaviæ veteris facie, quæ ad finem sæculi V. ferme omnem perdidit splendorem, paulo post benignus, & miserator Dominus novum lumen dedit mundo RUPERTUM, qui circa medium sæculi sexti natus est ad conversionem multarum gentium vel in *Francia*, vel in *Hibernia*; nam ut bene dixit noster P. Mezgerus, sicut olim pro Homero certarunt septem urbes, ita etiam pro Ruperto certant *Francia* (non Gallia hodierna, sed maxima illa pars Germaniæ, quæ olim Regibus Austrasiæ parebat,) & *Hibernia*, seu Scotia. Pro Francia, tanquam loco nativitatis S. Ruperti magis, & non sine majori fundamento stant Mezgerus, & Hansizius. Franco-Germanum fuisse pariter ostendunt manuscripta antiquiora, vitæ, & historiæ; ipsum etiam nomen *Rupertus*, seu *Rudbertus*, aliter *Hrodbertus* sincere Francium, & Germanicum est, sicut etiam nomen *Erentrudis*, & *Trudberti* nomina sunt Francia, & Germanica, non Scotica; ipsum quoque munus Episcopale, quod gessit, non in Hibernia, sed in Francia, nimirum Wormatiæ, indicat fuisse natum in Francia, non in Hibernia. Quoniam vero indubitatum habetur apud omnes, traxisse sanguinem ex regali Prosapia Francorum, licet non sciatur, in quo gradu Francorum Reges Rupertus attigerit; ita enim eruditus P. Hansizius ex vita auth. primig. p. 36. hæc verba allegat: *qui* ex regali prosapia Francorum ortus catholicæ fidei, & evangelicæ doctrinæ totiusque bonitatis nobilissimus refloruit Doctor; hinc dici potest valde verosimiliter, quod in Majoribus S. Ruperti maritata fuit Regum Francorum, Ducumque Scotiæ, id est Hiberniæ nobilitas, consequenter tam ex regali Francorum, quam ducali Hibernorum prosapia originem suam traxit Rupertus noster, ut adeo Lilia francica cum cythara Hibernica in insignibus S. Ruperti sociari valeant. Quinam parentes fuerint S. Ruperti, id plane non constat, neque ab ullis historicis, illis præsertim, qui historiam scripserunt francicam, approbatur, quod apud Aventinum juxta quosdam legitur, fuisse nimirum Patrem Ruperti Theodebertum Clodovæi filium, Patrem Reginotrudis, vel juxta mentem ipsius Aventini Leodemarum Aurelianorum Regem, quem alii vocant Clodomirum, quod ipsum etiam tanquam commentum castigat Hansizius, improbans manuscriptum quoddam Christophori Jordani, qui historiam Salisburgensem usque ad annum 1560. in linqua vernacula scripsit, & hunc Clodomirum Patrem fuisse Ruperti asseverat, quod manuscriptum se vidisse in Bibliotheca Cæsarea refert idem autor; nam Clodomirus in prælio cecidit anno 524. sicque S. Rupertus deberet omnino referri ad Childebertum I. qui frater erat Clodomiri quod etiam nostræ Chronologiæ repugnat. Sicut autem Parentes, licet nobilissimi, sunt incogniti, & eosdem antiquitas referre prætermisit, ita pariter omnino certus non est annus nativitatis, quamvis aliquod nostrum Chronicon, sed non adeo antiquum statuat annum 540. & diem decimam tertiam Februarii, in quo annorum computu S. Rupertus noster, ut amplius dicemus, usque ad annum beatæ mortis attigisset annum ætatis 83. quod quidem per se non repugnaret in tali viro Apostolico, quem ad tot labores, & tam ardua negotia pro suo honore suscipienda elegit Deus. Quamvis autem annus nativitatis non sit determinatus, certum tamen est, circa medium sæculi sexti fuisse natum, qui ad initium regiminis Childeberti II. in Austrasia regnantis jam tenuit Cathedram episcopalem, consequenter annum ætatis trigesimum superasse debuit. Nomine antiquo vocabatur Rhuodbertus, seu Rudbertus, quod nomen pro diversitate scribentium varie fuit immutatum, hodie autem apud latinos Rupertus scribitur, quo & deinceps utemur; nec sine optimo nomine, ait noster P. Mezgerus pag. 81. & divino consilio, sicut enim Abrami nomen in Abrahamum, ita Rudperti, vel Rodperti nomen in nomenclationem Ruperti mutatum existimo; illud enim nomen quam maxime commeruit, cum in Boicam fidem catholicam, in terra nostra metropolitanam hanc sedem fixit, & inconcussam hactenus velut in *rupe* Ecclesiæ totius *petram* fundavit, factus ipse solidum Ecclesiæ nostræ post Apostolorum Principem fundamentum. Hæc Mezgerus. Quod autem S. Rupertus fuerit baptizatus, & divinis litteris imbutus a S. Patritio, rem absurdissimam vocat Hansizius, & non immerito; S. Patritius enim, ut scribit Sigi-

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

bertus in chronico jam anno 491. aut omnino juxta alios anno 460. obiit: si autem aliqui ex Hibernis volunt S. Rupertum fuisse baptizatum a quodam Patritio, non ille antiquus Apostolus fuit, sed alius Abbas hujus nominis Patritius, de quo tamen tanquam Sancto in martyrologiis nihil reperitur. Porro ad prosapiam, & ad primam adolescentiam de S. Ruperto omnino spectat nosse, an habuerit fratrem Trudbertum, & sororem Erentrudem? & an in horum comitatu peregrinatio Romam fuerit instituta? noster equidem Mezgerus toto cap. IV. Lib. I. Hist. Salisb. conatur id evincere, & Trudpertum, qui in Brisgoja Martyr occubuit, fuisse fratrem germanum S. Ruperti, & cum eodem, comitante quoque S. Erentrude Romanam peregrinationem instituisse, pro quo asserto generaliter citat quædam manuscripta San-trudpertina, & Salisburgensia, quæ ultima etiam nos inspeximus; ast magnæ autoritatis non esse videntur, utpote non adeo antiqua, & a posteris multis lituris, & correctionibus castigata sunt. Pie id credi potest, ast solidum, & authenticum fundamentum pro hac veritate stabilienda adduci nequit, ut adeo nobis non displiceat, quod alii, & melius sentiunt, præsertim Marcus Hansizius pag. 36. quia Trudbertus vixit circa annum 640. quod a nostra Chronologia Salisburgensi ut plurimum differt; hinc nullus extitit Trudbertus frater germanus S. Ruperti, sed hæc fratrum conjunctio tantum ortum traxit a nominum similitudine, quod ipsum etiam sentiunt historici recentiores ferme omnes. De S. Erentrude pariter quasi certum est, non fuisse sororem, sed neptem S. Ruperti; quamvis enim, ut ait Mezgerus pag. 84. in annotat. communior Salisburgensium sit opinio, & traditio, sed vulgi tantum, quod fuerit soror, nulla tamen autoritas major est instrumento Arnonis, quo nihil antiquius habemus, nil magis authenticum; ibi autem expressis verbis nominatur neptia, non soror; sic enim sonant verba instrumenti, quod in originali ad manus habemus: „Item de monasterio puellarum, quod constructum est in „honore Sancte Dei genetricis semper Virginis Marie juxta ipsum episcopum in castro superiore, quem Dominus Hrodbertus Episcopus, ac Confessor primum edificavit, quem & Salzburg appellavit, in „quo & neptiam suam Christi famulam Erntrudam constituit cum aliis puellis, in „quo honorifice quiescit.„ Atque hæc sunt, quæ de tempore nativitatis, Patria, & Prosapia Sancti Ruperti saltem verosimiliter dici possunt.

V. Quid de Episcopatu Wormatiensi S. Ruperti referant Mezgerus, & Hansizius?

Quod adolescentiam Sancti Ruperti concernit, usque dum ad Episcopatum Wormaciensem fuerit promotus, nihil certi potest asseri ob temporis antiquitatem: Haud dubium est, quin sapientia, & gratia non minus, quam ætate coram Deo, & Hominibus adoleverit, & primos ætatis suæ annos optimis tam litterarum studiis, quam virtutibus imbuerit; unde sicut magna virtus, ignis instar, latere non potest, postquam Rupertus calcatis mundi opibus, & pompis totum se Christo addixit, postquam in sortem Domini vocatus, & Ecclesiasticæ militiæ fuit adscriptus, in hoc statu tanquam lucerna ardens, & lucens haud diu latuit, sed eundem super candelabrum, super cathedram nimirum Vangionensem, alias Wormatiensem, vel Werdomagensem, quam aliqui omnino Archiepiscopalem per plures annos fuisse scribunt, collocari oportuit, ut luceret omnibus, qui in hac Ecclesia essent. Verum non de Chronologia tantum, cui jam diutius non immoramur, sed lectorem ad introductionem prævium remittimus; verum etiam de ipso episcopatu Wormatiensi, & specialiter, an fata quædam vir Sanctus, & asperrima quidem in eo loco exantlaverit, adeo diversimode scribunt historiographi, ut in tanta incertitudine, & inter tot involutas difficultates vix, & ne vix quidem certitudo aliqua probari valeat. Nos in hac re duas acies statuimus, ex una Mezgerum cum asseclis Canisio, & manuscriptis quibusdam Salisburgensibus: ex altera Hansizium cum copiis suis auxiliaribus; cum enim hi duumviri omni conatu, & maxima industria res Salisburgenses, ut nemo alius, scrutari fuerint conati, præ aliis quoque authoritatem mereri indubium est. Synopsis historiæ de episcopatu Wormatiensi S. Ruperti, & satis durissimis, quæ ibidem perpessus fuisse scribitur a Mezgero, & illis scriptoribus Salisburgensibus, qui illum vel antecesserunt, vel secuti sunt, in eo consistit, prout in Histor. Salisb. Mezgeri Lib. I. Cap. VI. & VII. fusius docetur: quod videlicet S. Rupertus divina providentia in Clericorum numero cooptatus, cum optimo vitæ exemplo clericali dignitate fungeretur, in Episcopum Wormatiensem assumptus fuerit, in numero episcoporum illius Ecclesiæ octavus, moderante Childeberto juniore Rege Mettense regnum; quo in munere divino plenus spiritu, cum se optimam vivendi formam exhibuisset gregi, omnique virtutum laude floruisset, humani generis, & præcipue Sanctorum virorum hostis diabolus virum Dei aggressus per varios iniquæ fortunæ casus jactatum a pietate deterrere conatus est. Etenim Childeberto Rege adhuc puero Metensi regno illato, Beringerium tyrannum, quem alii loci comitem fuisse ajunt, excitavit, paganorum exercitu cinctum, qui vastato Franciæ Regno Ecclesias incenderunt, Rectores vero earumdem diris supliciis affectos crudeliter persecuti sunt: & præcipue in Sanctum Virum Episcopum, furore percitus tyrannus, conversus comprehensum, & virgis cæsum, multisque injuriis pro fide Christi affectum, e propria demum sede ejectum in exi-

exilium abire compulit ; exul ergo Rupertus ærumnas majoris cauſam pietatis eſſe ratus Romam ad naviculam S. Petri velut naufragus abiit, limina ſanctorum Apoſtolorum devotiſſime inviſurus, Pelagio II. Pontifice maximo, a quo benigne ſuſceptus paulo poſt in Germaniam regredi jubetur, collapſam in pluribus locis catholicam fidem reſtauraturus. Ita cum Mezgero plurimi ſentiunt, quod ipſum etiam habetur in vita apud Caniſium Tom. VI. atque in plurimis noſtris manuſcriptis chartaceis, ſed recentioribus, & quæ non ſunt magnæ conſiderationis, legitur. Longe aliter ſentit Hanſizius in vita Sancti Ruperti, qui præprimis, ſalva ſua chronologia, nequit admittere, quod S. Rupertus poſt ejectionem ex Urbe Wormacia duobus annis exulaverit, & multo minus, quod Romam profectus fuerit ad ſummum Pontificem Pelagium, ſive hic fuerit primus, vel ſecundus ; Pelagius enim I. ſedit ab anno 555. usque ad annum 560. Pelagius II. ab anno 578. usque 590. quæ omnia integro ferme Sæculo diſtant a computatione annorum, quam de S. Ruperto facit Hanſizius. Secundo videtur inclinare quidem hic autor ad denegandum potius S. Ruperto Epiſcopatum Wormacienſem, miratur enim, & pro ſe adducit n. IX. Papebrochium unum ex continuatoribus Bollandi, quod Wormatiæ nullum Ruperti feſtum, aut memoria in Eccleſiis habeatur, idque patere ex illius Eccleſiæ Kalendariis, & Breviariis, in quibus nulla S. Ruperti fit mentio ; attamen id negare nequit, cum vita Primigenia S. Ruperti ſcripta circa annum 872. quam ex Bibliotheca Cæſarea accepiſſe teſtatur, & cui tanquam baſi innititur Hanſizius, hæc verba referat : *Tempore Hildiberti Regis Francorum, anno ſcilicet regni ejus V. honorabilis Confeſſor Chriſti Ruodbertus in Wormacia civitate epiſcopus habebatur ;* ſub quo Childiberto ille (nimirum Hanſizius) non intelligit II. qui erat Francorum monarcha, & ab anno 575. usque ad annum 596. regnavit, ſed Childebertum III. qui erat Rex Auſtraſiæ ab anno 695. usque ad annum 711. Tertio allegatus autor ut hiſtoriam vix fide dignam explodit ejectionem S. Ruperti ex Wormacia, & quod tantam perſecutionem paſſus fuerit a Berthario, ſeu Berengario Duce Wormacienſi Ariana hæreſi infecto ; ſic enim ait Hanſizius num. XI. pag. 38. „Quare exilium illud annorum duorum, „& variarum regionum oberratio, quin ad „ultimum ipſa ejus e civitate Wormacienſi „ignominioſa expulſio vix meretur fidem.„ Et poſt pauca : „Somnium de Berthario „fortaſſe fecit hiſtoria francica, in qua re„fertur Bertharius major domus Neuſtriæ, „cujus conſilio Theodoricus III. Rex pluri„mos proceres ex Neuſtria, & Burgundia „in exilium egit.„ Ita Hanſizius de epiſcopatu Wormatiæ S. Ruperti.

Nos ex hac controverſia tantorum virorum eligimus ea, quæ nobis veroſimilia magis videntur, & quorum veritas non quibuscunque manuſcriptis recentioribus, ſed antiquis, & authenticis ſecure innititur. Primo quidem ferme iniquum foret negare, quod S. Rupertus non fuerit Epiſcopus Wormacienſis, cum vix ullus id aperte neget, & documentum omni exceptione majus militet pro hoc epiſcopatu ex ſæpius citata primigenia S. Ruperti vita ex manuſcripto Bibliothecæ Cæſareæ, unde ipſe Hanſizius allegata a nobis num. præced. verba hauſit: honorabilis Confeſſor Chriſti Ruodbertus in Wormacia Epiſcopus habebatur ; an vero in ordine fuerit octavus, an vero quartus, certo definiri non poteſt. Ipſe Hanſizius duplicem ſeriem Præſulum Wormaciæ aſſignat ; in prima hic ſtatuitur Ordo: I. Epiſcopus Wormaciæ Victor. II. Amandus. III. Carolus. IV. Ignotus. V. ititem ignotus. VI. S. Grotaldus. VII. Ignotus. VIII. S. Rupertus. Alter catalogus, cujus autorem citat quemdam Canonicum Kirschgartenſem, qui circa annum 1510. ſcripſit, ſequentem Præſulum ordinem recenſet: I. Victor. II. Rocholdus. III. Amandus. IV. Rupertus. V. Bernharius, qui tempore Caroli Magni floruit, quæ ultima adnotatio, & criſi indiget, & in chronologia ut plurimum diſcrepat, immo ne quidem cum calculo annorum Hanſiziano conveniret. Secundo: ut certum habemus in noſtro ſyſtemate Chronologico, quod S. Rupertus fuerit Epiſcopus ſub Childeberto non III. ſed II. Auſtraſiæ Rege anno regiminis ſecundo circa annum 575. uti jam pluribus oſtenſum fuit in præliminari introductione ; quod autem primigeniæ vitæ autor aſſignet annum V. quoad ſubſtantiam non adeo differt, aut potius error ſcribentis eſt, qui duas lineas V. & II. non bene diſtinguebat ; immo ipſe Hanſizius ait : in aliquibus exemplaribus legi anno regni ejus II. Quod autem tertio S. Rupertus fuerit expulſus tam ignominioſe a Wormacia, & quod poſt hanc ejectionem profectus fuerit Romam, & nos ut plurimum dubitamus, non ex eo capite, quod Pelagius II. non correſponderet chronologiæ noſtræ, ſed quia hæc aſſerendi nullum antiquum, & ſolidum extat fundamentum ; nihil enim refert autor anonymus vitæ primigeniæ S. Ruperti antiquiſſimus de hac expulſione, nihil de itinere Romam ſuſcepto ad Pelagium II. ſummum Pontificem; & quamvis non pauca Chronica noſtra Salisburgenſia & monaſtica hanc hiſtoriam per extenſum deſcribant, non tamen tantæ ſunt autoritatis, ſicut iſta vita primigenia ſæpiſſime ab Hanſizio citata, quam & lineam actorum S. Ruperti vocat; ſicut & aliud antiquum noſtrum Chronicon membraneum anno 1288. deſcriptum ſub manuſcripto H. jam frequentius in prælim. introduct. a nobis allegatum quo antiquius circa vitam & acta S. Ruperti apud nos non habetur ; imo

VI. Et quid veroſimiliter de S. Ruperto ut Epiſcopo Wormacienſi dici valeat?

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

ut legenti patebit, est transsumtum ex illo manuscripto antiquissimo vitæ primigeniæ in Bibliotheca Cæsarea asservato. Refero textum ex hoc manuscripto antiquo H.; ita enim incipit scriptor illius pag. 1. „Incipit „vita S. Rudberti Episcopi: tempore igitur „Hildeberti Regis Francorum, anno scili„cet regni ejus secundo honorabilis Christi „confessor Rudbertus in Wormacia civitate „Episcopus habebatur, qui ex regali pro„genie Francorum ortus catholice fidei, & „evangelice doctrine totius bonitatis no„bilissimus refloruit Doctor; erat enim vir „simplex, pius, & prudens, in sermone „verax, justus in judicio, providus in con„silio, strenuus in actis, conspicuus in cha„ritate, in universa morum honestate pre„clarus: ita innumerabiles ad ejus sacra„tissimam conveniunt doctrinam, & ab eo „eterne salutis documenta susceperunt.„ Hucusque manuscriptum H. nobis pretiosum de S. Ruperto, quamdiu erat Episcopus Wormaciæ, nihil autem de ejectione extra Urbem, nihil de peregrinatione ad sedem Romanam. Ea autem, quæ sequuntur, jam spectant ad ea, quando S. Rupertus venit in Bavariam, de cujus adventu immediate dicemus plura.

VII. **Qua occasione S. Rupertus primo in Bavariam, ubi Theodonem Ducem cum suis baptizavit,**

Nunc jam ordo historiæ & vitæ S. Ruperti exposcit, ut investigemus, qua occasione, dum prius erat Episcopus Wormaciensis, venerit primo in Bavariam? secundo post iter in Pannoniam, & per alias provincias ad locum Wallersee, & demum Salisburgum? ubi & Episcopatum fundavit, nec non monasterium S. Petri sub regula Sancti Benedicti extruxit, cujus & ipse erat primus Episcopus, & Abbas, an vero ipsemet Benedictinus? tam negative, quam affirmative differemus, liberam fidem cuilibet relinquentes. Qua occasione S. Rupertus ex Wormacia venerit in Bavariam, nihil certius, aut fidelius referri posse existimamus, quam quod legitur in vita primigenia antiquissima, cui manuscriptum nostrum H. pariter antiquum de verbo ad verbum correspondet; nec non id, quod publice in officio S. Ruperti legitur, dum festum hujus Sancti in Ecclesia celebratur. In manuscripto vitæ primigeniæ quod in prima æstimationis classe habetur apud Hansizium, uti & in manuscripto nostro H. sequentia leguntur ad nostrum propositum: „Cumque fama sancte „conversationis illius longe, lateque increbesceret, pervenit ad noticiam cujusdam „Ducis Bavarie regionis, nomine Dicto „(Hansizius legit Theodo) qui supradictum „virum Dei enixis precibus, prout potuit, „libentissime rogare studuit per missos nun„cios suos, ut Noricam provinciam visitan„do sacra illuminaret doctrina. Unde præ„dicator veritatis divino compunctus amo„re assensum prebuit primo suos dirigens le„gatos, postea vero ad Christi gregem lu„crandum per semetipsum venire dignatus „est. Hæc audiens prefatus Dux magno „perfusus est gaudio, obviamque illi cum „suis pergens sanctum virum, evangelicum„que Doctorem cum omni honore, & dig„nitate suscepit in Ratisbona Civitate; quem „vir Domini cepit de Christiana conversa„tione ammonere, & fide catholica imbue„re. Ipsum non multo post & multos alios „istius gentis nobiles, atque ignobiles vi„ros ad veram Christi fidem convertit, sa„croque baptismate regeneravit, & in san„cta corroboravit religione„. Hæc in cit. manuscripto. In Breviario sequentia leguntur, quæ & sua authoritate non carent: „Is, (nimirum S. Rupertus Vangionensis, „seu Wormaciensis Ecclesiæ antea Episco„pus) cum plenus spiritu sancto optimam „vivendi normam seipsum gregi suo exhibe„ret, vita, & factis probans, quicquid ser„mone docuisset, religionem precandi as„siduitate, prudentiam dandis consiliis, „justitiam ferendis sententiis, abstinentiam „corpus perpetuis iejuniis macerando mi„rifice confirmavit, adeoque largus, & be„nignus erga inopes fuit, ut hoc solum su„um existimarit, quod in miseros, & ege„nos contulisset. Quam magnus autem „fructus ex hac illius vita in cæteros pro„manaverit, multi non solum e vicinis, sed „etiam longinquis regionibus populi ejus „ope in viam introducti testantur. Theo„do imprimis Bavariæ Dux, qui illius san„ctitatis, & miraculorum fama audita mi„sit ad eum legatos primarios viros, roga„vitque, ut suas ditiones invisere, easque „ac se sanctæ fidei lumine collustrare vellet: „at ille, licet multis persecutionibus fati„gatus esset, pium ac sanctum onus non re„cusavit; paulo igitur post Theodo a Ru„perto unacum multis selectissimis proceri„bus, ac magna hominum multitudine „baptizatus est„. Stantibus itaque his authenticis testimoniis indubitatum est apud omnes historicos, quod nimirum S. Rupertus Theodonem Ducem (qui juxta quosdam scriptores Salisburgenses erat nomine III. in nostro autem systemate superius exposito nomine IV.) uti & filium Theodebertum Reginoburgi, seu Ratisbonæ præmissis haud dubie ardentissimis admonitionibus, & instructionibus apostolicis cum magno procerum comitatu ad veram fidem converterit, & baptizaverit, postquam longo sæculorum usu Deorum inanium cultus inter Boicos invaluit, quamvis alii historici, inter quos est & sæpe citatus Hansizius, dubitent, an Bavaria tunc temporis penitus paganismo, an non potius hæresi, & aliis superstitiosis erroribus fuerit infecta, in qua rerum ad fidem spectantium ignorantia aliqui baptismum vel vitiose susceperunt, vel penitus neglexerunt, in qua classe fuisse existimat prælatus autor Theodonem, quem unacum optimatibus necesse fuit S. Ruperto cum debito ritu, & forma ab Ecclesia recepta baptizare, errores de-

dedocere, atque, ut hiſtoria loquitur: *ad veram Chriſti fidem convertere.* Addit tamen Hanſizius, longe veroſimilius eſſe, quod Theodo Dux cum ſuis baptiſmum antea omnino non ſuſceperit, vel ob dogmata fidei corrupta, vel quia illis temporibus non erat adeo inſolitum, cum & in vita S. Corbiniani ſimile quid legatur de Hucberto Theodeberti filio, Theodonis nepote, qui jam adultus primum a S. Corbiniano fuit baptizatus, eoque modo ſibi virum ſanctum nuper ſede ſua ob inſidias Pilitrudis exulem conciliavit, *eum ſibimet ſacro fontis lavacro ſociavit*, ait vitæ ſcriptor cap. 28. An autem S. Rupertus in hoc primo converſionis negocio, quando Theodonem, filium Theodebertum, & cum his non tantum proceres, ſed & aliorum hominum turbam copioſam baptizavit, ſocios quoque habuerit laboris ſpiritualis, & quinam illi fuerint? certo quidem non conſtat: veroſimile quidem videtur, quod S. Rupertus tam magnum plantandæ religionis negocium ſine zeloſis adjutoribus peragere vix potuerit; unde multorum non eſt ſpernenda opinio, quod legati, quos ad Theodonem præmiſit S. Rupertus cum Domingo, & Chriſanto fuerint illi quoque celebres diſcipuli S. Ruperti Giſilarius, & Chunialdus, de quibus ſuo loco plura dicemus; aliqua tamen manuſcripta, & authores perſuadent, quod ſpecialiter hos duos primum ex Patria adduxerit S. Rupertus, quando Salisburgo rurſus pro ſociis laborum in vinea Domini in Franciam abiit. Mezgerus putat ad conciliandas opiniones dici poſſe, hos duos diſcipulos jam in initio Ruperti legatos, & ſocios individuos fuiſſe; deinde cum iter in Franciam multis poſt annis relegeret, comites iviſſe, & aliorum ſociorum Duces cum ipſo rediiſſe. Sed quia antiquitas tacuit, fides ſit penes autores.

VIII. Et in vicinia ſacras ædes ædificavit; an etiam Weltenburgum, & capellam veteris Aettingæ?

Ob hoc inſigne factum veterum ſuffragio, immo & unanimi omnium conſenſu S. Rupertus promeritus eſt glorioſum cognomen Bojorum Apoſtoli, de quo quid amplius præſtiterit in laboribus apoſtolicis, refert textus vitæ primigeniæ, & noſtri antiqui manuſcripti, cujus verba cum illo textu ſunt plane eadem: „Præfatus itaque „Dux ſancto viro conceſſit licentiam locum „aptum eligendi ſibi & ſuis, ubicunque ei „placeret in hac provincia Eccleſias Dei con„ſtruere, & cetera ad opus eccleſiaſticum „tabernacula perficere„. Ita textus vitæ antiquæ, ex quo textu, & non ſine fundamento plurimi hiſtorici, inter quos & noſter Mezgerus, credunt a S. Ruperto non ſolum ædificatam, & conſecratam fuiſſe Eccleſiam veteris Capellæ prope Ratisbonam in honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, verum etiam, quod idem Sanctus paſſim in Bavaria vicina ſacras ædes, tanquam pietatis habitacula, & debellatæ impietatis trophæa erexerit, aut ex Deorum fanis eliminato Dæmonum cultu, ut ſoli Deo dedicaverit S. Rupertus ſacellum veteris Oettingæ, quæ Oettinga, ut quidam referunt ſcriptores, olim civitas magna fuit Oeno flumini imminens, eodem ferme, quo nunc nova Oettinga, loco; ſed amplitudine etiam veterem complexa; communi, inquam, antiquorum conſenſu receptum fuit, quod hæc urbs legem Dei acceperit a S. Ruperto: Princeps ejus ditionis Vtto, vel Otto dicitur, qui & manus Chriſto dedit, & inceps litaretur, conſecraverit; inſuper credibile eſt, addidiſſe ſacros miniſtros partim ex Clericis, quos ſecum adduxerat, partim ex aliis, quos diverſis locis & temporibus primum in Bavaria ſacravit. An vero inter has ædes ſacras, antiquum Cœnobium Weltenburgenſe ordinis S. Benedicti Ratisbonæ proximum jam ab anno 575. juxta antiquam traditionem debeat originem ſuam Ruperto? inter graves etiam autores diſputatur. Affirmat Hundius in ſua Metropoli, & ex illo Mezgerus noſter Lib. I. Cap. XII. negat inter ſcriptores Bavaros Brunnerus, & maxime inter recentiores ſcriptores Hanſizius, qui pag. 60. num. LIV. ſic habet: „de templo veteris Aettingæ, & „monaſterio Weltenburgenſi, quorum au„torem volunt S. Rupertum, nihil moror, „traditioni tamen de anno 575. ſi minus de„ferendum ſit, argumenta in contrarium „cogunt„. Et poſt pauca: Res adeo obſcura eſt, & antiquis deſtituta monumentis, ut ſtatui pro certo nihil poſſit. Hæc ille. Nos relinquimus in ſua antiquitate originem, & primordia monaſterii Weltenburgenſis, qualiacunque demum ſint, immo ex privata notitia nobis conſtat, quod ipſi Religioſi Weltenburgenſes juniores ſe eſſe credant, Benedictinis Salisburgenſibus a S. Ruperto fundatis; attamen, ſi illa Originis traditio de anno 575. perſiſtit in ſuo vigore, difficile nobis videtur aſſerere, quod a S. Ruperto originem trahat monaſterium Weltenburgenſe; illo enim tempore in Eccleſia Wormacienſi morabatur Epiſcopus Rupertus, & nimis coactum videtur illud Mezgeri effugium in annotat. ad L. I. Cap. XII. quod illis annis quidem fuerit Epiſcopus Wormaciæ, non tamen ita affixus loco, quin liberum illi eſſet evangelicæ prædicationis cauſa etiam in Bojariam excurſum facere, maxime, ſi a Principe evocaretur, & ſpes magna fructus ſe offeret. Nam præterquam, quod hoc aſſeratur tantum per conjecturam, & nulla monumenta extent, vix evincimus S. Rupertum veniſſe ad invitationem Theodonis circa annum 580. in Bavariam, cum ſcriptores etiam Bavari Theodonem juniorem faciant, & multo magis cum Mabillonio, & Pagio Hanſizius, ut ſatis dictum fuit in præliminari ad Chronicon noſtrum introductione: certior longe eſt traditio, eaque antiquiſſima, & nonniſi a quibusdam recentioribus hiſtoricis in controverſiam vocata, quod nimirum cultui Parthenio dedicaverit S. Rupertus ſacellum veteris Oettingæ, quæ Oettinga, ut quidam referunt ſcriptores, olim civitas magna fuit Oeno flumini imminens, eodem ferme, quo nunc nova Oettinga, loco; ſed amplitudine etiam veterem complexa; communi, inquam, antiquorum conſenſu receptum fuit, quod hæc urbs legem Dei acceperit a S. Ruperto: Princeps ejus ditionis Vtto, vel Otto dicitur, qui & manus Chriſto dedit, &

juxta aliquos Sacellum Deiparæ a S. Ruperto conſecrandum ædificavit; communior tamen fama eſt, fuiſſe templum ſeptem planetarum: neque omni hæc opinio caret probabilitate, ipſa capellæ forma id exhibere videtur, utpote fano ſimilior, quam templo Chriſtiano; hinc omnino credibile, quod hoc profanum delubrum S. Rupertus permutaverit, in ædem ſacram, ut planetarum obſcurarum loco clarius luceret ſydus in Bavaria, pulcra ut luna, electa ut ſol, immo amicta ſole Virgo ſanctiſſima, & Deiparens Maria: ita Hundius in Metropoli, & alii ſcriptores Bavari. Huic opinioni autem ſe rurſus opponit hiſtoricus Salisburgenſis Marcus Hanſizius pag. 60. num. 54. ad finem ita diſcurrens. „Cæterum „initium Eccleſiæ, ac cellæ Oettinganæ „certius inveſtigari nequit, quam apud Ar„nonem, item in libello Donationum Cap. „XI. ubi conſtructor ejus Eccleſiæ; funda„torque cellæ monachorum proditur Gun„tharius Comes, qui ad eam Eccleſiam „conſecrandam evocavit Virgilium Epiſco„pum„. Hæc ille, qui & hoc Cap. XI. ex libello Donatt. pag. 25. per extenſum allegat. Facile id conceſſero de reſtauratione, & reædificatione hujus Capellæ, quæ indiguit conſecratione per S. Virgilium; potuit enim illis turbatiſſimis temporibus per frequentes hoſtium incurſiones ſpacio centum, & amplius annorum usque ad S. Virgilii tempora deſtrui, & vaſtari, ſicut etiam certum eſt; quod poſt S. Virgilium Oettinga circa finem Sæculi noni fuerit miſere deſtructa, & primum poſt annum Chriſti milleſimum civitas & cultus parthenius iterum revixerit. Plura de his erudite ſcribit P. Jacobus Irſingus S. J. Lib. I. Cap. IV. in hiſtoria Oettingana circa medium elapſi Sæculi ſcripta, nec non noſter P. Mezgerus Lib. I. Cap. XIII. qui uterque ab illis, qui plura ſcire deſiderant, legi meretur. Quoniam vero hæc non adeo ad propoſitum hiſtoriæ noſtræ ſpectant, etiam his diutius non immoramur.

VIIII. Secundo: poſt iter in Pannoniam, & in reditu per Laureacum

Jam prima chriſtianæ religionis fundamina jecit S. Rupertus in Bavaria, poſtquam Ducem Theodonem cum ſuis baptizavit, atque in vera Chriſti fide imbuit ſaluberrima monita non minus pro futuris temporibus relinquendo. Cum autem divino conſilio alio deſtinatus fuerit hic novus veritatis chriſtianæ Doctor, omnium hiſtoricorum conſenſu Sanctus vir Duce Theodone relicto primam expeditionem ſuſcepit ad continuandos labores apoſtolicos in partes Orientales; ita enim habet vita primigenia, & noſtrum ſæpe citatum manuſcriptum antiquum ſub ſigno H, ubi hæc leguntur: „Tunc ſupradictus vir Domini accep„ta licentia per alveum Danubii usque ad „fines Pannoniæ inferioris ſpargendo ſemi„na vite navigando iter arripuit; ſicque „tandem revertens ad Laureacenſem perve„nit civitatem, multosque ibi infirmos va„riis lanquoribus oppreſſos orando per vir„tutem Domini ſanavit„. Hæc vita, & noſtrum manuſcriptum antiquum. Aliis verbis hoc iter in Pannoniam, & adventum Laureaci exponunt varia manuſcripta, uti & exemplaria Caniſiana, quibus tamen recenſendis, cum tantæ autoritatis non ſint, ſuperſedemus. Itaque certum eſt, quod S. Rupertus ſecundo Danubio cum ſuis ſociis non tantum in eam Norici Ripenſis partem, quæ nunc Auſtraſia dicitur, fuerit profectus, ibidemque haud dubie in omnibus locis, ubi ſe opportuna offerebat occaſio, prædicaverit Chriſtum, contulerit baptiſma, & animas cœlo lucrari ſtuduerit, prodigioſa pariter ſanitatum munera conferendo; verum etiam, quod finibus Norici non contentus in Panoniæ partes penetraverit, & ubique inſignem animarum meſſem collegerit: poſtquam vero paria zeli apoſtolici veſtigia reliquit circa Viennam, tunc Vindobonam, iter terreſtre ad partes ſuperiores repetens, partim ut omnino credibile eſt, alios baptizavit, alios firmavit in fide, aliis confirmationis ſacramentum diſtribuit, partim vicos, & oppida, quæ antea non vidit, viſitavit, ubique autem animas cœlo lucrari ſtuduit. In hoc autem reditu perveniſſe Laureacum Urbem, olim antiquam Norici Annaſo flumini imminentem, Romanorum frequentem coloniam, dubitari non poteſt, uti ex vita primigenia retulimus, ubi Sanctus noſter non Præſulem egit, ſed hoſpitem, & cœleſtem cum dignitate, qua prius fulgebat, epiſcopali præconem; & quia in illis locis non boni mores tantum, ſed etiam religio languebat, credi poteſt, quamvis certum tempus definiri haud valeat, ibidem diutius fixiſſe ſedem, atque non paucis ſigno crucis valetudinem corporis, plurimis verbo vitæ ſanitatem mentis dediſſe; ita enim ex textu vitæ colligitur: „Rever„tens ad Laureacenſem civitatem pervenit, „multosque ibi infirmos variis Languoribus „oppreſſos orando per virtutem Domini ſa„navit„. Ajunt nonnulli, quod hac occaſione S. Rupertus pertigerit ad partes Sclavorum, ad urbem usque Celejam, quam Sclavorum patriam Paulus Diaconus vocat, indeque extulerit corpus S. Maximiliani Martyris, & quondam epiſcopi Laureacenſis, qui Patriam ſuam Pannoniam, & urbem Celejam viſitans ibidem mandante Præſide Eiulaſio extra Celejanæ urbis muros eductus cum magna fidei conſtantia gladio percuſſus occubuit, & palmam martyrii obtinuit, cujus S. Corpus humili loco ibidem a Chriſtianis humatum fuit. Quam ob cauſam, ut hoc ſacrum pignus cubaret dignius S. Rupertus Apoſtolus noſter Laureacum tranſtulit, ibidemque recondidit; poſteris autem temporibus Henricus Sanctus Patavium translatum voluit, ubi etiamnum in S. Stephani cathedrali Baſilica extra Chorum humatum pie aſſervatur. Huic opi-

opinioni ſatis fundatæ pariter adſtipulatur eruditus quidam, & recens editor vitæ S. Maximiliani nobilis Paſſavienſis Joannes Adamus de Vrli, qui vitam hujus ſancti magna induſtria ſcripſit anno 1764. citans pro ſe Molanum, Gewoldum, & Raderum. Videtur etiam huic hiſtoriæ aliquod pondus addere, quod S. Rupertus tanquam cultor S. Maximiliani in honorem hujus Sancti in Pongeu, ut ſuo loco dicemus, eccleſiam erexerit, nullam tamen de hoc facto mentionem facit vita primigenia, & manuſcriptum noſtrum antiquum. Sicut autem incertum eſt, quanto tempore permanſerit Laureaci S. Rupertus, & in illis locis vicinis, ita pariter certo non conſtat, an recta via ad plagas noſtras aſcenderit? an non forte rurſus ad ſuum Theodonem redierit Ratisbonam? Miratur hic merito Mezgerus noſter, cur Theodo Dux Bavariæ hunc Sanctum virum non Ratisbonæ, ubi tempore illo nullus traditur fuiſſe Epiſcopus, retinuerit? ſed nulla alia ratio aſſignari poteſt, niſi inſcrutabile divini Numinis conſilium, quod per Rupertum voluit, ut ſurgeret ex ruinis Juvavium noſtrum; forſan etiam hic Bavariæ Apoſtolus deprecatus eſt hanc ſedem epiſcopalem Ratisbonenſem, quia ſciens multos populos in paganiſmo cæcutientes iisdem mederi voluit, ſitiens ſalutem animarum, quas non tantum ad extremos Boicæ, & Danubii limites, verum & in vicinis locis, Bavaricæ tamen ditionis terminis, & non invito Theodone Duce per ſuas prædicationes Deo lucrari conatus eſt.

X. Ad lacum in Wallerſee, ubi primam Eccleſiam in honorem S. Petri extruxit.

Itaque Theodone Duce non tantum non invito, ſed etiam approbante, & conatus apoſtolicos S. Ruperti adjuvante idem vir Dei Rupertus poſt iter in Pannoniam ſuſceptum in reditu per Laureacum ad ſuperiores has Norici partes aſcendit, & quia nolebat ipſe alienam meſſem ſibi arrogare, minus ſedem epiſcopalem invadere, a divina providentia expectavit locum, & ſedi erigendæ, & lucrandis Chriſto animabus opportunum. „Nam deinde (ut pergit textus vitæ primigeniæ, & correſpondens manuſcriptum noſtrum antiquum) „arrepto „itinere pervenit ad quemdam lacum, qui „vocatur Wallarium, ubi exit Vischaha „de eodem lacu, ibique eccleſiam in ho„nore S. Petri Principis Apoſtolorum con„ſtruxit, & ædificavit. Hoc loco præfa„tus Dux Theodo tradidit ad ipſam Eccle„ſiam eundem locum, & primitus ibidem „in circuitu aliquas proprietates, & poſ„ſeſſiones tribuit„. Ita textus vitæ; ex quo præprimis conſtat, quod S. Rupertus luſtrata Juvavienſi vicinia ad vicum pervenerit lacui Wallario, vulgo Wallerſee vicinum; de quo lacu Wallerſee, & omnibus, quæ ibidem acciderunt primis temporibus S. Ruperti, de exſtructa ibidem prima eccleſia, poſtea ſicut & nunc Seekirchen dicta, & quis ſtatus hujus eccleſiæ poſt S. Rupertum, & qualis in hodiernum usque diem memoria vigeat? bene deſcribit Mezgerus noſter Lib. I. Cap. XVI. his verbis, quæ & in extenſo, utpote hiſtoriæ noſtræ maxime conformia huic chronico noſtro inſeri merentur: „Diſtat hic lacus „(nimirum Wallerſee) quinque fere milli„bus paſſuum a Juvavienſi caſtro, lacus „piſcibus dives limpidas vehit aquas, quas „dein in amnem, Fiſchaha nomen habet, „effundit: longitudinem ad milliare ger„manicum protendit: vicina planities de„clivibus collibus circumfuſa nemoribus „undique incingitur. Placuit locus ſatis „amænus, irriguus una, ac fœcundus, vi„tæ ſubſidiis a piſcium fertilitate peracco„modus. Profuſis ad cœlum precibus pe„dem, & ſedem cum ſuorum turba figit Ru„pertus, tumultuario opere tectum ex ra„mis, & frondibus erigit. Mox oratorio „ad amnis Fiſchæ profluentem fabricando „manus admovet, conductis operariis ex „vicinis pagis, calcem, lapides, ligna ali„aque ſtructuræ neceſſaria advehi curat; „primum ex uſu ſanctæ Eccleſiæ lapidem „ponit, fundamenta conſecrat, operi ſe„dulo inſtat. Ita modico tempore ſacra æ„des ſurgit, quam Apoſtolorum Principi, „Eccleſiæ petræ, Petro more majorum di„cat, & ſacrat. Perfecto templo res divinæ „tam ab ipſo Antiſtite, quam ejus ſacerdo„tibus non ſegniter peraguntur, conciun„tur accolæ, fit concurſus, prædicatur o„mnibus quotidie verbum Dei, rudibus per „aſſiduam catecheſin domi foriſque inſtilla„tur fides, religio, pietas, mundantur a „culpis ſacro baptiſmo, formantur ad vir„tutem, & divinum cultum; denique bre„vi incultus locus, incultiores mentes ad „cœleſtia capienda mirifice excoluntur. „Quanto tempore hoc loco manſerit, pro„ditum non eſt; credibile tamen majori an„ni parte domicilium ibi habuiſſe, ne levi„tatis vitio ſubjacuiſſe videatur; ipſa quo„que templi ſtructura pluſculum temporis „poſtulabat. Ab hac deinceps locus no„men mutavit, ut Seekirchen apelletur. „Stat adhuc ibidem ſacra ædes omnium „conſenſu in provincia Salisburgenſi anti„quiſſima, & ab antiquitate maxime vene„randa, ipſius quippe Ruperti Primatis no„ſtri primum hic opus. Locus, & altare, „ubi olim ſanctus Antiſtes ſacra fecit, ho„die quoque exſtant, & monſtrantur. Mul„tis annis monaſterio S. Petri addicta cole„batur ab aſcetis ejusdem inſtar Prioratus, „ut vocant; deinde poſt annos plures tra„dita Presbyteris ſæcularibus ſub Paræciæ „titulo excollebatur. Ante paucos vero „annos ſingulari religionis in divum Ruper„tum affectu, in memoriam hic primum „cœptæ epiſcopalis ſedis ac functionis a „Maximiliano, Celſiſſimo nunc Archiepiſ„copo in collegium canonicorum erecta, & „evecta eſt. Ipſe & templum cum turri an„no 1669. fulminis illapſu incenſum & de„ſtructum

„ſtructum reſtauravit ex integro, & in for-
„mam ſplendidiorem redegit; domum quo-
„que canonicalem e fundamentis eductam
„additit. Præeſt loco Decanus, cui ſex
„ſuffragantur canonici, qui res divinas in
„choro obeunt, tres animarum cura præ-
„diti, qui parochiales functiones catecheſi,
„& ſacris ſermonibus, ſacramentis quoque
„miniſtrandis obeunt; tres alii divina offi-
„cia ad S. Aram peragunt, & choro arctius
„invigilant. Decimæ, & emolumenta tem-
„poralia cum dominio colonorum adhuc
„magna ex parte monaſterio S. Petri ad-
„hærent„. Hucusque notiſſimus hic Sa-
lisburgenſis hiſtoricus, quæ & vitæ primi-
geniæ, & antiquo manuſcripto quoad rem
principalem conveniunt; nam ut in textu
vitæ legitur: „Hoc loco præfatus Dux
„Theodo tradidit ad ipſam Eccleſiam eun-
„dem locum, & primitus ibidem in circuitu
„aliquas proprietates, & poſſeſſiones tri-
„buit.„ Et in libello authentico donatio-
num Cap. I., quem citat Hanſizius pag. 9.
hæc leguntur: „Idem Theodo Dux dedit
„ei poteſtatem circuire regionem Wabaro-
„rum, & eligere ſibi locum ad Epiſcopii ſe-
„dem, & eccleſias conſtruendas, & ipſos
„populos ad ſervicium Dei erudiendos cum
„adjutorio Dei, & ſui ipſius ſupple-
„mento. Præfatus igitur beatus Rudber-
„tus multa circuiens loca pervenit tandem
„in pagum Juvavenſem juxta lacum voca-
„bulo Wallerſee, ubi exit Fiſchaha de eo-
„dem lacu, conſedit ibidem, & exſtruxit
„eccleſiam, eamque dedicavit in honore
„beati Petri Apoſtolorum Principis: hoc fa-
„cto beatæ memoriæ Theodo Dux tradidit
„ad ipſam Eccleſiam eundem locum cum
„confinio circumjacenti in aquis, aquarum-
„que decurſibus, ſylvis, pratis, paſcuis,
„& molendinis, atque piſcationibus, cur-
tem, & caſam cum cæteris ædificiis, ſer-
„vos manentes in coloniis decem.„ Huc-
usque libellus donationum.

XI. Et demum Salisburgum venerit? ubi ſedem epiſcopalem, & monaſterium S. Petri ſub regula S. Benedicti erexit.

Sed aliorſum ducebat divina providen-
tia Rupertum noſtrum; exſtabant enim haud
procul vix duabus aut tribus horis a loco
Wallario, ubi primam eccleſiam erexit in
honorem divi Petri, ſplendidæ quondam
urbis rudera, de qua ad initium num. I. ea,
quæ ad hiſtoriam ſpectant, breviter delibā-
vimus; & quia tam nobilis civitas non ex-
ſtitiſſet in tali loco, niſi ubi magna fuiſſet
commoditas, & opportunitas, hinc vir ſa-
piens Rupertus ad hunc locum, ſtimulantibus
forte illius loci incolis adjecit animum, non
dubitans hic fore colligendæ eum tempore
meſſis ſpiritualis campum ampliſſimum;
præſertim quia hic locus, ut ſupra num. II.
& III. meminimus, jam pridem piorum chri-
ſtianorum ſanguine fuit irrigatus, qui pro
fide Chriſti, & vera religione a barbaris fue-
runt trucidati. Rurſus hic, ut a veritate
hiſtorica non recedamus, textus primige-
niæ vitæ, & manuſcripti antiqui audiri me-
retur: „Poſtea vero ad notitiam venit ſan-
„cto Rudperto Pontifici, eſſe locum juxta
„fluvium Ivarum antiquo vocabulo Juva-
„venſem vocatum, ubi antiquis temporibus
„multa fuerunt mirabiliter conſtructa ædifi-
„cia, & nunc pene dilapſa, ſilvisque coo-
„perta. Hoc audiens vir Domini propriis
„cupiens perſpicere oculis, quid inde ipſius
„rei veritas haberet. Propter fidelium a-
„nimarumque lucrum divina diſponente
„gratia cepit Theodonem rogare Ducem,
„ut iſtius loci ei poteſtatem tribueret ad ex-
„purganda loca, & eccleſiaſticum, prout
„ei libitum foret, ordinare tofficium, & E-
„piſcopii ſedem ibidem ſtatueret. Quod
„ipſe Dux conſenſit tribuens in longitudine,
„& latitudine de territorio ſuo ſuper duas
„leugas poſſeſſiones, ut inde faceret, quod
„ei placeret ad utilitatem iſtius ſancte ſedis:
„tunc vir Domini iſta cepit renovare loca,
„primo Deo formoſam ædificans eccleſiam,
„quam in honore ſancti Petri Principis A-
„poſtolorum dedicavit, ac demum clauſtra
„cum cæteris habitaculis clericorum per
„per omnia ordinabiliter conſtruxit; poſtea
„vero delegato ſacerdotali officio omnem
„ibidem cottidie curſum congruo ordine fe-
„cit celebrari.„ Ita textus authenticus vi-
„tæ primigeniæ, & noſtrum manuſcriptum
conſonans de verbo ad verbum. Antequam
vero hæc omnia cum conſenſu Theodonis
Ducis opere præſtitit ſanctus Rupertus, præ-
primis ſciendum eſt, quod idem vir Sanctus,
poſtquam locum Seekirchen ad Epiſcopii ſe-
dem minus aptum eſſe cognovit, cum ſociis
ad illum locum venerit, ubi ſpeluncæ S. Ma-
ximi, & ſociorum fuerunt, in quo loco non
tantum ſedem figendam eſſe ſtatuit, verum
etiam, priusquam cum conſenſu Ducis
Theodonis ad epiſcopalem Baſilicam con-
ſtruendam omnia rite ordinabantur, ad
ipſum montis latus humilem ædiculam ex-
ſtruere cœpit, & quidem ad montis radi-
cem, ubi nunc eſt eccleſia S. Crucis, tam
Epiſcopi, quam monachorum, & clerico-
rum domicilio locus deſignatus fuit, ubi &
Sanctus pro ſe oratorium, & conclave ele-
git. Ne autem (ait noſter P. Mezgerus,
quod & monumenta exſtantia in hodiernum
usque diem probant) piorum Martyrum oſ-
ſa absque honore eſſent, totum locum Deo,
& piorum fidelium ſepulturæ ſacrum facere,
eccleſiam quoque ſuperſtruere voluit, quæ
& illa corpora tegeret, & pietati portam a-
periret, donec major Eccleſia majori mo-
limine excitaretur. Exciſa igitur, quæ cœ-
meterium tegebat, ſilva, aggeſta terra,
complanata area, poſito dein ſacro lapide
erexit capellam, quam, ubi ſtetit, ſancto
Amando anteceſſori ſuo Wormaciæ, & ſe-
cundo Præſuli dedicatam voluit, quam
Capellam Salisburgi omnium primam exti-
tiſſe, antiquitatis non dubia fama eſt, de
cujus poſt ſæcula reſtauratione ſuo loco di-
cemus. Quibus prævie actis, poſtquam
piiſſimus Dux Theodo non tantum propoſi-
tum S. Ruperti approbavit, verum etiam
muni-

munificentia ſua opus ipſum, & præconceptum ædificium fortiter adjuvit, S. Rupertus locum novæ Baſilicæ, epiſcopali cathedra dignæ, ubi & divina officia pro dignitate peragerentur, ad limitem cœmeterii, qua Aquilonem reſpicit, paulo magis a monte remotum, ubi nunc eſt ipſa Eccleſia Monaſterii, deſignavit, crucem ſtatuit, lapidem poſuit, fundamenta jecit, muros, & altaria erexit, & omnia, quæ ad decorem domus Dei, & laudes divinas peragendas neceſſaria eſſent, conſtruxit, & ordinavit, & peracto opere primam ſuam Baſilicam ſolemni ritu in memoriam ſancti Petri Apoſtolorum Principis dedicavit, aras conſecravit, & ſanctiſſimi Sacrificii myſteria debitis, & feſtivis cum cæremoniis Deo litavit. Ita jacta ſunt Salisburgenſis Eccleſiæ fundamenta, exiguis quidem initiis, ſed magnis utique ſucceſſibus, & incrementis. De hac primaria, & cathedrali Baſilica ſancti Petri ſcripſit ille antiquus Poëta editus inter opera Albini Flacci epigram. 224.

Claviger ætherius, qui portas pandit Olympi,
Petrus apoſtolico præclarus maxime Princeps,
Protegat hanc aulam Chriſto donante per ævum,
Quam Pater egregius Hrodbertus fecerat olim,
Ut foret Altithrono Laus, gloria ſemper in illa;
Septies inque dies, ubi laudes dicere Chriſto,
Conveniunt pariter devoto pectore fratres.

Amplior ex his conſurgit quæſtio, quinam illi fratres fuerint? & quid per clericos indicetur? de quibus textus vitæ primigeniæ ſupra allegatus mentionem facit, quod nimirum S. Rupertus clauſtrum cum cæteris habitaculis clericorum per omnia ordinabiliter conſtruxit. Quod monachi, & utique non alii, quam monachi Ordinis S. Benedicti (de aliis enim nec veſtigium exſtat) fuerint a S. Ruperto introducti, vix ullo fundamento, ne quidem apparenti, negari poteſt; diſerte enim hoc legitur inſtrumento Arnonis authentico, ubi hæc leguntur: Miſit (nimirum S. Rupertus) ſuos monachos, (nempe ad locum Pongeu) ad officium Dei faciendum, & ad ipſam cellam faciendam. Et in libell. donation. Cap. III. Dominus Rudbertus Epiſcopus miſit ibidem monachos ſuos, & alios clericos; ſicut ergo certum eſt, in hanc primam Eccleſiam S. Petri principaliter fuiſſe introductos monachos, & quidem non alios, quam Benedictinos, ita etiam alii Clerici potuerunt eſſe tunc Salisburgi, quia & textus vitæ primigeniæ, & noſtri manuſcripti, quem ſupra allegavimus clauſtrum diſtinquit a cæteris habitaculis Clericorum. Vix etiam per ſolos monachos omnia illa præſtari potuerunt, quæ novæ functiones, epiſcopales nimirum exigebant, præſertim ubi indies fide, religione, numero populi credentis creſcebat Eccleſia nova Salisburgenſis.

XII. Cujus ipſe S. Rupertus primus Epiſcopus, & Abbas: an vero etiam Benedictinus? tam negative,

Hujus ergo ſedis epiſcopalis *infra*, ſeu intra *oppidum Salzburg*, ut ait libellus Arnonis, *in Pago Loboacenſium ſuper fluvium Igonta, qui alio nomine Salzaha vocatur*, erectæ, nec non conſtructæ a ſe Eccleſiæ S. Petri ſub regula S. Benedicti, ſanctus Rupertus Fundator, primus Epiſcopus, & Abbas fuit. Ut talem ipſe ſanctiſſimus Pontifex Eugenius III. in Bulla 1149. edita agnovit, ubi in litteris ad noſtrum monaſterium datis ſcribit, & monet: *Ut Ordo regularis, qui ſecundum Deum, & Benedicti regulam per S. Rupertum quondam veſtrum Abbatem, & Epiſcopum Salzburgenſem in eodem loco introductus, & inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis temporibus obſervetur.* Hæc Eugenius Papa. An autem S. Rupertus, licet totius cœtus monaſtici clavum tenuerit, jungens cum dignitate, & laboribus epiſcopalibus Abbatis quoque munus, & onus, eapropter etiam & ipſe Benedictinus monachus fuerit? a plurimis in utramque partem ex fundamentis non ſpernendis diſceptatur. Quid nos ſentiamus, paucis verbis damus: quod *certo* non conſtet. Ut autem utriusque partis pro eruditione hiſtorica piis deſideriis ſatisfaciamus, fundamenta in bilance ſtatuemus, in medium adducturi tam illas rationes, quæ ſanctum Rupertum a monachatu excludunt, quam & alias, per quas, S. Rupertum fuiſſe monachum Benedictinum, defendi poteſt. Qui ergo S. Rupertum non monachum, ſed ſæcularem Sacerdotem, aut Petrinum, ut vocant, fuiſſe defendunt, his ſe argumentis præmuniunt: primo: neque in proprio Salisburgenſi, neque in Martyrologio Romano fit mentio, quod S. Rupertus fuerit monachus benedictinus, immo ne quidem Abbas, ſed tantum Epiſcopus vocatur; ſimiliter ſecundo: ex ipſo ſepulchrali lapide nihil colligi poteſt, quod fuerit monachus, ſed abſolute vocatur Epiſcopus, neque aliud legitur in calendariis Salisburgenſibus, aut catalogis Antiſtitum Juvavienſium; tacet etiam de hoc inſtituto benedictino vita primigenia, quæ in Bibliotheca Cæſarea aſſervatur, cui noſtrum Petrenſe manuſcriptum ſub H. exacte reſpondet. Tertio: ipſe etiam in antiquitatibus apprime verſatus Abbas noſter Amandus, uti & illuſtris ſcriptor hiſtoriæ Salisburgenſis Franciſcus Duckerus nihil de monachatu exprimunt. Quarto: nonnulli inferunt ex eo, quod S. Rupertus primas Eccleſias ſancto Petro dedicaverit, non fuiſſe monachum, ſed ſacerdotem ſæcularem. Quinto: quamvis S. Rupertus vocetur Abbas, & haud dubie etiam fuerit primi ſui monaſterii, quod ſub regula S. Benedicti erexit, & fundavit, ex hoc tamen non ſequitur, etiam ipſum S. Rupertum fuiſſe monachum Benedictinum;

dictinum; constat enim, quod Episcopi non monachi sibi præfecturam monachorum reservaverint, quod in Ratisbonensi Ecclesia factum agnoscit Mabillonius in Annal. Benedict. Lib. XXI. num. II.; unde etiam verba summi Pontificis Eugenii III., qui S. Rupertum Episcopum, & Abbatem vocat, plus non evincunt, quam quod præfatus Pontifex traditioni Salisburgensium se conformaverit. Sexto: non satis probari potest, quod illo tempore jam fuerint Benedictini in Germania; & quamvis P. Hansizius pag. 44. num. XXVI., & multo magis pag. 1001. & 1002. magis inclinare videatur, S. Rupertum fuisse monachum, in suo systemate hoc facilius defendit, utpote S. Ruperti tempora ducens ad finem sæculi VII., & initium sæculi VIII., quo tempore quasi certum est, disciplinam Benedictinam jam viguisse in Germania, præsertim tempore S. Bonifacii. In systemate autem Salisburgensi antiquæ traditionis, & longe magis probabili quod nimirum S. Rupertus fundaverit hanc sedem circa finem sæculi sexti, & mortuus fuerit anno sæculi septimi vigesimo tertio, id longe difficilius defenditur. Septimo: non facile explicatur, quandonam S. Rupertus factus fuerit monachus Benedictinus, vel ante susceptum Wormatiæ Episcopatum, vel dum Wormaciæ præfuit, vel dum cathedram Salisburgensem, & monasterium S. Petri instituit? de primo & altero historicorum nullus quicquam scripsit, neque etiam verosimile videtur, cum vel omnino non, vel nonnisi paucos ante annos Benedictina regula in Franciam fuit delata; neque etiam tertium subsistet, quia vix conveniret tam subito fieri magistrum, qui emeritus discipulus non fuit. Denique octavo: hoc ipso, quod fuerit Episcopus, monachus esse non potuit, quod probatur ex verbis Gregorii M. quæ inserta sunt decreto Gratiani causa XVI. Quæst. I. C. *Nemo*, & ita sonant: *nemo potest & ecclesiasticis obsequiis deservire, & in monachica regula ordinate persistere, ut ipse monasterii districtionem teneat, qui quotidie in ministerio ecclesiastico cogitur permanere.* Hæc verba sunt S. Gregorii. His proin argumentis, quæ nos minime contemnimus, defendi potest, S. Rupertum monachum Benedictinum non fuisse.

XIII. Quam affirmative differitur, & libera cuilibet fides relinquitur.

Verum licebit & nobis argumenta in medium proferre, quod S. Rupertus Episcopus, & primus Abbas noster etiam monachus Benedictinus fuerit, cujus sacrum ordinem hic Salisburgi in sua prima Ecclesia Juvavii erecta instituit. Primo juxta Mabillonium magni nominis autorem Sæcul. III. Part. I. in Præfat. §. 3. regula Benedictina jam circa annum quadragesimum sæculi sexti cum S. Mauro sanctissimi Legislatoris nostri discipulo in Franciam migravit, qui S. Maurus ante obitum sexaginta monasteria suæ familiæ vidit, & omnino fieri potuit, quod & S. Rupertus, quamvis id certo non constet, nec nos asseramus, præallegati S. Mauri discipulus fuerit. Scribitur etiam a pluribus, præsertim si Demochari in catalogo Episcoporum Wormacienssium credimus, quod Corneliæ, hodie Wimpinæ in Diœcesi Wormacienssi, jam ante S. Rupertum, nostri Ordinis monasterium surrexerit, quod a Hunnis devastatum post annum 553. S. Crotoldus Wormatiensis Episcopus, & Antecessor S. Ruperti condidit, ac duodecim monachis attribuit; unde, quod ibi jam locum habuerit S. Rupertus, nulla adesse videtur implicantia. Secundo: non levis momenti argumentum tribuunt Benedictino S. Ruperti instituto Litteræ summi Pontificis Eugenii III. datæ ad nos jam anno 1149., ubi quasi ex certa notitia loquitur summus Pontifex, dicit enim: *Statuentes, ut regularis Ordo, qui secundum Deum, & Beati Benedicti regulam per S. Rudpertum quondam vestrum Abbatem, & Episcopum Salzeburgensem in eodem loco introductus, & institutus esse dignoscitur, prout litteris privilegiorum, Archiepiscoporum, & Canonicorum per præfatum venerabilem fratrem nostrum Eberhardum* (Archiepiscopum Salisburgensem) *plene informati sumus.* Si ergo jam illo tempore sæculo duodecimo communis fuit traditio Salisburgensium, qua etiam summus Pontifex ita fuit convictus, ut tanquam rem indubitatam contestaretur, S. Rupertum fuisse nostrum *Episcopum*, & *Abbatem*, non tantum negari non poterit, quod & prima, & veneranda antiquitas hoc crediderit; verum etiam, quod ex eo capite, quia fuit *Abbas* noster, etiam monachus fuerit Benedictinus; nam S. Gregorius M. Papa coævus S. Ruperto illo tempore inhibuit, ne aliquis clericus in Abbatem eligeretur, qui non vellet fieri monachus; sic enim scripsit S. Gregorius Joanni Ravennati Archiepiscopo, uti habetur Lib. IV. Epist. S. Gregorii Cap. 45. Tom. II. Oper. fol. & col. 715. *Dum ergo hi, qui sunt in ecclesiis, fingunt se religiose vivere, monasteriis præponi appetunt, & per eorum vitam monasteria destruuntur: proinde fraternitas tua hoc, quolibet in loco factum sit, emendare festinet, quia ego nullo modo patior loca sacra, ut per clericorum ambitum destruantur.* Ex quibus verbis haud obscure in favorem nostræ sententiæ erui potest, S. Rupertum fuisse monachum, quia fuit Abbas suæ Ecclesiæ juxta mentem Oraculi Gregoriani. Tertio: fuit hæc communis persuasio longa, & diuturna ipsorum etiam Celsissimorum Archipræsulum Salisburgensium, sapientissimi præsertim Archiepiscopi PARIDIS LODRONII, qui, etsi non deessent, qui persuadere conati sunt, S. Rupertum Benedictinum non fuisse, tam ipsum tamen, quam ministros ejus in habitu Benedictino exprimi in Oratoriis suæ Ecclesiæ Metropoliticæ jussit, & fecit. Ingens sane tanti Principis monumentum! Quarto: maxima est præsumptio S. Rupertum fuisse monachum Benedictinum, quia in sua prima Ecclesia congregationem Benedictinam instituit; & Quinto: quia ipse primus

mus Abbas fuit, conſequenter tanquam caput membris conforme. Sexto: quia ſedem in ſuo monaſterio poſuit, ſpecialiter; Septimo: quia tria monaſteria ſub hac regula ædificavit, & fundavit; primum nimirum S. Petri, alteram Eccleſiam S. Maximiliani in Pongeu, & tertio monaſterium Nonnenbergenſe. Denique octavo prætermittimus alios hiſtoricos, qui & huic ſententiæ adſtipulantur, quales ſunt Marcus Velſerus Rerum Boicar. Lib. V.; Caſparus Bruſchius de Monaſteriis Germaniæ; Hundius, & alii: audiri tamen meretur P. Hanſizius, qui licet in plurimis ſit nobis contrarius, præſertim quoad Chronologiam, & antiquam traditionem, & ipſe vacillet ad initium operis in vita S. Ruperti, in fine tamen ſequentia ſcribit Tom. II. Germ. ſacr. pag. 1001.: „Conſtat, (ait) in ſola Provin„cia Salzburgenſi monaſteria condidiſſe (ni„mirum S. Rupertum) majora tria: S. Petri „Cathedrale, S. Maximiliani in Pongeu, & „ſanctimonialium in monte Salisburgenſi; „neque dubites, cellas etiam complures, „ſeu contubernia monachorum minora di„verſis ejus Provinciæ locis inſtituiſſe, quo„rum complurium in libellis donationum fie„ri mentionem jam in prolegomenis obſer„vavimus, quæ Arnonis etiam ætate dura„runt. Quid aliud hæc indicant, quam „ſanctum illum Præſulem huic inſtituto fuiſ„ſe penitus addictum? cumque inſuper „hunc ordinem in monaſterio ſuo & ſede ca„thedrali collocarit, præter Epiſcopi mu„nus etiam Abbatis obiverit, ſucceſſorem „ex eodem monaſterio ſibi delegerit; penes „monachos velut magiſtratum canonicum, „adminiſtrationem ſedis eſſe voluerit; ra„tiones Epiſcopi cum rationibus monaſterii „adeo conjunxerit, ut velut in unum cor„pus compegerit: & alioquin tum moribus „& uſu receptum fuerit, ut ex illo ſacro or„dine velut e ſchola præſtantiſſima virtutis, „& eccleſiaſticæ diſciplinæ pro evangelii „prædicatione, & eccleſiarum regimine „permulti usquequaque peterentur: non eſt, „ut traditioni derogetur antiquæ, S. Rupertum etiam fuiſſe Ordinis Benedictini. Ita „ſentio, idque, ut meus fert candor, non „gratiæ cujusdam do, ſed ſtudio liberæ ve„ritatis„ Hæc in terminis Hanſizius l. c. ſed nos huic controverſiæ non diutius immoramur, liberam fidem, quia certo nihil conſtat, cuilibet relinquentes. Nobis ſufficit, quod S. Rupertus fuerit primus Epiſcopus, & Abbas noſter vigilantiſſimus in terris, nunc autem non noſtri monaſterii tantum, ſed & totius Provinciæ Patronus, & Interceſſor ſanctiſſimus in cœlis. Unde,

XIV. S. Rupertus in Patriam abiit pro operariis evangelicis. Inde reverſus cum duodecim ſociis, & Erentrude;

Cum in enarrandis geſtis S. Ruperti magna adhuc reſtet via, quid porro factum fuerit, ſollicite inquirendum. Jam ſupra meminimus num. XI. ex textu vitæ primigeniæ, quod vir Domini primo formoſam Deo Eccleſiam in honorem S. Petri ædificaverit, ac demum clauſtra cum cæteris habitaculis clericorum per omnia ordinabiliter conſtruxerit, poſtea vero delegato ſacerdotali officio omnem ibidem cottidie curſum congruo ordine a monachis ſub regula D. Benedicti, quorum id præcipuum erat officium, fecerit celebrari. Quibus peractis videns in laboribus apoſtolicis meſſem multam, operarios autem paucos, ut totum Bavariæ ſolum excoleret, pro ampliori cultura, & ſegete plures, & præſtantes viros, ut laborarent in vinea Domini, advocare ſtatuit; hinc obtento Ducis Theodonis (quem tunc adhuc vixiſſe veroſimilius, attamen certum, & compertum non eſt) aſſenſu in Patriam, Franciam, Wormatiam rediit, unde & duodecim diſcipulos unacum nepte ſua Erentrude Salisburgum adduxit; ita enim habet ſæpe citatus textus vitæ primigeniæ, & correſpondentis antiqui noſtri MSti, qui ſic ſonat: „Tunc predictus Doctor Rod„bertus cupiens aliquos adipiſci ſocios ad „doctrinam Evangelice veritatis propriam „repetivit Patriam, iterumque cum duode„cim revertens diſcipulis, ſecumque Virgi„nem Chriſti Erentrudem adducens, quam „in ſuperiori caſtro Juvavienſium ſtatuens, „ibidem colligens congregationem ſanctimo„nialium, & earum converſationem ratio„nabiliter, ſicut canonicus expoſcit Ordo, „per omnia diſpoſuit; ita textus vitæ, & noſtri MSti. In alia vita S. Erentrudis, quam citat P. Hanſizius pag. 46. Tom. II. Germ. Sacr. ſequentia leguntur: „Ut autem „ex utroque ſexu hac in regione eccleſiæ cla„reſcerent luminaria, Rudbertus idoneos „Doctores, atque Erentrudem neptem „ſuam ſacram Virginem advexit de proprio „ſolo, ac Patria. Francigena igitur ex no„bili ſtirpe extitit progenita. Primitus Ab„batiſſæ officium eadem ſacra Virgo religio„ſe adminiſtrabat in Francia, ubi ſubditas „Virgines regebat cum omni ſuavitate, & „ſapientia; - - - ſed omnium bonorum ini„micus graviter ferens ſanctarum mentium „unanimitatem ſuperſeminavit zizaniam; „ - - - at vero virgo perfectiſſima jurgia, „diſcordias, ſimultates declinans cum S. Pa„tre Rudberto Noricorum venit in partes, & „apud Juvavium in monaſterio, quod ipſe „conſtruxit in proximo monte in honore ſan„ctæ Dei Genitricis Mariæ conſtituit eam „Matrem Virginem, ut doceret eas ſpiritua„les artes.„ Hæc anonymus autor vitæ apud Hanſizium, quæ omnia etiam variis MStis noſtris, & antiquis, & recentioribus concordant. Cæterum quot? & quinam hi Socii fuerint S. Ruperti? non ſatis conſtat; numerum duodenarium fuiſſe, qualis olim erat in collegio apoſtolico & pie creditur, & in vita primigenia ſuperius allegata refertur. Aventinus Lib. III. undecim ſocios enumerat; Giſolarium, Domingum, Maternum, Dignalium, Chunaldum, Iſenardum, Gerardum, Ariofridum, Vitalem, Ratharium, Erchanofridum; in

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

quibusdam etiam noſtris MStis reſeruntur etiam hæc nomina: Luitoldus, Chryſanthus, Mahilhocus, Giſebertus, Othmarus, ſed hæc nonniſi per conjecturam ex quibusdam fragmentis Chronicorum dici poſſunt, cum certa notitia non habeatur. Præcipuos ſocios fuiſſe S. Ruperti Chunialdum, & Giſilarium pro certo habetur & omnia MSta ſunt conſona, licet non ſciatur, an primo advenerint Wormaciam cum S. Ruperto, an vero in poſteriori itinere poſt jam erectam ſedem epiſcopalem Juvavii in ſocios adlegerit, qui diſcipuli Chunialdus, & Giſilarius vocantur in quibusdam MStis Presbyteri, & compatriotæ S. Ruperti, a quibusdam etiam Capellani. Habentur ut Sancti, & eorum corpora per Sanctum Virgilium translata unacum corpore Sancti Ruperti ad eccleſiam recenter erectam, & ſub Hartwico denuo translata juxta corpus Sancti Magiſtri ſui depoſita ſunt. Eruditus Autor Marcus Hanſizius, ut tacite defendat ſuam de Chronologia ſucceſſorum S. Ruperti ſententiam, dum ex Catalogo Abbatum juxta ordinem temporis penitus eliminat tres Abbates Anſologum, Savolum, & Ezzium, pag. 46. ſic ſcribit: „nec abſurde in hunc numerum (nimirum ſocio„rum S. Ruperti, quos ſecum adduxit)„ accenſeri poſſunt Abbates S. Petri Anſologus, Savolus, & Ezzius, qui non diu ab Ruperto vixerunt: nimirum ut Hanſizius credit, tanquam Abbates ſecundarii, quorum nomina tamen inter ſocios, aut diſcipulos adventitios Ruperti nullibi hactenus in ullo Manuſcripto fuerunt expreſſa, ſed tantum pia deſideria ſunt præcitati autoris; ſi enim diſcipuli fuiſſent, aut ſocii S. Ruperti advenientes vel prima, vel etiam ſecunda vice ex Wormacia, nemo ſine abſurda ſequella poſſet defendere, quod poſt S. Vitalem in ordine ſucceſſerint Abbatum, qui tamen ſine pontificali ordine, ut in præliminari introductione ex Manuſcripto antiquo H. notavimus, *regebant* Juvavenſem Eccleſiam; ad quot enim annos illorum ætas pertigiſſet? ſimiliter idem autor cum magna dexteritate, ut defendat ſententiam de ætate S. Ruperti per objectionem de diſcipulis S. Ruperti adhuc extantibus tempore S. Virgilii, quam opponit noſtræ antiquæ traditioni pag. 55. num. XLIII. paulo infra pag. 46. ita ſcribit: „Exiſtimo ſane di„ſtinquendum eſſe inter *ſocios*, & *diſcipulos* „S. Ruperti; *ſocii* namque fuerunt, quos „jam adultos, & veterannos velut Colle„gas laboris apoſtolici Wormacia conduxe„rat: *diſcipuli* vero plerique tenerioris ætatis de Bajoariis aſſumti inſtitutique, quo„rum aliqui ad Virgilium usque Epiſcopum „ſuperſtites extiterunt, fueruntque teſtes „in cauſa, quam Virgilius initio ſui Epi„ſcopatus cum Urſo quodam Presbytero „propter cellam S. Maximiliani litigabat. „Eorum nomina ſunt Dignolus, qui ibi di„ſerte vocatur diſcipulus S. Ruperti, atque „Joannes. Diſcipuli quoque fuerunt, *Wern„harus*, & *Dulciſſimus*, qui per quemdam „*ſedi* & *Urſo fratrem ejus* commendati Ru„perto fuerant *ad diſcendum*, & *tondendum* „*ad Salzburch monaſterium*. *Iſinhardus* fuit „Chunialdi filius, & *Maternus*, quos apte „diſcipulis S. Ruperti adnumeres, uti & „*Ottmarum fratrem Dulciſſimi*„: Ita Hanſizius; ſed ad hæc dubia Hanſiziana ſatis, ut credimus, fuit reſponſum in prælim. introduct. num. XV. & num. XXI. bene autem diſcipulis, & ſociis S. Ruperti ex ultimo itinere advenientibus adnumerandus eſt S. Vitalis immediatus S. Ruperti ſucceſſor; neſcitur tamen, quandonam poſt ſedem Juvavienſem ex munificentia Theodonis erectam altera vice in Patriam fuerit profectus S. Rupertus; nam quidam, ut Mezgerus, credunt, hoc iter fuiſſe ſuſceptum poſt mortem Theodonis, alii & forte melius, Theodone adhuc ſuperſtite, qui piiſſimus Dux primum, dum S. Rupertus incepit extruere Eccleſiam in Pongeu, ſupremum Vitæ diem clauſit; ut veroſimilius infra dicemus. Sane dolendum, quod in grandi caligine circa illa tempora verſemur, & una difficultas chronologica cum alia involvatur.

XV. An? & utrum hoc tempore S. Rupertus corpus S. Amandi Salisburgum attulerit?

Hoc loco inter acta S. Ruperti intercalaris, ſed non vulgaris emergit quæſtio, quo tempore S. Rupertus Corpus S. Amandi, in cujus honorem primam capellam exſtruxit, Salisburgum attulerit? & qualis hic S. Amandus fuerit, an Wormacienſis ordine ſecundus? an vero Trajectenſis Epiſcopus? Hæc omnia adeo incerta ſunt, ut deficiente aliquo authentico inſtrumento nonniſi antiquæ traditioni inſiſtendum, & ſimpliciter illa, quæ ex traditione ab aliis ſcripta fuere, referri poſſent, ac debeant. Nos lectori damus, quæ ſcripta invenimus. Quod corpus S. Amandi ſemper in magna veneratione apud nos fuerit habitum, & S. Amandus ſemper inter præcipuos Patronos monaſterii omni tempore fuerit numeratus dubitandum non eſt, plenior tamen hujus antiquæ traditionis notitia de corpore S. Amandi, ejus feſtivitate, & translatione hauriri primitus poteſt, & meretur ex Catalogo Abbatum, quem Albertus Abbas noſter anno 1646. ex antiquis monumentis collegit, & typis imprimi fecit. In hoc Catalogo Albertino in vita S. Ruperti pag. 3. hæc leguntur: „cum Wormaciam „deſereret S. Rupertus, corpus S. Aman„di Epiſcopi Wormacienſis in ordine ſecundi „ſecum detulit Salisburgum, ubi in Eccle„ſia S. Petri ſub primario altari reconditum „ſemper in magna veneratione habitum, „ſanctusque Amandus inter præcipuos mo„naſterii Patronos omni tempore numera„tus, cujus & feſtivitas ſub duplici ſexta die „Februarii, ejusdemque translatio ſub titulo „feſtorum Abbatialium die 26. Octobris ab „immemorabilibus temporibus in prædicta „Eccleſia celebrata, nec minus in Eccleſia Me„tropolita-

„tropolitana S. Ruperti illius festum præ„nominato die sexta Februarii cum novem „lectionibus quotannis peractum fuit, & „peragi adhuc solet, licet per aliquod tem„pus interposito errore, non ut S. Episco„pi Wormacienſis, sed sub nomine alterius „Sancti Amandi nempe Episcopi Trajectenſis, ut colligitur ex proprio sanctorum „Wolfgangi Theodorici Archiepiscopi an„no 1598. edito. „Erat in Ecclesia„ (pergit amplius idem Reverendissimus D. Autor) „S. Petri supra cancellos sepulchri S. Ru„perti theca quædam lignea posita, anno „1627. inde ablata, & ad capellam S. Viti, „ubi nunc manet, translata, in qua ver„sus murum templi majusculis litteris scri„ptum videbatur: *S. Amandus*: & ex altera „parte versus altare S. Crucis, quod ut Ec„clesia fieret capacior, modo amotum est, „hæc legebantur: Corpus S. Amandi Epis„copi reconditum in summo altari hujus „Ecclesiæ, per S. Rupertum est in hac „archa de Wormacia allatum. Et in ta„bulato antiqui templi supra altare sum„mum vorsiculi sequentes per gyrum scri„pti olim, in chronicis notantur.

Nomina si quorum vis, picturasque videre;
Invenies clare, si respicis retro altare,
Pontificis Sancti tenet Ara hæc corpus Amandi:
Corpora Pontificum septem stipant simul Illum.

Denique idem D. Abbas Albertus in suo Catalogo pag. 5. in fine hæc superaddit: „Anno Domini 1606. sub Martino Abbate, „cum summum altare loco ad 6. pedes trans„poneretur, sacra ossa Divi Amandi in ar„cula lignea penitus putrefacta, & lapidi„bus quadratis undique contecta, adhuc „integra, & incorrupta, caput videlicet, „dentes candidi, spina dorsi cum costis, „tibiæ, & aliæ junctura manuum ac pe„dum e loco pristino elevata, ac postmo„dum æneo loculo inclusa, sub novo trans„posita altari recondita sunt, reservatis ex„tra loculum longiori pedis tibia, & lacer„to, inferiori maxilla cum aliquod adhuc „infixis candidis dentibus, quæ omnia re„liquiariis inclusa majoribus festivitatibus, „præsertim S. Amandi, venerationi populi „exponi solent. Extant de hoc sancto an„tiquissimi versus:

Præsul amavit oves proprias, & pavit Amandus,
Idcirco superis semper amandus erit.
Ille Deum docuit ardenter Amandus amandum,
Et nobis igitur semper Amandus erit.

Hucusque D. Abbas Albertus in suo Catalogo Abbatum. Quandonam autem S. Rupertus hoc pretiosum pignus, corpus videlicet S. Amandi Wormacia Salisburgum attulerit, non adeo in compertum habemus: illi, qui ejectionem S. Ruperti ex urbe Wormacia factam fuisse credunt, difficilius defendunt, has reliquias jam illo tempore, dum Wormaciam deseruit, uti etiam citatus catalogus Albertinus eo inclinat, fuisse allatas; quomodo enim id præstare potuisset, dum ipse in exilium pulsus stabilem locum nesciret? Asportatum vero fuisse in reditu secundo ex Wormacia majorem involvit difficultatem, quia primam Capellam in honorem S. Amandi in Cæmeterio exstruxit, antequam Basilicam suam Episcopalem in honorem S. Petri ædificavit, & fundavit. Unde nobis, qui illam contemptibilem expulsionem ex Wormacia civitate apocryphis narrationibus adnumeramus, longe facilius est dicere, quod hoc corpus S. Amandi jam in primo suo adventu S. Rupertus Salisburgum attulerit. Videatur historia de S. Amando anno 1661. scripta, præsertim cap. IIII. pag. 19. de quo opusculo statim plura dicemus inferius.

XVI. Et cujus Amandi? quia plures fuerunt hujus nominis.

Quamvis autem cultus S. Amandi, & quod sacræ reliquiæ apud nos quiescant, in dubium vocari nequeat; attamen res plane obscura est deficientibus testimoniis antiquis, & authenticis, cujus Amandi corpus S. Rupertus Salisburgum retulerit? plures enim nominis Amandos fuisse compertum habemus, quos ex probatissimis historicis refert Dominus Abbas Amandus in suo tractatu copiosa traditione referto, quem sub titulo: *Historia de Corpore S. Amandi hujus nominis primi, sed in ordine secundi Wormacienſis Episcopi a S. Ruperto Wormacia Salisburgum translato, &c.* Typis edidit, & tunc regnanti Celsissimo Principi, & Archiepiscopo Salisburgensi Guidobaldo Thunio inscripsit eodem anno 1661. quo S. Corpus Amandi sub summo altari nostræ Ecclesiæ inventum, ad aliud translatum, ac novæ veneration exposition fuit. Inter plures ergo hujus nominis Amandos, qui floruerunt tempore S. Ruperti vel antea, primo loco ponit citatus hujus nominis autor, & scriptor de S. Amando Amandus Abbas noster magnum illum, & mirabilem Amandum Trajectensem, qui apud autores celeberrimus est, de quo Molanus in natalibus Sanctorum Belgii VI. Febr. ait: „In Pabula Elnone monasterio depositio S. „Amandi Trajectensis Episcopi, & confes„soris, qui multorum miraculorum virtu„tibus pollens inter alia fertur, quod reo, „cui ante mortem a sævo Judice non potu„erat vitam impetrare, post mortem a pio „Judice Deo vitam impetravit, & salutem. Filium fuisse, ait, Sereni Aquitanorum Ducis ex Amantia Matrona, qui adolescens, cum vitam in Insula Ogio dicta instituisset solitariam serpentem magnum signo crucis insula ejecit. Postea Leodinensis Episcopus creatus, Gandensibus, & Pabulensibus evangelium prædicavit; cujus vitam scripsit Milo monachus S. Amandi Elnonensis monasterii, quæ extat apud Surium Tom. I. sexta Febr. qui Amandus,

dum filium Dagoberti infantem baptizaret, reſpondit infans 40. dierum in fine: amen. Baronius in Martyrologio ſexta Febr. ex Sigiberto ait, hunc S. Amandum natum anno 571. obiiſſe anno 661. De eo Trithemius agit de viris illuſtribus Ord. S. Benedicti Lib. III. Cap. 4. & lib. IIII. Cap. 135. In magno Chronico Belgico legitur, hunc S. Amandum, poſtquam apud Trajectenſes nihil ſua prædicatione efficere potuiſſet, reliquiſſe Epiſcopatum Trajectenſem, ac poſtea a Dagoberto Rege Argentinenſi Eccleſiæ præfectum fuiſſe, teſtatur Antonius Monchiacenus Democharis in catalogo Argentinenſium Præſulum. Hujus Sancti inſigne eſt ſerpens manu geſtatus, eoquod ſerpentem ejecerit ex illa inſula ſigno crucis. Secundo loco quamvis ætate longe ſeniorem, idem D. Autor ponit alterum Amandum Epiſcopum Burdegalenſem, de quo Baronius in Martyrologio Romano 18. Junii, qui floruit tempore S. Paulini Epiſcopi Nolani, qui ad S. Amandum nonnullas exaravit litteras, quas iſte S. Amandus poſteris conſcripſit; S. Paulinus autem mortuus eſt anno 431. teſte Baronio 22. Junii in martyrolog. Tertio ponitur S. Amandus inter Epiſcopos Wormacienſes ordine ſecundus, & nomine primus, & citatur Scopperus in Chorographia German. P. III. fol. 735. qui ſecundo loco ponit Amandum inter Epiſcopos Wormacienſes, & ait, ad hunc Amandum Roma veniſſe S. Servatium Epiſcopum Tungrorum de hoc Amando refert hos verſus, quos jam numero præcedenti adduximus.

Præſul amavit oves proprias, & pavit Amandus;
Idcirco Superis ſemper Amandus erit.

Joannes Gualterius Belga in Chronico Chronicorum P. I. in Catalogo Wormacenſium Epiſcoporum itidem S. Amandum ponit ſecundo loco, de quo eosdem, & adhuc alios duos verſus recenſet, pariter jam a nobis citt.

Ille Deum docuit ardenter Amandus amandum,
Et nobis igitur ſemper Amandus erit.

Hucusque Amandus Abbas, qui etiam in cit. opuſc. pag. 5. poſt pauca quartum ex Schoppero, Gualterio Belga, & Bertio ex catalogis Epiſcoporum Wormacienſium in ordine decimum allegat Amandum, nomine ſecundum, de quo annales Wormacienſes referunt vixiſſe anno 650. in ordine decimum Epiſcopum, & nomine ſecundum, quem etiam alii cum Amando Trajectenſi confundunt, eoquod & iſte floruit tempore Dagoberti Regis. Jam vero nec hunc quartum nomine Amandum, qui diu rexit poſt fata ſuprema S. Ruperti Eccleſiam Wormacienſem, fuiſſe illum, cujus ſacras reliquias transtulit S. Rupertus, per ſe patet. Ex eodem etiam fundamento ſtante antiquo noſtro computu Chronologico admitti non poteſt, quod fuerit Epiſcopus ille Trajectenſis, qui, ut ſupra meminimus, mortuus eſt anno 661. cujus corpus Elnone in monaſterio adhuc reconditum, & teſte Sigiberto ad annum 812. inventum fuit. Denique etiam nullum extat fundamentum, noſtrum Amandum fuiſſe epiſcopum Burdegalenſem; quamvis enim hic vixerit ante S. Rupertum, nimirum tempore S. Paulini, qui jam obiit teſte Baronio anno 431. XXII. Jun. cujus memoria & natalis celebratur XVIII. Junii teſte eodem Baronio, attamen nulla prorſus indicia ſunt in noſtro monaſterio, hunc Amandum Burdegalenſem ex Gallia a S. Ruperto translatum fuiſſe Salisburgum.

XVII. An Wormacienſis epiſcopi ſecundi? ut nos credimus;

His itaque præmiſſis reſtat noſtrum S. Amandum non alium eſſe, quam epiſcopum Wormacienſem hujus nominis I. in ordine autem II. & anteceſſorem S. Ruperti, qui in noſtra ſententia fuit epiſcopus Wormacienſis ordine octavus. Licet autem, ut ait ſæpe citatus ſcriptor hiſtoriæ de S. Amando cap. III. pag. 8. expreſſum, & antiquum in ſcripto teſtimonium, vel authenticum inſtrumentum non habeatur, tamen perpetua apud nos eſt traditio, cujus traditionis veritas ex indiciis, & argumentis, quæ ſubiicimus, eluceſcet. Interea tamen, pergit D. Amandus Abbas, non deſunt nobis quædam etiam ſcripta teſtimonia, quamvis non adeo antiqua, ut pluribus indicio tertio dicetur. Præter quæ ſcripta, & aperta teſtimonia addo quædam indicia, ex quibus hæc hiſtoria fidem merebitur, apud eos ſaltem, qui antiquitatum amatores ſunt, & ſciunt, antiquitatum indagatoribus ſæpe indiciis utendum eſſe, dum manifeſta deficiant teſtimonia. Hæc ille; exin ſubnectit eodem cap. non pauca indicia, quod iſte Amandus, cujus corpus a S. Ruperto Salisburgum delatum fuiſſe creditur, fuerit epiſcopus Wormacienſis. Nos horum indiciorum, illorum nimirum, quæ præcipua ſunt, ſynopſin damus: primum indicium deſummi poteſt ex antiqua tumba adhuc exſtante, quæ olim ſupra ſepulcrum S. Ruperti ſteterat intra cancellos, qui ſepulcrum ambiebant, quæ tumba anno primum 1627. ab Alberto Abbate inde amota fuit, atque ad capellam S. Viti depoſita, ubi adhuc videri poterit, quæ olim inſcriptionem habebat, de qua a nobis num. XV. mentio facta fuit. Secundum indicium aſſignatur, quod ipſi Wormacienſes, uti ex litteris Wormacia ſcriptis probat idem D. Autor, & Abbas noſter, fateantur S. Amandum fuiſſe ſecundo loco epiſcopum, S. Rupertum vero octavo loco ſucceſſiſſe, & exinde Salisburgum veniſſe. Et quamvis ipſi Wormacienſes non habeant noticiam, an S. Rupertus ſecum transtulerit Salisburgum corpus S. Amandi, tamen etiam nihil ſciunt, quod habeant reliquias de S. Amando, licet ibidem inſtar Sancti cola-

colatur. Tertium indicium eſt, quod quædam Manuſcripta noſtra, quamvis non adeo antiqua, teſtentur, hanc fuiſſe perpetuam traditionem. Ita Manuſcriptum R. ante duo ferme ſæculâ ſcriptum, quod eſt aliquod breve Chronicon monaſterii, in vita S. Ruperti fol. 37. hæc habet: „Huic A„mando (loquitur de ſecundo Wormacien„ſium Epiſcopo) octavo loco ſuccedit S. „Rupertus, ejusdem Wormacienſis Eccle„ſiæ Epiſcopus, factus poſtea Salisburgen„ſium Doctor, & Paſtor, qui ſupradicti A„mandi epiſcopi prædeceſſoris ſui oſſa Sa„lisburgum ſecum detulit, ubi nunc in ec„cleſia monaſterii S. Petri ſub altari majori „repoſita venerantur„. Indicium quartum eſt, quod noſter Martinus Abbas anno 1606. ex quibusdam indiciis inductus repererit corpus S. Amandi ſub ſummo altari, ac rurſus recondiderit relicta ſchedula, ubi expreſſe fatetur, hoc eſſe corpus S. Amandi ſecundi Epiſcopi Wormaciæ per S. Rupertum huc translatum. Indicium quintum non ſpernendum in eo poſitum eſt, quod hæc ſit perpetua traditio in noſtro monaſterio, in quo ab immemorabili tempore ſemper fuit celebratum feſtum de illo S. Amando, qui per S. Rupertum credebatur huc translatus de Wormacia, de qua traditione Manuſcriptum R. hæc habet pag. 23. „Sola majorum narratio veluti de manu ad „manum tradita, ejus ſacras reliquias hoc „in loco aſſervari conteſtatur. Et ſane an„tiquitatis hujuscemodi traditio non eſt „adeo facile reprobanda, aut rejicienda, „quæ multoties certior eſt, quam vanæ au„torum conjecturæ„. Ita Manuſcriptum. Denique indicium valde efficax deſumitur ex Capella S. Amandi, quæ adhuc cernitur in cœmeterio noſtro, quæ S. Margarethæ nomine apud plebem notiſſima eſt, quam S. Rupertus ſupra corpora Sanctorum Martyrum Maximi, & ſociorum extruxit, qui de monte deturbati, & eo in loco ſepulti fuerunt; ideoque illam Capellam Polyandrium, ſeu ſepulturam S. Amandi indigitavit, quæ aliquoties renovata, & conſecrata fuit, quæ conſecrationes in tabulis antiquis exſtant, in quibus ſemper expreſſa ſit mentio reliquiarum S. Amandi, uti idem verſatiſſimus autor C. V. cit. opuſc. declarat. Notatu etiam digniſſimi ſunt illi verſus, quos Alcuinus ille Magiſter Caroli Magni compoſuit ad hanc S. Amandi capellam, & leguntur in noſtro antiquiſſimo MSto. M. de anno 1004. conſcripto, inter poëmata autem Alcuini reperiuntur n. 228. qui verſus hic inſeri merentur:

In Cœmeterio Sancti Amandi.

Hæc æquata ſolo viluit domus inclyta quondam,
Non tulit hanc ſpeciem Chriſti devotus honore,
Arnonus Præſul humilis: renovare jacentem
Incipit, & melius totam conſtruxerat ædem,
Conſecrans ſummis interceſſoribus illam
Principis egregii primo Michaëlis honore,
Principis Eccleſiæ, nec non ſub nomine Petri
Principis & fratrum præclari & Patris Amandi,
Ut Sanctum voluit Poliandrum fratribus eſſet.
Vos in pace Dei chari requieſcite fratres,
Donec ab ætherea clamet pius angelus arce:
Surgite nunc promti terræ de pulvere fratres:
Vos vocat adveniens Judex de culmine cœli
Cum meritis animas propriis adſumite veſtras,
Ante Dei Chriſti magnum nunc ſtate tribunal,
Ut condigna ſuis capiat quis præmia factis:
Vosque timete Deum horis, precor, omnibus illum,
Qui legitis verſus, operis dum tempus habetis,
Ut vos inveniat veniens vox illa paratos
Atque mei memores, ſupplex rogo, ſemper in ore
Dicite perpetuo (habetur in Manuſcripto.)
Dicite, Chriſte tuo (in poëmate impreſſo ex operibus Alcuini)
- - - - - famulo pius eſto per ævum.
Alcuin dicor ego: jam vos ſine fine valete.

Hoc carmen veroſimilius eſt compoſitum anno 802. quando Alcuinus cum Carolo M. Salisburgum venit ſub Arnone Archiepiſcopo, uti legitur in antiquo Manuſcripto ſub litt. K. & ex quibus verſibus ſic poteſt argui: ſi teſte Alcuino jam tempore Arnonis illa capella fuit æquata ſolo, & jam fuit diruta, ita, ut renovatione per Arnonem indiguerit, ſignum manifeſtum eſt, jam multo tempore prius fuiſſe exſtructam, & quidem per S. Rupertum circa finem ſæculi ſexti, aut ſaltem ad initium ſæculi ſeptimi, quo tempore nondum fuit mortuus ille Sanctus Amandus Epiſcopus Trajectenſis.

XVIII. An vero Trajectenſis Epiſcopi? cujus reliquias non S. Rupertus, ſed Arno attulit, ut ſentit Hanſizius.

Aſt non deſunt, qui erroneam putant hanc traditionem de corpore S. Amandi Epiſcopi Wormacienſis ſecundi, ſed hunc Sanctum Amandum Epiſcopum Trajectenſem, ſupra expoſitum, eſſe, & non per S. Rupertum fuiſſe allatum defendunt; ita enim ſentit celebris hiſtoricus Salisburgenſis Marcus Hanſizius, qui ſicut plusquam ſæculo integro differt a Chronologia Salisburgenſi, ita continuo nobis negocium faceſſit circa traditiones noſtras monaſticas, & Salisburgenſes. In vita enim S. Ruperti Tom. II. Germ. Sacr. pag. 62. num. LIX. poſtquam relationes Abbatum noſtrorum Alberti, & Amandi de S. Amando Wormacienſi Epiſcopo recenſuit, ſic ſcribit: „Nos

„Nos hæc omnia ſuo relinquimus loco; cæ-„terum ſunt, quæ adnotari poſſunt 1. A-„mandus iſte Salisburgenſis olim habitus, „& cultus fuit pro S. Amando Trajectenſi in „monaſterio Elnonenſi ſepulto, atque in „antiquo proprio Salisburgenſi, quod anno „1598. ſub Wolfgango Theodorico excuſum „eſt, lectiones ſecundi nocturni fuerunt de „S. Amando Trajectenſi, ut teſtatur lauda-„tus ſupra aſceta. Deinde ſub Paride Ar-„chiepiſcopo anno 1644. in novo proprio Sa-„lisburgenſi officium mutatum eſt in illud, „quod eſt de communi Confeſſoris Pontifi-„cis, quale & antiquitus fuerat, ut in Bre-„viario Salisburgenſi, quod anno 1518. ſub „Leonardo Archiepiſcopo Venetiis prodie-„rat, ſe obſervaſſe teſtatur idem pag. 44. „2. S. Amandi Salisburgenſis dies ſemper „celebrata fuit die VI. Februarii, qua iti-„dem die celebratur obitus S. Amandi Tra-„jectenſis. 3. Translatio quoque S. Aman-„di ſemper recolebatur die XXVI. Octobris: „eodem die celebratur translatio S. Aman-„di Trajectenſis teſte Milone in hiſtoria ejus-„dem translationis apud Henſchenium T. „I. Febr. pag. 840. 4. S. Amandi Salisbur-„genſis effigies plerumque referebat ſerpen-„tem in manu, quamquam noviſſime id „ſignum velut per errorem appoſitum de „ſtatuis, & imaginibus ſublatum fuerit. Id „ipſum ſymbolum appingitur S. Amando „Trajectenſi, quo notatur hiſtoria ſerpen-„tis ſigno crucis ex inſula Ogio per eum fu-„gati„. Hucusque Hanſizius in terminis. 5. Idem autor dicit, quod illi verſus Alcui-ni epigr. 24. qui plerumque a nobis citari ſolent, videlicet:

Antiſtes humilis Domini, & devotus honore;
Arnonus Sancti tumbam renovavit Amandi:
Non parcens opibus miſeris; nam quicquid habebat,
Sparſerat, ut Chriſti compſit ſacra templa Sacerdos,
Pro quo, quisque leges verſus, orare memento.

Quod nimirum Arno tumbam S. Amandi renovaverit, non ad alium ſpectent, quam ad S. Amandum Trajectenſem, de quo videri poteſt Mabillonius Sæculo IIII. Benedict. P. I. pag. 63. item in annal. Bened. T. II. pag. 386. & ſeqq. conſtat enim Arnonem prius fuiſſe monachum Elnonenſem, deinde etiam Abbatem ejusdem cœnobii, & poſtea primum admotus fuit ſedi Salisburgenſi, qui honorem S. Amandi, in cujus monaſterio Abbatem agebat, etiam alibi propagare ſtuduit ut adeo S. Amandi veneratio primum ſub Arnone cœpta fuiſſe videatur. „Idem Arno (ait citatus autor „Hanſizius num. LXI.) haud dubie reli-„quias aliquas Elnone attulit, quæ in aris „quibusdam Salisburgenſibus deinceps aſ-„ſervatæ, & cultæ fuerunt. Et poſt pau-„ca inquit idem: Oratorium autem ſeu ca-„pellam, utrum idem conſecraverit, cor-„pusque illud, quod Salisburgi oſtenditur, „an? & cujusnam Amandi ſit? an non o-„pinionum, traditionumque iſtarum occa-„ſionem, originemque dederit ſequior Al-„cuini verſuum intellectus, peritis Salis-burgenſibus arbitrandum relinquimus. De-„nique num. LXII. in fin. Autor vitæ Ru-„pertinæ, quam apocrypham dicimus Tom. „VI. Caniſ. pag. 1116. Quum acta S. Ruper-ti undecunque ſupplere, & augere ſtudue-„rit, refert ille quidem capellam S. Aman-„di, nec non & ſacræ Virginis, & Marty-„ris Margarithæ ab eodem conſecratam, „quam Polyandrium, id eſt cœmeterium „S. amandi vocari voluerit, idque probat „ex verſibus Alcuini nuper recitatis: nihil „tamen mentionis facit de corpore S. A-„mandi, aut per Rupertum allato, aut „Salisburgi depoſito, quod quis credat fuiſ-„ſe omiſſurum, ſi ejus ætate, quam non „antiquam valde omnes agnoſcunt, ali-„quod ejus rei indicium extitiſſet? quod „ipſum mihi argumentum eſt, ne quidem „famam, aut traditionis aliquem ſuſurrum „eo adhuc tempore viguiſſe; utique quod „auctor pro facilitate ſua, & credendi, & „ſcribendi nequaquam ſibi effluere permi-„ſiſſet„. Hucusque Marcus Hanſizius; cum autem nec hujus, nec prioris ſententiæ argumenta certo, & authentice conſtent, immorari longius non libet; ſed pergendum in ordine hiſtorico, quid amplius factum fuerit, poſtquam S. Rupertus rediit ex Patria cum duodecim ſociis, & nepte Virgine Erentrude, ut ſupra diximus.

XVIIII. S. Rupertus ante mortem Theodonis extruxit Eccleſiam S. Maximiliani in Pongeu.

Dum S. Rupertus, præſertim novis laborum ſociis auctus, operi apoſtolico inſudaret, & undique in convertendis ad veram Chriſti fidem populis occuparetur; ita enim ſonant verba vitæ primigeniæ, & antiqui Manuſcripti noſtri: *Ipſe quoque aſſidue tocius ſpacium iſtius circuiens patrie confirmans animas Chriſtianorum, ammonensque in fide fortiter permanere, quod verbis docuit, operibus adimplevit mirificis;* placuit ſupremo Numini fidelis famuli ſui Ruperti labores etiam prodigiis illuſtrare, atque gratam ſedem in eremo inculta, in alpibus, quæ Pongeu dicebantur, præſignare; in quo loco a S. Ruperto nova Eccleſia cum monaſterio in honorem S. Maximiliani, & quidem paulo adhuc ante mortem munificentiſſimi Ducis Theodonis fuit incœpta, & ope filii ſui Theodeberti conſumata. Qua occaſione id factum fuerit, refertur in libello donationum authentico; quantæ autem authoritatis ſit iſte libellus, nimirum ejusdem plane cum inſtrumento Arnonis anno 798. congeſto, exponit Marcus Hanſizius in vita S. Ruperti pag. 34. n. V. qui has noticias in ſuo Tom. II. Germ Sacr. pag. 19. in viginti quatuor capita diſtinquit; & idem plane libellus donationum, ſeu breves notitiæ de conſtructione Eccleſiæ ſive

ſedis

sedis episcopalis in loco, qui dicitur Juvavo, de verbo ad verbum habentur in nostro sæpius citato manuscripto antiquo, & nobis pretioso sub signo H. Itaque in hoc manuscripto pag. 4. col. 2., & in opere Hansiziano pag. 20. col. 2. *De visione luminis in loco, ubi sanctus Maximilianus sepultus esse dignoscitur, & Ecclesia ibidem exstructa*, sequentia leguntur: „Interea vero contingit, „ut duo viri irent sursum per *Salzaha* in e„remum ad vexandum, atque ad aurum „faciendum, quorum unus erat servus san„cti Rudperti Episcopi nomine *Tonazan*, & „alter vocabatur *Ledi* servus ipsius Ducis; „venientesque in illum locum, qui nunc di„citur *Pongeu*, manserunt ibi, & labora„verunt aliquot dies, videruntque tri„bus noctibus pariter quasi duas cande„las ardentes, & naribus suis senserunt „magnum odorem miræ suavitatis fra„grantem: de quo admirati valde ve„nerunt, & annuntiaverunt Domino „Rudberto Episcopo, quo ille audito misit „mox Presbyterum suum ibidem cum ipsis „hominibus nomine Domingum; dedit ei „unam ligneam crucem parvam, quam ipse „consecravit, precepitque hanc causam di„ligenter agnoscere, si ita verum esset, si„cut isti supradicti homines dixerunt; qui „venerunt illic pariter, & idem Presbyter „eadem nocte vidit ibi lucernas ardentes, & „magnum odorem mirifice suavitatis ibi sen„sit fragrare, & tres noctes pariter ita ibi „invenit. Tunc quoque secundum manda„tum S. Rudberti confirmavit ibi sanctam „crucem ipsam, & parvum tugurium fecit „super eam: veniensque ad S. Rudbertum „narravit ei ita verum esse, sicut ei prius „dictum fuerat. Beatus quoque Rudber„tus tunc misit eundem Presbyterum Do„mingum ad Theodonem Ducem, ut dice„ret ei hoc totum per ordinem, & ut roga„ret ipsum Ducem, S. Rudberto dare li„centiam Ecclesiam ibi construere, & ha„bitacula servorum Dei; & Theodo Dux „ita ei licentiam dedit, venitque ibi Domi„nus Rudbertus Episcopus, & cepit ibi „cum hominibus suis extirpare, & purgare „ipsum locum, & parvam Ecclesiam, ce„teraque habitacula ædificare. Interea ve„ro Theodo Dux infirmabatur, commen„davitque filio suo Theodoberto ducatum „Bavariæ, & Domini Rudberti Episcopi „causam fideliter tuendam, & juniorum „ejus, eique ad christianitatem suam liben„ter obedire, & omne opus Dei diligenter „illi auxiliari, & ut ad ipsum locum in suam „elevando mercedem fideliter per omnia „adjuvaret. Facta autem ibi Ecclesia san„ctus Rudbertus convocavit illic Theode„bertum Ducem, & enuntiavit ei ipsam „causam per ordinem, & ita accepta ab eo „potestate, consecravit ipsam in honore „S. Maximiliani, & ipsum locum nomina„vit Pongeu. Tunc quoque Dux Theode„bertus dedit ibidem de Forste suo tria mil„liaria in omnem quamcunque partem. Hoc „facto tradidit ibi omnem possessionem, „quam habuit ibidem Ledi, & Urso frater „ejus in villa Albina. Et Dominus Rudber„tus Episcopus misit ibidem monachos suos, „& alios clericos, fecitque ibi officium Dei „fieri jugiter die noctuque ad laudem, & „gloriam Dei. Ledi quoque & Urso com„mendaverunt Domino Rudberto Episcopo „nepotes suos nomine *Wernharium*, & *Dul„cissimum* ad discendas litteras, & officium „Dei ad Juvavensem sedem suam. Illi quo„que enutriti & docti cœperunt ab ipso Do„mino Rudberto per malum ingenium, hoc „eo nesciente rogare, ut medietas ipsius „rei, quæ fuit eorum parentum in villa Al„bina, quam Theodebertus Dux ad illam „cellam S. Maximiliani in Pongeu tradidit, „daretur eis beneficium; & ita fecit Domi„nus Rudpertus Episcopus, sperans eos „fideles fieri velle ad ipsam sedem suam: il„li vero accepta hac medietate in benefi„cium, & multo tempore habentes, cœ„perunt iterum a Rectoribus ipsius sedis „etiam nepotibus suis complacere; quod „dum factum fuisset multis temporibus, „hoc habebatur in beneficio ab ipsa sede, „quamvis versuta intentione ibidem servi„rent. Interea contigit, ut a vicinis Scla„vis fratres, qui ad Pongeu de Salzburgen„si lede ibidem destinati erant, inde expel„lebantur: & ita multis temporibus erat „devastata eadem cella propter imminentes „Sclavos, & crudeles Paganos: quoniam „igitur perdifficile est omnia pariter adno„tare, quæ Dominus Rudbertus Episcopus „his novellis temporibus christianitatis in „eadem regione perfecit, tamen necessario „duximus non reticere pociora.„ Hucusque in terminis libellus donationum, & manuscriptum nostrum authenticum. Cur autem S. Rupertus hanc ecclesiam in Pongeu potissimum S. Maximiliano dedicaverit, translata simul e monasterio Juvavensi monachorum colonia, conjectura esse potest, quod vel obtinuerit aliquas reliquias ex urbe Celeja, vel studio sibi hunc Sanctum pro Patrono elegerit ad conversionem Sclavorum; & licet titulus allegatæ narrationis exprimat, S. Maximilianum ibi esse sepultum, nihil tamen constat, an prius vel postea sepultus fuerit. Denique hic locus a Sclavis vastatus jacuit inter rudera usque ad ætatem S. Virgilii, qui favente Ottilone Duce post litem cum Urso capellano habitam hunc locum restauravit, & *discordiam* vocavit, ut suo loco dicemus. Quandonam autem hoc monasterium altera vice vel destructum, vel vastatum, vel per aliam temporis injuriam cessaverit, & locus quasi desertus manserit, genuina notitia non habetur, nec ullibi exprimitur. Cæterum hic locus in *Pongeu*, ubi cella S. Maximiliani fuit extructa, verosimilius, & juxta communem famam non est alius, quam ubi nunc est Bischofshovium, vicus in *Pongeu* 13. horis

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

Salisburgo distans; ibi enim extat Ecclesia S. Maximiliano dedicata, & videntur aliqua rudera, ac si fuissent cellæ monachorum.

XX. Et post mortem ope Theodeberti filii Parthenonem instituit Nonnenbergensem.

Postquam adeo munificus fuit Dux Theodo in S. Rupertum, ejusdemque noviter erectam sedem Juvaviensem, cujus collata bona, & factas donationes suo loco per extensum in instrumento præsertim Arnonis, dum de hoc primo Archiepiscopo agetur, exponemus, ita quidem, ut sicut ecclesia Salisburgensis in iis, quæ fidem, & bona spiritualia concernunt, Ruperto, ita in temporalibus Theodoni Patrono, & Principi sua debeat fundamina; tandem piissimus Theodo non minus annis, quam curis gravis supremum vitæ diem clausit, quo autem anno, & loco exploratum non habemus. Mortuo igitur Theodone Duce munificentissimo, & devotissimo filius ejus Theodebertus, cui in morte causam Ruperti commendavit Theodo Pater, non segniter Parentis mandata exequi cœpit, & non tantum perficiendo, & augendo S. Maximiliani cœnobio ultimam manum admovit, pluresque fundos, & Villas, ut alio loco dicemus, Salisburgensi Ecclesiæ adjecit, verum etiam ad exstruendum in monte, seu castro superiori pro sacris Virginibus sub regula S. Benedicti monasterium munificam manum præbuit. Mons, ubi quondam castrum Julianum stetisse fertur, & cui super imposuit S. Rupertus novum monasterium, cui & Abbatissam præfecit neptem suam Erentrudem, ita a nostro Mezgero describitur: „Mons est Juvavii„ (inquit) „partim „declivi partim præcipiti jugo sese in longum „porrigens, in latum modice distentus; qua „Salsam flumen respicit, sinuoso tractu civi„tatem hodiernam denso veluti muro, & „mœnibus complectitur: ex adversa vero „parte, qua monti Riedenburgensi dicto ob„vertitur, in plures sinus se laxat. Dor„sum montis continuum *monachorum* nomen „a vicino sancti Petri cœnobio indeptum di„citur; caput vero altius in rupis cacumen „exurgit, quod nunc Arx Archiepiscopalis „occupat: sublimi vertice, & firmo muni„mine civitati incumbens. Hanc infra „mons humilior aream declivem explicat, „quæ a cœnobio Virginum per Rupertum „impositio nominatur mons Nonnarum, sive „Nunnburga, vulgo Nonnenberg.„ Hæc ille. De constructione autem claustri S. Erentrudis in Juvavo, & bonis, quæ illuc contulit Theodebertus Dux sequentia refert libellus donationum sæpe citatus, & quidem apud Hansizium pag. 21. Cap. III., in nostro autem antiquo manuscripto H. pag. 4. aversi. col. 2. „Cœpit autem idem beatus „Pontifex unacum consilio, & voluntate „Domini Theodeberti Ducis in superiori ca„stro sæpe dicti Juvavensis oppidi construere „ecclesiam ac monasterium sacris Virgini„bus ad habitandum in servicio Dei, & san„ctæ Mariæ Matris Domini: & peracta ec„clesia consecravit eam Domino in honore „ejusdem sanctæ Dei Genitricis Mariæ, po„suitque ibidem per licentiam, & voluntа„tem Domini Theodeberti Ducis Christi an„cillam neptem suam nomine Erentrudem, „cum aliis Deo devotis feminis in servicium „Dei, & sanctæ Mariæ Virginis, Christi„que Genitricis. Et ipse Dux pii studii ob „voluntatem Dei omnipotentis tradidit ibi„dem in alimoniam ancillis Dei, & in mer„cedem Genitoris sui, & sui ipsius, villam, „quæ vocatut Einheringa cum commanen„tibus ibidem servis, & aliis exercitalibus „hominibus triginta, cum omnibus, quæ „habebant supra fluvium Sala, ad puella„rum Dei monasterium deservire: tradidit„que ibidem ipse Dux Theodebertus villam „cum tributalibus viris super Salzaha, „quæ dicitur Glasa, id est Gles, & aliam „Mareiago, id est, Mork; tradiditque tri„butales Romanos ad eundem locum in di„versis locis colonos centum sedecim: tra„didit in Talgou ecclesiam, & prata, & syl„vam, & piscationis tertiam partem Man„see, & similiter in Parnsee tertiam partem „piscationis. Ad Cucullas colonos, sex, „& prata, & sylvam, & alpes quatuor: „Tradiditque idem Dux Theodebertus ad „ipsum monasterium puellarum ad Vischaha „mansus sex, & molendinum, & prata, & „sylvam; deditque ibidem ad salinas loca „fornacium novem cum servis illuc pertinen„tibus; dedit quoque ibi ad censum persol„vendum ad idem monasterium omnes, qui „in Salinis habitent, & in Mona, & in Na„na, ut unusquisque eorum a medio mense „Majio usque ad missam S. Martini in una„quaque hebdomada donent feria sexta „de sale modium unum, exceptis quatuor „manentibus. Tradidit quoque illud, quæ „dicitur Waginga cum mansis quadraginta, „& omnia, quæ ad ipsam villam pertinent: „aliam quoque villam in eodem pago nuncu„patam ad Chameren cum manentibus qua„tuordecim cum omnibus, appendiciis suis. „Juxta Trun quoque fluvium in eodem pago „Tranuvalcha dedit, qui dicuntur, Roma„nos tributales octoginta. Dedit etiam „ibidem ad Tietramingoe super Salzaha flu„vium casam, & curtem cum omnibus ap„pendiciis suis, & mansis sexaginta inter „servos, & tributales, nec non exercitales „homines. Nam & in Altergau dedit tri„butales quatuor cum colonis suis. Dedit „etiam idem Dux Theodebertus ad idem „monasterium puellarum venationem in „sylvis, & alpibus a monte, qui dicitur „Keitzberg usque ad Stegen; & hæc omnia „perpetualiter ibidem confirmavit.„ Ex qua relatione, & primæ constructionis hujus monasterii, & primæ fundationis notitia plenaria habetur; quod tamen nobile monasterium S. Erentrudis, postquam injuria temporum varias ruinas fuit passum, & pleraque ædificia incendio periisse constat, ita describit in historia Salisburgensi noster Mezge-

Mezgerus Lib. I. Cap. 28. ita, ut ad quadringentorum ferme annorum intercapedinem memoria exciderit, ad initium ſæculi undecimi a S. Henrico Imperatore, qui beneficio S. Erentrudis ſanatus eſt, ut ſe gratum exhiberet, ex ruinis excitatum, & quod antea exiguo loci ſpatio coarctatum fuerat, in latiorem aream, qua nunc propius monti arcis adjacet, translatum fuit, ubi & in hodiernum diem extat hoc Benedictinum, & illuſtre cœnobium de Ordine monaſtico, & diſciplina regulari ad ædificationem totius civitatis, & Provinciæ longe celeberrimum.

XXI. Tandem præſciens mortem ſuam conſtituit in ſede Juvavienſi ſucceſſorem VITALEM,

Tandem expletis laboribus apoſtolicis, & ſpeciali Numinis gratia prævidens mortem ſuam S. Rupertus, poſtquam Eccleſiæ Juvavienſis in ſpiritualibus, & totius Provinciæ, ſalis præſertim fertiliſſimæ, in bonis temporalibus vidit incrementum, ut viduandæ per mortem ſuam eccleſiæ recens plantatæ abunde proſpiceret, convocatis ad ſe monaſterii fratribus, & diſcipulis ſuis in Epiſcopi, & Abbatis munere ſucceſſorem deſignavit VITALEM, quem præprimis Deo charum, populis gratum, & ferendo tanto oneri parem prænovit. Ita hanc ſucceſſoris ordinationem cum omnibus plane manuſcriptis antiquis, & novis refert textus vitæ primigeniæ, & noſtri manuſcripti antiqui conſoni his verbis: „Ipſe quo„que aſſidue totum iſtius circuiens patriæ „ſpatium confirmansque animas chriſtiano„rum, ammonensque in fide fortiter per„manere, quod verbis docuit, operibus im„plevit mirificis. Ubi conſtructis, conſe„cratisque eccleſiis, ordinatisque inferiori„bus, & ſuperioribus gradibus proprium ſi„bi ordinavit ſucceſſorem.„ Quod autem in hoc textu amiſſum fuerit nomen Vitalis, ſupplent omnes aliæ legendæ, manuſcripta antiqua, & recentia, nec non catalogi antiquiſſimi, & ſumme authentici anno præſertim 1004. conſcripti; ſic enim in illis antiquiſſimis verſibus, qui leguntur ad initium manuſcriptum M. de anno ſupradicto pag. 1., hic Ordo recenſetur:

Hæc loca Rupertus ſibi delegit Pater Almus,
Simul & hic ſedem conſtruxit Pontificalem,
Ac ſedis primæ regimen ſuſceperat ipſe,
Conducens late populos ad paſcua vitæ,
Qui ſucceſſorem ſibi fecerat eſſe VITALEM.

Aliud manuſcriptum noſtrum R., ſed non valde antiquum, haud dubie autem ex antiquiori deſumtum de hac diſpoſitione S. Ruperti ad mortem, & proviſoria S. Vitalis ſucceſſoris ſui ordinatione ſequentia continet pag. 10.: „Tandem vir ſanctus incœptum „prædicationis opus ad perfectum ducere „cupiens, Norica regna diſcipulorum ſuo„rum comitante caterva circuire conſtituit, „ut & reſiduos propoſita veritatis luce e te„nebris infidelitatis educeret; cumque ſic „Bojoariorum terminos peragraret, ac ma„gnis ſudoribus multos ad chriſtianam fidem „convertiſſet, ingraveſcente jam ætate ac „tædio laborum, & diutina peregrinatione „feſſus ad Juvavenſem urbem remeare con„tendit; qui ſpiritu prophetico repletus „diem vocationis ſuæ inſtare præſciyit, di„ſcipulisque eundem prædixit. Illi tali, & „tam triſti nuntio conſternati, cur eos, & „tam novellæ chriſtianitatis plebem deſere„ret, lacrymando conquęſti ſunt. Ipſe au„tem ſpe erecta ad Chriſtum ſedem & urbem „Juvavenſem, populumque Noricorum o„mnipotenti committens, Vitalem virum „ſanctum, & omni populo acceptum ſibi „ſucceſſorem fieri elegit. Quo facto, dum „dies quadrageſimalis obſervantiæ ageren„tur, febrium ardore vir Dei fatigari cœpit, „quo durante per aliquot dies, exinde, cum „ſanctiſſima Chriſti reſurrectionis dies illu„xiſſet, fratres accerſivit, paterno affectu „inſtruendo, & corroborando tali modo „eos allocutus perhibetur: Filii in Chriſto „Chariſſimi! ſcitis, quod ſanctus Patriar„cha Jacob conditione mortis inſtante filios „adeſſe præcipiens prophetæ benedictio„num aſſatibus eos adverſus futuris archa„norum myſteriis inſtruxit; nos vero infir„mi, ac tepidi, tantæque impares pietati „hanc prærogativam noſtris uſurpare viri„bus non audemus. Unum tamen, quod „humilitati congruit, non tacebo, mittens „vos ad exempla majorum, quorum intu„entes exitum converſationis imitamini fi„dem. Abraham namque vocatus a Domi„no fide obedivit, ut exiret in locum, quem „accepturus erat in poſſeſſionem, & exiit „neſciens, quo venturus eſſet. Hujus er„go Patriarchæ ſequimini fidem, imitami„ni ſanctitatem, terrenam deſpicite pa„triam, cœleſtem ſemper inquirite; confi„do autem in Domino, quod mihi de vobis „æterna lucra provenient; video enim vos „gaudium meum fervore ſpiritus ampliaſ„ſe: ſupereſt, ut beati Apoſtoli Judæ ulti„ma oratione vos perſequar ita dicentis: & „nunc commendo vos Deo, & gratiæ ejus, „qui potens eſt conſervare vos ſine pecca„to, & conſtituere ante conſpectum gloriæ „ſuæ immaculatos in exultatione, in ad„ventu Domini noſtri Jeſu Chriſti, cui glo„ria, & magnificentia, imperium & pote„ſtas in ſæcula ſæculorum Amen. Cunctos „de hinc per Ordinem ad oſculum ſuum ac„ceſſiſſe pie credendum eſt.„ Hucusque manuſcriptum: Verum hic præcipue ſermo ad diſcipulos habitus piam conjecturam potius, quam hiſtoriæ fidem meretur; idem etiam dicendum de ſermone, quem ad neptem ſuam Erentrudem feciſſe refert vita Rosweidiana, & aliqua noſtra manuſcripta; nihil enim ex his certo aſſeri poteſt, niſi quod præſciens mortem ſuam ex ſpeciali nimirum gratia, quam Deus nonniſi quibusdam magnis Sanctis revelavit, proprium

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

sibi ordinaverit successorem, nimirum VITALEM, &, ut statim dicemus, *ammonitione divina fratribus facta inter verba orationis spiritum reddiderit in pace.*

XXII. Et in die Resurrectionis Dominicæ inter missarum solemnia sancte obiit, primo in Ecclesia ad sanctum Petrum sepultus.

Illuxit finito quadragesimalis observantiæ cursu festiva Dominicæ Resurrectionis dies, quæ illo anno in vicesimam septimam Martii, seu VI. Cal. April. incidebat, & qua die S. Rupertum de mortali vita ad beatam resurgere oportebat. Hac die ultimum celebravit sacrum mente jam superis cœlitum choris inserta, & postquam vivificam sumsit divini agni carnem beati itineris futurum Viaticum, mox ad sepulchrum, ut communis traditio est, jam antea sibi in ecclesia aperiri jussum accesserit, & inter discipulorum manus oculis, animo, manibusque erectis spiritum suum reddidit Creatori anno juxta nostram satis probatam Chronologiam sexcentesimo vigesimo tertio, & regiminis Juvavensis juxta receptum ab anno quincentesimo octogesimo secundo computum quadragesimo primo; quo autem anno ætatis, plene non constat, octogenarium fuisse ex contextu historiæ præcedentis verosimile est. Illa autem, quæ circa mortis annum, & diem obitus ad chronologiam, & crisin spectant, jam amplius repetere haud opus ducimus, satis superque dictum fuit in præliminari ad chronicon introductione, ut lectoribus patebit, quos eo remittimus. De hoc beato transitu sancti Ruperti sæpe citata, & summe authentica vita primigenia cum correspondente manuscripto antiquo sequentia enarrat, & simul actorum seriem S. Ruperti concludit: „Ipse vero presciens longe ante diem vocationis suæ confirmatis discipulis ad propriam remeavit sedem, ibique „astantibus ammonitione divina fratribus „peracta, inter verba orationis spiritum „reddidit in pace, die videlicet resurrectionis Domini nostri Jesu Christi per eum, qui „vivit, & regnat Deus per omnia sæcula „sæculorum Amen.„ Explicatior hujus obitus descriptio habetur in altero sæpe citato manuscripto, quod tamen altero longe recentius est, his verbis pag. 11. „Post hujusmodi ædificatorium alloquium die sancto resurrectionis dominicæ, hoc est, anno Domini nostri Jesu Christi DCXXIII. sexto Calend. April. sub Honorio Papa, Heraclio Imperatore, & Francorum Rege „Clothario, Patre Dagoberti, postquam „ecclesiæ Juvavensi magna gloria XLIV. annis præfuisset, vocante Deo eadem die „post missarum a se celebrata solemnia hominem exuit, & lætus in sui Domini gaudium intravit, suaque sponte ad Sepulchrum a se, dum viveret, conditum decurrisse traditur, & illud Salvatoris verbum ægre protulisse: Domine, in manus tuas „commendo spiritum meum, statimque spiritum exhalasse, cœtusque angelicos a „quibusdam religiosis viris in aëre auditos „fuisse, qui voce canora animam sanctam „ad supernam felicitatem deportabant.„ Et post pauca idem MS. R. pag. 12. „Ejus autem sanctissimum corpus in Ecclesia S. Petri in sepulchro, quod nunc & hodie cernitur, quievit annis CL. usque ad tempora „sancti Virgilii Episcopi, qui illud cum suis „capellanis Chunialdo, & Gisilerio ad Metropolitanam a se conditam ecclesiam in loco „cum veluti celebriorem transtulit, ubi tubam præstolatur novissimam„ Hucusque MS. citatum. Priusquam autem, ut decet, de translatione primo quidem per S. Virgilium, eaque frequentiori per alios Archiepiscopos facta plenior communicetur notitia, non intermittendum est hic adnotasse, quod post mortem S. Ruperti ejus sepulchrum beneficiis claruerit quam plurimis, quorum non pauca jam suo tempore anno 1186. conscripsit discipulus Everhardinus, atque in nostro sæpe citato manuscripto antiquo anno 1280. transsumto referuntur, unde tam ob hæc, quam ob apostolicos labores in vita, maxime ob conversionem Boicarum, Noricarumque gentium Sanctorum Albo adscribi fuit promeritus, prout hujus apotheosis mentionem facit summus Pontifex Pius II. in litteris, quas dedit de inquirendis vita, & miraculis piæ memoriæ Vitalis Successoris S. Ruperti: *Datum Senis* anno MCCCCLIX. XII. Kal. Maji ubi ad initium hæc leguntur: *Sane de meritorum excellentia, quibus sanctus Rupertus quondam Salzburgensis Antistes, & Confessor Domini glorioſus sub nostræ mortalitatis habitu vitam duxit sanctissimam, processit, quod ipsum post obitum suum crebris coruscantem miraculis apostolica sedes catalogo adscripsit beatorum.* Hæc Pius II. Et quamvis Bulla Canonizationis non extet, antiquis tamen temporibus canonizationum solemnitas vel translatione tantum, aut elevatione corporis transigebatur, accedentibus miraculis cum fama sanctitatis, cultu, & voce publica, quam Sedes Apostolica ratam, stabilemque jussit, intulit Sanctorum tabulis. Et ita etiam S. Rupertus, postquam per centum & quinquaginta circiter annos in nostra ecclesia in suo sepulchro delituit, a S. Virgilio autem potior, & superior pars corporis prima vice ad metropolim fuit translata, tanquam Sanctus publicum cultum a fidelibus obtinuit. Sed de hac ipsa translatione reliquiarum primo quidem a S. Virgilio, & post ipsum sæpius facta, plura ad complendum historiæ ordinem dicenda exstant.

XXIII. Inde potior, & superior pars corporis S Ruperti primo per S Virgilium, & post ipsum sæpius translata,

Quievit S. Rupertus in sua, ubi primo sepultus fuit, ecclesia ad S. Petrum usque ad annum circiter 777. quo tempore S. Virgilius in novum suum templum transtulit ossa, quæ a pectore sursum tendunt, reliquis autem in sepulchro ad S. Petrum relictis. De hac translatione, sicut in hac enarranda conformia sunt omnia manuscripta: antiqua, & recentiora; ita specialiter mentionem facit autor libelli donationum juxta ordi-

ordinem P. Hanſizii cap. 24. in hiſtoria autem ſua pag. 33., in noſtro autem correſpondente manuſcripto antiquo pag. 10. avers. col. 2., quæ relatio in terminis adducetur, dum de S. Virgilio agemus. Quid porro actum fuerit cum iſtis ſanctis reliquiis poſt primam translationem a ſancto Virgilio ad ſuam novam eccleſiam factam, enarrat noſter P. Mezgerus usque ad ultima tempora, quæ relatio omnibus manuſcriptis authenticis, nec non continuæ traditioni conſentanea eſt. Ejus verba, prout leguntur pag. 1062. hic ad plenam notitiam inſeri merentur; nulla enim exactior, & ordinata magis narratio ullibi legitur, aut reperiri poteſt. „Jacuere hæ ſacræ reliquiæ, (ait noſter autor, nimirum S. Ruperti) „in eccleſia cathedrali in tumba marmorea usque ad tempora ſancti Hartwici, „qui eas levavit de tumba, eisque S. Martini corpus conjunxit; quibus poſtea etiam „adjuncta ſunt corpora ſanctorum Vincentii, Hermetis, Chryſanthi, Dariæ, Gislarii, & probabiliter ſancti Chunialdi, quæ „corpora prius cum corpore S. Martini aſſervabantur in eccleſia cathedrali in crypta „ad altare ſancti Joannis. Quieverunt ſic „ſacra pignora usque ad annum 1315., quo „Weichardus Archiepiſcopus Kalendis Auguſti tumbam ſancti Ruperti aperuit, & „juxta antiquum manuſcript. K. invenit reliquias primum beati Ruperti cum capite; item beati Martini in magna quantitate: item beati Hermetis Martyris, item „beati Chryſanthi, Dariæ, & Gislarii, „quas reliquias eodem anno in feſto Nativitatis beatiſſimæ Virginis Mariæ oſtendit „populo, atque in ſequenti proximo feſto „translationis beati Ruperti dedicavit novum altare beato Ruperto, dictasque reliquias ibidem repoſuit, appoſito tumbæ „illo lapide ſepulchrali, qui hodie in eccleſia ſancti Petri juxta altare, & ſepulchrum „ſancti Ruperti aſſervatur cum hac inſcriptione in ſua circumferentia:

Anno MCCCXV. VIII. Calend. Octobr.
recondite ſunt
Hic he reliquie a D. Wichardo Archiepiſcopo Salzb.

„in plano hujus lapidis inciſa videntur nomina Sanctorum, quorum reliquiæ hic condebantur: in medio ſanctus Rupertus, & „S. Martinus, in primo angulo S. Vincentius, in ſecundo S. Hermes, in tertio „S. Chryſanthus, in quarto S. Daria. Erant ſub hoc lapide, & altari S. Ruperti „oſſa ad annum 1602, quo juxta MS. C. „fol. 109., & 113. Archiepiſcopus Wolffgangus Theodoricus ob anno 1598. die „11. Decembr. antecedens incendium dictum altare S. Ruperti deſtruxit, & juxta „ſuperius dicta ex tumba in illo altari, & „ſub dicto lapide inventa deſumſit ſacras reliquias, quas per ſacerdotes deportari fecit in aulicam capellam S. Mariæ Magdalenæ, ubi decennio quaſi delituere, donec „Archiepiſcopus Marcus Sitticus 23. Septembr. anno 1612. ſolenni proceſſione corpora ſanctorum Ruperti, & Virgilii e dicta capella ſanctæ Mariæ Magdalenæ levavit, & (reliquis reliquiis adhuc ibidem relictis) in eccleſiam Parochialem, ſeu Franciſcanorum, 12. ſacerdotibus per vices „ſuccollantibus intulit, ſummoque altari „incluſit, decantato hymno Ambroſiano. „Manſere hic reliquiæ ſanctorum Ruperti, „& Virgilii, donec perfecto templo novo „cathedrali 24. Septembr. anno 1628. a Paride Lodronio Archiepiſcopo, ſolenniſſimo, „& nunquam Salisburgi antea viſo triumpho in eandem cathedralem eccleſiam illatæ, & ſub ſummo altari honorificentiſſime reconditæ fuere, ubi in hodiernum „diem maximo honore, & veneratione aſſervantur.„ Hucusque Mezgerus. In qua narratione pro ſupplemento notandum venit, quod iſte lapis de anno 1315., quem primo rurſus invenit Archiepiſcopus Wolffgangus Theodoricus ſub altari S. Ruperti in antiquo templo cathedrali poſt deſtructum idem altare. ab anno 1602. longo tempore inter alios lapides ſub pluviis jacuerit; videns autem hunc aliquando prope Neubau, ubi & alii lapides ad ſtruendos ædificii fornices jacebant, noſter Amandus Abbas, prout ipſe ad annum 1661. in Parte I. ſui Diarii pag. 239. teſtatur, commiſeratione motus, ait, quod hoc antiquitatis ſymbolum ita negligatur, Celſiſſimum Principem anno 1660. adiit, & hunc lapidem petiit; quamvis autem Princeps Celſiſſimus Guidobaldus primitus his verbis reſponderit: ſi talis eſt lapis, qualiter deſcriptus fuit ab Amando Abbate, quod nimirum ex eo ſpecialiter probari poſſit, corpus S. Martini eſſe Salisburgi, ego volo ipſi exhibere honorem; attamen hunc lapidem D. Amandus Abbas noſter anno 1661. XV. Octobr. ab altefata Celſitudine obtinuit, & non procul ab illo lapide S. Ruperti, qui anno 1627. fuit inventus, in noſtra eccleſia repoſuit, ut, ſi nos taceremus, inquit, de noſtris antiquitatibus lapides loquerentur. Cæterum hic lapis non quidem in eodem nunc loco videtur, ubi repoſitus fuit, nimirum non procul a ſepulchro S. Ruperti, ſed poſt diverſas Eccleſiæ, & altarium ſtructuras in variis eccleſiæ ſpatiis erat infixus, nunc autem in proxima capella, quæ ad ingreſſum Eccleſiæ ad latus dextrum capella Spiritus Sancti vocatur, muro pro memoria inſertus videri poteſt. Supradictæ relationi, quam fecit Mezgerus, correſpondent pariter annotationes in vitam S. Ruperti, quas noſter D. Abbas Amandus, qui omnia manuſcripta exacte perluſtravit, collegit anno 1659. N. 21. pag. 103. in MS. magni folii.

XXIV. Reliqua autem S. Corporis pars ad S. Petrum

Quamvis vero magna pars reliquiarum S. Ruperti ad S. Petrum in ſepulchro relicta fuerit, & hic precioſus theſaurus usque ad annum

relicta, & a sepulchro elevata fuit, quæ reliquiæ

annum 1627. absconditus esset in agro ecclesiæ nostræ, absque eo tamen, quod istæ reliquiæ fuerint elevatæ; vel publico honori expositæ; hinc Princeps Celsissimus Paris Lodronius cultor S. Ruperti ferventissimus jam circa annum 1625. vel 1626. sub Abbate nostro Joachimo voluit, ut non tantum ad piæ plebis devotionem, verum etiam ad Sancti ipsius amplificandum honorem penitius inquireretur in reliquias S. Ruperti in sepulchro adhuc contentas; quia autem Abbas Joachimus, priusquam rei veritas manifestaretur, mortem oppetiit, nimirum vigesima prima Martii 1626. hinc anno sequenti sub ipsius successore Alberto hujus nominis III. sepulchrum S. Ruperti fuit resignatum, & sacræ reliquiæ inde susceptæ; quod factum fuit vigesima secunda Junii anno 1627. authentico desuper erecto instrumento, quod de verbo ad verbum ita sonat:

In nomine Christi Amen.

„Universis, & singulis præsens hoc pub-
„licum instrumentum visuris, lecturis,
„aut legi audituris notum sit, & pateat e-
„videnter, quod a Nativitate Christi anno
„millesimo sexcentesimo vigesimo septimo,
„indictione decima, Pontificatus sanctissi-
„mi Domini nostri, Domini Urbani divina
„providentia Papæ VIII. anno quarto, die
„vigesimo secundo mensis Junii hora circi-
„ter prima pomeridiana coram me infra
„scripto Doctore Notario in antiquissimo mo-
„nasterio ad Sanctum Petrum Salisburgi
„Ordinis Sancti Benedicti personaliter com-
„paruit R. Nobilis, & Clarissimus Vir D.
„Christophorus Schreph SS. Theologiæ Li-
„centiatus, Reverendissimi, & Illustrissi-
„mi Archiepiscopi, Principis Salisburgen-
„sis Commissarius ordine legitimo insinuans
„placuisse eidem illustrissimo Principi, ut
„in reliquias D. Ruperti Bavarorum Aposto-
„li ab admodum Reverendo Domino Joa-
„chimo S. Petri intra Salisburgum Abbate,
„non solum ad promovendam piæ plebis
„devotionem, verum etiam ad Sancti ipsius
„amplificandum honorem penitius inquire-
„retur, idque tum ob varia hinc inde ani-
„madversa vestigia, tum ob tabulam quam-
„dam pervetustam octo pedes longam, unum
„latam, quæ penes antiquissimum Polyan-
„drum suggestui ejusdem ecclesiæ proxime
„suspensa his antiqui, & germani moris
„characteribus insigniebatur:

Sanct Ruprechts Grab.

Hoc est Sancti Ruperti sepulchrum.

„E quibus verbis conjecturæ locus patuit,
„beatum Rupertum illic locorum ali-
„quando situm fuisse. Cum vero præfatus
„Dominus Joachimus mortem, antequam
„rei veritas investigaretur, oppetiisset, suc-
„cessori ejus admodum R. D. Alberto Ab-
„bati eadem provincia ab eodem Principe
„commissa fuit, ea cum licentia, ut juxta
„Dominum Commissarium Divi Ruperti se-
„pulcrum, quoad ejus necesse esset, rima-
„retur, inventasque B. Confessoris reliquias
„exaltaret ac recognosceret. Convocatis
„igitur a me notario ad X. Calend. Junias
„ejusdem anni constitutis opificibus Marti-
„no Altenburger, Martino Holzner, Wolf-
„gango Buechenberger, & Joanne Egger,
„mandatum est a Domino Commissario præ-
„nominato in præsentia admodum Reve-
„rendi Domini Alberti Abbatis, R. P. Jo-
„annis Melnardi Prioris, P. Pauli Fruauff
„Subprioris, multorumque Patrum, &
„Fratrum conventualium, ut prope sugge-
„stum versus meridiem in medio ferme tem-
„pli marmorea epitaphia sub fornice remo-
„verent. Amovere igitur tumbam illam
„vacuam ferreis cratibus, seu cancellis in-
„sistentem, in qua Sanctus Rupertus beati
„Amandi corpus, altari summo modo sub-
„jectum, Wormacia Salisburgum transtu-
„lit: quo facto marmor quoddam apparuit,
„pedum septem, & quadrantis in longitu-
„dine, tres latum pedes, dodrantalis ve-
„ro profunditatis, cui incisa erat virilis effi-
„gies Sancti Ruperti cum insignibus ponti-
„ficalibus. Ipse lapis quatuor marmoreis,
„& quadratis columnellis ad sesqui ulnam
„a terra levatis, sive erectis sustinebatur
„cum hoc in marginibus epitaphio;

Anno ab Incarnatione Domini DCXXIII. Resurrectionis ejusdem obiit Sanctus Rupertus hujus monasterii Fundator, & primus Salisburgensis hic Episcopus sepultus.

„Hoc marmore, & quatuor prædictis co-
„lumnellis remotis, gravius adhuc, impo-
„litum tamen, & ipsis sanctis reliquiis in-
„cumbens saxum removendum erat e labio
„sepulchri, sex pedes cum triente longi,
„duos lati, ad sesqui pedem profundi, so-
„lidæque petræ incisi, nisi quod quartum
„latus e laterculis constabat, in fossæ hujus
„medio videndam se obtulit Arcula quæ-
„dam e ligno, e solido trunco cavata, duos
„fere pedes longa, dodrantem vero & la-
„ta, & profunda, cujus e quercu idem
„operculum erat, & ligaturæ ferreæ, sic
„tamen a rubigine consumtæ, ut ex atta-
„ctu in pulverem, & limaturam pene de-
„scierint. Hæc ipsa cum debita reveren-
„tia in aram cunctis cælitibus dedicatam
„accensis cereis sublata, & reserata est: in
„eo os quoddam præ cæteris eximium fuit,
„palmam æquans magnitudine, deinde qua-
„tuor alia minora juxta lacinias tinctæ sin-
„donis, & fragmina ligni, unde collectum
„est, sanctas has reliquias augustiore qua-
„dam pompa intra querceam illam capsam
„reconditas fuisse. Illud imprimis magni
„ponderis erat, quod plumbea lamina cum
„sanctis lipsanis reperta sit, his exarata
„notis:

Reli-

Reliquiæ Sancti Rudberti Episcopi, & Confessoris.

„Quibus a Commissario citata, & me Do„ctore Notario in præsentia requisito„rum testium investigatis, visis, & recog„nitis eædem sacræ reliquiæ seorsim, aliæ „sericis pannis, aliæ mundis linteaminibus „involutæ in priorem arculam per me Do„ctorem Notarium prius obsignatæ, sum„mo studio repositæ ad sacristiam superio„rem, ubi cætera Sanctorum lipsana ser„vantur, cum digna veneratione, & pro„cessione translatæ sunt: ut vero ad tabu„lam illam, de qua primitus, & quæ in„quisitioni huic ansam præbuerat, venia„mus, hunc ea sensum continuit:

„Cum Sanctus Virgilius anno Christi 764. „Salisburgum venisset, ac biennio post E„piscopus inauguratus esset, ocyus ani„mum ad cathedralem ecclesiam ædifican„dam adjecit, cui decimo tertio dein anno „supremus Colophon impositus fuit. Hanc „quod Sancto Ruperto dicasset, ex hoc se„pulchro sacra Apostoli nostri ossa, quæ a „pectore ascendunt, exemit, rituque so„lenni, & ecclesiastico novæ Basilicæ im„portavit.

„De, & super quibus omnibus, & sin„gulis præmissis sæpe dictus D. Christopho„rus Schreph loco, & nomine Illustrissimi „Principis sibi a me Notario publico infra „scripto unum, vel plura, publicum, vel „publica fieri, vel confici petiit instrumen„tum, & instrumenta. Cui æquissimæ pe„titioni, cum ex commisso mihi officio non „annuere non potuerim; ideo præsens hoc „publicum instrumentum super susceptione, „exaltatione, & cognitione præinserta mo„dis, quibus potest, ac debet optimis, ac „validissimis libens confeci, & expedivi. „Acta sunt hæc in prius sæpe nominato mo„nasterio Sancti Petri sub anno, indictione „die, mense, Pontificatu, & tempore, qui„bus supra. Præsentibus ibidem Reveren„dis, & doctissimis Viris D. M. Melchiore „Scheid capellano civico, & M. Joanne „Krueg capellano in arce Hohensalzburg „utrisque Presbyteris, nec non etiam ho„norato Domino Joanne Walburger, cive „& sculptore Salisburgi testibus ad id spe„cialiter vocatis, & fide dignis.

„Et quia ego Georgius Reitter J. V. D. „causarum forensium Salisburgi advocatus, „nec non utraque authoritate Notarius pub„licus, & juratus præinsertæ sepulchri re„signationi, sacrarum reliquiarum susce„ptioni, exaltationi, recognitioni, omni„busque aliis & singulis, dum sic, ut præ„mittitur, fierent, una cum prædictis Do„minis testibus a principio ad finem usque „præsens semper interfui; ideo publicum „hoc instrumentum manu quidem alterius „fideliter ingrossatum, exinde confeci, „publicavi, & manu mea propria subscripsi, „nec non etiam solito Notariatus mei signe„to, & sigillo communivi, in fidem & te„stimonium præmissorum specialiter roga„tus, vocatus, & requisitus tempore, & „loco supra nominatis.

(LS.) Georgius Reitter J. V. D.
Notarius publicus.

Hucusque tenor instrumenti, quod ter in membrana conscriptum, & sigillo Notarii roboratum apud nos extat.

XXV. **Usque nunc publicæ veneration**i **sunt expositæ, & S. Ruperti sepulchrum a devotis fidelibus constanter visitatur.**

Post hanc sepulchri resignationem, & sacrarum reliquiarum susceptionem, ut Celsissimus Princeps PARIS erga Sanctum Rupertum, quem summo semper honore prosecutus est, tanto magis devotionem suam ostenderet, pretiosam illam tumbam ex ebeneo, ornatam argento fieri curavit, eique illam ligneam tumbulam cum sacris reliquiis, quas argenteis capsulis inclusit, & obsignavit, imposuit, atque sub tribus clavibus, quarum una penes Celsissimum Principem, altera penes capitulum cathedrale, tertia sub custodia monasterii asservatur, occlusit, erectoque interea altari portatili cancellis ferreis custodiri, & asservari fecit; anno deinde sequendi 1628. easdem reliquias in illa solenni translatione cum reliquis, quæ in ecclesia cathedrali sunt, circumferri præcepit. Una autem particula digiti magnitudine cum dente S. Ruperti extra arculam illam sigillo Archiepiscopali obsignata, in sacrario Petrensi fuit asservata, quæ postea reliquiario argenteo inclusa ibidem magno honore asservatur, & devotioni fidelium in festis S. Ruperti exponitur; anno autem 1661. post erectionem & consecrationem, quæ facta fuit anno 1665. novi altaris S. Ruperti (quod circa medium ecclesiæ ante sepulchrum erectum exhibet S. Rupertum morientem, sicut ex parte altera visitur altare S. Benedicti inter manus discipulorum exspirantis) eadem tumba ex ebeneo, & argento ornata in altari convenienti spacio inclusa, ordinarie quidem occlusa, in festis autem præcipuis ad venerationem videnda exponitur, & candelis illustratur. Ex parte autem aversa altaris, ubi proprie est sepulchrum S. Ruperti, ab anno præsertim 1737. quo tempore sepulchrum magis exornatum fuit, nova S. Ruperti apud Deum pro tota civitate intercedentis imago cum sex scutis deauratis ex utraque parte pendulis, quæ eximia S. Ruperti gesta exhibent, nec non lampas ad sepulchrum jugiter ardens ita memoriam S. Ruperti Patris, Fundatoris, & Patroni nostri conservant, ut illius sepulchrum vere multis beneficiis clarum a devotis fidelibus indies visitetur.

S. VI.

S. VITALIS,

EPISCOPUS, ET ABBAS II.

AB ANNO 623. USQUE AD ANNUM 646.

II.

I. Stöcklin Sc. A.V.

I. Plures graves authores de S. Vitale Episcopo & Abbate nostro scripserunt.

Dum vitam beatissimi Vitalis Episcopi & Abbatis ad S. Petrum, legitimi, & immediati post S. Rupertum, ab ipsomet adhuc vivente constituti Successoris juxta ordinem Chronologiæ nostræ exponere cogitamus, negotium aggredimur, gratum quidem, & jucundum, immo ex parte facile, quia aliorum autorum subsidiis sustultum, ex parte vero arduum, quia non paucis pariter dubiis historicis ita involutum, ut nonnisi subinde conjecturis uti oporteat. Ob quam causam Asceta quidam Cœnobii nostri, sed nemo alius, quam D. Amandus Abbas, vir in historia, & antiquitate summe versatus, & cujus manuscripta propria manu collecta tamquam testes semper viva voce loquentes extant, opusculo, quod scripsit de vita, & miraculis S. Vitalis, typisque edidit anno 1663. *disquisitionis* titulum, ut ipse ait pag. 5. *merito* apposuit, *cum omnes vere partes historiæ dubiis suis, & quæstionibus non careant, ut adeo oporteat disquirere, quæ vera, quæque dubia in his omnibus contineantur.* Hæc ille: Magnam in hoc labore facilitatem addunt omnes, quotquot de beato nostro Vitale scripserunt, quales sunt Joannes Steinhauserus, qui ante 160. annos conscripsit libellum sua laude dignum. Non minus de S. Vitale mentionem faciunt annalium Boicorum Scriptores celeberrimi, clarissimus Velserus, Brunnerus, Raderus, & alii ex codicibus nostris vitam S. Vitalis obiter quidem delibantes, ansam tamen indagandi plura dederunt; quod & egregie præstabant alii, quotquot Sanctorum gesta inferebant orbi, quales erant Arnoldus Wion, Gabriel Buzelinus, Hundius, Canisius: hi

omnes

omnes uno ore, ait supra citatus disquisitionum de S. Vitale collector, ex nostris antiquitatibus in lucem protraxerunt illustre hoc sydus, quod jam ante millenos annos ecclesiam Salisburgensem illustravit, cujus radii longe lateque in orbe Christiano diffunduntur. Nullus autem ex his, vel quibuscunque aliis, qui antea vel postea scripserunt, majori industria, ac soliditate ad historiæ, & critices regulas examinavit vitam, & gesta, nec non magna beneficia indies ad sepulchrum S. Vitalis obtenta, quam sæpe laudatus, & nunquam a nobis satis laudandus supra dictarum disquisitionum de S. Vitale collector, noster nimirum meritissimus Abbas Amandus, qui anno jam superius citato librum edidit in quarto tam a Reverendissimo hujate officio nona Febr. quam a Facultate theologica Salisburgensi sub 31. Martii dicto anno 1663. approbatum, ubi per VII. disquisitiones, quas rursus in capita universim 33. eleganter dividit, primo quidem inquirit in Patriam, Parentes, & discipulatum: secundo in successionem S. Vitalis in episcopatu Salisburgensi, & Abbatia ad S. Petrum: tertio in illa, quæ S. Vitalis in regimine episcopali, & abbatiali gessit; quarto agit de felici transitu, sepulchro, imaginibus, & reliquiis prædicti Sancti: quinto: de ejusdem sanctitate, canonizatione, inventione, & translatione. Sexto: de miraculis a Sancto Vitale post mortem editis: & septimo denique de cultu, honore, & veneratione, quibus a fidelibus olim cultus fuit, quam etiam hodie colitur Patronus noster thaumaturgus. Hunc disquisitionum super gesta, & vitam S. Vitalis authorem maxime eruditum secutus est noster P. Mezgerus in sua historia Salisburgensi, qui præprimis ex hoc fonte aquas suas hausit, examinans brevi, & succincta methodo præcipuam actorum de S. Vitale notitiam in Lib. II. suæ histor. cap. II. III. & IV. ubi agit de episcopatu, & vita S. Vitalis; & denique tertio de communi sancti titulo, miraculis, & beatificatione ejusdem. Sed quid dicam de autoribus recentioribus? celebris historicus Salisburgensis P. Marcus Hansizius S. J. Tom. II. G. S. pag. 66. in ordine agens de S. Vitale Episcopo Salisburgensi secundo, non adeo copiosus est in enarrandis gestis hujus Sancti; totus enim adhuc ibidem in suo systemate circa præcedentem S. Ruperti ætatem abreptus ad conservandam suam Chronologiam desudat, sequentes Abbates Ansologum præsertim cum vita, & regimine S. Vitalis confundens, sed ut legenti patebit in num. præced. ibidem VI. in novas difficultates se, & suum systema involvens. Præcipua tamen de S. Vitale gesta in compendio enarrat: atque in multis se refert ad supra citatas disquisitiones, quæ certe in plurimis sua soliditate non carent, quamvis plurima idem autor omittat, aut dubia, aut apogrypha esse credat. Nihil autem magis admiratione dignum, quam quod Mabillonius, in sua sphera cæteroquin celebratissimus, sæculo III. Benedictino (prout etiam refert Hansizius in vita S. Vitalis num. V.) antequam Germaniam vidit, minus nostræ antiquæ traditionis monumenta inspexit, etiam de S. Vitale ferme dubitaverit, an fuerit Episcopus Salisburgensis, & successor Sancti Ruperti? sic enim male, aut nunquam informatus loquitur: *Vitalem Ruperto successisse facile crediderim, si tamen alius fuit a Vitali, qui Arnonis indiculo subscripsisse invenitur: de aliis*, (nempe supra memoratis, id est, Ansologo, Savolo, & Ezzio) *certo pronunciare non ausim præter Joannem, & Virgilium.* Hæc Mabillon, qui putabat Vitalem Episcopum, & Abbatem, ac si non plures ejusdem nominis subsequentibus sæculis esse potuissent, fuisse illum, qui post sesqui Sæculum in instrumento Arnonis subscriptus legitur. Verum, postquam hic author Mabillon suscepto itinere germanico in monasterio S. Emerami codicem antiqui Poëtæ anonymi (cujus versus jam num. IX. in introduct. prælim. ad nostrum Chronicon in extenso allegavimus) inveniisset, qui sæculo nono nondum adulto scripsit opusculum de ordine comprovincialium, sententiam suam Tom. IV. Analect. ita declaravit: *primo quidem*, inquit, *ex classe Salzburgensium episcoporum expungendi sunt* Ansolagus, Savolus, & Ezzius, *qui post* Vitalem *apud Hundium recensentur, deinde post Virgilium* Bertricus *quoque removendus.* Sicut autem ad istos versus hujus Poëtæ extranei, licet antiquos, cum antiquis tamen nostris documentis non æquiparandos cap. I. num. X. jam respondimus, ita etiam dubiis hisce non adeo ponderosis, satisque ex præcedentibus partim solutis, partim ex illis, quæ adhuc dicenda occurrent, adhuc solvendis non diutius immorari libet; nam ille antiquus Poëta tantum recensuit episcopos Salisburgenses consecratos, Abbates autem, qui inter episcopos fuerunt, prætermisit, qui tamen Abbates, ut ex manuscriptis antiquis edocemur, nec non ex perpetua traditione tantum honorarii, & electi episcopi fuerunt, sine tamen pontificali Ordine (ut ait antiquum manuscriptum H. ex actis discipuli Eberhardini transsumtum) & dignitate (hoc est, non fuerunt consecrati episcopi) regebant episcopatum. His consulto præmissis, præsertim, ut sciatur, quinam, & quam graves autores scripserint de S. Vitale, nos maxime in omnibus ferme, perpaucis exceptis, collectorem disquisitionum S. Vitalis sequemur, eruntque istæ disquisitiones velut lineæ actorum S. Vitalis quorum synopsin benigno lectori dabimus.

II. De cujus tamen Patria, & quando venerit ad

Sed quis ex ultima antiquitate, prout statim in principio C. I. ait citatus autor disquisitionum per solas conjecturas potest eruere veritatem? prima fronte terret antiquitas:

S. Rupertum? certe nihil constat;

tiquitas: unde si quis in limine actorum S. Vitalis scire desideret, quod genus, unde domo? quæ Patria, qui parentes fuerint? ad solam responsionem dandam omnis labor foret incassus, veluti, qui tenebras, & umbram manibus palpare tentaret. Si verum est, quod apud Raderum legitur Tom. II. fol. 36. S. Vitalem fuisse popularem S. Ruperti; hinc sicut probabilius nobis visum fuit in vita S. Ruperti num. IV. S. Rupertum non fuisse Hybernum, sed natum fuisse in Francia, fuisseque Franco-germanum, sicut & nomen Rupertus Francicum, & Germanicum, non Scoticum nomen est, ita & S. Vitalis, quod nomen pariter latinum est, fuit Franco-germanus. De ipsius prosapia in duobus manuscriptis, sed non adeo antiquis, & quidem in manuscriptis R. hæc formalia sub S. Vitale leguntur: „Quis am„biget, quin illustri prosapia prognatus sit „S. Vitalis, cum a Sancto Ruperto tanto„pere excultus, veneratus, dilectus, præ„latus, & in episcopum, & successorem e„lectus fuerit?“ Similia etiam habentur in manuscripto paulo antiquiori fol. 363. ubi aut Regum, aut Principum sanguine progenitus esse creditur, quod ipsum ex his & aliis documentis notavit Canisius T. VI. fol. 1027. Porro eadem ferme incertitudo, quæ est circa patriam, & parentes S. Vitalis, versatur etiam circa tempus, quandonam pro discipulo assumtus? an jam ut puer; an jam maturus? libet hic per extensum adducere quatuor opiniones, quas affert, & magna eruditione disquirit Disquisit. I. Cap. III. pag. 12. supra citatus disquisitionum autor. „Quæri poterit 1. in„quit, an S. Vitalis jam fuerit discipulus „S. Ruperti in episcopatu Wormaciensi? „nam ibi quoque habuisse discipulos, inde „fit probabile, quod fide etiam autorum, „& manuscriptorum vocatus a Theodone „duce Bavariæ præmiserit discipulos suos, „antequam ipse veniret ad convertendum „Ducem; ita lego in manuscripto R. in vita „S. Ruperti fol. 3. *primum*, ait, *tamen illuc „suos dirigit legatos, qui Ducem cum optima„tibus suis promptiorem ad optime de fide ortho„doxa sentiendum redderent, postea vero brevi „interlabente tempore ad prænominatum Du„cem veritatis cognoscendæ cupidum in propria „persona accessit.* Quod idem lego in anti„quissimo manuscripto H. ubi quidem vo„cat *legatos suos*, quos fuisse ipsius discipu„los patet ex eo, quod Theodo per ipsos „fuerit instructus ad fidem orthodoxam sus„cipiendam, quos sacerdotes Brunnerus „vocat Lib. V. P. I. fol. 575. *Legatis*, ait, „*Theodonis discedentibus Sacerdotes comites ad„junxit Rupertus &c.* quos ipse paulo post „subsecutus. Joannes Stainhauser in vita „S. Ruperti manuscripto C. Cap. VII. ex„presse dicit: *suos præmisisse discipulos ad „Theodonem, ac postea cum quatuor discipulis „ipsummet venisse, quos etiam nominat Domin„gum, Chrysanthum, Chunialdum, & Gis„larium;* & cum his deinde Danubio deve„ctum convertisse Bavariam communis, „præter autorum testimonia, fama est, & „perpetua traditio: an ergo ex his unus e„rat Vitalis? Lego insuper 2. posita jam se„de episcopali Salisburgi ibidem habuisse „discipulos, nam manuscriptum H. refert, „quod, dum condito episcopatu abiisset in „Patriam: *Delegato*, ait, *sacerdotali officio „omnem ibidem quotidie cursum congruo ordine „fecit celebrari, tunc prædictus Doctor pro„priam repetivit patriam &c.*; an jam tunc „inter discipulos in monasterio nostro erat „Vitalis? Reperi insuper 3. S. Rupertum „etiam puerilem instituisse scholam in no„stro monasterio, in qua novellæ plantatio„nes in vineam Domini excolendam insti„tuerentur a puero; fuere inter hos schio„lares duo pueruli, quorum meminit ma„nuscriptum H. Dulcissimus, & Werinharius „ita loquitur antiquissimum manuscriptum: „*Ledi quoque, & Urso frater ejus commenda„verunt Domino Rudberto Episcopo nepotes suos „Wernharium, & Dulcissimum ad discendas „litteras, & officium Dei ad Juvavensem sedem „suam: illi quoque enutriti, & docti cœperunt „ab ipso Domino Rudberto &c.* ex quibus cla„re patet, scholares parvulos jam ab incu„nabulis nostri monasterii fuisse educatos in „nostro cœnobio, unde forsan adhuc in ho„diernum diem parvulorum pauperum scho„la perdurat in nostro monasterio, cujus „initium aliud nescimus, nisi hoc ipsum ex „ultima antiquitate desumtum: an forsan „S. Vitalis inter hos innocentes parvulos „scholares fuit, & a puero enutritus a S. „Ruperto? insuper 4. adhuc reperio alios „discipulos, & quidem duodecim numero, „quos primum fundato jam monasterio a„biens in Patriam secum velut novos vineæ „Domini Colonos futuros deduxit Salisbur„gum; ita antiquissimum manuscriptum H. „F. 1. ait: *Tunc prædictus Doctor Rupertus „cupiens adipisci aliquos socios ad doctrinam e„vangelicæ veritatis propriam repetivit patriam „iterumque revertens cum 12. discipulis, secum„que Virginem Christi nomine Erentrudam ad„ducens &c.* an ergo Vitalis inter hos ulti„mos discipulos unus fuit? omnes istæ qua„tuor quæstiones difficultatem continent, „& videntur habere suos auctores, & ra„tiones“. Hæc ille: & postquam summa industria omnes istas quatuor opiniones examinavit, in fine Cap. III. pag. 20. per modum sententiæ probabilis pronuntiat; quod probabilius ipsi videatur, S. Vitalem puerum adhuc innocentem forsan duodecim, & amplius annorum S. Ruperto in episcopatu Wormaciæ velut discipulum, & alumnum adhæsisse, ac postea Clericum, & nondum Sacerdotem cum S. Ruperto circa annum 580. venisse ad Theodonem, indeque cum S. Ruperto Danubio devectum in reditu consedisse tandem Salisburgi, atque ibi plantato monasterio induisse sacræ professionis habitum, cui demum post multos annos

nos jam quinquagenario, aut ſexagenario tanquam digno ſucceſſori utrumque regimen, & Epiſcopatus, & Abbatiæ commiſit, quæ in aliis opinionibus non adeo ſalvari poſſunt. Hæc eſt ſententia cit. D. autoris; nobis quidem ſalvo tanti autoris judicio, longe probabilius videtur, S. Vitalem fuiſſe inter illos diſcipulos, quos altera vice ex patria Salisburgum cum S. Erentrude adduxit S. Rupertus, in quam ſententiam ferme coincidunt omnia noſtra manuſcripta, non tantum expreſſe manuſcripta recentiora, verum etiam ex authentico, & antiquo manuſcripto H. id ſaltem colligi poteſt, quod poſt ſecundum reditum ex patria duodecim diſcipulos adduxerit, inter quos veroſimilius fuit S. Vitalis, illo tempore haud dubie jam vir maturus, & poſt aliquot annorum lapſum (in noſtra enim ſententia S. Rupertus ante mortem Theodonis in patriam abiit) dignus, ut conſtituatur S. Ruperti ſucceſſor. Videantur ea, quæ diximus in vita S. Ruperti num. XIIII.

III. Fuit tamen non tantum verus diſcipulus, & ſocius laborum S. Ruperti;

Quamvis autem de Patria, & proſapia, nec non quando S. Vitalis ad S. Rupertum venerit? nihil certo conſtet, indubitatum tamen eſt, quod non tantum fuerit verus diſcipulus, & ſocius laboris S. Ruperti, verum etiam conſtitutus ab ipſomet ſucceſſor, Epiſcopus, & ſecundus Abbas ad Sanctum Petrum in novo per S. Rupertum ſub regula Sancti Benedicti conſtructo, & fundato monaſterio. Quod S. Vitalis fuerit diſcipulus, & quidem valde dilectus S. Ruperti, affirmant omnes, quotquot de S. Vitale ſcribunt. Celebris, & eruditus Bavariæ Sanctæ autor R. P. Raderus vocat illum S. Ruperti *alumnum germaniſſimum, qui mores ſui Doctoris ita induit, ut ab ejus virtute non tantum non degenerarit, ſed eandem etiam exæquaverit.* Henricus Caniſius Tom. VI. antiq. lection. fol. 1025. illum teſtatur fuiſſe *alumnum, laborum & vigiliarum æmulum, & primarium ex Diſcipulis ejus fuiſſe.* Inter alios R. P. Dominicus Heſſius Ord. S. Franciſci ante duo ferme ſæcula in ſuo Catalogo Archiepiſcoporum in verſus ordinato, & typis impreſſo, quem anno 1586. Illuſtriſſimo Principi, & Archiepiſcopo Georgio Kuenburgio dedicavit, diſcipulatum S. Vitalis ſub magiſtro D. Ruperto eleganter hoc metro depingit, ipſum Sanctum Vitalem alloquendo:

——————————ad arcem
(nimirum S. Rupertus)
Conſcendit, ſuperum delecta ſede locatus
Membra ſolo, præclara ſui veſtigia nobis,
Chriſto animam; ſceptrum tibi pontificale relinquens,
Optime Vitalis! quem tu ceu fidus Achates
Æneam, ſi ſacra licet componere vanis,
Semper es intrepido caſus complexus in omnes
Pectore, curarum ſocius, cœptique laboris.
Namque erat ipſe tibi genitor, non carne, ſed aura
Numinis ætherei Sancta. Tu filius ipſi
Charior ante alios; quippe exercere ſolebas
Ruperto dignam facta oſtentantia vitam.
O digno conjuncte Patri, dum deſpicis omnes
Et mundi pompas, & inania gaudia Vulgi;
Dumque tibi eſt odio virtuti inimica voluptas,
Teque attollis humo, ſenſu alite ſydera Cœli
Tranſcendens, populosque doces aſueſcere Chriſto.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

Hucusque Heſſius: An autem, & in quibus peregrinationibus, & laboribus S. Ruperti ſocius fuerit S. Vitalis? dependet ex quæſtione præcedenti, quandonam ad S. Rupertum venerit? ſi enim, ut probabilius credit D. Autor disquilitionum S. Vitalis a puero fuit individuus comes S. Ruperti, tunc ſequela quaſi certa eſt, quod fuerit, & laborum, & peregrinationum ſocius S. Ruperti usque ad tempus ſedis Juvavii ſtabilitæ, prout labores, & peregrinationes S. Ruperti a tempore converſi Theodonis recenſuimus. Non tamen admittit idem Reverendiſſimus Autor, quod S. Vitalis fuerit comes itineris, quando S. Rupertus Salisburgo in Patriam abiit, quem S. Vitalem potius a S. Ruperto propter inſignem ſuam pietatem, & prudentiam domi fuiſſe relictum, & eidem interim vicarium regimen Epiſcopatus, & Abbatiæ commiſſum fuiſſe credit. Quamvis autem nobis veroſimilius videatur, S. Vitalem fuiſſe ex numero diſcipulorum, quos ſecum ex Patria cum S. Erentrude ſecunda vice Salisburgum adduxit S. Rupertus, ea propter tamen non tantum verus diſcipulus, ſed etiam usque ad tempus mortis S. Ruperti in laboribus apoſtolicis, quos adhuc per plures annos continuavit Sanctus fundator, fidelis, & indefeſſus operarius fuit S. Vitalis, ad hanc novam meſſem ex longinqua regione huc a divina providentia ordinatus, nec non, particeps factus omnium laborum, quos S. Rupertus poſt reditum cum duodecim ſociis ſuſcepit juxta textum vitæ primigeniæ: *Ipſe quoque* (nimirum S. Rupertus poſt ſecundum ex patria reditum) *aſſidue totius ſpatium iſtius circujens patrie confirmans animas Chriſtianorum, ammonensque in fide fortiter permanere, quod verbis docuit, operibus amplificavit mirificis.* Hucusque textus de S. Ruperto, quem adduximus num. XIX. in ejus vita.

IV. Et quidem non ut Clericus ſæcularis, ſed ut monachus Benedictinus.

Dubium intercalare hic moveri poſſet, an S. Vitalis diſcipulus, & ſocius laborum fuerit S. Ruperti ut Clericus ſæcularis, vel ut monachus Benedictinus? apparens enim dubitandi motivum ſe offert, quod neſciatur, an Sanctus Vitalis in noſtro monaſterio, an in alio ſacrum ordinem benedictinum

ctinum fuerit professus? & quidem hoc ipso, quod certo non constet, an a puero semper discipulus & socius exstiterit S. Ruperti, de quo ipsomet penitus certi non sumus, an Benedictinus fuerit? vel an S. Vitalis illis duodecim discipulis sit adnumerandus, quos altera vice ex patria adduxit? uti & nobis verosimilius videtur; sic enim ad munus successoris congruam adipisci potuit ætatem, cum in priori sententia, si a puero adhæsisset magistro Divo Ruperto, qui per aliquot annos Ecclesiæ Wormaciensi, & ultra quadraginta annos Salisburgensi juxta communem traditionem præfuit, Sanctus Vitalis in gravem senem excrevisset, qui tamen & ipse viginti tres annos in regimine episcopali, & Abbatiali explevit. Hoc dubium ex parte augetur per illud quod legitur in nostro manuscripto antiquo, & authentico sub littera H. fol. 4. col. 3. ait enim manuscriptum: *Et Dominus Rudbertus misit ibidem monachos suos, & alios clericos*, nimirum ad monasterium S. Maximiliani in Pongeu noviter fundatum, & a Theodeberto Theodonis filio dotatum, ut adeo non sciatur, an Sanctus Vitalis fuerit clericus tantum, an etiam monachus Benedictinus? verum de monachatu S. Vitalis longe aliter sentiendum, quam de monachatu S. Ruperti, contra quem (statum nimirum religiosum, quod illum fuerit amplexus S. Rupertus) non spernenda pugnant motiva, quamvis & sat ponderosa eidem patrocinentur. Primo enim certissimum est, & a nemine in dubium vocabitur, quod S. Rupertus in provincias noricales ordinem S. Benedicti introduxerit, an primitus Weltenburgii? superius, & merito dubitavimus; verosimilius autem in nostro ad S. Petrum Salisburgi monasterio, quem ordinem, & quam S. Benedicti regulam probabiliter duxit ex Gallia, ubi tunc Sanctus Maurus floruit, quamvis hoc disquirere nolimus. De nostro monasterio id plane certissimum est, quod & authoritate summorum Pontificum, & Archiepiscoporum hujatis sedis celeberrimæ antiquis bullis, & litteris manifeste probari potest; sic enim apostolicæ litteræ Eugenii III. ad Abbatem nostrum Baldericum datæ anno 1149. idib April. Pontificatus anno V. quas suo ordine, & loco allegabimus, sonant: „Eugenius Episcopus servus servo„rum Dei: dilectis filiis Balderico &c. ve„stris rationabilibus postulationibus duxi„mus annuendum, statuentes, ut regula„ris ordo, qui secundum Deum, & beati „Benedicti regulam per Sanctum Rudper„tum, quondam vestrum Abbatem, & E„piscopum Salisburgensem in eodem loco „introductus, & institutus esse dignoscitur, „perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter „observetur". Similia habet Innocentius III. in litteris datis anno 1206. idib Maii: „Statuentes, ut ordo monasticus, qui se„cundum Deum, & B. Benedicti regulam „in eodem monasterio institutus esse digno„scitur, perpetuis ibidem temporibus in„violabiliter observetur". Id ipsum fatetur Conradus primus Archiepiscopus, quod noster sacer ordo primitus a S. Ruperto in has terras fuerit introductus, dum ait in litteris ad Abbatem Baldericum anno 1139. datis: „Notum igitur esse volumus; cum „Sanctus Rudpertus sanctæ memoriæ præ„decessor noster civitatem Juvavensem de„nuo erigens sedem suam episcopalem in „monasterio Sancti Petri collocasset, ac fra„tribus, quos ibidem sub regula Sancti Be„nedicti sibi perpetuos successores in eadem „sede episcopali instituerat". Quibus verbis nihil clarius dici posset; si ergo S. Rupertus regulam S. Benedicti in nostrum monasterium introduxit, suapte sequitur secundo, quod S. Vitalis, quamprimum ex itinere cum S. Ruperto venit, ordinem S. Benedicti in nostro monasterio fuerit professus, & usque ad mortem S. Ruperti tanquam religiosus, & discipulus, & socius laborum fuerit Sancti Fundatoris nostri; secus enim haud credibile foret, quod Sanctus Rupertus moriturus novellæ religiosorum congregationi aliquem sacerdotem sæcularem (qui ipsemet vitam monasticam, & religiosam non fuisset professus, minus in illis, quæ ad sacram regulam spectant, exercitatus) præsulem, Abbatem, & successorem constituisset. Quod autem S. Vitalis fuerit ab ipsomet S. Ruperto constitutus successor, episcopus, & Abbas nostri monasterii, omnia manuscripta antiqua testantur, & omnes alii huic sententiæ subscribunt, sicut & nos pluribus etiam infra dicemus. Neque autem credendum est, quod S. Vitalis tunc primum factus fuerit monachus, quando fuit constitutus episcopus, & Abbas; nam aperte legitur in productione miraculorum S. Vitalis, quæ apud Canisium Tom. VI. extant, quod S. Rudbertus *inter plures suæ congregationis perfectos singulariter beatum Vitalem constituit successorem*, per quæ verba, *inter plures suæ congregationis perfectos* sat clare denotatur, quod inter plures perfectos religiosos, & monachos S. Vitalis alios superaverit, hinc & omnes, qui de S. Vitale scribunt, monachum, & Abbatem ipsum appellant. Idem etiam testatur Hansizius fol. 71. num. X. his verbis: „Monachum Sancti Petri fuisse col„ligit Yepesius ex Bulla Pii II. Papæ super „relatione de miraculis Sancti Vitalis, ubi „ait, testari libros antiquos, & scriptores „veteres, esseque de hoc vocem & famam, „quod sanctissimus Pater Rupertus inter „plures suæ congregationis perfectos singu„lariter Sanctum Vitalem statuit successo„rem". Hæc P. Hansizius ex Yepesio.

V. Verum etiam ab ipsomet constitutus successor, &

Quamvis autem ex hactenus dictis satis clare colligi, nec dubitari valeat, quod S. Vitalis fuerit a Sancto Ruperto adhuc vivente constitutus successor, atque secundus, & immediatus post S. Rupertum Episcopus

& Abbas in noſtro monaſterio, attamen id ipſum pluribus teſtimoniis demonſtrabimus. Præter ea, quæ jam in vita S. Ruperti num. XXI., ne bis repetantur, de ſucceſſore a S. Ruperto conſtituto ex vita primigenia, & correſpondente antiquo manuſcripto noſtro H. diximus, adduci meretur quod in manuſcripto noſtro A. ex antiquis tabulis collecto fol. 4. tab. 1. eruitur: „Anno ab incarnatione Domini 623.„ ita ſonat MS.: vel potius tabula deſcripta) „ab ordinatione Papæ Bonifacii V. tertio, & regni Eradii, „ (Heraclii) „Imperatoris decimo tertio, poſt obitum Magni Gregorii „vigeſimo anno, & quinque menſibus evolutis, die Dominicæ reſurrectionis Beatus „Rudbertus Juvavenſis epiſcopus migravit „ad Dominum, venerabilem Chriſti confeſſorem Vitalem ob eximiam caſtitatis, & „ſanctæ converſationis gratiam ſucceſſorem „ſibi deſignavit, qui ſuſceptum regimen, „ut in vita prænominati Patris legitur, & „prudenter adminiſtravit, & feliciter complens requievit in Chriſto XIII. Calend. „Nov. cujus merita Deus revelare dignatus „eſt ad ſepulchrum ipſius, quod in Salisburgenſi monaſterio ſancti Petri habetur, „ubi ad honorem nominis ejus multa miſeris mortalibus ad ipſum clamantibus beneficia præſtat.„ Hæc in antiqua tabula legebantur, quæ olim etiam ad ſepulchrum ſancti Vitalis ſuſpenſa videbatur jam anno 1462., cujus fit mentio in productione miraculorum ſancti Vitalis apud Caniſium Tom. VI. fol. 1052. ubi dicit: „Item in muro eccleſiæ „juxta tumbam beati Vitalis verſus meridiem eſt quædam tabula magna, quæ in „modum valvarum aperitur, & claudi„tur:„ hæc Caniſius, qui & hanc ipſam tabulam deſcribit, quæ, cum jam ante ducentos annos ad ſepulchrum ſuſpenſa fuerit, & jam tum ab immemoriali tempore ibi pependerit, merebitur utique non qualemcunque fidem ab antiquitatis authoritate. Hinc etiam omnes autores, etiam qui de rebus boicis eruditiſſime ſcripſerunt, nec non omnes catalogi quaſi uno ore fatentur, quod a vivente adhuc S. Ruperto pro ſucceſſore S. Vitalis fuerit deſignatus, ſpeciatim vero Surius 27. Martii in vita S. Ruperti ſequentia refert: „At ille„ (nempe S. Rupertus) „inulta in Chriſtum fiducia erectus „Juvavium, & Noricos populos præpoten„ti Deo commiſit, Vitalemque Virum ſan„ctum atque omni plebi pergratum ſibi pe„tiit fieri ſucceſſorem.„ Hæc Surius c. l. Quo autem anno S. Vitalis a S. Ruperto conſtitutus fuerit ſucceſſor, id plane incertum eſt; hujus enim quæſtionis reſolutio maxime dependet ex eo, quo anno mortuus ſit S. Rupertus, an juxta ſententiam multorum inſignium ſcriptorum Bavariæ, præſertim Velſeri Lib. IV. fol. 219. & Brunneri anno 628.? an juxta noſtram antiquam traditionem anno 623.? vel juxta noviſſimam ſententiam Mabillonii, & Hanſizii anno 718? Nos in præſenti excitare nolumus controverſiam, quam ſat, ſuperque in noſtra introductione præliminari ad Chronicon ventilavimus; unde quia nobis ex allegatis graviſſimis motivis videtur longe probabilius, quod S. Rupertus obierit VI. Cal. April. anno 623., hinc credibile, non tamen quoad annum omnino certum eſt, quod S. Rupertus paulo ante mortem, quam Sanctus præſcivit, conſequenter eodem anno 623. pro ſuo ſucceſſore deſignaverit Sanctum Vitalem. Huc etiam ad confirmanda dicta ſpectant illi num. XXI. ex antiquiſſimo manuſcripto citati verſus:

Hæc loca Rupertus ſibi delegit Pater almus,
Simul & hic ſedem conſtruxit Pontificalem,
Ac ſedis primæ regimen ſuſceperat Ipſe,
Conducens late populos ad paſcua vitæ,
Qui ſucceſſorem ſibi fecerat eſſe VITALEM,
Paſtorem verum cœleſti nectare plenum.

Hi & plures alii verſus de ordine Epiſcoporum, & Archiepiſcoporum ſuo loco, & ordine recenſendi leguntur in noſtro antiquiſſimo MS. M. de anno 1004.

VI. Non tertius, ſed ſecundus, & verus Epiſcopus conſecratus;

Stabilita jam hac veritate hiſtorica, quod S. Rupertus in vivis non alium, quam ſanctum Vitalem pro ſucceſſore elegerit, inquiri poteſt, & ſuo modo id neceſſarium videtur, an S. Vitalis fuerit ſecundus, vel tertius epiſcopus Juvavienſis, & quidem an verus, & conſecratus epiſcopus? an vero tantum titularis, aut honorarius, quales juxta omnia noſtra manuſcripta antiqua fuerunt Anſologus, Savolus, & Ezzius, ut partim jam diximus, partim adhuc inferius dicemus. Mira, & ſupervacanea videri poſſet prima fronte hæc quæſtio, an S. Vitalis fuerit ſecundus, vel tertius epiſcopus? niſi quidam autores, licet pauci, hoc dubium moviſſent, inter quos ſpecialiter Wolffgangus Lazius comment. in rempubl. Rom. Lib. XII. Sect. VI. Cap. IX. fol. 1245., & quidam alii, perſuaſi cum Lazio in ſuppoſito valde erroneo, quod S. Maximus, de quo nos egimus in vita S. Ruperti num. II. fuerit Epiſcopus I. Juvavienſis, & S. Rupertus II., & S. Vitalis III., quam opinionem, alias in nullo manuſcripto, ſive antiquo, ſive noviori, aut alio authore, qui ex inſtituto ſcripſit de hac hiſtoria, fundatam deducit ex Eugippo antiquiſſimo vitæ S. Severini ſcriptore; dicit enim Lazius: „In Eugippo legi in vi„ta ſancti Severini, Maximum quemdam „in Juvavia epiſcopum Alemannis Duce Gi„bolfo Rege incurſantibus martyrio corona„tum.„ Sed qui ad manum habet hiſtoriam Eugippi, leget Cap. XXIV. de S. Maximo, quando S. Severinus miſit Moderatum, & Quintaſium ad Juvavenſes, ut ſeſe periculo ſubducerent, quorum primus erat Maximus, quem tamen non epiſcopum, ſed

Presbyterum vocat; Eugippii enim formalia sunt hæc: „Sanctum quoque Maximum spiritualis vitæ Presbyterum instantius imperat admonere, ut saltem ipse „contemptoribus derelictis properaret a „cœlesti misericordia liberari.„ Ex quibus verbis causam non habuisset Lazius nominandi S. Maximum episcopum Juvaviensem, de quo nec vestigium ullum exstat, quod unquam habuerit ecclesiam, & sedem Juvavii, quam solam speluncam, & forte exiguam Capellam, nisi quis sine fundamento defendere vellet, ecclesiam episcopalem a S. Maximo erectam cum ipsa Juvavia per Gothos, & Herulos fuisse penitus dirutam, & excisam. Sed quis credet eo tempore Juvavii fuisse episcopatum fundatum, & erectum, quo tempore nullus fidelium in his terris erat securus, Attila, Odoacre, Vidomaro, & Gibulfo totum Noricum iterato devastantibus? licet certum sit, quod S. Maximus utpote discipurus S. Severini ab eo Juvavium missus fuelit ad convertendos infideles, aut jam conversos in fide confirmandos; aliquos enim fidelcs jam adfuisse ante tempora S. Ruperti diximus in ejus vita num. II., quo lectorem remittimus. Sicut ergo indubitatum est, quod sub S. Ruperto episcopatus Salisburgensis inceptus, & S. Rupertus primus episcopus fuerit, ita consectaneum est, S. Vitalem, quem adhuc vivens S. Rupertus pro Successore ordinavit, fuisse secundum, non tertium episcopum Salisburgensem. Neque etiam obstat, quod in aliquo antiquo nostro martyrologio in MS. M. pag. 15. legatur inversus Ordo, non quidem, quod S. Rupertus fuerit secundus, sed primus episcopus, Ansologus autem secundus Abbas, & S. Vitalis tertius episcopus, & Abbas, qui tamen ordo turbatus, & magnus error scriptoris est, uti ipsemet P. Hansizius fatetur pag. 70. num. VIII., quamvis in num. VII. immediate præcedenti in suum favorem hoc ordine utatur ad expungendum ex chronologia Ansologum, de quo tamen infra pluribus dicetur. Quod alteram dubii partem concernit, an S. Vitalis fuerit episcopus verus, & consecratus, an vero tantum titularis administrator? ex eo præsertim hoc dubium nascitur, quia antiqua MSS. quinque Abbates ex numero Episcoporum eliminant, ut jam sæpius mentio facta fuit, & ut adhuc fiat in ordine illorum (qui est Ansologus cum sequentibus) necesse erit, inter quos etiam pauci autores, aut potius ferme nullus, quam Petrus Bertius com. Germ. Lib. III. in catal. episc. Salisb. post sanctum Rupertum ponit quinque Abbates, qui in ipsius opinione fuerunt ante episcopos sine episcopali dignitate episcopatum administrantes, quos fuisse ait sanctum Vitalem, Ansologum, Savolum, Ezzium, & Flobargisum. Verum, quamvis nos ob æstimationem, & autoritatem antiquorum manuscriptorum etiam inviti episcopalem dignitatem tribus subsequentibus, uti etiam Bertrico, & Ammilonio, non adjudicemus, de S. Vitale tamen nullum prudens dubium esse potest, & forte præter Bertium nullus movit unquam; nam in antiquo nostro manuscripto H., & in vita primigenia manuscripta, quam P. Hansizius ex Bibliotheca Cæsarea desumptam, summæ authoritatis, & merito, esse asserit, hæc formalia in vita S. Ruperti leguntur: *Constructis, consecratisque ecclesiis, ordinatisque superioribus, & inferioribus gradibus proprium sibi* ordinavit *successorem*, per quod verbum *ordinavit*, utique nil aliud in sensu proprio, quam ordinatio clericalis, & episcopalis intelligi potest, ac debet; unde etiam summus Pontifex Leo X. in Bulla ad nos anno 1519. data, sanctum Vitalem *episcopum* nominat. Aliter dicendum de successoribus, ut suo ordine videbimus.

VII. Nec non secundus, non autem primus Abbas ad S Petrum Salisburgi.

Sed restat adhuc aliud dubium prælimnare examinandum, priusquam S. Vitalis gesta, vitam, & beatam mortem inquiramus; an nimirum S. Vitalis, licet fuerit verus successor S. Ruperti, primus, vel secundus Abbas ad S. Petrum fuerit? eruditus D. Author, Disquisit. S. Vitalis, hanc quæstionem solidissime disquirit, & per longum deducit Disquis. II. Cap. III. a pag. 36., nos compendio dabimus ea, quæ ad hoc propositum necessaria videbuntur. Maximam difficultatem movet Joannes Stainhauserus Part. II. de Sanctis Salisburgensibus, quod opus anno 1602. scriptum apud nos extat in fol. in MS. L. Hic enim specialiter adducit opinionem multis dubiis involutam, quam hactenus in alio manuscripto vel authore non legimus; nam hic autor cit. Part. II. in Præfat. pag. 251., postquam antiquos versus, quos nos ex parte jam adduximus, & per extensum etiam inferius adducemus, de successione episcoporum Salisburgensium allegavit, hæc verba subjungit: „Ex his omnibus clare demonstra„tur, quod isti sex, vel septem (id est, san„ctus Vitalis, Ansologus, Savolus, Ez„zius, Flobargisus, Joannes, sanctus Vir„gilius) Abbates sancti Petri etiam rexerint „episcopatum, quod meo quidem exiguo „judicio facile esse potuit, hoc sequenti mo„do, ac ratione, ut sanctus Rupertus, „quam primum hic exstruxerit sedem pon„tificalem, & regimen incepit, devotum, „& sanctum Vitalem discipulum suum, & „scholarem præposuerit Abbatiæ sancti Pe„tri; ita, ut ipse fuerit primus Abbas san„cti Petri, quamvis in Catalogo abbatum „primo loco ponatur S. Rupertus, tanquam „fundator, & inceptor abbatiæ, non ut „Abbas; & sicut sanctus Rupertus incepta „episcopali sede quamprimum constituit „S. Vitalem primum Abbatem, ita post„modum S. Vitalis factus episcopus, quam„primum loco sui constituit Abbatem secun„dum Ansologum, Ansologus Savolum, „& ita consequenter.„ Hæc author citatus

tus putans rem acu tetigiſſe, ſed nuda potius proferens aſſerta, quam opiniones ſuas ex fundamentis, & antiquis manuſcriptis ſtabiliens. Jam autem ex his præcitati authoris verbis ſequeretur. Primo: quod S. Rupertus non fuerit noſter Abbas, ſed tantum fundator. Secundo: quod S. Vitalis fuerit primus Abbas, & quidem tunc jam conſtitutus, quamprimum Ordo noſter, & benedictina congregatio fuit incepta apud ſanctum Petrum, ſed poſt mortem S. Ruperti cum epiſcopus fuit conſtitutus, dimiſiſſe abbatiam Anſologo. Tertia ſequela foret, quod nullus Abbas monaſterii fuerit ſimul epiſcopus, & Abbas. Hanc triplicem ſequelam nulla fulciri authoritate ſtatim patebit, & forte ipſemet Stainhauſerus eapropter dubitans in fine hæc verba addidit: „Cui vero non placet hæc opinio, „perlibenter eum in ſua opinione permit„tam, & amice illum rogatum velim, ſi ve„riorem modum, & rationem invenerit, „mihi inſinuare dignetur.„ Nos ergo demonſtramus, has ſequelas eſſe minime conſentaneas veritati, & primo quidem certum eſt, quod S. Rupertus fundator noſter fuerit primus Abbas novi ſui monaſterii, quod ipſum agnovit ſanctiſſimus Pontifex Eugenius III. in ſua Bulla de anno 1149. Idib. April., in qua ſanctiſſimus Pater: *Statuentes, ut regulariis Ordo - - qui per ſanctum Rudbertum quondam veſtrum Abbatem, & epiſcopum Salzburgenſem in eodem loco introductus, & inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis temporibus obſervetur.* Idipſum confirmant antiquiora manuſcripta, præſertim MS. M. ex omnibus maxime antiquum, ubi S. Hrodbertus primo loco ponitur his verbis: *S. Hrodbertus epiſcopus, & Abbas.* Minus credibilis eſt altera ſequela, quod jam tum S. Vitalis fuerit conſtitutus Abbas, quando S. Rupertus novellam congregationem ſub regula S. Benedicti intoduxit; nam juxta noſtram, & ſæpius probatam ſententiam S. Vitalis fuit ex illis duodecim ſociis, quos primum altera vice ex patria adduxit; ſi autem jam prius fuiſſet ſocius ſancti Ruperti a puero ut aliqui exiſtimant, utique adhuc juvenis fuiſſet S. Vitalis, adeoque nondum par tanto officio regendo in primis religioſæ vitæ apud nos fundatæ incunabulis. Denique & tertia ſequela ruit, quod nullus abbas S. Petri fuerit ſimul epiſcopus & Abbas, ſed prius Abbas, & poſtea ex Abbate epiſcopus; ſic enim epiſcopatus ſemper fuiſſet ſeparatus ab abbatia, cum tamen contrarium in omnibus noſtris antiquis manuſcriptis reperiatur. Nam in antiquo manuſcripto H. fol. 11. colum. 3. hæc verba leguntur in vita S. Virgilii: *Corpus S. Rudperti, quod poſt obitum ſuum in eccleſia S. Petri Principis Apoſtolorum requievit, unacum ſede epiſcopali, quæ in pretacta eccleſia ſimiliter per aliquot annos extiterat divina commonitus inſpiratione transtulit, &c.* quod non de ædificio, vel locali translatione ſedis intelligendum eſt, ſed de dignitate, quia S. Virgilius fecit ſeparationem epiſcopatus ab abbatia quoad eccleſiam, quamvis non quoad perſonam, nam reſidentia localis epiſcopalis, & Archiepiſcopalis manſit adhuc usque ad annum 1110. usque ad Archiepiſcopum Conradum I. qui dicto anno novam reſidentiam extruxit, & nobis antiquam reſidentiam donavit erecto etiam deſuper inſtrumento authentico in originali apud nos exſtante, quod ſuo loco producemus. Unum adhuc præſenti noſtro aſſerto obſtare videtur, eoquod in aliquo noſtro manuſcripto S. pag. 173. & 362. legatur, quod S. Vitalis fuerit primus Abbas ad S. Petrum, ex quo manuſcripto celebris cæteroquin Hundius forſitan opinionem ſuam deſumſit, qui dicit Tom. I. „Vi„talis unus ex ſociis S. Ruperti factus eſt „epiſcopus Juvavienſis". Aſt allegatum manuſcriptum non tantæ eſt autoritatis; ſcriptum enim videtur anno 1495. tempore Archiepiſcopi Sigismundi, & manuſcripta alia longe antiquiora contradicunt, partim jam citatum longe antiquius manuſcriptum M. partim manuſcriptum X. ex quo colligitur, S. Vitalem fuiſſe ſimul epiſcopum & Abbatem; ſic enim ſonant verba manuſcripti X. „S. Vitalis per S. Rupertum in epiſco„pum, & abbatem electus anno 623. obiit „anno 646. poſtquam epiſcopatum, & ab„batiam rexiſſet annis 22." Ipſe etiam Stainhauſerus palinodiam ceciniſſe videtur in alia vita S. Ruperti ab ipſo conſcripta anno 1618. prout legitur in manuſcripto C. cap. X. fol. 67. ubi expreſſis verbis dicit, S. Rupertum circa annum Domini 485. *induiſſe noſtrum ordinem, & veluti abbatem præfuiſſe religioſis*, quod etiam probat ex antiqua tabula ad ſepulchrum S. Ruperti olim ſuſpenſa. Rurſus idem autor in vita S. Vitalis, quam (teſte D. Amando Abbate noſtro Diſquiſit. II. Cap. III. pag. 39.) ſcripſit poſt tractatum de Sanctis Salisburgenſibus Cap. I. contrarium docet, & dicit: „in „tantum Sanctum Vitalem æſtimatum fuiſ„ſe a Sancto Ruperto, ut eundem anno 623. „in ſecundum abbatem conſtituerit". Ex quibus omnibus patet nihil ſolidum in contrarium adduci poſſe, quod S. Vitalis non fuerit ſecundus abbas ad S. Petrum, & non primus, niſi primus poſt S. Rupertum epiſcopum, & vere primum abbatem noſtrum.

VIII. Quis S. Vitalis fuerit in regimine epiſcopali, & abbatiali?

His omnibus neceſſario præmiſſis, ac probatis, quod nimirum S. Vitalis fuerit diſcipulus, & ſocius laborum S. Ruperti, verus ejusdem ſancti fundatoris noſtri ſucceſſor, non tertius, ſed ſecundus, & vere conſecratus epiſcopus, nec non ſecundus Abbas ad S. Petrum; amplius jam inquirendum eſt in acta, & geſta S. Vitalis usque ad beatum ex hac vita tranſitum: nec non agendum de ejus poſt mortem præprimis collatis beneficiis, canonizatione, & translatione inchoata, cultu, & honore publico, quem in hodiernum usque diem

in

in Sancta Ecclesia obtinet Sanctus Vitalis. Ut ergo præprimis sciamus, quis, & qualis S. Vitalis fuerit in regimine episcopali, & abbatiali? adduci merentur ea, quæ in nostris manuscriptis hinc inde reperiuntur; sic enim in manuscripto maxime antiquo H. fol. 1. col. 4. Sanctus Vitalis vocatur Doctor egregius, & seminator verbi Dei. Aliud manuscriptum S. recentius quidem, sed satis antiquum fol. 362. hæc refert: „Quicquid inter Principes dissensionis, fa„ctionis, discordie, & simultatis comperit, „idipsum sedula ratione composuit; sed pro„vidus etiam Pontifex dissidentes, & dis„cordes in plebe animos, tumultuariosque „motus, pro virili semper sedare studuit; „tanta enim affluxit sermonis facilitate, „tanta affabilitatis dulcedine, ut publica „concione multos populos ad humanitatis „officium concitaverit: unde ab omnibus „tanquam alter Bojoariorum apostolus cul„tus, & summis laudum, reverentie, & „obsservationis preconiis cumulatissime af„fectus fuit; quare nihil tum temporis in„compositum, nihil adversum in omnibus „prope Noricorum tractibus occurrit". Hucusque manuscriptum cit. Longiori filo doctrinam S. Vitalis, & omnium virtutum claritatem texit noster D. Martinus Abbas in suo chronico sub manuscripto R. primum quidem ante ducentos ferme annos scripto: ex variis tamen antiquis codicibus collecto; sic enim sonant verba citati manuscripti fol. 42. „Hic (nimirum S. Vitalis) sane „clarissimi, & eruditissimi Præceptoris sui „Ruperti doctrinæ, prædicationis, & san„ctitatis vestigiis innixus non minimam o„peram conversioni, & illuminationi Pinz„gojensium, & vicinorum populorum pro„vide, solerter, & hilariter impendit. Un„de propter insignem ejusdem vitæ sancti„tatem, modestiam, temperantiam, & „alias præclaras virtutes a S. Ruperto est „successor denominatus; fuit namque erga „omnes adeo benignus, & mansuetus, ut „ei illud psalmi non inconvenienter attri„bui posset: mansueti hæreditabunt terram, „& delectabuntur in multitudine pacis. In „egenos, & inopes tam misericors, & li„beralis, ut neminem, eleemosynam a se „petentem, vacuum abire permiserit; to„tus bonus, & clemens, erga omnes be„ne affectus, quicquid aliena largitione col„latum fuit, in animarum perpetuam salu„tem expendit. Viduis, orphanis, affli„ctis, oppressis, aut quibuscunque infir„mitatibus laborantibus subvenit, & opem „tulit, ut non immerito omnia sæcula de „ejus beneficentia proclamare debeant: di„sperfit, dedit pauperibus, justitia ejus „manet in sæculum sæculi: Cornu ejus ex„altabitur in gloria. Precibus, & impul„sionibus Principum, & magnatum addu„ctus, quicquid inter illos dissensionis, fa„ctionis, discordiæ, simultatum comperit, „idipsum sedula ratione componere, & se„dare satagebat; simili modo & plebejos in„ter se dissidentes ad pacem perducere stu„debat; tanta enim affluxit sermonis ejus „lenitas, atque elegantia, tanta simul e„loquii suavitas & dulcedo, ut publica, & „privata concione nedum populos, verum „etiam ferocissimas belluas ad officium hu„manitatis converteret. Unde ab omnibus „mirifice cultus, & summis, tanquam al„ter Apostolus Bojorum, laudum, reve„rentiæ, & obsservantiæ præconiis cumu„latissime affectus est. Et hoc quidem non „immerito propter admirandas ipsius virtu„tes, quibus a Deo exornatus erat, fiebat. „Et huic beatissimo Vitali tanto major, tan„to splendidior, atque uberior ab immor„tali Deo syderea in sede præparata est „gloria, quanta animæ nobilitate, sapien„tiæ ubertate, doctrinæ excellentia, fidei „fortitudine, & generis, atque morum am„plitudine inter homines plus emicuit". Quæ omnia, licet non plenam historiæ fidem, attamen fortem, & satis fundatam merentur conjecturam, qua de causa & alii authores graves de doctrina, & doctissimus Velserus Lib. IV. fol. 219. S. Vitalem vocat *notæ sanctitatis, & apud omnes ordines gratiosum hominem.* Præclarus Bavariæ S. Scriptor P. Raderus Tom. II. fol. 36. ampliss imas virtutum laudes de S. Vitale his verbis complectitur: „De Sancto Vitale „(ait) loquuntur integra volumina, viri „sanctissimi, vivi mortuique, immortalia „opera, benignitatem in egentes, clemen„tiam in afflictos, temperantiam in victu, „modestiam invultu, patientiam in adver„sis, laborem in populis erudiendis, stu„dium, & ardorem in idolis extirpandis, „virtutem in summa, & singulari etiam ca„stimonia colenda". Hæc Raderus.

IX. An jam miracula patraverit in vita? & an aliquos ad fidem converterit?

Hoc loco etiam convenienter quæri potest, an Sanctus Vitalis jam in vita aliqua miracula patraverit, & utrum aliquos infideles converterit? quod primum concernit, nihil certi asseri potest, quamvis aliqua MSS. speciatim MS. R. sed non valde antiquum sequentia referat: „Quantis miraculis „in hac vita floruerit, ex hoc quilibet ani„madvertere potest, quod provolutus in „terram cœcis visum solo cœli intuitu, clau„dis gressum unico suspirio, paralyticis „membrorum sanitatem sola familiari salu„tatione reddiderit". Quæ eadem verba ex antiquiori nostro Codice manuscripto S. fol. 663. contenta refert Canisius Tom. VI. Antique Lect. pag. 1026. quæ omnia se referunt ad aliquam tabulam antiquam, quæ in productione miraculorum jam anno 1462. ut refert Canisius pag. 1051. tanquam testis fuit adducta, in qua tabula S. Vitalis exhibebatur varia patrasse miracula, claudis gressum, dœmoniacis libertatem, & infirmis sanitatem contulisse; circa quam tabulam tamen rursus non est certum, an pictor illa beneficia exprimere voluerit in vita, an post mortem a S. Vitale collata? ut

nt adeo nonniſi conjecturis uti valeamus. Longe certius eſt, quod S. Vitalis multos ad fidem converterit; cum enim, ut diximus, fuerit diſcipulus, & ſocius laborum S. Ruperti, quamvis non a puero, ſed ex illis duodecim ſociis, quos ſecunda vice ex Patria adduxit, hinc omnino conſectaneum eſt, quod S. Vitalis multos ad fidem converterit non tantum doctrina, & publicis concionibus adhibitis, verum etiam ipſa ſancta ſua converſatione; & virtutum coruſcantibus ſignis quam plurimos ad Chriſti ovile deduxerit, de qua converſione ſupra citatus Poëta P. Dominicus Heſſius Ord. S. Franciſci in ſuo antiquo catalogo Antiſtitum Salisburgenſium de S. Vitale ita canit.

Dumque tibi eſt odio virtuti inimica voluptas,
Teque attollis humo, ſenſu alite, ſydera cœli
Tranſcendens, populosque doces aſueſcere Chriſto,
Vos duo, vos igitur noſtræ Clariſſima terræ
Lumina, per totum radios diffunditis orbem.
Vos duo, vos rami late frondentis Olivæ,
Aurea portantes divinæ munera Pacis,
Ad populum Chriſti ignarum, propriæque ſalutis,
Quid loquar exiguo miracula plurima verſu? &c.

Minime autem dubitandum, quod Pinzgovienſes, inter quos non pauci monaſterio noſtro ſunt ſubditi, & non minima pars Diœceſis Salisburgenſis inter alpes verſus Tyrolim ſitas, lacum Cellenſem cohabitantes, ſint filii ſpirituales in Chriſto per evangelium geniti a Sancto Vitale, cujus converſionis indicium non penitus ſpernendum eſt, quod prædicti ſubditi Pinzgovienſes ad feſtum Sancti Vitalis ſingulis annis certos caſeos ſervire debeant monaſterio noſtro, qui poſtea cum certo pane benedicto in ipſo feſto S. Vitalis inter pauperes dividuntur, & a beato Vitale nomen ſortiuntur: *Panis S. Vitalis, & caſei S. Vitalis*, quibus etiam ruſticis annuum convivium exhiberi ſolet usque in hodierna tempora, de quibus omnibus ſaltem prudens dubium oriri ſolet, an non tam ſanctæ antiquitatis ſint indicia? ſecus enim, unde hæc ortum trahant, nihil reperitur, niſi quod aliquis Purgravius Salisburgenſis Conradus fundaverit 150. caſeos, quos ordinavit in pauperes erogandos anno 1218. ſub Simone Abbate, uti legitur in manuſcripto R. fol. 404. movent tamen hæc, quæ diximus, animum, ut fere credamus, hoc ſignum eſſe peculiaris in S. Vitalem obligationis ex prima eorum ſubditorum converſione; idem etiam ſentiunt de converſione Pinzgovienſium authores non pauci, & ex recentioribus P. Hanſizius, cæteroquin primis noſtris initiis quoad hiſtoriam, & Chronologiam ſumme adverſus; dicit enim in vita S. Vitalis pag. 71. num IX. „De geſtis S. „Vitalis hoc unum peculiare memoriæ pro„ditur, quod Pinzgovienſes ad fidem con„verterit. Populus eſt inter alpes diœce„ſeos Salisburgenſis, qui Sanctum Vita„lem hodieque ut ſuum venerantur apoſto„lum". Hæc Hanſizius.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

X. Nec non qualiter & quo anno fuerit mortuus S. Vitalis? inquiritur.

Quandoquidem vero parca antiquitas non plura nobis in particulari reliquit de Vita, & geſtis S. Vitalis, hinc breviter de ipſius ſancta morte agendum reſtat, nec non, quo anno ex hac vita migraverit, & conſequenter, quot annos in regimine epiſcopali, & abbatiali expleverit? quod S. Vitalis ſanctiſſima morte ex hac vita deceſſerit, eo minus dubitandum, cum poſt mortem Sanctus noſter factus fuerit Patronus vere Thaumaturgus, ejusque memoria publico celebretur officio in Eccleſia. De ejus morte leguntur in manuſcripto R, ſequentia: „Sanctum Vitalem, cum ad ex„trema ſe devenire ſentiret, convocaſſe con„fratres omnes, eosque paterna exhorta„tione ad conſervandam tum orthodoxæ fi„dei religionem, tum ſacræ diſciplinæ re„gulam admonuiſſe ad mutuam charitatem „ac pacis, & unitatis vinculum ſedulo ex„citaſſe, ſanctiſſimis Sacramentis firma„tum inter confratrum dilectas manus ſpi„ritum Deo commendaſſe, atque ita felici, „ac vere beata morte vitam hanc mortalem „cum immortali commutaſſe, anno regi„minis ſui vigeſimo tertio, nondum com„pleto, dominicæ vero Incarnationis 646. „in Profeſto Sanctæ Urſulæ Virginis, & „Martyris". Hæc in cit. manuſcripto leguntur, in quo tamen emendandum videtur, quod S. Vitalis annum regiminis 23. jam compleverit, ut infra dicemus. Porro S. Vitalis felicem tranſitum ante ducentos annos in verſibus deſcripſit ſæpe citatus P. Dominicus Heſſius de Sancto Vitale moriente ita canens.

Ergo ſuprema dies præclare ubi viderat ipſum
Officio functum ter ſex, & quatuor annis,
E vita ceſſit miſera, pulchrosque per artus
Lentus iit torpor, ceu ſenſim lilia pallent
Cultoris decerpta manu, laſſove papaver
Demittit collo Caput, imbre madente gravatum.
Qua te lætitia, magnum decus addite Divis
Perfuſum credam, Pater O Rudberte, quod hortum
Plantaris Violis non deficientibus unquam

Fœcundum ? ſiquidem nunquam tot Boja florum
Terra tenet varios diverſa per arva colores,
Quot tuus halabat violis tunc temporis hortus.
Quis vel odoratam plantam non carmine laudet
Anſologum ? cujus pietas, & plurima virtus
Floruit, ac ſuccos longe lateque ſalubres
Sparſit in his terris, Rudberti & altera planta. &c.

Hæc citatus devotus Poëta. Quis autem tunc, quando S. Vitalis mortuus fuit, Bavariæ Dux fuerit ? an adhuc Theodebertus filius Theodonis noſtri ? an Hugbertus, an Thaſſilo ſecundus ? certitudo nec a longe dari poteſt; cum ſeries Ducum Bavariæ, tunc temporis in plures partes diviſæ, nimis diverſimode explicentur, & confundantur. Quæſtio autem non vulgaris ventilatur præſertim inter recentiores hiſtoricos de anno mortis S. Vitalis. Hic rurſus audiri quidem, attamen conſenſum non meretur ſæpe citatus hiſtoricus Salisburgenſis, ex recentioribus ferme præcipuus, R. P. Hanſizius, qui, ut ſatis oſtendimus in noſtra introductione ad Chronicon num. XXV. neque ad certum annum obitus S. Ruperti ſe determinare poteſt, ita etiam neſcire vult ex conſequenti annum a S. Vitale incœpti regiminis immo ne quidem annum mortis ejus, uti colligitur ex brevi epiſcoporum, & archiepiſcoporum catalogo pag. 1034. ejus verba in vita S. Vitalis pag. 71. num. X. ſunt ſequentia: „De anno „emortuali documentum item legitimum „non exſtat; nam inſcriptio ſepulchri ſu„perius recitata ejus generis eſt, cujus in„ſcriptio ſepulchri S. Ruperti, apparetque „vel ex numeris arabicis, quibus exarata „eſt, recentiorem eſſe; conſtat enim eru„ditis, cyfras arabicas ante ſæculum XIII. „non fuiſſe apud latinos in uſu. Credibile „eſt, quod legitur in manuſcripto monaſte„rii Petrenſis: *B. Anſologum ſepulchra SS. „Rudberti, & Vitalis titulis, & marmo„rum inſignibus, atque etiam cereorum candela„bris, aliisque memorabilibus ornamentorum „monimentis adornaſſe*, nequaquam tamen „illis, quæ poſterioribus ſæculis oſtentata „ſunt. De ſepulchro S. Rudberti depre„henſum fuit, ut alias dixi, a Petro Ab„bate, qui ſæculi XV. medio præſedit, a„dornatum eſſe". Hucusque ille. Nos hæc omnia concedimus R. P. Hanſizio, quod nimirum lapis ſepulchralis S. Vitalis non habeat majorem authoritatem, quam lapis ille mortualis S. Ruperti, quem in noſtra introductione num. XVII. examinavimus, immo juniorem aliquot annis eſſe pariter credimus juxta illa, quæ leguntur in Disquis. S. Vitalis pag. 80. quæ verba ex hoc disquiſitionum authore allegat ipſemet Hanſizius; dicit enim D. Amandus Abbas disquiſit. IV. Cap. II. cit. pag. „Quod lapis „ſepulchri S. Vitalis longe artificioſius ſit „exciſus, referens perſonam S. Vitalis in „habitu &c. in habitu pontificio affabre, & „pulchre effigiatam, cum vix ea ætas (ni„mirum poſt tempora S. Vitalis) in his ter„ris artem ſculptoriam noviſſet, præcipue, „cum lapis ſepulchri S. Ruperti longe mi„nori, & imperitiori arte ſit factus". Hæc author Disquiſit. attamen nos pro indubitato tenemus, quod ſaltem medium ſæculi decimi quinti iſte lapis ſepulchralis S. Vitalis non excedat, uti litteras inſpicienti, & ad leges antiquorum characterum examinanti patebit, & eundem fieri curaverit Petrus Abbas forte uno, alterove anno ſerius, ac lapidem ſepulchralem S. Ruperti, qui abbas Petrus cultor erat devotus Sanctorum Ruperti, & Vitalis, & abbatiam noſtram rexit per annos omnino 30. ab anno 1436. usque ad annum 1466. Dum itaque inquirimus annum mortis S. Vitalis, nos nulla ratione dimoveri patimur a noſtra antiqua traditione, quod nimirum S. Vitalis, ſicut regimen epiſcopale, & abbatiale poſt S. Rupertum ſuſcepit anno 623. ita anno 646. ex vita hac mortali ad immortalem tranſierit, ut refert teſtis lapideus, licet non ſynchronus, attamen teſtis trecentorum annorum non penitus ſpernendus, utpote ſe ad antiquiora ſæcula referens, lapis nimirum ſepulchralis, ubi hæc verba leguntur:

Preſul Vitalis cubat hic, egriſque medetur.
Ao. 646. XIII. Calend. Novemb.

Ex quo teſtimonio non adeo recenti ulterius ſequitur, quod S. Vitalis poſtquam 27. Martii die anno 623. S. Ruperto ſucceſſit; 20. autem Octobris ex hac vita ad cœlum migravit, annos in regimine 23. compleverit, viceſimum quartum vero annum inchoaverit. Legitur quidem in quibusdam noſtris manuſcriptis aliqua de anno obitus differentia; ſic in manuſcripto F. in catalogo antiſtitum Salisburgi dicitur, quod rexerit S. Vitalis 22. annis, unde ſequeretur fuiſſe mortuum anno 645. Manuſcriptum K. ponit obitum ad annum 649. quia tranſitum S. Ruperti ſtatuit ad annum 628. ex quo ſequeretur, Sanctum Vitalem tantum in epiſcopatu fuiſſe viginti, & uno annis, & ſic plura alia habentur, quibus tamen velut minutiis non immoramur; nam agendum nobis erat cum adverſariis, qui integro ſæculo differunt, & quibus allegatus trecentorum annorum teſtis marmoreus nullam authoritatem facit.

XI. Ejus ſepulchrum etiamnum exſtat, cujus forma antiquiſſima,

Poſtquam Sanctus Epiſcopus, & Abbas noſter Vitalis ad cœlos abiit, a mœſtis filiis funerali pompa, prout illa ferebat ætas, terræ fuit conditus in noſtra eccleſia ad S. Petrum, & quidem ad angulum meridionalem, ubi in hodiernum diem ſepultura videtur, & quaſi ſingulis diebus a fidelibus

delibus cultoribus visitatur. Cum vero etiam apud scriptores singularis semper memoria fuerit sepulchri S. Vitalis, ubi tot miracula fiebant, & beneficia languentibus conferebantur innumera, hinc nos erudito lectori triplicem formam sepulchri exponemus, unam antiquissimam, vel saltem talem, eoquod de antiquiori nullum existet vestigium; secundam, valde antiquam de centum, & quadraginta circiter annis: & tertiam modernam, eamque novissimam. Antiquissimam sepulturæ formam, prout erat ante trecentos & amplius annos, videlicet anno 1462. quo tempore in formato processu Canonizationis miracula S. Vitalis fuerunt producta, illam, inquam, antiqui sepulchri figuram describit per longum Canisius Tom. VI. antiquat. Lect. fol. 1050. his verbis: „In Ecclesia S. „Petri monasterii civitatis Salisburgensis „O. S. Benedicti, quam vetustissimam a S. „Ruperto primo Salzburgensi episcopo ere„ctam fuisse constat, extra chorum., (olim enim chorus erat inferius prope altare) „e„jusdem in parte dextra versus plagam me„ridionalem sepultura S. Vitalis sic habetur „formata: In angulo dictæ partis chori „juxta altare S. Andreæ Orientem respi„ciens in modum lapidis monumentalis mu„rus in superficie planus, ex minutis lapi„dibus more veterum constructus; ad al„titudinem medii cubiti a terra erectus, „duabus partibus murum ecclesiæ prædi„ctæ contingens: munit autem eundem „monumentalem murum, seu sepulchrum „illud quædam cancellatura ferrea altitudi„nis cubitorum trium semi quadrata, dua„bus etiam partibus ecclesiæ muro infixa, „per quam quidem cancellaturam ostiolum „pro ingressu, & egressu habetur. Inter „eandem cancellaturam dependet lampas „jugiter ardens, & super tumbam posita „sunt candelabra, in quibus ceræ, & can„delæ per Christi fideles oblatæ ponuntur, „& accenduntur; apparent enim ibi cineres „in multa quantitate, qui ex combustis can„delis supermanserunt: cancellaturæ vero „per ordinem infixi sunt claviculi acuti, in „quibus cerei figuntur, & accenduntur. „Item in muro Ecclesiæ intra tumbam est „pictura quædam vetustissima, pulchra ta„men, & artificiosa, qua ostenditur, quod „funus B. Vitalis ibi deponitur coram cir„cumstantibus sacerdotibus, quorum ali„qui funus deponunt, aliqui thurificant, „aliqui aquam benedictam aspergunt cæte„ri vero orationi insistunt. Item intra can„cellaturam prædictam positus est acervus „baculorum, & lorarum, in quibus clau„di, & infirmi ad tumbam venerunt, & sa„nitate accepta illas ibi reliquerunt. Sunt „& illic in magno numero circuli ferrei, equorum ferramenta, compedes ferrei in „quibus captivi vincti fuisse dicuntur. Item „intra cancellaturam, ac supra, & extra „eandem circumquaque in magna copia „imagines hominum de cera, & ferro con„fectæ, quarum aliquæ in infulis, & pon„tificalibus, aliquæ in armis, cæteræ in „utriusque sexus hominum vestitu apparent; „adsunt etiam diversorum, puta, capitum, „oculorum, dentium, mandibularum, bra„chiorum, manuum, crurium, pedum, & „aliorum membrorum figuræ quasi innu„merabiles de cera, ferro, & ligno con„fectæ per Christi fideles, quibus Domi„nus per meritum Sancti Vitalis languen„tium membrorum sanitatem restituit, ob„latæ, & ibidem relictæ. Item supra tum„bam in muro plagæ meridionalis est una „tabula bipartita, lata, & pretiosa, ope„reque artificiali confecta". Hucusque canisius: qui tamen extrinsecam potius sepulchri formam descripsit, & quæ erant circa tumbam, nullam tamen mentionem fecit, neque de tumba, neque de marmoreo lapide grandi, qui jam tunc ante trecentos, & aliquot annos sustentabatur sex collumnellis, sub quibus homines devotionis causa poterant irrepere, & pavimentum sepulchri devote osculari. Similis descriptio etiam legitur in libello vitæ S. Vitalis, quem edidit Joannes Stainhauserus Cap. II. & hæc erat forma sepulchri, quantum nobis constat, antiquissima, quæ constitutio etiam persistebat usque ad annum 1627. quo tempore Dominus Albertus abbas noster hujus nominis III. non tantum reliquias S. Vitalis elevare, verum etiam renovatam aram S. Andreæ Apostoli versus plagam templi australem statuere decrevit, inopinata autem loci angustia impeditus, eoquod lapis marmoreus monumenti ad cornu epistolæ obstiterit, duobus pedibus tumbam cum lapide retro ab altari remotius poni curavit, ut altari major, & decentior locus relinqueretur.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

XII. Uti & minus antiqua cum prima Corporis S. Vitalis elevatione.

Illam igitur secundam, & respective antiquam sepulchri formam non quidem multum splendoris habentem, quam adhuc per multos annos nostris oculis vidimus, & quæ etiamnum superius in latere muri Ecclesiæ in majori imagine depicta est, ita descripsit in suis disquis. noster Dom. Amandus abbas disquisit. IV. Cap. II. pag. 81. his verbis: „Porro hodierni sepulchri „figura est ista: in angulo meridionali Ec„clesiæ nostræ juxta altare S. Andreæ, „quod hodie a Beato Vitale nomen habet, „est tumba S. Vitalis quadrangularis, mu„ro meridionali, qui Ecclesiam majorem, „& capellam Sanctæ Catharinæ discernit, „uno latere cohærens, alta a pavimento „tribus pedibus circiter, supra tumbam e „murario opere factam impositus jacet la„pis ille, S. Vitalis effigiem referens, no„vem pedes longus, quinque latus, unius „pedis profunditatem habens, cui secun„dum marginem versus populum incisus est „antiquo charactere ille versus:

Preſul Vitalis cubat hic, egrisque medetur.
Ao. 646. XIII. Kalend. Novembr.

„Poſteriori parte verſus murum templi la-
„pis eſt elevatior, verſus populum declivis,
„ut a populo lapis tanto facilius videri poſ-
„ſit. In muro ſupra ſepulchrum affixa vi-
„ſitur illa antiquiſſima imago bipartita,
„cujus etiam fit mentio in productione mi-
„raculorum apud Caniſium ſol. 1051. Tom.
„VI. de qua infra plura. Juxta ſepulchrum
„jugiter lampas ardet, quæ aliquo tempo-
„re intermiſſa reſtituta fuit anno 1662. Cir-
„cumquaque viſuntur tabellæ, & imagi-
„nes votivæ, ſanctimoniæ B. Vitalis teſti-
„monia, adſunt ſoleæ ferreæ equorum,
„compedes, & fulcra, ſuſtentacula, ac
„baculi claudorum, viſuntur e ligno & ce-
„ra pedes, manusque votivæ, & diverſa
„anathemata. Ipſe Illuſtriſſimus Princeps
„Paris Lodronius piiſſimæ memoriæ Ar-
„chiepiſcopus quondam mille thaleros ob-
„tulit ad tumbam S. Vitalis in eum finem,
„ut altare inde ornaretur". Hæc cit. D.
Abbas. Ut autem plena notitia habeatur,
non tantum, qualiter tunc forma ſepulchri
ex antiquiſſima fuerit immutata, verum e-
tiam & maxime quidem, quid actum fue-
rit in prima illa corporis S. Vitalis elevatio-
ne, quæ cum prævia facultate Celſiſſimi
Ordinarii præſente Reverendiſſimo Comiſ-
ſario, & Notario publico ſuſcepta fuit; hinc
per extenſum ipſum tenorem inſtrumenti
publici deſuper erecti ſubjungimus, quod
apud nos in originali aſſervatur. Tenor in-
ſtrumenti eſt ſequens:

In nomine Chriſti Amen.

„Univerſis, & ſingulis præſens hoc publi-
„ cum inſtrumentum viſuris, lecturis,
„aut legi audituris notum ſit, & pateat e-
„videnter, quod, cum anno a nativitate
„Chriſti milleſimo, ſexcenteſimo, vigeſi-
„mo ſeptimo, indictione decima, Pontifi-
„catus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, ac D. D.
„Urbani divina providentia Papæ VIII. an-
„no quarto, die nono menſis Julii admo-
„dum Reverendus D. Albertus Abbas ad S.
„Petrum Salisburgi, verſus plagam tem-
„pli ſui auſtralem Deo vero, in memoriam
„S. Andreæ Apoſtoli renovatam aram ſta-
„tuere decreviſſet, inopina loci anguſtia,
„ut judicarunt opifices, impeditus fuerit,
„eoquod in angulo ad cornu Epiſtolæ lapis
„monumenti obſtiterit e rubro marmore ſex
„columnis, atque marmoreis, & per in-
„tervalla diſſitis innixus, quarto latere pa-
„rietem attingens, novem pedes longus
„quinque latus, profunditate pedis unius,
„cui opere anaglyptico inſculpta videtur
„imago S. Vitalis, temporum tenus irra-
„diata, cujusque margini ſecundum latus,
„quod populum reſpicit, hæc inciſa legi-
„tur epigraphe:

Preſul Vitalis cubat hic, egrisque medetur.
Ao. 646. XIII. Kalend. Novembr.

„Ut igitur altare decentius conſtitui poſſet,
„retro ad duos fere pedes amotum eſt mar-
„mor, & hoc, ne circa ſervitium altaris
„noviter erecti impedirentur miniſtri. Poſt
„hæc apud animum ſuum reputans R. D.
„Albertus Abbas, quantum devotioni ple-
„bis accreſceret, ſi B. Vitalis reliquiæ pio-
„rum venerationi exponerentur, ſupplican-
„dum cenſuit Illuſtriſſimo Principi, ut mo-
„numentum bona ipſius venia reſignaretur,
„& oſſa ſacra, ſi quæ ſupereſſent, ſuſcipe-
„rentur. Impetrato a proclivi Principe con-
„ſenſu, & adhibito admodum Reverendo,
„nobili, & clariſſimo viro D. Chriſtophoro
„Schrefio Illuſtriſſimi Principis conſiliario,
„& commiſſario ad id deputato, lapidem
„illum marmoreum graviſſimum artifices,
„& murarii labore magno revolverunt una-
„cum ſex columnis, quibus ſuſtentabatur.
„Amoliti ſunt etiam pavimenti lapidem, qui
„prætactas ſex columnas ſulciebat. Dein-
„de cum omnia impedimenta de medio ſub-
„lata eſſent, ſudari cœptum eſt in legenda
„ſcriptura antiquiſſima; notarunt enim ar-
„tifices, litterarum aliquid e cœmentitio ſe-
„pulchri plano emicare, ut ſane erant,
„gypſei characteres per lateritiam incruſta-
„tionem depicti. Ad hanc famam occur-
„rerunt prudentes, doctique viri complu-
„res multumque operæ in eruendo ſenſu
„ſcripturæ poſuere, oleo pavimentum le-
„niter macerantes, quoad hæc inſcriptio
„luculenter exſculpta fuit:



Long. ped. 7. unciam 1. Latit. ped. 3. unc. 4.

„ Fodere dehinc pergentibus duo ſaxa, ſed
„rudia, & impolita occurrebant, ſubmotis
„illis optatæ reliquiæ ſeſe oſtenderunt, cor-
„pus quidem unum (haud dubie S. Vitalis)
„honeſtiore, & ſeparato loco verſus altare
„duobus lapidibus a cæteris corporibus di-
„viſum; trium vero anonymorum corpora
„ſimul ac velut ad pedes S. Vitalis decum-
„bebant; ea cum Reliquiis S. Vitalis in
„aram D. Andreæ ſublevata ſunt, rurſum-
„que puræ ſyndoni involuta, ipſas ſyndo-
„nes ego Doctor Notarius meo ſigillo obſi-
„gnavi

„gnavi. Corpora demum præfata priori „ſepulchro, diſtincte tamen, ut antea ja„cuerunt, remandata fuere. Interea dum „hoc in æſtimabili theſauro gauderetur pu„blice, dubitare ſubiit, num prædicta cor„pora ſecundum omnes partes conſtarent. „Proinde ex Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi „Principis Salisburgi mandato admodum „Reverendus Dominus Albertus abbas, & „Dominus Commiſſarius ſupra allegatus „nobilem, & clariſſimum virum Dominum „Antonium a Colle, medicum aulicum ad „8. id. Auguſti anni ejusdem advocarunt, ut „ſingula oſſa, partesque ſuis locis compo„neret, ſerioque, num quid requiſitorum „oſſium deſideraretur, ediceret, id, quod „etiam fideliter præſtitit, atteſtans de cor„pore quidem ſancti Vitalis præter radios „brachiorum, partem maxillæ inferioris „mediam, os jugale, aurium, tempo„rum, & capitis interiora, dexteræ ſpatu„læ particulam, & ambas claviculas nihil „deeſſe; nec etiam dubitandum, quin „omnes prædictæ partes, & membra totius „corporis ſimul fuerint recondita, nec un„quam imminuta, nunc vero per diuturni„tatem temporis attrita eſſe, quæ ad ſup„plementum deſiderantur, ut e pluribus „fragmentis conſtitit judicio medici ad æ„quandos defectus ſufficientibus. Ad hæc „ab eodem medico tria reliqua corpora in „ordinem digeſta ſunt, & per omnes partes „integra reperta, quæ, ut reliquiæ ſancti „Vitalis, donec ſolennius exaltentur in ſa„crophagum ſtanneum eo ordine, ut prius „jacuerunt, repoſita, & mei Doctoris no„tarii ſigillo aliquot locis denuo obſignata „fuere. Super his omnibus ante dictus „Commiſſarius a me Doctore notario publi„cum fieri petiit inſtrumentum; cui æquiſ„ſimæ petitioni, cum e commiſſo mihi offi„cio libens annuerim, præſens hoc publi„cum inſtrumentum ſuper ſuſceptione, ex„altatione, & recognitione præinſerta me„rito confeci, & expedivi. Acta ſunt hæc „in ſæpe nominato monaſterio ad S. Petrum „Salisburgi anno, indictione, menſe, die, „pontificatu, & tempore, quibus ſupra. „Præſentibus ibidem multum Reverendis, „& nobilibus, doctiſſimis viris Jacobo „Kneisl SS. Theologiæ Licentiato, Ca„pellano Salisburgenſi, Domino Auguſtino „Fabro, Parocho in Keſtendorf, & D. M. „Melchiore Scheid, capellano civico, te„ſtibus fide dignis, & ad præmiſſa ſingula„riter accerſitis, rogatis, & vocatis. Et „quia ego Georgius Reiter, J. V. D. cauſa„rum forenſium Salisburgi advocatus, nec „non utraque authoritate notarius publicus „præinſertæ ſepulchri reſignationi, ſacra„rum reliquiarum ſuſceptioni, & recogni„tioni, omnibusque aliis, & ſingulis, dum „ſic, ut præmittitur, fierent, unacum „prædictis Dominis teſtibus ſemper interfui, „depictam figuram ad vivum quaſi ab ipſa „incruſtatione lateritia ipſemet adumbravi, „ſitum, locumque ſepulchri accurate de„prehendi, ac demum etiam ſacras reli„quias in ſtanneum ſarcophagum ex ordine „depoſitas proprio ſigillo aliquoties obſigna„vi; ideo præſens hoc publicum inſtrumen„tum manum quidem alterius fideliter in„groſſatum, exinde confeci, publicavi, & „manu hac mea propria ſubſcripſi, nec non „etiam ſolito notariatus mei ſigno, & ſigil„lo communivi, in fidem, & teſtimonium „præmiſſorum ſpecialiter rogatus, voca„tus, & requiſitus tempore, & loco ſupra „notatis.

(L.S.)

Georgius Reitter,
J. U. D. Notarius publicus.

Ex quo inſtrumento patet, quod ſepulchrum S. Vitalis ante hanc inventionem propius ad antiquum altare S. Vitalis duobus pedibus, ac propter commoditatem altaris fuerit parum motum verſus populum. Conſtat etiam, quod ſacræ reliquiæ integræ conſervatæ ſint in ſtanneo ſarcophago ſub grandi marmore ſepulchri nihilque notabile de iis extra loculum fuerit reſervatum, uti etiam nihil notabile oſtendi poteſt de iis inter alias noſtras ſacras reliquias.

XIII. Et demum moderna cum elevatione reliquiarum ſecunda deſcribitur.

Ab hoc autem tempore, nimirum ab anno 1627. per centum, & triginta quinque annos hoc ſepulchrum nunquam fuit apertum usque ad annum 1762., quo magno temporis intervallo etiam apud domeſticos dubitabatur, an S. Vitalis fuerit unquam elevatus, nihilque a multis, qui nimirum in ſcriptis monumentis, & libris editis non erant verſati, ſciebatur de tumba reliquiarum S. Vitalis, & aliorum trium, quia ſub gravi lapidis pondere ultra ſæculum fuit abſcondita. Dum ergo poſt tot annos antiqua eccleſia noſtra renovatione in- & externa erat indiga, atque eapropter aliam faciem regularem magis induit, hujus monaſterii abbas BEDA ſupplicem libellum obtulit Celſiſſimo Principi, & Archiepiſcopo SIGISMUNDO ex Comit. de Schrattenbach, ut non tantum liceret in præſentia Reverendiſſimi Commiſſarii, & notarii publici remoto grandi marmoreo lapide reliquias S. Vitalis elevare, & ad tempus transferre, verum etiam in eodem loco pro majori decore in perpetuam memoriam ſepulchri, tot beneficiis clari, novum ex marmore altare exſtruere, ita ut ſub marmorea, eaque ornatiori tumba ſarcophagus ille ſtanneus continens oſſa S. Vitalis, & aliorum trium recondi, & ſimul in hoc novo altari, ubi eſt ſepulchrum S. Vitalis ſacrificia miſſæ celebrari valeant. Annuit humillimis precibus clementiſſime Celſiſſimus Ordinarius, atque pro prima elevatione, & reſpective translatione deſignata fuit ejusdem anni dies tertia Novembris: pro ſecunda autem translatione, usque dum gravis ille lapis remotus, & nova tumba altaris marmorea præparata fuit, dies Decem-

bris decima tertia. Quæ autem in hac bina elevatione, & respective translatione acta fuerunt, docebunt duo instrumenta fide notarii publici erecta, quæ sunt sequentis tenoris:

Instrumentum primum.

De prima elevatione: tertia Novembris 1762.

In nomine Christi Amen.

„Universis, & singulis præsens hoc publi„cum instrumentum visuris, lecturis, „aut legi audituris notum sit, & pateat evi„denter, quod anno a nativitate Christi mil„lesimo septingentesimo sexagesimo secun„do indictione Romana X. Pontificatus san„ctissimi in Christo Patris, ac Domini nostri „Clementis divina providentia XIII. an„no V., regnante vero serenissimo Princi„pe Francisco I. Romanorum Imperatore „semper augusto regiminis ejus anno deci„mo octavo, die tertia mensis Novembris „ad preces Celsissimo, ac Reverendissimo „Archiepiscopo & S. R. I. Principi Salisbur„gensi &c. a Reverendissimo, & Amplissi„mo Domino Beda abbate ad S. Petrum ob„latas Reverendissimus, Illustris, ac cla„rissimus D. Josephus Christophorus Mayr, „J. U. D. altefatæ Celsitudinis suæ Reve„rendissimæ Consiliarius intimus, Director „consistorialis, ac collegii B. V. Mariæ ad „nives canonicus qua clementissime deputa„tus Commissarius in Abbatia monasterii a „Reverendissimo Domino Abbate ac toto „venerabili capitulo in floccis congregato „exceptus, ac per sacristiam usque ad se„pulchrum S. Vitalis in ecclesia ejusdem „monasterii situm deductus fuerit, ubi ab „hora circiter media secunda pomeridiana „usque ad mediam tertiam ruptis ex utra„que parte muri parietibus tumba stannea „sex pedes longa, duos lata, ac unum, & „dimidium profunda ante centum triginta „quinque annos ibidem reposita apparuit, „quæ uno adhuc antiquo sigillo munita, ac „a Reverendissimo Domino Commissario re„cognita per me notarium novis sigillis obsi„gnata, & a sex Patribus ejusdem conven„tus, incensatis prius in Pontificalibus a su„pradicto Domino Abbate sacris reliquiis in „aram divi Andreæ interim translata, ac „novo muro ex parte anteriore altaris, in„spiciente conferta utriusque sexus, & o„mnis status hominum turba obducta fuit. „Acta sunt hæc in sæpe nominato monaste„rio, & ecclesia ad sanctum Petrum Salis„burgi anno, indictione, mense, die, Pon„tificatu, regimine, & tempore, quibus „supra. Præsentibus ibidem admodum Re„verendis Dominis Benedicto Schmuzer, & „Antonio Schipfl metropolitici chori vica„riis testibus fide dignis, & ad præmissa „singulariter vocatis, & rogatis. Et ego „Franciscus Leopoldus Stegmayr, SS. „Theologiæ Doctor, collegii B. V. Mariæ „ad nives canonicus, consiliarius, & Se„cretarius consistorialis, ac notarius publi„cus in archivio Romanæ Curiæ immatri„culatus, quia omnibus, & singulis, dum „sic, ut præmittitur, fierent, unacum præ„fatis Dominis testibus interfui, ideo publi„cum instrumentum desuper confeci, manu „propria subscripsi, ac solitum notariatus „signetum unacum sigillo appposui, in fidem „præmissorum specialiter vocatus, & re„quisitus.

(L. S.)

(L.S.) *Franciscus Leopoldus Stegmayr, Notarius, qui supra.*

Instrumentum secundum.

De secunda elevatione: die decima tertia Decembr. 1762.

In Christi nomine. Amen.

„Universis, & singulis præsens hoc publi„cum instrumentum visuris, lecturis, „aut legi audituris notum sit, & pateat evi„denter, quod anno a nativitate Christi mil„lesimo, septingentesimo, sexagesimo se„cundo, indictione Romana X., Pontifica„tus sanctissimi in Christo Patris, ac Domi„ni Clementis divina providentia Pa„pæ XIII. anno V., regnante vero Sereniss„simo Principe Francisco I. Romanorum Im„peratore semper Augusto, regiminis ejus „anno XVIII. die decima tertia Decembris „Reverendissimus, Illustris, ac Clarissimus „Dominus Josephus Christophorus Mayr „J. U. D. Celsissimi, & Reverendissimi Ar„chiepiscopi, & S. R. J. Principis Salisbur„gensis &c. &c. Consiliarius intimus, ac „Director Consistorialis, nec non collegii „B. V. Mariæ ad nives canonicus, qua cle„mentissime deputatus commissarius, in „abbatia monasterii ad sanctum Petrum a „Reverendissimo, & amplissimo Domino „Beda abbate, ac a toto venerabili Capitu„lo in floccis congregato circa horam secun„dam pomeridianam humanissime exce„ptus, ac per sacristiam usque ad altare „sancti Andreæ, sub quo in tumba stannea „ad tempus reconditæ erant reliquiæ san„cti Vitalis, deductus fuerit, ubi muro, „qui hactenus tumbam cum reliquiis custo„diebat, destructo, prædicta tumba, com„parente in pontificalibus Reverendissimo „Domino Abbate cum solitis ministris, a „sex Reverendis Patribus, stola indutis, ex „suo loco ad pedem altaris in medio consti„tuta, recognitis prius sigillis, remoto „operculo aperta, ac in eadem coram intro„spiciente Reverendissimo Domino Commis„sario, me notario, & testibus sancti Vita„lis honestiore, ac separato loco a cæteris „divisæ, trium vero anonymorum simul, „& velut ad pedes sancti Vitalis inventæ sa„cræ reliquiæ omnium oculis in innumera„bili hominum concursu expositæ, tumba

„autem

„autem posthac a me notario novis sigillis de „novo obsignata, ac sub intonata antipho„na: *Sacerdos, & Pontifex &c.*, & a musi„cis figuraliter intonato hymno: *Iste Con„fessor Domini &c.* per sex sacerdotes ejus„dem Conventus elevata, & cum debita re„verentia ad tumbam marmoream cum sa„cris reliquiis rursus incensatis reposita, ac „lapis sepulchralis, seu mensa altaris, per „quam ipsa tumba, in qua sunt reliquiæ, „custoditur, superimpositus, tandem pro „Reverendissimo Domino Commissario in „medio ante summum altare præparato „condecenti strato cum scabello, & cusino „per Reverendissimum Dominum abbatem „hymnus Ambrosianus: *Te Deum Lauda„mus &c.* intonatus, ac per musicos solen„niter decantatus, & sic huic solennitati fi„nis impositus fuit. Acta sunt hæc in sæpe „nominato monasterio, & ecclesia ad san„ctum Petrum Salisburgi anno, indictione, „mense, die, Pontificatu, regimine, & „tempore, quibus supra. Præsentibus ibi„dem admodum Reverendis Dominis Be„nedicto Schmuzer, & Antonio Schipfl, te„stibus fide dignissimis, & ad præmissa spe„cialiter vocatis, & requisitis. Et ego „Franciscus Leopoldus Stegmayr sacrosan„ctæ Theologiæ Doctor, collegii B. V. Ma„riæ ad nives canonicus, consiliarius, „& secretarius consistorialis, ac notarius „publicus in archivio Romanæ Curiæ im„matriculatus, quia omnibus, & singulis, „dum sic, ut præmittitur, fierent, una„cum præfatis Dominis testibus præsens in„terfui, ideo publicum hoc instrumentum „desuper confeci, manu propria subscripsi, „& solitum notariatus mei signetum, una„cum sigillo apposui, in fidem præmisso„rum specialiter vocatus, & requisitus.

(L. S.)

(L.S.) *Franciscus Leopoldus Stegmayr, Notarius publicus, qui supra.*

Hucusque tenor utriusque instrumenti: paulo post, dum hæc stannea tumba, continens ossa S. Vitalis, & aliorum trium, marmoreæ tumbæ fuit inclusa, integrum altare novum in honorem sancti Vitalis ad conservandam perpetuam sepulchri memoriam ex novo marmore surrexit, in quo S. Vitalis statua in justa figura collocata videtur, superius autem picta imago referens tres viros beatos, quicunque demum illi fuerint, cum inscriptione: *Sanctus Vitalis episcopus, & alii tres:* inferius autem hæc verba leguntur: *Sepulchrum sancti Vitalis episcopi Salisburgensis.* Ut autem memoria sepulchri eo firmius in mentibus fidelium permaneat, in medio tumbæ marmoreæ locus apertus remansit deauratis cratibus obductus, per quem omni tempore aspectus patet ad ipsum sarcophagum stanneum, cui imago S. Vitalis in tumulo quiescentis est affixa, & in quo sarcophago ossa S. Vitalis, & aliorum trium, ut sæpe diximus, continentur; grandis autem ille lapis ex rubro marmore retro fuit positus, ut & hujus memoria non penitus aboleatur. Hæc de sepulchro S. Vitalis, & multiplici ejus constitutione dicta sufficiant.

XIV. An, & quando S. Vitalis miraculis clarere incepit?

Nunc jam debito ordine agendum est, an, & quando S. Vitalis post mortem miraculis claruerit? author disquisit.: jam sæpe citatus, dum in suo opusculo quæstionem statuit Disquis. VI. Cap. I. fol. 113. an S. Vitalis post mortem miraculis fuerit clarus? ita loquitur: „Non est supervacanea hæc disquisitio, etsi ex subjectis mira„culis per se clare pateat quæstionis veritas; „certum est enim ab anno 1171. claruisse „multis miraculis, non est autem adeo cla„rum ante illum annum ab eo patrata fuisse „aliqua miracula. In tabula antiquissima, „quæ anno 1462. suspensa cernebatur publi„ce ad tumbam S. Vitalis, quæ adhuc qui„dem adest, sed confracta, quam describi „curavi in MS. A. tab. I. nulla fit mentio ul„lius miraculi ante annum 1171. editi.„ Sic præfatur cit. loc. Dominus author, qui tamen eodem capite inquit, probabilius esse, miracula sumpsisse exordium anno 1181., quod ipsum etiam colligitur ex antiquo nostro manuscripto W. in tribus exemplaribus, in quibus productio miraculorum describitur: sive autem anno 1171. vel 1181. miraculis claresceré inceperit Sanctus noster, nihil tamen colligi potest, quod statim post mortem, aut ante dictos annos inclaruerit. „At vero post annum 1181. (inquit D. Author disquisit.) „quantis miraculis effulse„rit, nullus sufficienter descripserit; illa so„lum ex productione miraculorum ejus ver„ba adduco apud Canisium fol. 1035., ubi „probatur quarto sanctitas Beati Vitalis ex „approbatione divina, ex miraculorum sci„licet tam in vita, quam post mortem osten„sione; *Tradit enim antiquitas, & idem ve„teribus libris, codicibus, multis, & variis „registris, tabulis, figuris, & picturis descri„ptum habetur, quod post transitum Beati „Pontificis sancti Vitalis multi, & varii arre„ptitii, cæci, claudi, contracti, variis etiam „languoribus dentium, & aliorum membrorum „depressi etiam de longe advenientes per invoca„tionem ejusdem, & apud tumbam suam pro„voluti subito sunt, & ad integrum, atque „perfecti restituti.* Hæc ibi. De his etiam „miraculis Joannes Stainhauserus in vita „ipsius Cap. I. & MS. L. fol. 558. pulchre lo„quitur, dum ait: *Quanto in honore beatus „Vitalis apud Deum post mortem fuerit, de„monstrant satis innumera miracula, quæ omni „tempore ad sepulchrum ejus cum omni admira„tione contigerunt, dum in sola nominis sui in„vocatione multi homines a suis pressuris, & „ægritudinibus fuere liberati &c.;* atque inde „P. Dominicus Hess sæpe citatus in catalo„go antistitum Salisburgensium cecinit:

„Quod

„Quid loquar exiguo miracula plurima verſu ?
„Quod panacea nequit (cunctos ſanare dolores
„Quamvis dicatur (nequeunt quod Pæonis herbæ,
„Hoc ſanctæ ſigno ille crucis, validaque precum vi
„Præſtitit, inviſos morbos, lethique miniſtros
„Pellendo, atque aliis decus immortale parando
„Miraclis ; pietas animi valet integra tantum.„

Hucusque laudatiſſimus author D. Amandus abbas in ſuis diſquiſſ. l. c., qui in eadem diſquiſitione miracula S. Vitalis in triplici claſſe conſtituit; quædam enim, inquit, in antiquiſſima tabula reperta fuere, quæ etiam anno 1462. in proceſſu inquiſitionis fuere producta, quædam vero ipſo anno prædicto per teſtes juratos in publica inquiſitione eorundem fuere depoſita ; quædam vero poſt inquiſitionem illam ad noſtra usque tempora contigerunt. Hinc idem D. autor cit. diſquiſit. VI. Cap. III. enumerat miracula numero triginta novem, quæ in tabula antiqua ad ſepulchrum olim ſuſpenſa legebantur. Cap. IV. agit de miraculis numero 69., quæ per vivos teſtes fuerunt propoſita ſub juramento corporali in inquiſitione ſolenni miraculorum S. Vitalis anno 1462. Cap. V. de miraculis, numero 11., quæ contigerunt ab anno 1462. usque ad annum 1602, & demum Cap. VI. de miraculis numero 28., quæ acciderunt ab anno 1602. usque ad annum 1663., quo tempore ſæpe citatum opuſculum ſcripſit idem Reverendiſſimus autor. Quoniam vero in præſenti chronico non eſt noſtri operis omnia miracula &c., beneficia S. Vitalis, quæ in proceſſu canonizationis, & productione miraculorum fideliter continentur, & prout illa conſcripſit D. Amandus abbas c. l., in particulari enumerare, infra de illis ſynoptice ad noſtra usque tempora in paucis agemus.

XV. Specialiter! quid de lilio? an aliquando ex tumulo hujus ſancti excreverit?

Prius tamen operæ pretium eſt, ut examinemus quid de Lilio S. Vitalis dici valeat, an vere aliquando ex tumulo per lapidem excreverit? eſt enim non tantum antiquiſſima traditio, verum etiam inſita, & firmiſſima in fidelium S. Vitalis cultorum mentibus perſuaſio, quod Deus in teſtimonium ſanctitatis, & præſertim virginalis caſtimoniæ hoc magno miraculo excreſcentis ex ipſius tumulo albi lilii fidelem famulum ſuum honorare dignatus fuerit, quod hac occaſione accidiſſe fertur: homo quidam eccleſiam S. Petri inviſens de tanta, quam fama ſparſerat, virtute, & puritatis cœleſtis candore non tantum dubitare, ſed in ipſam etiam incredulitatem deflectere incepit, niſi videret ex tumba lilium excreſcere ; quamprimum vero oculos ad ſepulchrum S. Vitalis conjecit, repente ſurrexit ex lapide duriſſimo, qui pectus divi tegebat, candidiſſimum lilium, & propius accedens vidit, quod lilium e lapidis duritie fuerit enatum, nec alium fundum habeat, quam pectus candidiſſimum S. Vitalis; unde tanto prodigio perculſus hæſitationem ſuam infidelem in maximam venerationem convertit, provolutus in genua Deum in Sanctis ſuis adoravit, deprecatus pariter infidelitatis culpam, quam devotiſſimo cultu erga hunc Sanctum expiare, & compenſare firmiter in animo ſuo propoſuit. Jam ſingularis hujus miraculi, quo Deus virgineum hunc, & innocentem Virum ob eximiam corporis, animique puritatem cohoneſtare voluit, tanta ſemper fuit, & etiamnum hodie eſt fama in populo, ut ſine ſcandalo, prout ait Dominus Amandus abbas noſter diſquiſit. VI. Cap. II. amplius negari non poſſit, quamvis certa & evidens demonſtrativa hujus rei documenta non adſint, & ſola id traditio doceat, quod candidum lilium per ſaxum ſepulchri ex corde S. Vitalis poſt mortem excreverit. Roboratur autem hæc traditio ex eo, quod jam anno 1462., dum inquiſitio miraculorum S. Vitalis fuit inſtituta, hoc ipſum etiam miraculum fuerit productum; leguntur enim in proceſſu Canonizationis ejus, qui habetur apud Caniſium Tom. VI. fol. 1035., & in noſtro MS. W. hæc verba: „ Et quod „hæc (miracula nimirum S. Vitalis) in ſpe„cie per ſingula deſcribere nimis proteloſum „foret, & extenſum, idcirco ad libros, ve„teresque, & approbatas ſcripturas produ„cens (Procurator) ipſe ſe remiſit, uni„cum tamen præſentibus deſignans: quod, „cum quidam, poſt ejus Patris obitum, de „miraculis ſuis diffiſus dixiſſet, ſe non cre„diturum, niſi lilium ex tumba ejusdem „creſcere videret, quadam vice, dum „proximus tumbæ accederet, oculis ſuis li„lium unum album de corde S. Viri aſcen„dere reſpexit, & credidit. In cujus ſpe„ctaculi memoriam a vetuſtiſſimis tempori„bus usque modo S. Vitalis cum diadema„te inſtar aliorum ſanctorum, & cum lilio „albo ex corde ſuo creſcente depictus repe„ritur, & hodie depingitur forma ſub ea„dem.„ Hæc ex proceſſu Canonizationis. Accedit etiam teſtimonium antiquum monachi noſtri & ſacerdotis P. Simplicii ſacrorum Canonum non ignari, qui illo tempore a Domino Abbate Petro juſſus eſt, ut acta de S. Vitale pro Canonizatione colligeret, cui mandato obtemperans inter alia puncta, ut legitur in MS. R. fol. 528. etiam hoc miraculum expoſuit, ait enim: „Facit „pro ejus commendatione, quod, poſt„quam ſepultus eſſet, album lilium de ejus „caſtiſſimo pectore excreviſſe ſenes a ſenio„ribus, & ſeniſſimi poſterorum memoriæ „reliquerunt, unde & in antiquiſſimis pi„cturis ita cernitur depictus.„ Ex his autem ſaltem hoc absque dubio colligitur, quod jam ante trecentos, & amplius annos hoc miraculum fuerit in certa opinione per traditionem tantum, licet ſcriptum aliquod docu-

documentum non adfuerit, unde etiam non tantum manuſcripta noſtra, non quidem illo ſæculo XV. antiquiora, ſed paulo recentiora, uti & plurimi authores graves in vita S. Vitalis hujus miraculi, & floridiſſimi lilii mentionem fecerunt, & hoc ipſo ſaltem probant, quod fuerit traditio antiqua: ſic MS. R. ſub S. Vitale fol. 45. hæc refert: „Lilium ex Confeſſoris ſanctiſſimi Vitalis „corde per marmoris ſummam duritiem tan„ta fertilitate in altum excrevit, ut nec æ„ſtus, nec frigoris vi a viriditatis vigore „dejici potuerit.„ In alio MS. paulo antiquiori S. de S. Vitale fol. 173. hæc leguntur: „Ex cujus corde crevit lilium album in „teſtimonium ſuæ puritatis, caſtitatis, & „innocentiæ per lapidem tumularem mar„moreum ſupra ipſum poſitum, in ſepul„chro.„ Hæc manuſcripta, & antiquam traditionem etiam graves ſecuti ſunt authores, inter quos Raderus, & Wiguleius Hundius: Ille Tom. II. Bavar. ſanct. ſuo more pulchre eloquitur: „Ex ſingulari caſti„monia factum reor, ait, ut ex caſtiſſimo „ejus jam ſepulti pectore candidiſſimum li„lium per ipſa tumuli marmora in lucem pe„netraret, Præſulisque integerrimi virgi„neam mentem, corpus ab omni impurita„tis labe intactum mundo prodiderit, id, „quod publicis conſignatum tabulis conſtat „poſteritatis monumentum.„ Iſte, nimirum Hundius in Metropol. Salisb. ad initium: „Ex cujus corde, inquit, dicunt ex„creviſſe lilium per lapidem marmoreum tu„mulo impoſitum, per quod cordis ipſius „puritas ab omni terrena pollutione libera „procul dubio fuit ſignificata.„ Hæc author citatus. Inter recentiores, & modernos ſaltem non multum contradicit huic traditioni, ſed permittit illam ſuo loco ſtare celebris hiſtoricus Salisburgenſis Marcus Hanſizius in vita S. Vitalis pag. 72. num. XI., & in annotationibus pag. 1009. hic author quidem ſubdubitat, an non propter ſingularem caſtimoniam, quæ legitur in ipſius actis, veteres ipſi adpinxerint lilium ex corde creſcens, ex quo deinde apud imperitos extare potuit fama miraculi adeo decantati, qua exiſtimatum ſit lilium aliquando revera de corde mortui ſuccreviſſe, ſed hæc, ait, ſuo loco ſint. Huic quidem antiquæ traditioni ſibimetipſi objicit ſequentia D. Amandus abbas eruditus diſquiſitionum de ſancto Vitale collector, Disquiſit. VI. pag. 119. in fine: „Si lilium inquit, „ex corde ejus excrevit, ubi illud eſt ho„die, præcipue, ſi nec æſtu, nec frigore „potuit dejici, ut MS. R. loquitur? cur non „in antiquo ſepulchro indicium quoddam vi„ſum, aut annotatum fuit, ubi penetravit „lilium? denique ſe illud exaruit, numquid „in ſacrar io potuiſſet conſervari ſaltem ad „tempus? præterea vel iſtud lilium ſtatim „poſt mortem excrevit, aut primum poſt „annum 1181., ubi ipſius miracula incepe„runt clareſcere? poſt obitum autem ſtatim „contigiſſe hoc unicum miraculum non eſt „credibile; nam videtur non ſtatim poſt „mortem claruiſſe miraculis, cum miracu„la ejus primum inceperint anno 1181., uti „diximus Cap. I.; at vero hoc miraculum „de lilio ideo contigit, quia aliquis de mi„raculis S. Vitalis dubitaverat, ergo, quan„do contigit hoc, miracula ejus jam fuere „divulgata: ſi vero hoc contigit circa an„num 1181. ubi incepere divulgari miracula, „mirandum ſane eſt, quod unicum hoc & „ſolum, cum inter cætera fere ſit præſtan„tiſſimum, non fuerit annotatum in illa an„tiquiſſima tabula, in qua annotata lege„bantur alia miracula, quæ ab anno 1181. „contigerunt.„ Hucusque author citatus, qui tamen ad hæc dubia ſibimet ipſi ſequentibus reſpondet: „Quid ad hæc dubia dicen„dum, dubius hæreo; dico tamen, ubi „ſoli traditioni fides adhibenda, non valere „ſimiles rationes, niſi expreſſe convincant „contrarium; potuit enim illud lilium pri„mis annis conſervari aut in ſepulchro, aut „in ſacrario, potuit & tanto tempore pror„ſus corruptum fuiſſe, id certe convenit, „lapidem marmoreum a ſancto Anſologo fa„ctum fuiſſe ſupra ſepulchrum S. Vitalis, „per quem forte excrevit hoc lilium; quis „ſcire poterit a mille, & ampliùs annis, „quid in hac re actum ſuerit? an etiam hoc „ſolum miraculum, aut alia ſtatim poſt „mortem contigerint, nullis ſcriptis me„moriæ fuit traditum, & ſi putemus, mul„ta ab eo fuiſſe patrata, quæ tamen pri„mum ab anno 1181. fuere annotata. Cer„te monaſterium noſtrum aliquot incendia „paſſum eſt, quibus plurimæ antiquitates „periere, pauciſſima fragmenta tantum & „MSS. vix ultra trecentos annos adſunt, quæ „tamen de his rebus non tractant: fuere „forſan alii codices, in quibus antiqui mo„nachi etiam hæc annotavere, qui cum „aliis incendio perierunt. Neque refert, „antiquam illam tabulam nil meminiſſe hu„jus miraculi, ſed ſolum illa enumerare, „quæ ab anno 1181. contigere; ex hoc enim „ipſo videtur confirmari illud de lilio anti„quius eſſe, & ſolum ad poſteros derivatum „fuiſſe; ſi enim circa annum 1181. contigiſ„ſet, non utique ſcriptor illorum miraculo„rum hujus unius fuiſſet oblitus. Certe „antiquiſſimæ imagines, quæ ante ducen„tos annos, de quibus ſupra Diſquiſ. IV. „Cap. III. fuere productæ ad ſanctitatem „B. Vitalis demonſtrandam, cum omnes „lilio illo ornatæ fuerint, indicant, non eſ„ſe eam traditionem novam, neque vanam, „aut excogitatam, ſed ob venerandam an„tiquitatem multa fide, & credulitate di„gniſſimam.„ Hæc D. Amandus abbas, ſi ullus, hic certe in antiquitatibus monaſterii noſtri verſatiſſimus.

XVI. Et demum, quid de miraculis, & beneficiis

Ne autem penitus omnia miracula, & beneficia ſancti Vitalis ſilentio involvamus, illa ſaltem in ſynopſi complectimur illis verbis, quibus eadem deſcripſit Mezgerus noſter

fynoptice usque ad noſtra tempora dici valeat? exponitur,

ſter Lib. II. Hiſt. Sal. Cap. IV. „Cœcos, furdos, inquit, mutos, debiles, loripedes „manibus, pedibusque captos, aridos, „curvos, hernioſos, ex alto lapſos, & „membris graviter læſos, hœmeroidem patientes, mente captos, furioſos, energumenos plurimos reſtituit: Mala omnia, & „omnis generis, diſſenteriam, attritidem, „hydropem, calculum, ignem ſacrum, „Perſicum, cancrum, phreneſin, febrim, „cholicam, brachii, pedisve fracturas, „graviſſimos partus, dentium, capitis, „oculorum dolores, tumores, pericula, & „quæ non alia? proſcripſit. Nec ſatis erat „ſimplici malo mederi, geminata, triplicata ſanavit. Ad hæc devotos in undis pe„riclitantes, puerum inter ardentes jam le„ctuli flammas illæſum ſervavit. Et vero „tam pronum plerumque tutelaris noſter in „ſalutem hominum pectus habet ut pluri„bus, ignotus licet, de cœlo præſentem ſe „ſtiterit, opemque nondum vocatam pro„miſerit.„ Et poſt pauca idem ait: „Par„tu laborantibus adeo plerumque ſacer Præ„ſul præſens fuit, ut vix aliqua ſerio, & „enixe rogaverit, quæ non ad ſalutem exo„raret. Multas equidem ad ſolas preces, „& vota, ſed plurimas, immo omnes, quæ „ſacro Vitalis cingulo cum pia in illum fidu„cia, dum periclitarentur, ſe cingerent, „periculo, & præſenti interitu exemptas „comperimus. Diceres caſtiſſimum pectus „viri, & præcinctos virginali puritate, „olim, cum viveret, lumbos etiam in ma„trum cinctura Deum honorare. Hinc ad„huc hodie pene quotidianum eſt, poſtula„ri ex ſacriſtia ſancti Petri, ubi inter ſacra „cimelia aſſervatur idem cingulum, defer„ri ad partu laborantes, referri cum gra„tiarum actione, quod etſi non ſemper inter „prodigia referamus, inter beneficia tamen, „& gratias cœleſtes B. Vitalis numerari de„cet.„ Hæc Mezgerus, & quod ille ſuo tempore ſcripſit veraciter, nos pariter eandem beneficentiam S. Vitalis poſt octoginta, „& amplius annos confirmamus. Quod autem jam anno 1602. conqueſtus eſt Joannes Stainhauſerus in vita B. Vitalis Cap. V. in MS. C. id ipſum & noſtris temporibus non ſine pudore affirmare cogimur; dicit enim citatus author: „Non tantum an„te multos centenos annos effulſere miracu„la S. Vitalis, verum etiam eadem in ho„diernum diem usque inclareſcunt aperte, „quamvis his ferreis temporibus noſtris „corda multorum fidelium ita ſint frigida, „ut debitam devotionem, & cultum non „exhibeant; unde fit, ut etiam voti com„potes quandoque non fiant. Neque hiſce „temporibus ea diligentia adhibetur, ut „miracula manifeſtarentur, & annotaren„tur, prout tamen noſtri majores id diligen„ter obſervavere: quos non puduit, ſe tan„ta in infirmitatibus ſuis beneficia curatio„num accepiſſe, ſed publice ſuos morbos, „& ſanationes profitebantur ultro; quod ſi „adhuc hodie fieret, tanta miraculorum B. „Vitalis copia congregaretur, ut facile co„dicem implerent.„ Hæc jam ſuo tempore Stainhauſerus; ſed longe antiquior de anno 1462. eſt teſtis Dominus Hadmarus tunc temporis Decanus metropoliticus, qui, ut legitur apud Caniſium fol. 1058. Tom. VI., dum anno prædicto veluti teſtis miraculorum ſub juramento depoſuiſſet, dicebat: „Se credere, immo audiviſſe ſæ„pius, B. Vitalem in operatione miracu„rum ſedulum eſſe.„ Addidit tamen: „Quod negligentia modernorum id non ad„vertat.„ Cui graviſſimo teſti & nos pariter ſubſcribimus, omnesque, & ſingulos, qui hæc legerint, impenſe rogamus, ut ſi quid ſciverint in hoc genere ſibi aut aliis contigiſſe, id diligenter in monaſterio indicare, & manifeſtare dignentur.

XVII. Poſt tot ſigna negotium canonizationis, & translationis fuit inceptum.

Jam inter tot, & tanta ſigna ſanctus Vitalis non tantum intra Salisburgenſes limites, ſed etiam provinciis exteris inclaruit, magnique Viri in ejus cultum accenſi fuerunt, ita, ut actum fuerit de ipſius ſolenni canonizatione, & translatione ab eccleſia noſtra ad eccleſiam cathedralem. Hoc negotium qualiter incœptum, continuatum, in fine autem ſuſpenſum fuerit, ſic ex actis, & MSS. noſtris deſcribi, & totus proceſſus legi poteſt Tom. VI. antiq. lect. apud Caniſium, vel in nova edit. amſtelod. Tom. III. part. II. a pag. 351. & bis adeſt in noſtro archivio. Burchardus de Weispriach circa annum 1452. in cathedralem præpoſitum electus qui & poſtea anno 1461. de mortuo archiepiſcopo Sigismundo a Wolkenſtorf communibus votis ſucceſſit, dum adhuc erat Præpoſitus, magnam habuit devotionem erga S. Vitalem, cujus miracula indies coruſcare videbat, quin tamen adhuc Sanctorum catalogo adſcriptus fuerit. Quapropter ut ſuam devotionem tanto magis demonſtraret, cum prævia licentia Archiepiſcopi Sigismundi anno 1459. proprio nomine obtulit ſupplicem libellum ſummo Pontifici tunc Pio II., ut dignaretur S. Vitalem adſcribere catalogo Sanctorum, geſſitque Procurator Romæ hoc negotium adeo feliciter, ut ſummus Pontifex per Bullam apoſtolicam mandaverit, ut inſtitueretur proceſſus publicus inquiſitionis miraculorum, & vitæ ipſius: ad quod negotium delegavit illuſtriſſimos, & Reverendiſſimos Epiſcopos D. Joannem Epiſcopum Friſingenſem, D. Ulricum Chiemenſem, & D. Gregorium Epiſcopum Seccovienſem, prout patet ex Bulla Sanctiſſimi Patris, quæ ſic ſonat:

> Pius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus Fratribus Friſingenſi, & Seccovienſi, & Chiemenſi epiſcopis ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

„Ut corda fidelium in ſui amorem Rex cœ„leſtis accendat, & incredulos convertat „ad fidem, ſanctos ſuos miraculis magnifi„cat

„cat glorioſis. Devotiores enim fideles ipſi „redduntur altiſſimo, dum vident electos „ipſius poſt exitum hujus vitæ felicem virtu„tibus coruſcare, ac reliqui eum ſequi de„ſiderant, cum ſe ſequentibus æterna præ„mia largiatur. Sane de meritorum excel„lentia, quibus ſanctus Rupertus quondam „Salzburgenſis Antiſtes, & Confeſſor Do„mini glorioſus ſub noſtræ mortalitatis ha„bitu vitam duxit ſanctiſſimam, proceſſit, „quod ipſum poſt obitum ſuum crebris co„ruſcantem miraculis apoſtolica ſedes cata„logo adſcripſit beatorum, & ſicut dilectus „filius Burchardus Præpoſitus, & Archi„diaconus Salzburgenſis nobis expoſuit, fe„licis memoriæ Vitalis, quem Deus, qui „eccleſiam ſuam ſemper nova prole fœcun„dat, in eccleſia Salzburgenſi prædicta fe„cit immediate ſuccedere, cum pie vixiſ„ſet in hoc ſæculo, viam ſalutis docendo „verbis pariter, & exemplo, tandem præ„ſentis vitæ curſu feliciter conſummato, „multis ab eo tempore miraculis decoravit, „ac in præmium ſanctitatis ejus epiſcopi, „fidelibus usque in præſentem diem mon„ſtrare dignatus eſt; ita quod remanentibus „tam ſcriptis ſuis, quam operum veſtigiis, „Chriſti fideles ipſi reliquias ſuas devota, & „aſſidua viſitatione frequentant, ac ſi ca„talogo prædicto jam haberetur adſcriptus. „Cum itaque non deceat, eum apud homi„nes ſine veneratione relinqui, quem meri„ta ſanctorum oſtendunt & miracula. Nos, „quos providentia docet, feſtinos incertos, „& lentos in dubiis inveniri, dicti Burchar„di devotis in hac parte ſupplicationibus in„clinati, fraternitati veſtræ, de qua geri„mus in Domino fiduciam pleniorem, præ„ſentium authoritate committimus, qua„tenus, ſi adeo ſuper hæc publica fama in „partibus illis invaluit, quod de ipſius Vi„talis, cujus corpus in eccleſia monaſterii „ſancti Petri Salisburgi requieſcit, vita & „miraculis inquirendum videatur, de vir„tute morum, & veritate ſignorum, ope„ribus ſcilicet & miraculis ſecundum inter„rogatoria, quæ vobis ſub Bulla noſtra in„cluſa mittimus, diligenter inquirentes, „quod ſuper præmiſſis invenietis, conſcri„ptis fideliter ſub veſtris ſigillis, & cum ve„ſtrarum litterarum ſerie teſtimonio remit„tatis. Datum Senis anno Incarnationis „dominicæ milleſimo, quadringenteſimo, „quinquageſimo nono, duodecimo Calen„das Maji Pontificatus noſtri anno primo.„

Huic autem Bullæ (ex qua colligitur jam anno 1459. fuiſſe hoc canonizationis negotium inceptum) ſummus Pontifex aliam appoſuit, in qua interrogatoria inquiſitoribus præſcripſit in hunc tenorem:

Pius epiſcopus, Servus ſervorum Dei venerabilibus fratribus N. Friſingenſi, N. Seccovienſi, & N. Chiemenſi epiſcopis ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

„Hodie per vos accepto, quod felicis recor„dationis Vitalis, quondam Salisburgenſis „antiſtes, cujus corpus in eccleſia monaſte„rii S. Petri Salisburgæ requieſcit, tot, & „tanta miracula jugiter operaretur, quod „epiſcopi fideles illarum partium ejusdem „Vitalis invocarent ſuffragia, ac devota „veneratione ipſius viſitarent reliquias, ac „ſi de catalogo ſanctorum haberetur aſſcri„ptus. Nos tunc volentes ſuper hoc ad ple„num certiorari, vobis per alias noſtras lit„teras commiſimus, & dedimus in manda„tis, quatenus de vita, & meritis Vitalis, „ac miraculis hujusmodi, & cæteris cir„cumſtantiis juxta interrogatoria vobis ſub „Bulla noſtra transmittenda, veritate per „vos diligentius inquiſita, nobis, quæ in„veneritis, per litteras veſtras fideliter in„timare ſtuderetis. Teſtes igitur legitimos, „quos ſuper præmiſſis debitis recipere, prius „ab eis præſtito juramento, diligenter exa„minare procuretis, & de omnibus, quæ „dixerint, interrogetis eos, quomodo ſci„unt, quo die, quibus præſentibus, quo „loco, ad cujus invocationem, & quibus „verbis interpoſitis, & de nominibus illo„rum, circa quos miracula facta dicuntur, „& ſi eos antea cognoſcebant, & quot die„bus ante viderunt eos infirmos, & quot „diebus fuerint infirmi, & quanto tempore „viſi ſunt ſani, & de quo loco ſunt oriundi, „& interrogentur de omnibus circumſtan„tiis diligenter, & circa ſingula capita „fiant, ut expedit, præmiſſæ quæſtiones, „& ſeries teſtimonii, & verba teſtium fide„liter redigantur in ſcriptis. Datum Senis „anno Incarnationis Dominicæ milleſimo, „quadringenteſimo, quinquageſimo nono, „duodecimo Calendas Maji, Pontificatus „noſtri anno primo.„

Sic ergo fuit inceptum negotium canonizationis, quam & translatio ſolennis fuiſſet ſecuta; & poſtquam ſummus Pontifex has litteras miſit, & tres Reverendiſſimos, & Illuſtriſſimos epiſcopos delegavit, duo poſteriores epiſcopi acceptarunt delegationem, epiſcopus autem Friſingenſis, cum aliis negotiis ſuæ eccleſiæ eſſet impeditus, loco ſui ſubdelegavit Petrum abbatem noſtri monaſterii, Dominum Georgium in Beuern, & Dominum Benedictum Præpoſitum in Hegelwerth per litteras ſpeciales datas Friſingæ 8. Martii 1462., quas allegat Caniſius c. l., ex quibus etiam colligi poteſt, quod non ſtatim poſt editam bullam pontificiam inquiſitio fuerit inſtituta, quia interceſſit mors Sigismundi hujus nominis I. Archiepiſcopi, in cujus locum communibus ſuffragiis electus fuit D. Præpoſitus cathedralis Burchardus, de quo ſupra dictum.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

XVIII. Et per commiſſarios delegatos continuatum, ſed variis ex cauſis;

Poſt electionem neoelectus Burchardus Archiepiſcopus tanto majori fervore inquiſitionem inſtituere volens in hunc finem conſtituit Dominum Magiſtrum Caſparum Weſtendorferum, ut totum proceſſum inſtrueret, & formaret: priusquam vero hic pu-

blicus proceſſus coram commiſſariis fuit rite continuatus, noſter D. Abbas Petrus videns ſe eſſe ſubdelegatum in hoc negotio loco Epiſcopi Friſingenſis, ut majorem totius rei haberet notitiam, juſſit per P. Simplicium noſtri monaſterii religioſum virum doctum, & in ſacris canonibus verſatum conſcribi aliqua puncta, ſeu indicia ſanctitatis S. Vitalis, quæ tum temporis reperiebantur in monaſterio noſtro, qui monachus juſſioni D. ſui abbatis obtemperans ſequentia puncta collegit, & Domino abbati tradidit, prout leguntur in variis noſtris MSS. & ſpecialiter in MS. R. in vita Petri abbatis, ubi tota informatio ſic deſcribitur.

„Reverende in Chriſto Pater, ad man„datum veſtrum collegi materiam tangen„tem translationem, ſive Canonizationem „Sanctorum, prout habetur de reliq. & ve„nerat. Sanctor. Cap. audivimus, in gloſſa, „quæ videtur Innocentii, ubi ſic ponitur: „quod perſonæ authenticæ denuncientur „Papæ non ſemel, ſed pluries de miracu„lis canonizandi, & Papa non debet ſtatim „moveri, ſed expectare, quod diu pulſe„tur, & famam attendere, & utrum mira„cula crebreſcant, antequam inquiſitio„nem committant. Secundo, quod, ſi „continuentur ſupplicantium inſtantiæ, tunc „debet Papa hoc ponere inter fratres (Car„dinales) & aliquibus Epiſcopis Patriæ il„lius, qui dicitur Sanctus, vel aliis hone„ſtis perſonis committere, ut inquiſitio fiat „de fama, & vita, & de miraculis, exa„cte, fideliter, diligenter, & prudenter „ſecundum articulos, & inquiſitoria, quæ „ſub ſua Bulla transmiſit: & talis inquiſi„tio veſtræ paternitati tanquam ſubdelega„to Domini Friſingenſis eſt commiſſa cum „aliis Dominis. Modo de fama, & vita „B. Vitalis viva teſtimonia non ſunt, quia „ætas hominum non ſe extendit ad tantum „annorum numerum, quo ipſe claruit in „vita. Sunt autem pauca teſtimonia ſcri„pturarum, & librorum antiquorum; legi„tur namque in vita Sancti Rudberti, quod „poſtquam populum in fide firmavit, urbem „juvavenſem regreſſus febribus cepit labo„rare, & diſcipulis obitus ſui diem denun„ciare. Illi autem, cur eos, & tam no„vellam plantationem deſereret, lachry„mabundi conquerebantur. Sanctus au„tem Rupertus ſpe ad Chriſtum erecta Ur„bem juvavenſem, & populum Noricorum „omnipotenti Deo commendavit, & Vita„lem Virum Sanctum, & omni populo ac„ceptum ſibi fieri ſucceſſorem declaravit. „Obiit autem Sanctus Rupertus, ut in li„bello chronicorum epiſcopalium hujus ſe„dis habetur, anno Domini DCXXIII. die „XXVII. Martii. Et in eodem libello ſic „continetur: igitur poſt exceſſum beatiſſimi „Rudberti Pontificis vir clarus omni popu„lo, egregiusque Doctor, & verbi Dei ſe„minator Vitalis Epiſcopus ſedem Juvaven„ſem ſuſcepit regendam: & in paſſionali „magno, ubi miracula ipſius B. Vitalis „conſcripta ſunt, ita habetur: Sanctus igi„tur Rudbertus primus juvavenſium Do„ctor venerabilem Chriſti Confeſſorem Vi„talem ob eximiam caſtitatis & ſanctæ con„verſationis gratiam, migraturus ad Chri„ſtum ſucceſſorem ſibi deſignavit, qui ſuſ„ceptum regimen, ut in præfati Patris vi„ta legitur, & prudenter adminiſtravit, & „feliciter conſummans in Chriſto requievit „13. Kalend. Novembris. Hæc igitur de „ipſius vita, & fama. De miraculis au„tem ejus ſcriptura videatur antiqua prin„cipium magni paſſionalis, & concordat „cum tabula circa ejus ſepulchrum muro „affixa. Item facit pro ejus commendatio„ne, quod poſtquam ſepultus eſſet, album „lilium de ejus caſtiſſimo pectore excreviſ„ſe, ſenes a ſenioribus, & ſeniſſimi poſte„rorum memoriæ reliquerunt, unde & in „antiquiſſimis picturis ita cernitur depictus. „Item in ſcripturis hac de re nihil reperitur „certi: item facit pro ejus commendatione, „quod ſemper, & ubique reperitur cum „diademate: & præſertim in circumferen„tia majoris altaris Eccleſiæ noſtræ inter „alios ſex Sanctos Epiſcopos ipſe ſeptimus „& primus erga Sancti Rudberti imaginem „ponitur: in qua circumferentia infra ſcri„pta metra nigro colore ſunt depicta:

„Hi Patres grati, dulci de germine nati,
„Quando vivebant, hic jus cathedrale
„regebant.

„Sunt autem iſti Rudbertus in medio, col„laterales Vitalis, Anſologus, Savolus, „Ezzius, Flobargiſus, & Joannes. Item „facit ad ejus commendationem, quod ſem„per diu noctuque lampas accenſa ardet cir„ca ejus tumulum, & non eſt contrarium „in memoria hominum. Item crebra ejus „miracula teſtatur fidelium frequentia ad „ejus Sancta confugiens patrocinia. Hæc „Reverende in Chriſto Pater pro nunc, & „non plura reperio, quæ faciunt pro B. Vi„talis teſtimonio ſanctitatis, quæ poterit ve„ſtra Paternitas ſecure in ſcriptis tradere in „meliori forma, & ſtylo &c.“

Hæc itaque puncta Dominus Abbas Petrus Procuratori conſtituto ſupra nominato Domino Caſparo Weſtendorfero extradidit, qui & proceſſum inquiſitionis inſtituit, formavit, & ordinavit, quem etiam notarii publici R. D. Ulricus Proſingerus clericus Salisburgenſis, item R. D. Joannes Gernerus de Roſenheim clericus Friſingenſis ſubſcripſerunt, & publicaverunt adductis juratis teſtibus octoginta novem, qui ſub juramento de miraculis tam ſibi, quam aliis factis teſtati ſunt, quos omnes in ipſo proceſſu productionis miraculorum apud ſupracitatum Caniſium, & in noſtris manuſcriptis ad longum legere licet. Fuit autem inſtitutus iſte proceſſus coram Reverendiſſimis Dominis Epiſcopis Chiemenſi, & Seccovienſi

covienſi delegatis apoſtolicis, & tribus D.D. Abbatibus, & Præpoſito dictorum monaſteriorum anno 1462. indictione X. a 16. Martii usque ad 23. ejusdem menſis inclusive Salisburgi in Præpoſitura cathedrali, Pontificatus Sanctiſſimi Domini Pii II. anno quarto.

XIX. Tum actualis Canonizatio, quam & ſolennis translatio impedita fuit.

His itaque, & aliis teſtimoniis collectis Archiepiſcopus Burchardus miſit Romam ſpecialem procuratorem ad ſummum Pontificem cauſam canonizationis, & translationis eidem ſerio commendans. Legimus quidem in noſtro MS. R. in vita Petri abbatis, quod a Burchardo archiepiſcopo etiam Petrus abbas noſter in hoc ipſo negotio fuerit Romam deſtinatus, an autem reipſa id factum fuerit, nullibi quicquam legitur, unde certius hoc iter impeditum fuiſſe credimus, ita, ut ab archiepiſcopo Burchardo pro ſpeciali Procuratore, eoque principali Romam tantum fuerit miſſus D. Magiſter Erneſtus de Nataga; quid autem ab hoc actum, & qualiter tota cauſa impedita, & ſuſpenſa fuerit, deſcribit ſolide, & ex documentis authentice noſter D. Amandus abbas disquiſit. V. Cap. II. p. 104. cujus verba, ut a principio usque ad finem plena habeatur notitia, in extenſum adduci merentur. „Is procurator (verba „ſunt citati Domini authoris) erat Dominus „Magiſter Erneſtus de Nataga, qui Romæ „ita omnia feliciter egit, ut viſo proceſſu „inquiſitionis ſummus Pontifex conſenſerit „in canonizationem, & translationem S. „Vitalis de loco ad locum. Interea, cum „bulla Pontificia fuiſſet Romæ expedita, „cum eadem Erneſtus de Nataga reverſus „eſt Salisburgum: attamen ob certas cau„ſas nullus Conſiliariorum Burchardo Ar„chiepiſcopo conſulere voluit, ut in cauſa „procederet; immo vero dehortabantur „Archiepiſcopum, ne amplius procederet „in hoc negotio, quorum unus Magiſter „Stephanus Schröttl in faciem dixit Archie„piſcopo: *Reverendiſſime Pater? quid vultis „facere? nolite mittere manum in Sanctum Vi„talem: vere dico vobis, ipſe ſe defendet, &* „*de domo ſua non ſe patietur transferre;* quæ „verba acriter permoverunt Burchardum, „ut a toto negotio deſiſteret; paulo poſt e„lapſo vix medio anno Magiſter Erneſtus de „Nataga mortuus eſt, ipſe etiam Burchar„dus Archiepiſcopus paulo poſt Erneſtum „emoritur anno 1466. decima ſexta Febru„arii, cum etiam ante biennium ipſe ſum„mus Pontifex anno 1464. menſe Auguſto „e vivis exceſſit. Atque ita totum hoc ne„gotium & canonizationis, & translationis „fuit ſopitum, & intermiſſum, & *B. Vita„lis in hodiernum diem cum ſuis Patribus*, ait „MS. R. *dormit, & in Eccleſia Sancti Petri* „*noviſſimam expectat tubam.* In hoc negotio „noſtri religioſi, quorum non pauci erant, „videlicet 26. numero, ut lego in ſæpe di„cto MS. R. partim gaudio, partim & ma„gis dolore afficiebantur; congratulaban„tur quidem B. Vitali de tali honore, & „glorificatione, ſed quod e monaſterio no„ſtro eſſet efferendus, inconſolabiliter la„mentabantur, utpote quem unum e po„tentiſſimis Patronis & tutelaribus venera„bantur. Ex quo forſan factum, ut S. Vi„talis noluerit a ſuis transferri filiis, qui te„nerrimo affectu ipſum proſequebantur. Ita„que contigit, ut duplici de cauſa gaude„rent noſtri religioſi, & quod B. Vitalis di„gnus fuerit habitus a ſede Apoſtolica, qui „canonizaretur, & quod translatione im„pedita adhuc impoſterum frui beatiſſimi „Patroni præſentia potuerint. Porro cum „Bulla & Signatura per Erneſtum de Nata„ga fuiſſet allata Roma, ſine alia licentia „ulteriori Burchardus per ſuos Capellanos „fecit in altari S. Vitalis, quod S. Andreæ „antea dicebatur, decantari ſolemnem miſ„ſam de S. Vitale: *Statuit ei Dominus*, quam„vis a Conſiliariis ſuis propterea reprehen„debatur, quod nondum Roma licentia id „faciendi fuiſſet obtenta, ita lego in MS. „R.“. Hucusque Dominus Amandus abbas ex cit. MS. quod & nos ad manus habemus, & exacte perluſtravimus. Quibus ſtantibus non bene informatus ſcripſit Buzelinus in ſua Stemographia Germaniæ in catalogo noſtrorum Abbatum, & in Menologio Benedictino 20. Octobris ſub S. Vitale, ubi ſub ultimo abbate Alberto ait: *inventum & translatum fuiſſe Sanctum Vitalem, & a Leone X. canonizatum;* hoc enim tantum intelligi debet de elevatione S. Vitalis e ſepulchro, quæ facta fuit anno 1627. ſub Alberto hujus nominis III. & quod ſub Leone X. prima vice fuerit licentia conceſſa miſſam, & horas canonicas de S. Vitale recitandi, ut ſtatim dicemus infra. Nunquam etiam ſolemniter translatum fuiſſe S. Vitalem, indicant antiqui verſus, qui ex vetuſta quadam tabula ad ſepulchrum S. Vitalis ſuſpenſa, quæ in noſtro MS. A. Tab. 2. deſcripta eſt, legebantur, & tam antiqua ſimplicitate, quam & candore venerandi ſunt, horum carminum titulus eſt:

Epitaphium S. Vitalis.

Nunc non eſt talis; qualis fuit iſte Vitalis
In toto mundo, quia vixit corpore mundo
Hic Pater inſignis, meritis fulget quoque ſignis,
Aegrotos ſanat, virtus de marmore manat,
Quo tegitur tumba, vir ſimplicitate columba,
Et ſerpens aſtu, tibi conſule, quod venias tu
Huc, ſi ſanari cupis, & membris ſolidari:
Surdus hic auditum recipit, mutus quoque ritum
Ut linqua fetur, cæcus petit, ut ſibi detur
Lumen, quod reſtat, Præſul populo quoque præſtat
Urbe ſalis clarus Chriſto ſuper omnia charus;
Quamvis TRANSLATVS non ſit Pater iſte beatus.

Horum verſuum etiam meminit in productione miraculorum Caniſius l. ſ. c. nec non P. Hanſizius in vita S. Vitalis pag. 71. num. X.

XX. Fuit nihilominus anno 1519 pro horis Canonicis, & miſſa monaſterio tantum data licentia, ſed cum quadam *clauſula*.

Quamvis autem ſolennis Canonizatio, & translatio Sancti Vitalis dicto modo in ſuſpenſo permanſerit, non tamen deſiſtebant religioſi noſtri, ut obtinerent licentiam recitandi horas canonicas, & legendi miſſam de S. Vitale. Hoc negotium jam ſub Rudberto V. circa annum 1495. quo & mortuus eſt, vel anno 1496. ſub Abbate Virgilio II. tentatum fuit, ut colligimus ex quibusdam litteris adhuc exſtantibus, & ſcriptis Romæ 21. die Martii 1496. à quodam R. P. Henrico inſtitore, Ordinis S. Dominici Doctore, & Inquiſitore, qui has litteras direxit ad D. Abbatem S. Petri, an Rupertum V. an vero Virgilium II. eſſe crediderit, certo ſciri non poteſt: ſorte D. Abbas Rupertus V. jam hanc facultatem obtinere conatus eſt, morte autem præventus hanc cauſam reliquit ſucceſſori Virgilio; aſt nihil conſtat, quod hæc licentia fuerit impetrata, quamvis prædictus Dominus Doctor Henricus omnem induſtriam ſe laturum in evincenda hac cauſa adpromiſerit, uti in litteris legi poteſt. Ita res tota quievit usque ad annum circiter 1518. quo tempore probabilius Dominus Wolfgangus Abbas de monaſterio noſtro bene meritus jam prioribus annis (dicto enim anno 1518. obiit) hanc licentiam impetrare conabatur, vel ſaltem immediatus ipſius ſucceſſor Simon III. Abbas noſter cum conventu apud ſummum Pontificem tunc temporis Leonem X. ſupplicem libellum pro licentia legendi miſſas 20. Octobris die, & recitandi horas canonicas obtulit, qui ſummus Pontifex precibus Abbatis, & Conventus permotus negotium de inquirendo proceſſu productionis miraculorum S. Vitalis commiſit Achilli S. Mariæ trans Tiberim, & Dominico S. Clementis Titulorum S. R. E. Cardinalibus, qui reviſo publico proceſſu retulerunt ſummo Pontifici, quæ ſub Pio II. per conſtitutos delegatos de S. Vitale acta, & agitata fuere, quibus auditis ſummus Pontifex Leo X. conſenſit in omnia, quæ monachi ad S. Petrum petebant edita hac Bulla apud nos in originali extante.

LEO PAPA X.

Dilectis filiis Abbati, & Conventui, ac monachis, & religioſis monaſterii Sancti Petri Salisburgenſis ordinis S. Benedicti.

„Dilecti filii, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Licet, dum militans „in terris Eccleſia triumphantem in cœlis, „filiali & devoto veneratur affectu, ac vir„tutes, laudes, præconiaque Sanctorum „Dei digniſſimis attollit titulis, & illuſtrat, „devotis quoque precibus, & ſolenni ritu „ſacrificia laudum offert, & decus, & ve„nerationem civium ſupernorum, nihil eis „accreſcat novæ perfectionis, & gloriæ: „nihilominus felicis recordationis Pius Pa„pa prædeceſſor noſter proinde conſiderans, „& attenta meditatione proſpiciens, quod „Rex cœleſtis Dominus noſter Jeſus Chri„ſtus, ut corda fidelium in ſui amorem ac„cenderet, & incredulos converteret ad „fidem, Sanctos ſuos miraculis effecerat „glorioſis: volens de meritorum excellen„tia, & miraculorum coruſcatione felicis „memoriæ Vitalis olim veſtri abbatis, & in „eccleſia Salzburgenſi, quæ inſignis me„tropolitana exiſtit, poſt B. Rupertum im„mediati ſucceſſoris, cum pie vixiſſet in „ſæculo, viam ſalutis docendo, ac mori„bus, & exemplo proficiendo, plurimis„que miraculis coruſcare paſſim aſſereretur „veridice, prout tantæ rei moles exigebat, „informari, certis tunc epiſcopis per ſuas „litteras dedit in mandatis, quatenus, ſi „ſuper hoc publica fama in partibus illis in„valuiſſet, quod de ipſius Vitalis, cujus „corpus in Eccleſia veſtra requieſcit, vita, „& miraculis requirendum videretur, de „virtute morum, & veritate ſignorum, o„peribus ſcilicet, & miraculis diligentius „inquirentes, quod ſuper præmiſſis inveni„rent, conſcriptum fideliter, ſub eorum „ſigillis, & cum ſuarum litterarum ſerie, „& teſtimonio remitterent, prout in eisdem „litteris plenius continetur. Cum autem „nuper pro parte veſtra expoſitum nobis „fuiſſet, quod propter dicti Papæ prædeceſ„ſoris noſtri obitum, licet quam plures te„ſtes ſuper vita, ſignis, & miraculis ipſius „Vitalis, qui abhinc ferme milleſimo anno „jam elapſo, mortalitatis noſtræ reliquit „exuvias, religioſiſſime, ſanctiſſimeque an„tea in humanis agens, gratia divina ſibi „aſſiſtente vivens, ac Deo gratias, & ac„ceptas operationes peragens, ita ut cœli„tum numero pie exiſtimetur eſſe relatus, „ad ulteriora proceſſum non fuerit: cupitis „tamen ob ſingularem devotionem, quam „ad eum geritis, tum ob crebra, quæ ſuis „interceſſionibus Deus noſter operatur mi„racula, & ut devotionis fervor augeatur, „& bonorum operum ſectatores efficiamini, „pro veſtra, & populi dovotione in Eccle„ſia veſtra miſſas de uno confeſſore, & „Pontifice ad honorem præfati Vitalis, quo„ties devotio veſtra ad id vos moverit, ce„lebrare, ac in die depoſitionis ſuæ, quæ „eſt vigeſima Octobris, ad ipſius ſimiliter „honorem, & laudem horas canonicas in „veſtra Eccleſia de uno confeſſore Pontifice „(non tamen omiſſis horis per eundem „diem occurrentibus) libere, & licite de„cantare poſſe, vobis indulgeri. Quare „nobis humiliter ſupplicari feciſtis, ut tam „pio tamque ferventi deſiderio veſtro in hac „parte annuere de benignitate apoſtolica „dignaremur. Nos igitur, qui fideles ſin„gulos, & præſertim ſub ſuavi religionis „jugo famulantes ad devotionem, & venera-

ratio-

„rationem ſanctorum Dei, quantum poſſu-
„mus, libenter excitamus, & ut imitato-
„res eorum exiſtere valeant, eorum piis
„deſideriis ex magno devotionis fervore
„prodeuntibus libenter annuimus, hujus-
„modi ſupplicationibus inclinati, intelle-
„ctaque relatione nobis per dilectos filios
„noſtros Achillem S. Mariæ trans Tiberim,
„& Dominicum S. Clementis titulorum S.
„R. E. Presbyteros, & Cardinales ſuper e-
„xaminatione vitæ, miraculorum, & ope-
„rum ejusdem Vitalis, olim per certos ſub-
„delegatos a dictis Epiſcopis vigore littera-
„rum Pii prædeceſſoris hujuscemodi facta,
„vobis, & pro tempore exiſtentibus dicti
„monaſterii religioſis, quod pro veſtra, &
„populi ſpirituali conſolatione, & devotio-
„ne in Eccleſia dicti veſtri monaſterii miſſas
„de uno Confeſſore & Pontifice ad hono-
„rem dicti Vitalis, quoties vos, aut ve-
„ſtrum aliquem ad id devotio moverit, at-
„que in die dictæ depoſitionis ad honorem
„ejus horas canonicas in Eccleſia veſtri mo-
„naſterii ſimiliter de uno Confeſſore, &
„Pontifice (non tamen omiſſis horis per eun-
„dem diem occurrentibus) cum orationi-
„bus, reſponſoriis, & antiphonis ad id
„congruentibus decantare, donec dictus
„Vitalis per nos, aut ſucceſſores noſtros
„Romanos Pontifices aliorum ſanctorum
„Catalogo adſcriptus fuerit, libere, & li-
„cite poſſitis, & valeatis authoritate apo-
„ſtolica, tenore præſentium ex noſtra cer-
„ta ſcientia perpetuo concedimus, pari-
„terque indulgemus non obſtantibus conſti-
„tutionibus, & ordinationibus apoſtolicis,
„dictique monaſterii veſtri juramento, con-
„firmatione apoſtolica, vel quavis firmita-
„te alia roboratis ſtatutis, & conſuetudi-
„nibus, cæterisque contrariis quibuscun-
„que. Datum Romæ apud Sanctum Pe-
„trum ſub annulo Piſcatoris die quarta No-
„vembris anno 1519. Pontificatus noſtri
„ſeptimo". Hucusque tenor Bullæ Leo-
„nis X.

XXI. Quæ autem clauſula: falsis horis canonicis illa die occurrentibus ſequenti anno ſublata,

Quoniam vero, ut in hac præcedenti Bulla colligitur, noſtri monachi vel ex inadvertentia, vel ex affectu nimis abundanti petierunt, ut præter horas, ea die occurrentes, liceret alias horas de S. Vitale recitare, Pontifex quidem petitis annuit; aſt cum una tantum vice hoc exercuiſſent, advertentes gravem moleſtiam, & quaſi impoſſibilitatem duplices horas per noctem, & diem cantandi, præſertim cum illo tempore omnes horæ de die, & nocte cantarentur, hinc tanta difficultate permoti, ad quam prius non attenderunt, anno ſequenti alias ſupplices litteras miſere Romam pro diſpenſatione circa duplex officium, præcipue, cum vigeſima Octobris die nullum aliud ſpeciale feſtum occurrat in Breviario, quam diſpenſationem etiam obtinuere per decretum a Laurentio Cardinale Presbytero Tituli Sanctorum 4. Coronatorum, quod pariter in originali adeſt, & ſic ſonat:

"Laurentius miſeratione divina tituli
"SS. 4. Coronatorum Presbyter Cardinalis
"dilectis in Chriſto abbati, & conventui,
"ac monachis religioſis monaſterii S. Petri
"Salisburgenſis Ordinis S. Benedicti ſalu-
"tem in Domino. Oblata nobis nuper pro
"parte veſtra petitionis ſeries continebat:
"quod alias vobis ob ſingularem devotio-
"nem veſtram, quam ad B. Vitalem olim
"dicti monaſterii veſtri Abbatem, & Epiſ-
"copum Salisburgenſem poſt B. Rupertum
"immediate ſucceſſorem geritis, ob illius
"quoque crebra miracula, nec non ob cer-
"tas alias rationabiles cauſas tunc expreſſas,
"quod in Eccleſia veſtra miſſas de uno Con-
"feſſore, & Pontifice ad honorem ejusdem
"Vitalis, quoties devotio veſtra ad id vos
"moverit, celebrare, ac in die depoſitionis
"ſuæ, quæ eſt vigeſima menſis Octobris ad
"ipſius ſimilem honorem, & laudem horas
"Canonicas in eadem Eccleſia veſtra de
"uno Confeſſore, & Pontifice, non tamen
"omiſſis horis, per eundem diem occur-
"rentibus, cum Orationibus, reſponſoriis,
"& antiphonis ad id congruentibus decan-
"tare poſſetis, a ſede Apoſtolica indultum
"exſtitit, prout in litteris, in forma brevis
"Apoſtolici deſuper conceſſis plenius conti-
"netur. Cum autem, ſicut eadem ſubjun-
"gebat petitio, in die depoſitionis dicti Vi-
"talis, videlicet 20. Octobris, juxta Ru-
"bricam Ordinis S. Benedicti prædicti, nul-
"lum feſtum occurrat, ſed illa die horæ
"Canonicæ recitare ſolent de feriis, quas
"vos unacum horis de Confeſſore, & Pon-
"tifice decantare non poteſtis, cum ſecun-
"dum ritum veſtrum horas cantanti hujus-
"modi duplicatæ horæ unica die, & debi-
"tis temporibus perfici, ſeu compleri mini-
"me poſſint; cupitis propterea, ne etiam
"dicti indulti veſtri uſu, & effectu penitus
"fruſtraremini, & devotio veſtra præfata
"decrementum ſumat, horas de feria dicta
"20. die occurrentes omittere, quod licite
"facere non poteſtis absque ſedis Apoſtoli-
"cæ diſpenſatione, ſeu licentia ſpeciali.
"Quare ſupplicari feciſtis humiliter, vobis
"ſuper his per eandem ſedem miſericorditer
"provideri. Nos igitur devotioni veſtræ
"hujusmodi conſulere cupientes veſtris in
"in hac parte ſupplicationibus inclinati,
"authoritate D. Papæ, cujus Pœnitentia-
"riæ curam gerimus, & de ejus ſpeciali
"mandato ſuper hoc vivæ vocis oraculo no-
"bis facto, ut horas canonicas die 20. Octo-
"bris occurrentes omittere, & loco illa-
"rum horas de uno confeſſore, ac Ponti-
"fice, prout vobis indultum extitit, de-
"cantare libere, & licite absque aliquo con-
"ſcientiæ ſcrupulo poſſitis, & valeatis, vo-
"bis tenore præſentium veris exiſtentibus
"præmiſſis liberam concedimus facultatem
"vobisque ſuper his miſericorditer diſpenſa-
"mus, conſtitutionibus, & ordinationibus
"Apoſtolicis, nec non monaſterii, & ordi-
"nis prædictorum ſtatutis, & conſuetudini-
bus,

"bus, juramento, confirmatione Apoſto-
"lica, vel quavis alia firmitate roboratis,
"cœteris contrariis non obſtantibus quibus-
"cunque. Datum Romæ apud S. Petrum
"ſub ſigillo officii Pœnitentiariæ, tertio no-
"nas Martii, Pontificatus D. Leonis Papæ
"X. anno octavo.

Hic eſt tenor Decreti, per quod diſpenſatio fuit obtenta, & a quo tempore, ſed in monaſterio noſtro tantum, viceſima Octobris die mos, & conſuetudo ſemper fuit feſtum S. Vitalis ſolenniter celebrandi tam in horis canonicis, quam in miſſa.

XXI. Denique anno 1628. per totam Diœceſin dicta licentia de miſſa, & officio S. Vitalis fuit extenſa.

Cum autem ut diximus, & ipſa Bulla unacum Decreto indicat, hæc licentia non toti Diœceſi Salisburgenſi, ſed tantum monaſterio noſtro fuit conceſſa, ſicut & in antiquioribus propriis Salisburgenſibus ante annum 1628. hoc feſtum obitus S. Vitalis non reperitur, hinc ad humillimas preces noſtri Domini Alberti Abbatis Celſiſſimo Principi, & Archiepiſcopo Paridi Lodronio porrectas eadem alteſata Celſitudo, quæ aliunde ſpeciali affectu S. Vitalem proſequebatur, anno ſupradicto ſacræ Congregationi ſupplicabat, ut licentia legendi miſſas de S. Vitale, & recitandi horas Canonicas extenderetur ad univerſam Diœceſin Salisburgenſem, quod etiam obtinuit annuente ſummo Pontifice Urbano VIII. cujus licentia in originali exſtans his terminis comprehenditur:

"Archiepiſcopus Salisburgenſis ſuppli-
"cavit, Privilegium conceſſum monachis
"Benedictinis S. Petri Salisburgenſis Dioe-
"ceſis, recitandi officium, & miſſas cele-
"brandi in honorem B. Vitalis quondam
"Archiepiſcopi Salisburgenſis, & Abbatis
"prædicti monaſterii extendi ad omnes Sa-
"cerdotes ſuæ Diœceſis, & ſacra Congrega-
"tio cenſuit concedendum ſi Sanctiſſimo pla-
"cuerit: die 12. Junii 1628.

Et Sanctiſſimus annuit.
Joannes Baptiſta Cardinalis Epiſcopus Portuenſis.
(L. S.)

Et ab hoc tempore multo magis feſtum S. Vitalis ſub feſto Abbatis vigeſima die Octobris ſolenni ritu cum prævia etiam ante officium concione, & pomeridianis per integram octavam Lytaniis (quæ quidem anno primum 1727. fuerunt introductæ) celebratur. Solent etiam, quæ adſunt, & ſaltem per continuam traditionem pie creduntur eſſe venerandæ antiquitatis monumenta de S. Vitale, publice exponi, quæ alias in ſacriſtia noſtra aſſervantur: talia ſunt duo antiqua pluvialia, prout hæc deſcribit D. Amandus Abbas in ſuis disquiſſ. pag. 86. ſeu caſulæ antiquo modo factæ inſtar campanæ undique clauſæ, circa collum ſolummodo apertæ, ut caput ſolum eminere poſſit: una hujuscemodi caſula eſt nigri coloris, & admodum lacera, ac debilis: altera eſt viridis coloris, & ex materia conſtante, & forti, videnturque eſſe operis, & materiæ antiquiſſimæ, quam hodie nemo mercatorum vocare, aut nominare poteſt. Nigræ caſulæ ſecundum fimbrias litteræ phrygiato opere inſertæ leguntur:

Hanc veſtem claram Petri patravit ad aram,
Heinrich peccator, ejus ſit ut auxiliator.

Adſunt & tres antiquiſſimæ infulæ, antiqua forma humiles, ex materia bombicina interſtincta filis aureis, atque ornamentis argenteis utcunque ornatæ, quarum uni parvulæ litteræ aureis filis intextæ legi vix poſſunt, hæc tamen carmina adhuc legibilia apparent:

Prævia ſtella maris lapſis via jure vocaris,
Da cordi lumen, verum cognoſcere numen,
Infer & ardorem ſuperum, qui nutrit amorem.
Ave tuum nomen mihi da ſolamen, & omen,
Ame Virgo pia triplices expelle Maria
Hoſtes, atque veni, me ſacro flamine leni,
Divinas laudes ſuperans ſuper æthera plaudes.

Adeſt inſuper Pedum paſtorale dependente vexillo antiquiſſimo opere gypſeo ſimili, baculo ligneo ſuperinducto: adeſt & minor baculus cum manubrio eburneo, item argenteus calix cum patena antiquiſſimæ formæ: inſuper & cingulum coreaceum argenteis laminis, & fibulis ornatum, reticulato opere involutum, ne frangatur. Hoc cingulum etiam olim vocabatur cingulum S. Ruperti, quod forte utriusque eſſe potuit. De infulis dubitabant etiam antiqui, an S. Ruperti, vel S. Vitalis fuerint? vel an non forte Abbatum noſtrorum primitiæ fuere, qui infulæ privilegium, & uſum anno 1230. obtinuerunt, ſpacio ducentorum, & amplius annorum poſt factam ab epiſcopatu ſeparationem. Ita Dominus Martinus Abbas in Chronico ſuo MS. R. in vita Petri abbatis, unde & nos illa, quæ dubia ſunt pro certis haud volumus defendere. Atque his finitur vita S. Vitalis quondam Epiſcopi, & Abbatis hujus loci, ſpecialis noſtri, & thaumaturgi Patroni, ad conſervandam præprimis obſervantiam regularem a nobis religioſis ad S. Petrum electi, cujus cultum, & peculiarem devotionem omnibus, & ſingulis commendamus.

B. ANSOLOGUS,
ABBAS III.
AB ANNO 646. USQUE AD ANNUM 674.

B. SAVOLUS,
ABBAS IV.
AB ANNO 674. USQUE AD ANNUM 680.

SÆCULUM SECUNDUM.
AB ANNO 682. USQUE AD ANNUM 780.

B. EZZIUS,
ABBAS V.
AB ANNO 680. USQUE AD ANNUM 703.

III.

Lor. Störcklin Cath. sc. A. V.

I. Beati Ansologus, Savolus, & Ezzius non fuerunt Episcopi consecrati.

Mirabitur haud dubie eruditus lector, quod tres immediati Sanctorum Ruperti, & Vitalis Episcoporum, & Abbatum in sede Juvavensi successores Ansologus, Savolus, & Ezzius, qui & communiter inter Beatos recensentur, titulo Episcopi non præfulgeant, quos tamen omnibus antiquis ferme Episcoporum Calendariis, & Catalogis sub nomine Episcoporum insertos esse legimus. Ad hoc dubium solvendum præmissimus non minima argumenta in nostra introductione prælimi-

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

nari ad hoc Chronicon partim, & præcipue contra Hanſizium, & Mabillonium, qui hos Abbates penitus ex ordine chronologico eliminant, partim contra alios etiam noſtros autores Salisburgenſes, qui credunt fuiſſe epiſcopos conſecratos Num. marg. IX. X. & XV.; dictum enim a nobis fuit cit. loc. Num. XV.: „Vellemus utique & nos his „optimis viris præſertim Anſologo, Savo„lo, & Ezzio attribuere dignitatem epiſco„palem, ſicut & Bertrico, & Ammilonio; „aſt hoc aſſerendi fundamenta non habe„mus, manuſcripta, & chronica antiqua, „& authentica contrarium clamant.„ Hæc ibi. Et profecto adeo ſollicite, & cum tam magna induſtria diſtinguunt manuſcripta antiquiſſima, quibus major authoritas, quam recentioribus attribuenda, inter epiſcopos, & abbates ſimul, ut ſine violentia contrarium defendi non valeat. In manuſcripto antiquiſſimo de anno 1004.: (quod, ut ex quibusdam ſignis colligi poteſt, jam prioribus annis ſcribi cœptum fuit) in ſupradicta introductione præliminari ſub litt. M.: citato legitur catalogus epiſcoporum, & abbatum, vel eſt, ut apparet, antiquum necrologium, ubi quidem Anſologus per errorem ſcribentis ante S. Vitalem ponitur, quod ſcrupulum movit Hanſizio, quamvis ipſe hunc ordinem turbatum eſſe faſſus fuerit, uti in vita S. Vitalis diximus, & forte adhuc dicemus. In hoc catalogo, ut ſupra Num. XV. cit. legi poteſt, ne amplius repetamus, exacte, & concinno ordine diſtinguuntur illi, qui fuerunt epiſcopi, & abbates ſimul, & qui tantum exiſtebant abbates, quod ipſum eodem loco confirmavimus ex alio MS. ſub littera H. de ſæculo reſpective duodecimo, ubi eadem diſtinctio clare legitur; ſeparantur nimirum a titulo epiſcopi Anſologus, Savolus, & Ezzius, uti & Bertricus, & Ammilonius. Dicimus ergo hos tres Anſologum, Savolum, & Ezzium fuiſſe tantum Abbates, & nonniſi epiſcopos denominatos, & honorarios, non autem conſecratos, quod ipſum alio loco, & expreſſione magis clara indicat antiquum, & pretioſum MS. H. membraneum, ſæpius a nobis citatum, cujus author circa plurima eſt diſcipulus Eberhardinus, qui ſcripſit anno 1186. & deſcriptum eſt anno 1288. Ibidem enim pag. 1. averſa columna 2., poſtquam enumerantur ſucceſſores ſancti Vitalis *Anſologus*, *Savolus*, & *Ezzius*, ſequentia leguntur: *quo* (nimirum Ezzio) *migrante de ſæculo iterato illa ſedes honorata reſulſit Flobargiſo*, quæ verba ſuperflua fuiſſent in præcedentibus, quos tantum abbates nominat tam ibidem pag. 1. quam pag. 26. averſa columna 2., ut jam prius mentionem fecimus. Contrarium quidem ſentiunt, id eſt, epiſcopos conſecratos fuiſſe defendunt, ex motivis valde apparentibus noſtri D.D. Abbates, Alberlús, & Amandus: Ille in catal. abbat. anno 1646. Iſte in Diſquiſit. S. Vitalis diſqu. II. cap. 4. Non item P. Mezgerus in hiſtor. Salisb. L. 2. cap. 6., qui nobiscum manuſcripta, & chronica antiqua merito omnibus aliis authoritatibus, & rationibus anteſert.

II. Regebant tamen in ordine Juvavienſem eccleſiam cum relicta ſanctitatis ſuæ fama:

Quamvis autem epiſcopi conſecrati non fuerint, utpote quod aſſerendi in antiquis MSS. nullum ſuppetit argumentum, ſed tantum abbates; fuerunt tamen epiſcopi honorarii, denominati vel electi, & quia in manuſcriptis vocantur Rectores, Gubernatores, Adminiſtratores epiſcopatus Juvavienſis, ideo hoc non obſtante, quod conſecratione epiſcopali inſigniti non fuerint, vere tamen in ordine regebant eccleſiam Juvavienſem, & quidem omnes tres per annos omnino quinquaginta ſeptem. Hoc aſſertum ſtatuendi grave eſt fundamentum contra omnes recentiores authores ex diſcipulo Eberhardino, ſeu manuſcripto noſtro antiquo ſub H. ubi pag. 26. averſa colum. 2. hæc verba clare leguntur: *In Katalogo iſtorum epiſcoporum quinque abbates continentur, qui abſque Pontificali ordine, & dignitate regebant epiſcopatum Juvavienſem: hi autem ſunt Anſologus, Savolus, Ezzius, Bertricus, & Amiloni.* Quibus verbis nil clarius dici poſſet. Videntur quidem huic aſſerto noſtro obſtare quædam rationes valde apparentes; & quidem I. ſi tres iſti epiſcopi electi, & regnantes quidem, non tamen conſecrati fuerint, merito quæritur, quam objectionem ſibimet ipſi proponit Mezgerus noſter c. l., quæ cauſa fuerit negligendi debitam ordinationem, quæ hodie ultra ſex menſes juxta ſacros Canones differri non poteſt? & ſibimet ipſi reſpondet erudite his verbis: „Si divinare licet, videtur prima, & prin„ceps cauſa fuiſſe animi demiſſio, qua cre„debant ſe tam ſublimi gradu dignitatis in„dignos, nec ſanctiſſimis anteceſſoribus „Ruperto, & Vitali æquiparandos. Alte„ra, quod eccleſia Salisburgenſis, etſi pro „liberalitate piorum utcunque dotata, ta„men in illis initiis non admodum abundaret „bonis temporalibus: præſertim, cum ſub „his præſulibus liberalitas Principum Bojo„rum ſiſti ſe paſſa, ob alia forte domeſtica „impedimenta, videatur. Accedebat tem„poris ſimplicitas: nec SS. Canones adhuc „tam ſevere tempus conſecrationi ſumen„dæ ſtatuerant, ut vel ab exemplo S. Vir„gilii colligimus. Forte inſuper tres epi„ſcopi, qui ad ordinationem epiſcopi deſi„derantur, conquiri ea tempeſtate nequie„runt. Potuere & aliæ cauſæ intervenire, „utcum ultus, & incurſus bellici, aut alia, „quæ ignoramus.„ Hucusque Mezgerus: in quibus verbis bene notandum eſt exemplum S. Virgilii, nam hic jam conſtitutus antiſtes Salisburgenſis, uti in ejus vita dicetur, duobus fere annis non ſuſcepit ordines epiſcopales, & vix ſedula populi & epiſcoporum perſuaſione induci potuit, ut acciperet conſecrationem; ſecum enim ex Patria abduxit aliquem Chorepiſcopum *Dobdam* nomine, qui functiones epiſcopales perage-

pergebat, consequenter & de his tribus præsumendum est, quod ex animi demissione episcopalem consecrationem admittere non voluerint. Surgit autem & secunda difficultas, partem sub qua diœcesi tunc Juvaviensis ecclesia fuerit? partim a quonam episcopo Sacramenta fuerint administrata, illa nimirum, quæ episcopalem characterem prærequirunt? ad primum facile respondetur, quod illo tempore nondum sub certa finium, & diœcesium descriptione constituti fuerint episcopatus, illaque tempora cum modernis temporibus nunquam sint æquiparanda. Ad alterum respondemus cum cit. nostro Mezgero: „Necesse, in„quit, erit dicere, si ipsi per se nequierunt „divina sacramenta, quæ characterem epi„scopalem requirunt, ministrare, alio epi„scopo regionario, aut titulari, quasi suf„fraganeo, ut hodie vulgo appellantur, vel, „ut olim, Chor-episcopo usos: qualem et„iam D. Virgilius ex Patria secum adduxit, „Dobdam nomine. Sane tales regionarii, „& titulares episcopi erant ea ætate non in„frequentes: & quia a barbaris gentibus „sæpe ex aliis regionibus rejiciebantur, „credibile ad Juvavensem ecclesiam confu„gisse, ut tradit ex scriptoribus nostris qui„dam.„ Hæc author citatus: qui sub hoc scriptore intelligit nostrum MS. R. pag. 53., ubi etiam citatur Albertus Cranzius L. 3. in sua Metropol. fol. 87., qui dicit, quod Lubentius Archiepiscopus illius metropoleos, id est, Bremensis, suo tempore plures tales episcopos incertæ sedis ordinaverit, qui nondum satis distinctis diœcesium limitibus gentes erudirent. Hinc omnino credibile est, tempore horum abbatum, qui equidem rectores ecclesiæ Juvavensis, non tamen episcopi consecrati fuerunt, per similes episcopos regionarios, vel uti diximus, ex Bollando in nostra introductione c. l. per Ratisbonensem, aut Laureacensem episcopum functiones necessarias episcopales fuisse peractas. Eapropter tamen hi tres piissimi abbates non suo indulgebant genio, sed verbo & exemplo pascebant gregem sibi commissum, agentes omnem sollicitudinem super fideles, eosdem erudiendo, obsecrando, & si opus fuerit, juxta monitum Apostoli etiam corrigendo in omni patientia, & doctrina; & quia in omnibus sanctam, & inculpabilem vitam ducebant, in vigiliis, precibus, & jejuniis erant frequentes, erga inopes, & egentes existebant misericordes, & liberales; in alta pariter humilitate, & contemplatione cœlestium excellentes, atque solliciti, ne cura animarum, aut introducta religiosa disciplina langueret, hinc apud omnes sanctimoniæ non tantum nomen, & æstimationem, sed simul etiam venerationem fidelium post mortem fuerunt consecuti, licet Sanctorum catalogo adscripti non fuerint.

III. Quamvis quoad chronologiam contrarius sit Mabillon, qui hos episcopos vocat *intrusos*.

Quam contrarius autem nobis sit quoad hanc chronologiam circa tres recensitos abbates eruditissimus cæteroquin noster Mabillonius, satis vidimus in nostra introductione ad Chronicon Num. marg. LX.; Hic enim author circa finem Tom. II. Annal. pag. nobis 51. numero XXIII. accusat authorem metropoleos Salisburgensis Wiguleum Hundium (quare non potius antiquissimam traditionem, aut manuscripta Salisburgensia, ex quibus mutuavit Hundius?) & ait præter alia, quod Hundius, & alii recentiores Ansologum, Savolum, & Ezzium post Vitalem episcopos intruserint, quos tantum monasterii fuisse abbates constat, quia primi Salisburgenses episcopi, verba sunt Mabillonii, plerique monachi fuere, ut suo loco observatum. Pro qua ultima declaratione nos cœnobitæ Petrenses gratias agimus Mabillonio; nam si Ansologus, Savolus, & Ezzius fuerunt veri abbates in monasterio nostro ad S. Petrum, ubi tunc episcopalis, & abbatialis sedes fuit eadem, ipsomet attestante cit. Tom. II. Libr. XXIV. num. LV., ubi agit de translatione S. Ruperti sub Virgilio facta, tunc Mabillon debuisset penitus eliminare hos tres abbates ex chronologia, aut potius ex ordine abbatum vere talium, aut debet ex necessitate consequenti vel invitus fateri, quod etiam tanquam abbates rexerint sedem Juvavensem, vel, uti infra dicemus, debuisset se conformare Hansizio, qui illos abbates tantum secundarios, & vicarios fuisse optat potius, quam solide defendit. Quandoquidem vero Mabillon totam vim suam constituit in vetusto quodam Poëta octingentorum annorum, cujus versus ex codice monasterii Ratisbonensis ad S. Emeramum descriptos refert, ubi nulla fit mentio de his abbatibus Ansologo, Savolo, & Ezzio, uti nec de Bertrico, & Ammilonio, hinc (præter jam ibi datam responsionem ad hoc argumentum Num. X., quod ille antiquus, & exterus Poëta tantum recensuerit episcopos Salisburgenses consecratos) sicut ibidem promisimus, alios contra Mabillonium non minoris certe authoritatis, & paris fere antiquitatis Poëtæ Salisburgensis versus in favorem nostrum adducimus, qui, ut referuntur in manuscripto nostro M. pag. 2. antiquissimo charactere anno 1061. scripti sunt: primo positus est titulus: *Catalogus Præsulum Juvavensium*: tunc per octo versus describitur status antiquæ Juvaviæ, exin sequitur ordo Præsulum, & Abbatum his versibus:

Hæc loca Rudpertus delegit sibi Pater almus
Simul & hic sedem construxit pontificalem,
Ac sedis primæ regimen susceperat Ipse,
Conducens late, populos ad pascua vitæ,
Qui successorem sibi fecerat esse Vitalem,
Pastorem verum cœlesti nectare plenum:

B. SAVOLUS,
ABBAS IV.

IV.

Huic tres abbates adeunt hoc ordine sedes
Ansologus, Savolus, post hos Ezzius venerandus.

Ergo vel nullius Poëtæ, qui aliunde in historia magnam fidem non habent, valeat authoritas, vel si Poëta Ratisbonensis illos excluſit ut episcopos consecratos, Poëta noster eandem, & certe majorem promeretur authoritatem, qui hos tres abbates nominat, & in ordine præsulum recenset, qui tanquam abbates in ordine regebant ecclesiam Juvaviensem.

IV. Hanſizius autem tantum abbates *vicarios*, & *ſecundarios* esse dicit,

Longe cautius circa hanc controversiam consuluit, chronologiæ suæ Marcus Hansizius historicus Salisburgensis sat celebris, probe enim advertens systemati suo non esse bene prospectum, si dicat, Ansologum, Savolum, & Ezzium fuisse veros abbates, tales nimirum, qui regebant ecclesiam Juvaviensem, quia non ignorabat, illo tempore sedem episcopalem cum abbatiali adhuc arcte fuisse conjunctam, unde aliam viam inire parat, & præprimis hos tres, sicut & alios duos Bertricum, & Ammilonium ex numero Præsulum Juvaviensium propria & magna libertate eliminat: quia tamen hæc nomina, utpote tot catalogis inserta, solummodo ficta esse prudenter defendere non potest, hinc hos abbates nonnisi *vicarios*, & abbates *secundarios* fuisse defendit. Sic enim præter illa, quæ nos Num. XIV. in prælim. introduct. recensuimus, postquam de antiqua episcoporum, & abbatum serie graves difficultates ipsemet adstruit, easdem in vita S. Vitalis pag. 70. num. VII. ita solvere saltem conatur, verba ipsius sunt hæc: „Mihi, cui „nec ætatem Ruperti anticipandam esse „stat, nec episcoporum seriem abbatibus „interpolare sententia est, ea videtur explicandæ difficultatis ineunda ratio, quam „suggerit Cangius verbo: *Abbas secunda-*

„*rius*,

„rius, ubi ad Regulam ſancti Benedicti „cap. 65. de *Præpoſitis* adnotat: fuiſſe in „monaſteriis Abbates *ſecundos*, ſeu *ſecundarios*, quibus monaſterii procuratio proxime incumbebat, aliter dictos *Præpoſitos*, „*Decanos*, hodie *Priores*: his, proinde ſuperminebant abbates primarii, cujusmodi cenſeo fuiſſe primos illos Salzburgenſes „epiſcopos, qui cum ſedem cathedralem „haberent in monaſterio S. Petri, abbatum „etiam ſupremorum gerebant munus. Quoniam vero curis eccleſiæ laboribusque apoſtolicis eſſent diſtricti, neceſſarium erat, „ut præter ipſos eſſent alii velut *abbates vicarii*, qui curam gererent monachorum. „Ad hoc aſſerendum cogunt in primis illa „ipſa, quæ ex interpolatione ſequeretur abſurda, quale eſt, ut ſtatim poſt Rupertum „ſedes manſerit epiſcopo deſtituta, quippe „interpoſito inter ipſum, & Vitalem Anſologo abbate, ut in necrologio videre eſt, „quum tamen ex vita Ruperti primigenia, „aliisque vitis, auctoribus omnibus certum ſit, eum *ſibi proprium ordinaſſe ſucceſſorem*. Ac videtur certo incredibile, ut „cura, & adminiſtratio Pontificii tam ampli ſub principio adeo haberetur neglectui, „ut relinqueretur etiam viduata Paſtore. „An id paſſurus erat Theodebertus Dux? „an Hucbertus ejus filius, quorum utriusque tam egregia fuit in eccleſiam Salisburgenſem voluntas, ut eam donationibus cumularent permultis, quas in codice Arnonis videre eſt? Denique res certa „redditur ex abbatibus ſubſequentibus; „nam conſtat tempore Virgilii, deinde Arnonis, quorum uterque teſte Alberto abbate ſupra laudato in vetuſtis codicibus „ſcribuntur *epiſcopi* ſimul & *abbates*, conſtat, inquam, iſtorum tempore fuiſſe alios „etiam abbates, præter ipſum, nempe „Bertricum, & Ammilonium, Bertricum „quidem ſub Virgilio: Ammilonium ſub „Arnone: ubi manifeſtum eſt, geminationem iſtam Abbatum eo plane ſenſu, quo „prius diximus, recipiendam eſſe, nempe „ut epiſcopus monaſterii cura cuidam alteri delegata, ipſe quidem teneret mundus, „nomenque *abbatis ſupremi*, alter vero abbatis ſecundarii, ſeu Vicarii. Quæ obſervatio, niſi multum fallor, & rem planam „reddit, & primorum epiſcoporum ſeriem, „& chronotaxin Ruperti novo modo confirmat„ Hucusque Hanſizius, cui quoad argumenta poſteriori loco relata, quod ſedes epiſcopalis tanto tempore vacaſſet, ſi nimirum veri abbates interpolaſſent epiſcopos, jam credimus ſatisfactum fuiſſe per reſponſiones Num. II. allatas, conſequenter probandum reſtat, quod, ſicut Mabillon non bene aſſerit, hos tres Anſologum, Savolum, & Ezzium fuiſſe intruſos epiſcopos, ita pariter Hanſizius eosdem abbates ſolummodo *Vicarios*, & ſecundarios ex nullo ſufficienti fundamento, niſi ut ſuam præconceptam chronologiam ſalvet, defendere valeat.

Jam quadraginta, & plures elapſi ſunt anni, quod cœnobita quidam noſter Petrenſis, quem adhuc bene novimus (obiit enim anno 1753. ipſis Kalendis Junii) hanc ipſam controverſiam moverit Hanſizio, & ad ſupradictas objectiones, quaſi de verbo ad verbum reſponderit, ut ipſe Hanſizius non tantum fatetur in ſuis reflexionibus ad Tom. II. Germ. ſacr. pag. 989. & ſeqq.; verum etiam prolixam confratris noſtri epiſtolam per longum adducit, per quam dictus confrater noſter, cujus manuſcripta originalia ad manus habemus, per longum oſtendit, nullam adeſſe rationem urgentem admittendi diſtinctionem inter abbates *primarios* & *ſecundarios*. Epiſtola quidem hæc, quam præter alias anno 1729. confrater noſter ſcripſit Marco Hanſizio ſpecialiter de abbatibus *primariis*, & *ſecundariis*, nonnihil longior eſt, quia tamen in hoc diſcurſu hiſtorico plurima ex antiquis noſtris manuſcriptis continentur, & per ea antiqua noſtra traditio in multis confirmatur; hinc non pigeat hanc epiſtolam de verbo ad verbum producere, cujus hic eſt tenor ſub rubrica: *De abbatibus primariis, & ſecundariis* pag. 989. num. CL.: „Nulla videtur eſſe urgens ra„ratio (ait cœnobita noſter) hanc admittendi diſtinctionem; nam primum argu„mentum, quod clariſſima ſua Paternitas „adducit dicendo: *Secus quoddam abſurdum „admittendum eſſe, nempe ſedem Salisburgen„ſem poſt S. Rupertum epiſcopo deſtitutam man„manſiſſe, eo quod inter ipſum, & Vitalem in„terponatur Anſologus:* nulli unquam proba„bitur ex Salisburgenſibus hiſtoriographis: „quoniam hi cum extraneis quoque & anti„quiſſimis noſtri monaſterii manuſcriptis „pro comperto tenent, ſanctum Vitalem „Divo Ruperto in utraque gubernatione „epiſcopatus, & abbatiæ ſucceſſiſſe; unde „ſatis antiquus Salisburgenſium Pontifi„cum catalogus in MS. X., ubi plura alia al„legantur manuſcripta, & vetuſti codices, „expreſſe dicit: *Sanctus Vitalis per ſanctum „Rupertum in epiſcopum, & abbatem electus „anno* 623., *obiit anno* 646., *poſtquam epi„ſcopatum, & abbatiam rexiſſet annis* 22.: „Enparem annorum numerum tam quoad „epiſcopale, quam abbatiale B. Vitalis re„gimen, ut hinc clareat, quod S. Vitalis „immediate ſucceſſerit D. Ruperto tam in „epiſcopali, quam abbatiali dignitate. Qua„re hæc ſententia tantopere apud omnes „invaluit, ut nullum eſſe ſciam, qui B. Vi„talem Anſologo abbati poſtponere fuiſſet „auſus: quod vero in præcitato necrologio „Anſologus abbas S. Vitali præponatur, „hanc ob cauſam id factum eſſe nullus du„bito, quod fuerit ab amanuenſi ordo per„mutatus; cum in eodem necrologio, ut „quidem doctiſſime advertit clariſſima Pa„ternitas, Thaſſilo Dux præponatur Utti„loni Patri, & alios ſimiles amanuenſium „lapſus non infrequenter contigiſſe, eruditi „ſibi notum habeant: quemadmodum pari

V. Id tamen ab ipſo perperam defendi pluribus argumentis docetur.

B. EZZIUS,
ABBAS V.

V.

„de causa evenit, quod beatus Bertricus „sancto Virgilio fuerit præpositus in brevi „illo episcoporum, & archiepiscoporum „Salisburgensi catalogo, quem apud Bas„nage Tom. III. Part. II. fol. 430. videre est, „ubi ad evidentiam liquet, ordinem fuisse „perturbatum, cum Bertricus certo fuerit „S. Virgilii successor. Deinde scriptores „præstantissimi de conversione Bojorum, & „Carantanorum, quibus autoribus, quem „paris authoritatis apponeret, se invenisse „neminem testatur plurimum Reverenda „Paternitas, Ansologum aperte postpo„nunt S. Vitali dicendo: *Igitur post exces„sum beatissimi Rudperti Pontificis vir charus „omni populo, egregiusque Doctor, & semi„nator verbi Dei Vitalis episcopus sedem Ju„vaviensem regendam suscepit: post cujus tran„situm Ansologus extitit Abbas, &c.* ubi ite„rum Ansologus S. Vitali neutiquam qua „episcopus, sed ut abbas postponitur. Si„quidem ex mente Clariss. V. Paternitatis „fol. 187. Ansologus cum Savolo, & Ezzio „solum, & unice qua abbas, non item qua „episcopus in serie illa episcoporum poni„tur. Quem quis tandem respectu *Flobar„gisi*, & *Joannis I.* episcoporum abbatem „secundarium dicet? notum quippe est, „quod Flobargiso Joannes, huic autem „Virgilius immediate successerint, qui sa„ne in vivis agentibus Flobargiso, & Joan„ne munus secundarii abbatis minime gere„re potuerunt, cum ne tunc quidem in mo„nasterio S. Petri commorati fuerint, sed „primum post eorum obitum ab exteris oris „ad regendum cathedrale divi Petri cœno„bium nnt evocati? alium vero præter hos „neminem in omnibus nostri tabularii docu„mentis, & catalogis reperire est, qui post „beatos Flobargisum, & Joannem abbatis „honoretur titulo. Æque parum evincit „secunda ratio, qua S. Virgilius, & Arno „Bertricum, & Ammilonium pro secunda„riis abbatibus habuisse dicuntur. Quam-

„vis

„vis enim ſub Virgilio Bertricus, & ſub Ar-
„none Ammilonius abbatiam S. Petri regen-
„dam ſuſceperint, id tamen minime factum
„eſt, ante illud tempus, quo Virgilius, &
„Arno tam munus, quam nomen, & titu-
„lum abbatis in Bertricum, & Ammilonium
„reſignarunt. Neque hanc veritatem nega-
„bit, quibus compertum eſt, quod S. Vir-
„gilius ultimis primum regiminis, ac vitæ
„ſuæ annis B. Bertricum in ſui vicem ſanct-
„petrenſis monaſterii abbatem conſtituerit:
„quomodo tenent hiſtoria Salisburgenſis fol.
„210.; authenticus catalogus abbatum ex
„variis melioris notæ manuſcriptis collectus,
„teſte legaliſatione deſuper erecta fol. 11.
„cum aliis ex ordine S. Benedicti, nec non
„Bruſchius in chron. monaſt. fol. 477. Peril-
„luſtris D. a Duckern fol. 32., & præter
„alios Hundius, qui in ſua metropoli Par-
„te 3. fol. 92.: talia ſcribit ſub rubrica S. Pe-
„tri in Salzburg.: *In hoc monaſterio & ipſe S.*
„*Rupertus, & ſeptem ſui ſucceſſores ſedem epi-*
„*ſcopalem habuerunt, tam epiſcopatui, quam*
„*abbatiæ laudabiliter præfuerunt, ibidemque*
„*humati ſunt usque ad S. Virgilium, qui cre-*
„*ſcente multitudine chriſtianorum relinquens ab-*
„*batiæ gubernationem pio, & docto monacho*
„*Bertrico, aliam ſedem epiſcopalem erexit &c.*
„& ad hanc ſuam ſententiam palam facien-
„dam animati fuerunt a variis noſtris manu-
„ſcriptis, quæ penes nos ſunt: *MS. B. ex-*
„*preſſe refert, ſanctum Virgilium ſex ante mor-*
„*tem annis alium pro ſe abbatem Petrenſibus de-*
„*diſſe Berthricum. Et MS. R. talia habet: S.*
„*Virgilius primus omnium adhuc vivens, cum*
„*& epiſcopatui, & abbatiæ, præfuiſſet; regi-*
„*men alteri commendavit.*„ Hucusque tenor epiſtolæ quoad primam reſpective partem, quæ noſtrum propoſitum de tribus abbatibus Anſologo, Savolo, & Ezzio præprimis ſpectant; illa, quæ in prædicta epiſtola ſequuntur, magis attingunt Bertricum, & Ammilonium, de quibus ſuo loco reſiduum epiſtolæ adducemus. Non tamen prætermittenda eſt concluſio hujus epiſtolæ, per quam illam non neceſſariam diſtinctionem de abbatibus primariis, & ſecundariis ex Cangio fortiter impugnat cœnobita noſter: „Nihil denique moror, ait, Cangium, dum „ſuos abbates ſecundarios ex regula Divi Be-„nedicti defendere parat, ſed potius me ad-„miratio ſubit, cur hoc ſuum ad intentum „authoritatem ſacræ regulæ allegare non „dubitarit, cum hæc ſemper abbates ſecun-„darios exoſos habuerit, ſicut patet ex illis „ſacræ regulæ verbis cap. LXV. *ſæpius qui-*„*dem contigit per ordinationem Præpoſiti ſcan-*„*dala gravia in monaſteriis oriri, dum ſunt ali-*„*qui maligno ſuperbiæ ſpiritu inflati, exiſti-*„*mantes ſe ſecundos abbates eſſe, aſſumentes ty-*„*ranidem, ſcandala nutriunt, & diſſenſiones*„*in congregatione faciunt, & maxime in iis lo-*„*cis, ubi ad eodem ſacerdote, vel ab iisdem ab-*„*batibus, qui abbatem ordinant, ab ipſis etiam*„*Præpoſitus ordinatur.* En quam exoſum „Benedictinæ regulæ nomen ſit *Abbas ſe-*„*cundarius.* Cum igitur S. Rupertus, Vi-„talis, Virgilius &c. Benedictinis ad S. Pe-„trum monachis ſub titulo, & munere ab-„batum præfuerint, ſequitur, eos ita fuiſ-„ſe abbates ſancti Petri, ut nullos alios ſe-„cundarios, adeo monachico-benedicti-„næ regulæ exoſos abbates ſub ſe habuerint, „& quod quivis eorum vere talis, proprie „dictus, ac regularis S. Petri abbas fuerit.„ Hucusque author epiſtolæ ad P. Hanſizium, qui tamen in ſuis annotationibus, & reflexionibus ad has non minimæ authoritatis objectiones paucis verbis, & in quibusdam tantum lineis per nuda aſſerta reſpondet pag. 998., dicendo tantum terminis generalibus, totum noſtrum ſyſtema eſſe caducum: Anſologum, Savolum, & Ezzium jam dudum a magno Mabillonio, uti & a Poëta Ratisbonenſi fuiſſe eliminatos, & pauca alia. Quam infirma autem ſint hæc reſponſa, patebit omnibus, qui hæc examinant conferendo tam hæc præcedentia, quam & argumenta noſtra in prælimin. introduct. ad Chronicon, nec non hic Num. II., & III. ex antiquis monumentis allegata, quibus nec Mabillonius, licet magnus, in cauſa tamen Salisburgenſi, multo minus Poëta exterus eſt comparandus.

VI. Horum trium abbatum ſynopſis vitæ, & mortis exponitur.

Stabilito jam ordine chronologico, ad quem merito ſpectant tres abbates Anſologus, Savolus, & Ezzius, qui ſine pontificali ordine, & dignitate regebant eccleſiam Juvavienſem, optaremus, ut & in particulari de geſtis horum abbatum quædam poſſent in medium adduci monumenta: de B. *Anſologo* ſequentia leguntur in MS. R. pag. 46.: „Anſologus abbas S. Pe-„tri, & gubernator epiſcopatus Juvavien-„ſis: translato ad ſuperos B. Vitale, ſancta „Juvavenſis eccleſia Anſologo eſt decorata, „qui omnia ſua ſtudia, & labores in Eccle-„ſiæ, Religionisque incrementa promovit; „nam cum epiſcopatus inſtar fructiferæ ar-„boris pullularet, temporalibusque fortu-„nis nondum excreviſſet, tantum ex ma-„gnatum amicitia, favore, & liberalitate „adjecit ſtipendii, ut ſuis temporibus flo-„rentiſſimum prope in ſtatum redactus eſſe „videretur. Sed cum ea ætate tempora „difficillima, & bellorum diſcrimina inci-„derent, omnia æquanimiter toleravit. „Hic ſepulchra S. Ruperti, & Vitalis mar-„more contexit, titulis, & candelabris, „aliisque ornamentis, & inſigniis exorna-„vit, & quicquid ad frequentiam mona-„chorum ſuſtentandam opus erat, ſollicite „providit. Reliquum æris & ſuperflui cen-„ſus, ſi quid reſiduum erat, pauperibus „erogavit; unde etiam plenus divina gra-„tia, & bonis operibus Calendis Februarii „vitam cum morte commutavit anno 674.; „ſedit ad utriusque eccleſiæ gubernationem, „epiſcopatus videlicet, & congregatorum „monachorum fidelis Magiſter viceſimum, „& octavum usque ad annum. Non repe-„ritur, eum fuiſſe conſecratum. Sepultus

„in

„in ecclesia S. Petri.„ Ita MS. R, quod est chronicon Martini abbatis, cui etiam ferme iisdem verbis consonant duo MSS., & chronica antiquiora sub littera QQ. de anno 1502. pag. 20., & MS. sub littera S. de anno 1535. pag. 301. In eodem MS. R., & in illis, quæ huic sunt consona describitur vita B. Savoli his verbis: „Savolus abbas S. Petri, & Rec„tor episcopatus Juvavensis: quando ve„nerabilis Ansologus vita fuit functus; di„spensatione divina Savolus ecclesiæ Juva„vensis regimini adhibitus est anno 674., „quo officio ita functus est, ut ecclesia non „solum honore, & affluentia augmentum „caperet, verum etiam ejus fama, & notitia „in ultimos terrarum fines exiret, maximo„rumque Regum, & Principum favorem, & „gratiam compararet. Obiit anno 680., „vixit in regimine suo annos sex, in ecclesia „S. Petri terræ mandatus.„ Hæc de abbate Savolo. Denique synopsis vitæ & mortis B. Ezzii, qui etiam Essius, Izzio, & Aetius a quibusdam vocatur, ibidem sic exponitur: „Ezzius Abbas S. Petri, & adminis„trator Juvavensis episcopatus. Essius vir „pius, facundus, & doctus ecclesiastici mo„deraminis claves consecutus est anno 680. „inter initia sane sui principatus maximis „calamitatum molibus exceptus est: ast pro„pria industria, & Noricorum præsidiis ad„jutus omnia feliciter superavit. Dicitur „ejus temporibus Aquileyæ Sergium Ponti„ficem Synodum celebrasse; unde liberiori „facultate Essium monachis, & reliquo cle„ro salubres leges præscripsisse, & quicquid „in privatis moribus, ritibus, & quibus„cunque abusibus injuria temporum irrepse„rat, idipsum salubri ordinatione reformas„se. Postquam vero laborum, & senectu„tis incommodis sese gravatum persensit an„no administrationis suæ vicesimo tertio cu„ram & administrationem episcopatus pro„curatoribus constitutis commendavit, quie„ti, & contemplationi sese totum dedit. Et „paulo post Calend. Jul. ex hac lachryma„rum valle ad æternum vitæ consortium de„cessit anno 703. in Basilica S. Petri sepul„tus.„ Hucusque MS. R. cum aliis supra citatis. De his tribus Præsulibus Dominicus Hessius Ord. S. Franciscani jam sæpius a nobis citatus ita canit in suo catalogo metrico, quem edidit de omnibus Episcopis, & Archiepiscopis Salisburgensibus anno 1586.:

Quis vel adoratam plantam non carmine laudet
Ansologum, cujus pietas, & plurima virtus
Floruit, ac succos longe, lateque salubres
Sparsit in his terris? Rudperti hic altera planta
Præsul bis denis atque octo ut floruit annis
Aeterni petiit tempe nitidissima regni.
At mihi non indictus erit sanctissimus abbas
Savolus, illustrem, quem vitæ exempla beatæ
Fecere: ut fieret Rudperti tertia planta:
Ipsius integritas, & vinci nescia sævis
Ventorum flabris, ramos super æthera virtus
Produxit celsos, ac sese extendit in hortum
Cœlestem, Præsul, postquam pietatis odorem
Spirasset gratum denis bis inclytus annis.
Ezzius his Præsul successit in ordine quintus,
Sed Rudbertino quartus de semine fructus,
Protulit ille rosas, quas nec bruma horrida lædit,
Nec venti quatiunt, nec sirius enecat ardor
Quintus erat Præsul, quinque & per lustra sacrato
Officio functus; rosa fit pulcherrima cœli.

Ita Hessius celebris illius temporis Poëta de tribus nostris abbatibus Ansologo, Savolo, & Ezzio.

Huc etiam spectat, quod legitur in aliquo nostro manuscripto, recentiori quidem, in nostro archivio asservato, ubi citatur MS. cujusdam anonymi, sed etiam recentioris chronistæ Salisburgensis, qui tamen suas collectiones se habere dicit ex quodam magni nominis archivio, quod nimirum ante annum circiter 680. Theodo Dux Bavariæ in nostro systemate chronologico V. ibi autem in MS. IV. ponitur, cum valido exercitu ingressus Carinthiam pugnaverit contra ethnicos carinthos, qui contra suum Ducem Carastum erant rebelles; cui asserto non videtur esse contrarius auctor anni millesimi Ossiacensis celeberrimi monasterii pag. 52. Post pacem autem restitutam missos fuisse in Carinthiam ab hoc nostro quinto abbate B. Ezzio religiosos Benedictinos ad propagandam fidem pariter legitur in eodem MS., & quia circa annum 689.: Ozzius comes Tiffensis, qui a filio Popone, qui postea factus est, Patriarcha Aquileiensis, unacum conjuge sua Irenburga, seu Wichburga sanctum baptisma susceperat, fundavit monasterium Ossiacense in Carinthia, posuitque ibi Patres benedictinos, quales tunc in Carinthia evangelium Christi prædicarunt, illi nimirum, qui a B. Ezzio (annus enim fundationis in hoc correspondet) tanquam legati missi fuerunt, eruere licet, primos religiosos fuisse ex nostro monasterio sumtos usque ad annum 789., quo tempore rursus hoc celeberrimum monasterium fuit devastatum, haud dubie ab ipsis gentilibus Carinthiis, qui sæpius contra Duces rebellarunt. Hæc in MS. recentiori quodam. Sed requisitus desuper Reverendissimus Dominus Romanus Zusnerus Præsul Ossiacensis in epistola sub 5. Novembr. anno 1767. ad nos data ita respondit: „Archivium nostrum desuper discuti feci, & ipsus inqui„sivi,

„sivi, aſt propter antiquitatem temporis „nullum hac de re veſtigium inveni: genui„na ratio aut ablatorum, aut diſtractorum, „aut etiam combuſtorum documentorum „erit non una, quin plures devaſtationes, „quas poſt primam mox fundationem per„peti debuit Oſſiacum". Hæc DD. Abbas Oſſiacenſis. Cum ergo nec Oſſiaci aliquod veſtigium exſtet de prima colonia; hinc & nos nihil certi aſſerimus.

B. FLOBARGISUS,

EPISCOPUS III. ET ABBAS VI.

AB ANNO 703. USQUE AD ANNUM 739.

VI.

I. Sedes Epiſcopalis Salisburgenſis denuo refulſit in Flobargiſo;

Abierunt anni quinquaginta ſeptem juxta calculum antiquæ traditionis a S. Vitale ſecundo hujus inclytæ ſedis epiſcopo veroſimiliter ductum, quamvis de evidenti, & quaſi mathematica annorum certitudine, an ad hunc calculum pauci anni vel ſupperaddi, vel ab illo aliqui ſubtrahi debeant, gloriari non velimus: annos quinquaginta, & ſeptem numeramus, quo temporis ſpacio præfuerunt quidem ſedi Salisburgenſi tres Abbates, Epiſcopi denominati, & electi, ſed non conſecrati, quia manuſcripta antiquiſſima ſollicite, & cum multa induſtria diſtinctionem faciunt, & tres antea expoſitos abbates Anſologum, Savolum, & Ezzium non epiſcopos, ſed abbates nominant, ut adeo, quamvis iſti abbates etiam gubernaverint, & adminiſtraverint Juvavienſem Eccleſiam, prout ſatis ex antiquis noſtris documentis probavimus, dignitas tamen epiſcopalis qua talis in tantum vacaverit, quod iſti tres abbates epiſcopi conſecrati non fuerint, veriſque exſtiterint abbates, qui regebant eccleſiam Juvavienſem, conſequenter non fuerunt epiſcopi intruſi, ut Mabillonius ſentit, nec abbates ſecundarii, aut vicarii, ut explicat Hanſizius, uterque ſine fundamento, ut ex ante actis probatum. Poſt tantum temporis lapſum non tantum in regimine eccleſiæ Salisburgenſis ſucceſſit, ſed etiam epiſcopali dignitate tertius refulſit

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

Flobargiſus, vel Flobrigis, ut in antiquioribus catalogis vocatur, abbas monaſterii ad S. Petrum ſextus, & epiſcopus tertius. De hujus ſucceſſione in epiſcopatu, pauciſſimis exceptis, nullus autorum gravium dubitat, ipſique chronologiæ noſtræ præcipui adverſarii Mabillonius, & Hanſizius conſentiunt; cum enim uterque ſummam authoritatem deferat verſibus Poëtæ anonymi ex codice Ratisbonenſi, qui ſeriem epiſcoporum metrice ſcripſit, & tertio loco ſtatuit *Flobargiſum* his verbis:

Dicta Juvavo fuit quondam metropolis iſta
Quam primo fundans Hrodbertus rexerat almus,
Poſt hunc Vitalis antiſtes rexit eandem:
Ipſius inde Flobargiſus fultus honoris.

Hinc nulla ipſis eſt de ſucceſſione in epiſcopatu controverſia de Flobargiſo, niſi quod uterque poſt tres eliminatos e chronologia & abbatum catalogo Anſologum, Savolum, & Ezzium abbates, hunc, nimirum Flobargiſum, dicant ſucceſſorem eſſe S. Vitalis. Unde P. Hanſizius in vita Flobargiſi tertii epiſcopi Salisburgenſis ſequentia refert: „De epiſcopatu Flobargiſi res certa „eſt ex antiquo illo Poëta anonymo, deinde ex necrologio monaſterii S. Petri, ubi „appellatur *Flobrigis epiſcopus & abbas*: ad „manum etiam eſt catalogus MS. chroni„co Salzburgenſi ſubjectus, cujus exem„plar in pluribus vetuſti characteris codici„bus in eadem verba reperimus, ſubjecto „ad calcem nomine, & ætate auctoris ſic: „explicit chronica Honorii de tempore ab „initio mundi usque ad annum Domini „MCCLXXVII. ubi primi Salzburgenſes e„piſcopi hoc modo referuntur:

„S. Rudbertus primus Salzburg. epiſcopus.
„Vitalis epiſcopus.
„Flobargiſus epiſcopus".

Hucusque Hanſizius: ſed nos nec Poëtæ anonymi, nec Hanſizii, nec Mabillonii authoritate indigemus, ut dicamus Flobargiſum fuiſſe epiſcopum Salisburgenſem in ordine tertium; primo enim in noſtro antiquiſſimo MS. M. pag. 2. Col. 1. leguntur antiquiſſimi verſus anno 1061. ſcripti, per quos refertur Catalogus Præſulum Juvavienſium, ubi de Flobargiſo poſt Ezzium abbatem:

Inde Flobargiſus Paſtoris nomen adeptus
Doctrinis vite ſacrum paſcebat ovile.

Clarius in eodem MS. M. pag. 14. & 29. ubi eſt antiquus catalogus, vel necrologium, poſt Izzionem abbatem legitur Flobrigis epiſcopus, & abbas. Similiter autor anonymus de converſ. Bojoar. & Carinth. qui non eſt alius, quam author incognitus ſæpe citati MS. H. de ſæculo reſpective duodecimo, ubi poſt Ezzium abbatem hæc verba diſtincte leguntur: quo migrante (nimirum Ezzio abbate) de ſæculo iterato illa ſedes honorata refulſit epiſcopo Flobargiſo. Hoc MS. ſeu hunc autorem anonymum hiſtoriæ: de converſ. Bojoar. & Carinth. ipſemet pro ſe citat P. Hanſizius in vita Flobargiſi, quod nos merito miramur; ſi enim Hanſizio hoc MS. facit authoritatem de Flobargiſo epiſcopo, cur non etiam de Anſologo, Savolo, & Ezzio? qui in dicto codice in eodem ordine tanquam abbates poſt Sanctos Rupertum, & Vitalem recenſentur, quos tamen abbates Mabillonius vocat epiſcopos intruſos, Hanſizius autem nonniſi Vicarios, & ſecundarios abbates, quibus nec locum in chronologia concedit.

II. De ſpecialibus tamen geſtis B. Flobargis Epiſcopi, & Abbatis.

Longævum quidem, & tranquillum regimen obtinuit B. Flobargiſus, deficientibus tamen authoribus antiquis, & multo magis ſynchronis, aut ſaltem propius ad illa tempora accedentibus, quis fuerit? quod genus? unde domo? quæ ſpecialia geſſerit? non adeo liquida ſunt ob temporis antiquitatem: „De geſtis ejus nihil pro„ditur„ ait Hanſizius in vita pag. 75. num. II. Albertus in catalogo abbatum ait, „u„ſum fuiſſe regimine multum felici, & tran„quillo; terræ mandatum in eccleſia S. Pe„tri, depictum fuiſſe antiquitus ſuper ara „majore cum diademate ad inſtar Sancti in„ter alios ſex alibi recenſitos, nempe Ru„pertum, Vitalem, Anſologum, Savolum, „Ezzium, & Joannem, *ſed quibus nomini„bus in cenſum Sanctorum venerit*, Raderus „ait, *haud ſcio, nihil in monumentis Salisbur„genſibus, & chartis manuſcriptis reperio, niſi „quod apud S. Petrum Salisburgi cœnobiarcham „egerit*, ita ille". Nimirum Raderus, & ex hoc Hanſizius cit. loc. De hoc Flobargiſo pauca inveniuntur in noſtris MSS. ſive antiquioribus, ſive recentioribus, immo fere nihil adnotatum legitur. D. Amandus Abbas noſter in ſua compendioſa SS. Reliquiarum deſcriptione Cap. 30. §. 4. hæc pauca nobis de Flobargiſo reliquit: „Flobargiſus, „ait, Ezzio ſucceſſit anno 703. ſub Joanne „IV. Pontifice, & Tiberio, aut Conſtantino „imperatoribus. Magna in ſua quidem „provincia hic Præſul per 42. fere annos, „quibus Salisburgenſi præfuit eccleſiæ, ga„viſus eſt pace, & tranquilitate, ſed ex„ternis tamen provinciis diverſis publico„rum motuum fluctibus exagitatus; cum „& Carolus Martellus Francorum Princeps „Burgundiones, Saxones, Friſones variis „bellorum tumultibus invaſiſſet, & Leo „Iſauricus iconoclaſta imaginum cultores „variis tormentis excruciaret, terra etiam „præcipue conſtantinopoli inſolitis quatere„tur motibus, novis quoque ſideribus, & „cometis in cœlo comparentibus. Tan„dem Flobargiſus annis, & meritis gravis „mortem feliciter obiit anno 745. atque ad „ſuos anteceſſores in eccleſia S. Petri ſepul„tus eſt ante altare ſummum, ubi adhuc „in pace requieſcit; verum neque hujus ſe„pulchrum oſtendi poteſt, neque ullæ de „hoc certæ reliquiæ extant". Hæc Amandus

mandus abbas, qui equidem annum mortis ſtatuit 745. id tamen cum aliis monumentis hiſtoricis non ſat bene convenire ſtatim num. ſeq. dicemus.

III. Uti & de anno mortis non certa habetur notitia.

Porro autem, ſicut pauca leguntur, vel potius omnino nihil conſtat de ſpecialibus geſtis B. Flobargiſi, ita etiam inter authores noſtræ traditionis, & multo magis inter recentiores chronologos non eſt æqualis de annis regiminis, & ejus morte opinio. „Quis autem de annis divinet? (ait „Hanſizius l. c. in vita hujus epiſcopi) ſi verum ſit, quod in chronico quodam legi, „annis ſeptem ſediſſe, colligi præterpropter „poteſt, eum anno DCCXXX. ad ſacros „faſces admotum, nam anno DCCXXXIX. „S. Bonifacio tertium in Bojoariam ingreſſo, quando provinciam in quatuor Parochias, ſeu epiſcopatus diviſit, nullum in „Bojoaria epiſcopum invenerat præter unum Vivilonem Patavienſem, quo mani„feſtum fit, ſedem Salzburgenſem tunc va„caſſe. Neque Flobargiſus legitur in nu„mero epiſcoporum illorum Allemaniæ, & „Bojoariæ, quibus Gregorius III. Papa S. „Bonifacium in Germaniam reducem com„mendaverat anno DCCXXXVIII.“ Ita author citatus, quæ tamen Chronologia non tantum præterpropter, ſed plurimis, & ferme triginta annis a noſtra antiqua traditione differt, dum enim Mabillonius cum Hanſizio affirmat, S. Rupertum obiiſſe anno 718. vel ut Hanſizius in ſuis adnotationibus ſuadet, omnino ſerius: nullus ſane ex his celeberrimis cæteroquin authoribus ſollicitus fuit de numero annorum in regimine S. Ruperti, S. Vitalis, Flobargiſi, & Joannis I. quia Hanſizius præſertim defendit, S. Virgilium jam cœpiſſe anno 745. ut adeo ſpatio viginti octo annorum, vel adhuc citius, ſi S. Rupertus poſt annum 718. obiit, tam S. Vitalis, quam & Flobargiſus, & Joannes I. taceo de tribus aliis, qui aliunde ab Hanſizio non computantur, debuerint hoc annorum intervallo, vel omnino breviori tempore ſuum vitæ curſum abſolvere. In hoc ergo conveniunt omnia MSS. noſtra, & antiqua pariter Calendaria, quod B. Flobargiſus auſpicatus fuerit regimen anno 703. differunt tamen circa annum obitus, & non pauci authores antiquiores, & recentiores ſtatuunt annum 745. uti & catalogus abbatum impreſſus ſub Alberto abbate de anno 1646. in quo tamen dubio nobis placet explicatio, & ſententia Mezgeri noſtri, qui in ſua hiſtoria Salisburgenſi Lib. II. Cap. VI. ita ſcribit: „Cæ„terum Flobargiſus poſt Ezzium ſimul epiſ„copus, & abbas regimine admodum felici, „& tranquillo uſus, quadraginta annos „ductos ab anno Chriſti 703. usque 745. „Salisburgo præſediſſe ſcribitur; verum „rectius dicitur, eum jam circa annum Chri„ſti 739. vel 740. obiiſſe; nam a Gregorio III. „non II. ut nonnemo habet, anno vigeſimo „tertio Leonis Isaurici, ideoque ſecundum „Baronium anno Chriſti 739. vel 740. ſe„cundum Petavium litteræ ad S. Bonifa„cium ſcriptæ extant, quibus Salisburgen„ſem eccleſiam vacaſſe, & a D. Bonifacio „epiſcopatus diviſos numerat. Jam igitur „ante finem 740. Flobargiſus beato fine vi„tam clauſerat, & vacuam ſedem ſucceſ„ſori reliquerat: potuit nihilominus qua„draginta annis præfuiſſe, ſi aliquot anni „anteceſſoribus demantur“. Hæc Mezgerus, qui quoad annum obitus, minime autem quoad annos incœpti regiminis convenit cum Hanſizio immediate citato; nam & hic Flobargiſum anno 739. obiiſſe exiſtimat, quia illo tempore, quando S. Bonifacius in Bavariam venit, ſedes Salisburgenſis vacabat, nec ullum invenit epiſcopum, niſi Vivilonem epiſcopum Patavienſem. De hoc epiſcopo & abbate extant verſus apud ſæpe citatum Dominicum Heſſium in metrico catalogo Præſulum Salisburgenſium:

Huic (nimirum Ezzio) Flobargiſus ſacer,
& venerabilis Abbas
Succeſſit ſextus Præſul, non ille recepti
Immemor officii, fœcundo hoc ſplendor
in horto
Factus, ad ætherei florentia veris adivit
Arva, ubi viginti cum ſex regnaverat
annis.

Qui tamen verſus chronologiæ, & regimini annorum, quibus præfuit Flobargiſus, non reſpondent.

B. JOANNES I.

EPISCOPUS IV. ET ABBAS VII.

AB ANNO 739. USQUE AD ANNUM 754.

VII.

I. S. Bonifacius archiepiscopus Moguntinus constituit pro Episcopo Salisburgensi Joannem I.

Postquam S. Bonifacius Anglus ex Cœnobio Benedictino Exceſtrienſi poſt varios apud Haſſos, & Thuringos non ſine magno animarum lucro in ſe ſuſceptos labores apoſtolicos a ſummo Pontifice Gregorio III. Archipræſulis Moguntini honore, & archiepiſcopali Pallio cum ampliſſima poteſtate fuit ornatus, etiam Boicæ reformandæ curam ſuſcepit, atque inter alios, quos Bavariæ dedit Epiſcopos, etiam Salisburgenſi eccleſiæ, & noſtro monaſterio ad S. Petrum epiſcopum, & abbatem dedit Joannem hujus nominis I. qua autem occaſione id factum fuerit, ad propoſitum noſtrum exacte deſcribit Mezgerus noſter Lib. II. ſuæ hiſtor. Salisb. Cap. VII. his verbis, quæ per extenſum hic adduci merentur: Erat Boica, ait author præcitatus, „jam quidem Chriſti fide prius exculta, ſed „multis vitiorum zizaniis feminante inimico humani generis infecta. Cauſam faci„le coniicias, quod ampliſſima regio vix „unum aut alterum epiſcopum haberet, Sa„lisburgenſem nempe, & Patavienſem. Fri„ſingenſis cathedra extincto Corbiniano ad„huc vacabat, inſecuta dein eſt vacatio „Salisburgenſis demortuo Flobargiſo. In „tanta cultorum inopia facile fuit etiam hæ„reſeos urticas ſuccreſcere. Excitante ma„lo dæmone Erenwolfus mali ominis no„men lupum agere cœpit, dogmata falſa „ſpargere, oves Chriſti, & ſacræ religio„nis honorem multis in locis mordere, aut „etiam devorare. Accurrit hoc audito mox „Bonifacius miſſis undique rectæ fidei præ„conibus, graſſantem peſtem mature op„preſſit, hominemque peſtilentem anathe„mate perculſum e piorum cœtu proſcripſit. „Reſtauravit dein undique pietatem & mo„res, & ut in capite conſuleret, vacantibus „ſedi-

„sedibus novos Paſtores, ejectis alicubi „Pſeudoepiſcopis authoritate apoſtolica „præpoſuit. Reginoburgenſi Gaubaldum, „ſeu Garibaldum primum loci Præſulem: „Friſingenſi Erinbertum fratrem Corbinia„ni: Salisburgenſi Joannem infra laudan„dum, Benedictinæ omnes familiæ. Et „quia hæc inter omnes abſentes vix recte „geruntur, pro indubio mihi eſt, ipſum S. „Bonifacium Salisburgum quoque, & cœ„nobium S. Petri tum temporis inviſiſſe, ut „coram inſpiceret, & conſuleret de Eccle„ſiæ ſtatu. Deſcripſit inſuper dicœceſeon „terminos, ut, quas quisque oves paſcen„das haberet, omnes noſſent, neve alienos „fines invaderent. Quibus rite ad votum „peractis magnam Epiſcoporum ſynodum „Ratisbonæ celebravit. Ita licet religionis „fundamenta non injecerit in Bojoaria Boni„facius, beneſecit tamen, ut qui jam maxime; „antiquam enim religionem ſartam tectam „reſtituit, & Eccleſiis formam optimam indu„xit; verbo: nomen Bonifacii implevit. Hucusque author hiſtoriæ Salisburg., cui & conſentiunt quoad ſubſtantiam omnes alii hiſtorici, quamvis differant quoad annos regiminis, quibus præfuit Joannes I. ut infra dicemus; ſic enim ipſe P. Hanſizius in vita Joannis ſequentia ſcribit: "Haud operoſum „eſt, inquit, initium ſedis in Joanne decer„nere, conſtitutus eſt a S. Bonifacio Ger„maniæ apoſtolo, qui quum anno 738. in „Bojoariam ab Roma reverſus veniſſet, eam „provinciam anno ſequenti *Odilone Duce* „*conſentiente* (verba ſunt Wilibaldi in vita S. „Bonifacii) *in quatuor diviſit Parochias, qua„tuorque his partibus præſidere fecit Epiſcopos, „quos ordinatione ſcilicet facta in Epiſcopatus „gradum ſublevavit, quorum primus nomine „Joannes Eccleſiæ in oppido, qui dicitur Salz„burg, Epiſcopatus cathedram ſuſcepit*: quam „diviſionem Gregorius III. Papa litteris eo„dem anno IV. Kalend. Novemb. ad Boni„facium datis ratam habuit". Similia leguntur in hiſtoria eccleſiaſtica Claudii Fleurii, qui equidem de chronologia noſtra non adeo ſollicitus fuit, ſed idem ſentit, quod Mabillonius, & Hanſizius, & ſicut ſtatuit annum mortis S. Ruperti ad annum 718. ſic annos regiminis tantum ſeptem aſſignat pro Joanne: Cæterum noſtris aſſertis de Joanne Epiſcopo, & Abbate noſtro conformia ſunt, quæ idem celebris author ſcribit ad annum 738. L. 42. §. XXV. „S. „Bonifacius, ait, Roma profectus anno ſep„tingenteſimo trigeſimo nono, & Ticinum „perveniens a Rege Luitbrando amice ex„ceptus eſt, ibique Sanctus ſenex aliquam„diu moratus fractas vires refecit. Inde „in Bavariam tam propria voluntate, quam „precibus Odilonis Ducis motus divertit, „ubi longo tempore verbum Dei prædica„vit. In ea regione fidei puritatem reſti„tuit, pulſis quibusdam ſycophantis, qui„bus alii Epiſcopos, alii Presbyteros ſe „mentiebantur, variis fraudibus multos „perverterant, & ſua impudicitia toti po„pulo ſcandalo erant. Odilone Duce con„ſentiente S. Bonifacius provinciam Bojo„ariæ in quatuor Diœceſes diviſit, & qua„tuor conſtituit Epiſcopos. Primus fuit „Joannes in civitate Salisburgenſi, qui li„lam ſedem ſeptem annis tenuit. Secun„dus Erembertus S. Corbiniani nepos Fri„ſingæ; tertius Goibaldus Regini, ſeu Ra„tisbonæ: hi tres a S. Bonifacio ordinati „fuere. Quartus Epiſcopus Bavariæ fuit „Vivilo jam prius a Papa ordinatus, cujus „ſedes Patavii fixa". Hæc author citatus. Certum igitur, & indubitatum eſt, quod Sanctus Archiepiſcopus Moguntinus Bonifacius conſtituerit authoritate pontificia pro Epiſcopo Salisburgenſi, & Abbate noſtro Joannem I. quod & confirmat quoad ordinem ſucceſſionis codex noſter, ſeu author hiſt. de converſione Bojoar. & Caranth. omni alia authoritate major, ubi hæc leguntur: „Poſt quem, nimirum Flobargiſum, Jo„hannes paſtoralem geſſit in ſede præfata „curam".

II. Quis fuerit hic Joannes, & unde oriundus?

Quis hic Joannes, & unde oriundus? an frater Alcuini ſub nomine *Aquilæ* fuerit? & quot annis regnaverit? Ordo hiſtoriæ exigit, ut ſaltem illa, quæ magis veroſimilia ſunt, & videntur, exponantur; non enim hiſtorici circa annos præſertim mortis conveniunt, cum recentiores, ut Mabillonius, & Hanſizius, annis tantum ſeptem præſediſſe credant, ferme Epiſcoporum & Abbatum noſtrorum, ſic exigente ipſorum ſyſtemate chronologico, vitæ, & mortis arbitri. Nobilem Anglum fuiſſe Joannem Epiſcopum, & Abbatem noſtrum, omnes conveniunt cum Joanne Trithemio de Vir: Illuſtr. cap. 105. Lib. IV. qui & dicit illum fuiſſe monachum Benedictinum Winthſchellenſem, & poſtquam in hoc monaſterio in adeo habilem virum formatus fuit, vocante illo apoſtolo germanico S. Bonifacio in Germaniam, & noſtras plagas veniſſe, eſtque credibile, quod illo tempore, dum S. Bonifacius altera vice ſocios ex patria evocaret, hic Joannes, & Patriam deſeruerit, poſtea vacanti Eccleſiæ Salisburgenſi, ut diximus in Præſulem datus. Miratur hic P. Mezgerus noſter Lib. II. Cap. VIII. cur Joannes externus, ignotus, & anglus datus fuerit germanis; anne gremium S. Petri ſic viris bonis, & doctis jam exhauſtum erat, ut nemo eſſet, qui poſſet præeſſe; ſicque neceſſitas fuerit ullum ultra mare ad hanc ſedem Epiſcopalem inquirere? ſed ſibimet ipſi ad hoc dubium reſpondet citatus author, ſimulque compendium vitæ, virtutis, & doctrinæ refert his ſequentibus verbis, quæ adduci merentur: „Non equidem exiſtimo, ſed ille erat, ait, „eo tempore religionis, & eccleſiæ zelus, „ut non habita ratione de gremio quis eſſet „nec ne, ſeligerentur ex bonis, & doctis „optimi, doctiſſimi, & utiliſſimi: & expe„tebant hoc tempora, nondum ubique fir„mata fide, & aſtutis hæreticorum vulpi„bus

„bus in vineam Domini ſe ſubdole inſinuan-
„tibus. Deinde nulla fuit ea ætate quæ-
„rendæ præfecturæ ambitio, optabant o-
„mnes ſubeſſe, non præeſſe: onus epiſco-
„pale vel angelicis humeris formidandum
„omni ope declinare conabantur, impares
„ſe rati, etſi ſat pares forent. Oblatum
„etiam deprecabantur, obſiſtebant, & fu-
„giebant. Alius nunc mos noſtri temporis
„ſed non omnibus. Adde, quod ante Bo-
„nifacium in plerisque Germaniæ Eccleſiis,
„etſi ad pietatem, & virtutem omnes con-
„tenderent, tamen de litterarum ſtudiis,
„& præſertim Theologiæ, ſacrorumque Ec-
„cleſiæ Canonum ſcientia minor habebatur
„cura: Sancti eſſe malebant, quam docti.
„Verum Joannes, etſi aliunde accitus, vir-
„tute tamen domeſticus non antiſtitem ſo-
„lum, ſed abbatem quoque egit, in utro-
„que munere dexteritate, & prudentia
„conſpicuus. Ipſe Otiloni Duci æque, ac
„Pipino Regi Franciæ, cum jam a latere
„Bonifacii innotuerat, factus poſtea Pon-
„tifex in pretio, & amore fuit: hinc & in
„Eccleſiam Salisburgenſem benevolum, &
„pium ſe præſtitiſſe Pipinus ſcribitur. Ita-
„que Joannes magnis Principibus, Regi,
„& gregi ſuo charus, virtute clarus, magna
„cum gloria Salisburgum, totamque Ec-
„cleſiæ ditionem pluribus annis feliciter re-
„xit. Sanctimoniæ quoque laude poſt mor-
„tem floruit, inter Beatos a Salisburgenſi-
„bus recenſitus, & cultus". Hæc ille.
Habemus igitur epitomen vitæ hujus viri tam doctrina, quam pietate celebris, licet particularia geſta nobis non conſtent. Unde placet, quod in MS. noſtro R. in vita hujus Epiſcopi legitur pag. 51. "de genere, proſapia, vel natalibus, ait collector hujus MS. "Præcedentium, ſicut & ſubſequen-
„tium quorumdam antiſtitum nihil certi
„ſcribi poteſt, ſiquidem hæc omnia vel in
„oblivionem venerunt, aut quia magis de
„Dei gloria, & ſalute animarum propagan-
„darum, quam de generis ſui claritate no-
„tificanda ſoliciti homines Sancti fuerunt,
„ita nihil de ea re notatum reperitur". Hæc manuſcriptum.

„tio? feſtinemus tota mentis intentione ad
„illam requiem, quam nullus dolor pertur-
„bat. Aſcendamus per gradus charitatis
„ad illam civitatem, in qua Deus ſolus
„Rex regnat in æternum; in qua tota bea-
„titudo ſine ulla miſeria viget, & valet, ut
„ad illam pervenire mereamur. Tu autem
„fraterna diligentia ſocordiam caſtiga, vel
„tuæ Sanctitatis precibus jacentem releva, ut
„fraternæ dexteræ ducatu non laceſſat in via
„veritatis, qui hucusque in ſæculi volveba-
„tur cœno": hæc & alia ſuo Aquilæ Al-
cuinus. Sed non ſatis defendi poteſt hæc ſententia, præſertim quia ætas Joannis cum Alcuino non bene combinari poteſt; nam Joannes etiam in noſtro ſyſtemate rexit Eccleſiam Salisburgenſem ab anno 739. usque ad annum 754. Alcuinus autem ille magnus Caroli Magni Præceptor vixit adhuc circa annum 800. quo equidem tempore jam fuit gravis ſenex octogenario major, & oculis caligans. Unde licet in omni rigore, & abſolute loquendo poſſibile eſſet, quod Alcuinus, ſi fuiſſet natus anno 720. ab anno 740. usque ad annum 754. epiſtolas potuiſſet ſcribere Joanni epiſcopo, tamen non videtur veroſimile, quod fuerit frater Joannis adeo in ætate ab Alcuino differentis. Unde longe præplacet in hoc ſententia Mabillonii, & Mezgeri noſtri, quod ſub nomine Aquilæ ipſum Arnonem Archiepiſcopum primum Salisburgenſem indicare voluerit Alcuinus; ad rei confirmationem ſpecialiter Mezgerus noſter hoc adducit argumentum, quod quædam Alcuini epiſtola mentionem faciat hæreſis Felicianæ jam damnatæ, quæ tamen primum circa annum 792. regnante Carolo Magno fuit damnata Joanne noſtro dudum mortuo. Solebat etiam Alcuinus illis, ad quos ſcribebat, nomina quædam ſymbolica imponere, ſicut & Carolum M. ſæpe Davidis nomine appellavit. Longe ergo certius, quod Arno fuerit ille Aquila, cui ſcripſit Alcuinus, cujus nomen Arn, vel Arnt juxta antiquam Germanorum, & Belgarum phraſin *aquilam* ſignificare dicit Mezgerus, aliorum authorum teſtimonio roboratus. Fuit etiam Alcuinus contemporaneus cum Arnone, licet Alcuinus ſenior fuerit, quam Arno. Neque adeo a veritate alienum erit, ſi etiam dicamus, Arnonem fuiſſe fratrem Alcuini, ſi enim fuit abbas Elnonenſis ante Pontificatum, uti dicemus ſuo loco, optime convenit id, quod Alcuinus ſcripſit ad Aquilam epiſtola 66. cujus inſcriptio hæc eſt: „Chariſſimo Germano meo Aquilæ An-
"tiſtiti ſalutem. Intus autem ait: iviſſe ſe
"ad Sancti Amandi protectoris dulciſſimas
"manſiones, ut Aquilæ dulciſſimo alloquio
"refrigeraret animam ſuam: ſed quia ad-
"dit: necdum de nido juvavienſi avis opta-
"ta evolavit, miſi hanc invitatoriam ob-
"viam illi chartulam &c." ex quibus ſatis probatum credimus Joannem noſtrum, cui quidem propter doctrinam ſymbolum aquilæ

III. An frater Alcuini ſub nomine Aquilæ fuerit.

De hoc Joanne Epiſcopo, & Abbate noſtro multi authores, inter quos & Velſerus Lib. V. Rer. Boic. exiſtimarunt, propter nomen *Joannes* cognomen illi *Aquilæ*, & fratrem illius fuiſſe magnum illum Flaccum Alcuinum abbatem, Præceptorem Caroli Magni; eo forte argumento inducti, quod Alcuinus non uno loco in ſuis Epiſtolis fratrem ſuum Salisburgenſem Epiſcopum Aquilam ſalutet, & Aquilam antiſtitem nidi Juvavienſis appellet. Specialiter autem aliqua verba Epiſtolæ, quæ in operibus Alcuini eſt centeſima quarta, ad Aquilam Epiſcopum, & Abbatem datæ, digna ſunt ad legendum, ſic enim ſonant: "Quid
„eſt, inquit hoc ſæculum niſi miſeria, &
„velut umbra fugax, & ſeducens delecta-

læ non derogamus, non fuiſſe illam Aquilam, ad quem ſcripſit Alcuinus.

IV. Et quot annis regnaverit, verosimiliter ſententia exponit.

De annis quot ſederit Joannes usque ad S. Virgilium, eo minus notitia certa haberi poteſt, cum & noſtra MSS. in deſignatione annorum cum antiqua traditione non conveniant. Sedulus noſter collector D. Amandus abbas in deſcriptione reliquiarum Cap. 30. §. 5. de noſtro S. Joanne ſic ſcribit: „Joannes Flobargiſo defuncto a S. Bo„nifacio archiepiſcopo Moguntino Legato „apoſtolico præficitur Eccleſiæ S. Petri, & „Epiſcopatui Salisburgenſi anno 745. teſte „MS. K. ſub Zacharia Pontifice, & Con„ſtantino Copronymo, qui per viginti annos „in omni Sanctitate præſulatum ſuum gef„ſit, cui merito pulchrum elogium appo„ſuit Joſephi Gruenbeckii chronicon in MS. „QQ. homo fuit, ait, mitiſſimi ingenii, „miræ ſuavitatis, & gratiæ, ad iram tar„dus ad miſericordiam, & clementiam „promptiſſimus. Multum valuit apud Pi„pinum Galliæ Regem, cujus gratiæ incre„mento Eccleſiam juvavenſem plurimum „ditavit. Tandem devotus antiſtes de Deo, „de Patria, de civibus ſuis optime meritus „pontificatus ſui vigeſimo anno moritur, & „ſepelitur in Baſilica S. Petri collachriman„tibus omnibus tanquam communi Paren„te orbatis. Hæc ibi. Neque hujus Pon„tificis ſepulchrum in noſtra Eccleſia mon„ſtrari poteſt, neque de ipſo aliquæ ſuper„ſunt reliquiæ: obiit plenus meritis, & o„pinione ſanctitatis clarus anno Chriſti 764. „ut teſtatur MS. K. cui eodem anno ſucceſ„ſit S. Virgilius". Hæc D. Amandus abbas, & non ſine fundamento, ut infra videbimus de initio regiminis Sancti Virgilii. In idem etiam conſentiunt alia MSS. præſertim Chronicon Martini Abbatis in MS. R. ubi pag. 51. de Joanne noſtro notatum eſt: „Pontificatus ſui anno vigeſimo moritur, & „in Baſilica S. Petri ante ſummum altare „collachrymantibus omnibus tanquam com„muni Patre orbatis ſepelitur anno Chriſti „764." Longe aliter ſentit Mabillonius, quem nec ipſe, & merito quidem quoad hunc computum ſuum, laudat P. Marcus Hanſizius; Mabillonius enim Sæculo III. Benedictino ait: Joannem non ſediſſe ultra annos ſeptem: in annalibus autem Benedictinis Lib. XXIII. num. XXI. ait Joannem anno 756. e vivis ſublatum, quæ combinari nequeunt cum ſeptennio regiminis, & anno juxta omnes 739. vel 740. quo Joannes a S. Bonifacio fuit conſtitutus. Præcitatus ergo Hanſizius aſſerit, mortem Joannis non eſſe differendam ultra 745. annum; eo namque anno a Pipino Majore domus S. Virgilius ad ſedem Salzburgenſem Otiloni Duci commendatus fuit. Aſt nobis præplacet antiqua hactenus traditio, cui & ſubſcribit P. Mezgerus: „in annis regimi„nis, ait hic author Lib. II. Cap. VIII." „Variant ſcriptores, quidam ei tribuunt „annos viginti, vel viginti unum, quibus „aſſentiri non poſſumus, niſi ætatem S. „Virgilii decurtemus: noſtra ſententia eſt „ab anno 740. quo ſedem iniit, præfuiſſe „annis circiter quatuordecim, usque ad „annum 754. quo S. Virgilius eandem con„ſcendit". Hæc author citatus, cui nos ſuperaddimus contra Hanſizium exiſtimantem, annos regiminis non eſſe differendos ultra ſeptem annos, ut ſupra meminimus, quod nimirum Otilo Bavariæ Dux regnaverit in noſtro ſyſtemate ab anno 735. usque ad annum 761. conſequenter hoc temporis ſpacio potuit commendari S. Virgilius ad epiſcopatum, nec opus eſt, ut eapropter detrahamus annos regiminis Joanni noſtro: Vide ea, quæ diximus in prælim. introduct. num. XIX.

V. An ſub hoc Joanne I. regula S. Benedicti a Fuldenſibus ad nos fuerit tradu&ta?

Ad vitam B. Joannis Epiſcopi, & Abbatis noſtri ſpectat, quod partim in relationibus Antiquitatum Fuldenſium apud Broverum Lib. III. Cap. XI. partim apud Hanſizium in vita Joannis num. IV. pag. 76. legitur: ille, nimirum Broverus, refert liberalitatem Eccleſiarum Bavariæ erga monaſterium Fuldenſe, quod S. Bonifacius in ſylva Buchonia moliebatur anno 744. certatim, ait Eccleſiæ Boicæ ſuas contulere monaſterio Fuldenſi ſymbolas: *Primum Salzburgenſis Eccleſia obtulit per Joannem Epiſcopum ſuum matri ſuæ Fuldenſi Eccleſiæ in oppido ſuo Halla nuncupato domum, & fontem ſalis cum utenſilibus ſuis, unde ſingulis annis duodecim talenta perſolvi poſſent.* Hæc ex Brovero Hanſizius: hic autem eodem loco refert ſequentia: „Reſtat igitur hunc cenſum „ſub ipſum initium Fuldenſis cœnobii de„cretum eſſe, in quo ſignum reliquis præ„ferebat Eccleſia Salzburgenſis, quæ do„num ſuum Eccleſiæ Fuldenſi velut *Matri „ſuæ* pendebat, ex quo jam alias memora„bile illud ſub Joanne factum collegimus, „nempe diſciplinam S. Benedicti de Fulden„ſibus ad Juvavenſes deductam". Hæc Hanſizius: mirabilem ſane inferens conſequentiam, de qua nemo authorum unquam cogitavit, ac ſi cœnobitæ benedictini ad S. Petrum a S. Ruperto introducti primum anno 744. quoad benedictinum inſtitutum a Fuldenſibus deſcendiſſent. Hanc erroneam opinionem, & quidem valde craſſam jam quadraginta abhinc annis cœnobita quidam noſter anonymus, ſed nobis bene notus, refellere ſtuduit vivente adhuc Hanſizio, & tali tempore, quo opus Hanſizii cæteroquin præſtans nondum penitus e prælo emerſit; ipſe enim Hanſizius in ſuis reflexionibus §. V. pag. 995. a num. CLXVII. longam illam allegat epiſtolam, quam confrater noſter citatus eidem in hac cauſa ſubmiſit, ex qua Epiſtola, quamvis nonnihil prolixior ſit, ut brevitati ſtudeamus, illa ſolum verba extrahimus, in quibus præcipua vis ad confutandam hanc ſententiam conſiſtit, ne forte lectores, dum ſententiam Hanſizii legunt in vita noſtri Joannis, in

hunc

hunc errorem inducantur. Sic ergo præmissis multis aliis scribit noster cœnobita P. Hansizio l. c. pag. 996. „Alia proinde subest "causa, inquit, cur in eadem donationis "charta Fuldensis Ecclesia Matris titulo non "tam respectu Salzburgensis, quam Frisin-"gensis, Ratisbonensis, & Pataviensis Ec-"clesiæ efferatur. At quænam illa? histo-"ricarum rerum peritis certum est, quod "discipuli S. Bonifacii Fuldense cœnobium, "ubi aliis S. Bonifacii discipulis Sturmio "unus ex præcipuis præerat, ceu *Matrem* "venerati sint, quia illud S. Bonifacius Ma-"gister, & vel ideo Pater suus amantissi-"mus singulari amore prosecutus est, in "tantum ut a B. Lullo in eodem monasterio "sepeliri voluerit, sicut etiam revera factum "est. Quoniam ergo eadem charta, ut su-"pra notavimus supponat illos, quos S. Bo-"nifacius sæpe memoratis quatuor Ecclesiis "Episcopos præfecit, fuisse ejusdem disci-"pulos, hinc non dubitavit, quin etiam S. "Bonifacium ceu Patrem, & Fuldense con-"sequenter monasterium, in quo idem san-"ctissimus suus Pater sepulturam sibi delegit, "tanquam Matrem coluerint, unacum suis "quibus præerant Ecclesiis; & hoc quod "diximus, vel maxime locum habet respe-"ctu Salzeburgensis Ecclesiæ, cui tum, cum "ista dona fuere oblata, juxta sæpius cita-"tam chartam præfuisse dicitur S. Joannes, "de quo ad evidentiam constat, fuisse unum "ex præcipuis Divi Bonifacii discipulis": Et post pauca idem noster cœnobita num. CLXV. circa finem apud Hansizium pag. 996. "Et vero hanc ob causam Fuldensem "Ecclesiam a sæpe dictis quatuor Ecclesiis "titulo Matris, multisque donis honora-"tam esse fatetur Gretserus de SS. Eystad. "Lib. I. Cap. XIII. fol. 218. inquiens: *prop-"ter hanc reformationem* (propter distinctio-"nem quatuor ante dictorum Episcopatuum "in distinctas Parochias, vel Diœceses) & "alia hujus generis superius explicata bene-"ficia, *a S. Bonifacio factam*, primævæ in-"stitutioni quasi æquivalentem (& vel ex "hac causa eodem, quo prima institutio ju-"re Patris titulum suo Reformatori S. Bo-"nifacio tribuentem) *quatuor Episcopatus "gratitudinis testandæ gratia monasterio Fulden-"si, ubi S. Bonifacius* (Pater suus amantis-"simus) *requiescit, fundos, & pensiones an-"nuas decreverunt: prout demonstrant, quæ ex "vetustis Ecclesiæ Fuldensis monumentis deprom-"sit R. P. Christophorus Browerus Cap. III. "antiq. Fuld.* Ecce! quomodo hic author ce-leberrimus honores, & dona, quibus char-"ta illa, quæ contra nos ex Browero ad-"ducta est fateatur Fuldensi Ecclesiæ fuisse "exhibita, non ob antiquitatem supra qua-"tuor istas Ecclesias, vel monachicum inde "derivatum S. Benedicti institutum, sed "propter reformationem &c. & quidem fun-"date sic loquitur; nam hoc ipsum motivum "illa ipsa sæpe citata Broweri charta assig-"nat, dum ait, *qui* (Salzburgensis, Ratis-"bonensis, Pataviensis Ecclesiarum Epis-"copi (*statim, quantum potuerunt, ipsam Ful-"densem Ecclesiam matrem suam pro amore pii "Patris Bonifacii* (en motivum) *donis* (ob-"lationibus ibidem expressis) *& honoribus* "honorifico nimirum matris titulo *extule-"runt*". Hucusque confrater noster ad Hansizium: quibus verbis certe cum soli-ditate responsum est ad hanc apparentem difficultatem, ea propter nimirum regulam S. Benedicti primum a Fuldensibus ad mo-nasterium nostrum S. Petri fuisse traductam, quia Ecclesia Salisburgensis monasterio Ful-densi tanquam *Matri suæ* symbolas obtulit. Hinc etiam Hansizius perspectis responsio-nibus mentem suam revocare non erubuit, hic enim in iisdem reflexionibus pag. 1000. num. CLXXII. se explicat: "Alterum pun-"ctum observationum, ait, est de monacha-"tu Ruperti, atque primorum ejusdem so-"ciorum, an fuerint ordinis S. Benedicti? "scrupulum mihi injecerat instrumentum "Fuldense, de quo pag. 45.; in eo Salis-"burgensis Ecclesia refertur ad Fuldensem, "veluti *Matrem suam*. Impulerunt hæc ver-"ba, non uti sententiam plane decernerem, "tamen ut eo propenderem, fors regulam "benedictinam ab Salisburgensibus e Cœ-"nobio Fuldensi susceptam, ut primum an-"no 744. Id, quod inde quoque suaderi "videbatur, quod tempore Bonifacii tanta "fuerit rerum sacrarum in Bojoaria confu-"sio: causam suspicabar absentiam ejus Or-"dinis, qui viris Apostolicis tum maxime "florebat. Utrumque per commentarium "transmissum recte dilutum est, ademptus "ex toto scrupulus, quem absque hoc esset, "jam ipse cogitabam exterere. Matrem ap-"pellat author instrumenti, non ætatis, "sed venerationis causa, propter S. Bonifa-"cium Ecclesiarum Bavaricarum Patrem, "quippe alterum veluti conditorem in Ec-"clesia Fuldensi tumulatum (nam satis cla-"ret illam tabulam a morte Bonifacii confe-"ctam esse) cujus gratia peculiaris inde "mansit apud Ecclesias Bavaricas adversus "Fuldensem veneratio, non tamen veluti "magistram monasticæ disciplinæ, quam "uti domicilium proprium Sanctissimi Mar-"tyris. Joannes item Episcopus e cœtu "discipulorum erat, illorum, qui deinde "Fuldæ sub disciplina Bonifacii congregati "monasterium conflarunt, propter nomen "institutoris ante cætera celebratum, ac "veluti Metropolim monasteriorum per Ger-"maniam omnium". Sic loquitur Hansi-zius: & denique ad finem num. CLXXIII. hanc controversiam his formalibus conclu-dit: *Convincor omnino, lubensque do manus possessioni Petrensium.*

S. VIR-

S. VIRGILIUS,

EPISCOPUS V. ET ABBAS VIII. CARANTANORUM APOSTOLUS.

AB ANNO 754. USQUE AD ANNUM 784.

I. Præmissa ex codice mss. primigenia, & quasi præliminari relatione de S. Virgilio:

Ordimur vitam S. Virgilii Episcopi Salisburgensis in ordine quinti, & Abbatis nostri ad S. Petrum in ordine octavi a genuina relatione, qua antiquior haberi nequit, & vel ideo ab ipsis etiam chronologiæ contrariæ Patronis, speciatim a P. Hansizio summopere æstimatur, quam genuinam relationem texit author anonymus hist. de convers. Bojoar. & Caranth. & quamvis Hansizius credat hunc auctorem scripsisse anno nonagesimo post obitum Virgilii, quem S. Eberhardi discipulus, aut legendarius aliquis verbis non nunquam immutatis transcripsit apud Canisium tom. II. pag. 258. & tom. VI. pag. 1174. in noviori autem editione Amstelodam. tom. III. part. II. nos tamen hæc omnia prætermittimus stare suo loco, & hanc relationem genuinam de verbo ad verbum hujus auctoris anonymi, seu authoris hist. de convers. Bojoar. & Caranth. extrahimus ex nostro antiquo MS. H. quo tempore scripsit discipulus S. Eberhardi, & quem codicem MS. certe adhibuit ipse author antiquarum lectionum Canisius, prout testatur noster D. Amandus abbas circa annum 1660. in manuscripta annotatione prævia ad supradictum MS. seu codicem H. dum dicit: "quædam in hoc MS. sunt ex discipulo S. Eberhardi, cujus opuscula describit Canisius "antiq. Lect. Tom. II. plura tamen sunt in "hoc MS. ex quo videtur Canisius sua excerpsisse". Hæc D. Amandus abbas, cui & nos superaddimus, quod ipse etiam Hansizius hoc codice MS. quem sub nomine authoris Anonymi de convers. Bojoar. & Caranth. citat, sine dubio frequenter usus fuerit, licet nunquam expresse aliquam memoriam de hoc codice fecerit; nam & in hoc ipso codice H. etiam legitur ad initium

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

illa ipsa vita primigenia S. Ruperti de verbo ad verbum, quam se legisse in antiquissimo MS. ex Cæsarea Bibliotheca testatur, quod & nos minime negare volumus. Insuper & totus libellus ille de donationibus Ducis Theodonis de littera ad litteram continetur, quem citat Hansizius ad initium historiæ suæ pag. 19. & verosimilius ex hoc codice descripsit; antiquiorem enim codicem, ubi hæ notitiæ adnotatæ sunt, hactenus nos ipsimet post omnem industriam non invenimus, excepto semper instrumento Arnoniano, quod ab hoc libello donationum diversum est. Igitur in hoc MS. H. autor citatus de convers. Bojoar. & Caranth. postquam retulit *Joannem*, & *Flobargisum* pastoralem gessisse in sede Salisburgensi curam, uti diximus in vita tam Flobargisi, quam & B. Joannis I. ita historiam suam prosequitur pag. 1. avers. colum. 2. "Eisdem igitur temporibus scilicet Otilonis "Ducis Bagowariorum, qui tunc jam sub-"jectus fuit Regi Pipino Francorum, venit "quidam vir sapiens, & bene doctus de "Hibernia insula nomine Virgilius ad præ-"dictum Regem in Franciam loco vocato "Karisiaco, qui propter Dei amorem reti-"nuit eum secum fere duobus annorum spa-"ciis habens proprium episcopum secum "comitantem de Patria nomine Dabda gre-"cum ad persolvendum episcopale officium. "Postea vero populis, & episcopis regionis "illius consensit Virgilius consecrationem "accipere, ac ordinatus est a comprovinciali-"bus Præsulibus ad episcopum anno nativita-"tis Domini DCCLXVII. sub die XVII. Kal. "Jul." hucusque primigenia relatio in cit. cod. mss. de S. Virgilio episcopo, & abbate Salisburgensi, quæ tamen historicos in non vulgarem conjicit circa adventum, seu initium regiminis S. Virgilii difficultatem; eoquod neque chronologiæ recentiorum Hansizianæ, juxta quam S. Virgilius ad episcopatum fuit promotus anno 745. neque antiquæ traditioni Salisburgensium, quæ primordia hujus Sancti Præsulis statuit ad annum 754. correspondeat. Unde merito sic scribit P. Hansizius in vita Virgilii pag. 77. num. II.: „Chronologiæ Virgilii multis „scriptoribus crucem fixit, idque propter „annum 767. ad quem ejus ordinatio apud „authorem anonymum ordinata legitur, „quum constet, eum sub Otilone Duce pro-„motum, quem Otilonem nemo eousque „rexisse commemorat; plerique tamen scri-„ptorum ab hoc calculo recesserunt. In le-„ctionibus enim antiquis officii proprii Sa-„lisburgensis habetur, a Stephano II. & Pi-„pino Rege Francorum Virgilium ad Eccle-„siam Juvavensem missum: perperam ta-„men additur 764. nam Stephanus Papa se-„dit a mense martio anni 752. usque ad „Aprilem anni 757. traditio de Stephano „Papa videtur inde valuisse, quod anno „753. idem Stephanus apud Pipinum in „Francia fuerit: ex quo conjecerunt, eo „forsitan auctore, Virgilium ad Bojos mis-„sum; unde catalogus abbatum initium „Virgilii ponit ad annum 754. quem & Mez-„gerus secutus est". Et post pauca idem author: „Sed longum foret judicia chro-„nographorum quam in hoc puncto diversa „referre: mihi sic videtur: Virgilium anno „circiter 745. sedi Salisburgensi præfectum. Hucusque Hansizius, qui eodem loco num. III. tam ex duratione regiminis, quam ex ætate Otilonis Ducis suam opinionem probat, de qua in contextu a nobis dicentur plura.

II. Inquiritur exactius, undenam ad nostras plagas venerit S. Præsul?

Præmissa hac primigenia ex codice nostro antiquo mss. & quasi præliminari de S. Virgilio episcopo, & Abbate nostro relatione, antequam statuamus initium regiminis in episcopatu Salisburgensi, nonnihil exactius inquirere oportet, unde ortum traxerit, qua occasione S. Virgilius venerit in Bojoariam? & quandonam, post graves inter ipsum, & S. Bonifacium exortas controversias, ab Otilone Duce ad episcopatum Salisburgensem promotus fuerit? Undenam ortum duxerit S. Virgilius, & quanta floruerit pietatis, & doctrinæ prærogativa, describit Mezgerus noster Lib. II. Cap. IX. cujus verba, ut recensentur, omnino digna æstimamus: „Ex Hibernia „bonus doctor venit, ait hic author, illic „nobili cumprimis prosapia editus, didicit „a primis annis nobilitatis, ætatisque flo-„rem bonis musis, quodque plus est, Chri-„sto flori innocentium Regi consecrare. Nun-„tium misit opibus, & deliciis, ut nuntius „fieret veritatis: carnem jejuniis, mentem „primum submissionis, & obedientiæ stu-„dio, ceu sacris rudimentis, deinde libera-„libus disciplinis, demum divinioribus re-„rum ecclesiasticarum, & cælestium doctri-„nis tam probe exercuit, ut inter pios, & „doctos doctissimus ipse, & piissimus excel-„leret. Hibernia, & Anglia, ut ex ha-„ctenus dictis liquet, ad ista tempora fuere „ecclesiæ promptuarium, fidei & religionis „in multis gentibus seminarium. Non Hy-„bernum illis erat solum, sed frugis fera-„cissimum, nisi inde hybernum velis, quod „velut ex hybernis castris hinc prodeuntes „cœli milites, ver floridum, frugiferam æ-„statem, feracissimum autumnum alibi non „tam invenirent, quam facerent. Igitur „Virgilius apprime exercitatus domi, dile-„ctus Deo, & hominibus ex occiduis illis „partibus ad nostras plagas mittitur, ut „nova lux multis adhuc cœcutientibus oria-„tur. Profectus per Scotiam, & Angliam „sacri itineris præclaros socios, & commi-„litones sibi junxit Lullum Anglum, postea „Moguntiæ archipræsulem, & Altonem „Regis Scotiæ filium contempto sceptro pro „Christo peregrinum, dehinc & imperialis „cœnobii Weingartensis primum abbatem, „aliosque complures viros doctrina, & san-„ctimonia illustres, apostolorum æmulos". Hucusque de patria, & peregrinatione S. Vir-

Virgilii ad noſtras plagas. Paulo aliter, ſed brevius, non tamen contra noſtrum propoſitum de ortu S. Virgilii, & ejusdem peregrinatione recentior, ſed non minus celebris noſter Salisburgenſis hiſtoricus Marcus Hanſizius ſcribit c. l. pag. 78. num. 5. „Virgilius, ait, quem nonnemo „filium Regis Scotorum vocat; nuper cum „nobiliſſimorum hominum comitatu ex Hi„bernia Patria diſceſſerat, de quo vetus au„thor apud Caniſium Tom. IV. pag. 174. „venit (nempe Romam) honorabilis tur„ma Sanctorum de Hibernia, videlicet S. „Virgilius epiſcopus cum aliis epiſcopis ſe„ptem, multisque aliis ſociis, qui propo„ſuerunt Domini veſtigia, & terram ſan„ctam corporeis oculis videre ſolito more „Reverendorum Patrum Scotorum. Hæc „ibi: Ob iſtud peregrinandi ſtudium adhæ„ſit Virgilio nomen Solivagi: item Peregri„ni, ut in antiquis monumentis legere eſt.„ Hæc Hanſizius: his autem narrationibus pariter pleraque MSS. noſtra in omnibus concordant.

III. Qua occaſione Duci Bavariæ Otiloni innotuerit?

Qua autem occaſione S. Virgilius Otiloni Duci Bavariæ innotuerit? citatus Mezgerus noſter ita recenſet: „Delatus in Fran„ciam brevi Pipino tunc nondum Regi, „Principi tamen abſolutiſſimo doctorum, „piorumque amatori ſingulari innotuit. Ab „hoc Cariſiaci honorifice exceptus & in „pretio habitus ſequentium honorum funda„menta jecit, non cupiditate, ſed virtute. „Ope Pipini brevi etiam apud Otilonem Ba„variæ Ducem in æſtimationem venit; ſo„let enim virtus, quæ ſupra vulgum eſt, ad „ſuprema capita citius clareſcere, quan„tumcunque ipſa nihil altum, & eximium „de ſe ſentiat. Pluribus annis in Francia „laboravit pro verbo Dei, antequam Juva„vio præficeretur; conſtat enim ex epiſtola „Zachariæ Papæ ad Bonifacium, jam ſub „ejus Pontificis regimine in Francia apud „Pipinum valuiſſe circa annum 747., Ro„mæ tamen adhuc obſcurum, cum Zacha„rias in litteris neſcire ſe dicat, an Presby„ter ſit Virgilius, nec ne? Ita tunc Romæ „vix notus erat a nomine.„ Hæc citatus „author. Aliter & non nihil fuſius, nec non ampliori hiſtoriæ conformius refert occaſionem, qua S. Virgilius innotuit Duci Otiloni ſæpe allegatus, & vir vere eruditus P. Hanſizius, qui dicit, quod Pipinus, dum Otilo Dux apud ipſum morabatur in Francia, S. Virgilium eidem Otiloni Bavariæ Duci ad epiſcopatum Salisburgenſem commendarit, poſtquam præfatum Virgilium tanquam virum doctum duobus annis apud ſe retinuit; verba Hanſizii, utpote magna eruditione referta ſunt ſequentia pag. 78. num. IV. „Poſtquam anno 741. Carolus Martellus „Princeps, ſeu Majordomus Franciæ ex„humanis abiiiſſet, ſucceſſerunt ei filii Ca„rolomanus, & Pipinus; ille majoratum „Auſtriæ, ſeu Franciæ orientalis, iſte „Neuſtraſiæ, ſeu partis occidentalis, Bur„gundiæque ſortiti ſunt. Interea Odilo Bo„joariæ Dux cum Aquitanis, & Saxonibus „conſpirans a Francis defecit: quem Caro„lomanus, & Pipinus anno 743. petitum „bello ad obſequium redegerunt, eumque „abduxerunt in Franciam, ubi tamdiu mo„ratus videtur, usquedum Saxones, & „Aquitani, Alemanique eſſent edomiti, „nempe ad annum usque 745. Hæc diſci„mus ex libello donationum Cap. V. ubi ſic: „*In illis quoque temporibus Otilo Dux ab æmu„lis ſuis exagitatur hujusmodi cauſa: fratres „duo Carolomanus, & Pipinus Reges Franco„rum Odilonem Ducem Bojoariæ rebellare co„nantem bello ſuperant. Fuit autem cum Do„mino Pipino Rege in Francia multis diebus. „Inde reverſus, & accepto Ducatu ſuo tradi„dit ad Juvavenſem ſedem villam, quæ vocatur „Metminheim &c.*„ Et poſt pauca iterum pag. 79. num. VI. „Pipinus igitur pro eo ze„lo, quo tunc principes incitante præcipue „Bonifacio apoſtolo ad erigendam in pro„vinciis Francicis chriſtianam rem flagra„bant, perſpecta Virgilii ſapientia, & vir„tute, eum Otiloni Duci, tunc Cariſiaci „agenti, pro cathedra epiſcopali, earum „aliquæ nuper in Bojoaria conſtitutæ fue„rant, commendavit.„ In his omnibus non adeo differt Hanſizius a noſtra explicatione, ſolo anno 745. excepto, quem hic author credit fuiſſe annum incepti regiminis a S. Virgilio, cui ſententiæ, ut infra dicemus, adſtipulari non poſſumus.

IV. Et quandonam poſt graves inter ipſum, & S. Bonifacium exortas controverſias,

Sicut autem certum eſt, quod S. Virgilius per Pipinum, vel Regem, vel Majoremdomus Franciæ Otiloni Bavariæ Duci ad epiſcopatum Salisburgenſem fuit commendatus, ita valde incertum eſt, ut ſupra meminimus, quandonam S. Virgilius ab Otilone Duce fuerit ad ſedem Juvavenſem epiſcopalem promotus? antequam vero noſtram ſententiam exponamus, hiſtoriæ ordo de S. Virgilio exigit, ut prius explicemus non vulgares illas controverſias, quæ verosimilius ante initium regiminis S. Virgilii, & non poſt illud inceptum, inter S. Virgilium, & S. Bonifacium legatum apoſtolicum tunc in Bavaria morantem exortæ fuerunt. Has lites, præſertim duas illas notorias de Baptiſmo, & Antipodibus agitatas uno loco deſcribit Mezgerus, ſeparat autem Hanſizius, & alia geſta S. Virgilii intermediat. Sed cum ad hiſtoriæ ſubſtantiam hæc intervalla etiam multum conferant ad magis explanandam chronologiam, ut infra dicemus, nos explicationem amplectimur Mezgeri noſtri, qui Lib. II. cit. Cap. IX. has lites exortas, & qualiter rurſus conciliatæ ſuerint, optime deſcribit, & ſimul hiſtoriam ſancti Præſulis noſtri mire illuſtrat his verbis: „Nec abſuit (nempe in „S. Virgilio) virtutis comes invidia: labo„rabat tunc ſtrenuiſſime in Germania lega„gatus apoſtolicus, immo apoſtolus Boni„facius; hunc, ut in virum optimum con„citarent malevoli, ſparſerunt, Virgilium „eſſe

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

„esse Bonifacii adversarium, susurrare in „aures Otilonis semina discordiarum, qui„bus animum Ducis contra archipræsulum „concitaret. Hæc tanto facilius a Bonifa„cio credi poterant, quod jam ante inter „ipsum, & Virgilium de rebus quibusdam „controversiæ inciderunt. Forte sacerdos „aliquis linquæ latinæ imperitus legitima baptismi forma, sed vitiata latinitate ute„batur: *Ego te baptizo in nomine Patria, fi„lia, & spiritua sancta:* eo audito censuit „Bonifacius, baptismum sic collatum ite„randum esse: adversabatur Virgilius, ad „Zachariam Pontificem rem præscripsit; „qui rescripsit pro Virgilio, valere baptis„mum, si sola simplicitate erratum esset. „Altera quæstio plus quidem philosophici, „quam christiani dogmatis habens ex zelo „Bonifacii etiam ardentius agitata; docue„rat enim Virgilius esse homines, qui adver„sam mundi plagam, & alterum hœmisphæ„rium sub nostro horizonte habitarent, ve„lut orbem alterum, quos Antipodes di„cimus. Durior, & nova, immo in fide „christiana periculosa plerisque philosophiæ, „& geographiæ parum peritis visa doctrina; „quod scilicet alter mundus existeret, ho„mines alii a nostro toto orbe divisi, immo, „quod plus, situ, & cœlo e diametro ad„versi, id esse dogma in ecclesia inauditum, „sacræ scripturæ nunquam cognitum, ca„tholicæ disciplinæ etiam infensum, ubi „enim in sacris litteris de altero mundo quic„quam scriptum? quo auctore ille prodie„rit? an quo parente illa, si superis placet, „inviſa hominum generatio descenderit? an „peccato illa Protoparentis obnoxia? an „diluvio communi mersa, vel superstes? an „a Christo unius mundi redemptore redem„pta? somnia hæc esse antiquorum philoso„phorum, quorum unus plures commemo„rando mundos Alexandro nondum unius „plane victori lachrymas moverit. Semper „inter christianos creditum, nullam esse „terram aliam ob hominibus præsertim ha„bitatam, quam istam Europæ, Asiæ, „Africæ ab apostolis peragratam, divino „verbi lumine vel illustratam, vel præstri„ctam. Hæc & alia in majus etiam a cini„flonibus quibusdam exaggerata, ad aures „Bonifacii delata animum ejus vehemen„tius concitarunt, ut mox ad Virgilium da„tis litteris ejus doctrinam redargueret, mo„neretque, ne talia serere pergeret, quæ „scandalum christianis moverent. Non „cessit veritatis satis conscius vir doctus, „respondit humaniter, rationes ex meliori „via addidit, ut suam sententiam Bonifacio „persuaderet. Non persuasit: scripsit iste „Romam, & Virgilium inter alios doctrinæ „ecclesiasticæ novatores, nova cudere do„gmata Zachariæ Pontifici retulit: Ponti„fex Virgilium litteris evocavit, Bonifacio „rescripsit, si clarescceret, quod ille per„peram novum mundum, & alios sub terra „homines fallaci doctrina fabricaret, sacer„dotii honore, privandum, & ab ecclesia „pellendum esse: interim dum se purgaret, „expectaturum. Illa antecedens contro„versia speciosam similitudinem facere po„terat, Virgilium æmulum Bonifacio apud „Ducem aliam sabam cudere, & sibi ponti„ficium honorem fabricare; sed erat pu„runi putum mendacium, meriſſima impro„borum calumnia, quam æquissimo animo „pertulit Virgilius, inde jam dignior digni„tate, quam æmuli invidebant. Quod „Virgilius sub Zacharia Pontifice ipsus Ro„mam venerit, rationem suæ doctrinæ red„diturus, non legimus. Mors Zachariæ „anno 752. subsecuta litem sustulit, facile „tamen Orbi christiano se purgavit, suam„que opinionem communi postea calculo re„ceptam, & tum ratione, tum nostrorum „sæculorum experientia comprobatam per„suasit, cum ostendit, non se alterum or„bem fingere, sed unum, eundemque or„bem a Deo conditum, ab eodem Protopa„rente propagines vitæ, & peccati ducen„tem, a Christo eodem impendio redem„tum, sphæricum corpus esse, utrinque „habitatum, quod vel solaris globi, & si„derum, cœlorumque revolutio ostenderet. „Sed & apud Romanam curiam se purga„sse argumento est, quod non multis post „annis cum plausu cathedræ Salisburgensi „Pontificis ipsius suffragio admotus fuerit; „evidens enim gratiæ signum honoris colla„tio. Cum Bonifacio quoque in gratiam „rediisse veritate ab eo perspecta nullus du„bito; sanctorum enim contentiones, veri„tatis, aut pietatis zelo excitatæ, charita„tem, & amicitiam non dissuunt.„ Hucusque prolixa quidem, sed elegans descriptio utriusque hujus litis in honorem S. Virgilii, absque eo, quod honor pateretur S. Bonifacii. Ex qua descriptione etiam colligi potest, quod hæc controversia probabilius ante incœptum regimen Virgilii fuerit inter ipsum, & S. Bonifacium exorta; nam mors Zachariæ Pontificis, quæ accidit anno 752., litem sustulit: S. Virgilius autem anno 754. ad episcopatum Salisburgensem fuit promotus. Unde Hansizius, ut tacito conatu chronologiæ faveat statuenti initium S. Virgilii ad annum 745., credit hanc controversiam fuisse motam postquam S. Virgilius jam erat in possessione sedis Salisburgensis, eo fundamento, sed satis infirmo, persuasus, quia Pontifex in rescripto de anno 748. ad Bonifacium Papam dicit, & jubet, ut Virgilius, si esset de aliquo malo dogmate suspectus, pellatur de ecclesia, ergo, infert Hansizius, jam fuit in possessione ecclesiæ, quod nos facile concedimus in eo sensu, quod S. Virgilius fuerit in ecclesia tanquam sacerdos, non autem tanquam episcopus in ecclesia Salisburgensi; nam Pontifex in rescripto, quod allegat Hansizius l. c. Num. XV. nullam de Virgilio episcopo, sed de Virgilio Sacerdote facit mentionem, quod nimirum sacer-

dos

dos Virgilius, ſi eſſet reus, ſit privandus honore ſacerdotii, & pellendus ab eccleſia, quod idem eſt: de Virgilio autem epiſcopo Salisburgenſi nec ullo verbo fit mentio, conſequenter epiſcopatum nondum adiit, niſi poſt annum circiter 753., quo tempore Pontifex Zacharias jam fuit mortuus. Sed de hoc anno regiminis incepti ſtatim plura.

V. Ab eodem Otilone Duce ad epiſcopatum fuerit promotus?

Nunc ergo inquirendum, quandonam S. Virgilius, qui per Pipinum Regem, vel Majoremdomus Franciæ Otiloni Duci ad epiſcopatum Salisburgenſem fuit commendatus, ad eandem ſedem a præfato Duce Otilone fuerit promotus? vel quodidem eſt, qualis ſit annus, quo in ſede Juvavienſi regimen ſuum, & epiſcopale, & abbatiale auſpicatus fuit S. Virgilius? Si Hanſizium ſequi velimus, ille, ut jam ſupra mentio facta, haud alium aſſignat, quam annum ſæculi octavi quadrageſimum quintum, qui tam noſtræ traditioni antiquæ Salisburgenſi, & multo magis primigeniæ vitæ ex codice MS. repugnat. Cur Hanſizius annum ſeptingeſimum quadrageſimum quintum ſtatuat, hæc fundamenta allegat; ſic enim loquitur pag. 78. Num. III. „Primum ar„gumentum eſt ex Poëta anonymo nuper „laudato, qui principio ſæculi ſequentis flo„ruit, & Virgilio ſuppar ætate fuit, cujus „opuſculum *de comprovincialibus epiſcopis* „Mabillonius in tabellario cœnobii S. Eme„rami reperit. Is in epitaphio Virgilii ca„nit: *Eum rexiſſe præſentis culmina tecti, qua„tuor denos, charis cum fratribus, annos.* „Virgilius mortem obiit anno 784. V. Cal. „Dec., ut ſuo loco probabitur, & annales „domeſtici fere concordant. Jam redeun„do per annos *quater denos*, ſeu quadragin„ta devolvetur demum computus ad annum „745., ut numeranti patet. Alterum ar„gumentum eſt ex ætate Otilonis Ducis, cui „Virgilius a Pipino commendatus eſt, & „cum quo idem Virgilius propter cellam S. „Maximiliani diſſidium exercuit, ut poſtea „referemus: conſtat autem Otilonem an„no 748. de hac vita ceſſiſſe, ut jam alias in „lucubr. epiſcop. patav. ſub Sidonio epiſco„po Patavienſi III. probavimus, & conſtat „partim ex annalibus Metenſibus ibidem re„latis, partim ex epocha regni Thaſſilonis „Ducis Otilonis filii, quæ in omnibus anti„quis inſtrumentis ab anno 748. ducitur. „Neque poſt eum annum ullum vetus docu„mentum eſt, quod Otilonis mentionem fa„ciat.„ Hucusque Hanſizius. Nobis quidem perinde eſt, ſive S. Virgilius vixiſſet quadraginta annis in epiſcopatu juxta mentem Hanſizii, qui tamen anni a regimine Joannis I. epiſcopi, & abbatis præcedentis deberent ſubtrahi, ſive ad ſedem Salisburgenſem ſediſſet viginti annis juxta tenorem codicis MS., ab anno nimirum 764., usque ad annum 784., attamen ut recedamus ab antiqua traditione Salisburgenſi ſuis fundamentis non deſtituta, juxta quam ſanctus Virgilius cœpit anno 754., nec fundamenta Hanſizii, nec codex MS., licet alias nobis æſtimatiſſimus perſuadere poteſt: non fundamenta Hanſizii, partim, quia unius Poëtæ authoritas non eſt tanta, partim, quia etiam chronologia Ducum Bavariæ, juxta quam in ſententia Hanſizii Otilo jam anno 748. fuit mortuus, non eſt adeo certa, uti ſæpius dictum a nobis in noſtra introductione præliminari, cum enim deficiant autores ſynchroni, nemo ſibi gloriari debet de ſerie Ducum Bavariæ adeo certa, & indubitata. Unde juxta Hybnerum chronologum celeberrimum, cujus ſyſtema in noſtra diſquiſ. Num. XIX. adductum concordat cum præſtantiſſimis autoribus Bavaris Velſero, Brunero, Radero, Arenpeckio, & aliis, Otilo primum mortuus eſt anno 761., ut adeo ab anno 735. usque ad annum 761. per Otilonem Ducem facile potuerit promoveri ad epiſcopatum Salisburgenſem. Quia vero a contrario nulla tabula chronologica ſive recentior, ſive antiqua annum, quo e vivis deceſſit Otilo, extendit ultra annum 761., hinc neque ſententiam codicis MS. poſſumus amplecti, potuitque facili modo in deſcribendo loco numeri DCCLVII. numerus DCCLXVII. ſcribi, qui computus demptis duobus, aut tribus circiter annis, quibus S. Virgilius in epiſcopalem ordinationem non conſenſit, ſed tantum abbas fuit, ferme concordat cum anno regiminis a S. Virgilio inchoati, nimirum cum anno 754. Licet ergo in magna incertitudine verſemur, attamen a noſtra traditione antiqua recedendum non eſt, & ſpeciatim, quod hæc promotio facta non fuerit anno 764., ſuadet ejus promotio facta a Stephano Papa ſuffragantibus Pipino Rege, & Duce Otilone, ab anno autem 760. usque 767. nullus Papa nomine *Stephanus* rexit eccleſiam; hinc recte ſtatuitur ad annum 754., quo tempore Stephanus III., vel aliis II. regimen eccleſiæ tenuit. Quod autem nulla neceſſitas nos cogat aſſignandi annum 754., partim jam dictum fuit, partim aliqua prælibavimus in vita B. Joannis I. Num. IV.

VI. S. Virgilius, qui non ſtatim fuit epiſcopus conſecratus,

Ita evectus ad Pontificale munus S. Virgilius per duos annos diſſimulavit ordinationem epiſcopalem, ut ex codice MS. meminimus, habens proprium epiſcopum ex patria illum comitantem, nomine Dabda græcum, officia epiſcopalia peragentem; & quamvis ſanctus Præſul claves Petri ſumſerit, epiſcopalis tamen culminis dignitatem, quæ per conſecrationem confertur, recuſavit, vel quod invitus, & necdum integre delato Præſulis honori aſſenſiſſet, vel quod indignum majorum ſuorum gradu ſe æſtimaret. Dum ergo per ſuum Dobdam epiſcopum functiones epiſcopales fuerunt peractæ, S. Virgilius prædicationi ſacræ, & animarum curæ invigilavit, & a titulo epiſcopi ante conſecrationem abſtinuit. Unde ab Arnone archiepiſcopo in notoria illa lite cum Urſo capellano Presbytero Ducis Otilonis propter cellam S. Maximiliani ſuſcepta,

ſcepta, de qua ſtatim plura dicentur, ſimpliciter abbas vocatur S. Virgilius his verbis in inſtrumento: „Fuit hæc, „nempe „cella S. Maximiliani, „in beneficio de mo„naſterio Salzburch usque ad tempora Otti„lonis Ducis: tunc quoque Urſo Capellanus „Otilonis petiit, ut ei ipſas res ex integro „daret in beneficium, & ita Otilo fecit, & „tulit hoc per vim de monaſterio Salzburch. „Cepit autem Virgilius *Abba* hanc ipſam „cauſam querere ad Otilonem Ducem; & „Otilo voluit illud comparare cum eo, quod „habuit ad Lauffor, & hoc Virgilius nulla„tenus conſenſit; & ita Otilo permanſit reti„nendo injuſte, quod de monaſterio Salz„burch ſubtraxit.„ Hæc Arno. Ubi tantum obiter, & incidenter in favorem antiquæ noſtræ chronologiæ adnotare placet, ſicut jam ex inſtituto mentio facta fuit in vita trium abbatum Anſologi, Savoli, & Ezzii, quod, ſi S. Virgilius fuit verus Præſul Salisburgenſis eccleſiæ, verus paſtor, nec non abbas noſtri monaſterii, quamvis non fuerit ante duos annos conſecratus epiſcopus, cur non æquali modo tres illi abbates Anſologus, Savolus, & Ezzius in illa temporum ſimplicitate potuerunt eſſe veri paſtores, rectores, & epiſcopi, ſaltem denominati, & electi eccleſiæ Salisburgenſis, quin neceſſarium ſit dicere cum Mabillonio fuiſſe epiſcopos intruſos, & tantum abbates: vel cum Hanſizio fuiſſe tantum abbates vicarios, & ſecundarios, quorum vicaria opera utebatur, vel S. Rupertus, vel S. Virgilius, quod ipſe Hanſizius nequit determinare.

VII. Ad initium regiminis litigat cum Urſo Presbytero propter cellam S. Maximiliani ablatam,

Quanta autem ſub ipſa jam regiminis primordia fuerit paſtoralis ſollicitudo S. Virgilii in defendendis eccleſiæ ſuæ recenter concreditæ juribus, & conſervandis bonis fundationis, quæ ad ſedem Juvavienſem contulit S. Ruperto Dux Theodo, & filius ejus Theodobertus, patet ex illo certamine, quod vir Sanctus ſuſcepit cum Urſo Presbytero, & Duce Otilone propter cellam S. Maximiliani, quam olim S. Rupertus condiderat, Sclavi autem irrumpentes rurſus vaſtaverunt, Urſus tamen Presbyter capellanus Ducis Otilonis ſibi arrogaverat. De hac cella S. Maximiliani in Pongeu per viſionem luminum manifeſtata actum eſt a nobis per longum in vita S. Ruperti Num. XIX. qualiter autem iſta lis inter S. Virgilium, & Urſum Presbyterum, immo ipſum Ducem Otilonem agitata, & rurſus compoſita fuerit, deſcribitur in ſupra dicto MS. H. pag. 5. averſ. colum. 2.: „In peregrina„tione Ducis Otilonis fuit cum eo quidam „Presbyter capellanus ejus Urſus nomine, „qui de ea genealogia erat ſupradictorum „hominum de Albina, quos Theodebertus „Dux tradidit Deo, & S. Maximiliano ad „Pongeu, quando Dominus Rudbertus epi„ſcopus illam ſibi eccleſiam dedicavit: & „quia propter Sclavos crudeliſſimos Paga„nos eadem cella multis erat temporibus de„ſolata. Idem vero Presbyter venit ad Oti„lonem ducem, & petiit dari ſibi in benefi„cium, hoc ipſum, quod Theodebertus „Dux, ut prædictum eſt, dedit S. Maxi„miliano, & Domino Rudberto epiſcopo ad „ſedem ſuam, & Otilo Dux neſcius erat, „qualiter Dominus Rudbertus eundem lo„cum ad Pongeu, primo cepit conſtruere, „& eccleſiam ibi ædificavit, & conſecravit, „concedentibus Duce Theodone, & Theo„doberto filio ejus. Sed & hoc neſcivit, „quod Theodobertus Dux ipſos homines ibi„dem tradidit, & ipſam cellam cum omni „traditione ſua confirmavit S. Rudberto „epiſcopo, ad ſedem Juvavienſem epiſcopa„tus ſui. Deditque Otilo Dux, ut prædi„ctum eſt, Urſo Presbytero ſuo hoc ipſum „ad Albinam, & ipſam cellam in benefi„cium. Poſtea vero, cum Virgilius pere„grinus donante Otilone Duce ſuſcepit re„gimen ipſius Juvavenſis ſedis, & epiſcopa„tus, cognita ſupradicta cauſa venit ad „Otilonem Ducem, & dixit ei omnem hanc „cauſam ab initio per ordinem, rogavitque „ſecundum juſtum judicium hoc reddere „S. Petro ad ipſam ſedem. Sed Otilo no„luit Presbyterum ſuum contriſtare, neque „tollere ei illud beneficium. Tunc autem „cepit Virgilius epiſcopus medietatem inde „quærere propter illum ſervum ſuum S. Rud„berti, Tonazanum nomine, qui hoc ipſum „primo cum Ledi vicino ſuo invenit. Hoc „igitur Otilo Dux reddere noluit, ſed com„parare hoc voluit a Virgilio epiſcopo cum „eo, quod habuit ad Louſſi: ſed Virgilius „hæc omnino renuit, & dixit Presbytero: „quo amplius tu laboraveris, & quo plus „ibidem de tuo dederis, eo amplius habe„bit S. Petrus, & Rudbertus; nam ſi tu il„lis hoc injuſte abſtuleris, ſicut nunc fa„ctum, habes ad tuam perniciem, non ad „tuam utilitatem. Venient dies, cum il„lud reddetur per bonorum hominum, & „Deo fidelium voluntatem, ac poteſtatem. „Illam tamen medietatem, quam quæſivit „epiſcopus, non potuit ei Otilo Dux con„tradicere. Porro Virgilius epiſcopus juſ„ſit ibi domum ſuam ædificare, & omnem „medietatem de eo, quidquid ad ipſam ec„cleſiam venerat, in omnibus quibuslibet „cauſis S. Rudberto conquiſivit, & ſuos „presbyteros ibi jugiter manere fecit, qui „hoc providebant, & ideo magna contentio „ſæpiſſime contigit. Idem autem Urſus „presbyter unacum adjutorio Otilonis Du„cis fecit ibi aliam eccleſiam, cum qua vo„luit ipſam medietatem S. Petro a Juvavien„ſi poteſtate abſtrahere, & unum vacan„tem epiſcopum nomine Liuti ibidem advo„cavit, qui ipſam diſcordiæ eccleſiam con„ſecravit. Quo cognito Virgilius excom„municavit eam, & appellavit eam diſcor„dia, & omnibus presbyteris contradixit, „ut nemo ibi cantaret miſſam, nec aliud of„ficium Dei: & ita excommunicata per„manſit, quousque Virgilius epiſcopus vi„xit.

„xit. Hæc omnia Virgilius epiſcopus a vi„ris valde ſenibus, atque veracibus dili„genter perquirere ſtuduit, poſterisque ad „memoriam ſcripta dimiſit.„ Poſtea ſequuntur nomina omnium teſtium, qui fuerunt adducti, de quibus nos ſuperſedemus, quia horum nomina per extenſum allegavimus in noſtra diſquiſit. prælimi: num. XX. ubi contra Hanſizium in cauſa noſtræ chronologiæ de diſcipulis S. Ruperti, qui etiam inter hos teſtes fuerunt, agebatur. Præcitato autem MS., ex quo hujus litis deſcriptionem extraximus, pariter concordat libellus donationum a P. Hanſizio in prolegom. pag. 23. adductus, & forte ex hoc codice deſcriptus.

VIII. Quam rurſus, ſicut & alia bona tam ad dictam cellam, quam ad ſedem Juvavienſem oblata obtinuit.

Per hunc igitur zelum erga ſuam eccleſiam S. Virgilius non tantum ab Otilone illam oblatam cellam S. Maximiliani, ſed plura alia bona tam ab ipſo, & aliis ad dictam eccleſiam, quam ab ejus filio Thaſſilone ad Juvavenſem ſedem accepit, uti hæc in eodem libello donationum ita deſcribuntur tam apud Hanſizium pag. 24. & 25. quam in noſtro codice pag. 6. col. 2.; *Hæc ſunt*, ita incipit rubrica in codice, *quæ dedit Otilo Dux S. Maximiliano.* „Prefatus „quoque Dux Otilo divino compunctus ho„nore cepit edificare, & ampliare eccle„ſias, & Dei ſervos diligere; ipſam cellam „S. Maximiliani, quam B. Rudbertus epi„ſcopus primo per conceſſum Theodonis „Ducis conſtruxit, quamque idem Dux ad „Juvavenſem ſedem tradidit, cepit Otilo „Dux diligere, & in amorem Dei ampliare. „Congregari autem ibidem fecit clericos, „& Deo ſervientes pro remedio anime ſue. „Tradidit autem ibidem ad ſervitium Dei „villam, que dicitur *Stamheim* ſuper Oe„num fluvium in *Tnſinkowe*, Deo, & S. Ma„ximiliano & ad *Pongow* commanentes „XXX. cum ſylva, & venatione, & omni „appendicio ſuo. Ad dotem quoque ejus„dem eccleſiæ *ad Stamheim* adjunxit Wald„mannum ſervum cum conjuge, & liberis „eorum, & cum omni poſſeſſione eorum. „Othpaldum quoque ſimiliter cum omnibus, „quæ habebat. Bondanam quoque feminam „cum ſex liberis, ſubjunxit autem per ſingu„las curtes aliquam ibidem partem ad ſupra „dictam traditionem S. Maximiliani. Ad „*Chiemgou* Irmanum ſervum cum colonia „ſua, & alia poſſeſſione. Ad *Oſtermuntigen* ſervum unum. Ad *Salzburg* unum. „In *Mattakou* unum. In *Altergou* unum; „ad *Elinchove* unum. Tradidit quoque „*Chuchil* caſam cum curtifero ſuo & terri„torio, & manentes IX. cum coloniis, & „appendiciis ſuis. Ad *Atanate* vero eccle„ſiam cum curte, & manentes XX. cum „adjacentiis ſuis. Tradidit etiam villam „ad *Louffi* vocatam, caſam, & curtem „cum territorio ſuo, & manentes XV. cum „molendinis, & aliis appendiciis ſuis. Ad „*Salinas* vero dedit ibidem lantonem cum „fratribus ſuis, & loca fornacium IV. cum „patellis, & Vitalem cum omni poſſeſſione „ſua. In vico dicto *Ehingen* manſus ſex „cum omni poſſeſſione eorum. In vico *Li„verenge* manſus decem cum coloniis ſuis, „caſam, & curtem cum appendicis ſuis. „Ad *Ponninwanch* dedit duos fratres his no„minibus Ditnant, & Wolfker cum omni „poſſeſſione eorum. Dedit quoque eidem „Dux *Otilo* ad eandem cellam S. Maximi„liani ſurſum, & verſum per *Salzaha* flumen „ex utraque ripa ipſius fluminis, ſaltum ad „venationem, & ad paſcua pecorum alpes, „& ſylvam, a loco, qui dicitur *Strupe*, & „ad *Purch*, & ad illas alpes, ubi *Schwar„zacha* oritur, & ſic in occidentem, & „aquilonem, & orientem, & auſtrum us„que ad *Stegen*, & iſtud per omnia, ut ſu„pra ſcripta *Otilo Dux* in mercedem pro„priam, ac pro remedio eterno anime ſue „ibidem Deo ſervientibus perpetualiter con„firmavit. Ejusdem quoque Ducis tem„poribus Gottſchalcus quidam vir nobilis „dedit Deo, & S. Maximiliano omnem pro„prietatem ſuam, quidquid habuit in loco „dicto *Kupulpach*, quodque alii viri nobiles „de facultatibus ſuis amplificaverunt. „Gerhalmus vir nobilis dedit ibidem de pro„prietate ſua Deo, & S. Maximiliano in lo„co dicto *Herigiſinge* manſos duos, & vi„neam ſuam. Gunpolt vir nobilis dedit ibi„dem de proprietate ſua ad *Ehingen* manſos „duos. Adalunch vir nobilis ibidem de pro„prio ſuo ad *Pidingen* manſus quinque. Da„to vir nobilis dedit proprium ſuum, quic„quid habuit ad *Moringen* Deo, & S. Maxi„miliano. Reinbertus, & Gerbertus, at„que Reinhalmus dederunt ibidem ad *Stile* „loca nominata eadem, & manentes no„vem juxta *Kupulpach*. Santulus vir nobi„lis dedit ibidem, quidquid proprietatis ha„buit in *Vico Romaniſco*, & ad *Figum* Deo, „& S. Maximiliano. Irmhart vir nobilis „dedit proprietatem ſuam ad *Hegelin*. Tei„pozzo Presbyter vir nobilis dedit ibidem „proprietatem ad *Thutersreute*.„ Et hæc ſunt bona, quæ S. Virgilius accepit poſt litem tam ab Otilone Duce, quam aliis ad eccleſiam S. Maximiliani, quamvis in Arnonis libello nulla de his bonis poſt litem datis, mentio fiat. Poſt hæc citatum MS. ſequentem allegat rubricam: *Hucusqre bona S. Maximiliani, iterumque ad Juvavenſem ſedem.* De quibus bonis S. Virgilio per Ducem Thaſſilonem oblatis colleſtor harum donationum ſic pergit: „Soror Domini Pipini „Regis nomine *Hiltrut* mater Thaſſilonis „Ducis in eorum omnium bonam retribu„tionem coram Deo, & ſanctis ejus dedit „ad Juvavenſem ſedem in pago *Danubiacenſi* „villam, quæ dicitur ad *Puche* cum ma„nentibus triginta novem, & cum omni „appendicio ſuo, hæc quidem Meinhardo „comite, nobiliſſimoque viro, affectante in „æternum coram Deo mercedem ſuam, „proque remedio anime ſue. *Thaſſilo* quo„que Dux unacum matre ſua *Hiltrude* con„cedente

„cedente Domino Pipino Rege, dederunt „Deo, & S. Petro ad Juvavenſem ſedem „pro animabus ſuis villam nuncupatam „campus, cum manentibus triginta, & „coloniis eorum, & cum omnibus rebus „eorum ſuper Salzaha. Dederuntque ad „*Pouch* juxta Oetingen manſum unum cum „omnibus rebus ſuis. Similiter dederunt „ibidem ad *Salinas* ad illum puteum, hoc „quod dicitur *Calgo*.„ Exin ſequitur rubrica: *Hucusque prænotatæ ſunt traditiones Ducum Bavariæ regionis, quas dederunt ad Juvavenſem ſedem. Ex hinc adnotantur traditiones nobilium hominum de propriis rebus eorum, quas ibi dederunt.* Quæ tamen donationes interim non ſerviunt propoſito noſtro.

IX. Poſt conſecrationem epiſcopalem, cujus annus certo non conſtat,

Compoſitis controverſiis, & ſuperadditis novis bonis tam ad cellam S. Maximiliani, quam ad ſedem Juvavienſem, S. Virgilius poſt conſecrationem epiſcopalem, cujus annus, quo contigit, non adeo certo conſtat, invitatus fuit ad conſecrandam cellam Oetinganam, & brevi poſt non tantum incœpit opus converſionis in Carinthia, ſed etiam Salisburgi ædificavit novam Baſilicam cathedralem S. Ruperti, cujus reliquias, ſicut & ſedem epiſcopalem transtulit, retenta tamen monaſterii ad S. Petrum abbatia. Omnia hæc magis expendi merentur, & primo quidem circa annum, quo conſecratus fuit in epiſcopum ſanctus noſter abbas Virgilius, deſudat ſæpe citatus hiſtoricus Marcus Hanſizius, qui a nobis, ut jam meminimus, aliunde novem annorum ſpatio diſtat circa epiſcopatum incœptum, quamvis tunc epiſcopus quidem denominatus, & electus, nondum tamen epiſcopali charactere per ordinationem inſignitus fuerit ſanctus Præſul. Tam Hanſizio, quam & nobis obſtat authoritas anonymi in veteri codice H. allegata, ubi diſerte hæc verba leguntur: *Ordinationem diſſimulaſſe ferme duorum annorum ſpatiis*, poſtea ſubjicit: *Petentibus populis, & epiſcopis regionis illius conſenſiſſe conſecrationem accipere, ac ordinatum eſſe a Præſulibus comprovincialibus anno Nativitatis Domini DCCLXVII. ſub die XVII. Kal. Jul.* Jam P. Hanſizius in ſuo ſyſtemate, ſecundum quod S. Virgilium ſtatuit ad annum 745., ſic ſibimet objicit num. XVII. in vita S. Virgilii: „Qui duo calculi annis etiam viginti inter ſe diſtant; „nam ſi epiſcopatum adiit anno 745. deinde „ordinationem duorum ferme annorum ſpatio diſſimulavit, ſequitur ordinatum eſſe „anno 746., vel ſequenti; quid igitur facias de anno 767., ad quem ejus ordinatio tam diſerte affigitur?„ Hæc Hanſizius. Nos autem æquali modo verſamur in hac difficultate; ſi enim ſtatuamus, ut hactenus probatum, annum regiminis inchoati ſeptingenteſimum quinquageſimum quartum, & ſi duobus ferme annis hæc ordinatio epiſcopalis fuit diſſimulata, ſequetur S. Præſulem ordinatum fuiſſe in epiſcopum anno circiter 756., vel ad initium ſequentis: quid ergo faciemus de anno 767., quem annum aſſignat MS. antiquum, ſeu author converſ. Bojoar. & Caranth. c. l.? Supracitatus auctor, ut ſalvet chronologiam veluti oculi ſui pupillam in varias expoſitiones abiit, quæ, licet longiores, attamen, quia multa eruditione refertæ ſunt, adduci poſſunt de verbo ad verbum; ſic enim ſe explicat num. cit. pag. 84. „Neceſſe eſt in alterutro cubare mendum, vel enim pro: „*duorum annorum diſſimulatione* ſcribendum „erit: *viginti duorum*; tot enim præciſe ab „anno 745. ad 767. fluxerunt; vel vero pro „anno DCCLXVII. ſubſtituendus annus „DCCXLVII. trajectione duntaxat literarum numeralium; nihil enim incredibile, „errorem abrepſiſſe librarium, ut litteram „X. deponeret poſt litteram L., quum ante „ponere debuiſſet: ſic intacto reliquo textu „ſtabit ſententia: Virgilium poſt initum anno DCCXLV. Pontificatum diſſimulaſſe „ordinationem ferme duorum annorum ſpatiis, quam deinde DCCXLVII. ſuſcepe„rit: ſed hic erit reddenda ratio, quid in inſtrumentis poſt hunc annum confectis inveniatur ſcriptus: *Virgilius abbas.* Sic in „ſyntag. inſtrum. Friſing. num. XI. recen„ſentur tabulæ traditionis de territorio Ha„ſelpach, quas fecit Thaſſilo Dux: adjici„tur: *Signum Virgilii abbatis.* Cœpit re„gnare Thaſſilo poſt Otilonem Patrem anno „748. defunctum; intelligique ex inſtru„mentis præcedentibus poteſt, has tabu„las eſſe ſignatas circa annum X. regni Thaſ„ſilonis. Ex quo fit, Virgilium etiam re„gnante Thaſſilone, proinde poſt annum „747. geſſiſſe titulum *abbatis*, adeoque non„dum fuiſſe conſecratum epiſcopum, niſi „his demum des manus, Virgilios fuiſſe „duos. Accedit, quod, quum Bonifacius „anno 748. Virgilium detuliſſet ad Papam „accuſatione ſequioris doctrinæ, nulla fiat „mentio nec ordinationis acceptæ, nec in „cumulum accuſationis vocentur epiſcopi „comprovinciales, qui homini pravæ do„ctrinæ diſcordiarum architecto ſuſtinuerint „imponere manus. Præterea, cum ordi„natio dicatur eſſe facta die XVII. Kalend. „Jul., quæ pro more pontificalium confe„rendorum ordinum deberet eſſe Domini„ca: talis tamen anno 747. non fuit, ſed „erat feria V. Ut verum fatear, huic nodo „cuneum reperire nondum potui; quod „enim Lectiones quædam Officii Salisbur„genſis ordinationem ejus ad annum 754., „alii ad 756., alii ad 764. conferunt, nullo „idoneo documento monſtratur; præter„quam, quod iſti non ordinationem tan„tum, ſed etiam initium pontificatus Vir„gilii longius differant, quam oporteret. „Redeo ad id, quod ſupra inſinuavi, ut „pro: *diſſimulatione duorum annorum* ſcribatur: *viginti duorum.* Hoc ſi concoqui „poſſit, reliqua haud ægre digerentur, ſublataque omnimodis erunt difficultates, „paulo

„paulo ante propoſitæ. Nam ſtabit pri„mum annus ordinationis in hiſtoria con„verſionis expreſſus DCCLXVII., ut in ex„emplaribus pene omnibus etiam MSS. legi„tur, aut annus DCCLXVI., quem habet „paraphraſtes Caniſianus Tom. VI. pag. „1174., concordabit etiam dies ordinatio„nis XVII. Kalend. Jul.; nam hæc an„no 766. fuit dominica tertia poſt Penteco„ſten ſub litt. E., fortaſſis autem melius ci„tra magnam mutationem dixeris fuiſſe „XVIII. Kal. Jul., quæ dies anno 767. do„minica fuit ſub litt. D. Huc etiam facit „dedicatio cellæ Oettinganæ, quæ refer„tur fuiſſe facta *anno primo ordinationis Vir„gilii*, ut habet libellus donationum Cap. „IX.; ait autem Arenpekius in chronico „Bavariæ id factum eſſe anno 767. Quod, „ſi cui minus credibile videatur, eum tanto „temporis ſpatio citra conſecrationem ſedis „epiſcopalis ſediſſe, meminerit obſtinatam „pene fuiſſe viri ſancti modeſtiam in honore „illo repudiando; id, quod ſatis colligi„tur ex hiſtoria converſionis, quæ refert, „non niſi *petentibus populis, & epiſcopis re„gionis illius conſenſiſſe conſecrationem accipe„re.* Suſpicari etiam ſubit, eum aut vitam „monaſticam cogitaſſe, aut inſtitutum pe„regrinandi, cujus cauſa patriam deſerue„rat, proſequi voluiſſe. Quicquid horum „ſit, non adeo mirum eſt, eum tot annis „pontificale decus recuſaſſe; qui ſic & mo„deſtiæ ſuæ ſatisfacere poterat, & officio „pontificali; cum ad manum haberet Dab„danum epiſcopum ad perſolvendum epi„ſcopale officium. Hæc ſalvo meliori ju„dicio.„ Hucusque ſatis induſtrie, & eru-dite auctor citatus ſumme induſtrius, & eruditus. Nos mentem noſtram jam ſatis expoſuimus num. V., quod nimirum verosimilius ordinationem epiſcopalem acceperit anno 757.; ſi enim, ut ſuſpicatur in favorem ſuæ ſententiæ Hanſizius, error obrepſit ſcribenti, qui vel debuiſſet ſcribere loco: *duorum annorum ſpatiis, viginti duorum annorum ſpatiis*, vel pro anno DCCLXVII. ponere annum DCCXLVII. transponendo numerum X. ſic & nobis, qui antiquæ traditioni inſiſtimus, licebit dicere, quod in deſcriptione numerus X. debuerit omnino omitti, & poni numerus DCCLVII. vel DCCLVI. conſequenter poſt duos circiter annos fuiſſet conſecratus in epiſcopum S. Virgilius, anno nimirum 757. vel 756. (quia juxta nos ad regimen venit anno 754. circiter, vel forte 755.) non autem anno 767. Videantur ea, quæ in allegato num. V. dicta fuerunt: quia autem in magna incertitudine verſamur, amplius immorari nolumus, ſed ad illa, quæ certiora ſunt, nos convertemus.

X. Invitatur S. Virgilius ad conſecrandam eccleſiam Oettingam,

Poſt conſecrationem epiſcopalem, quocunque demum anno peractam S. Virgilius, & quidem primo anno ordinationis ſuæ invitatus eſt ad conſecrandam eccleſiam Oettinganam, quam Guntherius Comes in fundo ſuo extruxerat, eo conſilio, ut monachos ibidem congregaret. De hac conſecratione eccleſiæ Oettinganæ refert ſequentia libellus donationum apud Hanſizium Cap. XI. pag. 25. & pag. 85., in vita S. Virgilii, in noſtro autem codice MS. H. pag. 7. colum. 1. „Cella, quæ dicitur *Oet„tinga*, tempore Domini *Pipini* Regis, & „*Thaſſilonis* Ducis nepotis, Guntherius qui„dam comes in pago *Chiemingen* in propria „hereditate ſua conſtruxit eccleſiam pro „amore Dei, & anime ſue ſalute ad ſervi„tium Dei, & Sanctorum ejus: convoca„vitque illuc S. Virgilium epiſcopum, eo„dem anno, quo ad epiſcopum ordinaba„tur, dixitque ei, ſe velle ibi monachos „congregare, & abbatem illis conſtituere, „& ſua proprietate eis tantum ibidem con„tradere, ut victum, & veſtimenta habere „valerent, & quicquid ibidem cum proxi„mis ſuis augmentare cum juſtitia potuiſ„ſet, ad Dei ſervitium, & Sanctorum ejus „promptiſſime hoc faceret. Tunc itaque „Virgilius epiſcopus requiſivit ab eo, in cu„jus dominio voluiſſet, ut ille abbas eſſet, „& monachi, quos illic congregaſſet, & „ille primitus ei hoc dicere noluit. Dixit„que ei epiſcopus: neque ego tibi eccle„ſiam conſecro, nec monaſterium, neque „abbatem, niſi ſecundum canones ſciam, „ad quem locum eorum rectitudo, & dona„tio conſtare debeat, & voluit inde abire. „Denique idem Comes Guntherius divino „compunctus honore cognovit, quod epi„ſcopus ſecundum canonum ſtatuta incede„re vellet, promiſit ſe hoc ipſum, quod ibi „conſtructum habuit ad monaſterium perfi„cere velle, & cum omni proprietate ſua „eandem eccleſiam ſi conſecraſſet, ad Salz„burgenſem ſedem epiſcopatus, & ad illam „dominationem pleniter per omnia ſecun„dum canones tradere velle, & per omnia „inde ita facere, ſicut Virgilius epiſcopus „illum doceret. Et tunc demum conſenſit „Virgilius epiſcopus, & conſecravit ipſam „Baſilicam in honore S. Stephani, & o„mnem locum hunc. Quo facto Gunthe„rius tradidit per pallium altaris Virgilio „epiſcopo ipſam eccleſiam, cum omnibus, „que ibidem antea perdonavit tradere. Com„mendavit autem hoc pleniter monaſterium „in manus epiſcopi ad regendum ſecundum „canones, ſicut & ceteras eccleſias dioce„ſis ſue, ut ipſum cum ſede ſemper eſſet: „poteſtatem vero epiſcopo dedit regendi „ipſam familiam, abbatemque ibi ordina„re, & monachos de ipſa ſede ibidem pone„re vel clericos.„ Hucusque libellus donationum. Ex hoc tamen non ſequitur, ut in vita S. Ruperti eruit Hanſizius pag. 60. num. LIV. in fine: quod eccleſia Oettingana prima ſua initia acceperit ſub Virgilio, & nullo modo adſcribi poſſit S. Ruperto; nam potuit juxta magis veroſimilem opinionem, & antiquam traditionem S. Rupertus ædificare illam eccleſiam, poſt lapſum

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

autem sæculi illis temporibus, ubi continuæ fuerunt hostium, & variarum gentium irruptiones, & devastationes, destructam, & devastatam denuo renovare, & exstruere comes Gunthérius, & ad eandem noviter consecrandam evocare S. Virgilium. Videantur ea, quæ dicta sunt a nobis in vita S. Ruperti num. VIII.

XI. Et brevi post non tantum incœpit negotium conversionis in Carinthia per missos eo discipulos,

Jam ad specialia gesta S. Virgilii procedendum erit, inter quæ sane præcipua sunt, quod opus conversionis Carantanorum, id est, in carinthia per missos eo discipulos incæperit, dictus exinde Carantanorum Apostolus: nec non novam Basilicam S. Ruperti in ipsa sede Salisburgensi ædificaverit. An ista conversio apud Carantanos prius incœpta fuerit ante cœptum novæ Basilicæ ædificium, an vero hæc præcesserit, variant authores. Hansizius prius enarrat ædificium novæ Basilicæ, & tunc primum recenset conversionem in Carinthia. Mezgerus hanc anteponit, quem & nos sequemur, non tam ob auctoritatem privatam hujus historici, quam propter authoritatem codicis mss. seu authorem anonym. histor. convers. Bojoar. & Carant. quem & ipse æstimat Hansizius; in hoc enim mss. prius describitur negotium conversionis, & tunc demum, quod S. Virgilius ædificaverit novam magnæ molis Ecclesiam Salzeburgi: verba hujus authoris anonymi sunt sequentia pag. 2. col. 1. 2. & 3. „Hactenus „prænotatum est" ita incipit author anonymus convers. Bojoar. & Carant. „qualiter „Bavari facti sunt Christiani, seu numerus „Episcoporum, & Abbatum conscriptus in „sede Juvavensi. Nunc adiiciendum est, „qualiter Sclavi, qui dicuntur Karanthiani, & confines eorum fide Sancta instructi, „Christianique effecti sunt, seu quomodo „Huni Romanos, & Gothos, atque Gepidos de inferiori Panonia expulerunt, & „illam possederunt regionem, quousque „Franci, ac Bavari cum Carinthianis continuis affligendo bellis eos superaverunt. „Eos autem, qui obediebant fidei, & baptismum sunt consecuti, tributarios fecerunt Regum, & terram, quam possident, „residui adhuc pro tributo retinent Reges „usque in hodiernum diem. Nunc ergo „recapitulandum est de Karinthianis tem„poribus glorioši Regis Francorum Dago„berti. Samo nomine, quidam Sclavus „manens in quarantanis fuit Dux gentis il„lius, qui neorma, seu constantinopoli ve„nientes negociatores Dagoberti Regis, in„terficere jussit, & regia expoliavit pecu„nia. Quod, cum comperit Dagobertus „Rex, misit exercitum suum, & damnum, „quod ei idem Samo fecit, vindicare jussit, „sicuti fecerunt, qui ab eo milli sunt, & „Regis servitio subdiderunt Sclavos. Non „multo post tempore ceperunt Huni eos„dem Karinthianos hostili seditione gravi„ter affligere, fuitque tunc Dux eorum „Boruth nomine, qui Hunorum exercitum „contra eos iturum Bavaris nunciare fecit, „rogavitque eos sibi in auxilium venire. Il„li quoque festinando venientes expugnave„runt Hunos, & obfirmaverunt Quaranta„nos, servitutique Regum eos subjecerunt, „similiter confines eorum. Duxeruntque „inde secum obsides in Wabariam, inter „quos erat filius Baroth, nomine Cacatius, „quem pater ejus more christiano nutrire „rogavit, & christianum facere. Sicut & „factum est, & de Cheitmaro filio fratris „sui similiter postulavit: mortuo autem Bo„rath per jussionem francorum, Bavari Ca„catium jam christianum factum petenti„bus eisdem Sclavis remiserunt, & illi eum „Ducem fecerunt. Sed ille postea tertio „anno defunctus est. Iterum autem per„missu Domini Pipini Regis ipsis populis pe„tentibus redditus est eis Cheitmar christia„nus factus. Cui etiam Lupo Presbyter „ordinatus de Juvavense sede in insulam „Chiemingi lacus, que & Auua vocatur, „dedit ei nepotem suum nomine Majora„num ad Presbiterum jam ordinatum, quia „compater ejus erat isdem Lupo Presbiter. „Suggerente vero Majorano Presbitero, qui „a S. Virgilio in Juvavensi monasterio ma„nus imposition acceperat, quem secum „propter doctrinam christianæ religionis de„tinuit, ad Juvavense monasterium specia„liter caput suum in servitium Dei declina„vit singulis annis, quo dum vixit, in si„gnum subjectionis suæ aliquod obsequium „illuc persolvendo. Peractis autem aliquan„tis temporibus Dux Karinthianorum petiit, „S. Virgilium episcopum visitare populum „gentis illius, eosque in fide firmiter con„fortare. Quod tunc ille minime adimple„re voluit, sed sua vice misso suo episcopo „nomine Modesto ad docendam illam ple„bem, & cum eo Walthonem, Reginber„tum, Gorarium, atque Latinum presbi„teros suos, & Erihardum diaconum cum „aliis clericis, dansque eis licentias eccle„sias consecrare, clericos ordinare juxta „canonum difinitionem, nihilque sibi usur„pare, quod decretis sanctorum Patrum „contrairet. Qui venientes Karinthianis „dedicaverunt ibi ecclesiam S. Dei Gene„tricis Mariæ, & aliam in Liburnia civita„te, seu ad undrimas, & in aliis quamplu„rimis locis, ibique Modestus episcopus „permansit usque ad finem vitæ suæ. Eo „igitur defuncto episcopo postulavit iterum „idem Cheitmar Dux Virgilium episcopum, „si fieri potuisset, ut ad se veniret, quod „ille renuit orta seditione, quam Carmula „dicimus, sed inito consilio dimisit ibi La„tinum episcopum presbiterum, & non „multo post orta alia seditione exivit inde „Latinus presbiter. Ea vero sedata misit „iterum Virgilius episcopus Madelochum, „& post eum Warmanum presbiteros. Mor„tuo autem Kaitimaro, & orta tertia sedi„tione

„tione aliquot annis nullus Presbiter ibi e-
„rat, usque dum Waltunc Dux eorum mi-
„sit iterum ad Virgilium episcopum, & in-
„tente postulavit, ut ad confortandam in
„fide prædictam terram aliquos destinaret
„Presbiteros. Petitioni igitur præmemo-
„rati Ducis incremento etiam Sancte Eccle-
„sie consulens misit Heimonem, & Regin-
„baldum Presbiteros, aliosque clericos cum
„eis. Item misit eis Gorarium, Majora-
„num, Erkenbertum, Presbiteros. Post
„eos Reginbaldum, & Reinhardum, & Au-
„gustinum presbiteros, itemque alium Rein-
„hardum, & Guntharium". Hucusque author antiquus, ex quo tam P. Hansizius, quam Mezgerus quoad substantiam suas historicas narrationes velut ex fonte desumpserunt, quas tamen variis notis, & animadversionibus historico-criticis, & chronologicis illustrarunt, sic enim ipse fatetur Hansizius num. XXVIII. pag. 88. „Porro re-
„rum apud Sclavos gestarum non alium ha-
„bemus testem, quam auctorem opusculi
„de conversione Bojoar. & Carant. quæ dis-
„cipulus Sancti Eberhardi locis nonnullis
„interpolavit". Et quamvis Hansizius num. XXIX. asserat, se hoc opusculum legisse in tribus antiquis mss. ex Bibliothec. Cæsar. nos non minus de verbo ad verbum, prout citat Hansizius, in antiquo codice membraneo de sæculo respective duodecimo hanc historiam de convers. Bojoar. & Carant. ad manus habemus, sæpiusque jam citavimus sub littera H. & adhuc allegabimus.

XII. Specialiter S. Modestum, postea Episcopum Solensem;

Quoniam vero ex hac narratione constat, omnesque consentiunt, quod S. Virgilius præprimis in Carinthiam miserit S. Modestum episcopum suum, hinc breviter inquirendum, quis hic S. Modestus fuerit? & ubinam vitam suam beato fine clauserit? Postquam Chitomaro Duci Carinthiæ nemo aptior visus fuit, qui affunderet pietatem Carantanis, seu Carinthiis, quam S. Virgilius episcopus, Juvavium misit, Virgilium invitavit ad excolendos suos Carinthos jam priori sæculo Juvaviensibus, præsertim Principi Plantatori RUPERTO obligatos, vel si ipse venire non vellet, mitteret saltem aptos in tam amplam messem operarios. Excusavit se Virgilius, ut ex cit. auth. Anonymo dictum fuit, misit tamen pro se MODESTUM Hibernum in cœnobio Excestriæ monachum Benedictinum, jam olim S. Bonifacii Germaniæ Apostoli in conversione gentium socium, episcopali quoque honore insignem, nulli tamen Ecclesiæ, prout tunc moris erat, affixum, eidemque adjunxit socios plurimos in allegata narratione historica nominatos. Dum S. Modestus cum suis in Carinthiam venit, in loco *Solensi* milliario ferme uno ab urbe Clagenfurto distante evangelii exordia cultu parthenio consecravit, ubi & sedem episcopalem annuente, & agente Chitomaro posuit cum suis, atque templum erexit cœlorum Reginæ nuncupatum. De qua Solensi ecclesia refert ex aliis noster Mezgerus Cap. 12. Lib. II. quod non desint aliqui, qui scripserunt jam olim a divo Ruperto structam fuisse Sanctæ Deiparentis piam ædem; quod si ita est, incursionum barbaricarum injuria & vetustate collapsam a Virgilii discipulis restauratam, ac eenuo excitatam fuisse oportet. Certe solium Augustæ Dominæ, ait hic auctor, merito dixeris, cui uterque divus Rupertus, & Virgilius totam Carinthiam sacram esse, ipsamque ceu maximi negotii convertendæ gentis tunc admodum barbaræ Præsidem voluerunt. Post tam præclara auspicia non fuerunt successus sequentes in vinea Domini minus felices; quamvis enim divini verbi semen per S. Modestum in Carinthia disseminatum, & orco invidiam, & Principibus gentilibus moverit bilem, ita, ut bella contra piissimum Chitomarum fuerint excitata: attamen his a Chitomaro Duce & Victore sopitis, vir Sanctus Modestus in propaganda vera religione tanto operosius laboravit, post Ecclesiam Solensem, & Millestadiensem, quam ultimam Domitianus fundavit, etiam alias sacras ædes, & specialiter unam in civitate *Liburnia*, quam alii dicunt Tiburniam, aut Villacum, Deo consecravit. Demum S. Modestus peractis laboribus apostolicis, quia, ut dicitur in mss. cod. *permansit in eo loco usque ad vite sue finem*, ibidemque etiam sepulchrum invenit, quod etiamnum in Ecclesia Solensi ostenditur, estque de hoc sepulchro popularis traditio, lapidem sepulchralem magis, magisque a pariete, cui olim contiguum fuisse ferunt, ad aram vicinam propinquare, id, quod a viris fide dignis, ait P. Hansizius, suamet experientia comprobatum audivi. Hoc Sancto autem in Ecclesia sua Episcopali sancte defuncto idem piisimus Dux Chitomarus denuo S. Virgilium, ut ex codice mentio facta fuit, invitavit, ut visitaret regionem Carantanorum: at S. Virgilius rursus hanc invitationem deprecatus, aliisque negotiis, præsertim Basilicæ novæ structura impeditus misit in Carinthiam Latinum Presbiterum, qui tamen post ortam seditionem non diu ibi permansit; seditione autem sopita Sanctus Præsul noster misit alios discipulos supra nominatos: ex quibus sat clare intelligi potest, quod S. Virgilius nunquam ipsusmet in Carinthiam venerit. Putat quidem Mezgerus pag. 208. S. Virgilium post hos legatos, & præcones ipsum quoque hanc coloniam visitasse; ast nullo antiquo documento id probari potest, neque recentiora MSS. hæc asserentia tantæ sunt auctoritatis: unde nostro quoque, salvo aliorum, judicio melius id negat P. Hansizius, qui & illam narrationem paraphrastis Canisiani Tom. II. pag. 262. & Tom. VI. pag. 1176. ubi hoc asseritur, non immerito inter relationes apocryphas numerat. Cœterum illa sedes Solensis Episcopalis, cui

poſt S. Modeſtum ſub capite Salisburgenſis Eccleſiæ plures ſocii apoſtolici ſucceſſive præfuerunt, circa annum 870. deſiit, manſitque hactenus illuſtris illa Eccleſia Canonicorum, collegio, & præpoſitura inſignis.

XIII. Sed etiam novam Baſilicam non ſine prodigio ædificavit,

Dum ita fervebant labores apoſtolici in Carinthia per diſcipulos a S. Virgilio eo miſſos, ſpeciatim per S. Modeſtum, ejusque ſucceſſores ipſe Sanctus Præſul Salisburgenſis, & abbas noſtri monaſterii Virgilius *anno incarnationis Domini DCCLXVII. cœpit ædificare Eccleſiam miræ magnitudinis apud Salzburg indictione VII.* ut ait ſupra cit. codex MS. & author hiſt. de convers Bojoar: & Carant. pag. 2. colum. 3. *anno autem incarnationis Domini DCCLXXIII. dedicata eſt primo Eccleſia Sancti Rudberti a Virgilio Epiſcopo anno XXVII. regni Thaſſilonis ducis. Eodem anno transtulit idem Epiſcopus Sanctum Rudbertum, & duos ejus capellanos B. Kunialdum, atque Giſilarium.* Ita auctor Anonymus, ſed antiquus. In alia vita S. Virgilii, quæ per extenſum extat in ſæpe cit. MS. H. a pag. 11. cujus auctor eſt diſcipulus Eberhardinus, & quam veroſimilius ex hoc ipſo MS. de verbo ad verbum, fideliter tranſtulit Henricus Caniſius in antiq. lect. recent. edit. ad Tom. III. Part. II. pag. nobis 395. & ſeqq. hæc de nova Baſilica leguntur, quamvis verbis nonnihil obſcuris: „Ea etiam", ait author vel noſtrum MS. loc. cit. „quæ ad exterioris pertine„bant utilitatem proviſionis, tanto ſollici„tius ſtatuit promovere, quanto ſtatus Sa„lisburgenſis Eccleſiæ tunc nuper initiatus, „& exiguus, poſtea Deo cooperante, ut li„quido apparet, religione, & poſſeſſione „famoſiſſimus id expoſtulare videbatur: „quippe fabricam monaſterii immenſo ope„re, & egregia diſpoſitione a fundamento „exſtruxit, corpusque Sancti Rudberti, „quod poſt obitum ſuum in Eccleſia S. Pe„tri principis Apoſtolorum requievit, una„cum ſede Epiſcopali, quæ in prætaxata „Eccleſia ſimiliter per aliquot annos exſtite„rat, divina commonitus inſpiratione tran„ſtulit in eum videlicet locum, in quo us„que ad præſentia tempora perduravit". Ita Caniſius ex hoc MS. cujus auctor eſſe videtur quoad hos paſſus diſcipulus Sancti Eberhardi, quæ tamen narratio in ſtyli antiquitate ut plurimum differt ab aliis, quæ in hoc MS. circa vitam S. Ruperti, donationes factas, & converſionem Carinthiæ adnotata ſunt, ut adeo harum collectionum antiquior ſit authoritas, quam illarum, ut bene arguit P. Hanſizius in vita S. Ruperti pag. 35. ad initium. Nobis placet narratio de nova Baſilica a S. Virgilio exſtructa, quam his verbis allegat P. Mezgerus Lib. II. cap. XIII.: „Virgilius, ait hic author, „quem magnum Ruperti protopræſulis no„men non modo in pares virtutes, ſed di„gnos etiam illius honores ſtimulabat: pri„mum ab eodem ſtructum S. Petri templum „videbat minus eſſe, quam tanti antiſtitis „gloria poſtularet: exigebant & Salisbur„genſis Eccleſiæ quotidiana incrementa do„mum majorem, quæ maximam populo„rum frequentiam caperet. Jam proviſum „erat abunde decori ſpirituali, qui optimo „animorum ſtatu excolitur: externo quo„que ſplendori, qui internum exprimeret, „addendum erat. Statuit ergo Virgilius „novam Baſilicam ſtruere, nec vano cogi„tatu; nam ſubſidia, & opes ad opus ne„ceſſariæ in promptu erant, ex Principum, „Nobilium, ac populorum devotione ad „Juvavenſis Eccleſiæ gazam collata, quæ „in impenſas etiam magnæ fabricæ ſatis eſ„ſent; nec juſtius impendi poterant, quam „ad Dei, Rupertique honorem, unde pro„fluxerant. Deſignata paulo remotius ab „umbroſo monachorum monte, latiſſima „area, datum magnæ moli initium, con„ductis operariis poſt ſacratum ritu conſue„to primum lapidem, jacta fundamenta. „Ex quibus in magnificam pro eo tempore „formam ingens Baſilica ſurrexit. Quatuor „turribus ad inſtar cœleſtis propugnaculi „circum vallata, medium ſupra ſummum „altare tholum erigebat, ſi antiquorum pi„cturis credimus. Prodigium inſigne illu„ſtriorem ædificationem reddidit, tanto „magis, quanto pluries repetitum. Sole„bat Virgilius, dum merces operariis ſol„venda erat, quod, ni fallor, quot ſepti„manis ſaltem fieri debuit, pelvim pecunia „repletam palam illis exponere, ut quilibet „ſummeret, quod deberetur. Acceſſere „ſinguli, nemine adnumerante, vel plus „ſummere prohibente, nummos extraxe„runt, ſed nullus ultra debitum, aut pa„ctum. Quis credat, ex hujusmodi terræ „filiis non raro urgente inopia etiam alieno „inhiantibus nemini cupiditatem veniſſe „plura ſummere, quam inter Præſulem, & „ipſos conventum erat. Maxime cum im„pune id liceret: at divina utique vis pro„hibuit, & puriginem injuſti lucri repreſ„ſit. Id non ſemel, ſed toties quoties cum „omnium admiratione factum, donec fabri„ca ſtetit. Dixiſſes Virgilium divinum ra„tionarium tenere, & pro Oeconomis ſolu„tores angelos habuiſſe. Nempe juſtitiæ „amor, qui in tanti antiſtitis pectore habi„tabat, etiam a ſubditis injuſtitiæ vim pro„hibuit: & conſecrata divo Ruperto pecu„nia ſacram nummi famem extinxit. Tre„decim annis in ſtructura laboratum pleri„que ſcripſere". Hucusque Mezgerus. De prodigio autem circa operarios nec manuſcripta antiquiora faciunt mentionem, nec P. Hanſizius, neque Parapinaſtes Caniſianus, qui non eſt alius, quam diſcipulus Eberhardinus, quidquam de hoc ſcripſit.

XIV. Ad quam reliquias S. Ruperti, ſicut & ſedem epiſcopalem transtulit,

Jam grande hoc opus intus foriſque erat perfectum, quo tempore S. Virgilius ſolennem celebritatem convocata undique vicinia inſtituit, atque VIII. Kal. Octobr. ſeu 24. Septembris, qua & feſtum Sancti Ru-

Ruperti anniverſarium in Eccleſia Salisburgenſi colitur, novam Baſilicam ſacris ritibus primitus luſtratam divino nomini in memoriam apoſtolorum Principis Petri, ut refert Stainhauſerus in tract. de SS. Salisburg. & Bavariæ Apoſtoli, ſeu primarii patroni Salisburgenſis S. Ruperti dedicavit, & conſecravit anno, ut ſupra dictum ex codice MS. DCCLXXIII. „Ne autem vacuo „nomine, ait Mezgerus noſter gauderet Ba„ſilica, vel potius, ut Ruperti ſacra oſſa, „prout tanti Divi gloria merebatur, ſplen„didius impoſterum cubarent, ſacro corpo„ri manus admovit. Illud hactenus in S. „Petri Eccleſia per centum quinquaginta „annos quieverat: Virgilius aperto cum „ſacra veneratione tumulo, nobilem theſau„rum extraxit, ſed ne ſi totum auferret, ſuo „patrono orbati monachi lugerent, diviſis „ſacris lipſanis, majorem, & ſuperiorem „partem, quæ a pectore ſurgit, aſſumpſit, „reliquam inferiorem in antiquo ſepulchri „loco Petrenſibus ſervandam repoſuit: Ru„perti vero reliquiis diſcipulorum Giſilarii, „& Chunialdi venerandas exuvias conjun„xit, maximoque cum honore, cleri popu„lique frequentia Baſilicæ recens dedicatæ „intulit". Hucusque Mezgerus; deſcribitur etiam hæc translatio in libello donationum in codice noſtro H. pag. 10. col. 4. his verbis ad finem: „Octav. Cal. Octobr. trans„latio S. Rudberti Epiſcopi, quæ facta eſt „ab Epiſcopo Virgilio, qui fuit octavus ab „illo; cum quo transtulit & duos presbite„ros ejus, Sanctum Chunialdum, & Giſila„rium, quorum feſtivitas, quia nullo alio „die in anno habetur, eodem die nomina„tim in ipſa, ad quam translati ſunt, Ec„cleſia ſtatutum eſt celebrari. Quorum „translatio, poſtea eodem die renovata eſt. „Eodem die poſt ruinam, & reconſecrata „Eccleſia, mutatis altaribus a beatiſſimo, „& ſanctiſſimo Hartwico XXII. Epiſcopo, „& XII. Archiepiſcopo iterata eſt: eorum„que corpora tunc poſita ſunt ad corpus ſui „quondam & compatriotæ S. Patris Rud„berti, cujus translationis dies eo ipſo die, „id eſt octav. calend. octobr. per totum epiſ„copatum illum Salzburg. ſtatutus eſt cele„brari; quæ dies officiis dedicationis Ec„cleſiæ, in qua corpus jacet, in tantum „eſt occupata, ut huic celebrationi ejus „plene nequeat deſervire. Et dies tranſi„tus ejus VI. Calend. april. die reſurrectio„nis dominicæ propter officia quadrageſi„mæ, vel ipſius Paſchæ, raro ſic, ut di„ctum eſt, Sept. Calend. Octobr. illi con„ſuetudinaliter inofficiatur, atque vaca„tur, ſed intra urbem illam tantum. Ex „qua conſuetudine translatio ejus, quidam „cauſæ ignari in diem eundem transſcripſe„runt, ſicut in quibusdam martyrologiis „habetur. Et etiam congruum, ac religio„ſum eſt, ut quidquid alia obſervatio illius „celebrationis diebus dormitionis illius ob „reverentiam quadrageſimalis officii, vel „paſchalis obſervantiam gaudii ademit, qui „auctor ſedis, & Apoſtolus exſtitit regio„nis; Hic ſaltem in domo requiei ſuæ illa „aſſumpta die translationis ſuppleatur". Hujus narrationis etiam meminit Hanſizius, eamque per extenſum adducit, in Prolegom. pag. 33. quamvis dicat, & fors non immerito, hujus deſcriptionem factam fuiſſe ab auctore longe recentiori, quam fuerit ille auctor hiſt. convers Carant. & Libelli donationum. Sicut autem S. Virgilius novam ſedem, & Eccleſiam exſtruxit S. Ruperto, ita etiam hanc *Cathedralem* eſſe voluit S. Virgilius, ad quam proinde ſedem epiſcopalem ab Eccleſia S. Petri transtulit, ordinatis etiam ibidem clericis, qui divinis officiis inſiſterent, atque ad Epiſcopales functiones deſervirent; quod quidem non monachorum S. Petri neglectu, ait noſter Mezgerus, quia & ipſe S. Virgilius, ut ſtatim dicemus, Epiſcopus, & Abbas permanſit, ſed quietis, & amore diſciplinæ religioſæ feciſſe conſtat. Nam:

XV. Ita tamen, ut abbas ſimul in monaſterio ad S. Petrum permanſerit.

Quamvis S. Virgilius ad ſuam novam Baſilicam medietatem corporis S. Ruperti, ſicut & ſedem Epiſcopalem eo transtulerit, attamen idem Sanctus in noſtro monaſterio Epiſcopus ſimul & Abbas permanſit, neque totum Cathedralis juris honorem cœnobio noſtro abrogavit; ſolummodo a frequentibus Clericorum functionibus monachos immunes eſſe voluit, ita tamen, ut curandis plebeſano, ut dicunt, jure animabus additi manerent, omnes alias pariter antiquas prærogativas, & præſertim jus eligendi antiſtitem Salisburgenſem integrum nobis reliquit; aulam pariter, ſeu reſidentiam Epiſcopalem majorum more prope cœnobium retinuit, quam diu poſt Conradus I. Archiepiſcopus transtulit, quæ omnia patent ex litteris Conradi de anno 1139. quas ſuo loco in ordine adducemus. Porro circa hoc, quod S. Virgilius poſt translatam ſedem Epiſcopalem ſimul abbas in noſtro monaſterio permanſerit, etiam exteri hiſtorici non diſſentiunt, ſpeciatim Hanſizius, qui inſigni diſſertatione, & erudita noſtram in hoc paſſu hiſtoriam illuſtrat, atque de verbo ad verbum hic inſeri meretur: „Unacum corpore S. Ruperti, ait præ„fatus author pag. 87. num. XXV. translata „eſt ad Eccleſiam S. Ruperti etiam ſedes „Epiſcopalis, ibidemque inſtituti Canonici, „ſeu Clerici ſæculares ad officia peragenda „divina. Jura tamen Epiſcopalia remanſe„runt in monaſterio S. Petri, uti & domi„cilium Epiſcopi. Fuitque ejus cœnobii „ſolemnis a principio prærogativa, ut ejus „abbates eſſent Epiſcopi, penesque cœno„bitas jus electionis. Unde in vetuſtis Ca„talogis primi Juvavenſes Epiſcopi, & Ar„chiepiſcopi utrumque titulum *Epiſcopi* ni„mirum, & *Abbatis* gerunt; id quod ad „Fridericum usque duodecimum Archiepiſ„copum in more poſitum fuiſſe teſtatur Al„bertus Abbas in Catalog. abbat. pag. 21.

„inde factum, ut hujus tuendæ prærogati„væ gratia Episcopi, etsi de ordine S. Be„nedicti non omnes essent, tamen in sedem „evecti hoc ipso titulum sibi sumerent *Abba„tis*. *De Virgilii monachatu silent omnes*, in„quit Mabillonius, Presbyter tamen appel„latur in Epistolis Zachariæ Papæ, & S. „Bonifacii: in alia tamen appellatur *religio„sus* vir, qui titulus etiam Clericis sæcula„ribus præbebatur. Ante ordinationem E„piscopalem vocabatur Abbas, nimirum S. „Petri, propterea, quod aliquot ante or„dinationem annis, ut Episcopatum, sic „monasterii præfecturam eidem annexam „obtinuit: titulo tamen Episcopi in instru„mentis publicis ante consecrationem non „usus. Neque verum est, quod vulgo tra„ditur, eum translata ad ædem S. Ruper„ti cathedra munus abbatis abdicasse, at„que in *Bertricum* transtulisse; nam exstat „apud Albertum laudatum notitia vetus do„nationis septem annis a translatione ca„thedræ, datæ, ubi Virgilius vocatur *E„piscopus*, & *Abbas*. Sic enim ibi: *Tem„pore Tassilonis Ducis Ugo, sive Hugo actor „ipsius ducis, & filius ejus Util tradiderunt „Deo, & S. Petro cum consensu præfati Du„cis ad monasterium, quod dictum Salzburg, „pro redemptione animarum suarum possessionem „proprie hereditatis in loco, qui dicitur Stain„dorf, absque ulla separatione culta, & in„culta ad eandem pertinentia hereditatem. Actum „& confirmatum coram Virgilio Episcopo, & „Abbate, & cunctis monachis indictione quarta „II. Calend. Februarii:* ubi indictio venit in „annum 781. qui annus octavus est post „translationem sedis, atque ad hanc an„num notitiam pertinere constat ex eo, quod „nunquam alias occurrat indictio quarta in „ætatem Virgilii, nisi anno 766. quo ta„men quia mense Februario nondum ordi„natus, seu consecratus erat, Episcopi ti„tulum, ut ex Arnone liquet, nondum „gerebat". Hæc omnia in terminis Han sizius, cui equidem quoad ea, quæ sequuntur, de Bertrico abbate, quod tantum fuerit abbas vicarius, quo utebatur S. Virgilius, sicut Rupertus Ansologo minime adstipulari possumus. Plura inferius in ordine abbatum post Virgilium dicturi de Bertrico.

XVI. Tandem post alia præclare gesta in dandis præsertim Duci Tassiloni consiliis,

Non autem desunt & alia a S. Virgilio præclare gesta, inter quæ ab historicis sequentia referuntur: dum anno Christi 772. Dingolfingæ oppido Diœcesis Ratisbonensis ad Isaram amnem celebrata fuit synodus ordinante Tassilone filio Otilonis, & successore; adfuit etiam cum aliis Præsulibus, quos Lazius describit de migrat. gent. Lib. VII. fol. 231. Episcopus noster Salisburgensis Virgilius. Specialiter autem hic Sanctus Præsul assistebat in consiliis Thassiloni, qui illo frequenter in gerendis sacris negotiis utebatur: unde Virgilius subscriptus legitur in pluribus tabulis, & diplomatibus: sic teste Hansizio pag. 94. Virgilius anno XXIII. regni Tassilonis, id est Christi 770. VI. Id. Octobr. subscripsit tanquam testis donationi, quam fecit Oadalgaer Presbiter Ecclesiæ Frisingensis, actum in oppido Frisingas. Rursus anno XXVIII. regni Tassilonis, VI. Id. Sept. id est Christi 775. in castro Weles subscripsit traditioni Machelmi, qua tradidit hæreditatem in loco Palasingas ad Ecclesiam Frisingensem. Id specialiter memoria dignum, quod ad inchoationem monasterii Cremisanensis in austria superiori magnam operam contulerit S. Virgilius; dum enim circa annum 777. fatalis casus Tassilonem Ducem afflixit, & Gunterus filius Tassilonis Princeps, & Juvenis maximæ spei, qui in austriæ sylvis feras insequebatur, ab apro miræ magnitudinis prostratus, atque exanimis in loco repertus fuit, idem Dux Thassilo in memoriam dilecti filii, & ad Numen propitiandum in eodem loco insigne, & nobilissimum monasterium, quod a vicino amne Crembtio Crembsminster, seu Cremisanium dictum fuit, exstruxit, dotavit, & auxit. De hujus monasterii (usque in hodiernum diem & observantia religiosa, doctrina, & religiosorum numero celeberrimi) fundatione ad nostrum propositum scribit sæpe citatus Hansizius num. XXXIX. pag. 94. in vita S. Virgilii sequentia ex quodam antiquo Chronico Cremisanensi ad annum 777. „*Tassilo II. "filius amite Karoli magni monasterium Crems"munster in honorem Sancti Salvatoris construe"re cepit indictione prima anno ducatus sui XXX. "& dedit nobis privilegium uxor Tassilonis: "Liupirgen dicitur. Anno DCCLXXVIII. "Fater Abbas primus præfuit. Condidit ea"dem anno Tassilo tabulas fundationis, anno "scilicet ducatus sui XXX. indictione I. quibus "Virgilius Episcopus cum Simpertho Ratisbon. "& Waltrich Patavienfi subscripsit. Actum "in eodem monasterio. Hæc traditio facta est "ipsa die dedicationis;* ut ibidem adnotatur, "*in dedicatione*, inquit, *tradidi, quod potui, "quod subter annotamus, &c.* dedicationem "iidem Episcopi peregerunt. Monasterio "non modica Sclavorum portio contributa: "*tradimus*, inquit, *& decaniam sclavorum "cum opere fiscali, seu tributo justo, quod no"bis antea persolvi consueverat; secundum ter"minos a Fatero abbate, Arnone Presbitero, "Chumperto judice definitos.* Ex quibus non "hoc tantum liquet, Sclavorum partem "Tassilonis ditioni jam antea subjectam, sed "fundationis Cremisanensis auctorem præ"cipuum unacum Walderico Patavienfi "fuisse Virgilium: ut qui in hac cœnobita"rum colonia cuperet rem Christianam in "gente Sclavica promoveri". Insuper eodem loco amplius probat citatus auctor, quod munificentia Tassilonis in res sacras (nam & alia idem bonus dux edidit pietatis monumenta) ut plurimum a consiliis S. Virgilii promanarit; sic enim historiæ telam prosequitur: „mihi nullum dubium, "quin ea Tassilonis adversus res sacras mu"nifi-

"nificentia maximam partem e Virgilii con-
"ſiliis manarit. Ejus opera ducem in ne-
"gotiis etiam publicis uſum prodit Aventi-
"nus Lib. III. annal. quo enim tempore Ha-
"driani Papæ Formoſus, & Damaſus Epiſ-
"copi cum nuntiis Caroli Regis Richolfo
"Capellano, & Eberhardo magiſtro pincer-
"narum ad Taſſilonem venerunt, uti eum
"ad obſervanda ſacramenta dudum Pipino
"Regi facta commoneſacerent, auditi ſunt,
"Aventino teſte, in cœtu Præſulum, ubi
"de Virgilii conſilio Dux ea reſpondit, fe-
"citque, quæ pacem haſtenus titubantem
"firmaverunt. Ipſe ſe Taſſilo ad Carolum,
"qui Wormatiæ agebat, contulit, jureju-
"rando renovato, datisque obſidibus ob-
"ſtrinxit fidem. Hæc anno 781. ſane quam-
"diu Virgilius in vivis egit, ſuſtentatus ut-
"cunque Ducis animus, ne rueret in ea, in
"quæ deinde præceps abiit". Hæc author citatus, & maxime eruditus.

XVII. Ex viſitatione diœceſeos redux ſancto fine quievit.

Tandem fato propinquior, ut nihil intermitteret, generalem ſuæ diœceſis viſitationem inſtituit, e qua redux poſt brevem, eumque lenem morbum transactis in regimine juxta noſtram ſententiam triginta annis ſancto fine quievit V. Calend. Decembr. anno 784. cujus ſacrum corpus in latere meridiano Baſilicæ, quam ipſe ædificaverat, honorifice tumulo conditum. Hanc viſitationem diœceſis, ſicut & obitum S. Virgilii per longum deſcripſit diſcipulus S. Eberhardi circa annum 1181. quæ deſcriptio reperitur apud Caniſium edit. recent. Amſtelod. Tom. III. part. II. pag. nobis 397. in noſtro autem ſæpe cit. MS. H. pag. 12. col. 1. 2. & 3. de verbo ad verbum ſic ſonat: "His ita geſtis ad extirpandam funditus & "eliminandam, ſi qua vigere viſa eſt, bar-"barice ſuperſtitionis Idololatria, atque ad "confortandam penitus in fide, frequenti "prædicatorum diligentia plantatam ſuæ "Dioceſis Eccleſiam providens, ac provida "circumſpecti paſtoris vigilantia per villas, "& provincias verbum vite ubertim ſemi-"nando, diu deſiderabiliter optatam ovibus "ſue proprie viſitationis preſentiam exhibuit. "O quanta Principum cujuscunque religio-"nis obviam illi cum pompa precedentium "exultatio! quam laudabilis ſpiritualium vi-"rorum viciſſim ſtipatim, imo certatim Do-"minum, & Patrem ſuum invitantium de-"votio, quorum profecto petitionibus, ubi "ille ſanctitatis, & gratie plenus, omnibus "omnia factus, ut omnes lucrifaceret, Ze-"lo pietatis obediens, Eccleſias conſecra-"bat, & per Karinthiam ſenſim tranſeundo "ad fines Hunorum, ubi Dravus influit Da-"nubium, quo etiam poſtea tempore Arno-"nis primi archiepiſci territorii Salzburgen-"ſis termini, chronicis atteſtantibus, ex-"tendebantur, ſaluberrime viſitationis uſus "officio pertranſiit, palmitesque celeſtis vi-"nee propagando, clericis ad ſacros ordi-"nes promovendis, ut ſingulos arbitrabatur "dignos, benedictionis ſue manum impoſuit. "Ineſtimabilis igitur ſanctitatis & meriti bea-"tus Dei preſul Virgilius, feliciter, & ſtre-"nue laboris ſui curſu conſummato poſt e-"menſas pelagi humani tempeſtates ad me-"tam hujus peregrinationis, & ad portum "ſalutis Jeſum Chriſtum declinans, diſſolu-"tionem ſui corporis juxta neceſſitatem con-"ditionis humane imminentem divinitus "ſibi revelatam longe ante preſcivit, quam "evangelice Dominus vinee ſub perſona Pa-"tris familias ex conventione diurni denarii "corona immortalitatis remuneraturus, pro "temporalibus eterna, pro terrenis felici "commercio tribuens cœleſtia, de carnis "ergaſtulo liberandum, hujusmodi vocibus "creditur invitaſſe: Virgili ſervus meus es "tu, quia in te complacuit anime mee, in-"gredere jam in l. c. & l. ſ. t. Quam vero "mira, & ineffabilis divine diſpenſationis "effulget providentia, quæ dum ſanctum "ſuum Juvavenſi cathedre preficiendum o-"lim ab ultimis occidentalis Heſperie par-"tibus advexerat, ibidem pariter depoſitio-"nis ejus mauſoleum de mediis Pannonie "finibus revertenti preparabat. Rediens "itaque celerius, & memoratam civitatem "ſuam intuitus amariſſime fundendo lachry-"mas hunc viſus eſt decantare verſiculum: "hæc requies mea &c. celebrato denique "divini ſacramenti myſterio leni morbo "correptus anno dominice incarnationis "DCCLXXXIV. Calend. Decembr. obdor-"mivit in domino; cujus corpus in latere "meridiano monaſterii, cujus ipſe duode-"cim annis fabricator, & in tertio decimo "conſecrator exſtitit, prout tantum decuit "pontificem, honorifice fuit repoſitum, ſa-"cer autem ſpiritus ejus civium conſortio "gaudet ſupernorum". Hæc Paraphraſtes Caniſianus, aut potius genuinus auctor diſcipulus S. Eberhardi in noſtro antiquo codice MS. quam narrationem quidem; ut ſupra dictum n. XII. ad finem, inter apocryphas refert Hanſizius. Auctores aliqui præſertim Mabillonius ſæculo III. Benedictino putant annum mortis fuiſſe annum 780. quamvis & Mabillon ſuam ſententiam revocet in annalibus benedictinis, ubi aſſignat annum 785. V. Kal. Decembr. aſt omnia alia chronica antiqua, ut ipſe fatetur Hanſizius, accurate ſtatuunt annum 784. cui & noſtra MSS. antiqua, & recentiora conveniunt, quamvis varient, aut potius error ſcribentis irrepſerit, circa diem, dum in aliquibus Cal. Decembr. in quibusdam V. Calend. Decembr. aſſignetur; in ipſo etiam MS. citato per manum recentiorem correctio cum addito V. Cal. Decembr. interceſſit. Cæterum doctiſſimus Claudius Fleurius de rebus Salisburgenſibus non bene informatus pariter non bene ſcripſit tom. X. lib. XLIV. pag. 378. quod S. Virgilius in monaſterio S. Petri, quod rexerat, & ædificaverat, ſepultus fuerit.

Poſt

XVIII. Cujus corpus post quatuor sæcula inventum miraculis claruit, post quæ

Post Sanctum obitum occultæ latebant exuviæ divi Præsulis per quatuor ferme sæcula, ipse etiam sepulchri locus ignorabatur, tam bene nimirum, ait Mezgerus, thesaurum adeo pretiosum custodiebant Veteres. Quoniam vero Deus gloriam fidelis servi sui propalare voluit, id sequenti ratione factum esse describit discipulus S. Eberhardi apud Canisium l. c. pag. 399. & in nostro MS. antiquo authentico H. pag. 12. col. 3. his verbis: „anno vero dominice „incarnationis MCLXXXI. decima quarta „indictione, XIV. Calend. Martii sub Ale„xandro Papa III. apostolatus ipsius XXI. „& ultimo; regnante sereniſſimo Principe „Friderico Romanorum Imperatore Augu„sto, anni regni ejus XXVIII. & conregnan„te sibi filio ejus Heinrico Romanorum Re„ge glorioſiſſimo. Otto de Wittelinspach „inclyto duce Bavarie ducatum tenente; „supramemorati fabrica monasterii, quæ „schismatis persecutione conflagrante, an„te aliquot annos diruta, & diruenda de„perierat, sumptibus, & jussu preclariſſimi „Pastoris Chunradi Salzburgensis tunc ar„chiepiscopi apostolice sedis tunc in Alema„nia legati, Cardinalis Presbiteri Sancti „Marcelli, Sabinensis Episcopi, modo au„tem Moguntinensis archipræsulis, dum a „fundamentis cepit edificare, Sancti spiri„tus cooperante gratia, & divine majesta„tis suffragante clementia corpus beati Vir„gilii, quod ob immensi temporis antiqui„tatem ab omnibus ignorabatur, contigit „revelari. Quadam die factum est, ut la„pides a muro elapsi aliquantulum intro „spectandi adituin transeuntibus prebuissent, „diligentius hoc ipsum considerantibus, „convocatis patuerunt indicia, & picturæ „vetustionis deaurata illic visa sunt schema„ta. Porro canonicis hujus rei novitatem „perquirentibus, & latius ejusdem muri „aperturis patefacientibus, inventa est bea„ti Virgilii octavi post S. Rudbertum Salz„burgensem Episcopum, tumba, & depi„cta imago, ejusdemque imaginis hujus„cemodi epigramma

„Virgilius templum construxit schemate pulchro.

„& præterea dies obitus ejus V. Calend. „Decembr. Idem vero dignus Deo Pontifex, „ut in annalibus nostris reperimus, majo„ris Ecclesiæ, in qua & sepultus fuit, pri„mus exstitit fundator, & beati Rudberti, „ac sedis Episcopalis in ipsam Ecclesiam, „qua nunc est, pius translator. Tempus „etiam, quo dictus Pontifex obierat, an„no incarnat. dom. DCCLXXX. in ejusdem „annalibus invenimus. Ad tante igitur rei „spectaculum plurimis novarum rerum cu„pidis, ut fieri solet, confluentibus, non „pauci a doloribus diversis sunt allevati". Hucusque MS. H. & Canisius l. c. ubi in ultimis verbis de anno obitus DCCLXXX. pag. 12. col. 4. error in descriptione eo certius irrepsit omittendo quatuor lineas IIII. quia in eodem MS. in eadem pag. col. 3. annus mortis Sancti Virgilii notatus est ad annum DCCLXXXIIII. Hæc ipsa verba ex Canisio, seu nostro MS. H. de verbo ad verbum allegat P. Hansizius pag. 96. num. XLIII. cum aliquali animadversione: dum enim tacere non potest genuinum textum MS. ubi dicitur: *inventa est beati Virgilii OCTAVI post Sanctum Rudbertum Episcopum Salzburgensem*, citatus auctor magna libertate intermediam fecit correctionem, quod loco *octavi* legi debeat *quinti*, ut eliminatos semper habere possit ex sua chronologia tres abbates illos vicarios, qui tamen, licet non fuerint Episcopi consecrati, *regebant* tamen sedem Juvavensem: unde ex his ipsis verbis mire stabilitur nostra chronologia, S. Virgilium nimirum fuisse post S. Rupertum *octavum*, ubi in MS. non legitur, *Episcopum* sed simpliciter, quod octavus nimirum in Ecclesia Juvavienſi fuerit, quamvis Episcopus quoad consecrationem *quintus*, quod & nos fatemur, consequenter & sæpe dicti tres abbates vere ad numerum, & ad temporis computum veniunt inter illos, qui Episcopatum Salisburgensem regebant; quia secus S. Virgilius in ordine *octavus* vocari non potuisset.

XIX. In dies magis ac magis patrata Sanctorum catalogo fuit adscriptus.

Ab inventione sacri corporis indies magis, & magis patrata fuerunt miracula, quæ citatus Canisius a pag. 399. usque ad pag. 407. ex auctore nostro anonymo, seu discipulo Eberhardino fideliter collegit, & de verbo ad verbum leguntur in nostro MS. H. a pag. 12. col. 4. usque ad pag. 17. col. 3. inter quæ statim primo loco est punitio cujusdam insolentis clerici diaconi, qui, cum sacris ossibus contumeliam intulisset, maligno spiritu ad mortem ferme extrucitatus, ad officium reverentiæ, & devotionis S. Virgilio pendendum tristi exemplo adactus est. Accrescentibus autem indies miraculis ope & intercessione S. Virgilii, & postquam Virgilii nomen, & ominosæ inventionis fama innumeros a longe excivit, ita, ut quamplurimi morbidi, & languidi non tantum ad rei spectaculum, sed etiam ad implorandam Sancti Præsulis opem advenerint, laudantes pariter opitulatricem, quam experti sunt, manum, Archiepiscopus Eberhardus II. cum toto capitulo metropolitico supplices Romam ad Gregorium IX. Pontificem litteras dedit, ut virum Sanctum consueto ecclesiæ ritu in Sanctorum numerum publice referret. Itaque transmissis in urbem, quæ tunc exstabant, prodigiis, Sanctissimus Papa Gregorius, dum prius negotium veritatis inquirendæ commisit Episcopo Brixinensi, & quibusdam de familia cistercienſi abbatibus litteris datis Anagniæ III. Id. Septembr. Pontificatus anno quarto, & anno Christi 1230.

omni-

omnibus rite discussis, & probatis Virgilium ut Sanctum pronunciavit XIV. Kalend. Jul. anno Gregorii IX. septimo, & anno Christi 1233. Bulla Canonizationis S. Virgilii est sequens, ut allegat P. Hansizius in vita Eberhardi II. Archiepiscopi XXIII. pag. 335. num. XLIII. & hujus tenoris est.

GREGORIUS PAPA IX.

Universis Christi fidelibus, ad quos littere iste perveniunt.

„Sicut fiale auree, quas vidit Johannes „ plenas odoramentorum, que sunt oratio„nes Sanctorum, in conspectu altissimi ad „abolendam nostrorum criminum corrupte„lam odorem suavitatis emittunt, ita salu„ti nostre credimus plurimum expedire, si „eorum in terris celebrem habeamus me„moriam, ipsorum merita solempnibus re„colendo preconiis, quorum in celis spera„mus assiduis intercessionibus adjuvari. Sa„ne de conversatione vite, & meritis beati „Virgilii quondam Salzburgen Archiepis„copi (*) atque de ipsius virtutibus, & „miraculorum insigniis, cui Dominus tan„tam contulit gratiam, ut ad dandam sci„entiam prime stole immortalitatis ipsius, „& experimentum evidens de secunda, se„pulchrum ejus tot, & tantis daret coruscare miraculis, quod ejus inter alios San„ctos non invocari suffragia est indignum, „per depositiones testium super hæc rece„ptorum certiores effecti, ac attendentes „esse conveniens, ut sic ei auctoritate apo„stolica dignus honor exhibeatur in terris, „sicut claris signis, & evidentibus argu„mentis apparet honoratus in cœlis, ipsum, „qui corporaliter dissolutus cum Christo esse „meruit in celestibus, ne illius honori de„bito, & glorie detrahere quodammodo „videremur, si glorificatum a Domino per„mitteremus, ulterius humana devotione „privari, de fratrum nostrorum, & prela„torum, qui tunc erant apud sedem apostolicam constituti, consilio Sanctorum ca„thalogo duximus adscribendum. Sta„tuentes, ut V. Kal. Decembr. videlicet, „quo carnis ergastulo absolutus ad celestia „regna pervenit, ab universali Ecclesia na„talicia devote, ac solempniter celebrentur. „Quocirca universos vos rogamus, mone„mus, & hortamur in domino per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus „die predicto in commemoratione ipsius Do„mino assurgatis in laudes, ejus patrocinia „humiliter implorantes, ut annua sollemp„nitate memoriam recolentes ipsius, ejus „suffragantibus meritis spiritualem conse„quamini gratiam gaudiorum. Nos autem „cupientes sepulchrum tanti confessoris, qui „miraculorum fulgoribus illustrat Ecclesiam „generalem congruis honoribus frequenta„ri, omnibus vere penitentibus, & confes„sis illud in festivitate ipsius usque ad octa„vum diem annis singulis cum reverentia „visitantibus, de omnipotentis Dei miseri„cordia, & beatorum Petri, & Pauli apo„stolorum ejus auctoritate confisi, quadra„ginta dies de injuncta sibi penitentia mi„sericorditer relaxamus. Datum Latera„ni XIIII. Kalend. Julii anno septimo.

„Præsens sumptum ex Originali in Ar„chivo secreto Vaticano asservato extra„ctum, & collationatum concordat, sal„va semper &c. ideo subscripsi, meoque „munivi sigillo Romæ 30. Jul. 1701.

(L. S.)

Thomas de Juliis Vicepræses: ejusdem Archivi, & Protonots: aplicus.

Et hæc de S. Virgilio, Episcopo Salisburgensi juxta nostram sententiam *quinto*, quoad consecrationem Episcopalem, & nostri monasterii abbate *octavo* dicta sufficiant.

(*) Episcopi.

SÆCULUM TERTIUM.

AB ANNO 782. USQUE AD ANNUM 882.

S. BERTHRICUS,

ABBAS IX.

AB ANNO 784. USQUE AD ANNUM 785.

IX.

I. S. Berthricum non fuisse verum abbatem in nostro monasterio sentit quidem, sed male P. Hansizius;

Postquam sanctus Virgilius episcopus Salisburgensis, & abbas nostri monasterii implevit *sæculum* a condito, & fundato nostro monasterio juxta computum chronologiæ nostræ antiquæ satis probatæ *secundum*, imo & duas supra sæculum secundum vidit aristas, Pater etiam futuri, seu tertii sæculi factus, eidem Præsuli anno 784. sancte defuncto in sede Juvaviensi successit Berthricus abbas, in ordine & episcopus saltem denominatus, & electus respective nonus. An hic Berthricus verus abbas fuerit, qui regebat Juvavensem ecclesiam, jam denuo ad controversiam provocandum cum P. Hansizio Chronologiæ nostræ Salisburgensis magno adversario; qui, sicut tres abbates Ansologum, Savolum, & Ezzium ex numero Præsulum Juvaviensium penitus excludit, ita æqualis fors juxta hunc auctorem, qui magnam sibi attribuit potestatem, manet *Berthrico*, & manebit Ammilonio successori Arnonis; sic enim scribit cit. author pag. 87. num. XXV. circa medium in vita S. Virgilii: „Berthricus, „ait, eo modo a Virgilio fuit constitutus abbas, quo *Ansologus* a Ruperto, *Savolus*, „& *Ezzius* a Vitale, nempe *vicarius*, abbas, „& *secundarius* quod munus etiam sub Ar„none gessit, ut liquet ex Codice Petrensi „vetusto sub Arnone scribi cœpto, ubi

„pag. 2. (*) in ordine epiſcoporum, vel ab„batum vivorum primo loco ponitur: *Arn* „*Archiepiſcopus*, dein: *Rachto vocatus epi*„*ſcopus*, *Hidilbertus diaconus*, *Bertricus ab*„*bas &c.*, non alio certe ſenſu, quam quo dixi: quum teſte Alberto laudato certum „ſit, Arnonem præter titulum epiſcopi et„iam *abbatis* geſſiſſe, nempe ſic, ut Arno „abbas ſupremus, alter Vicarius, & quaſi „Prior, & Decanus cœnobii eſſet, quem „mortem etiam a ſubſequentibus archiepi„ſcopis obſervatam teſtatur idem Albertus „pag. 21. usque ad Fridericum I., qui ab„batis munus dimiſit.„ Hucusque Hanſizius, ſed Alberti noſtri, qui catalogum epiſcoporum & abbatum anno 1646. typis edidit, cum bona venia id dicimus, non genuinus interpres. Nihil enim citatus Albertus abbas pag. in catal. 21. juxta interpretationem Hanſizii ſcripſit, quod Arno habuerit abbatem vicarium, & ſecundarium, bene vero, quod Arno, & omnes alii ſubſequentes Archiepiſcopi præter titulum epiſcopi etiam retinuerint nomen *Abbatis*, & fuerint *abbates* vere tales, quin ulla mentio fiat de aliquo vicario abbate, aut ſecundario; ſic enim ſonant verba Alberti abbatis noſtri in catal. pag. 21.: „Hi archiepiſcopi, præter Fridericum nul„lo certo ordinato abbate congregationis re„ligioſorum monaſterii S. Petri, ubi tunc „reſidebant, monachisque ſub uno tecto „cohabitabant, curam, & gubernationem „ſibi reſervarunt, præpoſitis conventui ſo„lis Prioribus, ſeu Decanis ipſi ſimul epi„ſcopi, & abbates. Quod confirmat ca„talogus archiepiſcoporum de anno 1186., „in quo ſucceſſor immediatus Ammilonii „Adalramus non ſolum archiepiſcopus, ſed „& abbas expreſſe nominatur.„ Hucusque Albertus abbas, ex quo textu plane conſtat, quod archiepiſcopi non habuerint abbates ſecundarios, ſed ipſimet fuerint abbates, quamvis priores conſtituerint, qui tamen abbates dici nec poſſunt, nec debent, & ex ultimis præſertim verbis, quod *Ammilonio*, quem pariter eliminat Hanſizius, ſucceſſerit *Adalramus* archiepiſcopus, & abbas, clare colligitur, & Ammilonium fuiſſe verum abbatem, & Adalramum. Et cur, amabo, in ſucceſſione novem archiepiſcoporum & *Adalramo* usque ad *Fridericum* de nullo abbate *ſecundario*, aut *vicario* quædam fit mentio? cur tantum de Anſelogo, Savolo, & Ezzio, Berthrico, & Ammilonio usque ad *Adalramum?* ſi juxta mentem Hanſizii, ſed non juxta ſententiam Domini abbatis noſtri Alberti, omnes Archiepiſcopi uſi fuiſſent *abbatibus ſecundariis?* Cæterum ad illa præjudicia, quæ hic auctor Hanſizius partim hoc loco cit., partim in vita Arnonis pag. 99. & 100. allegat ex noſtro codice M. pag. 6. num. 23., quod Berthricus vixerit adhuc ſub Arnone tanquam abbas ſecundarius, quia in illo antiquo Necrologio primo loco ponitur *Arn archiepiſcopus*, deinde *Rachto vocatus epiſcopus*, *Hidilbertus diaconus*, & *Bertricus Abbas*, jam dudum ſolide reſpondit Hanſizio adhuc viventi cœnobita, & confrater noſter, quem in vitis Anſologi, Savoli, & Ezzii citavimus num. V., ejusdemque epiſtolæ ad P. Hanſizium ſcriptæ potiorem partem adduximus, ſic enim reſpondit confrater noſter, ut ipſe Hanſizius in ſuis reflexionibus pag. 991. num. CLIV. recenſet: „Non demum obſtat, quod fol. 100. legi„mus in hunc modum: *Manifeſtum ſit an„no 798. quo Arno dignitate archiepiſcopali „ornatus eſt, in vivis etiam Berthricum fuiſſe, „eoquod in ſæpius allegato necrologio ſub ordi„ne epiſcoporum, vel abbatum vivorum primus „nominetur archiepiſcopus, & quarto loco „Berthricus abbas ponatur.* Hoc, inquam, „non obſtat; niſi enim dicere velis, quod „defuncti vivis ſint intermixti, prout id ve„ritati concordare indicat *Adalchram archie„piſcopus*; cum nullus ſub Arnone hujus „nominis epiſcopalem ſedem acceperit, ſed „Arnonem ſanctiſſime defunctum in regimi„ne archiepiſcopali ſecutus fuerit Adal„chram archiepiſcopus, & ſi in eadem co„lumna *ſub rubrica epiſcoporum, & abbatum „vivorum Adalchram archiepiſcopus cum aliis „ponatur*, prout apud Clariſſ. D. P. Bernar„dum Pez Tom. I. anecdot.: videre eſt, ſu„ſtineri cum fundamento poterit, quod alii, „quam Salisburgenſes tantum ibidem ſint „expreſſi, veluti clarum hujus ſubminiſtra„tur exemplum, in *Rachtone vocato epiſcopo*, „& *Hidilberto diacono*, quales nusquam in „ullo catalogo, ne quidem in eodem vetu„ſtiſſimo, & vel ideo fide digniſſimo codice „inter Salisburgenſes invenire quis poterit: „quare non immerito poſt ea, quæ in eo„dem necrologio expreſſa videmus epiſcopo„rum, & abbatum nomina Cl. D. P. Pez do„ctiſſimam hanc ſubjungit criſin: *Hæc no„mina non unorum eccleſiæ Salisburgenſis epi„ſcoporum, vel abbatum ſunt, ſed aliorum et„iam, qui pio fœdere prioribus conjuncti fue„rant.*„ Hæc cœnobita noſter ad Hanſizium, qui equidem ultimato nihil novi amplius reſpondit, ſed quod a nobis aliunde jam ſatis ventilatum fuit, ut legentibus patebit.

II. Verius autem defenditur fuiſſe ſucceſſorem Virgilii, & abbatem, quamvis non fuerit epiſcopus conſecratus.

Dum ergo male excluditur a P. Marco Hanſizio abbas noſter Berthricus ex numero abbatum, & Præſulum, qui regebant eccleſiam Juvavienſem, inquirendum erit, quid veroſimiliter de beato noſtro Berthrico dici valeat, manuducentibus nos manuſcriptis tam antiquis, quam recentioribus, e quibus opiniones ſuas hauſerunt Albertus abbas noſter in catalogo abbatum, & Mezgerus in hiſtoria Salisburgenſi. Pro Berthrico abbate noſtro ſtat præprimis inſigne teſtimonium Poëtæ anonymi antiqui de anno 1061. cujus verſus deſcripti ſunt in antiquo codice noſtro M., & per quos us-

(*) Pag. 6. num. 23.

que ad Gebhardum ordo præſulum Juvavienſium deſcribitur, qui ita ſonat:

——— Poſtquam ſedem poſſedit eandem
Virgilius exul: poſt hunc meruit fore preſul
Abbas Bertricus: poſt quem ſtat in ordine ſcriptus
Arn: cui ſucceſſit &c.

Qui verſus poëtæ anonymi Salisburgenſis, ſi non majorem, ſaltem eandem habent auctoritatem, quam Hanſizius, & Mabillon attribuunt poëtæ extero Ratisbonenſi, qui, ut jam ſæpius dictum fuit a nobis, nonniſi catalogum epiſcoporum conſecratorum Salisburgenſium ſcripſit, aut omnino de rebus Salisburgenſibus non bene informatus fuit, dum ſcripſit omiſſo Berthrico:

Advena *Virgilius*, ſtatuens quam plurima, quintus:
Multa plura gerens *Arno* ſuper omnia ſextus.

Inſuper in eodem MS. habetur catalogus jam anno 1004. collectus, ubi in ordine præſulum poſt *Virgilium* epiſcopum, & abbatem ponitur immediate *Berthricus Abbas*. Omiſſis aliis manuſcriptis minus antiquis de Berthrico abbate ſequentia ſcribit Albertus abbas noſter in ſuo catalogo pag. 11.: „Ber„thricus abbas a S. Virgilio conſtitutus in „Ejusdem defuncti locum poſtea epiſcopus „ipſe eligitur, ſed uno tantum anno in epi„ſcopatu ſedit, abbatiæ autem præfuit an„nis ſex.„ Longiori paraphraſi initium regiminis, nec non brevem vitæ periodum B. Berthrici exponit Mēzgerus pag. 214. his verbis in hiſtoria Salisburgenſi: „Poſt tran„ſitum D. Virgilii in cathedram epiſcopa„lem communi eligentium monachorum „S. Petri votō, immo ipſius anteceſſoris „Virgilii, ut nonnulli ſcribunt, calculo ef„fectus eſt abbas S. Petri Berthricus. Ab„batem jam egerat annis ſex, quibus ſe pro„bavit virtutum ſpeculum, doctrina, ſub„miſſione animi, manſuetudine eximium, „Patrem pauperum, captivorum liberato„rem, miſerorum ſolatium, paſtorem ſol„licitum, divini verbi præconem egregium. „Cumque ſic dignis præſule dotibus emine„ret, potentum tamen gratiam invidia alio„rum ei intervertit. Brevi regimine ma„gna merita complexus, intra anni ſpa„tium vitam, & dignitatem abſolvit: ab „ea, quam anno 784. menſe decembri ad„iit, anno ſequenti octobris 14. obiit. Im„mortale nihilominus nomen, & ſanctita„tis famam in poſteros transmiſit.„ Hucusque author citatus: nos quidem penitus, negare non volumus, quod S. Virgilius ante mortem ad gubernationem abbatiæ ordinaverit religioſum, & doctum monachum quemdam Berthricum; hoc enim reperitur in plurimis manuſcriptis noſtris ſed non adeo antiquis; nam antiquiora, præſertim diſcipulus Eberhardinus in manuſcripto H., & alia documenta de hac proviſione tacent, probabilius autem principale tam epiſcopatus, quam abbatiale regimen ſibi ſervavit Virgilius, cui demum poſt mortem in utroque & epiſcopali, & abbatiali regimine ſucceſſit Berthricus, qui equidem epiſcopus fuit denominatus, & electus, ſicut erant Anſologus, Savolus, & Ezzius, quia tamen, ut illis temporibus mos erat, prout & in vita ſancti Virgilii dictum fuit, epiſcopali conſecratione caruit, & eo facilius quidem, quia regimen ipſius fuit breviſſimum, hinc tantum abbas vocatur in antiquis codicibus, talis tamen qui *regebat eccleſiam Juvavenſem;* ſic enim in ſæpe cit. MS. H. pag. 26. averſ. colum. 2. poſt Catalogum primorum epiſcoporum ſequentia referuntur: „In hoc Katalogo quinque ab„bates continentur, qui absque pontificali „ordine, & dignitate regebant epiſcopa„tum Juvavenſem: hi vero ſunt Anſolo„gus, Savolus, Ezzius, Berthricus Ammi„loni.„ De geſtis in particulari, præſertim, quia regimen fuit breve, nihil conſtat.

B. ARNO,

B. ARNO,

ARCHIEPISCOPUS SALISBURG. I. ET ABBAS S. PETRI X.

AB ANNO 785. USQUE AD ANNUM 821.

I. Arno, de cujus patria, & ſtemate in diverſas ſententias abeunt ſcriptores,

Elapſo ducentorum annorum ſpatio jam altius ſurgere cœpit Juvavienſis eccleſia; hactenus quidem ſat illuſtris tot præſulum ſanctitate, ſed opibus, & jurisdictione minor, nunc ad ampliorem potentiam promota, atque ad ſplendidam metropoleos dignitatem ſupra alias eccleſias elevata, ſanctitate nihilominus non impar, eo nimirum tempore, quo in regimine abbatiali non minus, ac epiſcopali defuncto *Berthrico* ſucceſſor ARNO, brevi poſt pallio etiam archiepiſcopali decoratus. Quis fuerit *Arno*, & unde venerit? in varias ſententias abeunt hiſtorici; ex noſtro enim gremio non fuiſſe aſſumptum ad regimen, prout illis temporibus erat conſuetudo, fatentur omnes; „Magni hujus viri natales„ (ait eruditus auctor ſæpiſſime laudatus Hanſizius in principio vitæ Arnonis) „Mabillo„nius, aliique procul extra Bajoariam in „in Britannia quæſierunt. Alcuini celeber„rimi id ætatis viri Caroli Magni Præcepto„ris germanum fratrem arbitrati ſunt, eo „argumento inducti, quod Alcuinus eum in „pluribus epiſtolis germanum ſuum appel„let. E Britannia credunt veniſſe in Fran„ciam: ibi monaſterium Elnonenſe ingreſ„ſum egiſſe cœnobitam; deinde anno 782., „poſt obitum Gisleberti, ejusdem cœnobii „abbatem creatum: demum ad cathedram „Salzburgenſem adſumptum, quo auctore, „quo promotore, nemo detexit. Mihi, ut „certum eſt, abbatem Elnonenſem fuiſſe, „tamen non probatur eſſe Britannum, aut „Alcuini fratrem, aut e Britannia veniſſe. „Vetus MS. monachi Cremifanenſis eum ait „natione *Saxonem*; ante monachatum et„iam Elnonenſem in Bajoaria verſatus eſt, „negotiis publicis crebro adhibitus, pro„pterque egregias animi dotes Thaſſiloni „Duci in oculis, cujus etiam favore ad re„gimen Salzburgenſe vocatum plane credo.„

Hucusque auctor citatus, qui & plura erudite scribit de Arnone, quis fuerit, & unde venerit suis non destitutus fundamentis; credit enim verosimilius vigore tabularum Frisingensium, ubi Arno Presbyter adscriptus invenitur, Arnonem non tam Britannum, quam Saxonem, vel Bojum fuisse, in gremio Frisingensi adoleviſſe, anno circiter 765. ordinatum esse diaconum a Josepho Frisingensium præsule anno 776., initiatum sacerdotio ab Aribone Frisingensi: anno demum 778. transiisse ad Belgas, ibidemque monasterio Elnonensi se mancipasse, in quo cœnobio tribus circiter annis vitam egit, privatam, videlicet ad annum usque 782., quo tempore Gislebertus ejusdem loci cœnobiarcha supremum diem clausit, post cujus suprema fata idem Arno ad monasterii claves promotus fuit, utpote, ut habet chronicon Elnonense, vir bonus, qui ad virtutem exemplo suo multos provocavit: ita sentit supra citatus historicus sua laude digniſſimus. Huic sententiæ accedere videtur celebris historicus Frisingensis Carolus Meichelbeckius Benedictinus in celeberrimo monasterio Benedictoburano professus, dum specialiter in dissertatione quadam historica num. V., pag. 69.; ita scribit de Arnonis patria: „Bertricum (nimirum abbatem, & episcopum Salisburgensem in ordi„ne nonum) excepit Arno, qui ex Frisin„gensi benedictino, & cathedrali monaste„rio accitus episcopus primum, & abbas „præfuit; ast postea ob incomparabilis ani„mi dotes, & ingentia merita ad Caroli „magni, & ipsorum adeo Bojariæ episco„porum commendationem, & preces a „Leone III. cum pallio archiepiscopalem di„gnitatem primus sedi suæ Salisburgensi ob„tinuit, anno verbi incarnationis 798., „quem Arnonem, tametsi Salisburgensis „historia vocet fratrem Alcuini Caroli M. „Instructoris; nescio, unde locorum adve„ctum, certo tamen tenendum est fuisse na„tione Bojum, nobilem de Pietlbach, Ho„hofoldi filium, & Frisingensis cathedralis „monasterii a D. Corbiniano nostro excitati „doctissimum monachum, & canonicum. „Ita enim luculenter constat ex Frisingensi„bus documentis, veluti alias me monuisse „in Exercitatione III. fol. 40. memini.„ Hæc Meichelbeckius. Aliter sentire videtur, in antiquitate, & historica eruditione non vulgariter versatus D. Amandus abbas noster, qui in quodam relicto manuscripto in descript. SS. reliq. Cap. XXXI. §. I. hæc notata reliquit: „Quis iste Arno, aut quo „stemate oriundus? res incerta est, neque „facile inter Salisburgensia monumenta ali„quid reperitur, quod vel indicium suspi„candi præbeat: ex Alcuino Flacco tamen „illo celeberrimo abbate S. Martini Turonis „in Gallia Caroli Magni præceptore, & ma„gistro aliqua desumo, quæ suspicionem „movent non inanem, hunc Arnonem fuisse „germanum fratrem ipsius Albini Flacci Al„cuini. Lego inprimis epistolam ejus sex„agesimam sextam, quam in suis operibus „habet fol. 1584., in hac epistola sæpius „germanum fratrem vocat, monetque fra„trem amoris &c., hanc autem scripsisse ad „Antistitem Juvavensem constat ex contex„tu: at vero nullus inter antistites Salisbur„genses convixit Alcuino, nisi Arno, nul„lusque Pontifex Juvavensis alius Aquila „vocabatur. Vocat autem Aquilam Arno„nem non nomine proprio, sed appellativo „propter eminentiam archiepiscopalis di„gnitatis, ut & Carolum M. persæpe vocat „Davidem ut constat ex ejus epistolis vigin„ti tribus.„ Hucusque collector noster, & postquam recitat verba epistolæ sexagesimæ sextæ, sic pergit: „Has epistolas ad Pon„tificem Salisburgensem, & fratres sancti „Petri, quorum Arno abbas, & Pontifex, „& tandem archiepiscopus erat, datas esse „patet ex ipsis epistolis; nullus autem vel „inter episcopos, vel inter abbates nomen „Aquilæ proprium habuit, & tempore Al„cuini, & Caroli M. Arno abbas, & epi„scopus Salisburgensis erat, quem proinde „toties vocat Germanum suum. Igitur pro„babiliter opinor, Arnonem Alcuino ger„mano sanguine junctum, & quod inde se„quitur, natione fuisse Anglum; teste enim „Trithemio Alcuinus Anglus fuit, sancti „Bedæ Presbyteri in Anglia discipulus. „Quam opinionem non vanam esse plura ar„gumenta confirmant; sub Arnone enim & „Carolo Magno Scotos, & Anglos mona„chos in Germaniam venisse, & Scotorum „monasterium Ratisponæ incepisse, docet „Aubertus Miræus, quamquam Aventi„nus, & ex ipso Hundius initia illius mo„nasterii sub Heinrico tertio, vel quarto „Imperatore collocent.„ Et denique post alia in fine §. I. ultimis verbis sic concludit: „hæc movere videntur saltem probabiliter, „Arnonem fuisse Anglum, aut Scotum, & „Alcuini illius verum germanum.„ Hæc Amandus abbas noster in cit MS. Ex his diversis opinionibus ferme præcedentes duæ nobis videntur præponderare.

II. Non tantum Bertrici successor in episcopatu, & abbatia hujus loci,

Sed quis litem dirimet in re tam incerta? hoc certum est, quod Arno (sive Britannus, sive Saxo, sive Bojus, sive Alcuini frater germanus, sive non fuerit?) post obitum abbatis Bertrici circa annum 785., primo quidem ab abbatialem, & episcopalem, & denique ob præclariſſima sua merita, & gratiam apud Principes primus Salisburgensium sub Leone III. Papa ad dignitatem archiepiscopalem fuerit promotus, in ordine abbatum a S. Ruperto decimus. Rursus hic crisin inspergit, aut potius antiquam crambem repetit Hansizius in vita Arnonis num IV., dum ita scribit ad tuendam suam chronologiam & expungendum Præsulem *Bertricum:* „Arno post annos inde duos, id „est anno 785., Virgilio defuncto Juvavensi „haud dubie Thassilonis Ducis opera, & „Boicorum Præsulum voto, ac præcipue „Virgilii

„Virgilii antiſtitis, qui virtutem hominis „antea noverat, commendatione ad eam „ſpartam evocatus eſt ſub principium anni „785. in ordine præſulum Juvavienſium ſex„tus, uti canit Poëta anonymus ſæpe lau„datus:

„Advena Virgilius ſtatuens quamplurima quintus:
„Multa plura gerens Arno ſuper omnia ſextus.

„Unde falluntur, qui Virgilio Betricum ab„batem ſufficiunt: quum & auctor hiſtoriæ „de converſ. Bojar. & Carant., quo hacte„nus claſſico ſumus uſi, & modo rurſum „utemur, Arnonem epiſcopum diſerte ap„pellet *Virgilii ſucceſſorem*. Quo facit etiam „codex Salzburgenſis onomaſticus, quem „jam alias uſurpavimus, ſub Arnone ſcribi „cœptus, qui pag. 2. ſatis indicat, abba„tem Bertricum ad annum 798. egiſſe ſuper„ſtitem: quippe, quod ibi recitetur *ordo „epiſcoporum, vel abbatum vivorum:* atque in „his primo nominetur *Arno archiepiſcopus*: „deinde loco quarto *Berthricus abbas*, quo „manifeſtum fit anno 798., quo Arno di„gnitate archiepiſcopali ornatus eſt, in vi„vis etiam Bertricum fuiſſe, atque adeo „nunquam occupaſſe locum epiſcopi, niſi „velis eum dignitate, quod in mentem ne„mini venit, excidiſſe., Hæc Hanſizius: verum poſtquam per longum has omnes objectiones ſatis diſſolvimus in vita Berthrici abbatis, & aliis locis, his haud amplius immoramur; nec enim nos movet, aut abſterrere debet auctoritas Poëtæ anonymi, neque etiam id, quod de Necrologio noſtro antiquiſſimo, nobis perbene noto, in ſuas partes trahere nititur idem auctor, nobis præjudicat, uti ſatis hæc omnia probavimus in vita Bertrici num. I. & II. Quod vero auctor hiſtor. de converſ. Bojar. & Carant. (quo veluti claſſico utitur Hanſizius, ſed non minus & nos utemur, & hactenus uſi ſumus) *Arnonem* dicat fuiſſe *ſucceſſorem Virgilii*, noſtrum computum, & abbatum ordinem non deſtruit; dicitur quidem in hac hiſtoria, quam nos habemus in antiquo Cod. H., (quo multo antiquiorem forte de hac converſ. hiſtoria nec Caniſius in ſuis antiquis lectionibus, nec Jacobus Basnagius in ſuis obſervationibus, & nec ipſe vidit Hanſizius unquam) Arno ſucceſſor Virgilii pag. 3. col. 1.; ſucceſſor nimirum in epiſcopatu qua Epiſcopus conſecratus in ordinandis presbyteris, & miſſione in Carinthiam, ex hoc tamen non ſequitur, quin Berthricus non fuerit abbas, & epiſcopus denominatus poſt S. Virgilium, & quidem talis, qui regebat eccleſiam Juvavienſem; nam in hoc ipſo MS. H. in catalogo præſulum pag. 26. col. 3. cum induſtria diſtinctione poſt Virgilium epiſcopum ponitur *Berthricus abbas*, & tunc demum *Arno archiepiſcopus*. Aſt his tantum pro notitia prælibatis, ut lapidem revolvamus ab oſtio hiſtoriæ Arnonis, quem c. l. nobis poſuit Hanſizius de Arnone noſtro, indubitatum eſt, fuiſſe verum abbatem, & epiſcopum hujus ſedis, quamvis adeo certe non conſtat, quo auctore, & promotore hanc cathedram conſcenderit? ita enim antiquiſſimi, & novi pariter catalogi unanimiter conſentiunt; ſpeciatim vero colligitur ex verſibus antiquiſſimi Poëtæ anonymi domeſtici, extraneo Ratisbonenſi, quem Mabillon, & poſt ipſum Hanſizius ſecutus eſt, ſemper æquiparandi, immo magis æſtimandi, de anno 1061. jam ſæpius adducti, qui verſus leguntur in MS. codice M. jam prius ſcribi cœpto:

Abbas Bertricus, poſt quem ſtat in ordine ſcriptus
Arn, cui ſucceſſit, qui fortiter omnia geſſit,
Archipoteſtatem, qui primus habet eandem.

Ita codex antiquus. De Arnone tanquam abbate, & epiſcopo Mezgerus noſter Cap. I. Lib. III. ſic ſcribit: „Salisburgum inde trans„latus etiam monaſterio S. Petri abbas præ„fuit: quod munus cum ipſo pontificatu aut „paulo ante iniit, ſiquidem Bertricus an„teceſſor in epiſcopum aſſumptus, non le„gitur, alium ſibi abbatem ſubſtituiſſe. Ser„vaſſe ſimul aliquo tempore abbatiam Elno„nenſem, aliqui tradunt; idque ex iis, quæ „jam Salisburgenſis Pontifex Elnone egiſſe „dicitur, non inepte colligitur. Poſt ali„quos annos in cathedra Salisburgenſi ex„actos, exemplo Divi Virgilii, plus profu„turus ſancto Petro, ſi non ipſe ſolus præeſ„ſet Ammilonio monacho, poſtea etiam in „archiepiſcopatu ſucceſſori clavum cœnobii „commiſit.„ Hæc citatus author. Paulo aliter, & ſuo ſyſtemati conformius de abbatia, & epiſcopatu Arnonis ſcribit ſæpe citatus Hanſizius num. VI. „Retinuit Arno, ait ille, „Mabillonio Judice per annos et„iam complures abbatiam Elnonenſem: „quod tum fere abbatibus in epiſcopatum „aſſumptis, in more poſitum erat: idem„que præterea abbatem monaſterii Salz„burgenſis ſe geſſit, uti teſtes ſunt catalogi „ejusdem cœnobii: quo plane apparet epi„ſcopis Juvavienſibus primitus annexum „fuiſſe munus abbatis, cujus tamen procu„rationem ipſi cuidam de cœnobitis dele„gare ſolebant, qui idcirco, cum rem habe„ret, etiam nomen abbatis ferebat, eo ni„mirum ſenſu, quæ ſæpius diximus.„ Hæc ille. Sed nos ſuo loco videbimus, an, & qualis abbas fuerit Ammilonius, an archiepiſcopus, an verus ſucceſſor Arnonis?

III. Verum etiam ob præclara merita, & gratiam apud Principes,

Sed ordo jam exigit, ut amplius, & in particulari inveſtigemus in ampliſſima merita, & excelſas animi dotes, quibus præditus erat ARNO, qui ea propter, poſtquam & omnem gratiam apud Principes, præſertim Carolum M. ſibi conciliabat, ad dignitatem archiepiſcopalem primus ex præſulibus Juvavienſibus fuit promotus.

MS. R.,

MS. R., quod est chronicon Martini abbatis, non quidem valde antiquum, sed majori ex parte ex antiquis codicibus collectum, prout stylus subinde manifestat, sequentia refert fol. 90.: „Arno primus Juvavienſium archiepiſcopus, vir castus, „integer, facundus, animi magnitudine, „consilio, doctrina, & sanctitate vitæ cum „quovis alio optimo pontifice comparandus, „circa annum DCCLXXXVI. temporibus „LeonisPapæ III.(*) cum consilio Caroli ma„gni Imperatoris in demortui Bertrici lo„cum surrogatur. Fuit hic Arno Tassiloni „tertio Bojorum duci plurimum acceptus & „gratus, & ab ipso in legatione contra Ca„rolum magnum ad summum Pontificem „missus, at re infecta reversus. Exacto po„stea ex ducatu Thassilone, cum Theodone „filio, magna apud Carolum valuit auctori„tate, multis, & maximis consultationi„bus adhibitus, crebris legationibus per„functus, publicis quoque conventibus in„tra, & extra Germaniam interfuit, ab „omnibus maxime suspectus, & honoratus „fuit. Cui etiam Imperator conversionem „adhuc infidelium Bojorum, Hunnorum, „& Sclavorum commisit. Quod opus satis „gnaviter, & indefesse maxima cum utili„tate, & profectu ad nutum Imperatoris „perfecit. A quo ad suam Juvavienſem „ecclesiam partim remuneratus, partem „spei funibus uberioris promotionis conse„quendæ religatus dimittitur.„ Hucusque MS. Historiæ nostræ Salisburgensis auctor Mezgerus c. l. Cap. I. de meritis Arnonis, & gratia apud Principes, quam sibi conciliavit, sic scribit: „Hic ergo vir omni „exceptione major mox principibus aliis, „præsertim Tassiloni Bavariæ duci compri„mis charus esse cœpit; cui vicissim tantum „detulit, ut pro eo legationem in negotio „pacis cum Carolo M. comite Henrico abba„te Monseensi subire non detrectaverit.„ Hæc Mezgerus, qui exinde pro more suo coincidentis historiæ nexum fusiori calamo describit, qualiter nimirum Tassilo Dux Bavariæ, dum ob plurimas ditiones par regibus fuit, dum regiam affectabat coronam, ipso etiam ducali pileo exutus fuit, a Carolo M. victore propter rupta pacis fœdera in monasterium Laurisheimense cum filio Theodone relegatus, ubi ad gravem usque senectam sancte vixit monachatu longe clarior, & felicior, quam principatu. Audiri etiam meretur P. Hansizius, quid de meritis, & de Legatione Arnonis in causa Ducis Tassilonis contra Carolum M. Romæ gesta nobis reliquerit. „De Arnone, ait, „illud universim dici potest, virum fuisse se„culi sui clarissimum, cui, quum abunde „esset virtutis & industriæ, domi, neutrius „in utraque republica ostendendæ occasio, „nec felicitas defuit. Ei primum Tassilo „Dux, ei deinde Carolus cognomento Ma„gnus, ei Pontifices Romani summa quæ„que reipublicæ, ecclesiæque negotia cre„diderunt, in quibus ille sic versatus est, ut „dignus haberetur, cujus curæ regiones „amplissimæ in vera religione instituendæ „mandarentur: quique demum hierarchiæ „Boicæ fastigium obineret, jaceretque „ejus dignitatis fundamentum, quo Juva„vensis ecclesia deinceps in paucis eminuit. „Mox a susceptο pontificatu res Bojoariæ „turbidas invenit. Cudebatur saba in Tas„silonem Ducem imperii Francici impieta„tem: opportune Carolus in Italiam ad Ha„drianum Papam profectus est anno 787. „ea videbatur oblata occasio concordiæ in„terventu Pontificis redintegrandæ. Ab„legatus ad urbem Arno cum Henrico ab„bate Monseensi, eo appulerunt sub festum „Paschæ, ubi, quæ gesta sint, eadem fere „sententia narrant annalistæ Francici. Ba„ronius pro Arno, seu Arnone Isarnum ex „monacho Engolismensi vocat, Metenses „Artinum. Effecerunt orando legati, ut „Pontifex sopiendo dissidio operam obnixe „interponeret. Nec abhorrebat Carolus, „sed quum ad pacta sancienda veniretur, „excusarunt legati, nihil potestatis ad hoc „sibi datum a Duce. Eo dicto offensio re„cruduit, satis intelligente Rege, non pa„cem ab duce, sed moram quæri; eodem„que anno tribus e partibus totidem exerci„tibus petitus Tassilo, tum quidem exitium „datis duodecim unacum Theodone filio „obsidibus redemit; sed interea percusso „cum Hunnis Avaribus clanculario fœdere „deprehensus, anno sequenti in conventu „Ingelhemensi exauctoratus, vitam cucul„lo servavit.„ Hucusque eruditus author citatus. De reliquo Arno noster antea Tassiloni gratus, & amicus Romana illa legatione animum quidem Caroli M. alienum fecit, eo quod hosti suo adhæsisset, exauctorato autem Tassilone rursus in gratiam rediit, utpote quem ipsa necessitudo, quæ Principi vicino tenebat obstrictum, excusabat, non minus patrocinabatur eidem virtus, aliæque animi, & corporis dotes eximiæ, ut adeo Arno noster, qui antea Duci, nunc etiam Regi & Imperatori maximo Carolo familiaris, & charus esse cœperit.

IV. Interventu Caroli M. archiepiscopali dignitate fuit ornatus anno 798.

Dum ergo Carolus M. Arnonem circa annum 792. non solum in gratiam, sed & in specialem amicitiam acceptum impense coluit, eundem non tantum litteris, & postea omnino etiam præsentia sua honoravit, sed insuper ad Hunnorum conversionem & novæ ecclesiæ Sclavorum ordinationem adhibuit, immo in maximis negotiis & legationibus ad ipsum Romanum Pontificem præclara Arnonis opera uti voluit, quod ipsemet Carolus testatur in Capitul. L. VII. C. 107. dicens: *Arnonem episcopum misimus ad Leonem apostolicum, ut inter cætera, quæ ferebat, etiam eum & hoc interrogaret, ut quidquid super his definiendum esset, apostolica auctoritate a nostris episcopis sopiretur.*

(*) Hadriani I. Pontificis.

tur. Igitur „maximum meritorum Arno„nis, & gratiæ apud Carolum M. (ait Mezgerus noſter fol. 230. c. l.) „argumentum „eſt, quod hujus interventu Arno obtinue„rit Archipræſulis Bojariorum dignitatem, „perpetua poſtmodum ſucceſſione in eccle„ſia Salisburgenſi glorioſe propagatam. Id „factum anno verbi incarnati 798. S. Leo„nis III. anno tertio, Caroli in regno italico, „ſeu Longobardico viceſimo quinto, in Fran„cico vero trigeſimo. Huc multum contu„lit auctoritas Caroli, ſed majus pondus „addidere eccleſiæ Salisburgenſis merita re„centia, & epiſcoporum aliorum Bojcæ, „inter quos etiam Waltericus ipſe Patavien„ſis nominatur, poſtulatio.„ Hæc Mezgerus. Nos ad hujus rei confirmationem etiam adnectimus Bullam Leonis III. pontificiam vigore cujus Arnoni noſtro, omnidusque ſucceſſoribus in epiſcopatu hæc metropolitana dignitas fuit collata, quæ Bulla non tantum reperitur in multis exemplaribus Salisburgenſibus, verum & ſpecialiter illam unus ex primis allegavit Hundius, fol. nobis 3. in ſua metropoli, ex quo auctore eandem deſumpſit Hanſizius, & alii.

Bulla Leonis III.

„Dilectiſſimis nobis Alim Eccleſiæ Sabio„nenſis, qui nunc Brixinenſis: ſeu At„toni eccleſiæ Friſingiæ, ac ſimul eccleſiæ „Reginenſis, nec non Walderico eccleſiæ „Patavienſis, & Simperto eccleſiæ Niwen„burgenſis, Provinciæ Bojoariorum epiſco„pis Leo ſervus ſervorum Dei. Dilectionis „veſtræ, quas nobis petitorias emiſiſtis ſyl„labas libenti ſuſcepimus animo, in quibus „ferebatur, ut in provincia veſtra archie„piſcopum ordinaremus, quo provincia „ipſa mirifice a filio Domino noſtro Carolo „excellentiſſimo Rege Francorum, & Lon„gobardorum, & patritio Romanorum pe„nitus ex omni parte, ſicut decuit, ordi„nata eſt. Idcirco convenit, nos ipſos „nempe eccleſiaſtico moderamine in ſacro „ordine fideliter, atque ſpiritualiter ſecun„dum cenſuram canonicam, ipſam ordina„re Bojariorum provinciam: & quia, Deo „auſpice, reperientes virum almificum, & „in ſcripturis divinis peritiſſimum, & in „omnibus miſericordiſſimum, ſpiritualibus „moribus comprobatum, una cum conſen„ſu, & voluntate prædicti filii noſtri, Do„mini Caroli præcellentiſſimi Regis, vobis „ordinavimus ſecundum ſanctiones Patrum „Archiepiſcoporum', videlicet Arnonem „eccleſiæ Juvavienſium, quæ & Petena „nuncupatur, quæ in honore B. Petri Prin„cipis apoſtolorum venerabiliter eſt conſe„crata, ibique requieſcit corpus ſacri Pon„tificis Rudperti, unacum venerabilibus „ſuis ſodalibus, ſcilicet Chunaldo, & Gis„lario, quorum corpora ibidem a fidelibus „honorantur; qui dudum fuit noſter coëpi„ſcopus, nunc autem frater, & coëpiſco„pus noſter, veſter autem archiepiſcopus, „& venerabilem ſedem ejus metropolita„nam habentes, ad quam ſancto Arnoni ar„chiepiſcopo veſtro uſum pallii tribuentes, „dedimus in mandatis, ut ſecundum ca„nonicas inſtitutiones omnibus eccleſiis ſu„perius nominatis, in diœceſibus illi ſub„jectis, canonice valeat adminiculum im„partiri, & in futuro examine ante tribu„nal Chriſti liberaliter valeat audire: euge „ſerve bone, & fidelis, quia in pauca fui„ſti fidelis, ſupra multa te conſtituam, in„tra in gaudium Domini tui. Bene valete. „Anno tertio, atque Domini Caroli excel„lentiſſimi Domini Regis Francorum, & „Longobardorum, & Patritii Romanorum, „a quo cœpit Italiam anno 25. indictione „ſexta. Hucusque tenor Bullæ, pro qua tamen, an autographo ſuo conveniat, nemo vult agere vadem; aliqui etiam *pſeudobullam* appellant; multa de hujus æſtimatione, vel corruptione erudite diſcurrit Hanſizius: nos non diutius immoramur, ſatisque nobis eſt, quod de erecta metropoli, & privilegio metropolitano nemo dubitare poſſit, & quod Arno noſter, dum in munere legati cæſarei Romam ivit, Legatus apoſtolicus, & archiepiſcopus inde cum Pallio redierit; qua dignitate conſpicuus Roma redux mox ad Carolum perrexit, expolitisque mandatis Leonis ſummi Pontificis, mittente eodem Rege in Sclavoniæ partes ad gentis converſionem profectus gemini Legati titulum apoſtolatus honore, & merito cumulavit.

V. Quo tempore, & non prius compoſitæ fuerunt celebres donationum tabulæ,

Priusquam autem de his aliqua dicamus in ſpecie; præſertim ex auth. hiſt. de conver. Bojoar. & Carant., ſeu codice noſtro H. nobis pretioſo, nunc agendum de famoſo *inſtrumento*, ſeu *libello Arnonis* archiepiſcopi, ubi diſtincte narratur, quid THEODO Dux, quid filius THEODEBERTUS, UTILO, HUCBERTUS, & quid alii nobiles eccleſiæ Salisburgenſi donaverint. Ubinam aſſerventur iſtæ tabulæ Arnonis vel omnino primigeniæ, vel ſaltem coævæ, & antiquiſſimæ, dicemus infra, aliorum gravium virorum auctoritate ſuffulti, quas tabulas vel a Caniſio, vel a Baſnagio deſcripſit de verbo ad verbum Marcus Hanſizius, vel ſi originales inſpexit unquam, easdem certe nullibi locorum vidit, quam in noſtro monaſterio, a quo & plurima documenta eidem communicata fuerunt, ut adeo miremur, cur auctor idem Hanſizius defendere poſſit, integro decennio prius, has tabulas ab Arnone (nimirum anno 788., non autem anno 798., ut originales litteræ ad oculum demonſtrant) fuiſſe compoſitas; hoc enim Hanſizii præjudicio prædominante utique tota antiquarum tabularum fides ruet, quibus tamen antiquiores, ut jam meminimus, certe non vidit hic auctor, neque dedecus aliquod acceſſiſſet huic viro, ſi faſſus fuiſſet, in quo loco has genuinas, & antiquas vidiſſet tabulas, quas ipſemet in proleg. ſuæ hiſt. pag. 3. allegat, & proprio

motu annum 788. assignat, dicens: alii per errorem ponunt annum 798. Igitur hic auctor, nescio, quo continuo contradictionis spiritu contra nostrum systema chronologiæ Salisburgensis agitatus in novas, easque non vulgares controversias nos coniicit, dum de hoc libello Arnonis (qui, sicut nobis antiquissimus, ita etiam a nobis inter cimelia servatur) in vita hujus primi archiepiscopi num. IX. hanc facit animadversionem: „Tunc (nimirum anno 788.) compositæ ab „Arnone traditionum Juvaviensium tabulæ „quas in gestis S. Ruperti, & sequentium „Pontificum toties laudavimus. Id factum „arbitrantur postulata regiorum præsidum, „qui, cur ab Arnone potissimum (neque „enim de aliis Bajoariæ episcopis constat) „ea documenta expeterent, in causa pu„tant fuisse invidiam Thassilonis, quam fi„de in eum præstita in sese Arno derivave„rat. Sed is brevi virtute meruit, ut am„pliore etiam loco apud Carolum Regem, „atque nuper apud Tassilonem fuerat, spe„ctaretur. Nisi id potius ageret Arno, ut „auctoritate Regis res ecclesiæ suæ in po„sterum firmaret. Exstat enim in eodem „indiculo etiam Caroli Regis beneficium, „quo *cellam Ottinganam injuste abstractam pro* „*mercedis suæ augmentum*, ut ibi dicitur, *ite„rum revocandum absque ulla contradictione* con„cessit. Ad calcem opusculi jacet character „chronologicus indicans annum: *Noticiam* „*vero istam ego Arn cum consensu, & licentia* „*Caroli piissimi Regis eodem anno, quo ipse Ba„joariam regionem ad opus suum recepit, a vi„ris valde senibus, & veracibus diligentissime* „*exquisivi &c.* Ex quo annus rei gestæ „DCCLXXXVIII. non 798. ut perperam in „vulgatis exemplaribus notatur, intelligi „potest. Tunc enim Carolus *Bajoariam ad* „*opus suum recepit*, id est in fiscum, ut dici„tur, redegit". Hucusque Hansizius tacite vel impugnans antiquitatem tabularum nostrarum, vel saltem sine fundamento defendens, quod gravis error chronologicus statim in principio irrepserit, dum loco anni 798. legit annum 788. & tamen non se explicat, ex quo antiquiori fonte hanc notitiam Arnonis hauserit. Consistit ergo totus scrupulus Hansizianus in eo, quod *Arno* collector hujus libelli fateatur, se hanc notitiam conscripsisse eodem anno, quo Carolus piissimus Rex Bajoariam regionem *ad opus suum recepit*: anno autem 788. receptam fuisse Bajoariam a Carolo Magno, & illo anno exauctoratum fuisse Tassilonem, dicit Hansizius. Nos quidem negare non volumus, anno 788. fuisse depositum Tassilonem, cum plerique in id consentiant; ut autem dici possit, quod Carolus Magnus Bajoariorum regionem receperit ad opus suum, tanta negotia, ut stabiliatur regimen in nova provincia, longiorem temporis moram requirunt; consequenter collector hujus instrumenti Arnoniani, vel ipse Arno non respexit ad prima illa tempora, quando exauctoravit Tassilonem, sed dum regimen succedentibus annis fuit stabilitum, quod potius certo tempore, quam immediate hoc vel illo anno factum fuit, sicque potius intelligendum aut legendum est pro *eodem anno*, *eodem tempore* recepisse Carolum ad opus suum Bajoariam, præsertim, cum ex toto contextu sciamus, quam male totius latinitatis regulæ in illo libello fuerint observatæ. Insuper ad hoc asserendum eo magis confirmamur, quia credibile non est, quod Arno, qui primum anno præcedente 787. contra Carolum Magnum Romæ fuit in causa Tassilonis, tam brevi in gratiam assumptus fuerit ab Imperatore, quod primum anno circiter 792. accidisse asserit Hundius, citans pro se etiam annales Patavienses. Unde si prius Arno animum Caroli habuit a se alienum, illo anno 788. cum ipsius consensu, qui erat specialis gratiæ signum, has tabulas non conscripsit, quæ & ipse multa industria & longa inquisitione apud viros senes, & veraces indigebant. Cui autem hæc sententia nostra non placet, dicere poterit, & debebit, quod Collector instrumenti Arnonis, sicut enormes insperserit errores contra grammaticam, sic etiam hallucinatus fuerit in arithmetica, dum nimirum loco num. DCCLXXXVIII. scripsit num. DCCLXXXXVIII.

VI. Quæ apud nos, si non primigeniæ, saltem antiquissimæ, & authenticæ extant,

Præ omnibus aliis autem responsionibus hanc difficultatem sat superque dissolvemus, si dicamus, has tabulas Arnonis, ubi non annus 788. sed 798. distincte ponitur, nisi suprapositum effugium præplaceat, apud nos, quantum nimirum prudenter, humano modo, & juxta regulas antiquarum scriptionum judicare licet, illibatas, & antiquissimas exstare in archivio nostro abbatiali in Armario 4. sub num. 1. Ne autem pro domo nostra perorare dicamur, aut præjudiciis vel partium studiis nimium addicti esse judicari possimus, huic nostro instrumento Arnoniano summam auctoritatem apud omnes eruditos nobis conciliat Reverendissimus, & Amplissimus Dominus Godefridus Besselius exempti, & celeberrimi monasterii Gottwicensis Abbas p. m. litterarum decus immortalis memoriæ, qui in suo pretioso opere anno 1732. typis impresso Tom. I. Prodr. Lib. I. Cap. II. examinat. omnes codices ante sæculum IX. & num. 9. in tertia tabula cuprea non tantum accurate exhibet hoc instrumentum membraneum, a nostro monasterio ipsi communicatum juxta integram formam æri incisam cum justa sui magnitudine ad proportionem pedis Salisburgensis directa, verum etiam explicat totam totius libelli orthographiam. Quoniam vero pauciissimis liber iste celebris ad manus est, hinc de verbo ad verbum referimus eam, quam hic in diplomaticis, & antiquis tabulis versatissimus auctor, & abbas ampliissimus de hoc libello descriptionem facit, ut eo facilius intelligi possit ille libellus infra secundum

omnes

omnes partes exponendus, ubi equidem, prout pro illo fæculo forte moris erat, innumeri errores grammaticales ſunt inſperſi. Audiamus verba Godefridi Beſſelii c. l. pag. 37. num. IX. quæ ſic ſonant: „Tertiam tabulam aſſignavimus binis ſpecimi„nibus fæculi VIII. ex Bibliotheca antiquiſ„ſima San-petrenſi Salisburgi, quæ hodi„ernus celeberrimi monaſterii hujus abbas „Placidus nobis communicavit. Primum „inter eadem locum obtinet famoſum illud „congeſtum Arnonianum, ex quo præſens „ſpecimen deſumptum eſt. Celeberrimi „hujus congeſti crebriorem iniicit mentio„nem in rebus ſuis boicis eruditiſſimus Mar„cus Velſerus, & *præclarum* illud *vetuſtatis „monumentum* appellat Lib. IV. Rer. Boic. „pag. 112. exſtat *donationum breviarium*, in„quit, *quo Carolus M. Boica potitus, ab Ar„none Epiſcopo conſcriptum monumentum rati, „ſæpe deinceps laudaturi ſumus.* Illud inte„grum ediderunt jam dudum Caniſius Tom. „I. antiq. lect. in annotat ad Arnonem Epiſ„copum, & Chriſtophorus Gewoldus in „annot. ad Tom. I. Metropol. Hundii pag. „37. quos in Theotiſca ſua hiſtoria, ſeu „chronico Salisburgenſi Franciſcus Ducker, „& D. Albertus abbas in catalogo abbatum „San-petrenſium, nec non in Salisburgenſi „hiſtoria ſua ambo Patres Mezgeri ſecuti „ſunt, apud quos omnes memoratum hoc „congeſtum per latum & extenſum reperi„tur. Conſcriptum illud eſt in membrana „binis in qualibet facie columnis, liquore „atramentario: & in prima ſui pagina ab „una tantum membranæ facie conſutum „eſt ad formam rotuli, exiſtente in ſuperi„ori parte cylindro, in quo membrana ad „normam veteribus communem poſſit cir„cumvolvi. Cum porro ea non exiſteret „membraneæ longitudo, ſeu magnitudo, „ut ad modum chartæ Niloticæ, ſeu papy„ri ægyptiacæ cuncta in una facie perſcri„bi potuerint, conſutæ adhuc ſunt aliæ „membraneæ partes, ut juſta inde mem„braneæ longitudo evadere potuerit. For„mam ipſius integram in gratiam lectoris „æri inciſam cum juſta ſui magnitudine ad „proportionem Salisburgenſis pedis directa, „videre licet in ſpecimine, ex quo antiqui„tatis amator multa quoad veterem rotula„rum formam, quoad modum compingen„di, & alia eruere poterit. Ad majores „in eodem litteras deſcendendo, nullæ præ„ter binas initiales comparent: minuſculæ „tremulæ ſunt, & valde criſpatæ, ut in „vocabulis finalibus *Diac. notitiam conſcri„bere juſſi.* Litteræ ſunt aliquomodo craſ„ſiunculæ, inæquales non tamen oblongæ, „præterquam R. & S. præſertim finalia, in „voce tamen Eps. (Epiſcopus) ſ breve com„paret. U quandoque cuſpidatum, ut in „verbo: *Vitalis*, ut plurimum vero qua„dratum eſt in vocibus: vero, valde, vi„ris. Interpunctiones fiunt per mera pun„cta, & in propriis nominibus præſertim „ad finem adjectis, poſt quodlibet vero no„men punctum eſt appoſitum. I de reli„quo punctis ſuperius caret. Abbreviatio„nes frequentiores ſunt: *Et* vocabulum ad „hodiernam formam contractum: Epiſco„pus Eps. M finale ſemper lineola quadam „ſuperſcriptum. *Per* lineola mediam infe„riorem partem litteræ P. interſecante. O„RUM finale, O, & R. conjunctis, cum „lineola in vocibus *Scorum, Aplorum, Lai„corum* abbreviantur: *Pri*, & *Tri* ſynco„pantur addita ſuperius littera I, ut in vo„cibus *Petri*, *Principis*. Que finale cum „nudo Q, & inferius puncto in voce *atq. „quod*, vel adjecta ſuperius littera O, vel „ſuperinducta ſolummodo per litteram D. „lineola. *Us* indicatur in fine vel per nu„merum hodierno novenario noſtro 9. vel „conjunctis V. cuſpidato, & S. litteris, „quæ unam quaſi litteram efficiunt. Cir„ca orthographiam reliquam notandum eſt, „diphtongum Æ nunquam conjunctim, ſed „ſeparatim diviſis litteris A. & E. ut in vo„ce *Kaerheri*, nonnunquam per E cauda„tum, ut in voce: *Eccleſiæ* comparere; E „in I transmutatum in vocibus *Comis* loco „*Comes*. H nominibus propriis ſolenni fran„corum, & Germanorum conſuetudine præ„poſitum in vocabulo *Hrodpertus* loco Ru„pertus. Jota conſonans ſeu per modum „conſonantis poſitum nunquam oblongum „eſt, ſed ſemper curtum in vocibus *Bajoa„riam juſſi*. T. pro C. uſurpatur in vocabu„lo *ſotiis*, geminatæ litteræ occurrunt in „littera M, ut in voce *Immino Comis*, in „littera P, ut in vocabulo *oppidum*, in lit„tera S. ut in compluribus verbis, & in „littera Z. ut in voce *Tazzo*. Et hæc inte„gra decantati hujus Arnoniani con„geſti eſt facies“. Hucusque auctor eruditiſſimus, qui etiam verba initialia: Anno DCCLXXXXVIII. congeſtum cum finalibus verbis incidi curavit. Et hæc de inſtrumento Arnonis ſecundum ſuam formam externam, & totam orthographiam dicta ſufficiant.

VII. In quibus tabulis Arnonis primo: donationes Ducum Bavariæ Theodonis & Theodeberti,

Nunc jam, quid in ſe univerſim contineant iſtæ tabulæ, videamus: in hoc inſtrumento notatæ ſunt donationes Theodonis, Theodeberti, Hucberti, Ottilonis, & Taſſilonis Ducum Bavariæ, & donationes nobilium hujus provinciæ. Nos, quia iſtæ tabulæ nonnihil prolixæ ſunt, in ſex partes dividemus, in prima donationes Theodonis, & Theodeberti: in ſecunda Hucberti, Otilonis, & Taſſilonis: in tertia donationes nobilium Bojoariæ: in quarta Eccleſias: in quinta donationes, quæ ad monaſterium Nunnbergenſe: & in ſexta, quæ ad cellam Sancti Maximiliani in Pongeu pertinent, fideliter relaturi cum annexa inſtrumenti clauſula. Libellus ſic incipit, quem jugiter cum aliis variis exemplaribus impreſſis (ubi diverſæ ſunt variationes, ſicut plurimas notat Hanſizius) ante oculos habemus, prout apud nos in an-

tiquiſſima forma exſtat, characteres quidem imitari nec volumus, nec poſſumus.

Anno DCCLXXXXVIII. congeſtum.

„De eo, quod ad Epiſcopatum beati „Petri primi Paſtoris Eccleſie ſanctorumque „apoſtolorum Principis, quod conſtructum „eſt infra oppidum Salzburch in pago La„baocenſium ſuper fluvium Igonta, qui a„lio nomine Salzaha vocatur, ubi & Dom„nus Hrodbertus Epiſcopus atque confeſ„ſor una cum ſociis corpore requieſcit: & „inibi traditum fuit, & ubi preeſt venera„bilis vir, per divinam miſericordiam & „mercedem Domni noſtri Caroli excellen„tiſſimi Regis Arn Epiſcopus. Primum qui„dem tradidit Theodo Dux predictum oppi„dum, ſimulque & caſtrum ſuperiorem „Domno Hrodberto cum terminis denomi„natis, & confinibus, vel omnibus appen„ditiis, ſuisque adjacentiis, una cum cam„pis, ſilvis, alpes, aquis aquarumque de„curſibus ſicut ad ſupra memoratum oppi„dum, vel caſtro - - - & reliqua loca vel „poſſeſſiones, ſicut inferius ſcriptum eſſe „videtur. Simili modo tradidit idem Dux „villa nuncupante Pidinga in pago Salz„burgaoe juxta fluvium Sala manſos XXX. „inter veſtitos, & apſos, vel quidquid ad „ipſos manſos aſpicitur. Simulque & tra„didit jam dictus Dux in eodem pago, in „loco, qui vocatur Salinas fornaces XX. „& totidem patellis, & tertiam partem de „putiatorio ibidem conceſſit, quod babari„ce dicitur Galgo. Inſuper & in jam dicto „loco conceſſit decimam de ſale, & teloneo, „quod datur in cenſo dominico. Nec non „& præfatus Dux tradidit Romanos, & eo„rum tributales manſos LXXX. inter veſti„tos, & apſos commanentes in ſupradicto „pago Salzburgoenſe per diverſa loca. Si„mul etiam jam ſatus Dux tradidit in pago „Atragaoe ſecus torrentem Fechileſacha „Romanos, & eorum manſos tributales V. „inter veſtitos, & apſos. Itemque tradi„dit ſupradictus Dux in preſcripto pago Salz„burgaoe duos alpes, qui vocantur Gauzo, „& Laduſa, in quo ſunt tantummodo paſ„cua ovium. In pago vero Drunenſe tra„didit memoratus Dux villulam, que vo„catur Pachman cum manſos X. inter veſti„tos, & apſos cum ſilva, & prata, vel „paſcua ad eandem villulam pertinentem. „Et in pago etiam Donaghoe tradidit ipſe „Dux ſecus amne Danubio jugeres vinea„rum duas prope civitate Regansburch di„cta. Succedente vero filio ejus Theode„berto Duce, qui tradidit villulam, nun„cupante Utzhilinga, in jam dicto pago „Salzburchaoe ſecus fluvium Salzaha man„ſos XX. inter veſtitos & apſos cum omni„bus appenditiis ad eam villulam pertinen„te. Itemque tradidit ipſe Dux in loco, „qui dicitur Cucullos in ſupradicto pago „Salzburchaoe ſuper fluvio Salzaha, id eſt „manſos III. veſtitos, & prata vel paſcua „ibidem pertinentia. Ipſe Dux tradidit „villam nuncupante Walarſaeo, in eodem „pago ſecus ſtagnum Walarſaco manſos X. „inter veſtitos & apſos, & ſilvam, vel a„quarum decurſione influentia, quæ voca„tur Fiſchacha, & quidquid ad eandem vil„lulam pertinere noſcuntur. Simulque & „locellum, qui vocatur Talaguoe in ſupra„dicto pago Salzburchgaoe, in quo eſt ſil„va, prata, vel paſcua. Pari modo pre„fatus Dux in ſupradicto pago tradidit vil„lulam nuncupante Titamaninga, in qua „ſunt manſi XXIV. inter veſtitos, & apſos „cum ſilvis, campis, pratis, paſcuis, ſeu „farinariis, vel quidquid ad ipſam villulam „pertinere videtur. In pago vero Iſanagoe „ſuper rivulum Iſana tradidit idem Dux „villa nuncupante Ehardinge cum manſos „XV. inter veſtitos, & apſos cum pratis, „& campis, vel ſilvas, atque farinariis ad „eandem villam pertinente. Aliam vero „villam in eodem pago tradidit ipſe Dux „nuncupante Thuzhilinga cum manſis XV. „inter veſtitos, & apſos unacum terminis, „& confinibus ſuis ad eandem villam perti„nente. Tradiditque memoratus Dux in „pago Opingoe villam nuncupante Opinga, „in qua ſunt manſi XX. inter Barschalcos, „& ſervos, & inter veſtitos, & apſos cum „campis, pratis, & ſilvis & omnibus ap„penditiis ſuis.

VIII. Secundo: donationes ducum Bavariæ Huberti, Otilonis, & Taſſilonis;

„Succeſſor namque filius ejus Hucber„tus Dux tradidit in pago Rotogaoe villa „nuncupante Savarſtedi cum manſos XX. „inter veſtitos, & apſos & cum terminis, „vel appenditiis ſuis. In pago vero Salz„burgaoe tradidit idem Dux in loco, qui „dicitur Condorf manſos veſtitos III. & apſo „I. & terminum ſylvæ, quæ adjacet ſecus „fluenta fiſchaha, & in pago etiam Mata„gaoe tradidit prefatus Dux in loco, qui „vocatur Itinga, manſos tributales IIII. a„pſos. Poſt hunc extitit Otilo Dux, qui „tradidit in pago Iſanagaoe villa, nuncu„pante Metumunhaim ſecus fluenta Iſana, „& in ea manſos XX. inter veſtitos, & apſos „cum omnibus terminis, vel apenditiis ſuis. „Tradidit idem Dux in pago Salzburgaoe „locellum, qui dicitur Ellesnawanc, in „quo prata & ſilva conſiſtitur, vel ſtagnum, „qui nominatur lacuſculus, ſimulque & „Abriam lacum, in quo conſtat paſcua, & „prata, vel ſilva, piſcatio, atque venatio, „& inibi aliquanti fratres propriis laboribus „vivunt. Poſt hunc vero ſucceſſit filius e„jus Taſſilo Dux, qui tradidit in Tonagaoe „villa nuncupante poh cum manſos XXXVIII. „inter veſtitos, & apſos, vel cum omnibus „appenditiis ſuis, ſeu terminis ad eandem „villam pertinente, ſeu teritorrium in eo„dem pago in loco, qui dicitur Chruchun„perg, qui adjacet ſecus amne Danubio, „in quo nunc ſunt plantagines vinearum in„ſtitutæ. Idemque Dux tradidit in pago „ſilusgoe in loco, qui vocatur Riuti man„ſos veſtitos II. Inſuper tradidit predictus

„Dux

"Dux in pago Salzburgaoe villula nuncupante campus Romanos cum manſos tributales XXX. inter veſtitos, & apſos. Similiter tradidit ipſe Dux in pago Iſanagaoe in fiſco dominico, qui dicitur Poh, manſum veſtitum unum. Itemque tradidit predictus Dux in pago Salzburgaoe in loco, nuncupante Hal, unum putiatorium integrum, quod vulgariter dicitur Galgo. Tradidit ſiquidem preſcriptus Dux in ſupradicto pago Salzburgaoe in loco, qui dicitur - - - - Regnbertum ſervum, nec non & presbyterum cum omni domo, & poſſeſſione ſua cum omnia, quicquid in ipſo loco habuit. Ipſeque Dux jam ſcriptus tradidit cellam, quæ vocatur garoſch ſuper ripam Eni fluminis in pago Iſanagaoe, quam conſtruxit Boſo clericus per licentiam jam dicti Ducis in honore Sancti Petri Principis apoſtolorum, & ipſe Taſſilo ipſum clericum commendavit ad ſupradictum monaſterium unacum ipſa cella.

IX. Tertio: oblationes nobilium, vel liberorum de Bojoaria;

"Item de hoc, quod tradiderunt liberi Bajoarii per licentiam Taſſilonis ad ſupradictum Epiſcopatum, quod fuit eis ex cauſa dominica beneficiatum, ſimiliter & de illis poteſtatem non habentes de ſe. Boſo liber, qui & presbyter, & Joannes frater ejus tradiderunt per licentiam Taſſilonis in pago Pinushgaoe loca nuncupantes Biſonshio, & Salafelda, & in alio loco, qui dicitur Vicoromaniſco in pago Salzburgaoe juxta fluvio Sala, id eſt, in totum inter tributales, & ſerviles manſos XV. & inter veſtitos, & apſos, quod ſicut ſupra memoravimus, ex cauſa dominica eis fuit beneficiatum: & ipſa traditione prefatus Dux ab ipſo loco plenius, & firmius fecit confirmare, & in ſupra memorato loco biſonshio edificata eſt cella, in qua monachi labore manuum ſuarum vivunt. Onno, & filius ejus Sigilvuolf, & Sigibaldus Judex tradiderunt per licentiam, ut ſupra in jam dicto pago Salzburgenſe in loco, qui dicitur vico romaniſco manſos apſos II. ſimili modo ex cauſa dominica, ut ſupra. Mazho, & Appo, & Arbertus non poteſtatem habentibus tradiderunt per licentiam in pago Iſanagaoe loca nuncupantes Mamſinga, & in Widimpach, & ad Hottinhuſir, idem in totum manſos VIII. inter veſtitos, & apſos. Hrodkaer, & Gotescale, & Eparachar tradiderunt per licentiam ut ſupra in ſupradicto pago Salburgaoe loca nuncupantes in Wangin, & in Walardorf, ſeu ad Strazhu, hoc eſt, in totum manſos VIIII. inter veſtitos, & apſos. Grimbertus comes tradidit unacum permiſſione, ut ſupra in jam dicto pago in villula, qui vocatur Papinga manſos IV. Similiter ex cauſa dominica. Alexandra, & Jacob filius ejus tradiderunt per licentiam ut ſupra in pago Attragaoe, vel in ipſo loco, qui dicitur Atragaoe manſos VI. inter veſtitos, & apſos, quod & fuit ex cauſa dominica eis beneficiatum. "Balrod tradidit per licentiam ut ſupra in pago Salzburgaoe in loco, qui dicitur Totinhuſir manſos III. apſos ſimiliter ut ſupra. Helmoinus per licentiam, ut ſupra, tradidit in pago Drungaoe in loco, qui vocatur Chronnispach, territorium quantumcunque poſſideri viſus fuit, quod nunc jacet apſum, qui fuit ſimiliter ut ſupra. Dignolus tradidit per licentiam ut ſupra in pago Salzburgaoe in loco, qui dicitur, Liveringa, manſos III. apſos, qui fuit ſimiliter, ut ſupra. Egilulfus tradidit per licentiam ut ſupra in pago Matagaoe in loco, qui nominatur Stempah, manſos V. apſos, qui fuit ſimiliter ut ſupra. Tiſa libera tradidit per licentiam Otilonis Ducis, in pago Salzburgaoe in loco nuncupante monticulus ſuper fluvio Salzalia manſos VII. veſtitos, qui fuit ſimiliter ut ſupra. Joannis ſervus tradidit per licentiam Taſſilonis in pago Salzburgaoe in loco, qui vocatur Sura, manſo I. veſtito, qui fuit ſimili modo ut ſupra ex cauſa dominica. Erinlint Deo ſacrata tradidit per licentiam ut ſupra in pago Rotogaoe in loco, qui vocatur Mallaking ſuper ripam Eni fluminis manſos veſtitos III. ſimili modo ut ſupra. Berſevosh, & Guermunt, & Patto vendiderunt res eorum per licentiam Taſſilonis ex cauſa dominica in pago Salzburgaoe villa nuncupante Uvildorf, id eſt, manſos XXV. inter veſtitos, & apſos. Theodoric tradidit per licentiam ut ſupra in pago Iſanagaoe in loco, qui dicitur perinpah manſos duos ſimili modo ut ſupra ex cauſa dominica. Hitdolf tradidit per licentiam ut ſupra in ſupradicto pago Iſanagaoe in loca nuncupantes rota, & ad Perk manſos X. inter veſtitos & apſos ſimiliter ex cauſa dominica. Walto tradidit ſuum filium Odolhardum per licentiam ut ſupra cum omni ſua hereditate, in pago Salzaburgaoe, in loco, qui dicitur Dunilabrunne, id eſt manſos V. inter veſtitos, & apſos ſimili modo ut ſupra. Hrodbert „tradidit per licentiam ut ſupra in pago „Chimingaoe in loco, qui dicitur Pontena, „manſos V. inter veſtitos, & apſos, qui „ſunt ſimili modo ex cauſa dominica. Tradidit Willipato clericus, qui & liber per „licentiam ut ſupra in pago Sondregaoe in „loco, qui dicitur Urdorf ſuper rivulum „Urpach manſos VIIII. inter veſtitos, & „apſos: Simili modo ex cauſa dominica, „quam traditionem prefatus Dux manu ſua „pleniter confirmavit. Tradidit Heralint „per licentiam ut ſupra in pago Agaſtgaoe „manſos V. inter veſtitos, & apſos. Simili modo ex cauſa dominica. Cella, quæ „vocatur auue, quam conſtruxit Baldum „Presbyter in beneficio dominico, ſimulque „& Hrodbertus Presbyter cum licentia „Taſſilonis Ducis ſuper ripam Eni fluminis „in pago Iſnagaoe, & quod ibi ex cauſa „dominica traditum fuit, id eſt in villa, „quæ dicitur Garosh, in jam dicto pago

„manſos veſtitos IV. ſimiliter; & medieta-
„te de villa, que vocatur aſcauve, manſos
„VI. tres veſtitos, & tres apſos. Tradidit
„Taſſilo ad eccleſiam ſanctiſſimi Petri prin-
„cipis apoſtolorum, que eſt conſtructa infra
„oppido Salzpure: reliqua vero, quod ibi
„traditum eſt de genere nobilium hominum
„eſſe videtur, quam quidem aliqui homi-
„nes injuſte eam ſibi usurpare volentes,
„Dominus Rex in ſua eleemoſyna iterum
„priorem donationem ad jam dicto mona-
„ſterio per miſſum ſuum diligenter requiſi-
„tam ſtuduit revocare. Cella, que voca-
„tur Zottinge, quam conſtruxit Guntha-
„rius comis in jure hereditario in pago Chi-
„mingaoe in honore S. Steſani protimarty-
„ris, & quod ei Taſſilo Dux conceſſit in be-
„neficio, id eſt, tributarios XIII. inter
„manſos veſtitos, & apſos, ſecus ipſum lo-
„cum, & villulam, que vocatur Hulthuſir
„cum manſos VIIII. inter veſtitos, & apſos
„in pago Salzburgaoe, ſimulque & loca,
„qui vocatur Uſinga cum manſos VII. inter
„veſtitos, & apſos in ſupradicto pago Chi-
„mingaoe ſecus ſtagnum, qui vocatur Chi-
„mineſeaco. Tradendi ei licentiam con-
„ceſſit jam fatus Dux ad ipſum preſatum lo-
„cum unacum permiſſione jam dicti Ducis,
„ſupra ſcriptus comis ad eccleſiam beatiſ-
„ſimi Petri principis apoſtolorum ad jam
„dicto monaſterio Salzburch, ipſam vero
„Cellam injuſte abſtractam Dominus Rex
„pro mercedis ſue augmentum iterum revo-
„candam absque ulla contradictione con-
„ceſſit.

X. Quarto: deſignationes eccleſiarum, quæ ſunt in Salzbourg, & Chimingaoe,

„Iſtas eccleſias conſiſtunt in Salzbur-
„gaoe, & in Chimingaoe pagibus. Idem
„de eccleſiis parochiales, quas in benefi-
„cium pertinent, & de Barſcalcis unacum
„ſervis, ſive eorum territorio dotate ſunt:

„Ad See eccleſia cum manſo I.
„Ad Jubendorf eccleſia cum manſo I.
„Ad Fiſchaha eccleſia cum manſo I.
„Ad Antheringas eccleſia cum territorio.
„Ad Buriam eccleſia cum manſis III.
„Ad Georgii eccleſiam.
„Ad Achingas eccleſia cum manſis II.
„Ad Fuginas eccleſia tantum.
„Ad Cretcha eccleſia cum territorio.
„Ad Anua ſimiliter.
„Ad Liveringa eccleſia ſimiliter.
„Ad Walachuvius eccleſia cum manſis II.
„Ad Marciolas eccleſia cum territorio
„Ad Salinas, quod dicitur Hal, eccleſia
„cum manſis II.
„Ad Tengihilinga eccleſia cum territorio.
„Ad Chirheim ſimiliter.
„Ad Baldilingas eccles. cum manſis III.
„Ad Schildarius eccles. cum mans. I.
„Ad Brumigas ſimiliter.
Ad Deorlekingas eccles. cum manſis III.
„apſos.
„Ad Pochirch eccleſia cum territorio.
„Ad Widaha eccleſia cum villula, ſeu cum
„omni pertinentia ad ipſum vicum tradi-
„dit Ragenbertus cum manſos VI.
„Ad Taharling medietas, quæ ad ipſam ec-
„cleſiam pertinet beneficium, & veſtitos
„manſos VI.
„Ad Erlaſtedi eccleſia cum territorio.
„In pago, qui dicitur inter valles.
„Ad Rotfeld eccleſia cum territorio.
„Ad Prislech ſimiliter.
„Ad quantulas eccles. cum mans. III. apſos.
„Ad Prixina eccl. cum territorio.
„Ad Pirchnawang ſimiliter.
„Ad Carofſtein eccleſia cum territorio, &
„cellula, ubi fratres noſtri manibus la-
„borant.
„Ad Epiſas eccles. II. cum territorio.
„Ad Orione monte ſimiliter.
„Ad Michdorf eccleſia cum territorio.
„Ad Hroſſulcha ſimiliter.
„Ad Burones ſimiliter.
„Ad Rordorf eccleſia cum mans. II. apſos.
„Ad Lutrinpach eccleſia tantum.
„Ad Huimmos eccles. cum territ.
„Ad Hrodheringas eccles. cum mans. III.
„Ad Sinſa eccles. cum manſis II.
„Item in pago Iſanagaoe.
„Ad Flohinus eccleſia cum manſo I.
„Ad Hidlar eccleſia cum manſo I.
„Ad Turtin Eccleſia ſimiliter.
„Ad Diupſtadum eccles. II. cum mans. III.
„Ad rivulum rota eccleſia IIII. cum man-
„ſis VI.
„Ad Pochpach eccles. cum manſis II.
„Item de Pochpach eccles. cum manſis II.
„Ad Lohkirch eccles. cum manſis II.
„Ad Wila eccles. cum manſis III.
„Ad Holhha eccles. cum manſis III. Item
„Ad Holhha eccles. cum manſis IIII.
„Ad Perh eccles. cum manſis III.
„Ad Pohkirch eccles. cum manſis III.
„Ad S. Stephanum eccles. cum manſis III.
„Ad Iſana eccles. cum territorio.
„Item ad Polpach eccles. cum manſis III.
„Ad Liubin eccles. cum manſis III.
„Ad Archanowa eccles. III. cum mans VII.
„Ad Pochardorf eccles. cum manſo I.
„Ad Richerihuſier de conjectu Barſcalcis
„eccles. cum manſo I.
„Ad rotam, ubi Boninaha in ipſa rota in-
„greditur eccles. cum manſis VI.

* Hic eſt verus ordo eccleſiarum, prout habetur in antiquis tabulis, qui tamen ordo in plerisque exemplaribus, ſeu copiis impreſſis inverſus eſt, quamvis quoad ſubſtantiam, & numerum ſit idem.

XI. Quinto: quæ ad monaſterium Nunberg, ejusque fundationem,

„Item de monaſterio puellarum, quod
„conſtructum eſt in honore Sancte Dei ge-
„netricis, ſemperque Virginis Marie juxta
„ipſum epiſcopatum in caſtro ſuperiore,
„quem Dominus Hrodbertus Epiſcopus
„atque confeſſor primum edificavit, quem
„& Salzburc appellavit: in quo & neptiam
„ſuam Chriſti famulam Erindrudam con-
„ſtituit cum aliis puellis, in quo loco ho-
„norifice requieſcit, & quod inibi traditum
„eſt a Theodeberto Duce ſubter annectimus.
„Tradidit imprimis Theodebertus Dux in
„pago

„pago Salzburgaoe villa nuncupante ainhe-
„ringa cum manſis triginta inter veſtitos,
„& apſos, & exercitales viros, & quod ad
„eadem villam pertinuit cum farinariis in
„fluvio, qui vocatur Sala. Nec non tradi-
„dit illuc memoratus Dux in predicto pago
„locellum, qui vocatur fixhaha manſos V.
„inter veſtitos, & apſos, & farinariis in
„fluenta fischaha. Tradidit idem Dux in
„eodem pago *Salzburgaoe &c.* Salzburgaoe
„in loco, qui dicitur Talguoe, in quo eſt
, tantummodo Eccleſia, prata, & ſilva, &
„medietatem de lacu piſcatione, qui voca-
„tur Manſeo. Tradidit idem Dux in ſupra-
, dicto pago in loco, qui dicitur cucullos,
„ſecus fluvio Salzaha, in quo ſunt tantum-
„modo prata, & ſilva. Tradidit ipſe Dux
„in ipſo pago in loco, qui vocatur Hal ad
„ſal coquendum fornaces novem, tres ſunt
„veſtitos, & ſex apſos, & hoc decrevit cen-
„ſum dare unusquisque homo, qui in Hal
„habitaret, quod barbarice dicitur adal-
„poro. Tam hii, qui in Nana, & Mona
„manerent, quam & ii, qui in ipſas Sali-
„nas manerent, a medio menſe madio us-
„que ad feſtum S. Martini omni ebdomate
„in feria ſexta modo de ſale dare deberent,
„excepto IV. manentes. Tradidit etiam
„ipſe Dux in pago Salzburgaoe ſecus fluvio
„Salzaha villa, quæ vocatur Tittmaninga,
„& in ea manſos LX. inter veſtitos, & a-
„pſos, & inter exercitales, & barſcalcos
„cum omnibus appenditiis atque adjacen-
„tiis, & cunctis terminis ad eandem villam
„pertinentibus, nec non & farinariis in ipſo
„loco congruentibus. Similiter idem Dux
„tradidit in ipſo pago ſupraſcripto tributa-
„rios romanos CXVI. inter veſtitos, & a-
„pſos per diverſa loca, & venationem in
„ſilva, quæ adjacet inter alpes in Gaizalo-
„berch usque ad pontes, que nunc vocan-
„tur in ſtega, & alpes in eodem pago IV.
„Ita vocantur Cundicus, & cuculana alpi-
„cula, & lacuana monte, ſeu etiam par-
„tem de Abriani lacu piſcationem. Simul
„preſcriptus Dux tradidit in pago Chimin-
„gaoe villa, que dicitur Waginga, cum
„manſis XL. inter veſtitos & apſos, farina-
„ciisque, & cum omnibus apenditiis ſuis,
„& in ipſo pago Chimingaoe tradidit jam
„dictus Dux villam, nuncupante Chamara,
„cum manſos XIIII. inter veſtitos, & apſos,
„& inter ſervos, & liberos, aquis, & a-
„quarum decurſibus, & farinariis cum o-
„mni ſoliditate, & cum omnibus apendi-
„tiis ſuis. Inſuper & in ipſo pago juxta
„fluenta Druna tradidit idem Dux roma-
„nos, & eorum manſos tributales LXXX.
„inter veſtitos, & apſos, cum omnia, quic-
„quid ad ipſos manſos aſpicere videtur. Nec
„non & in pago Adragaoe tradidit ſupradi-
„ctus Dux romanos, & eorum manſos tri-
„butales III. ſiquidem ipſe Dux tradidit in
„pago Drunenſe tributarios XX. apud man-
„ſos eorum. In pago vero Metagaoe tradi-
„dit ipſe Dux tributarios IV. cum manſis
„eorum totidem inter veſtitos, & apſos per
„diverſa loca.

XII. Et ſexto denique, quæ ad cellam S. Maximiliani in Pongeu ſpectant, continentur.

„De cella vero Sancti Maximiliani ita
„contigit, ut conſtrueretur ab initio. Ibant
„duo fratres in locum, qui dicitur Pongauui,
„nomen unius Tonozanus, & alterius no-
„men Urſo in venatione, & ad aurum
„faciendum, & viderunt illic multa lumi-
„naria pluribus noctibus, & alia ſigna mul-
„ta, & venientes ad Dominum Hrodper-
„tum Epiſcopum dixerunt ei, quod ipſi ibi
„viderunt, & ipſe pergens cum eis vidit
„ibi ſimiliter. Tunc quoque perrexit Do-
„minus Hrodpertus ad Theodonem Ducem,
„& dixit ipſi miracula, rogansque eum li-
„centiam ſibi dare, ut cellam ibi conſtrue-
„ret, & ita ei Theodo Dux licentiam de-
„dit. Veniensque Domnus Hrodpertus ite-
„rum ibidem cum hominibus ſuis, & cum
„ſupraſcriptis fratribus & cepit ibi ſtirpare,
„& locum mundare, & oratorium facere.
„Facto autem Oratorio venit iterum ad
„Theodonem Ducem, & rogavit eum, ſe-
„cum ibidem venire. Venientes autem ibi-
„dem Domnus Hrodpertus conſecravit ip-
„ſum oratorium, & Theodo Dux tradidit
„ipſum ad S. Petrum ad Salzburch mona-
„ſterium, & ex omni parte milliarios III.
„& ipſi predicti fratres cum licentia, & cum
„conſenſu Theodonis Ducis tradiderunt ibi
„omnem rem eorum, quamcunque habe-
„bant, & nepotes eorum commendave-
„runt ad diſcendum, & ad tondendum ad
„Salzburch monaſterium. Nomen unius
„Uuirinhari, & alterius nomen Ciſſimo.
„Et Domnus Hrodpertus miſit ibidem ſuos
„monachos ad officium Dei faciendum, &
„ad ipſam cellam faciendam. Cum autem
„UUirinhari, & Ciſſimo litteras didicerunt,
„ceperunt rogare Domnum Hrodpertum,
„ut medietas ipſi rei, quam parentes eo-
„rum ibidem tradiderunt, eis ad uſum fru-
„ctuarium preſtaretur, eisque usque ad o-
„bitum eorum daretur, & ita fecit Domnus
„Hrodpertus, & illum Eccleſiam medieta-
„tem juſſit ſervare ad Sanctum Petrum ad
„Salzburch, ipſi autem ſuis nepotibus il-
„lam aliam medietatem complacitabant us-
„que ad obitum eorum. Et ita inde fuit
„hoc in beneficio de monaſterio Salzburch
„usque ad tempus Ottilonis Ducis: tunc
„quoque Urſo Capellanus Ottilonis petiit,
„ut ei ipſas res ex integro daret in benefi-
„cium, & ita Ottilo fecit, & tulit hoc per
„vim de monaſterio Salzburchaoe. Cœpit
, autem Virgilius abba hanc ipſam cauſam
„querere ad Ottilonem Ducem, & Ottilo
„voluit illud comparare cum eo, quod ha-
„buit Lauffom, & hoc Virgilius nullatenus
„conſenſit, & ita Otilo permanſit retinen-
„do injuſte, quod de Salzburch monaſte-
„rio ſubtraxit.

XIII. Quibus annectitur clauſula inſtrumenti

„Noticiam vero iſtam ego Arn unacum
„conſenſu, & licentia Domini Karoli piiſſi-
„mi Regis eodem anno, quo ipſe Bojoa-
„riam regionem ad opus ſuum recepit, a vi-
„ris

cum brevi quadam reflexione.

„ris valde senibus, & veracibus diligentis-
„sime exquisivi, a monachis, & laicis, &
„conscribere ad memoriam feci. Ista sunt
„nomina monachorum, Vitalis, Amandi-
„nus Presbyter, Latinus Presbyter, Ma-
„terninus, Arnhelm, Tazzo, Emico, Ger-
„manus. Laicorum nomina ista sunt, qui
„per sacramentum factum ab antecessoribus
„suis ita se audisse testificaverunt, ut supra
„scriptum est. Immino Comis, Limo Co-
„mis, Kerrad Judex, Sigibald Judex, Epa-
„ro, Lubianus, Ligiolf, Helmoin, Am-
„brao, Amalger, Liuphram, Juvinam,
„Atto, Kislolf.

„Et ego Benedictus Diaconus hanc no-
„ticiam dictavi, & conscribere jussi„

Ita in terminis sonat libellus Arnonis: O quantum hic collector obligasset omnes posteros, & historiæ amatores, si in his donationibus etiam annum adnotasset, quo hæc bona donata fuerunt ecclesiæ Juvaviensi, sed rudis, & futuri improvida antiquitas ad hæc omnia non attendit. Unde etiam non habet, quod pro defendendo suo novo Chronologiæ sistemate glorietur Marcus Hansizius in vita sancti Ruperti pag. 54. num. XLI. ubi dicit, Ducum Bavariæ seriem manifeste probari ex indiculo Arnonis, in quo notatur Theodoni succesisse filium Theodebertum, huic Hucbertum, seu Huebertum, isti Otilonem, & demum Tassilonem; nos enim non negamus hanc fuisse seriem, & successionem, sed nescimus *annum* ex hoc instrumento, quo anno regnaverint isti duces, aut quandonam ad ecclesiam Juvaviensem istas donationes fecerint; videatur & catalogus ducum Bavariæ juxta Hansizium in prælimin. nostra introduct. num. XVIII., & catalogus juxta nostram sententiam ibidem num. XIX. ex probatis chronologis efformatus. Sed jam satis de hoc libello Arnonis.

XIV. Arno missiones apostolicas instituit in Pannoniam, & Carinthiam,

Restat jam, ut ea recenseamus, quæ vel paulo ante inchoative, maxime autem post obtentum Roma Archipræsulatum gesta fuerunt ab, & sub Arnone archiepiscopo, & abbate nostro. Illustrissimum Arnonis opus fuit propagatio fidei in Pannonia, & Carinthia, cui operi campum dederunt victricia francorum arma. Nos prætermissis aliis narrationibus historicis, quas passim agglomerant auctores, quin tamen recte dignosci possint anni, quibus hæc gesta, atque istæ missiones apostolicæ in Pannoniam, & Carinthiam institutæ fuerunt, nos, inquam, classicum sequimur auctoris de convers. Bojoar. & Caranth. in manuscripto vetusto codice nostro H. sæpius cit. ita de hac conversione scribentis pag. 2. col. 4. & seq.: „Sed nunc qualiter Hunni inde ex-
„pulsi sunt, & Sclavi inhabitare ceperunt,
„& illa pars Panonie ad Diœcesim Juvaven-
„sem conversa est, edicendum putamus.
„Igitur Karolus Imperator anno nat. Domi-
„ni DCCXCVI. Aericum comitem destina-
„vit, & cum eo immensam multitudinem
„hunnos extermeinare. Qui minime resi-
„stentes reddiderunt se per præfatum comi-
„tem Karolo Imperatori. Eodem igitur
„anno misit Karolus Pipinum filium suum in
„Hunnia cum exercitu multo, qui perve-
„niens usque celebrem eorum locum, qui
„dicitur Rinch, ubi iterum omnes eorum
„principes se dederunt Pipino, qui inde re-
„vertens partem Panonie circa lacum Pelis-
„sa inferioris, ultra fluvium, qui dicitur
„Rapa, & sic usque ad Drauum fluvium, &
„eousque Drauus fluit in Danubium, prout
„potestatem habuit, prenominavit cum do-
„ctrina, & ecclesiastico officio procurare
„populum, qui remansit de Hunnis, &
„Sclavis in illis partibus Arnoni Juvavensi
„episcopo usque ad presentiam genitoris sui
„Karoli Imperatoris. Postmodum ergo an-
„no DCCCIII. Karolus Imperator Bagoa-
„riam intravit, & in mense Octobrio Salz-
„burch venit, & prefatam concessionem filii
„sui iterans potestative multis adstantibus
„suis fidelibus affirmavit, & in euum in-
„conuulsam fieri concessit. Simili modo &
„Arno successor Virgilii sedis Juuauensis de-
„inceps curam gessit pastoralem, undique
„ordinans presbyteros, & mittens in Scla-
„voniam, in partes videlicet Karinthianas,
„atque inferioris Panonie illis ducibus, at-
„que comitibus, sicut pridem Virgilius fe-
„cit, quorum unus Ingo vocabatur, mul-
„tum carus populis, & amabilis propter
„suam prudentiam; cui tam obediens fuit
„omnis populus, ut, si cuique vel carta sine
„litteris ab illo directa fuit, nullus ausus est
„suum negligere preceptum; quod & mira-
„biliter fecit. Vere servos credentes secum
„vocauit ad mensam, & eos, qui eos do-
„minabantur, infideles foris, quasi canes,
„sedere fecit, ponendo ante illos panem, &
„& carnem, & fusca vasa cum vino, ut sic
„sumerent victus, servis autem staupis de-
„auratis propinari jussit; tunc interrogan-
„tes primi deforis dixerunt: cur facis no-
„bis sic? at ille, non estis digni non ablu-
„tis corporibus cum sacro fonte renatis
„communicare, sed foris domum, ut ca-
„nes, sumere victus. Hoc facto fide sancta
„instructi certatim concurrerunt baptizari,
„& sic deinde religio christiana succrescit. In-
„terim contigit anno videlicet Nat. Domini
„DCCXCVIII. Arnonem jam archiepisco-
„pum a Leone PP. accepto pallio remean-
„do de Roma venisse ultra Padum, eique
„obviasse missum Karoli cum epistola sua
„mandans illi ipso itinere in partes Sclavo-
„rum ire, & exquirere voluntatem populi
„illius, & predicare ibi verbum Dei. Sed
„quia hoc facere nequiuit, anteque respon-
„sum redderet sue legationis, festine perre-
„xit ad Imperatorem, & retulit ei, quic-
„quid per eum Dominus Leo PP. mandavit.
„Post expletam legationem ipse Imperator
„precepit Arnoni archiepiscopo pergere in
„partes Sclauorum, & providere omnem
„illam regionem, & ecclesiasticum officium
„more

„more episcopali colere, populosque in fi-
„de, & christianitate predicando confortа-
„re, sicut ille fecit, illuc véniendo confe-
„cravit ecclesias, ordinavit Presbyteros,
„populumque predicando docuit. Et inde
„rediens nunciavit Imperatori, quod ma-
„gna ibi potuissent effici, si quis inde habuis-
„set certamen. Tunc interrogavit illum
„Imperator, si aliquem habuisset, & eccle-
„siasticum virum, qui ibi lucrum potuisset
„agere Deo. Et ille dixit, se habere talem,
„ut Deo placuisset, & illi populo pastor fieri
„potuisset. Tunc jussu Imperatoris ordina-
„tus est Theodoricus episcopus ab Arnone
„archiepiscopo Juvavensi, quem ipse Arn,
„& Geroldus comes perducentes in Sclavo-
„niam dederunt in manus principum, com-
„mendantesque illi episcopo regionem Ka-
„rinthianorum, & confines eorum occiden-
„dentali parte Draui fluminis, usque dum
„Drauus fluit in amne Danubii, & potesta-
„tive populum regeret sua predicatione, &
„evangelica doctrina doceret servire Deo, &
„ut ecclesias constructas dedicasset, pres-
„biteros ordinando constituisset, totumque
„ecclesiasticum officium in illis partibus,
„prout canonicus ordo exposcit, perfice-
„ret, dominacionem, & subjectionem ha-
„bens Juvaviensium rectorum sicut ille fecit,
„quam diu vixit.„ Hucusque vetustus co-
dex, ex quo etiam tanquam fonte præcipuo
suas notitias habuerunt Mezgerus, & Han-
sizius: iste a num. XIV. in vita Arnonis, il-
le autem Lib. III. toto cap. VI.; quamvis
circa annos, quibus istæ missiones fuerunt
institutæ, hinc inde differant, sed quis ob
tantam antiquitatem satis discernet hæc
omnia? Cæterum pro complemento eo-
rum, quæ hactenus de pastorali zelo Arno-
nis in Carinthia præsertim dicta fuerunt,
hoc insuper addendum est, quod præfatus
Arno circa jus diœcesanum in Carinthos
cum Paulino ecclesiæ Aquileiensis Patriar-
cha in controversiam inciderit. Hic præ-
tendebat Carinthiam pertinere ad suam diœ-
cesin vigore litterarum, quas Zacharias
Papa illi concesserat; quoniam vero merita
Virgilii episcopi Salisburgensis fuerunt ad-
huc in conversione Carinthiæ valde recen-
tia, & nova insuper accesserunt per Arno-
nem, hicque alia instrumenta a Zacharia
Papa, & Stephano IV. in medium protu-
lit, hinc Salisburgo adjudicabatur sacra
Carinthiæ jurisdictio. Ne autem hoc nego-
tium in ampliorem abiret litem, Carolus M.
consilium dedit, ut limitibus divisis Dravus
fluvius utram Diœcesin terminaret, pars,
quæ septemtrionem respiceret Salisburgo,
quæ meridiem, Aquileiæ subjecta caderet,
quod etiam amico fœdere stabilitum, &
servatum fuit.

XV. Exin post legationem ad Urbem in causa calamitosa Leonis III. Papæ,

Dum hæc agebantur, anno 799. Leo III. summus Pontifex in magnam conjici-
tur calamitatem; nam, ut ex omnibus no-
tum est historiis, propinqui Hadriani Papæ
conjurationem iniere, quam paucis ita de-
scribit celebris novæ hist. ecclesiast. auctor
D. Abbas Fleurius Tom. X. Lib. XLV. §. X.:
„Ubi ad portas monasterii sancti Stephani,
„& sancti Sylvestri a Paulo Papa fundati
„ventum, prorumpunt ex insidiis armati,
„& in Pontificem irruunt, fideles inermes,
„& ad orationem comparati diffugiunt.
„Grassatores vero Papæ manus injiciunt,
„& terræ affigunt, Paschale ad caput, &
„Campulo ad pedes stantibus. Vestes ja-
„centis dilacerant, oculos evellere, & lin-
„quam præscindere conantur, & media in
„platea projiciunt, putantes eum cœcum,
„& mutum fuisse effectum. Verum paulo
„post iterum adsunt Paschalis, & Campu-
„lus, Papam in ecclesia monasterii ad alta-
„re raptant, rursus oculos, linquamque
„eruere nituntur, fustibus cædunt, dila-
„niant, & in suo sanquine volutum relin-
„quunt. Mox in eodem monasterio arctæ
„custodiæ tradunt; at timentes, ne inde a
„viris probis eriperetur, clam noctuque
„sancti Eraimi abbatem ad se accersitum ad
„monasterii sancti Silvestri mittunt cum co-
„horte armatorum, qui Papam eadem no-
„cte inde eductum, & ad monasterium san-
„cti Erasmi translatum in angustum carce-
„rem detruserunt. Et ecce! quamvis ma-
„gnam vim tuliliet Leo, non tamen oculo-
„rum, aut linquæ usu carens inventus est;
„quod non sine prodigio factum credide-
„runt.„ Hucusque auctor citatus. In his
circumstantiis Leo Papa constituit ad Caro-
lum Regem proficisci, illumque comitaban-
tur multi episcopi, pars magna Cleri Roma-
ni, civitatumque optimates, & postquam
nuntiatum fuit Regi, Papam venire, mis-
sus fuit obviam Hildebaldus episcopus co-
lonienfis cum Anschario comite, quos et-
iam postea secutus est Pipinus filius Rex Ita-
liæ cum aliis comitibus, qui Papam dedu-
cerent usque ad locum, quo ipse Rex Caro-
lus obviam processit, quem locum scripto-
res dicunt fuisse in Saxonia; nam illo tem-
pore Paderbornæ morabatur Carolus. Ve-
nientem pontificem recepit prædictus Rex
inter hymnos, & cantica spiritualia, mox-
que fluentibus mutuis lachrymis in ample-
xus ruerunt, & Rex aliquanto tempore ho-
norifice apud se retinuit Pontificem. Dum
vero Leo Pontifex rursus Romam reversus,
atque in omni loco, & civitate, ac si san-
ctus Petrus advenisset, exceptus fuit, co-
mitabantur eum redeuntem archiepiscopi,
episcopi, & comites, inter quos etiam
erat Arno noster Salisburgensis archiepisco-
pus, & monasterii nostri abbas, qui & cum
aliis mandatariis a Rege Carolo missis, in-
ter quos cum prædicto Arnone erant septem
episcopi, & tres abbates; in atrio Palatii a
Leone ædificati libellos contra eum a con-
juratoribus Paschali præsertim, & Cam-
pulo traditos examinarunt, & postquam in
discussione causæ nullo argumento quic-
quam probari potuit, quæ contra Leonem
allata fuerunt, accusatores comprehensos

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

in Franciam miſerunt. Vid. cit. Abbas Fleurius Lib. XLV. §. XIV. Tom. X.

XVI. Tam Carolum, quam & Leonem Pontificem Salisburgi excepit.

Accidit autem, quod Carolus M. poſt coronationem in Imperatorem anno 800. in die nativitatis peractam, cui celebritati etiam Arno archiepiſcopus, & abbas noſter interfuit, anno 803. Salisburgum venerit, atque incredibili lætitia ab Arnone fuerit exceptus. De hoc adventu Caroli M. Salisburgum, tempore Arnonis, ſic ſcribit ex antiquis MSS., & chronicis Mezgerus noſter Cap. VIII. pag. 247.: „Anno proximo „Chriſti 803. Imperator jam in Italia forma„matis Longobardorum legibus redux inde „cum aula, & principum frequenti comita„tu Salisburgum venit. Hinc ſummo cum „plauſu ab Arnone exceptus ſubſtitit: ædifi„caſſe quoque iſthic palatium tradidere ali„qui: quod ſingularis in civitatem noſtram „affectus, & frequentioris adventus indi„cium erat. Nec otioſus hic ſedit; nam „Principum de rebus imperii conventum, „ſeu Comitia a Carolo Salisburgi acta. Con„venere etiam Cæſarem legati Nicephori „novi Imperatoris Orientis cum legatis Ca„roli Conſtantinopoli reverſis, pacis nun„tium ferentes. Tractatu habito, ratiha„bita pax, decretumque, ut Carolus, i„pſiusque ſucceſſores Imperatoris Romani „& Latini, ſeu occidentalis nomen gere„rent, Nicephoro, & poſteris Conſtantino„politani, & græci, ſeu Orientalis titulus „ſtaret. Legati Nicephori cum litteris Ca„roli in Orientem remiſſi.„ Hucusque author citatus. Omne dubium etiam tollunt verba in ſuperius num. XIV. recitata ex anonymo auctore de converſ. Bajoar. & Carant., ubi diſerte hæc verba leguntur: poſtmodum ergo anno DCCCIII. Carolus Imperator Bojoariam intravit, & in menſe Octobris Salisburgum venit. Conſentiunt & alia MSS., præſertim Stainhauſeri narratio de Sanctis Salisburgenſibus pag. nobis 959. Inſuper & Leonem ſummum Pontificem Salisburgum veniſſe ad Arnonem, nemo dubitat, certum eſt enim, Leonem & altera vice anno circiter 804. veniſſe ad Carolum, quod ſecundum iter ad Imperatorem ita deſcribit cit. D. Fleurius Lib. XLV. §. XXVII. „Fortunatus Patriarcha, inquit, non ignarus, „quam graves imminerent Joannes Dux Ve„netorum, & Mauritius filius ejus, conſti„tuit ire in Franciam præſidium Caroli Im„peratoris quæſiturus anno octingenteſimo „tertio, cumque principem Saltzæ prope „Moguntiam habuiſſent, privilegium im„munitatis pro ſua eccleſia obtinuit. Eo„dem anno, cum ad Imperatorem fuiſſet „delatum, Mantuæ inventam eſſe partem „ſanquinis JEſu Chriſti, Leoni Papæ ſcri„pſit, gratum ſibi facturum, ſi in rei hujus „veritatem inquireret. Papa occaſionem „prenſans Roma exceſſit, iturus in Longo„bardiam, ſed deinde ulterius progreſſus „eſt, & ſecundo ad Carolum ſe contulit, cui „ſignificari juſſit, cupere ſe diem Domini „natalem cum ipſo celebrare, ubicunque „degeret. Imperator accepto nuntio Aquis„grani in medio Novembris anno octingente„ſimo quarto, filium ſuum Papæ obviam „ire juſſit usque ad ſanctum Mauritium in „Valeſia. Deinde ipſe Rhemos usque pro„cedens Pontificem deduxit Cadurcum, & „inde feſto nativitatis celebrato, Aquisgra„num. Octiduo in mutua converſatione „abſumpto Imperator donis cumulatum di„miſit, & quia viam in Italiam per Bava„riam elegerat, Ravennam usque redeun„tem deduci juſſit.„ Hæc author. Jam quia Pontifex reditum elegit per Bavariam, etiam Salisburgum veniſſe communis hactenus traditio, & perſuaſio indubitata fuit, omnium Salisburgenſium, quamvis nos merito in dubio relinquamur, an iſte adventus Salisburgum Leonis Papæ in primo, vel in ſecundo itinere ad Carolum Imperatorem acciderit. Cæterum ſive hoc, ſive illo itinere, ubi Arno Leonem comitabatur, Pontifex Leo Salisburgum venerit, particulares quædam notitiæ ex nullo MS. nobis cognitæ ſunt. Ipſe Mezgerus noſter de hoc adventu ſolummodo hæc pauca verba reliquit pag. 248. „Rebus maximis ad „eccleſiæ communis ſtatum pertinentibus „cum Cæſare abunde pertractatis Leo ſum„mus Præſul per Bajoariam Romam rediit, „in eoque itinere etiam Salisburgum diver„tit.„ Hæc ille.

XVII. Denique poſt plurima alia domi, foriſque laudabiliter

Superſunt autem & plurima alia, quæ ante ſuum obitum domi, foriſque laudabiliter geſſit Arno archiepiſcopus, & abbas noſter. Celebris eſt illa Synodus, quam ſub hoc archipræſule Reisbaci in Bavaria inferiori ab epiſcopis celebratam 20. Januarii geſta, 799., paſſim tradunt Scriptores, Chriſtophorus Jordanus præſertim cancellarius quondam archiepiſcopalis Salisburgenſis, qui usque ad annum 1560. chronicon quoddam Salisburgenſe ſcripſit, ex quo & forte id hauſit Duckerus, Hanſizius, & alii. In hac ſynodo acta, & decreta fuerunt multa de diſciplina ſacra circa eccleſias, clericos, cultum Sanctorum, Decimas, abſtinentiam a carnibus, viduarum, pupillorum, & egenorum curam. Hanſizius num. XXVII. ex codice quodam Friſingenſium traditionum, ubi, ſine anno hujus Synodi, fit mentio, recenſet non tantum omnes, qui huic Synodo erant præſentes, verum etiam duodecim ſanctiones ſynodales. Fuiſſe hanc ſynodum congregatam juſſu, & auctoritate Arnonis archiepiſcopi vix dubium eſſe poteſt: an autem ipſe præſens fuerit, merito dubitatur; illo enim tempore circa annum 799. Romæ in cauſa Leonis occupatum fuiſſe veroſimilius videtur. Longe certius eſt, quod Arno noſter anno 807., ut eccleſiis ſibi comiſſis, & bono communi conſuleret, totius provinciæ epiſcopos, & clerum ad Salisburgenſem metropolim in ſynodum convocaverit, ubi & præſentes ſe ſtiterunt ſub præſidio archipræſulis ſui Arnonis Atto Friſingen-

fingenſis, Adalwinus Ratisbonenſis; Emricus Sabionenſis, & Hatto Paſſavienſis epiſcopi. Aderant & abbates Megenhardus, Vrolfus, Joannes, Wolfdregus, Wolfkauhardus, Kerichus, Kepfilo, & alii, quamvis monaſteria, quibus præfuerunt hi abbates, non exprimantur. Actum fuit in hac ſynodo de decimis antiquo more juxta canones in quatuor portiones dividendis, quarum prima epiſcopo, altera clericis, tertia pauperibus, quarta fabricæ, & ornamentis eccleſiæ cederet; particularia tamen acta, & decreta ſynodi ob temporis antiquitatem interciderunt. Inter merita Arnonis ex communi traditione pariter recenſetur, quod antiquiſſimam eccleſiam ſancti Amandi Wormatienſis Præſulis olim a S. Ruperto ædificatam, ſed præ vetuſtate jam fatiscentem rurſus renovaverit, & exſtruxerit, quod celebre, & pium factum jam dudum decantavit eruditiſſimus ille Alcuinus, quem aliqui manuducentibus quibusdam MSS. credunt adfuſſe Salisburgi anno 803., cum Carolo M., imo juxta quosdam frater Arnonis fuiſſe dicitur: hujus verſus adduximus in vita S. Ruperti num. XVII. & ſic incipiunt:

Hæc æquata ſolo viluit domus inclyta quondam
Non tulit hanc ſpeciem Chriſti devotus honore
Arnonus Præſul humilis: renovare jacentem
Incipit, & melius totam conſtruxerat ædem,
Conſecrans ſummis interceſſionibus illam
Principis egregii primo Michaëlis honore &c.

Sed ab hac traditione longiſſime differunt cum Hanſizio noviores hiſtorici, non minori tamen, ac nos, incertitudine involuti, quod nimirum hæc oſſa S. Amandi non fuerint abbatis Wormatienſis, ſed Trajectenſis, neque has reliquias attulerit S. Rupertus, ſed Arno noſter quondam abbas Elnonenſis, hinc hos verſus intelligendos eſſe, dicit Hanſizius num. XXXIII. in vita Arnonis, de æde S. Amandi Elnone in Belgio, ad quam tempore Caroli M. rurſus venit Arno archiepiſcopus noſter, non autem de æde ſancti Amandi in cœmeterio ad S. Petrum Salisburgi. Res undique incerta eſt, argumenta tamen ex utraque parte ſat fortia pugnant, quæ in extenſo recenſuimns in vita S. Ruperti n. n. XV. XVI. XVII. & XVIII., quo lectores remittimus. Aſt ſicut nobis ex præponderantibus motivis veroſimilius videtur illam eccleſiam honoribus ſancti Amandi Wormatienſis fuiſſe primitus a S. Ruperto ædificatam; hinc etiam ex iisdem verſibus, & verbis Alcuini: *Principis egregii primo Michaelis honore* haud obſcure eruimus, ſtudio, & opera Arnonis devotionem erga ſanctum Michaëlem archangelum Salisburgi plantatam, & veroſimilius eccleſiam S. Michaëlis, cujus alia origo propter antiquitatem non ſcitur, a S. Arnone fuiſſe ædificatam, quæ eccleſia acceſſit, ut ipſemet fatetur Hanſizius pag. 1067. monaſterio noſtro per Fridericum I. archiepiſcopum circa annum 988., ut ſuo loco dicemus. Porro & aliud beneficium in hodiernum usque diem perſiſtens ad maximam totius boni publici utilitatem, quamvis creſcentibus annis nonnullis in particulari maximæ expenſæ eapropter excreverint, dum omnes commodum, pauci autem incommodum ſentiunt, adſcribitur B. Arnoni, quod nimirum opera cujusdam nobilis Chunonis de Gutrath ex amne, quæ *Alba* dicitur, & ſuam originem ex montibus Bertholsgadenſibus ducens ſuper Salisburgum uno fere milliari in Salſam devolvitur, deducto rivo in civitatem per denſum montis latus incredibili labore, magnisque expenſis excavatis fornicibus aquas derivaverit, per quod grande beneficium non munditiei ſolum, verum etiam avertendis, & extinquendis incendiis apprime conſultum eſt. Mezgerus addit; quamdiu hic annis Salisburgum rigabit, æterna Arnonis auctoris, & beneſactoris gloria durabit. Conſentiunt pleraque chronica, & MSS., ubi de vita Arnonis agitur. De hoc Arnone refert etiam novum chronicon celeberrimi monaſterii Lunælacenſis ſuperioris auſtriæ anno millenario 1748. editum pag. 23. & 24., quod cum hoc epiſcopo Hainricus abbas dicti cœnobii cambium initurus tradiderit epiſcopo Arnoni villas ad Adalvespach, & Lantchantispach, pro quibus epiſcopus dedit eccleſiam ſancti Martini in Straswalchen cum omni integritate, qualiter antehac ſancto Petro, & ſancto Ruperto ſervitium impendebat: ſimiliter in loco *Strazza* nuncupato dedit jugera 170., ea ratione, ut jure perpetuo ibidem deſerviant. Litteræ ibidem in chronico leguntur, quales tamen apud nos in monaſterio vel nunquam exſtabant, vel injuria temporum perierunt. In his litteris Arno non tantum epiſcopus, ſed etiam archiepiſcopus vocatur, qualis tamen ante annum 798. non fuit; Hainricus autem abbas eodem anno jam fuit mortuus; neque etiam in inſtrumento Arnonis inter eccleſias num. X. allegatas expreſſa fit mentio de aliqua eccleſia Straswalhen, niſi forte dicas ex indicio valde obſcuro hanc eccleſiam fuiſſe ſub illa *ad Walahamus* indigitatam, cui forte ſucceſſu temporis propter ſuperadditum locum *Strazza* nomen *Straswalchen* remanſit.

XVIII. Septem annis poſt mortem Caroli M. & ipſe ſancto fine quievit.

Paulo ante mortem Caroli M. Arno noſter etiam præſens fuit variis conventibus publicis, tam illi conventui generali Aquisgranenſi, ubi deliberatum fuit de Ludovico Caroli filio in conſortem Imperii vocando anno circiter 813., quam & in aliis conciliis, quæ juſſu Caroli ſuper ſtatu eccleſiarum corrigendo per totam Galliam ab epiſcopis celebrata fuerunt, quorum unum erat Moguntiæ, alterum Remis. His, in-

quam, præsentem fuisse Arnonem nostrum docemur ex actis concilii Moguntini, quæ referuntur Tom. IV. apud Harduinum edit. Paris. pag. 1008., ubi Archiepiscopi præsentes sic allocuti fuerunt Carolum: *Almificæ reverentiæ vestræ patefacimus nos humillimi famuli ac missi vestri Hildebaldus scilicet sacri palatii archiepiscopus, Richolfus, & Arno archiepiscopi &c. anno Dominii DCCCXIII. V. Id. Junii.* Post hunc Ludovicum unicum Caroli filium ad imperii coronam assumptum brevi secuta est ipsa mors Caroli Magni Imperatoris, omni ætate celeberrimi, & sancti, quam Aquisgrani in sede sua imperiali anno 814. XV. Calend. Febr. oppetiit anno ætatis septuagesimo secundo, imperii decimo quarto. Ex omnibus actis, & monumentis eruitur, Arnonem, qui erat omnium arcanorum Caroli conscius; alter pene Caroli M. oculus, ut illum vocat Brunerus, Carolo M. usque ad mortem fideliter adhæsisse; non tantum ultimæ voluntatis dispositioni, quam fecit Carolus, quam & ipsi morti interfuisse. Tandem & ipse Arno ingravescente jam ætate domum rediit, ex cujus tamen absentia hactenus Juvaviensis sedes & monasterium nostrum nihil patiebatur detrimenti, utpote sedente ad monasterii regimen Ammilonio; quem jam antea, sicut Virgilius Bertricum, dum viveret, in laborum adjutorem, & post mortem successorem constituit Arno. Septem annis post mortem Caroli superstes vixit, qui Carolo charissimus fuerat, atque ut omnes conveniunt anno 821 in sua sede archiepiscopali, cujus ipse immortalis est author, sancte obiit, dignissimus sane, ut a nobis Salisburgensibus eidem & nomen *Magni*, & nomen *Sancti* tribuatur: *Magni*, utpote qui virtutis, & meritorum magnitudine magnitudinis ecclesiæ hujatis novam basin posuit: *Sancti*, quia pro Arnone certant tot innumera apostolici zeli, curæ pastoralis, observantiæ erga sedem Romanam, justitiæ, charitatis, & sapientiæ argumenta, trium virorum magnorum Leonis Pontificis, Caroli Magni, & Albini Flacci præclara testimonia. Ajunt, quod ipse Arno sibi in sua ecclesia conditorium, seu cryptam construxerit, ubi sepultus fuit in antiqua ecclesia metropolitana sancti Ruperti juxta aram S. Mariæ Magdalenæ, ut scribit Hundius, vel S. Sebaldi, ut putat Stainhauserus, juxta nostra MSS. ad altare utrique sacrum. Ejus epitaphium & Hansizius, & Mezgerus allegat, fors uterque ex auctore antiquiori Stainhausero in MS. de Sanctis Salisburgensibus de anno 1602., qui pag. nobis 976. sequens dicit fuisse epitapium Arnonis:

> Anno Domini octingentesimo vigesimo primo IX. Calend. Februar. Reverendissimus Pater, & Dominus Arno primus ecclesiæ Sallsburgensis archiepiscopus obiit, qui & sanctissimus suo in tempore meruit appellari.

De hoc epitaphio, quod ex stylo non coævum, sed aliquot sæculis post Arnonem positum fuisse videtur, addit etiam cit. loc. Steinhauserus, hanc inscriptionem non fuisse ante prædictum altare S. Magdalenæ, & S. Sebaldi, sed ex altera parte versus ambitum, ut adeo credamus, quod Stainhauserus hoc epitaphium propriis oculis viderit. Insuper eodem teste anno 1602. mense Martio inquisitum fuit in veneranda ossa Arnonis, ubinam fuerint sepulta, ut ejus corpus pro majori veneratione elevari potuisset, attamen omni data industria post tot annorum lapsum nec vestigium reperiri potuit, quod ipsum signum est, & sepulchralem lapidem supra allegatum longe recentiorem esse, adeoque tantum pro memoria absque eo, quod locus sepulturæ propter tot diversimodas ecclesiæ structuras notus fuerit, ordinatum fuisse.

B. AMMILONIUS,
ABBAS XI.
AB ANNO 821. USQUE AD FINEM EJUSDEM ANNI.

XI.

I. Arnonis verus successor in regimine fuit Ammilonius,

Primo Salisburgensium Archipræsuli Arnoni immediate in regimine non Adalramum archiepiscopum, sed Ammilonium, archiepiscopali equidem dignitate, fors ob brevitatem regiminis, aut alias more illo tempore sat consueto non insignitum, bene tamen in ordine regiminis abbatialis, quod tunc ab episcopali nondum erat distinctum, successisse, constans hactenus apud nos traditio fuit, a qua recedere eominus licebit, cum id auctoritas vetustorum Codicum maximæ æstimationis suadeat. Sæpe cit. antiquissimum MS. M. in catalogo de anno 1004. vel omnino antiquiori sequentem refert ordinem pag. 29. num. 61.

Arn archiepisc. & abbas
Ammiloni abbas.

In quo ipso codice etiam metricus catalogus usque ad annum 1061. legitur, ubi anonymus Poëta ita canit:

Arn, cui successit, qui fortiter omnia gessit,
Archipotestatem, qui primus habebat eandem,
Abbas *Ammiloni*, successit episcopus illi
Hunc Adalramus sequitur pastor memorandus.

Similiter in vetusto nostro haud minoris auctoritatis MS. de sæculo respective XII., & transumpto anno 1288., ubi est illa ipsa vita primigenia S. Ruperti de littera ad litteram consonans illi MS., quod se accepisse dicit P. Hansizius in vita S. Ruperti pag. 34. ex Bibliotheca Cæsarea in classe histor. eccles. iast. num. LXXIII., & num. CXLVIII., & scriptum fuisse credit jam circa finem sæculi noni; in hoc manuscripto (ubi etiam describitur historia convers. Bajoar. & Carant.) ubi sunt notitiæ breves de sede Juvaviensi, & quo antiquius (solo illo ex bibliotheca cæsarea excepto) fors neque Hansi-

zius vidit ; in hoc inquam , codice non tantum clare recenſetur pag. 26. avers. in catalogo præſulum Salisburgenſium poſt Arnonem archiepiſcopum *Ammiloni abbas*:

Arn archiepc.
Ammiloni abbas.

Verum etiam in eodem MS. cit. pag. colum. 2. in fine catalogi hæc verba jam ſæpius in ſuperioribus locis a nobis citata leguntur: *In Katalogo iſtorum epiſcoporum quinque abbates continentur , qui absque Pontiſicali ordine, & dignitate regebant epiſcopatum Juvavenſem, hi vero ſunt Anſologus , Savolus , Ezzius, Bertricus, Ammiloni.* Major adhuc auctoritas accedit ex eodem MS. in hiſtor. convers. Bajoar. & Carant. quam ipſe Hanſizius ſumme æſtimat , & ſuum anonymum , a quo non recedendum , ſæpius vocat , in quo MS. pag. 3. colum. 2. hæc ſunt verba, quæ quidem allegat Hanſizius in vita Adalrami pag. 123. num. I. tanquam verba ex catalogo veteris chronici de anno 1186. citans Albertum abbatem noſtrum; aſt altum ſilet hæc verba legi in anonymo de hiſtor. convers. Bajoar. & Carant. ſunt autem hæc: *poſt diem vero tranſitus de hoc ſæculo Arnonis archiepiſcopi VIIII. Kal. ſebr. anno Nat. Dom. DCCCXXI. cum minus dimidio anno* Ammilonius *abbas eidem ſedi præſediſſet* , Adalramus *piiſſimus Doctor prius archidiaconus ejusdem eccleſiæ ſedem Juvavenſem ſuſcepit regendam Kal. Decembr.* Hucusque MS.

II. Non autem Adalramus, ut vult Hanſizius:

Unde his ſtantibus præprimis valde miramur , quod Clariſſimus vir Hanſizius c. l. in vita Adalrami num. I. tantæ manuſcriptorum auctoritati anteferat auctoritatem unius Aventini , de quo ſcimus , quantum diſtet ipſius chronologia etiam a noſtro antiquo Salisburgenſi, & multo magis a ſyſtemate Hanſiziano , miramur , inquam, quod adeo multum valeat apud Hanſizium unicus textus Aventini , dum c. l. ipſius verba ſic allegat: *menſe Majo* , inquit Aventinus, *frequentes proceres neomagi conveniunt , Arno archiflamen Bojorum tum obiit, Adalramus a Pio* (ſcilicet Ludovico) *Nonis Junii in eodem oppido ejus ſacerdotio donatur* , quibus Aventini verbis ad ſui favorem ſuperaddit Hanſizius , *quod , cum adeo definite , ſignateque ſcribat*, nimirum Aventinus, *auctorem habuiſſe videtur veterem.* Verum hoc eſt pium deſiderium Hanſizii , neque probari poteſt, quod auctorem magis veterem viderit Aventinus , quam ſint præcitati antiqui codices ; immo , ſi & aliquam auctoritatem attribuere vellemus Aventino , facili conatu explicandus eſt , quod Adalramus ſucceſſerit in archiepiſcopatu Arnoni in eo ſenſu quod Ammilonius forte ob brevitatem temporis Pallium non acceperit, & tamen fuerit abbas , talis tamen , qui regebat Eccleſiam Juvavienſem, & qui pro Archiepiſcopatu jam erat electus , & deſignatus, dignus eapropter , ut ordini Archiepiſcoporum inſeratur, licet adhuc dignitate pontificali, ſeu archiepiſcopali nondum eminuerit; in quo ſenſu etiam decantati illius Poëtæ anonymi verſus ſunt intelligendi , ubi tantum epiſcopi , & archiepiſcopi conſecrati recenſentur, qui poëta exterus noſtro ſupra citato non eſt æquiparandus. Secundo : ſuſpectus nobis videtur Marcus Hanſizius , dum num. II. in vita Adalrami pag. 123. pro ſua ſententia verba anonymi in hiſtor. convers. ita allegat : *poſt diem vero tranſitus de hoc ſeculo Arnonis archiepiſcopi anno nativitatis Domini DCCCXXI. Adalramus piiſſimus Doctor ſedem Juvavenſem ſuſcepit regendam ;* cum tamen in noſtro codice H. ubi alias de apice ad apicem , de verbo ad verbum in hiſt. de convers. Bajoar. omnia correſpondent, ita legitur: *poſt diem vero tranſitus de hoc ſeculo Arnonis archiepiſcopi VIIII. Kal. Febr. anno Nativ. Dom. DCCCXXI. cum minus dimidio anno Ammilonius abbas eidem ſedi preſediſſet , Adalramus piiſſimus Doctor prius archidiaconus ejusdem eccleſiæ ſedem Juvavenſem ſuſcepit regendam Kal. Decembr.* An non ergo fortaſſis ſtudio illa verba intercalaria , *cum minus dimidio anno Ammilonius abbas eidem ſedi preſediſſet* , in citando textu anonymi omiſerit Hanſizius, ne ob auctoritatem talis codicis , quem & ipſe æſtimabat , victas manus dare cogatur , nos hanc cauſam aliis judicandam relinquimus.

III. Poſt regimen breve, ubinam ſepultus fuerit? exponitur.

Reſtat , ut pauca diſſeramus in ſpecie de hoc B. Ammilonio archiepiſcopo , & abbate noſtro , quæ nimirum in noſtris manuſcriptis potuerunt reperiri. B. Ammilonium jam ante mortem Arnonis abbatialis laboris coadjutorem fuiſſe propter continua negotia publica , quibus fungebatur Arno, jam ſupra diximus , & omnes fere conveniunt : defuncto autem Arnone nemo archipreſulari honore fuit dignior , quam Ammilonius , quamvis jam gravis ſenex, qui tamen , quia juxta codicem vetuſtum H. *minus quam dimidio anno* rexit archipræſulatum , nec pontificia confirmatione roboratus , nec conſecratione , aut pallio ornatus fuiſſe creditur , morte præmatura , ut arehiepiſcopalis dignitatis inſignia capeſſeret , præventus ; interim cœlo ſat maturus , ſanctitate vitæ clarus ad beatam vitam migravit anno 821. conſequenter eodem anno , quo factus eſt archiepiſcopus, quamvis dies , aut menſis obitus non reperiatur. De loco ſepulturæ variant manuſcripta ; nos referimus verba D. Amandi abbatis noſtri in antiquitatibus ſumme verſati , qui in deſcriptione SS. reliquiarum Cap. XIX. §. II. ita diſcurrit : „Ubi corpus „Ammilonii hujus ſepultum ſit , inquit, „non levis controverſia eſt : Hundius ait, „ſepultum fuiſſe ad S. Petrum : hanc opi„nionem ſine dubio hauſit ex monumentis „monaſterii S. Petri ; nam chronicon in „MS. R. idem docet ; item & chronicon in „MS. RR. rurſus chronicon in MS. Q. & „QQ. hanc opinionem ſtabilire poteſt, quod „lego

„lego in MS. R. ſub Petro abbate, qui an-
„no 1436. electus eſt in abbatem. Hic mul-
„tis titulis laudatiſſimus abbas chorum ec-
„cleſiæ S. Petri, qui olim inferius ad ſum-
„mum altare erat, picturis in fornice exor-
„navit circa idem altare: depingi autem cir-
„cum altare fecerat illos epiſcopos, qui poſt
„Vitalem, & S. Rupertum rexerant eccle-
„ſiam Salisburgenſem, & ſepulti erant ad
„S. Petrum circa idem ſummum altare, ad-
„ditis nominibus ſingulorum, nimirum An-
„ſologi, Savoli, Ezii, Flobargiſi, Joan-
„nis, Bertrici, Ammilonii, his etiam ap-
„poſuit ſimplices verſus:

Pontificis ſancti tenet ara hæc corpus Amandi,
Corpora pontificum ſeptem ſtipant ſimul illum.

„Vides lector, olim creditum fuiſſe, Am-
„milonium circa altare in eccleſia Sancti
„Petri ſepultum fuiſſe. At vero in antiqui-
„oribus MSS. non reperio, Ammilonium ad
„S. Petrum ſepultum eſſe: immo MS. B.
„quamvis recentius, ait expreſſe fol. 49.
„ſub Ammil. eundem ſepultum fuiſſe in cry-
„pta S. Ruperti. Hanc ſententiam confir-
„mat, & veriorem facit ille lapis ſepulchri
„Ammilonii, de quo ſupra Cap. XIII. reper-
„tus in crypta eccleſiæ cathedralis, cui in-
„ciſum erat: Oſſa Ammilonii archiepiſco-
„pi &c. aut ergo e Sancto Petro aliquando
„translatus eſt, de quo nihil conſtat, aut
„certe illa prima opinio erronea eſt. Cum
„porro anno 1600. 18. Decembris apertum
„eſſet ſepulchrum in crypta, ſub illo quar-
„to lapide, cui epigraphe erat; oſſa Am-
„milonii archiepiſcopi: & oſſa Leoprami
„archiepiſcopi: inventa ſunt amborum oſſa
„in magna quantitate, ſed non omnia, ne-
„que ab invicem diſcerni poterant, quæ pe-
„rinde cum aliis corporibus in tumbis ligneis
„aſſervantur in ſuperiori ſacriſtia eccleſiæ
„cathedralis. Verum, cum neque Am-
„milonii, neque Leoprami nomen alicui
„tumbæ appoſitum fuit, ſciri non poteſt, in
„quanam hodie hæc corpora contineantur".
Hucusque Amandus abbas, qui hanc no-
titiam partim ex citatis & apud nos exſtan-
tibus MSS. partim ex Joanne Stainhauſero
hauſit, qui, ut ipſe fatetur in libro de SS.
Salisburgenſibus fol. 232. oculatus teſtis
fuit, dum anno 1600. ſepulchra epiſcopo-
rum in crypta conflagrati ſummi templi fue-
runt aperta; tunc enim in quodam lapide
ſepulchrali antiquis litteris inſculpta ſcriptu-
ra difficulter legibilis reperta fuit hoc modo:
Oſſa Ammilonii archiepiſcopi, & oſſa Leo-
prami archiepiſcopi. Hæc pauca de Am-
milonio noſtro dicta ſufficiant, cujus effi-
giem damus quidem in habitu archiepiſco-
pali, ne ordinem antiquarum noſtrarum
picturarum invertamus; & quia ſaltem fuit
archiepiſcopus denominatus, licet juxta
noſtra antiqua manuſcripta nondum confir-
matus, conſecratus, & pallio ornatus;
quod idem etiam de Bertrico abbate noſtro,
& ſucceſſore S. Virgilii intelligendum eſt.
De hoc Ammilonio ita canit in ſuo catalo-
go Poëta Heſſius jam ſæpius a nobis cita-
tus, qui hunc catalogum anno 1586. edidit:

Sub Benedictina vitam traducere norma
Voverat aſſidue ſacer Ammilonius abbas,
Poſcitur undecimus Præſul tamen optimus, ædi
Rudberti ſanctæ, fatis ceſſiſſet ut Arno:
Is quoque virtutum præſtans inſignibus auſis
Magnum æquare animum vivus potuiſſet olympo,
Ni generi humano fatalia ſtamina torquens
Ante diem filum rupiſſet ferrea Parca:
Sed ſua cuique dies, & inevitabilis inſtat
Terminus; id propter vivas, ut vivere poſſis.
Antiſtes medium toti Ammillonius anno
Junxerat, ut terris volitavit ad aſtra relictis.

B. ADALRAMUS,

ARCHIEPISCOPUS II. ET ABBAS XII.

AB ANNO 821. USQUE AD ANNUM 836.

XII.

I. Post fata Arnonis, & Ammilonii, quo tempore disciplina claustralis floruit;

Exoptata nobis foret scribendi provincia, si plura exstarent documenta authentica, queis probari posset, quis tunc in particulari fuerit disciplinæ monasticæ status? quinam præ cæteris eminuerint monachi? qualiter studium virtutis, & doctrinæ ad salutem animarum propagatum? sed cum antiqui pro futuris temporibus non adeo providi vix aliqua vestigia reliquerint; hinc nobis, ut quædam asseramus, pauca fundamenta restant. Vestigium quoddam elucere, quod tempore Arnonis archiepiscopi, & Amilonii abbatis (in quem altefatus Præsul Arno jam longe ante mortem abbatiale regimen transtulit, ipsemet negotiis exteris, & publicis occupatus) floruerit disciplina claustralis, & emiuuerint viri tam pietate, quam doctrina præstantes, præprimis probari posset ex nota illa Albini Flacci epistola, quam hic celebris quondam Turonis in Gallia abbas, & præceptor Caroli M. ad fratres monasterii Sancti Petri Juvavium direxit, & in operibus Alcuini est numero 78. quæ sic sonat: „Sanctissimis „in Christo fratribus Juvavensibus ecclesiæ „humilis Levita Albinus in Christi charita„te salutem: Audiens laudabilem in Chri„sto unanimitatis vestræ conversationem „multa animus meus lætitia gavisus est, „multoque anhelabat desiderio, præsentia„liter ordinem videre vestrum, & meipsum „humili devotione vestris sacrosanctis com„mendare orationibus; sed quia hoc huc„usque prohibuit variarum eventus rerum, „& prolixa terrarum longinquitas, meæ „parvitatis litterulas in hoc officium dirige„re curavi, ut desiderium meum in apici„bus cognoscatis, quod & olim pio Patri „aquilæ Pontifici Germano meo, Pastori „vestro, injungere studui, cupiens spiri„tuali

„tuali præsentia unus esse ex vobis, unum „esse vobiscum, ut vestra me sanctitas a „terrenis levaret cupiditatibus, & in cœle„sti vobiscum collocaret desiderio; o quam „felix est vita monastica monachorum, Deo „placabilis, angelis amabilis, & homini„bus honorabilis". Hæc & plura habentur in epistola Alcuini, qui & ad finem addit: „Portate Deum in corpore vestro, ut „Deus habitare dignetur in cordibus vestris, „quatenus ex hac brevi, & laboriosa vita „ad æternam requiem, & beatitudinem per„venire mereamini intercedente B. Rudber„ti aliorumque Patrum sanctitate pro vobis. Præter hoc testimonium, floruisse nimirum tempore Arnonis, & Ammilonii disciplinam monasticam, ut plurimum probat inter nostros etiam illo tempore eminuisse viros pios, & doctos, quod legitur apud Gabrielem Bucelinum in Germ. Sac. Part. I. pag. nobis 50. ubi in catalogo episcoporum Viennensium in Austria, qui episcopatus tunc Fabionensis, non Vindobonensis vocabatur, tres leguntur episcopi ex nostro monosterio assumpti: nimirum Sodomus anno 740. septimus hujus episcopatus Præsul, qui jam sub Joanne episcopo Salisburgensi IV. & abbate VII. monachus fuit: item Hayino octavus episcopus Viennensis ex nostro monasterio assumptus, & a S. Virgilio illuc missus; demum Theodoricus nonus ejusdem diœcesis episcopus delegatus ab Arnone I. archiepiscopo nostro. Ita scribit Bucelinus. De Theodorico autem, qui ab Arnone missus fuit in partes Sclavorum, jam supra meminimus in vita Arnonis num. XIV. ex vetusto codice nostro H. ut adeo credibile sit, vel Sclavos tunc jam contentos fuisse sub districtu Fabionensi, vel postea primum hunc Theodoricum ad hunc episcopatum fuisse assumptum; nam primis sæculis anno 466. Vienna non semper habuit episcopos continuæ successionis, sed plerumque episcopos adventitios, qui solo convertendarum gentium studio se illuc contulere. Insuper legimus in antiquo MS. nostro H. cujus auctor est anonymus, de convers. Bajoar. & Carant. ab ipsomet Hanzizio semper summe æstimatus, sequentia pag. 3. col. 2. & 3. quod *Adalramus*, de quo nunc agimus, *piissimus Doctor, inter cætera beneficiorum opera finito cursu Theodorici episcopi, prout Arn archiepiscopus antea Theodorico episcopo commisit Sclavos, ita & iste Ottonem constituit episcopum.* An autem iste episcopus Otto ab Adalramo constitutus, sicut & Oswaldus, qui in eodem loco temporibus Luiprami, & Adalwini archiepiscoporum teste eodem MS. H. fuit episcopus Sclavorum, & teste eodem Bucelino etiam episcopus Fabionensis ecclesiæ, fuerit assumptus ex nostro monasterio? hactenus non legimus, unde & nihil determinare audemus. Satis nobis sit invenisse quædam vestigia, quod tempore Arnonis, & Amilonii, nec non ad initium regiminis, quod suscepit *Adalramus*, floruerit disciplina monastica, & viri præstantes ad pascendum Domini gregem eminuerint.

II. Electus fuit in archiepiscopum & abbatem *Adalramus* ex archidiacono ecclesiæ Juvavensis:

Igitur post suprema fata Arnonis archiepiscopi I. & brevissimum regimen Ammilonii abbatis, electi quidem, sed nondum consecrati archiepiscopi, in utroque & archipræsulis, & abbatis munere successit *Adalramus*. De hoc Adalramo sequentia refert antiquum nostrum & sæpissime citatum MS. H. seu anonymus histor. convers. Bajoar. & Carant. l. immediate c. *post diem vero transitus de hoc seculo Arnonis archiepiscopi VIIII. Kal. Febr. anno nat. Dom. DCCCXXI. cum minus dimidio anno Ammilonius abbas eidem sedi presedisset, Adalramus piissimus Doctor prius archidiaconus ejusdem ecclesie sedem Juvavensem suscepit regendam Kl. dec. qui inter cetera beneficiorum opera finito cursu Theodorici episcopi, prout Arn archiepiscopus ante Theodorico, ita & iste*, nimirum Adalramus, *Ottonem constituit episcopum, ipse enim Adalramus anno Natio: dom. DCCCXXIV. pallium accepit ab Eugenio Papa idib: Nov. presente Lothario filio Karoli Magni, rexitque gregem sibi commissum XV. annis.* Hucusque MS. H. & idem refert MS. K. pariter antiquum. Unde ex his scimus, quo anno fuerit electus, quo anno pallium acceperit, & quot annis præsederit, ut adeo perperam aliqui ejus electionem differant ad annum 823. vel 824. Similiter & illi apud Stainhauserum sine fundamento tribuunt annos regiminis viginti duos, in quo tantum annis quindecim teste eodem MS. & prout constans viget traditio, præfuit. Paulo aliter in alio MS. QQ. non quidem adeo antiquo, quod est chronicon scriptum Salisburgense a Josepho Grünbekio vate, & sacerdote norico ad initium sæculi decimi sexti de B. Adalramo circa annos regiminis hæc leguntur: „Adalramus abbas S. „Petri, tantæ religionis, sanctitatis, do„ctrinæ, humilitatis, & eloquentiæ fuit, „ut omnium consensu Salseburgensis Ponti„fex crearetur, eo maxime tempore, quo „Lothiarius Italiam Juris dicendi, & magi„stratus eligendi auctoritate domabat: Lu„dovicus vero Britanniam ferro, flamma„que vastabat, Bulgari per Pannoniam in „Dalmatiam infesto agmine penetrabant; „inter quæ rerum discrimina Clemens Adal„ramus dignitate corporis, & præstantia „animi insignis, spretis omnibus humanis „rebus, & fortunæ bonis ad ecclesie, & „religionis ornamenta munificentiam suam „convertit, Romam adit, Eugenium sum„mum Pontificem presente Lothario cum „precibus, tum muneribus adit, instat, „sollicitat, ut Pallium, & Juris legationis „auctoritatem more predecessorum conce„dat: qui hominis modestiæ, & integrita„ti honestam petitionem negare non potuit, „ad instantiam potissimum Lotharii nedum „tantos ornamentorum fasces, sed etiam „privilegiorum, & libertatum immunita„tes

„tes maximas largitur: quibus conceſſis „lætus revertitur Juvaviam, a ſuisque ſum„mis reverentiæ inſignibus ſuſcipitur; ubi „duodecim annos tanta pietate, & cle„mentia tum in vita privata, tum in pon„tificatus negotiis exegit: ut nulli majorum „ſecundus ſit habitus. Poſtquam vero Ot„tonem Corinthiis epiſcopum propoſuit, „moritur anno ſalutis DCCCXXXVI. pridie „nonas Januarii ſepultus in crypta retro „aram Sancti Eraſmi". Hucusque Grünbekius in cit. MS. qui circa annos de initio regiminis differt, & potius de anno ſuſcepti pallii, qui fuit ſæculi noni vigeſimus quartus, loqui videtur. Cæterum an prius monachus fuerit Adalramus? certo non conſtat: fuiſſe prius archidiaconum eccleſiæ Juvavienſis, & non abbatem, ſicut Ammilonius, idem teſtatur MS. H. cui ſua auctoritas non deneganda; nulla enim tunc temporis ſollicitudo fuit, an ex gremio vel extra illud archiepiſcopus & abbas fuerit conſtitutus, ſubinde domeſticum, ſubinde extraneum, uti erant Joannes Virgilius, & Arno, fuiſſe conſtitutum, præcedentes hiſtoriæ probant.

III. Atque poſt multa præclare geſta emenſo in regimine 5. annorum ſpatio, obiit.

Denique non deſunt alia præclare geſta a B. Adalramo hujus ſedis archiepiſcopo, & abbate noſtro: hæc præter illa, de quibus jam partim ex MS. codice H. partim ex chronico Grünbekii ſeu MS. noſtro QQ. mentio facta fuit, recenſet partim Hanſizius a num. IV. usque ad num. VII. in vita hujus archiepiſcopi, partim Mezgerus in ſua hiſtor. Salisburg. Lib. III. Cap. XIII. ad finem fol. 260. Ille dicit, quod Adalramus comitatus fuerit anno 828. Ludovicum Regem in expeditione Bulgarica, quod ultra Danubium in oppido Nitrava eccleſiam conſecraverit, quod Privinam Moravorum Ducem converterit, quod cum Patavienſibus de Panonia litigaverit, quod etiam, antequam pallium adeptus eſſet, interfuerit conſeſſui apud Ergeltingas Bajoariæ inferioris vico, quod a Ludovico Pio Gurcam in Carantanis, Diemundingam in Chiemgovia, & alia quædam loca ſuæ eccleſiæ dono acceperit, addita facultate quodcunque mancipium, quod ſacris vellet addicere, cum expedire cenſeret, a ſervitutis jugo eximendi. Hæc Hanſizius fuſiori calamo; qui eruditus auctor etiam in fine allegat codicem quemdam membraneum exſtantem in celebri bibliotheca ad S. Emeramum Ratisbonæ, ubi continentur ſermones Sancti Auguſtini de ſymbolo contra Judæos, quem Adalramus Ludovico Regi obtulit, prout denotant verſus ad calcem ſubjecti, qui ſic ſonant:

Accipe ſumme puer parvum Hludowice libellum
Quem tibi devotus obtulit en famulus,
Scilicet indignus Juvavenſis Præſul ovilis
Dictus Adalramus ſervulus ipſe tuus.

Ille autem, nimirum Mezgerus, paucis verbis ſynopſin vitæ Adalrami ita deſcribit l. c. "Reverſus domum (nimirum Adalramus) "Pallium pontificale maximis virtutibus or„navit; Sclavis, quibus antea Arno Theo„doricum, ipſo tunc mortuo, novum Præ„ſulem Ottonem dedit; Lotharii Cæſaris „gratia Romæ uſus, Ludovico Patri quo„que inter charos fuit, cujus beneficio Gur„cam in Carinthia, Diemundingam in Chi„emgovia, & alia quædam loca ſuæ eccle„ſiæ dono accepit: addita facultate, quod„cunque mancipium, quod ſacris ſe vellet „addicere, cum expedire cenſeret a ſervi„tutis jugo eximendi". Et poſt pauca inquit: "depoſuit corporis onus, & Præſulis „munus antiſtes egregius anno Chriſti 836. „aliis 844. abiitque ad ſuperos in crypta me„morata ſummi templi terræ reconditus". Hæc Mezgerus. De ſepultura Adalrami ſequentia ſcribit D. Amandus abbas noſter in deſcript. SS. reliquiarum Cap. XX. §. I. Corpus hujus Pontificis ſepultum eſt in crypta (illa nimirum, quæ erat in antiqua metropoli pro archiepiſcopis deſignata) "ſed „ſub quo lapide repertum fuerit anno 1600. „menſe decembri, plane ignoratur, quare „neque in qua tumba in ſacrario conſerven„tur oſſa ipſius, ſciri poterit". Hæc cit. D. Abbas.

B. LUIPRAMUS,

ARCHIEPISCOPUS III. ET ABBAS XIII.

AB ANNO 836. USQUE AD ANNUM 859.

XIII.

§. 1. Exactore vetusto non tantum synopsis vitæ de B. Luipramo, qui & corpus S. Hermetis Roma Salisburgum transtulit,

Adalrami Archiepiscopi, & abbatis nostri non tantum successorem fuisse Luipramum, quem & alii Leopramum, vel Liuprandum vocant, notat authenticus codex vetustus H. seu author anonymus convers. a nobis supra cit. col. 3. verum etiam synopsin vitæ ita paucis describit: „Eo„que (nimirum Adalramo) superna vocan„te clementia a nexibus corporis absoluto: „Liuprandus venerabilis predicte sedis Ponti„ficatum accepit anno Christi DCCCXXXVI. „quem Gregorius PP. eodem anno Pallio „honoravit. Hujus presulatus anno X. ec„clesia Sancti Rudberti Salzburch igne pe„riit: anno denique nati Domini DCCCLI. „Luipramus archiepiscopus Romam perre„xit, & a Leone Papa IV. S. Hermen ob„tinuit, & Salzburch honorifice transtulit. „Liupramus innumerabilibus Deo placitis „operibus peractis sidereas conscendit sedes *Chron. Monast. S. Petri Salisb.* anno Christi DCCCLIX. prid. Kal. octob. Hucusque MS. H. Sicut autem certum est, quod Luipramus successerit Adalramo, ita plane ignotum est, quo genere, aut familia natus, aut dignitate clarus fuerit ante archiepiscopatum? pariter dubitari nequit, quod Pallio a summo Pontifice Gregorio IV. decoratus, anno autem 851. sub Leone IV. Romam fuerit profectus, quo tempore a summo Pontifice corpus S. Hermetis accepit. Anno decimo sui regiminis infortunium grave passus est, dum ecclesia S. Ruperti flammis atrocibus fuit devastata, quam magnis impensis reparavit. Obiit in opinione sanctitatis anno 859. cujus elogium supra citatus author paucis, sed ponderosis verbis complectitur dicens: *Liupramus innumerabilibus Deo placitis operibus peractis sidereas conscendit sedes.* De reliquo, cum ex hoc MS. vetusto certum sit, quod

B. Luipramus attulerit Roma corpus S. Hermetis a Leone IV. dono datum, paucis scire oportet, quis S. Hermes fuerit? & ubinam nunc ejus reliquiæ requiescant? D. Amandus abbas noster in descript. SS. Reliquiar. Cap. IV. §. I. & II. de hoc corpore S. Hermetis sic scribit: „Sanctus Her„mes, teste Baronio, illustris progenie & „officio Romanus, & Romanæ urbis sub „Hadriano Imperatore Præfectus ab Ale„xandro Pontifice hujus nominis I. conver„sus vigesima octava Augusti anno Christi „132. post squalores carceris capite damna„tus Martyr. occubuit, & Romæ sepultus „est; ubi usque 851. quievit. Cum vero „Leopramus archiepiscopus Salisburgensis „placatis Italiæ turbinibus Leonem IV. „Pontificem adiisset eo tempore, quo sum„mus Pontifex Romæ incendium signo cru„cis extinxit, a Pontifice summa benevo„lentia exceptus ab eodem corpus Sancti „Hermetis martyris, & quidem, ut chro„nicon Andreæ de Küenburg meminit, co„ram confessione Sancti Petri Principis apo„stolorum solenniter X. Calend. Jun. anno „851. cum apostolica benedictione accepit. „Inde IX. Cal. Junii discedens illud Salis„burgum detulit; cumque sacrum corpus „urbi appropinquasset, solenni processione „Cleri, populique cum hymnis & canticis „honorifice exceptum est Calend. Julii, & „in ecclesiam S. Ruperti deportatum, cum „aliis SS. corporibus conjunctum, & recon„ditum fuit. Credibile est a Leopramo hoc „corpus in crypta cum aliis SS. Reliquiis re„conditum fuisse; ibi enim locus erat, quod „Sanctuarium appellabant, idem Sanctorum „velut reconditorium. Ita lego de Herolfo ar„chiepiscopo, ipsum S. Martini corpus occul„tasse in Sanctuario; fuit autem corpus S. „Martini post mortem Herolfi inventum a „S. Hartwico in crypta, videtur ergo in „crypta fuisse locum SS. Reliquiarum; „Hartwicus autem SS. Reliquias cum cor„pore S. Martini e crypta elevavit, in qua „& Wichardus archiepiscopus anno 1315. „easdem invenit, populo ostendit, subque „novo altari S. Ruperti recondidit, sub quo „rursus jacuere absconditæ usque ad annum „1602. ubi amoto altari SS. Reliquiæ inven„tæ sunt sub illo lapide, cui quorundam „Sanctorum nomina, uti & hujus S. Her„metis incisa erant. Inde translatæ in ca„pellam S. Mariæ Magdalenæ. Hodie sub „altari Oratorii aulici in ecclesia PP. Fran„ciscanorum in cuprea tumba asservantur, „cui incisum nomen S. Hermetis. Brachium „S. Hermetis B. Gebehardus archiepisco„pus donavit monasterio Admontensi, uti „lego in codice MS. Admontensi". Hæc DD. Amandus abbas in antiquitatibus versatissimus maxime ex manuscriptis H. K. R. nec non ex Stainhausero in vita S. Hermetis, quæ omnia exacte concordant. Cæterum cum plures sint in tabulis Martyrum Hermetes, omnino certum non est sicut & Hansizius pag. 132. num XII. dubitat, an hic Hermes, cujus corpus Salisburgum fuit allatum, sit ille Romanæ urbis præfectus sub Hadriano Imperatore, passus anno Christi centesimo trigesimo secundo. Mezgerus noster addit, cum hoc corpore S. Hermetis allatas fuisse pariter Reliquias S. Viti, & S. Modesti & quidem a Liupramo, de quibus tamen allegata manuscripta silent.

II. Verum etiam ejus opera special. ex probatis Auctoribus & MSS. recensentur; qui B. Pontifex

Porro, cum in citato codice vetusto H. generalis fiat mentio, quod *Liupramus innumerabilibus Deo placitis operibus peractis sidereas conscenderit sedes*, paucis inquirendum est, quænam illa *placita Deo opera* fuerint, quæ peregit Luipramus. Merentur adduci, quia sua auctoritate non carent, quæ leguntur in nostro MS. R. licet non valde antiquo, quod est chronicon D. Martini abbatis nostri collectum ex variis antiquioribus MSS. & probatis auctoribus. In hoc ergo MS. R. sequentia leguntur de Luipramo archiepiscopo, & abbate nostro: "Post obi"tum Adalrami Leopramus ad archiepisco"patum Salisburgensem elevatus est anno "836. eodemque anno a Gregorio Papa Pal"lium accepit. At ut felicibus auspiciis "principum sui regiminis circumvallatum "fuit, ita medium satis calamitosum. An"no enim Pontificatus sui decimo 845. Ba"silica S. Ruperti, deinde etiam triennio "post 847. ecclesia cœnobii S. Petri occulto "Dei judicio peregrino igne exusta est; qui"bus reædificandis non modicam curam & "sollicitudinem impendit. At opes ecclesiæ "in tantas expensas minime sufficere ratus "spei suæ aciem ad aliena subsidia intendit. "Romam petit, Sergium II. Papam, ut "aliquid gratiæ porrigeret, aditurus. Ve"rum dimicantibus inter se Ludovici pii Im"peratoris filiis ob regni divisionem non e"rat tutum per Italiam, Ludovico illam ar"mis infestante, iter facere, conceptam "profectionem distulit, & in tranquiliora "tempora rejecit. Interea tecta Basilica"rum D. Rudberti, & S. Petri & dilapsos "muros restauravit. Placatis autem rebus "Italicis Leonem IV. jam pridem in Sergii "locum suffectum eo tempore adiit, quo S. "Pontifex Romæ incendium illud signo cru"cis extinxit, quod diu per domus Saxo"num, & Longobardorum vagando Divi "Petri Basilicæ appropinquabat. Qui Pon"tifex Leopramum benevolentia summa ex"cepit, & honorifice tractavit. Eidem po"stremo corpus S. Hermetis Martyris dono "dedit, quocum gaudens Salisburgum re"vertitur, & honorifico loco decenter ex"ornandum recondidit. Inde reliquos vi"tæ dies religionis cultui, devotioni, & "contemplationi consecravit, populi sui com"moda curat, divites in officio continet, "pauperes pascit, desolatos consolatur, er"rantes in viam rectam deducit, bonos ad "perseverantiam hortatur, & exemplo suo "omnes ad meliora invitat, & locum flam"mis collapsum integre restituit. Quibus

"acti-

"actibus, dum in Præsulatus sui fastigio in-"cessanter incubuisset 24. annis, pridie Cal. "Octob. defunctus, & in crypta summi tem-"pli reconditus est anno 859. Is Venedis Il-"liricum, Noricum, Pannoniamque inco-"lentibus episcopum creavit Oswaldum. Vid. "Aventinus L. IV. fol. 397. Iste Leopramus "Celeiæ, Petoviæ, & Mosaburgii templa "aliquot a Brynnone Moravorum Regulo de "integro ædificata consecravit". Hucusque cit. MS. R. Præter hæc & alia de cura pastorali Leoprami sequentia scribit noster Mezgerus in Hist. Salisb. pag. 265. „In Ca-"rinthiam quoque Luipramus vigilem ocu-"lum extendit; defuncto in cathedra Solien-"si Ottone Oswaldum Carinthorum, & Sla-"vorum episcopum majorum more substi-"tuit, addiditque ei in subsidium firmandæ "religionis mystas virtute & pietate eximios: "in quibus Suarnagellus & Alifundius præ "aliis celebres eminuere". Hæc Mezgerus, quæ & plura alia confirmat, atque majori eruditione illustrat Salisburgensis Historicus omni laude dignissimus P. Hansizius; qui etiam tanquam rem memorabilem refert, quam nuspiam alibi reperit, & citat Chronographum Salisburgensem apud Canisium Tom. 6. quod nimirum Ludovicus II. Augustus Ao. 855. solenniter adfuerit Salisburgi, & festum S. Martini celebraverit, cujus S. Pontificis tunc maxime prodigia coruscabant, quæ verba, ait idem Hansizius in vita Leoprami n. XIII. chronico suo intulit Joannes Serlinger Ludovici Chiemensis episcopi Capellanus Sæculi XVI. inchoantis scriptor ineditus. Verum, cum nobis ad manus sit hoc chronicon MS. prædicti Serlingeri sub signo & littera Q. in hoc autem MS. non in vita Luipramí, sed ejus successoris Adalbini hæc historia referatur, qui primum anno 860. ad Archiepiscopatum venit, vel anno 859. & hujus chronici collector longe ante Canisium scripsit, ut ex charactere illi sæculo correspondente colligi potest, immo in ipso chronico annus 1510. notatus est, hinc decisio erit valde difficilis, an Ludovicus Rex Romanorum sub Liupramo, an vero sub Adalwino Salisburgi fuerit?

III. Post tristia fata incendii, & famis pie obiit in Metropoli sepultus anno 859.

Denique Antistes noster laudatissimus Liupramus, postquam fata acerbissima pertulit post regimen annorum circiter 23. pie obiit, & in Metropoli fuit sepultus. Nam, ut jam mentio facta fuit ex manuscriptis, non tantum Basilica S. Ruperti quondam a S. Virgilio excitata anno 845. & ecclesia S. Petri anno 847. fuit exusta, quam utramque Luipramus renovavit juxta illos versus ex poëmatibus Albini Flacci, qui reperiuntur in antiquissimo MS. M. jam anno 1004. scribi cœpto, qui sic sonant pag. 16. n. 43. de ecclesia S. Petri:

Hanc renovavit enim Luipramus episco-
pus aulam
Ductus amore Patrum, tribuat cui præ-
mia Christus
Mitis in æternum, felici in sede polorum.

Verum etiam aliud triste fatum non Liupramum modo, sed & totam Germaniam exercuit, dira nimirum fames, quæ anno 850. adeo invaluit, quod per illam multi mortales fuerint consumpti. Eam Juvaviæ quoque grassatam testis est Poëta, quem P. Hansizius Synchronum vocat num. XI. nobis autem hactenus incognitus fuit; in carmine quodam consolatorio, quod ad Luipramum composuit, ex quo colligitur, quod etiam pestis, famis pedissequa, fuerit. Hoc carmen ita sonat:

Palma Sacerdotum rerum doctrina bonarum
Ecclesiæ Princeps, Sidus in orbe micans.
O Liupphrame Pater inopum, tutor mise-
rorum
Omnia tu peragis, jusserat ut Dominus.
Te pastore lupus vacuum detraxerat alvum
Latrandi sciolos nutrieras catulos.
Et quia cuncta placent Christo tua gesta se-
reno
Ventilat en sordes, ut suus esse queas.
Castigat sobolem, recipit quam Rector in
aulam,
Pulveris ut maculas discutiat pedibus.
Corpus inane cadit, melior pars inde resurgit,
Nunc æterna vigent, & moritura ruunt.
Spiritus exhilarat, vitiorum pugna recedit
Nam virtus animæ perficietur ita.
Gaudia sic etiam rutilant, peccata peribunt,
Tristia despicias, prospera fata videns.
O quam dulce fiet regnum, quod constat in
ævum
Quod sine peste manet, & bona cuncta
tenet.
In quo nobilium turmæ lætantur avorum,
Et cupiunt Patriam nos retinere suam.
Ac simul & Sanctæ Matres, castæque sorores
Optantes placidam nos remeare viam.
Insuper omnipotens cunctæ bonitatis origo
Nos properare jubet & pietate juvat.
Qui te perpetuo sanum perducat ad illum
Ut laudes Christi nomen in arce poli.

Postquam ergo hic meritissimus archiepiscopus, & abbas vitæ cursum absolvit, sepultus est in crypta post altare S. Erasmi, cujus corpus teste Steinhausero & nostro D. Amando abbate cap. 14. in descript. SS. Reliq. §. 2. in crypta delituit sub lapide quarto usque ad annum 1602. quo anno mense decembri crypta destructa, lapides elevati, aperta sepulchra, & corpora illa sublata, & asservata fuere. Sed ubi hujus Pontificis ossa jacent, determinate dici non potest: in lapide illo sepulchrali quarto inscriptum erat: *Ossa Amilonii archiepiscopi, & ossa Leoprami archiepiscopi*, de quo lapide supra actum est in vita Ammilonii. Eruto lapide ossa indiscriminatim jacebant, ut sciri distinctio non posset. Adsunt in sacrario septentrionalis partis ecclesiæ Metropoliticæ aliquæ tumbæ ligneæ, in quibus illæ reliquiæ ex crypta tantisper depositæ sunt, quibusdam appposito nomine certi Sancti, quibusdam vero nullo, ac propterea

pterea distinqui inter ossa non potest, quænam Ammilonii, aut quænam Leoprami sint, cum nomen Ammilonii, vel Liupramni nulli tumbæ appositum sit, ita ex Steinhausero, qui fuit occulatus testis, noster D. abbas Amandus in cit. MS. cap. 14. Insuper idem Steinhauserus in vita Liuprami testatur, quod oculis viderit in ecclesia veteri Cathedrali tabulam circa annum 1396. scriptam, & ad altare S. Ruperti suspensam, quæ Luipramum vocabat *beatum*, & referebat de eodem, uti & Eberhardo, Rudolpho, Dietmaro, quod multis claruerint miraculis, & adhuc miracula patrent.

B. ADALBINUS,

ARCHIEPISCOPUS IV. ET ABBAS XIV.

AB ANNO 859. USQUE AD ANNUM 873.

XIV.

I. Liuprami successor Adalbinus, qui postquam Pallium a Nicolao PP. obtinuit,

Successorem Liuprami fuisse Adalbinum, nullus est, qui dubitat: a puero fuisse alumnum & ephebum antecessoris sui testatur vetustus codex noster, auctor Conversionis, seu MS. H. ubi de Adalbino hæc leguntur: *Cui* (nimirum Liupramo) *successit, quem ipse nutrivit, Adalbinus venerabilis Præsul, Pallio honoratus a Nicolao PP. enituit, cum omni regens diligentia populum sibi commissum.* Qua prosapia oriundus fuerit Adalbinus, tacent manuscripta, & Chronica nostra antiquiora: aliter sentiunt Historici recentiores, quales sunt Stainhauserus in vitis SS. Salisburgensium, Perillustris Duckerus, Mezgerus noster, & ex his Hansizius eruditus Historicus in Germ. S. Tom. II. seu Histor. Salisb. pag. 133. de nostro Adalbino ita scribens: „Duckerus, inquit Hansizius, appellat, nimirum Adalbinum, „comitem de Thauer, gente „vetustissima, & qua S. Romedium pro„gnatum prodidere. Castrum gentilitium „hujus nominis hodieque superat prope Hal„lam urbem in comitatu Teriolensi. Ori„ginem vocis a Taurisci, claritudinis ab „Evino vallis Athesinæ Duce, qui filiam „Gari-

„Garibaldi primi Bojariæ Ducis in matri„monio habuit, accersunt. Sed Lazius „Adelbinum in seriem comitum Carentano„rum de Mosburg intexit. Arx est prope „lacum Werdensem, ut jam nuper memi„ni, quam Carolomannus Ludovici Regis „filius hoc ævo tenuit, quæque deinde Ar„nulpho ejus filio in patrimonium cessit. Ve„rum hoc ipsum suadet Lazium falli, quan„doquidem memoria proditum sit, arcem „illam hoc tempore jam fuisse regiam Caro„lomanni, quem Ludovicus Pater anno „858. exercitui in Margenses, id est, Mo„ravos, educendo præfecerat, quam ille „spartam annis etiam subsequentibus admi„nistravit, illudque castrum ab ipso pri„mum fuisse excitatum res ipsa suadet. Ne„que Lazio fundamentum conjectandi aliud „est, quam quod Adalbinus ecclesiam loci „vicini in Werde, seu insula lacus Werden„sis consecraverit.„ Hæc auctor citatus. Porro quis fuerit Adalbinus archiepiscopus, & abbas noster, duo præsertim exponunt in compendio MSS. nostra chronica, quamvis non multum antiqua, nimirum MS. QQ. quod est chronicon jam supra citatum Josephi Grünbeckii, & MS. R. quod est chronicon Martini abbatis: in hoc ultimo, cui & præcedens nonnihil antiquius correspondet, hæc leguntur: „Adalbinus ado„lescens pietate, & innocentia præclarus „a Leopramo adoptatus & enutritus est; „qui cum ex evangelica sententia serpentis „astutiam, ubi res exigebat, & columbæ „simplicitatem imitaretur, & ad virtutum „gradus passim conscendit, ad Presbyterii „gradum sublimari promeritus est. Quo in „honore talem se gessit, ut ab omnibus ve„neraretur, propter quod dignus Leopràmi „successor est habitus, & ab eodem adhuc „vivente gravissimo judicio designatus, & „electus. Mox autem, ut sacro chrismate, „ut fieri solet, in archiepiscopum inunctus „est, Romam petiit, ubi Ludovicum Cæ„sarem Nicolao I. nuper electo Imperiale „obedientiæ munus exhibentem invenit, „cujus intercessione Pallium assecutus est.„ Ita MS. R. unde ex his non tantum verosimiliter scitur, quis fuerit Adalbinus patria & parentibus, verum etiam indubitatum est, quod a Nicolao PP. Pallium acceperit, an vero anno electionis 859. an sequenti 860.? disceptatur.

II. Et quinque Sanctorum corpora vel saltem notabiles partes reliquiarum attulit,

Post acceptum Pallium Adalbinus noster quinque SS. corpora Chrysanthi, & Dariæ, S. Mauri Martyris, nec non Crispini & Crispiniani Roma Salisburgum attulit, ut testantur nostra manuscripta superius citata, cum Tiberis anno 859. ita excrevisset, ut non nisi Lintribus de vico ad vicum transire liceret, substitit Antistes noster Romæ finem illius diluvii visurus. Quis Chrysanthus, quis Daria fuerit? quorum corpora huc translulit Adalbinus, notat cum aliis Baronius Tom. II. ad annum 284. Chrysanthum nimirum fuisse nobilem juvenem Polemii Alexandrini filium, qui Romæ liberalibus disciplinis imbutus lectione S. Evangelii ad fidem conversus Dariam Vestalem virginem nobilissimam a patre sibi desponsatam in fide instruxit, & servata pari consensu castimonia de fide accusati sub Numeriano Imperatore tormentis excruciati sua constantia Claudium tribunum cum uxore & filiis Jasone & Mauro, ac 70. militibus totaque domo sua ad fidem converterunt, qui omnes martyrio coronati sunt. An vero integra horum sanctorum corpora, nimirum Chrysanthi & Dariæ, de Mauro M. aliunde res incerta est, attulerit Roma Salisburgum noster Adalbinus, merito dubitatur. Nam Carolus Sigonius celebris scriptor de rebus Italicis L. 6. pag. 162. ad n. 947. refert: Adelrardum Regiensium episcopum corpora SS. MM. Chrysanthi & Dariæ a Berengario Rege Italiæ impetrata Regium deportasse, quæ in hunc usque diem Regienses religione præcipua venerantur. Arbitramur autem, quod hæc reconciliari possent, si dicamus Salisburgi non tota corpora horum Martyrum sed partes reliquiarum notabiles asservari; nam sicut sæpe vox corporis pro parte sumitur præcipua, hinc & Regionenses, & Salisburgenses possunt notabiles partes de his Sanctis reliquiis possidere. Non minus eodem tempore Adalbinus etiam Roma Salisburgum attulit corpora SS. Crispini, & Crispiniani, qui erant fratres nobiles Romani, atque, ut crudelitatem Diocletiani, & Maximiani Imperatorum effugerent, Suessionem in Galliam recesserunt, ubi occulte sutoria arte vivebant, & plurimos ad Christi fidem persuadebant. Quandoquidem vero hæc res innotuit, delati ad Rictiovarum crudelissimum præsidem diris suppliciis superatis tandem gladio perempti sunt 8. Calend. Nov. teste Baronio anno 303. Suessione ibidem sepulti; inde tamen utpote Romani postea translati Romam, atque in terra S. Laurentii fuerunt reconditi, ubi usque ad tempora Nicolai I. Pontificis jacuisse verosimile est, ad quem sæpefatus noster Adalbinus pro obtinendo pallio venit anno supradicto, & has reliquias impetravit. „Credibile est, ait D. Amandus abbas noster in descript. SS. Reliq. cap. V. §. 3. „Adalbi„num acceptas SS. reliquias ad reliqua sa„cra Lipsana in crypta deposuisse, quas „Hartwicus circa annum 1060. eleva„vit, & ad corpus S. Ruperti in tumba de„posuit, ubi usque ad annum 1315. jacue„re. Quo anno, ut de superioribus sæpius „dictum, etiam horum Martyrum reliquiæ „repertæ & elevatæ, ac sub novo altari a „Wichardo archiepiscopo in honorem S. Ru„perti sacrato collocatæ, tandem anno „1602. a Wolfgango Theodorico e sepul„chro exceptæ, & in capellam S. Mariæ „Magdalenæ, inde in oratorium ecclesiæ „PP. Franciscanorum translatæ sunt, ubi „adhuc hodie in cuprea tumba asservantur.

„In

„In manuſcripto antiquo H. in vita S. Gebe-„hardi archiepiſcopi lego, eundem Gebe-„hardum quasdam reliquias de SS. Chry-„ſantho, & Daria donaſſe monaſterio Ad-„montenſi in prima fundatione. Codex „manuſcriptus Admontenſis in ſpecie nomi-„nat calvariam S. Chryſanthi, & mentum „integrum S. Dariæ Admontenſibus ab eo-„dem Gebehardo donata fuiſſe.„ Hæc au-ctor citatus, qui omnia exacte inquirere & examinare ſtuduit. Feſtum SS. Martyrum Chryſanthi & Dariæ, Criſpini, & Criſpi-niani celebratur in Salisburgenſi eccleſia 25. Octobris die, de Mauro autem martyre nulla fit mentio, ſorte ideo, ut putat cit. D. abbas, & Stainhauſerus in vit. SS. Sa-lisb. quia anno 1602. in ultima inventione reliquiarum ſub altari S. Ruperti nulla ciſtu-la ſuit inventa, cui nomen hujus S. Mauri fuiſſet inciſum. In antiquo tamen brevia-rio de anno 1518. propria habetur oratio de his quinque SS. Martyribus, quæ ſic ſonat: „Deus ſpes luminum, ſincerum lumen „mentium, luxque perfecta beatorum, „qui vere es lumen eccleſiæ tuæ, da cordi-„bus noſtris dignam tibi orationem perſol-„vere, & in ſanctorum tuorum Criſpini, & „Criſpiniani, Chryſanthi, Mauri, & Da-„riæ glorioſa victoria te ſemper collaudare, „per Chriſtum Dominum noſtrum.„

III. Alia quoque in- & extra provinciam præclare geſſit.

Reſtant autem & alia de B. Adalbino archiepiſcopo & abbate noſtro, quæ in- & extra provinciam præclare geſſit. Nos ſe-quimur & referimus illa acta, quæ hinc in-de ſparſa in variis manuſcriptis & chronicis reperimus. In chronico Perilluſtris D. An-dreæ de Künburg, legitur: quod Adalbi-nus intemeratæ vitæ Pontifex maximam curam habuerit implantandæ religionis in ſua Diœceſi, & ſpecialiter in Carinthia, quam ipſe in propria perſona viſitavit, ubi quasdam eccleſias dedicaſſe ſcribitur, ni-mirum eccleſiam S. Stepſiani, S. Michaë-lis, S. Pauli, S. Margarethæ, S. Laren-tii, aliam ad Fiskere, cujus nomen exci-dit, item eccleſiam S. Petri in cella, S. Ste-phani in Ztradach, S. Petri in Weridi, S. Joannis ad quartinalia, aliam ad Muzilches-kirchen, aliam ad Ablanz. Singulis hiſce eccleſiis ſuum Paſtorem, & Sacerdotem adjunxit. Non ſemel, ſed ſæpius ſuam diœceſin viſitavit. Hic Oswaldo ultimo Carinthiorum epiſcopo mortuo ob varias di-ſcordias inter ipſos & archiepiſcopos exor-tas nullo amplius conſtituto epiſcopo ipſe-met Carinthiis evangelium prædicavit, plurimosque ad fidem convertit. Inſuper, ut narrat Hanſizius fol. 134. „Opus nuper „a Luipramo cœptum in Pannonia inferio-„re, ditione Privinæ Ducis Adalbinus pro-„movit; Altfridum presbyterum nuper a „Luipramo directum, Archipresbyterum „ibidem conſtituit, commendans illi claves „eccleſiæ, curamque poſt illum totius po-„puli regendam; ſimiliterque eo defuncto „Richpaldum conſtituit Archipresbyterum, „qui multum tempus ibi demoratus eſt, ex-„ercens ſuum poteſtative officium, ſicut illi „injunxit archiepiſcopus ſuus: usque dum „quidam Græcus Methodius nomine novi-„ter inventis Sclavinis litteris linquam lati-„nam doctrinamque Romanam, atque lit-„teras actorabiles latinas philoſophiæ ſu-„perinducens vileſcere fecit cuncto populo „& Miſſas & evangelia, eccleſiaſticumque „officium illorum, qui hoc latine celebra-„verunt, quod ille ferre non valens ſedem „repetivit Juvavenſem.„ Hæc ille in anti-quis hiſce terminis ex vetuſto auctore ano-nymo, in ſua autem hiſtoria cit. l. num. V. qui eruditus auctor ibidem num. X. cum aliis narrat interfuiſſe noſtrum Adalbinum concilio Wormatienſi, & Agripinenſi his verbis: „Interfuit anno 868. concilio Wor-„matienſi a Nicolao Papa per litteras exci-„tatus. Conventum eſt die XVII. Kalend. „Junii præſente Ludovico Rege. Ibi da-„tum Græcorum ineptiis de Spiritus ſancti „proceſſione reſponſum; ibi leges e diſci-„plina ſacra præclaræ conditæ, quas vide-„re eſt in Syntagmate Conciliorum. In ſe-„rie præſentium, quam in Epiſcopatu Pa-„tavienſi ſub Ermenrico retulimus, in ca-„pite nominatur Adelbinus archiepiſcopus, „etiam ante Luitbertum Moguntiacenſem. „Idem anno 870. VI. Kal. Oct. adfuit Conci-„lio Agrippinenſi, cujus acta videtur ha-„buiſſe Aventinus, qui ait interfuiſſe Ar-„chiepiſcopos Luitpertum Moguntinum, „Berthulphum Treverorum, Wilibertum „Agrippinenſem, Adelwinum Juvavenſem „cum epiſcopis ſacerdotibus, Monachis „ſuis.„ Hucusque & plura adhuc Hanſi-zius.

IV. Mortuus verosimilius anno 873. in crypta Rupertina ſepultus.

Tandem Adalbinus ſenio & laboribus confectus moritur anno 871., vel 872., vel 873. primum annum ſtatuunt cum Hundio quædam MSS. ſed antiquius MS. K. aſſignat annum 873. qui annus etiam in antiqua tra-ditione recipitur, uti & in Calendario di-plomatico obſervatur; pariter hunc calcu-lum pro certo haberi credit ſæpe citatus Hanſizius num. IX. ex quodam anonymo, quem dicit ſcripſiſſe anno 872. quo tempore eodem ſcriptore teſte adhuc ſuperſtes fuit Adalbinus. Diem obitus aliqui aſſignant ad diem XI. Cal. Maji, in MS. autem K. no-minatur dies prid. Id. Decemb. Nos in tan-ta incertitudine propter venerationem tra-ditionis & antiqui MS. K. annum mortis no-tamus ad annum 873. De reliquo corpus hujus Pontificis, ait DD. Amandus abbas noſter in deſcript. SS. Reliqu. c. 21. §. 2. ſe-pultum eſt in crypta poſt altare S. Eraſmi, unde & inter Sanctos numerabatur in illa tabula depictus cum radio circa caput. Quievit hic usque ad annum 1602., quo anno 18. Dec. corpus ipſius cum cæteris ele-vatum ſed confuſis oſſibus, ut ab invicem dignoſci non poſſent. In illis ergo ligneis tumbis etiam corpus hujus Adalbini aſſer-vatur, ſed in qua? incertum eſt. Miracu-la de hoc non exſtant, neque in officio ca-nonico de eo quodquam habetur. Pro co-

ronide

ronide adponimus ſynopſin vitæ & mortis illis verſibus, quibus de Adalbino noſtro in ſuo metrico catalogo cantat Poëta Dominicus Heſſius jam ſæpius a nobis citatus, qui verſus ſic ſonant:

Quemque Luipramus teneris Antiſtes ab annis
Lege Dei ſancta, vitæ integritate decenti
Imbuerat, decimus quartus ſit ſidere dextro
Præſul Adalbinus, qui dum veſtigia ſervat
Sancti Luipramı, ſanctos veneratur honore
Eximio, atque ideo magna pietate beatæ
Virginis & Dariæ, Chryſanti & nobile corpus
Obryzo corpus longe pretioſius auro,
Sacrorum Domina de Tibridis urbe relatum
InSaleburgicam lætiſſimus intulit Urbem.
Felix illa ætas & ab omni parte beata,
Quæ Sanctis tot clara viris conanime toto
Sanctorum ad Sanctum ſe nocte dieque paravit.
Junctus Adalbinus, quis enim dubitaverit, ipſis
Eſt etiam Regni bis ſex abeuntibus annis.

B. ADALBERTUS,
ARCHIEPISCOPUS V. ET ABBAS XV.
AB ANNO 873. USQUE AD ANNUM 874.
XV.

1. In tanta caligine deliteſcunt acta & geſta B. Adalberti archiepiſcopi Salisburgenſis, & abbatis noſtri, ut de eo ſequentia ſcribere haud dubitaverit eruditus quidem Salisburgenſis Hiſtoricus Marcus Hanfizius, ſed in expungendis e calculo chronologico epiſcopis Salisburgenſibus admodum liberalis. „Dubitaveram, ait ille in principio vitæ Adalberti fol. 137. „an Adal„bertum in cenſum Archipræſulum referrem

Quamvis de actis & Geſtis B. Adalberti non ſufficiens habeatur certitudo;

„rem. Adeo namque obscuræ sunt ejus „res, ut nec de consecratione, nec de Pal„lio susceptо, nec ulla de re ab eo gesta succurrat memoria. Plerique eum annos „octo sedisse scripserunt, quod cum chrono„taxi Adalbini Decessoris, & Diothmari „successoris, nequaquam congruit.„ Et postquam idem auctor varias difficultates proposuit, quæ res Adalberti faciunt incertas, specialiter, quod Aventinus pag. 338. successorem Adalbini non Adalbertum, sed Diethmarum nominet; hinc se amplius explicat Hansizius sic scribens: „In re adeo „ambigua complectar medium, adeo ut „nec expungendum omnino Adalbertum „existimem, quem vetustiores etiam Cata„logi unanimi consensu in syllabum archi„præsulum inserunt, nec tamen ultra pau„xilium temporis ei tribuendum putem. „Electum enim dixero brevi post XI. Kal. „Maji diem obitus Adalwinini; ac forte „mensibus tribus in Pontificatu positis de„functum III. Kal. Aug. eodemque mense „successorem habuisse Diethmarum: quo „verum sit id, quod retulit Aventinus Dieth„marum Adalwino potius quam Adalberto, „qui honorem vix delibaverat, ac fortasse „nec consecrationem, nec Pallium susce„perat, subrogatum. Nisi dicere malimus „Adalbertum a Clero Salisburgensi de gre„mio electum, per Ludovicum tamen Re„gem reprobatum, advocato Theodmaro, „quem aliqui ferunt non de gremio, sed „aliunde assumptum. Atque hac via con„cordari utcunque poterunt relationes con„trariæ, quæ de successore feruntur. Di„ci enim poterit Adalbertum a domesticis „electum anno 873. prorogasse inde vitam „ad annos quinque. Interea Dietmarum a „Ludovico Rege electum Pontificis, & „Archicapellani gessisse munus; Pallium „tamen, quod anno primum 877. aut se„quenti mense Novembri obtinuit, eam ob „causam maturius non accepisse, quod „Adalbertus eo fuerit usque in vivis, ob „quem Papa libertati ecclesiasticæ favens „cunctatus sit Dietmaro insigne Metropoli„tanum conferre. Unde & altera Chrono„graphorum relatio consistet, qua ferunt, „Adalbertum annos plures sedisse. Annos „tamen octo, quod multi volunt, confici„endi modus non est, nisi dicamus Papam „vivente etiam Adalberto Dietmarum a„gnovisse.„ Hucusque & erudite quidem Hansizius. Ex quibus equidem patet, quam incertæ sint res Adalberti, auctoritas tamen Aventini tanta non est, quod Adalbertus sit eliminandus ex syllabo archiepiscoporum, & abbatum nostrorum, an vero, ut putat Hansizius, nonnisi brevissimo tempore præfuerit? merito dubitandum. Nos, quæ magis verosimilia sunt, ex antiquis monumentis communicamus.

II. Attamen ea, quæ magis verosimilia sunt, ex MSS. exponuntur.

Variis nominibus in nostris manuscriptis vocatur Adalbertus: nam in MS. QQ. vocatur *Odilbertus*, in MS. K. antiquiori *Albertus*, in MS. & Catalogo antiquissimo M. ubi usque ad annum 1061. Archiepiscopi & abbates recensentur, dicitur *Adalbert*, & cum hoc manuscriptum sit maximæ auctoritatis, neque alio nomine appellandus, minus ex catalogo archipræsulum delendus est, ibi enim sic legitur post Adalbinum:

Adalbert dictus, tunc est in sede receptus.

Hujus successor immediatus fuit Diethmarus I. inde non levis de ejus regiminis annis controversia orta est inter rerum Salisburgensium scriptores. Stainhauserus in vita Adalberti ait, quod promotus fuerit ad præsulatum anno 872. ultimo anno Adriani II. PP. a quo & confirmatus Pallium accepit. Hundius vult in sua Metropoli fuisse electum anno 873. & ab eodem Adriano accepisse Pallium; quandoquidem vero Adrianus iste teste Baronio, & Spondano mortuus est anno 872. hæc Hundii opinio sustineri non potest. Aventinus, de quo jam meminimus ex Hansizio L. 4. omnino eliminat Adalbertum, nam verba ipsius sunt citato loco: „Post hæc Ludovicus ad Alsatiam „gentisque caput Argenturatum se confert, „ibi Diethmarum Archimysten Bojorum in demortui Adalbini locum declarat.„ Sed huic Aventino omnia prorsus MSS. & chronica sunt contraria. Similiter de mortis anno disceptatur, nam Stainhauserus, & Hundius volunt obiisse anno 879. vel 880. Quæ tamen veritati consona esse nequeunt, Si Diethmarus, ut refert cit. Aventinus, a Ludovico declaratus fuit archiepiscopus. Vel enim Diethmarus post Adalbertum declaratus fuit archiepiscopus a Ludovico II. Imperatore Lotharii filio, vel a Ludovico Rege Germaniæ filio Ludovici pii Imperatoris? sed ille mortuus est anno 875. mense Augusto; iste vero anno 876. eodem mense. Constat autem Aventinum loqui de Ludovico Rege, non Imperatore, & vult Diethmarum præsente hoc Ludovico Rege consecratum fuisse Reginoburgi mense Septembri. Unde sequitur Diethmarum jam anno 875. fuisse archiepiscopum, cum Ludovicus anno sequenti fuerit mortuus. Hac igitur sententia stante nequit persistere opinio Hundii, & Stainhauseri, quod regimen Adalberti perduraverit usque ad annum 879. vel 880. quapropter ad componendas has controversias nos arbitramur, standum potius esse MSS. antiquioribus, inter quæ est nostrum MS. membraneum K. Chronicon a primo anno Christi usque ad annos sæculi XIII. incipientis, quo tempore etiam scriptum esse videtur. In hoc MS. ponitur mors Adalbini ad annum 873. eodemque anno, ait, successisse Albertum, seu Adalbertum, post Adalbertum vero successisse Diethmarum anno 874. qui eodem anno tanquam archiepiscopus jam consecravit ecclesiam ad Petaw Gotwizi comitis. Unde dicendum verosimilius, quod Adalbertus vix unico anno sedem Salisburgensem rexerit, & forsan ideo ab Aventino per incuriam omissus fuerit.

rit. Pariter non a SS. Pontifice Adriano II. sed a Joanne VIII. confirmatum & Pallio donatum fuisse anno 873. De morte & sepultura sequentia scribit DD. Amandus abbas noster in descript. SS. Reliqu. c. 22. §. 2. „Adalbertus mortuus est anno 874. III. Calend. August., cum successisset suo Antecessori anno 873. mense Decembri, & in crypta post altare S. Erasmi sepultus est, qui „inter sanctos præsules ibidem depictus visebatur cum radio circa caput; jacuit hic „corpus hujus Pontificis usque ad annum „1600. 18. Decemb., quo die apertum sepulchrum est, & sub marmore secundo repertum ipsius corpus solum & integrum, cranio „adhærebant capilli, gingivis dentes candi„di, ossa singularis magnitudinis apparebant, adjacebat pedum pastorale ligneum, „calix de cera, pars Infulæ, & manipulus, „annulus aureus, amisso unione. Credi„tum est, fuisse Alberti corpus, quia lapidi „sepulchrali inciſum erat solius hujus Ponti„ficis nomen: Adalbertus Archiepiscopus. „Corpus elevatum in sacrario sæpe dicto in „illis ligneis tumbis asservatur, sed in qua? „incertum. Augurari licet, sub octava tum„ba contineri, sed certe nihil affirmare au„deo, quia tumbæ huic nulla scheda aut no„men reliquiarum affixum cernitur. Mira„cula etiam de hoc nulla supersunt, ne„que in officio canonico honoratur.„ Hæc auctor citatus, & nos universim de Adalberto archiepiscopo, & abbate nostro.

SÆCULUM QUARTUM

AB ANNO 882. USQUE AD ANNUM 982.

B. DIETHMARUS I.

ARCHIEPISCOPUS VI. ET ABBAS XVI.

AB ANNO 874. USQUE AD ANNUM 897.

XVI

I. B. Diethmarus extraneus, qui Infulam virtute meruit,

Occidente Sæculo a noſtra fundatione tertio ſuccedit noviter exoriens Sæculum quartum, quo temporis ſpatio præfuerunt Juvavienſi eccleſiæ & monaſterio noſtro Archiepiſcopi & ſimul Abbates numero ſex, videlicet *Diethmarus*, vel ut aliqui volunt *Theodomarus*, *Pilgrinus*, *Udelbertus*, ſeu *Ludebertus*, *Egilolfus*, *Heroldus*, *Fridericus*. Hi regebant quidem hoc ſæculo quarto eccleſiam Salisburgenſem cum abbatia noſtra, attamen in annis incœpti & depoſiti regiminis ob antiquitatem adeo differunt auctores, immo & ipſa MSS. & documenta noſtra variant, ut nonniſi in magna incertitudine nos ſcribere oporteat. Bellis & turbinibus ſubjectum erat hoc ſæculum, & certe primis annis ſub Ruperto, Vitale, Anſologo, Savolo, Ezzio, Virgilio haud æquiparandum; ſtatus quoque monaſticus, & regiminis abbatialis quis fuerit? ominari potius licet, quam decidere. Primus ergo hujus ſæculi Archiepiſcopus in hoc ordine ſextus, & Abbas decimus ſextus fuit *Diethmarus* hujus nominis, qui & apud alios promiſcue *Theodomarus* appellatur. Quod genus? unde domo fuerit Diethmarus? & qualiter ad Infulam Salisburgenſem promotus? id plane ex defectu antiquorum documentorum colligi debet ex MSS. & documentis minus antiquis, unde & auctores Stainhauſerus, Duckerus, Mezgerus & Hanſizius ſuas hauſerunt opiniones. Noſtrum MS. Chronicon R. non quidem valde antiquum de Diethmaro hæc refert: „Diethmarus, ſeu „Theodomarus ab incunabulis bene ſancte„que educatus ex peregrinis oris Juvavium „venit, ubi ingenii, & quidquid virtutis „habuit, privatim & publice exercendo „oſtendit. Sacris initiatus, jejuniis, ora„tionibus, & eleemoſynis jugiter intentus „erat, ob hoc omnibus gratus, & acce„ptus tandem unanimi conſenſu in defuncti „Adalberti locum eſt ſubſtitutus anno 881.„ Hucusque MS., verum hic ultimus annus non ſubſiſtit, quia chronica antiquiora contrarium aſſerunt & probant, quod ipſum quoque a nobis in vita Adalberti anteceſſoris notatum fuit, qui veroſimilius jam anno 874. fatis conceſſit. Auctor Salisburgenſis hiſtoriæ de ſæculo elapſo Mezgerus noſter paucis deſcribit, quomodo ad archiepiſcopatum venerit Diethmarus. „Ipſum, „nimirum Adalbertum, ait Mezgerus pag. 224. „in ſede Juvavenſi eodem anno„, (in ſententia Mezgeri & Stainhauſeri, ſed minus probata anno 879.) „excepit Theodomarus, „non de gremio, ſed aliunde lectus, vir „tamen omni exceptione major, religione „conſpicuus, jejuniis, precibus, eleemo„ſynis aſſuetus, ob virtutes a Rege Germa„niæ Ludovico juniore Ludovici prioris fi„lio, cui inter charos fuerat, commenda„tus.„ Hæc Mezgerus: paulo aliter P. Hanſizius in vita Diethmari pag. 138. in principio: „Infulam, ait author, virtute „meruit. Nam quum hactenus Antiſtites „Juvavenſes fere de domeſticis legerentur, „Theodemarus aliunde vocatus eſt. Chie„menſem Abbatiam in beneficio habuiſſe ex „diplomate Arnulphi, infra dando, colli„gitur. Illa tunc abbatia ad Metenſem ec„cleſiam pertinebat, cujus fortaſſe cauſa „Theodomarus Mediomatricum petiit, ubi „anno 887. Ludovicus Rex menſe Auguſto „conventum egit. Inde redux, cum Ar„gentorati diverteret, affectantem ſe The„odmarum Juvavenſi mitra donavit. Quid„quid fuerit, certe factis judicium Regis „probavit. Initium igitur Pontificatus ab „Auguſto menſe anni 873. repetendum vide„tur, quam gubernationis ejus epocham „non Aventinus modo, ſed etiam Jordanus „conſtituit, aſſerens eum ſediſſe annis „XXXIII. quæ ſumma nonniſi ab anno „DCCCLXXIII. ad DCCCCVII. quo ab „Hungaris cæſus eſt, colligitur.„ Hucusque eruditus quidem auctor, qui tamen neque penitus quoad regiminis initium, neque quoad finem nobiscum convenit, utinfra ſalvo meliori judicio dicemus ex antiquioribus Chronicis.

II. Poſt Pallium a Joanne VIII. SS. Pontifice acceptum Romam abiit.

Poſtquam Diethmarus Infulam Salisburgenſem ſua virtute, & dexteritate meruit, tribus adhuc annis in computu noſtro, ex cauſis incertis, pallio caruit, ſed demum illud a Joanne VIII. SS. Pontifice obtinuit absque eo, quod conſtet Diethmarum eapropter Romam fuiſſe profectum. Ante obtentum Pallium, ut de eo paſſim ab omnibus ſcribitur, Diethmarus curam paſtoralem in Pannoniam intendit, quam diſciplina Methodii Moravenſis archiepiſcopi jam pervaſerat, ubi etiam Petovium oppidum vetus & nobile venit, ibidemque eccleſiam benedixlt potius, quam conſecravit, nondum enim tunc temporis anno 874. vel ſequenti Pallio & conſecratione archiepiſcopali inſignitus fuerat. Accidit etiam, quod illo tempore Carolomanus, qui in Carantanis verſabatur, circa finem anni 875. fuerit a patre ſuo Rex Bojoariæ pronuntiatus, qui Carolomanus pro ſacrorum judiciorum præſide & archicapellano ſuo ſibi continuo aſſumpſit Diethmarum, quod munus Cancellarii & Archicapellani per omnem vitam geſſit ſub Arnulpho Imperatore, ut infra dicemus. Poſt mortem Caroli calvi Imperatoris, & Galliæ Regis, dum Carolomanus ſucceſſor per litteras, & obitum, & quod Romam venire vellet, Papæ ſignificabat, ſummus Pontifex Diethmaro Archicapellano, ne vel ipſe Romam veniret, aut ne Carolomanum Regem & deduceret, Pallium ultro miſit cum litteris ex errore ſcribentis loco *Diethmaro*, vel *Theodomaro*, inſcriptis *Theodoro Archiepiſcopo Juvavienſi*, quas litteras Pontificias Hanſizius allegat, & ſic ſonant:

Theodoro Archiepiſcopo Juvavenſi.

„Idcirco tuam fraternitatem tanto Palli decore

„decore ſtuduimus decorare, ut Chriſto o-„pitulante & ante Dei oculos bonis & ſan-„ctis operibus poſleas, & Sanctæ Romanæ „eccleſiæ, a qua potus præclari pocula ſu-„mis, devotus ſemper fidelis exiſtas, ejus „in futurum effectus particeps, cujus loca-„tus perpetualiter fundamentis conſiſtis, & „apud Carolomanum dilectum filium no-„ſtrum quotidianus interventor pro Roma-„na eccleſia, hortamur, exiſtas. Inter „hæc ea, quæ B. Petrus Apoſtolus apud „Bajoariorum terram jure proprietatis poſ-„ſidet, tuæ induſtriæ, ſagacitatique com-„mittimus; quatenus amodo & deinceps „annuos eorum reditus Romam ſine mora „transmittas. Data Menſe Novembri In-„dict. XI.

Quæ anno 877. a 24. Septembris, ait citatus auctor, in curſu erat, conſequenter iſtæ litteræ ſcriptæ fuerunt a Joanne VIII. Pontifice ad Diethmarum vel Theodomarum anno 877. Quamvis autem, ut meminimus, veroſimiliter Diethmarus pro Pallio ipſe Romam profectus non fuerit, attamen poſt aliquos annos eo abiit, quo tempore intermedio auctoritate Metropolitana jam inſignitus contra Methodium, ſed irrito apud ſedem Romanam conatu, cauſam cœpit agere, utpote qui Methodius non Moravenſium modo, ſed etiam Pannoniorum Metropolitam ſe gerebat, & propter linquam Slavonicam, qua res divinæ peragebantur, accuſatus quidem, ſed Romæ, quo & ipſum Methodium vocatum pergere oportuit, abſolutus, & cum elogio ad archiepiſcopatum ſuum remiſſus fuit. Occaſionem Diethmaro, ſeu Theodomaro noſtro proficiſcendi Romam dedit Carolus cognomento Craſſus, qui jam circa annum 878. ob adverſam Carolomani fratris valetudinem ad Italiæ regnum deſtinatus ab ipſomet Papa non in qualicunque tunc neceſſitate conſtituto ad ſuppetias contra Saracenos ferendas vocabatur. Hic igitur poſt occupatam anno 879. Italiam anno ſequenti ad capeſſendam Imperialem coronam perexit Romam, quem in itinere comitabatur archiepiſcopus & abbas noſter Theodomarus, ſeu Diethmarus cum Luitberto Moguntienſi, adfuitque ſolenni Imperatoris coronationi, quam ipſo Chriſti Natali SS. Pontifex Joannes VIII. Romæ peregit. Ajunt aliqui, quod Theodomarus, cum iter Romam intenderet, in Saracenos Italiam vaſtantes inciderit, & gravia paſſus vix eorum manus effugerit, quod tamen cum chronologia non ſatis exacte reſpondet, quia illa per Barbaros devaſtatio, quo tempore etiam cœnobium Caſſinenſe cæſo cum pluribus Monachis abbate Berthario fuit vaſtatum, accidit circa annum 884. Dolendum ſane, quod in tanta incertitudine verſemur.

III. Et corpus S. Vincentii M. Salisburgum attulit,

Hoc tamen certum eſt, quod noſter Diethmarus ex his operoſis & honorificis itineribus redux SS. Reliquias magni Martyris Vincentii Levitæ Salisburgum attulerit, quæ SS. reliquiæ a S. Hartwico elevatæ, a Wichardo archiepiſcopo luſtratæ, anno 1612. translatæ, & in feſtivitate ſæculi XI. ſub eminentiſſimo archiepiſcopo Maximiliano Gandolpho Küenburgio triumphali honore in capella, & altari ejusdem S. Martyris nomini dedicato honorificam ſedem acceperunt. An vero Diethmarus has reliquias acceperit Romæ, an vero in Gallia, maximum dubium eſt inter noſtros quoque auctores, & MS. chronica. Nos pro pleniori notitia communicamus ea, quæ de hoc S. Vicentio M. ex hiſtoriis dici poſſunt. De Vicentio Martyre noſtro, de cujus allatis reliquiis agimus, teſtatur Petrus de Natalibus L. 2. c. 3. quod Oſcæ in Hiſpania cæſarauguſtanus Patre Euthychio viro conſulari, Matre Enola pari nobilitate natus nobilitati litteras, ingenio pietatem junxerit; unde & a Valerio Cæſarauguſtano Epiſcopo in Archidiaconum cooptatus, prædicantique munere ſublimatus fuit. At cum ſub Diocletiano Provinciæ Præſes crudeliſſimus Dacianus præcipue in ſacratos ſæviret eccleſiæ miniſtros, furorem ſuum in Valerium, & Vincentium exercuit, epiſcopo in exilium miſſo, ubi & obiit, Vincentio vero omni tormentorum genere excruciato; qui ſuperatis equuleo, membrorum diſtenſione, pectinibus, ungulis ferreis, coſtarum dilaceratione, craticula candente, clavorum confixione, aliisque crudeliſſimis tyranni divexationibus veluti excarnificatus glorioſus Martyr occubuit Valentiæ. Corpus feris objectum a pia matrona in aliqua Baſilica ſepultum eſt. Inde Valentiam deportatum, & juxta muros honorificentius reconditum fuit. Teſte Baronio in notis ad Martyr. 22. Jan. & Surio Tom. 3. ad 16. Maji. caput hujus S. Martyris ex Hiſpania in Galliam translatum eſt in eccleſiam Cenomanenſem. Gregorius Turonenſis teſtatur, Reliquias S. Vincentii in Gallia in vico Becciano dicto non longe Pictavis ſito aſſervatas, indeque deportatas ad Ceratenſem Turonicæ urbis vicum fuiſſe; ait inſuper in non longe diſtante vico Orbaniaco dicto etiam aliquas de hoc Sancto aſſervari reliquias, quæ cum a furibus ablatæ fuiſſent, & cuidam abbati pretio datæ, monitus Abbas divinitus reſtituit, quarum Reliquiarum virtus in ſanandis diverſis ægrorum infirmitatibus eluxit. Hæc de S. Vincentio Levita & Martyre excitatis auctoribus.

IV. An vero Romæ? an ex Gallia acceperit Diethmarus? dubitatur.

Quamvis ergo ex his colligi poſſit, has SS. Reliquias nunquam fuiſſe translatas Romam, ſed in Galliam, attamen Aventinus docet L. 4. pag. 448. quod Diethmarus Salisburgenſis Archiepiſcopus a Joanne VIII. Romano Pontifice divi Vincentii oſſa impetraverit, & in Bavariam Salisburgum transtulerit, & quidem ſupradicto tempore, quando Carolus Craſſus cum uxore Romam profectus a Joanne VIII. SS. Pontifice Au-

guſtus proclamatus eſt, quod contigit anno 879. teſteBaronio & Spondano; ſed ex MSS. noſtris non poteſt colligi, Roma has Reliquias fuiſſe allatas, ſed ex Gallia. Ita enim MS. QQ. ſeu chronicon Grünbekii refert: „Diethmarus, dum Archiepiſcopa„tus inſignia a Joanne octavo conquirere „laborat, Agarenorum, qui tunc Italiam „vaſtabant, atque Caſſini montis monaſte„rium diripiebant, inſultus graviſſimos ex„cepit. Inde Legati munus nomine com„munium Principum apud Carolum III. „agens, qui exercitum in Nortmanos, Fran„ciam, & Lotharingiam vaſtantes, move„rat, incommoda non pauca pertulit, in „laborum tamen mercedem divi Vincentii „M. corpus condonatum Salſeburgum ad„vexit, cœteriſque Sanctorum reliquiis ibi„dem adjunxit". Hæc ibi: potius ergo eruitur, quod ex Gallia acceperit has SS. reliquias Diethmarus archiepiſcopus. Deſuper etiam audiri meretur noſter DD. Abbas Amandus in deſcript. SS. Reliquiarum c. 11. §. 2. ad finem. „Id„ nimirum ex Gallia fuiſſe allatas has SS. reliquias, „ve„roſimile eſſe colligo, ait, ex Baronio & „Spondano, qui anno 878. teſtantur, Jo„annem Pontificem ob varias Italiæ pertur„bationes in Gallias profectum, Threcis „concilium celebraſſe, ad quod citavit om„nes Galliæ & Germaniæ epiſcopos. Hoc „igitur anno in Galliam profectum fuiſſe „Diethmarum ad Joannem Pontificem au„guror, indeque accepiſſe S. Vincentii re„liquias, quas teſte MS. K. antiquiſſimo „primum anno 880. attulit Salisburgum; „nam cum Carolo Craſſo anno 879. Ro„mam profectus eſt, cum interea & Ponti„fex Joannes anno 878. Romam rediiſſet. „Hinc manuſcripta & Chronica Salisbur„genſia teſtantur, Diethmarum bis ſum„mum Pontificem adiiſſe, & in primo iti„nere aquiſiviſſe illas SS. reliquias". Et poſt pauca §. 3. eodem Cap. ita concludit verſatiſſimus in antiquitatibus Abbas citatus: „Itaque, ait, verius puto, Diethma„rum, ſeu Theodomarum I. a Joanne Pon„tifice in Gallia accepiſſe corpus ſeu reli„quias S. Vincentii anno 878. quas tamen, „ut MS. K. teſtatur, primum anno 880. „Salisburgum detulit, & ut MS. QQ. ait „cœteris reliquiis, utique in Crypta ſæpe„dicta, conjunxit. Quas circa annum mil„leſimum S. Hartwicus cum reliquis eleva„vit, & corpori S. Ruperti in una tumba „ſociavit, quam Wichardus anno 1315. a„peruit, & invenit etiam in ſpecie has re„liquias, iterumque ſub altari S. Ruperti „ſub illo lapide, quem c. 1. §. 1. deſcripſi„mus, repoſuit, ubi & a Wolfgango Theo„dorico Archiepiſcopo anno 1602. repertæ „ſunt cum reliquis hæ S. Vincentii reliquiæ „in tumba plumbea, cui nomen S. Vincen„tii inciſum videbatur: inſuper & lapidi il„li idem nomen S. Vincentii inſcriptum e„rat, qui adhuc in eccleſia S. Petri aſſer„vatur. Inde SS. Reliquiæ in capellam S. „Mariæ Magdalenæ, tandem in vetus o„ratorium aulicum delatæ, & ſub altari „abſconſæ ſunt, ubi adhuc hodie hæ reli„quiæ in tumba cuprea aſſervantur. Fe„ſtum hujus Sancti communiter celebratur „in Eccleſia 22. Januar. in eccleſia Salis„burgenſi ſub dupplici majori; olim etiam „feſtus dies in tota Dioeceſi fuit, utique „propter præſentiam SS. Reliquiarum ipſius. Hæc citatus D. Abbas, qui adhuc longe ante finem ſæculi noſtri XI. ſcripſit, quo tempore, ut diximus num. præced. S. Vincentio novus honor acceſſit.

V. Idem non tantum Cancellarius Arnulphi Imperatoris, quo multas opes accepit, fuit:

Quandoquidem vero Diethmari apud omnes erat magna auctoritas, & exiſtimatio, æqua magnis animi dotibus, hinc etiam Arnulphi Imperatoris factus Archicancelarius, nec non ad officia publica, immo & bellica cum propriæ vitæ diſpendio fuit applicatus. Scimus ex hiſtoriis, quod Carolus craſſus, cujus regiminis initia cum initiis Theodmari, ſeu Diethmari concurrebant, ſicut potentia & majeſtate cunctis prævaluit (moderabatur enim ſolus Germaniam, Italiam, Galliam, & Romanum Imperium) ita etiam obſtupeſcendo exemplo lapſus fuerit. Nam poſt perfidiam in Regem Nortmanorum & ſiniſtros ſucceſſus in bello, poſtquam tam Italis, quam Gallis ob varia inteſtina bella odio erat Carolus; tandem etiam circa annum 886. Germaniæ proceres ab eodem ita abhorruerunt, ut tandem in comitiis publicis, quæ ipſe Francofurti indixerat, communi voto exauctoratus, ipſique Arnulphus ex Carolomano fratre nepos in Regem & Imperatorem fuerit ſuffectus. Huic ſucceſſori Arnulpho inter charos fuit noſter Archiepiſcopus & Abbas Diethmarus, quem & Archicapellani munus apud Arnulphum geſſiſſe conveniunt omnes ſcriptores Salisburgenſes, & colligit ex Diplomatibus Cæſareis Gewoldus in annotat. ad Hundium in Metrop. Salisb. in quo officio Archicapellani & Archicancellarii Præſul noſter Arnulphum Imperatorem in ſuam eccleſiam benignum, & liberalem ſenſit. „Nam & „eccleſiam *Raittenhaslacenſem*, ait P. Han„ſizius pag. 140. & *Chiemenſem* ei contulit, „præterea *Abbatiam Mosaburch, ubi S. A„drianus requieſcit*, in loco ſcilicet, quem „olim Priwina, deinde filius ejus Hezilo, „ac modo Wratislaus nepos poſſidebat; plu„resque locos & eccleſias regionis illius, „quam quondam Luipramus Archiepiſco„pus circumjerat: *eccleſiam ad Turnawa*, „*item ad Pettawa eccleſiam cum tota civitate*, „aliaque de quibus diploma luculentum ex„ſtare ait Mezgerus; nos hactenus non vi„dimus, agnoſcere tamen licet ex præce„pto Philippi II. Romanorum Regis, quod „hæc omnia confirmat. Vallem etiam La„vantinam facta cum Adaloldo quondam „clerico permutatione ditioni Juvavienſium „adjecit". Hucusque non ſine magna eruditione

ditione historica citatus Salisburgensis Historiographus. Adduci etiam per extensum meretur, quod specialiter de Abbatia Chiemensi notat Gewoldus in suis additionibus ad Hundium: „Arnulfus divina favente „clementia Rex, quum commemoraſſet, „quomodo Deotmarus venerabilis sanctæ „Juvavensis ecclesiæ Archiepiscopus, & Ar„chicapellanus noster humiliter excellen„tiam nostram precatus est, ut quandam „Abbatiam, quam ipse in beneficium ha„buerat, id est, monasterium Sancti Sal„vatoris infra locum, qui Chieminisco vo„catur, constitutum, quod vulgariter Owa „dictum esse constat, ad jam fatam Diœce„sis suæ sedem principalem, hoc est, ec„clesiam in honore Sancti Hrodberti confes„soris Christi constructam traderemus. Cu„jus itaque Supplicationem congruam esse „cognoscentes, quia a Mettensi ecclesia, ad „quam jam dudum ab antecessoribus no„stris tradita fuerat, per recompensationem „Abbatiæ Luxovium vocata, illam exol„vimus, suggestionique ejus libenter assen„tum præbentes, decrevimus ita fieri; præ„scriptamque Abbatiam Owa vel Chiemi„neseo dictam cum omni integritate sua, „ad sacrosanctum Archiepiscopalem memo„ratum locum perpetuo consistendam tra„didimus - ut illic pro anima beatissimi ge„nitoris nostri Carolomani nostraque annu„atim per omne tempus anniversarii nostri „commemoratio in eleemosynarum largita„te & pauperum cura cum sacrarum admi„nistratione precum omnimodis peragatur. „Aspertus Cancellarius ad vicem Theodo„mari Archicapellani recognovi. Datæ IV. „Kal. Julii anno Domini DCCCXC. Indi„ctione octava anno tertio Arnolfi piissimi „Regis. Actum Reganespure". Hæc Gewoldus. Atque hanc liberalitatem sensit Diethmarus sub Arnulpho Imperatore.

VI. Verum & multa alia laudabiliter gessit, tuendo præsertim Jura Metropolis.

Fuit quidem hæc liberalitas, qua fruebatur, & æstimatio, qua pollebat apud Arnulphum noster Diethmarus, valde spectabilis, videtur tamen ea facta remissior, forte ob eam causam, quod Arnulphus sibi adoptavit Cancellarium Wichingum Nitraviensem episcopum, de quo metuit Diethmarus, an non post ipsius promotionem ad sedem Pataviensem, prout Rex destinaverat, posteriora fierent pejora prioribus, & pro Metropoli Maravica instauraretur Laureacensis; hinc etiam factum, quod Wichingum, ab Arnulfo sedi Patavensi admotum, altero anno deposuerit Diethmarus, quamvis quoad annum non omnes æqualiter sentiant, & aliqui assignent annum 898. quo tempore in nostra sententia haud amplius in vivis superstes fuit Diethmarus. Post mortem Arnulphi, cujus favore nitebatur Wichingus, tanto magis Zelum suum in tuendis juribus suæ Metropolis exercuit Diethmarus, & potestatem Metropolitanam in Maraviam, & Pannoniam, quam Wichingus post Methodii mortem affectaverat, pro Juvavensi ecclesia denuo recuperavit. Ast rursus impugnatus a quibusdam episcopis, qui in terra Slavorum, qui Maravi dicuntur, novum archiepiscopum cum tribus suffraganeis ordinarunt, verosimiliter illum ipsum Wichingum, qui a sede Patavensi dejectus in Maraviam se contulit, & per occasionem demortui Methodii Metropolim Maravicam reficere studuit; unde & Theodomaro nostro cura de Metropoli Maravensi penitus excidit, præsertim, quia aliud suadebant negotia, dum Hungari vastata per hyemem Italia reversi maxima mala minabantur Bavariæ. Dum autem Arnulpho defuncto tunc temporis successit Ludovicus Juvenis adhuc, cujus tutor erat Hatto Archiepiscopus Moguntinus, & hic & Diethmarus noster versabantur in aula Ludovici, Diethmarus quidem ut Archicapellanus, & Archicancellarius, quo arduo munere non sub Ludovico tantum, sed etiam, ut dictum fuit, sub antecessoribus Carolomano, & Arnulpho feliciter per plures annos fungebatur. Plura alia laudabilissima gessit Theodomarus noster, de quo Hansizius, præter alia quoque, sequentia eleganter scribit, quæ, ut in medium afferantur, dignissima sunt. Respublica, ait hic laudatus Historicus, „ejus „præcipue consiliis sustentabatur: ipse ad „pericula primus accurrit, ut e bellicis ejus „expeditionibus patuit; ubi & vitam pro „Patria & religionibus avitis gloriose posuit. „Ejus fidei & solertiæ Romani Pontifices „rerum procurationem in Bavaria suarum „crediderunt. Unus omnium maxime pro „commodis Juvavensis ecclesiæ sudavit, „tum in vindicanda dignitate avita, & pro„pugnandis juribus; ubi ne gratiam qui„dem Principum aut metum in consilio ha„buit: tum in augenda re per Carinthiam, „& Pannoniam, ut adeo primus ipse fun„damentum posuerit trium sedium episco„palium, Gurcensis, Chiemensis, Lavan„tinæ, quæ deinde a Successoribus Archi„episcopis erectæ fuerunt". Hucusque citatus auctor.

VII. Demum sub Ludovico in expeditione bellica anno 897. occubuit.

Sed erat proh dolor! tunc summa temporum iniquitas, & peccata hominum publica divinam Nemesin, ait Historicorum nonnemo, non tam poscebant, quam extorquebant. Dum enim viri ecclesiastici neglectis Divinis passim tractarent temporalia & profana, Laici bona Ecclesiarum diriperent, scelera impune, magnorum etiam Principum exemplo roborata grassarentur, non potuit non divina Justitia exasperari, & ut olim per Hunnos, nunc per eorum successores Hungaros flagella inferre, quæ Francia, Italia, Græcia, & demum Germania sensit. Jam sub Arnulpho Imperatore Hungari, Hunnorum progenies, ex oris Scythicis prorumpentes Pannoniam insidere cæperunt, & nec terminis illius regionis contenti sub Ludovico in Boicam va-

vaſtatores irruperunt. Oppoſuit Ludovicus ducem egregium Luitpaldum, qui ter in prælio victor Barbaros profligavit, ſed quarto prælio cum magna Bojorum parte cecidit. In hac expeditione bellica etiam involutus fuit cum aliis archiepiſcopus & abbas noſter Diethmarus, in qua etiam infeliciter occubuit. Hæc fata ita deſcribit Mezgerus noſter L. 3. c. 17. pag. 278. „Annus Nongenteſimus ſeptimus, ait, illa ab „Hungaris clade funeſtus fuit, quæ præter „Luitpaldum etiam Diethmarum Salisburgenſem cum Ottone Friſingenſi, non Paſſavienſi, ut quidam mendoſe, & Zacharia Brixinenſi epiſcopis involvit. An Richarius tunc Patavienſis Præſul interfuerit, non conſtat; in prioribus quidem expeditionibus in Senatu bellico Luitpaldo „adfuit. Periclitanti Regi cum tota Patria etiam ſacri Præſules adeſſe, opem & „operam commodare voluere, ubi non modo piis ad Deum ſupplicationibus, ſed „præſentia, conſiliis, adhortatione pugnantium, in bello tam pio contra impios, „Chriſti magis quam Chriſtianorum hoſtes „aſſiſtere, religionis opus fuit. Verum agente divinæ providentiæ fato nil valuere „humanæ opes, & conatus. Pugnatum „infeliciter: cecidere cum Luitpaldo, cujus „virtus & prudentia hactenus rem publicam „ſuſtentaverat, ipſe quoque Antiſtites & „Archipræſul noſter Theodomarus. Barbari victores inde in Bojariam aliosque „Germaniæ Regiones effuſi, ferro, flamma, cædibus, immaniſſima crudelitate „omnia miſcuerunt, vaſtarunt, exciderunt. Hucusque Mezgerus, qui equidem cum anno hujus pugnæ & mortis Diethmari, ut infra dicemus, nobiscum non convenit. Paulo aliter hanc rei ſeriem deſcribit P. Hanſizius cit. loco: „A negotiis civilibus, „inquit, ad bellica deventum eſt. Adegit „Theodomarum cura Patriæ, ut cum Luitpaldo orientalis limitis Præſide ducatum belli ſuſciperet. Eum ſecuti ſunt Utto Friſingenſis, Zacharias Sebonenſis, Burchardus Patavienſis cum Abbatibus permultis, „quos Aventinus nominat, ac magno numero Dynaſtarum. Theodomarus copias „ſecundum Auſtralem Danubii ripam ducebat, parte boreali Luitpaldus. Ventum prope fines Bajoariæ & Pannoniæ; „ibi die nona Auguſti fœda clade accepta, „Theodomarus cum ſuis oppreſſus occubuit; „biduo poſt & Luitpaldus & Claſſarii deleti „ſunt". Hæc Hanſizius, qui pariter cum anno fatalis pugnæ nobis contrarius eſt, ille enim aſſignat annum 907. & putat in quibusdam Chronicis, ubi ſignatus eſt annus DCCCXCVII. irrepſiſſe errorem per manum ſcribentis, quæ X. inſeruit ante ultimum C. ita ut ſcribere debuiſſet loco numeri DCCCXCVII. numerum ommiſſo X. DCCCCVII. Verum nos ſequimur MS. noſtrum membraneum K. valde antiquum chronicon, ubi nulla erroris intervenientis propter præcedentem & ſubſequentem ordinem ſuſpicio eſſe poteſt, in quo chronico ad annum DCCCXCVII. habetur, quod Diethmarus cum Ottone, & Zacharia Patavienſi, & Brixinenſi epiſcopis in bello Hungarico fuerit occiſus. Corpus hujus Pontificis, ait DD. Amandus Abbas noſter in deſcript. SS. Reliq. c. 24. §. 1. Salisburgum advectum, in crypta tanquam Martyris ſepultum, & magno honore a fidelibus cultum fuit.

VIII. Ejus elogium heroico carmine expreſſum.

Hujus Archiepiſcopi, & abbatis noſtri Diethmari, ſeu Theodomari elogium vitæ, & mortis expreſſit ſæpe citatus antiquus Poëta Salisburgenſis Heſſius in ſuo metrico Salisburgenſium Præſulum catalogo ſequenti heroico carmine:

Quem *Theodomarus*, ſeu rectius ille vocetur
Diethmarus, procerum turba poſcente ſecutus
Adverſæ exemplar fuit haud ignobile ſortis.
Gens erat Hungariæ longe imaniſſima, Divum
Impia contemptrix nullo ſatianda cruore
Perdere finitimos aſſueta, laceſſere ferro
Oppida, regna gravi Martis quaſſare tumultu;
Viderat hæc Bavaros placida ſub pace quietos,
Atque metu belli vacuos colere oppida circum,
Imperiis ſubjecta piis, & legibus æquis.
Hinc magis ardenti fera gens correpta furore,
Non minus infremuit ſtimulis agitatus edendi,
Quam Lupus, innocuos ſi forte irrumpat in agnos.
Bojaricam primum ſubjungunt Brebotion urbem
Incola nunc Rabum dicit, cultoribus omnes
Depopulantur agros; *Savi* ſe quotquot ad amnem
Extendunt, æquata ſolo tum mænia ponunt
Ignibus, ac totas evertunt funditus urbes.
Non tulit *Arnulphus Ludovico* cæſare natus,
Indigna usque animis populos hortatur in arma
Teutoniæ, patriæ, ut pellant e finibus hoſtem.
Ergo ibant contra proceres Germanidos oræ,
Ibat & Auſtriadum Princeps, *Diethmarus*, & iſte
Et quo gaudebat tunc Præſule *Brixina* felix:
Ibat fruxineæ præclarus Epiſcopus Urbis,
Atque alii, quorum mens uno ardebat amore,
Oppreſſi miſeris populi ſuccurrere rebus.
Eheu, quas illo dedit in certamine cladēs
Bellona? horrendo crepitante fragore tubarum
Nil niſi terror erat, diri niſi fulmina Martis
Immixti gladiis gladii, denſusque viro vir;

Iæti-

Ictibus alternis morti data corpora utrinque
Plurima; cæduntur Boii, quis talia fando
Temperet a Lachrymis? letho cadit Auſtrius Heros,
Pontifices pereunt, ſumma pietate colendi:
Tantaque vis belli fuit, & tam caſus acerbus,
Cladis ut effugeret tantæ vix nuntius ullus.
Ergone *Diethmarum* ſic Hungara terra peremit
Quoslibet immani vinces feritate tyranos?
Sic ne *Salisburgum*, qui te clariſſime victor
Dæmonis & mundi *Vincenti*, transtulit aura
Vitali caſſum, debebat victor obire?
Sed non victus erat, vera eſt victoria Chriſto
Pro dominante, necis caput objectare periclo:
At ſi victus erat, fuerat ſic victus, ut eſſet
In cœlis victor, multo meliore triumpho.

Hucusque Salisburgenſis Poëta Heſſius in ſuo catalogo, quem anno 1586. typis edidit Ingolſtadii, qui equidem in eo nonnihil fallitur, quod hæc pugna fuerit ſub Arnulpho, ſub Ludovico enim fuiſſe paſſim omnes ſcribunt Hiſtorici, qui ipſemet poſt aliquot annos vitam cum bello abſolvit; annus autem varie à variis aſſignatur, ut adeo inter incerta nonniſi ea ſcribere oporteat, quæ ex quibusdam MSS. & Documentis magis certa eſſe videntur.

B. PILGRINUS, I.

ARCHIEPISCOPUS VII. ET ABBAS XVII.

AB ANNO 897. USQUE AD ANNUM 913.

I. Ab anno 897. Pilgrinus I. dum erant turbi-

Jam denuo concertant Scriptores Salisburgenſes, quo anno ſucceſſerit in regimine archiepiſcopali, & abbatiali *Pilgrinus*, ſeu *Piligrinus* hujus nominis primus. *Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.* MS. QQ. aſſerit anno 900. factum Archiepiſcopum, cui & Hundius conſentit, qui tamen bene advertit, annorum computum cum Hiſtoricis non concordare. Mezgerus,

nes in Ecclesia, & Germania,

Hanfizius, & alii recentiores cum quibusdam MSS., ſicut indubium exiſtimant, Diethmarum fuiſſe occiſum anno 907. hinc & hunc annum, vel ſequentem aſſignant pro initio regiminis Pilgrini Archiepiſcopi & Abbatis noſtri. Inter tam contrarias opiniones cum pluribus aliis chronicis ſequimur MS. antiquius jam ſupra in vita Diethmari citatum ſub ſigno K. quod eſt chronicon membraneum ad initium ſæculi XIII. ſcriptum, ubi Diethmarum occubuiſſe in pugna anno 897. & eodem anno ſucceſſiſſe Pilgrinum exprimitur, conſequenter ſub Stephano VII. Papa, non autem, ut quidam ſcripſerunt, ſub Stephano V., qui jam anno 817. teſte Baronio, & Spondano obiit. Quod Pilgrinus acceperit Pallium ſub Benedicto IV. primum anno 902., ut Stainhauſerus ſentit, non adeo videtur incredibile ob horridas præſertim diſſenſiones, quæ in eligendis Pontificibus Romæ fervebant, nam ſub unius Pilgrini regimine ab anno 897. usque ad annum 913. a Baronio & Spondano decem numerantur Pontifices, qui variis modis ſacram ſedem occuparunt, quibusdam pulſis, quibusdam etiam incarceratis, ita, ut fœdiſſima tunc appareret Eccleſiæ facies, & niſi verbi divini facta fuiſſet Petro promiſſio, credi potuiſſet, hanc Petram illis temporibus eſſe penitus evertendam, quamvis ſub brevi plerumque Pontificatu aliqui pii, & boni Pontifices velut ſydera inter tenebras interluxerint. Dum autem Romana Eccleſia in eligendis Pontificibus ita turbata fuit, etiam in Germania ac locis vicinis fuerunt graviſſimi turbines, Hungaris Germaniam diverſis in provinciis invadentibus, qui nunc in Bavariam, nunc in Alemaniam, Carinthiam, Italiam, denique & Saxoniam, Thuringiamque effuſi, ſæpe pulſi, ſæpe cæſi, flamma ferroque omnia devaſtabant, nulla ratione ordinis, ſexus, aut ætatis habita.

II. Usque ad annum 913. bene rexit Juvavienſem Eccleſiam.

Dum tanti turbines erant tam in Eccleſia, quam in Germania, quia præſertim poſt mortem Theodomari plurimis adhuc annis Hungarorum rabies, & Germaniæ vaſtitas perſeveravit, Salisburgenſi ſedi, ait Mezgerus noſter, quæ cœlitum tutelarium beneficiio vicinorum malis minus obnoxia ſtetit, impoſitus eſt *Pilgrinus*, vel ut vocatur in antiquiſſimis verſibus & manuſcripto M. *Piligrinus*.

Poſt illum ſedi Diethmarus præfuit illi
Doctor divinus, ſucceſſit cui Piligrinus.

Cujus proſapiæ & patriæ fuerit Pilgrinus, non explicant monimenta Salisburgenſia: legitur tamen in noſtris chronicis & manuſcriptis, quod inter publicas ærumnas fuerit vir magnæ dexteritatis, & ſolertiæ, atque virili conſtantia ſedem ſibi comiſſam rexerit, & tandem anno regiminis 16., Chriſti vero 913. Fatis conceſſerit, uti habet antiquum manuſcriptum K, quamvis MS. QQ. recentius Pilgrini obitum ſtatuat ad annum 916. Corpus hujus venerandi Pontificis in crypta ſepultum eſt poſt altare S. Erasmi; videbatur ejusdem imago inſtar Sancti depicta in eadem crypta, in officio tamen canonico de hoc Sancto nihil habetur. Recentior, ſed eruditus Hiſtoricus M. Hanſizius teſtatur de hoc Pilgrino, quod fuerit Archicapellanus Ludovici Regis, ut patet ex diplomate, quo Rex *Eccleſiam Sabianenſem, cui Meginbertus epiſcopus præſidebat, ſub ſua deſenſione, & immunitatis tuitione roboravit. Dat. XIII. Kal. Februarii anno DCCCCIX. Salomon Cancellarius ad vicem Pilegrini Archicapellani recognovit.* Hæc ille: non minus etiam, ait idem auctor, hoc munus geſſit ſub Conrado Rege, „colligi„tur, ait *ex ejusdem Regis placito, quo ob in„terventum venerab. Epiſcoporum Piligrini*, „Juvavienſis, *Herigeri*, Moguntienſis, *at„que Dracholfi*; Friſingenſis, *nec non & Si„gihardi comitis cuidam clerico Erchenfrid nun„cupato hobas tres in comitatu Marchwardi in „pago Viochbach in loco Goldaron dicto in pro„prietatem donavit.* Annus non adjicitur; „cæterum cum Herigero Moguntienſi præ„ponatur, vix alia adjectatur cauſa, quam „dignitas Archicapellani. Atque rem de„mum in perſpicuo ponit diploma ejusdem „Conradi, quod apud Gewoldum eſt de „ſeptemviratu pag 91. ubi *Wodelfridus Can„cellarius ad vicem Pelegrini Archicapellani re„cognovit anno DCCCCXII. regni primo.*„ Hæc idem, quo teſte etiam Pilgrinus noſter „obtinuit a Ludovico Rege curtem Salzbur„choven, quam antea in miniſterio ab eo „tenere viſus eſt cum egregiis appendicibus, „quæ donatio confirmatur in Diplomate „Philippi ſuo loco producendo., Hæc citatus Hiſtoriographus, qui tamen quod computum annorum circa annos regiminis tam Theodomari, quam Pilgrini nobis contrarius eſt. Memorabiles ſunt etiam Litteræ Donationum ſub Pilgrino Archiepiſcopo & Abbate noſtro erectæ, quæ continentur in pretioſo noſtro manuſcripto M. de anno 1004. & ſequentibus annis, ubi ſub n. 83. quæ numerorum diviſio pro majori commoditate ſub DD. Abbate Amando facta fuit, hæc leguntur antiquo charactere:

„In nomine Domini. Irminharius Pres„biter dedit ad S. Petrum, nec non & viris „Dei Monachis ſcilicet ſecundum officium „ibidem in Eccleſia S. Petri Principis Apo„ſtolorum celebrantibus pro Domino ſuo Pil„grino Archiepiſcopo, & ſemetipſo tradi„dit talem proprietatem, qualem habere „viſus eſt juxta fluvium Glana, quam an„tea apud eundem Epiſcopum Pilgrinum „commutavit majori menſura proprietatis „ſuæ loco nuncupato Rotila juxta Anshe„ringam, quam ſibi quidam Presbiter no„mine Kisalhafft nobilis vir tradidit in pro„prietatem. Ea vero ratione tradidit & „ſubter nominatis teſtibus confirmavit, ut „iidem viri Dei Monachi ipſas res ad ſervi„tium

„tium Domini perpetuo tempore haberent „utendas. Isti sunt testes per aures legali- „ter attracti. Orendil com. Hawast. com. „Chadalhoh. Jsanrich. Jacop, Werinhafft, „Adalram.„ Hucusque tenor Litterarum ex cit. vetusto Codice M. pag. 41. num. 83. in quo antiquissimo manuscripto continentur antiquæ donationes Monasterio factæ ab hoc circiter tempore, usque ad annum circiter 1200. ex hoc manuscripto etiam colligitur, quod hic Archiepiscopus & Abbas noster, qui communiter vocatur *Pilgrinus*, vel *Piligrinus*, etiam nominetur *Pilgrimus*. Hansizius eundem vocat *Piligrimum*. De hoc Pilgrino I. brevis est sæpe citatus Poëta Hessius, ita canens:

Septimus a decimo regni sacra frena capescit
Pilgrinus, populos is per tria lustra fideles
Perque annum rexit, Princepsque Paterque benignus.

B. UDELBERTUS, seu LUDEBERTUS,
ARCHIEPISCOPUS VIII. ET ABBAS XVIII.
AB ANNO 913. USQUE AD ANNUM 935.

I. *Udelbertus, seu Ludebertus non fuerunt duo Præsules distincti,*

Eousque versamur in tenebris, quod ferme nesciamus, an *Udelbertus* seu *Ludebertus*, qui & aliis nominibus diversimode vocatur, duo Archiepiscopi, & Abbates distincti, vel unus tantum fuerit. Cum in antiquissimis codicibus, ut infra dicendum erit, nullum appareat vestigium, quod *Udelbertus*, seu per transpositionem litterarum *Ludebertus*, immo ut ab aliis diversimodis nominibus effertur Adalbertus, Odilbertus, Hildebertus, Volbertus, Ludbertus, fuerint duo archiepiscopi, & duo distincti abbates, haud satis mirari possumus, qualiter in tam erroneam opinionem devenerint quidam scriptores Salisburgenses, inter quos etiam est Hundius, Stainhauserus cum quibusdam Chronicis recentioribus. In hoc errore vel præivit, vel secutus est auctor chronici nostri manuscripti R. D. Martinus abbas noster cæteroquin

quin nobis æstimatissimus, ubi hæc sequentia leguntur: „Ludepertus factus archiepi„scopus sub Sergio III., a quo per legatos „etiam Pallium accepit, & Ludovico III. „præfuit annis 10. mortuus anno 925. sepul„tus in crypta post altare S. Erasmi. In de„mortui Ludoberti locum Udelbertus est „electus in archiepiscopum sub Joanne X. „& Henrico aucupe Imper. anno 925. tur„bulentis temporibus. Eodem anno scribit „Hundius in sua Metropoli, idem Udelber„tus electus est in episcopum Augustanum, „& novem annis præfuisse Archiepiscopa„tui. Vid. Avent. L. 4. fol. 487. dicit inter„fuisse conventui Dingelfingii per Arnoldum „Ducem Bavariæ habito. In chronico quo„dam S. Petri ita habetur: Anno 935. Udel„bertus Salzburgensis, de invasione redi„ens, obiit. Ludepertus autem supra po„situs in præfato Chronico prorsus est om„missus, & ita positum: Anno DCCCC. „Pilgrinus Archiepiscopus obiit, Udelber„tus succedit. Item in Chronico sæpe supra „nominato Ludpertus etiam non est positus. „Verumtamen non potest omitti dictus Lu„debertus, quia tempora & annorum se„ries, quæ confusionem magnam parerent, „hoc non patiuntur, tum etiam, quia nu„merus episcoporum minueretur. Conra„dus siquidem primus ejus nominis Archie„piscopus Salisburgensis in quodam diplo„mate, quod infra sub Abbate Wezelino „habetur, se vigesimum septimum post S. „Rupertum Ministrum vocat. Quod ne„quaquam fieri posset, si antedictus Lude„bertus a catalogo isto excluderetur.„ Ita citat. Chronicon R. ubi tamen nulla habetur reflexio ad chronica antiquiora, quorum ibidem fit mentio, neque etiam addita objectio de Conrado I., quod fuerit vigesimus septimus post S. Rupertum Minister, non tantum nullius est roboris, sed est plane erroneæ persuasionis, & potius argumentum forte pro nostra sententia, nam ut inspicienti & numeranti in catalogo Præsules patebit, Chunradus I. fuit vere vigesimus septimus post S. Rupertum Minister, & cum S. Ruperto inclusive vigesimus octavus. In illo autem systemate; si *Udelbertus* duplicem personam sustineret, & diversus est a *Ludeberto*, Conradus foret post S. Rupertum vigesimus octavus, & computato S. fundatore nostro, Archiepiscopus, computatis simul episcopis, & abbatibus, vigesimus nonus.

II. Sed unus Archiepiscopus & Abbas tantum.

Verum contra hunc errorem modernis temporibus aliunde jam penitus, & merito quidem ab omnibus accuratis Historicis eliminatum, pugnant omnia antiquiora manuscripta & catalogi Archiepiscoporum, ubi non duo referuntur Pontifices, sed unicus tantum, qui subinde *Udelbertus*, nonnunquam *Ludebertus*, & *Ulbertus* per transpositionem, vel etiam per syncopationem litterarum nominatur. Ne autem vane hoc afferere videamur contra tot alios scriptores superius allegatos, & Chronica quædam recentiora, assertum nostrum solidis planeque rationibus & auctoritatibus confirmamus. primo quidem in illa tabula in crypta ecclesiæ Cathedralis inter Pontifices ibi sepultos solius *Ludeberti* nomen, & effigies visebatur, teste ipso Stainhausero Tom. I. fol. 1087. nulla habita mentione *Udelberti*, quos tamen Tom. II. fol. 1087. distinquit, & ambos in crypta sepultos asserit. Secundo: Aventinus L. 4. fol. 487. neque Ludeberti, neque Udelberti meminit inter Pontifices Salisburgenses, sed pro his duobus ponit unicum *Hyldebertum*, seu *Odilbertum*. Tertio: in antiquissimo manuscripto M. Catalogus habetur Salisburgensium Præsulum fol. 2. qui usque ad Gebhardum procedit, qui anno 1060. electus est. In hoc antiquissimo catalogo versibus antiquis composito legitur Udelbertus sub nomine *Udalprecht*, sic enim versus sonant:

Doctor divinus, successit cui Piligrinus,
Udalprect similem post hunc conscendit honorem;
Inde Dei servus profertur mox Egilolphus.

In eodem MS. M. alius adhuc habetur antiquior catalogus: in quo post Pilgrinum solus Udalpertus reperitur pag. 29. ante Egilolphum. Consentit huic antiquissimo MS. aliud sæpe citatum sub litt. K. quod ad annum 913. quo Pilgrinus obiit, successorem ponit Udalbertum, quem etiam vult rexisse usque ad annum 935. atque ita totum id tempus, quod Recentiores dividunt in duorum Pontificum divisa regimina, hoc MS. adscribit soli Udelberto, quem ad annum 935. quo mortuus est, vocat Ulbertum. Cum vero præcitatum specialiter MS. M. videatur scriptum esse proxime ad tempus regiminis hujus Pontificis, credo scriptorem illorum Catalogorum meliorem habuisse notitiam de hoc Præsule, quam scriptores modernos. Fuit ergo Udelbertus idem cum Ludeberto, consequenter non fuerunt duo Præsules & Abbates distincti, sed unus Archiepiscopus & Abbas.

III. Quid de ejus gestis varii scriptores asserant, breviter exponitur.

Si autem tam diversimoda fuit scribentium opinio, an Udelbertus, seu Ludebertus sint duo distincti Præsules, vel unus tantum, mirum nemini esse debet, si & de gestis illius modica habeatur notitia, & pleraque conjecturis nitantur. Noster in antiquitatibus versatissimus Dominus Abbas Amandus in descript. SS. Reliq. c. 25. §. 2. de Udelberto sequentia notavit: „Udelber„tus, ait, quo genere natus, nil in Chro„nicis reperitur; Pilgrino anno 913. mor„tuo succedit, & a Joanne X. Pontifice, „non a Sergio III. ut alii volunt, confirma„tus, & Pallio donatus est. Qui a simpli„citate, & innocentia vitæ laudatur in „MS. QQ. mortuus anno 935. juxta MS. K, „& sepelitur in crypta post altare S. Erasmi, „ubi quoque in tabula sæpe citata instar sanc„ti

„cti depictus visebatur. Miracula de hoc „non supersunt, neque alia sanctitatis te„stimonia: corpus ejus cum cæteris Ponti„ficibus anno 1600. elevatum inter illas sine „dubio reliquias continetur, quæ in illis tum„bis ligneis asservantur in cathedrali sacra„rio, sed in qua determinari non potest„ Hæc ille. Recentior Historicus Salisburgensis Mezgerus noster sequentia de Udelberto scripsit pag. 280. „Pallio, ait, orna„tum tradiderunt nonnulli a Sergio III. quod „cum annorum computu stare nequit; me„lius id Joanni X. Papæ adscribitur, qui „male promotus, consensu tamen ecclesiæ „receptus Papam legitimum, si non bonum „egit. Zelus hujus Archipræsulis eximius „laudatur, qua ecclesiasticæ disciplinæ tem„porum injuria laxatæ diligenter consuluit; „prudentia quoque insignis, qua fluctuanti„bus ubique rebus bene uti temporibus, & „salvam ecclesiæ navim gubernare novit. „*Udalbertus*, ait quidam ex nostris, *& tem„pus se mutuis amplexibus osculati sunt* (*). „Comitio, quod Arnulfus Dux Dingolfin„gæ celebravit, inter alios SS. Antistites „ipse quoque præsentiam, & sarciendis ec„clesiarum damnis operam præbuit. Diem „extremum obiit circa annum salutis 934. „antecessorum sepulchro illatus.„ Hucusque Mezgerus. Majori eruditione gestis *Udelberti* cæteroquin in obscuro latentibus lucem aliquam aspergere conatur P. Hansizius, qui inter alia manuscriptum quoddam de sæculo XI. allegat, quod Udelbertus interfuerit Synodo Dingolfinganæ, sic enim scribit præfatus auctor pag. 146. num. II. „Res ejus gestæ perinde, ut Pilgrini, in „obscuro sunt, laudatur tamen egregius „ejusdem zelus in accuranda disciplina sa„cra, præterea prudentia, qua rebus Ba„variæ turbatis ecclesiæ suæ clavum ita „flexit, ut in neutram offenderet partem. „Celebravit Synodum Dingolfingæ, de qua „vetus manuscriptum Sæculi XI. *Anno Do„mini DCCCCXXXII. regnante in Bavaria „Arnoldo Duce convenientibus cunctis Bawa„riis ad locum, qui Dingelfinga vocatur, in „causa synodalis colloquii episcopis quoque, ut „comitibus, aliisque populis supradictæ regio„nis. Residentibus autem episcopis in synoda„li concilio Adalperto Archiepiscopo Salzbur„gensi, Isamgrimo episcopo Ratisbonensi, Ge„rardo episcopo Cataviensi, Tvolfrano episco„po Frisingensi, Nithardo Ep. Sabionensi, „nunciisque episcopi Udalschidi Aistettensis Cho„riepiscopis Diperto, & Swaterloho aliisque „Presbiteris, & Dyaconibus ac Clericis quam„plurimis de statu ecclesiastico tractantes, seri„andos dies subscribere sanxerunt.* Hæc ibi.„ Ita Hansizius, qui etiam in fine de anno mortis Udelberti ex quodam Chronico Salisburgensi ita scribit: „Anno 935. quum „Arnulfus Dux Hugoni Berengarii Italiæ „Regis æmulo intulisset bellum, Veronam„que occupasset, ejus militiam secutus „etiam Udelbertus, qui de invasione Italiæ „rediens, obiit. Diem obitus adnotavit „Jordanus XVIII. Kal. Decembris, aitque sepultum infra chorum S. Ruperti, & hunc „picturæ veteres pro sancto exhibent.„ Ita cit. auctor nobis autem hæc de Udelberto, seu Ludeberto dicta sufficiant.

(*) Ex chronico Josephi Grünbeckii MS. QQ.

B. EGILOLPHUS,

ARCHIEPISCOPUS IX. ET ABBAS XIX.

AB ANNO 935. USQUE AD ANNUM 940.

1. Egilolphus ab æmulis multa perfus,

Breves sunt scriptores Salisburgenses in recensendis Egilolphi gestis, destituti partim debitis ob temporis antiquitatem monumentis, partim & maxime quidem ob breve regimen, quo nihilominus tam brevi temporis spatio plurima ab æmulis perpessus est, ita ut nonnisi ærumnis confectus obierit anno a suscepto regimine quarto, vel quinto. Hujus Præsulis stemma in nullo chronico reperitur, successisse Udelberto anno 935. vix ullus dubitat, non tamen, ut vult chronicon Grünbeckii, confirmare potuit a Leone VI. utpote qui jam anno 829. supremum clausit diem, sed vel a Joanne XI. qui eodem anno 935. fuit mortuus, vel certius a Leone VII., apud quem tamen Egilolphum nostrum non multum valuisse ex sequentibus colligi potest. Erant tunc corruptissima tempora, negligentia in Clero supina, mores aliorum summe depravati, & cum his malis haud mederi potuerit bonus Archiepiscopus Egilolphus, ab ipsis episcopis diœcesanis, & speciatim ab æmulo Gerardo Patavienſi, qui verosimilius suspirabat dignitatem dudum deperditam, apud Leonem VII. de simplicitate & merositate, & quod minus utilis esset ad regimen ecclesiæ, fuit accusatus, tantumque effecerunt accusatores, ut supra memoratus Leo VII. edito diplomate, quod apud Hundium exstat in annot. Gewoldi fol. 49. non tantum Jus archiepiscopale ab humeris ipsius sustulerit, & Laureacensi ecclesiæ, illi nimirum Gerardo electo Archiepiscopo imposuerit, verum etiam in litteris ad Egilolphum & cæteros Bojorum, Episcopos datis mandaverit, ut Gerardo Archiepiscopo obedientes, & adjutores essent; ea propter tamen Egilolphus a sua dignitate archiepiscopali non excidit. De reliquo notum est omnibus, quam magnam res ista Successoribus paraverit controversiam, qui tantum

tantum ſuæ ſedis decus juſtis actionibus apud ſedem apoſtolicam pluries vindicarunt.

II. Poſt breve quinque annorum regimen obiit, anno 940.

Ita afflictus Egilolphus æmulis ſuis quaſi in prædam ceſſit, ærumnis confectus, atque poſt 4. aut 5. annorum regimen anno 940. obiit. Illi brevis ætas obſtitit, quod cauſam læſam pervincere non potuerit, ejus tamen ſucceſſor Heroldus litem continuavit, & tantum effecit, ut dignitas metropolitana, quæ prius in tota provincia Bavarica fuit conceſſa Gerardo, ab Agapito II. Pontifice fuerit diviſa, orientalibus Gerardo, reliquis Heroldo Archipræſuli ſubjectis. Rexit itaque Egilolphus eccleſiam Salisburgenſem nonniſi quatuor, aut quinque annis, quo brevi regiminis tempore utique nulli accuſatioui juſtam cauſam dare potuit, & poſtquam juxta antiquum Chronicon K. obiit anno 940. ſepultus eſt in crypta, ubi ſimiliter, uti prædeceſſores ... tar Sancti depictus cernebatur, cujus corpus anno 1600. cum cœteris repertum, & in antiquis tumbis aſſervatum fuit. Alia tamen Sanctitatis indicia non exſtant.

HEROLDUS,
ARCHIEPISCOPUS X. ET ABBAS XX.
AB ANNO 940. USQUE AD ANNUM 958.

I. Heroldus x comitibus de Scheiern factus Archiepiſcopus & Abbas, qui ab initio regiminis

Miris modis fortuna luſit cum Heroldo noſtro, Egilolphi immediato in Archiepiſcopatu, & Abbatia ſucceſſore, qui ſane integram calamitatum Iliadem ſenſit. Nam ut de hoc Archiepiſcopo in principio illius vitæ eleganter ſcribit ſua laude ſemper dignus Marcus Hanſizius pag. 148. „Res ejus geſtæ, ait, probant ſtrenuum, „ſed exitus infelicem. Eum factio propin„quorum perdidit: cui cum ſe temere miſ„cet, perfidiæ crimen incurrit, tulitque „pœnam acerbam; nam & orbatus oculis, „& exauctoratus, & execratione Pontifi„cum dehoneſtatus eſt. Quæ, ſi humanis ſpectentur oculis, funeſta, ſed altius „cogitantibus videntur eſſe documenta cle„mentiæ

„mentiæ divinæ, quæ consuevit electorum „suorum nævos in hac vita purgare in ca„mino tribulationis". Hæc ille. Hunc Heroldum, seu, ut ab aliis etiam vocatur *Heroltus*, seu Herolphus, fuisse unum ex comitibus Shyrensibus, ferme omnes conveniunt: hujus stemma ex Lazio & variis nostris monumentis ita describit noster Mezgerus in sua Historia Salisburgensi pag. 284. „Heroldus, ait, aut Herolfus Egilolfi suc„cessor, ex comitibus Shyrensibus illustre „genus trahit. Antiquæ familiæ novum „nomen tunc fuit, nam Arnoldus, qui Ar„nulphus dicitur, filius Arnulphi Ducis „Boicæ cum fratribus Eberhardo, & Her„mano, a Principatu Boico Ottonis Impe„ratoris nutu, & ope, ut ante notavimus, „per Bertholdum patruum suum, ejusque „successorem Henricum Saxonem Ottonis „fratrem, Arnulfi affinem, nam sororem „ipsius Juditham duxerat, excluſus solus „comitis nomen retinuit, arcemque Schy„ræ, ubi nunc insigne cœnobium, condi„dit. Hinc Schyrensium comitum & prin„cipum propago: quæ alias antiquiori ductu „originem suam ad Luitpaldum, seu Leo„poldum Regis Ludovici ex Carolinis po„stremi Ducem originem suam refert. Quo „gradu Arnulpho Schyrensis, ut dictum, „nominis conditoris, Heroldus noster jun„ctus fuerit, non liquet. Ipse Arnulphus „hoc eodem, quo Heroldus Salisburgense „fastigium adiit, tempore adversam jam „Cæsari factionem agitans, alienus ab ejus „gratia existebat: qua tamen Heroldus ei„dem amicus, & fidus diu post adhuc va„luit; utique non sanquinis, sed egregia„rum qualitatum suffragio". Hæc Mezgerus. non negat hujus Heroldi originem Hansizius, qui tamen paucis verbis ita eandem describit: „fuit ex genere Comi„tum Schyrensium, sed incertum, quo gra„du, Lazius, ait, filium Arnolphi anno „937. defuncti, fratrem Eberhardi, Arnol„di, & Hermani. Arenpekius genesin co„mitum Schirensium exhibet: Heroldum „non inserit". Hæc cit. auctor. Quidquid autem sit de ipsius stemmate, certum est, quod tanquam verus successor in Episcopatu acceperit Pallium, licet nonnihil serius propter varias tunc Romæ exortas factiones, unde vel accepit Pallium a Stephano IX. vel ejus successore Martino II. non autem primum ab Agapito II. qui anno 946. venit ad Pontificatum, & litem, ut statim dicemus, inter Heroldum, & Patavien-sem Episcopum Gerardum, diremit.

II. Successus habuit non adeo infelices; partim ob litem cum Laureacensibus sublatam;

Ab initio regiminis sui Heroldus successus habuit non adeo infelices, tam ob litem cum Gerardo Laureacensi finitam, & officium Archicapellani, quod gessit apud Ottonem, quam etiam, & specialiter quidem, quod notabiles reliquias S. Martini Episcopi Turonensis ex Gallia Salisburgum transtulerit. De hac controversia Salisburgenses inter, & Pataviense per Heroldum sublata sic scribit noster Mezgerus pag. 284. „Vix quietum pedem in sede posuit, „nimirum Heroldus, mox illum antiqua „Gerardi Laureacensis cum Egilolpho cœ„pta lis exercuit, non de Pallio, ut impe„rite Aventinus, sed de sacræ Jurisdictio„nis territorio in Hungaria, & vicinis par„tibus contendebatur. Arbitrium susce„pit Agapitus II. anno 946. in Papam eve„ctus, ad quem per Abbatem Fuldensem „Hademarum Gerardus causam suam cum „supplicibus querelis detulit. Pontifex, „ut controversiam dirimeret, Provincia„rum, & Ecclesiarum fines sic distinxit, ut „Salisburgensi maneret Occidentalis, Lau„reacensi Orientalis Pannoniæ cura, jun„cta Avarorum, Moravorum, & Slavorum „regione, quæ quidem partitio longe di„versa est ab ea, quam a Ludovico Rege, „ut superiori cap. diximus, factam scripsit „Aventinus". Hæc & plura alia Mezgerus loco citato: paulo aliter, licet quoad substantiam non differat, Marcus Hansizius, qui sicut in historia Passavienſi scripsit, ita eadem repetit in historia Salisburgensi in vita Heroldi his verbis: „Quam„primum stationem aggressus est, dimican„dum habuit cum Gerardo Laureacensi, „unde & Pallio aliquamdiu caruit - - - cer„te ante Agapitum II. qui anno 946. Ponti„ficatum exorsus est, Pallium obtinuit, uti „colligitur ex epistola ejusdem Agapiti, „qua litem diremit. Ibi memorat mœrore „se nimio dolere ob jurgia & disceptationes „graviſſimas inter Gerardum, & Heroldum „Archiepiscopum pro *utrinque susceptа in una „provincia Pallii auctoritate exortas.* Litteræ „datæ sunt anno 946. nam Gerardus hunc „annum vivendo non superavit; eas in re„bus Patavienſibus recitatas, & explicatas „nihil interest hic repetere. Orientalem „Pannoniam cum Sclavis circumquaque „manentibus Gerardo Laureacensi, Occi„dentalem Heroldo subjecit; sic, ut *utri„que modo susceptus Pallii honor servetur.* Quod, „si his non aquiesceret Heroldus, sed inter„dictam, atque a sua potestate separatam „Diœcesim pervicaciter retinere conaretur, „neque a contentione desisteret, ipse etiam „pie concessa dignitatis munificentia peni„tus privetur, atque secundum jus pristi„num Pannonia superior continuetur infe„riori, atque Gerardi, & ejus Successo„rum ambæ perpetualiter subjaceant ditio„ni: ita sententia Pontificis, quæ tamen „frustra fuit ob mortem Gerardi, quæ sub „ipsum tempus intervenit". Hæc Hansizius. Hoc tamen certum est apud omnes, quod Adalbertus successor Laureacensis nullum amplius negotium fecerit, sed omisso Archiepiscopi nomine solo Episcopi titulo fuerit contentus. Ut talis ab Ottone II. in diplomate fuit salutatus, ut talem etiam se ipsum nominat in concilio Inglheimensi, ut videri potest apud Brunnerum p. 2. L. 8. & in hoc charactere etiam inscriptus legi-

tur

tur in ſynodo Auguſtana, plurimorum Epiſcoporum, anno 952. celebrata.

III. Partim: propter officium Archicapellani, quod geſſit apud Ottonem M.

Alterum, propter quod ſuam meretur laudem Heroldus noſter, eſt, quod apud Ottonem M. in expeditione bellica geſſerit officium Archicapellani, quia illo tempore erat conſuetum Imperatoribus in comitatu ſecum habere ſacros Præſules. In prædictis ſynodis Inglheimenſi, & Auguſtana, ubi etiam cum aliis Germaniæ, & Bavariæ Epiſcopis interfuit Archipræſul noſter Heroldus, actum fuit præprimis de rebus Eccleſiæ, & formatione rectæ diſciplinæ, præſente ipſo Imperatore Ottone, in Ingelheimenſi etiam præſente Ludovico Franciæ Rege, ubi, poſt expeditas curas Eccleſiæ, tractatum quoque fuit de ſuppetiis Ludovico contra Hugonem regni invaſorem ſerendis, & quia conventum fuit, ut triginta duæ Germanorum Legiones ſubmitterentur, has anno ſequente duxit ipſe Cæſar Otto, in qua expeditione comes, & conſiliarius Cæſaris ivit Heroldus, atque nomen Archicapellani obtinuit. Porro, qui ampliores progreſſus fuerint felices Heroldi noſtri ad initium, & reſpective jam poſt aliquot annos in regimine emenſos, ita deſcribit probatus auctor noſter Mezgerus his verbis: „Poſt Gallicam expeditionem feli„citer confectam, expeditoque bello Bo„hemico, in Italiam quoque cum exercitu „moventem Ottonem Heroldus ſecutus, vi„ctricibus magni Cæſaris armis præſens, & „Conſul, antiquorum phraſi, id eſt, Con„ſiliarius lateri adhæſit. Victo Berengario, „Adelhaidem Lotharii Regis viduam, quam „ille impotenti dominatu oppreſſerat, Otto „uxorem duxit, inde Germaniam, & cum „eo Heroldus meavit. Confirmavit idem „Imperator, in gratiam Heroldi, donatio„nes a Ludovico Rege Romanorum ante „Archiepiſcopatum factas, ipſeque de ſuis „addidit arcem Krinsfeldienſem in Carin„thia. Ex quibus facile æſtimes, qua Im„peratoris gratia tunc polleret, ſed hanc „poſteriera tempora extinxiſſe viſa, in qui„bus & conſanquineorum, & aliorum pra„va molimina durioribus fatis Heroldum „involverunt". Hæc ille. Priusquam autem hæc ultima fata, eaque ſatis acerba, quibus tandem ſuppreſſus fuit Heroldus, enarremus, nonnihil fuſius dicendum eſt de fructibus illius itineris, quod Archipræſul, & Abbas noſter ſuſcepit in Galliam, qui fructus in eo præprimis conſiſtunt, quod ſi non totum corpus, ſaltem notabiles reliquias S. Martini Turonenſis epiſcopi Salisburgum attulerit Heroldus, quæ reliquiæ in hodiernum usque diem Juvavii quieſcunt.

IV. Specialiter autem quia corpus S. Martini ex Gallia Salisburgum translatum traditur,

Nos recenſendo hanc hiſtoriam de translatione S. Martini ex Gallia Juvavium, tentamus vadum valde periculoſum. Salisburgenſibus indubitata vult eſſe traditio de corpore S. Martini per Heroldum ex Gallia Salisburgum allato, & abſcondito, quod corpus S. Martini poſtea ab Hartwico inventum, & a Wichardo Pollheimio Archiepiſcopo anno 1315. poſt reſerationem tumbæ populo fuit oſtenſum & translatum. Plerique & omnes ferme hiſtorici exteri hanc traditionem ut fabulam explodunt, nos medium eligemus. Traditionis antiquæ Salisburgenſis auctor eſſe creditur diſcipulus S. Eberhardi Archiepiſcopi, qui circa annum 1147. & ſequentibus in deſcribendis Sanctorum Salisburgenſium vitis inclaruit, cujus opera non pauca exſtant in noſtro ſæpe citato antiquo codice H. (qui equidem non autographus, ſed apographus eſt, ſcriptus anno 1284.) nec non apud Caniſium Tom. 2. & 6. antiq. lect. Hæc antiqua relatio de verbo ad verbum ſic ſonat: „Accepimus a Patribus noſtris, quod „Otto Imperator Hiſpaniam (oportuiſſet „ſcribere Galliam) cum multo apparatu pro„fectus in civitatem Turoniorum hoſpitan„di gratia ingreſſus eſt; ubi per aliquot dies „cum Magnatibus ſuis moram faciens man„ſionarios ſimul, & cuſtodem pretio cor„rupit, & ſic corpus B. Martini auro, & „argento latenter comparavit. Datis ergo, „quæ pepigit, recepit, quæ voluit. Re„greditur feſtinus ad Patriam, furtim de„ferens tanti corporis glebam; quia vero „tam pretioſum theſaurum ſuo vectigali „continere duxit indignum, Archiepiſcopo „Juvavenſi Herolfo ſibi, ut credidit fide„liſſimo, tradidit conſervandum, ſibique „ubi vel quando præciperet, perferendum. „At ille gaudenter ſuſcepit, & in ſuam ec„cleſiam pie transvexit; cryptam, in quam „eum abſcondit, nomini ſuo conſecravit; „ſocios ſibi adjurat, ut lateat, titulo lite„rali conſignat, ut pateat, ut, quod lin„qua neſciret, hoc intitulatio poſteris pro„palaret. Decedente itaque aliquo tempo„re citatus ad curiam venit, ubi a Rege „de ſupradictis inquiſitus roſpondit: San„ctum, quem quæritis, in Sanctuario per„manendum (permanſurum) repoſui, un„de amodo nullatenus debet removeri. „Tunc Imperator ſe defraudatum conſide„rans iraſcitur. At ille fugam iniit, ne, „ſi exſpectet, in aliquo periclitaretur. Tunc „Henricus Dux frater Imperatoris & qui„dam milites Plangenſes, ſcilicet Regi pla„cere volentes, quia & ipſi Salisburgenſis „Eccleſiæ inimici fuerunt, ipſum perſequ„untur, ut feriant, quem ſævientes arri„piunt, & excœcant. Sic nec ille reddi„dit, nec Imperator rehabuit. Sed vir „bonæ memoriæ Herolfus repoſuit usque „ad tempus B. Hartwici, qui neſcio, quo „caſu hoc inveniens, ſed ut reor, divini„tus inſpiratus, vel titulo edoctus invenit, „& ſolemniter, & eminentius transtulit, „& hoſpitatum hoſpiti, Martinum ſcilicet „B. Ruperto conſepelivit, & digne Apoſto„lis parem Bavariæ gentis ſociavit Apoſto„lo, quorum uterque, ſicut in una conti„nentur tumba, ſic invicem conſociantur

, in gloria. Sepulturam quoque eorum ar-„gento ſimul veſtivit & auro, ut, dum in „theſauro decus appenditur, quam ſplen-„dida, vel potius quam pretioſa ſit eorum „virtus, ſignificetur". Hucusque auctor codicis, & veroſimiliter diſcipulus Eberhardinus, quem alii Chronicorum noſtrorum compilatores fuerunt ſecuti, uti ex plurimis manuſcriptis noſtris, ſpecialiter ex MS. QQ. id eſt, ex Chronico Grünbekii oſtendi poteſt, ubi ſimilis per longum habetur narratio. Integrum etiam libellum magna eruditione hiſtorica plenum typis edidit noſter antiquitatum amantiſſimus Abbas Amandus anno 1664. ſub titulo: *Relatio hiſtorica de venerando corpore S. Martini Epiſcopi Turonenſis, qua ratione illud ex Gallia in Germaniam, & Salisburgum fuerit translatum, ex antiquis monimentis, & ſcripturis Monaſterii S. Petri collecta.* In qua relatione per ſeptem capita hanc traditionem probat, ſi non quoad totum corpus, ſaltem quoad potiores partes corporis S. Martini, unde in 1. capite disquirit ex antiquis MSS. hanc antiquam traditionem, & ocultam Reliquiarum translationem; in 2. capite allegat cenſuras contra hanc hiſtoriam, præſertim Andreæ Brunneri Scriptoris Bavari cæteroquin ſat celebris; in 3. agit, quo anno corpus S. Martini fuerit in Germaniam, & quidem Salisburgum translatum, & ubi ab Heroldo, ſeu Herolfo Archiepiſcopo reconditum? In capite 4. quærit, & reſpondet, quoties, quo anno, quaque ratione inventum, & translatum ſit corpus S. Martini? ubi etiam exhibet figuram marmoris monumentalis de anno 1315. qui etiamnum viſitur in noſtra eccleſia, vel potius in quadam capella S. Spiritus dicta, quæ eccleſiæ proxima eſt, in quo lapide ſepulchrali hæc inſcriptio legitur: *Anno Domini MCCCXV. VIII. Kal. octob. recondite ſunt hee reliquie a Domino Vichardo Archiepiſcopo Salzb. Sanctus Martinus, Sanctus Hermes, Sanctus Vincentius, Sanctus Chryſanthus, Sancta Daria.* Ulterius cap. 5. idem D. auctor allegat indicia quædam præſentiæ ſacrarum reliquiarum S. Martini Turonenſis Epiſcopi Salisburgi deſumta ex veteri templo cathedrali; in capite 6. rurſus alia indicia ex antiquitatibus Monaſteriorum S. Petri, & Nonnbergenſis in civitate Salisburgenſi ſitorum; & denique capite 7. & ultimo inveſtigat cauſas: cur Heroldus Archiepiſcopus fuerit oculis orbatus, an ob reliquias S. Martini detentas, an vero etiam ob alias cauſas? tanta induſtria ſcripſit de S. Martino noſter D. Amandus Abbas in præſato libello.

V. Quæ hiſtoria, quamvis a multis habeatur pro fabula & inani prætextu,

Aſt hanc traditionem de corpore S. Martini Turonenſis Epiſcopi Salisburgenſibus certam, ut fabulam & inane commentum explodunt plerique Hiſtorici, & nemo magis acerbiori de hac re ſcripſit calamo, quam Andreas Brunnerus, & Adlzreitterus. Ille L. 8. p. 2. fol. 474. ſeveriori cenſura in hanc opinionem ita invehitur: „Porro, „ut rarum eſt, inquit, magnorum ſcelerum „ſecretum, & palliari facilius poſſunt, quam „abſcondi, ita Heroldum Salisburgenſem „patriæ proditæ reum viciſſim ſui facinoris „magnitudo prodidit, & publicæ famæ la-„cerandum, deinde etiam carnifici ſubje-„cit: ab Henrico Principe Mildorfii inter-„ceptus, ex ejusdem ſententia utroque or-„batus oculo, meritas patriæ pœnas dedit, „nunquam deinceps illam viſurus. Inſa-„mibus tenebris poſteri dignitatem conci-„liare conati ſunt nobili figmento, quod ta-„men contra litteras Pontificias fidem non „invenit. Fabulantur Ottonem in itinere „Hiſpanienſi (quod ab eo ſuſceptum nemo; „niſi inteſtabiles, prodidit) ad Turones di-„vertiſſe, ſubſectaque inde corruptis auro „cuſtodibus divi Martini oſſa Heroldi fidei „commendaſſe; quæ cum Salisburgum de-„lata in ſubterranea ſpecu condidiſſet, re-„petenti ſacrum pignus Ottoni reſponſum „dediſſe, divum Martinum loco moveri nec „velle, nec poſſe: ea ludificatione motam „Ottoni bilem ſtatuiſſe fuga declinare, ex „qua ab Henrico retractus, nimis officioſæ „pietatis miſeram mercedem tulerit, cæci-„tatem. Sed nos exploſa fabula, neque „cæcis propanda in viam revertamur. Hæc Brunnerus: hunc alter ſecutus eſt ſupranominatus auctor, non mitius hæc ſcribit in Boi. annal. p. 1. L. 14. n. 16. fol. 349. „Ina-„ne, ait, commentum eſſe, quod nullo te-„ſte idoneo quidam de Ottonis in Turones, „& Hiſpaniam profectione, deque exporta-„tis per fraudem Reliquiis divi Martini ari-„olantur". Hæc iſte: in quæ verba modeſtus Abbas noſter in cit. opuſculo pag. 8. ſic ſcribit: „qui, ſi legiſſent, quæ ſubiiciemus, „antiquitatis hujus argumenta, forſan mi-„tiori ſententia rem totam ſaltem reliquiſ-„ſent in medio". Hoc ferme medium prudenter elegiſſe videtur ex Hiſtoricis recentioribus eruditus Salisburgenſis Hiſtoricus Marcus Hanſizius, qui equidem nulla ratione perſuaderi poteſt, corpus Sancti Martini unquam ex Gallia per furtum fuiſſe in Germaniam allatum, attamen, ut infra dicemus, non negat hic Salisburgi adeſſe aliquas Reliquias S. Martini, quæ fors illo tempore, & illa occaſione, ſed non tam furtive, Salisburgum pervenire potuerunt. Inter alia motiva minime ſpernenda, poſtquam & ipſe, Hanſizius nimirum, ſimilem noſtræ ſupra allegatæ narrationem ex aliquo Codice Cæſ. Bibl. manuſcripto anno 1409. conſcripto allegat, ſed tanquam authenticam non probat, ſic loquitur citatus Auctor pag. 150. n. IV. „Neque enim Ottonem conſtat „unquam in Hiſpaniam profectum, neque „ullus ſcriptorum idoneorum id meminit; „quod tamen adeo clam agi non poterat, „ut eos lateret, præcipue cum dicatur, eo „profectus cum multo apparatu. Fecit qui-„dem expeditionem, quam dixi, Gallicam, „Lugdunum obſedit, Pariſios, Rotoma-

„gum

„gum adiit: Turonos an venerit, nuspiam „proditur. Reliqua de furto ſacri corporis, „ut parum decora, immo ſacrilega in Otto„nem non cadunt; præſertim cum ſciret, „quam charum ſibi theſaurum haberet Gal„lia. Et quis credat Gallos jacturam ita „fuiſſe concocturos, ut non faſtis omnibus „vapularet Otto? ut non quæſtibus, & ex„ecrationibus perſequerentur facinus, ac „terrarum orbem implerent? atqui gentis „illius ſcriptores ne mutiunt quidem. Ne„que dicas Gallos id ignoraſſe ob furtum „clam patratum; quemadmodum enim id „potuit in Gallia ignorari, poſtquam in „Germania pervulgatum fuit; dum in pu„blica curia ſacrum pignus Ottone repeten„te Herolfus Archiepiſcopus redditurum „negavit, atque ipſe propterea, ut ibidem „dicitur, perſequente Henrico Duce a mi„litibus interceptus, oculisque multatus „fuit? an ignorare potuere ſcriptores Ger„mani cauſam ſupplicii? quorum quicun„que ejus cæcationis meminere, ſunt au„tem permulti, aliam longe prodidere cau„ſam, quam nos poſtea detegemus. Cœ„ciores neceſſe & ipſos fuiſſe, qui in re tan„ta cæcutiunt adeo, ut translationis iſtius „aut litis adeo manifeſtæ nihil horum vide„rint. Unus eſt rei teſtis auctor Salisbur„genſis, cujus quanta ſit authoritas, vel „ex tot, quas commiſit aberrationibus in„telligi poteſt". Hucusque Hanſizius, qui tamen non debuiſſet offendi ob manifeſtum errorem in deſcriptione commiſſum, quod nimirum deſcribens loco *Galliam*, poſuerit *Hiſpaniam*.

VI. Quoad aliquas tamen Reliquias S. Martini Salisburgum, allatas, ſua fide digna eſt.

Quid ergo a nobis dicendum reſtat? ne agamus contra torrentem Hiſtoricorum, & ne nimium præjudicemus antiquæ Salisburgenſium traditioni. Nobis placent primo ea omnia, quæ citatus Dominus Amandus Abbas in ſua præfatiuncula, ad prædictum libellum adnotavit; quamvis in toto opuſculo pro viribus defendat adeſſe venerandum S. Martini corpus, idque ut plurimum probari aſſerat ex illo lapide ſepulchrali ſupra allegato: ſunt autem hæc auctoris verba: „forſitan non æquo ferent „animo Galli, tantum Præſulem ſibi ven„dicare Germanos, quemadmodum ſimiles „controverſias abhorrent alii. Veneti ſuc„cenſent, ſi B. Marcum Evangeliſtam di„xeris augia divite contineri; Galli perne„gant divum Dyoniſium Areopagitam ad „D. Emmeramum Ratisbonæ conſepeliri; „Caſſinenſes inviti audiunt, Sanctum Be„nedictum e monte Caſſino Floriacum in „Gallias deportatum fuiſſe. Attamen ut„rarumque opinionum tanta ſunt rationum „momenta, ut utriusque partis opinio pe„riculum, immo naufragium veritatis ſu„bire debeat. Id ego de venerando corpo„re S. Martini his paucis pagellis demon„ſtrabo, bona Gallorum pace præcipue Tu„ronenſium, ſi non totum corpus, ſaltem „potiorem partem Salisburgo contineri, in „hodiernumque diem conſervari". Hæc Amandus Abbas noſter, qui pariter in contextu ſui opuſculi veroſimiliter credit, quod ex duplici cauſa fuerit excæcatus Heroldus, partim eb retentas Reliquias Sancti Martini, partim ob alia demerita, quæ in reſcripto Pontificio recenſentur, quando ſub Joanne XIII. in concilio Ravennatenſi anno Domini 967. poſt excæcationem jam longe prius factam nigro calculo fuit notatus, *eo quod eccleſias expolliaſſet, theſaurum paganis erogaſſet, ſeque eis junxiſſet, in chriſtianorum necem & deprædationem contra Dominum Imperatorem ſuum ſeniorem rebellis & infidelis exſtitiſſet.* Inſuper & magis quidem placet ſecundo longior diſſertatio Marci Hanſizii, quæ non tantum quoad ſubſtantiam, licet non quoad modum, antiquæ traditioni Salisburgenſi de Reliquiis Sancti Martini non præjudicat, ſed maxime favet, digna ſane, ut per extenſum & noſtro chronico in vita Heroldi Archiepiſcopi, & infelicis Abbatis noſtri inſeratur. Litem „in medio relinquo, ait hic auctor, nihil „enim vetat credere S. Martini Reliquias „nonnullas per Ottonem impetratas. Re„cenſerat Ottonis meritum de Ludovico „Galliæ Rege genero in ſolium reſtituto, „pro quo munus acceptius, honeſtiusque „dari non poterat; quemadmodum antea „Carolus ſimplex Gallia Rex Henrico au„cupi in ſignum fœderis manum S. Dyoni„ſii M. transmiſit teſte Witichindo L. 1. „Ditmaro, aliisque. Nihil item abſonum „Reliquias illas eſſe traditas Heroldo, tum „in præmium Societatis, tum quod apud „Juvavenſes ex antiquo S. Martini cultus „& honos vigeret: quum notum ſit ex ali„bi dictis Juvaviam ad S. Martini Solennia „celebranda factos omni tempore fuiſſe con„curſus ingentes, eoque venire ſolitos e„tiam Reges. Quod ſi carmen S. Virgilii „honori compoſitum a nobis in ejus vita „recitatum Alcuini foret, conſtaret equi„dem jam ejus ætate Salisburgi aram S. „Martino dicatam ſtetiſſe: ſic enim habet:

"Præcurſor Domini magnus Baptiſta Jo"annes,
"Atque pius Præſul pariter Martinus &
"ipſe,
"Nominibus ſacris iſta junguntur in ara.
"Quæ cernis veniens o Lector! inclita
"tecta
"Virgilius fecit.

"Res videtur certa, venerationem S. Mar"tini apud Juvavenſes cum ipſa ſede natam "eſſe. Cum enim Bajoaria provincia ſub"eſſet imperio Francorum, apud quos adeo "florebat ejus Sancti cultus, ut etiam anna"lium ſuorum epocham ex obitus ejus anno "exordirentur; cumque fundator Sedis Rud"bertus e Francis originem duceret; inde"que & ipſe, & Socii in Noricam venerint; "haud dubium, attuliſſe ſecum inſtituta pa"tria, ejusque præcipue Sancti veneratio"nem,

"nem, quam a teneris combiberant. Certe "libellus donationum Cap. III. mentionem "facit *Missæ S. Martini*, id est solemnitatis "jam tempore S. Ruperti observatæ. Item "Cap. V. *Ecclesiæ S. Martini sitæ in castro* "*Juvavensi* tempore Hugberti Ducis. Ac "mihi propter hoc ipsum non vana est su"spicio, conjecturam illam de corpore S. "Martini apud posteros, qui celebritatis "ejus Juvavensibus haberi solitæ principium "ignorabant, ex ipso cultu, quem videbant "adeo solennem & vetustum esse, duxisse "originem; ut adeo non cultus ex persua"sione præsentis corporis, sed hæc ex illo "prognata sit. Quo etiam fieri poterat, ut "impostoris cujusdam artificio inscriptio "supposita fucum posteris faceret: nisi id "demum existimes, ex Reliquiis fortasse, "quod dixi, quibusdam Salisburgum alla"tis, opinionem ortam de toto corpore; uti "factum Ratisbonæ de corpore S. Dyonisii "notat Pagius ad annum 1052. n. 9. supra "retulimus verba Joannis Serlingeri, qui "non corpus S. Martini, sed *Reliquias*, ait, "*inventas in magna quantitate*, (*) nempe a "Wichardo Archiepiscopo anno 1315. Ser"vatur Salisburgi, & quotanis proponitur, "teste Joanne Stainhausero in opere de SS. "Salisburgensibus, particula brachii S. Mar"tini cum inscriptione vetusti characteris: "Brachium S. Martini: quippe inclusa bra"chio ligneo, laminis argenteis exornato. "Ostentantur etiam indiculi Reliquiarum in "Ecclesiis compluribus Salisburgi, in qui"bus & Reliquiæ S. Martini. Ac denique "optandum sane foret, ut quod pie Juva"venses credunt, exploratum esset: habe"remus enim thesaurum superstitem Salis"burgi, quem Galli dessent a Calvinianis "pessumdatum. Sed hæc hactenus. Plura "de hoc argumento scribit Asceta (**) qui"dam Salisburgensis in opusculo, cui titu"lus: *Relatio historica de venerando corpore S.* "*Martini Turon. Salisburgum delato*". Hæc eruditus auctor Hansizius, qui equidem in eo nobis Salisburgensibus non favet, quod istæ particulæ fuerint clam ereptæ Gallis, & quod propter istas Reliquias pervicaciter retentas Heroldus ab Henrico fuerit oculis orbatus. An vero hæc retentio Reliquiarum non saltem aliqua causa fuerit, Salisburgenses tanto magis & prudenter dubitant, quia difficile est, fidem adductæ narrationis antiquæ ex operibus discipuli Eberhardini, & quæ in nostro antiquo MS. H. uti & apud Canisium reperitur, penitus negare.

VII. Sed post conspirationem in Ottonem non tantum excæcatus, & Sacris interdictus,

Acciderunt hæc omnia, quæ hactenus scripta sunt, ab anno 940. usque ad annum circiter 952. a quo tempore, postquam Heroldus interfuit Concilio Augustano, ubi præsedit Fridericus Moguntinus, omnes miserias tulit noster Archipræsul, utpote non tantum oculis orbatus, & Sacris interdictus, verum etiam iterato per litteras Pontificias a sua sede penitus dejectus. Causam malorum dedit, quod Heroldus alias tam fidelis Imperatori Ottoni archicapellanus conspirationis complex fuerit, quam excitavit Luidolfus filius juvenis contra Patrem Ottonem. Postquam enim Otto Adelhaidem in matrimonium duxit, & ex ea filium suscepit, timens hæreditati filius Luidolfus arma corripuit contra Patrem, tracto in societatem Arnoldo Schyrensi, qui jam prius offensus acerbe ferebat detractam suo sanquini Bavariam, quam Otto post obitum Bertholdi ducis in familiam transtulerat suam, quippe datam Henrico fratri; quæ ipsa causa etiam alienavit Heroldum Arnoldi Schyrensis, seu cognatum, seu fratrem. Porro quis amplior fuerit hujus infelicis conspirationis progressus, & qualiter excæcatus Heroldus noster, varie describunt Historici. Nos amplectimur narrationem, quam ex probatis Historicis collegit, & nobis subministrat noster D. Amandus Abbas in suo opusculo de Corp. S. Martini c. 7. ubi examinat causas, cur Heroldus fuerit excæcatus, & a sua sede penitus dejectus. Postquam enim hic auctor allegavit litteras Pontificias Joannis XIII. quas & nos infra referemus, ubi magna crimina imputantur Heroldo, cit. cap. 7. pag. 41. sic scribit: „Verum quomodo hæc "tam gravia crimina perpetrandi occasionem "Heroldus habuerit, & ansam acceperit, "Otto Frisingensis, Abbas Urspergensis, & "ex his R. P. Brunner referunt, nimirum "postquam Arnulphus & Hermanus comi"tes Schyrenses, qui Landgravii Bojariæ "olim fuerant, sese conjunxere Luitolfo fi"lio Ottonis magni, qui ægre ferebat, quod "Otto transierit ad secundas nuptias, Adel"haide Regina Italiæ in matrimonium du"cta, quibus se etiam adjunxit infensus Ot"toni Conradus comes, cui Otto Ducatum "Lotharingiæ simul & filiam Luitgardem in "matrimonium concesserat, quem ob per"fidiam hostem Reipublicæ declaraverat "Otto; qui etiam omnes ægre ferebant ab "Ottone Henricum fratrem Boiis Ducem "fuisse datum, una conspirarunt in Ottonem "& Henricum. His unitis Heroldus Ar"chiepiscopus Salisburgensis, qui teste La"zio L. 7. de Migrat. gent. & omnibus ma"nuscriptis nostris, Comes etiam Schyren"sis erat, sanquinis cognatione inductus aut "coactus se junxit Arnulpho & assectis, at"que corrasa non modica pecunia, forsan "ex Ecclesiarum redditibus, uti non obscu"re indicat diploma, dum dicit: quod Dei "Ecclesias spoliaverit &c. rebelles Ottoni "adjuvit partes, qui simul vocatis in socie"tatem crudelissimis Hungaris Bavariam in"vasere, omnia susque deque perturbavere, "Ec-

(*) Serlingeri chronicon manuscriptum exstat apud nos in manuscripto sign. Q.
(**) Hic Asceta est noster DD. Amandus Abbas auctor Opusc. de Relat. hist. S. Martini.

„Ecclesias spoliavere, incendiis & rapinis „omnia complevere, Henrico cum uxore Ju„ditha Arnulphi sorore & liberis e Bojoariæ „finibus ejectis, donec Otto cum Henrico „junctis viribus potentissimis hostibus ob„viam profectus juxta Augustam in campo „Licio præsente S. Antistite Augustano U„dalrico cum sua miraculosa cruce, anno „955. in festo S. Laurentii totum Ungarorum „exercitum fudit, ut non plures, quam se„ptem evaserint, qui cædem Ungarorum „domesticis nuntiarent. At vero ante hanc „victoriam, cum Otto magno exercitu in „conjuratores processisset, & Luitolfus fi„lius cum suis affeclis Ratisbonam occupas„set, eo movit Otto, atque Urbem obsidio„ne cinxit, ubi Arnulfus corruente equo te„lis confossus occubuit. Boji inde & Lui„tolfus sese Ottoni tradidere; Conradus etiam „tandem, cum videret tantæ potentiæ se „imparem, Ottoni se junxit, & in prælio il„lo cum Ungaris prope Augustam occubuit; „Hermanus jam prius ab Ottone captus fue„rat. Ita ex discissa factione superstes He„rolfus pœnas pene solus luit, dum post pu„gnam illam in vindictam initæ conspiratio„nis ab Henrico excœcatus fuit.„ Hucusque D. Abbas, cujus narratio etiam aliis Historiographis conformis est. Fuit autem hæc excœcatio facta in oppido Mildorf, ubi morabatur Heroldus, probabilius anno 954., non autem 956., quo tempore Henricus frater non amplius in vivis fuisse scribitur. Et quia Heroldus etiam apud Papam fuit accusatus, quod ædibus sacris ex spoliatis thesaurum in Barbaros erogaverit, atque se illis adjunxerit, ab Agapito II. & Joanne XII. sacris interdictus est; hinc tot malis fatigatus anno 958. Cathedræ Juvavienſi cessit, atque reliquos vitæ dies ad incertum nobis tempus verosimiliter in solitudine monastica transegit.

VIII. Verum etiam penitus a sua sede per litteras Pontificias Joannis XII. dejectus.

Ast nondum fuit ignominiæ finis: cum enim Heroldus contra interdictum Agapiti II. & Joannis XII. sacrum mysterium etiam deinceps celebraret, & Pallium publice gestaret, delatus apud Joannem XIII. Papam velut Apostolicæ auctoritatis contemptor in synodo Ravennatensi anno 967. iterata sententia damnatus est per diploma Pontificium, quod allegat Gewoldus in annotationibus Hundii Tom. I. quod tamen suspectum vult videri Mezgero nostro, & non absque omni fundamento, cum enim hæc sententia fuerit lata anno 967. & nesciatur, an Heroldus tot annis post excœcationem in vivis fuerit superstes, qui jam anno 954. fuit oculis orbatus, & officio cessit anno 958. Hinc neque nos velleinus vadimonium præstare pro valore hujus Rescripti Pontificii quod forte omnium primus in lucem produxit Christophorus Gewoldus, quia tamen (ut ait Hansizius pag. 115. non quidem inquirens, utrum tamdiu vixerit Heroldus) hoc rescriptum Pontificium est ab omnibus receptum, & hæc sententia, uti videri potest in editionibus conciliorum, Ravennatensi concilio præfixa est, hinc & nos hanc sententiam, quamvis in summam ignominiam Archipræsulis & Abbatis nostri in medium proferimus, liberam cuilibet fidem relinquentes. Est autem hoc diploma sequentis tenoris:

„Joannes S. Romanæ & Apostolicæ Ec„clesiæ Præsul, omnibus Archiepisco„pis, & Episcopis nostris dilectis in Xto. „fratribus, apud S. synodum Raven„næ nobiscum aggregatis æternæ bea„titudinis gaudia.

„Sanctitati & dilectioni notum vestræ esse „volumus, quod Heroldus dudum Salis„burgensis Ecclesiæ Archiepiscopus contra „canonicam & Apostolicam auctoritatem „nefaria præsumptione post suorum oculo„rum amissionem videatur sacrum cele„brare mysterium, & quod ridiculum est, „Pallium gestare solenniter; hoc namque „non ad modicam hæreseos vesaniam atti„net, & nobis omniumque fratrum Ortho„doxorum prudendentiæ debet videri exe„crabile, præsertim; cum ipse pro sua cul„pa & perfidiæ temeritate exoculatus sit, „eo quod Ecclesias Christi expoliaverit, „thesaurum Paganis erogaverit, seseque „eis junxerit, in Christianorum necem & „deprædationem contra Dominum & piissi„mum Imperatorem suum seniorem rebellis „& infidelis exstiterit, & proinde a decesso„ribus nostris sanctæ memoriæ Pontificibus „omne sacerdotale officium ei sit interdi„ctum; atque electione & postulatione o„mnium pœne Nobilium Bavariorum scili„cet Clericorum & Laicorum, S. Romana „Mater Ecclesia authoritatis privilegio Fri„dericum virum venerabilem & cunctis lau„dabilem, loco ejusdem Heroldi, fieri es„seque Archiepiscopum omnino decreverit. „Qua propter itaque nostrorum Decessorum „authoritatem sequentes, vestræque o„mnium Fraternitatis assensione roborati, „ipsius Heroldi hæreticam & temerariam „pravitatem amodo ac deinceps damna„mus, ex vice B. Petri Principis Apostolo„rum, nec non omnes sequentes cœcita„tem corporis ac mentis ejus in tali præ„sumptione, eique communicantes excom„municamus primo & anathematizamus „usque ad plenissimam emendationem. In„superjam dicto Friderico per authoritatem „Sedis Apostolicæ dignissimo Archiepisco„po honorem & dignitatem Salzburgensis „Episcopatus confirmamus & corrobora„mus, & universos humilitati ejus allube„scentes benedicimus & catholicos appro„bamus. Unde rogantes hortamur sancti„tatem vestræ fraternitatis, ut in hoc no„biscum pariter assentiatis, & huic nostræ „Apostolicæ sanctioni vestram confirmatio„nem præbeatis &c. Actum Ravennæ „VII. Kal. Maji.„ Hucusque tenor diplomatis, in quo etiam subscripti reperiuntur

Cardinales & plurimi Episcopi; acta autem hæc fuerunt teste Baronio anno 967. Sic denique Deus tentavit virtutem viri & favorem illum cognati sanquinis, qui humanus error venia poterit non indignus videri, ut in materiam tolerantiæ verteretur. Quo anno mortuus fuerit nescitur: locum sepulturæ aliqui assignant ordinariam cryptam juxta altare S. Erasmi, alii capellam S. Martini, sed nihil certi potest statui. Cæterum omnes hi Archiepiscopi ab Adalramo usque ad Heroldum inclusive nullo certo Abbate ordinato congregationis Religiosorum Monasterii S. Petri, ubi tunc residebant, Monachisque sub uno tecto cohabitabant, curam & gubernationem sibi reservarunt, præpositis Conventui solis Prioribus, aut Decanis, ipsi simul Episcopi & Abbates.

FRIDERICUS,
ARCHIEPISCOPUS XI. ET ABBAS XXI.
AB ANNO CHRISTI 958. USQUE AD 988.

1. Probatur ex antiquis codicibus successionis ordo a S. Ruperto usque ad Fridericum,

Progredimur ad inspicienda gesta Friderici Archipræsulis, & ultimi Abbatis, qui nimirum præfecturam nostri Monasterii ad exemplum suorum prædecessorum simul administravit cum Archiepiscopatu, exinde autem constituto novo Abbate, separatis etiam bonis quæ prius & Archiepiscopatui, & Monasterio erant communia, disciplinam monasticam ex conniventia aliorum, qui negotiis exteris erant involuti, non modice collapsam restaurans. Antequam hæc ex antiquis nostris documentis fusius exponamus, placebit nobis observatum hactenus per sæcula quatuor *successionis* ordinem per authenticos catalogos roborare & confirmare, ut, quia hic ordo viginti & unius Præsulum a S. *Ruperto* usque ad *Fridericum* apud Historicos, recentiores præsertim, qui aliis novis præjudiciis inducti antiquos codices fors ne quidem inspexerunt, tot patitur crises in chronologia, unico quasi intuitu eruditus lector illa fundamen-

damenta, quæ hactenus hinc inde dispersa dedimus, unita reperiat. Duos præsertim catalogos invenimus in MS. M. codice membraneo, vetusto & pretioso, quo antiquiora documenta, excepto instrumento Arnoniano, in nostra provincia erunt vel nulla vel pauca, ubi nimirum de successione & Chronologia solidum quid posset erui, nam hoc MS., licet in eo antiquæ donationes contineantur ab anno 1004. usque ad annum circiter 1200., si non statim post Arnonem, saltem scribi cœptum fuit anno 1004. uti ex versiculis in pag. 29. hujus manuscripti colligi potest:

Quarto & Milleno scriptus manet hic liber anno
Hartwic Presul erat, Tito tunc temporis Abbas.

Jam in hoc manuscripto, imo in hac ipsa pagina, ubi sunt in fine isti versus, habetur sequens catalogus cum titulo præfixo:

Ordo Episcoporum, Abbatumque Juvavensis ecclesiæ.

Roudpertus, eps. & Abbas.
Vitalis, eps. & Abbas.
Anzologus, Abb.
Savolus, Abb.
Izzio, Abbas.
Flobrigis, eps. & Abb.
Joannes, eps. & Abb.
Virgilius, eps. & Abb,
Beretricus, Abb.
Arn, Archieps. & Abb.
Ammiloni, Abb.
Adalramus, Archieps.
Luipramus, Archieps.
Adalvinus, Archieps.

* Adalbertus hic intermissus est forte per errorem scribentis, & videtur aliquod spatiolum, ubi vel semel erat scriptus, vel, ut vestigia apparent, hoc loco deletus,

Dietmarus, Archieps.
Piligrinus, Archieps.
Udalbertus, Archieps.
Egilolfus, Archieps.
Heroldus, Archieps.
Fridericus, Archieps.

Ultimus denique in hoc catalogo æquali charactere scriptus est successor Friderici, nimirum Hartwicus, qui equidem fuit Archiepiscopus, non tamen abbas noster. Hic Catalogus nobis quinquaginta aut sexaginta annis antiquior videtur, quam Catalogus metricus, qui apud Hansizium & omnes Historicos Salisburgenses ferme reperitur, sed certe non aliam habet originem, quam ex hoc MS. ubi pag. 2. col. 1. iste catalogus in versibus antiquo & illi sæculo vere convenienti charactere scriptus legitur:

Urbs Juvavensis fuit olim splendida muris
Aggeribus magnis, munitaque turribus altis,
Sedes hic Regum fuerant, ac templa Deorum
Gente sub antiqua fulgenti marmore structa;
Sed veluti legimus multis inculta diebus
Culmine de summo cecidit prolapsa Juvavo
Ac tegitur sylvis, teritur lustrisque ferinis.
Urbeque detecta remanent vix ultima signa.
Hæc loca (1) Rudbertus sibi delegit Pater almus
Ac sedis primæ regimen susceperat ipse
Conducens late populos ad pascua vite:
Qui successorem sibi fecerat esse (2) *Vitalem*,
Pastorem verum cœlesti nectare plenum.
Huic tres Abbates adeunt hoc ordine sedes
(3) *Ansologus*, (4) *Savolus*, post hos (5) *Ezzius* venerandus.
Inde (6) *Flobargisus* Pastoris nomen adeptus
Doctrinis vitæ sanctum pascebat ovile
(7) *Joannes*, post quem sedem possedit eandem
(8) *Virgilius* exul, post hunc meruit fore præsul
Abbas (9) *Bertricus*, post quem stat in ordine scriptus.
(10) *Arn*, cui successit, qui fortiter omnia gessit:
Archipotestatem, qui primus habebat eandem.
Abbas (11) *Ammilon* successit episcopus illi.
Hunc (12) *Adalramus* sequitur Pastor memorandus,
Juxta quem mitis curam suscepit ovilis.
Præsul (13) *Luipramus* meritorum laude decorus
Huic (14) *Adalwinus* monitor successit opimus.
(15) *Adalbert* dictus tunc est in sede receptus,
Post illum sedi (16) *Dietmarus* præfuit ipsi,
Doctor divinus successit cui (17) *Piligrinus*.
(18) *Udalprecht* similiter post hunc conscendit honorem
Inde Dei servus prefertur mox (19) *Egilolfus*
Accepit Dominum tunc sancta Juvavia (20) *Heroldum*,
Cui rector fidus succedebat (21) *Fridericus*.

Porro autem iste Catalogus se extendit usque ad Archiepiscopum Gebhardum, qui anno 1060. fuit electus, ut adeo iste Catalogus scriptus fuerit verosimiliter hoc tempore ab anno 1061. aut sequentibus usque ad annum

annum 1087. quo anno S. Gebhardus fuit mortuus. Insuper hisce duobus Catalogis ex codice valde vetusto desumptis subnectimus alium aut potius eundem successionis ordinem a S. Ruperto usque ad Fridericum ex codice quidem recentiori scripto tempore discipuli Eberhardini Sæculo XII. & descripto Sæculo XIII., in quo codice H. hic ordo legitur pag. 26. aversa.

Scs. Rudbertus, eps.
Scs. Vitalis, eps.
Anzologus, Abbas.
Savolus, Abbas.
Ezzius, Abbas.
Scs. Flobargisus, eps.
Johannes, eps.
Bertricus, Abbas.
Scs. Virgilius, eps.
Arn, Archieps.
Ammiloni, Abbas.
Adalramus, Abbas Archieps.
Luipramus, Archieps.
Adalbinus, Archieps.
Odilbertus, Archieps.
Dietmarus, Archieps.
Pilgrinus, Archieps.
Adilbertus, Archieps.
Agilolfus, Archieps.
Heroldus, Archieps.
Fridericus, Archieps.

In hoc catalogo omnes, excepto Bertrico, qui debuisset post Virgilium scribi, debito ordine, quem hactenus observavimus, recensentur. Continuatur autem iste catalogus in æquali charactere usque ad Rudolphum Archiepiscopum, ut adeo ex eo colligi possit, hunc codicem fuisse scriptum anno circiter 1284. Cæterum hic codex membraneus manuscriptus (quamvis secundum aliqua signa nonnisi de Sæculo XIII. descriptus, forte tamen quoad priores partes antiquior, uti ex charactere conjici potest) sua æstimatione dignus est. In hoc enim manuscripto pag. 1. habetur vita primigenia S. Ruperti de verbo ad verbum, qualem vitam se fuisse secutum tanquam lineam actorum S. Ruperti P. Hansizius ex aliquo manuscripto ex Bibliotheca Cæsarea fatetur in suo opere pag. 34. Pariter in hoc nostro manuscripto H. sunt prænotationes authoris conversionis, qualiter Bavari facti sunt Christiani, & postea Carantani. Similiter leguntur in hoc codice ad amussim omnes illæ *breves notitiæ de constructione Ecclesiæ, sive sedis Episcopatus in loco, qui dicitur Juvavo, qui vulgo dicitur Salzburg, super fluvium Juvarum: seu donationum, quas ibidem Deo devoti christiani homines dederunt, pro animabus suis Deo & sancto Petro, Deique servis in eodem loco Christo fideliter servientibus, in illorum mercedem.* Has notitias cum aliis specialiter allegat sæpe citatus celebris auctor Hansizius per 24. capita a folio suæ Histor. 19. usque ad folium 33. quas notitias unde desumpserit, fateri debuisset; verosimiliter enim ex codice magis vetusto, quam hoc ipsum manuscriptum est, non hausit citatus Auctor, nam nos hactenus antiquiorem codicem, ubi istæ prænotationes de conversione Bojorum & Carantanorum, & specialiter, ubi istæ *breves notitiæ* continentur, nec vidimus aut legimus, neque etiam omni data industria indagare potuimus. Unde ipse Hansizius in vita S. Ruperti fol. 34. num. V. dum agit de hoc *libello donationum* penitus negat, hunc libelli compilatorem fuisse discipulum Eberhardinum, quamvis credat, nihil tamen probans, hoc instrumentum esse aliquo Sæculis antiquius, & a discipulo S. Eberhardi tantum fuisse in stylo emendatum & in capita distinctum, attamen quia Hansizius altum silet, undenam ipse has notitias deprompserit, cum omni fundamento a nobis asseri potest, hoc manuscriptum, cujus præcipuus auctor est discipulus S. Eberhardi, esse genuinum aut saltem fontem maxime antiquum, unde istæ breves notitiæ sunt desumptæ. Quod assertum plane ex eo confirmatur, quia in hoc manuscripto codice H. sunt omnia, vel saltem præcipua opera discipuli S. Eberhardi, quæ scripsit de S. Virgilio, Eberhardo, Hartwico, Gebhardo & aliis, prout de verbo ad verbum leguntur in lectionibus antiquis Canisianis, ut adeo & hic auctor Canisius huic codici tanquam fonti debeat, unde posteritati Sanctorum Salisburgensium acta relinquere potuit. Hæc de pretio hujus antiqui codicis, ex quo Catalogus noster de successione Præsulum fuit desumptus.

II. Qui, postquam in Episcopatu multa præclare gessit,

Stabilito ex antiquis codicibus successionis ordine viginti & unius Præsulum, qui simul erant Abbates nostri Monasterii, agendum jam de Friderico Archiepiscopo & Abbate nostro inter Archiepiscopos ultimo, qui postquam in Episcopatu multa præclare gessit, etiam Monasterii disciplinam restauravit, bona antea communia separavit, & novum Abbatem constituit, Fridericum fuisse ex nobilissima comitum de Chiemgau prosapia conveniunt omnes, cujus nominis etiam ille comes Gunthárius fuit, qui, ut a nobis dictum in vita S. Virgilii, cellam Oettingensem restauravit, ut constat ex Libello donationum, ubi, sicut & in ipso Instrumento Arnonis de loco & pago Chimigow frequentior fit mentio, a quo loco huic nobilissimæ familiæ accrevisse nomen verosimiliter credendum est. Post triste fatum Heroldi, quod quidem accidit anno 954. in ejusdem locum per electionem & postulationem omnium fere nobilium Bavarorum, Clericorum, atque Laicorum pro successore in Archiepiscopatu designatus fuit Fridericus *vir venerabilis, & cunctis laudabilis*, quo elogio ipsum honoravit Joannes XIII. SS. Pontifex, & a Wolfhero in in vita S. Godehardi *vir prudentissimus*. Annus autem incœpti regiminis plerumque assignatur 958. quo anno primum Fridericus

in

in Synodo Iuglheimenſi die 18. Aprilis conſecratus fuit a Brunone Colonienſi Epiſcopo; nam aliquot annis poſt excœcationem reſtitit Heroldus & abnuit dimittere ſedem archiepiſcopalem, usque dum invocatus Papa, poſtquam Heroldo ſacra myſteria interdixit, Fridericum probavit, quo demum expugnatus Heroldus conſenſit in ſucceſſorem, contra quem multo minus aliquis inſurgere fuiſſet auſus, poſtquam hic, nimirum Fridericus in Synodo Ravennatenſi fuit confirmatus anno 967. per Joannem XIII. qui contra Heroldum gravem tulit ſententiam a nobis in vita Heroldi num. VIII. per extenſum adductam. In Archiepiſcopatu multa præclare geſſit Fridericus: Anno 960. cum legatis Apoſtolicis aliisque Epiſcopis apud Regem Ratisbonæ fuit in die Natalis Domini, in cujus proſeſto allatum eſt corpus S. Mauritii, & ſociorum quorumdam. Magna ſemper gratia floruit apud Ottonem M. qui Salisburgi vel anno 963., vel ut aliqui volunt 959. Paſchale feſtum celebravit, atque Juvavienſi Eccleſiæ munifica manu nonnullas decimas & prædia, vicum in Grabenſtatt & Niederndorf cum quinquaginta Huebis, & ſylva Sausl dicta, aliisque Juribus in civitate Leibniz donavit. Anno 969. ab eodem Imperatore Ottone impetravit confirmationem Abbatiæ Chiemenſis per tabulas, quas exhibet Gewoldus Tom. II. Hundii pag. nobis 163. Eodem anno etiam interfuiſſe Romanæ Synodo ſcribitur ab Hundio in diplomate inter Epiſcopos Ratisbonenſes, cui ſynodali concilio præſedit Joannes Papa, & cum eo 117. Epiſcopi, inter quos etiam diſerte numeratur Juvavenſis. Anno 972. poſtquam Fridericus a celebrata Synodo Inglheimenſi, ubi Archiepiſcopi cum cæteris ſuis ſuffraganeis S. Udalricum cum ſuis Legatis honorifice invitabant, reverſus fuit, novum Epiſcopum Eccleſiæ Ratisbonenſi Wolfgangum conſecravit, quæ conſecratio, ut ſcribit Hundius, non Treviris, ſed Ratisbonæ fuit facta teſtante Arnolfo in opuſc. de mirac. S. Emmerani c. 2. ex vita S. Wolfgangi, cujus formalia refert Hanſizius in vita Friderici n. IX. Specialiter etiam commendari meretur, quod Fridericus inter turbas Bavariæ, quæ propter ſeditionem Henrici Ducis adverſum Ottonem excitatæ fuerant, virum prudentem ſe exhibuerit, & nullius partibus ſe immiſcuerit. Ad eundem etiam illa turbida tempeſtate S. Wolfgangum Epiſcopum Ratisbonenſem confugiſſe plerique tradunt, qui apud Lacum Aberſee Salisburgo aliquot horis diſtantem vitam egit ſolitariam, illasque Alpes prodigiis illuſtravit. Porro inter ipſos illos turbines Fridericus in Eberſperg Eccleſiam conſecravit, quæ in Diœceſi Friſingenſi ſita eſt; cujus Epiſcopus Abrahamus ob factionem Ducis tunc profugus abſcellit ad Carantanos. Hæc & alia apud Scriptores referuntur de Friderico.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

III. Et ſpecialiter privilegium obtinuit pro Metropoli Salisburgenſi;

Quod autem memoriam Friderici in ſua Eccleſia maxime commendat, eſt ipſius vigilantia, quod privilegium obtinuerit, pro ſua Eccleſia, & dignitas Metropolitana fuerit confirmata. Timebat Fridericus, an non illis temporibus Patavienſes, quorum Epiſcopus erat Piligrinus, recuperata Panonia priſtinam dignitatem Metropolitanam repeterent, unde prævenit, & a Benedicto Papa VI., qui ad finem anni 972. Pontificatum ſuſcepit, ſequentem obtinuit Bullam:

„Benedictus divina favente gratia atque totius populi Romani electione „Apoſtolicus, Friderico Salzburgenſis Eccleſiæ Archipræſuli unacum ſuis „fratribus, videlicet Noricæ Provinciæ Epiſcopis manſuram in Chriſto „felicitatem.

„Protoplaſto generis humani atque ejus ſemine ſerpentina ſuaſione in gemina caden„te morte multas Deus miſericordia ductus „medicinas miſit in hunc mundum, Patri„archas ſcilicet juſtos, Prophetas veridi„cos, Legiferum cum lege. Et his omnibus mundum ſalvare non valentibus noviſ„ſime filium ſuum humana carne indutum ad „redemptionem generis humani ad terras „transmittere dignatus eſt. Eo itaque in„ter homines verſante duodecim elegit Apo„ſtolos, quos ad ſeminandum verbum Dei „in corda fidelium per univerſum transmiſit „orbem, quorum atque totius Eccleſiæ „ſanctum conſtituit Petrum Principem, cui„que gregem commiſit eccleſiaſticum tertio „ei dicens: *Paſce oves meas.* Cui etiam li„gandi atque ſolvendi poteſtatem tradidit „dicens: Quodcunque ligaveris ſuper ter„ram, erit ligatum & in cœlis, quodcun„que ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & „in cœlis. Et non ſolo ſancto talis conceſſa „eſt Petro potentia, ſed etiam ſuis ſucceſſo„ribus, ejus vicem in Eccleſia tenentibus, „eadem ligandi atque ſolvendi a Deo tradita „eſt poteſtas. Sancti itaque Petri Apoſtoli „ſucceſſores per loca, prout opus erat, at„que decuit, conſtituerunt Archiepiſcopos, „qui eorum vices tenerent in Eccleſiis, quia „ipſi univerſi non poterant regere Eccle„ſias. Nos quoque vicem beati Petri Apo„ſtoli, prout hominibus iſtius temporis poſ„ſibile eſt, in Eccleſia tenentes ſtatuta illo„rum anteceſſorum noſtrorum confirmare, „quantum poſſumus, libenter deſideramus. „Concedimus itaque vicem apoſtolicam Fri„derico Salzburgenſis Eccleſiæ Antiſtiti, „ejusque ſucceſſoribus in tota Norica pro„vincia, & in tota Panonia ſuperiori videli„cet & inferiori, quomodo ſui Anteceſſores „eandem poteſtatem a noſtris habuere An„teceſſoribus, ita ſcilicet, ut nulli liceat in „præfatis provinciis uſurpare Pallium, nec „Epiſcopos ordinare, nec ullum officium, „quod ad Archiepiſcopum pertinere debet, „præter præfatum Archiepiſcopum, ejus-

, que Successores. Quicunque autem huic „refragari vel contendere voluerit decreto, „quod nos vice beati Petri Apostoli fungen„tes consensu nostrorum Episcoporum, ac „totius cleri Romanæ Ecclesiæ decrevimus, „sciat se beato Petro ejusque Vicario esse „contrarium, atque fore anathema usque „ad satisfactionem, sive sit Episcopus, aut „Presbyter, sive Clericus cujusque Ordi„nis, sive Laicus, cujuscunque dignitatis; „quia sancita Sanctorum antecessorum no„strorum solvere nolumus, neque valemus. „Sed quomodo illi consensu suorum Episco„porum ac totius Cleri constituerunt, fiat „ex eorum pariter & nostro decreto firmum „ac perpetuum. Quicunque autem Epi„scopi per amicos sive clam per aliquam „fraudem aliquando ejusdem dignitatis pe„tierint, sive petierunt privilegium, illos „suspendimus ab ea dignitate, quia illici„tum judicamus, ut aliquis Episcopus sine „totius suæ Provinciæ atque Suffraganeo„rum consensu Pallium, sive aliquod Ar„chiepiscopatus privilegium a Romano Pon„tifice aquirere præsumat.„ Hucusque in Bulla Benedictus VI. PP., quam Bullam allegat Gewoldus in annotat. Tom. I. Hundii fol. 37. Ast huic Bullæ aliam oppositam referunt Patavienses, & citato loco habetur apud Gewoldum, quam Bullam a Benedicto VII., qui ab anno 975. usque ad annum 984. Pontificatum gessit, evicit Piligrinus Episcopus Pataviensis, in qua Bulla Pallium & dignitas metropolitana, & Pannonia inferior cum Sclavorum circumquaque manentium provinciis eidem adjudicata, non obscure perstrictis Juvavensibus, quod eatenus essent subjectione Patavienssium abusi. Hanc Bullam suspectam credunt aliqui, & præsertim Mezgerus noster vigorem hujus Bullæ multis argumentis infirmare conatur, attamen de hac Bulla pro Piligrino emanata vix dubitari potest, cum & passim inter acta Pontificum referatur; sed demus illam certissimam esse, attamen pariter certum est, & indubitatum, quod Archiepiscopatus Laureacensis memoria & lis toties agitata penitus conciderit, & post Piligrinum Patavienssem nullus successorum nec nomen quidem amplius affectaverit.

His præmissis historiæ nostræ Ordo exigit, ut exponamus notabilem epocham, in qua Fridericus inter Archiepiscopos ultimus Abbas noster languentem disciplinam monasticam restauravit, bona Monasterii antea communia separavit, & novum Abbatem regularem pro regimine Monasterii tam in spiritualibus, quam in temporalibus constituit. Ne primam verbis aut documentis nostris authoritatem tribuamus circa hanc novam bonorum separationem, audiri meretur extraneus Historicus Salisburgensis Marcus Hansizius, qui, postquam in vita Friderici num. XV. enarravit, quod multa pro bono disciplinæ regularis in Monasterio Altachensi præficiendo eidem Godehardum circa annum 984. præstiterit, id etiam in Monasterio ad S. Petrum feciisse sequentibus verbis describit num. XVI. „Hactenus enim, ait, „Archiepiscopi unacum „Pontificatu curam Monasterii sustinuerunt, „iidemque simul Archiepiscopi fuerant, & „Abbates, quo fiebat, ut & res & disciplina cœnobitica laboraret. Fridericus com„modum proprium bono Religiosorum post„habuit; ac primus procurationem illam a „se abdicavit, instituto in Abbatem Titone „quodam, qui nuper Præpositura Canoni„corum relicta se Monachis aggregaverat, „de quo Chronica Salisburgensia ad annum „DCCCCXXXVII. *Titus Præpositus S. Rud„berti Monachus fit, & eodem anno Abbas san„cti Petri.* Per eum disciplina Monasterii, „quæ fatiscebat, rursus erecta, noviter in „idipsum incumbente Archiepiscopo, qui „propterea multis etiam beneficiis Cœno„bio subvenit; quo in studio, quum ali„quamdiu elanguisset, simul morbis acrio„ribus vellicari cœptus est: ergo cœlitus „moneri se sensit ad instaurandam pro cœ„nobio curam, quam novis deinceps dona„tionum, & confirmationum tabulis testa„tam fecit in quibus est Ecclesia S. Michaë„lis, quam Petrensibus donavit, quin & „successores hortatus est, ne curæ sibi tam „charæ & sanctæ in locum venerabilem ob„livisc erentur.„ Hucusque Hansizius, cujus narrationi & omnia manuscripta tam antiqua quam recentiora conformia sunt. Hanc ipsam reformationem, & factam bonorum separationem calamo nonnihil prolixiori enarrat noster Mezgerus L. 3. cap. XXII. fol. 297. in sua historia Salisburgensi, qui, postquam scripsit de disciplina monastica, quæ in præcedentibus annis ut plurimum dispendium passa fuit, sic loquitur: „Monasterii pene destituti testis est ipse Fri„dericus in suo donationis instrumento. Er„go prudentissimus Præsul antiquissimo lo„co, primæ S. Ruperti Apostoli sedi serio „providendum duxit. Circa annum 986. „non sine boni numinis instinctu Titus, aliis „Tito, Præpositus Ecclesiæ Metropolitanæ „S. Ruperti monasticæ vitæ animum adjecit. „Ingressus S. Petri Monasterium dignitate „posita tyrocinium explevit, Monachumque professus mox prudentiæ & Religiosi„tatis laude super alios claruit. Placuit „Friderico viri jam antea spectati virtus, di„gnumque censuit, in quem Abbatis onus „& munus inclinaret: itaque fatiscentis cul„tus monastici statum erigeret. Ordinato „Abbate Tito sub annum 988. Archipræsul „ipse S. Petri Basilicam ingressus, ex emi„nentiori loco testatam suam benevolen„tiam voluit, ac deputatas Monachorum „usibus possessiones lectis publice litteris do„navit. His cum gratiarum actione acce„ptis Titus cum suis totus in disciplinæ re„staurationem incubuit. Nec sine fructu; „mox canditatorum religionis insignis afflu„xus fuit, cum numero crevit observantia „&

IV. Etiam Monasterii disciplinam restaurans post separationem bonorum Abbatem constituit;

„& diſciplina. Ipſi Friderico, cum poſt „prima munificentiæ ſpecimina paululum „tepeſcere in cœptis videretur, Numen ac„riores morborum ſtimulos admovit: qui„bus excitatus vir ſagaciſſimus ad augen„dam beneficentiæ curam ſe moneri, & mo„veri cœlitus ſenſit. Non igitur tantum „priora dona multorum nobilium virorum „teſtimonio roboravit, ſed plura novis ta„bulis adjecit. Nec ſatis ipſi fuit exem„plum cum aliis Chriſti fidelibus tum ſuis „Succeſſoribus] præbuiſſe; his ſcripto etiam „adhortationem reliquit, ne curæ ſibi tam „charæ & ſanctæ in locum venerabilem ob„liviſcerentur. In his, quæ cœnobio no„ſtro dedit Fridericus, exiſtit Eccleſia S. „Michaëlis a ſiniſtro latere proſpectus aulæ „Archiepiſcopalis ſpectabilis, quæ quidem „jam ante pridem condita, tunc S. Petri „curæ acceſſit, & hodiedum noſtra perſe„verat. Hæc Mezgerus.

V. Quæ reformatio, & ſeparatio ſpeciatim ex vetuſto Codice probatur.

Porro autem hæc facta reformatio & bonorum ſeparatio ex nullo antiquiori teſtimonio probari poteſt, quam ex codice vetuſto M. ſæpius citato etiam ad initium Sæculi XI. ſcribi cœpto, vel omnino prius. Deſcriptionis tenor, ut ibidem legitur pag. 42. n. 91. de verbo ad verbum ſic ſonat in ſtylo & charactere illi tempori exacte correſpondente,

„Iſta eſt ratio, qualiter renovata eſt „vita Monachorum ad S. Petrum a Fri„derico Archiepiſcopo.

„Temporibus beati Præſulis Ruodberti re„ligioſitas monachice augmentationis, quae „maxime in antiquiſſimo cœnobio Petri „Principis Apoſtolorum, juvavienſiumque „concionum multis annorum curriculis ſine „dilatione divinis conceſſionibus floruit, „Præſulibus cunctis deificis illuſtratis Karis„matibus ex hac luce migrantibus, aliisque „mundialium honorum cupidioribus, quam „in divinis vigere virtutibus, ſuccedentibus „paulatim tepeſcere cœpit, & tam diu Cœ„nobialium profectuum floſculis caruit, „quousque nobilis proſapie Fridericus pon„tificialique excellentia digniſſimus electio„ne Pontificum plurimorum inſulari prome„ruit. Qui divino zelo accenſus eſt, quaſi „in pejora prolapſa in melius reſtaurare ala„criter ſtuduit. Illeque miro pollens inge„nio unum monachici habitus Titonem nun„cupatum virum venerabilem inveniens, „huncque Abbatem ordinans pauca ex in„numerabilibus prædiola, quæ priori ſer„vierant, fraternitati illius procurationi „commendare curavit. Sed poſtea prædi„ctum Præſulem paulo tardiorem ad bene „incœpta devote perficienda, cognitor oc„cultorum, quam debuiſſet, ſentiens ac„rioribus corporalium morborum ſtimulis „niſus eſt excitare. Ita ut ſupra modum „Diœceſin ſui Juris tanto vitæ ſuæ ſpacio „tranſacto ſine monachico apoſtolicoque „primitus inſtituto fundamine durare debu„iſſet, itemque antedicta data flocci pendens „monaſticoque congregamini ni majora ad„deret. Putans valere non ſufficere adhuc „curtarum ſtipendia ruribus ſita feraciori„bus largiter amplificare conatus eſt. De„inde eamdem donationem firmiorem facere „volens multos nobilium viros convenire „præcepit, & in eadem beati Petri Baſili„ca benevolentiam ſuæ largitionis manifeſte „omnibus illic præſentibus aperuit, aſcen„densque in locum eminentiorem affabili„bus verbis intimans: Univerſi ſcitote, „quanta, qualiaque ſupplementa ſumptuum „hodie huic cœnobio vobis præſentibus de„do, & in præſentia Adalberti Advocati ſui „ſummo Altario in honore Petri Apoſtoli de„dicato iſtas poſſeſſiunculas pro mercimonio „perpetuæ requiei Monachorumque regula„riter viventium reddiderat uſui. Quorum „hæc nomina ſunt: Portam & omnia ad „eam pertinentia, Gruncita, Preitenaw, „Peirham, Meinwiſa, Anava cum decima, „Greticha cum decima, Wildorf cum deci„ma. Iſtæ ſunt proprietates antiquorum „fratrum, Munichous ad Glana duo loca, „quæ Irmanbertus nobilis presbiter dedit; „Ellinpurgochirca, quæ alio nomine Pfaf„findorf vocatur, quam Wittigouuo Comes „dedit; ad Wallerſee S. Petri cum decima, „& cum manſo dotali: Rudtinga, Facgin„ga, ita ut omnia ad eas pertinentia fixa ſta„bilitate huic actuali converſationi ſervitu„ra eſſent, eaque Titoni Abbati commit„tens communiter converſantibus diſpen„ſanda. Eumque fraterna ſuaſione admo„nens, ea tali moderamine diſcretionis „competenter gubernare, quali tremendo „Judici voluiſſet reddere rationem. Et alios „proceres ſibimetipſi militari ſervimine ſub„ditos humillimo hortamine flagitabat, qui„cunque eorum terminum vitæ ipſius ſuper„vixiſſent, ne quantum facultas reſiſtendi „ſuppeteret, alicui direptionem his rebus „monaſterialibus inferre ſinerent.„ Ita deſcribitur facta per Fridericum reformatio & bonorum ſeparatio circa annum 988. De tabulis autem deſuper confectis a Friderico, de quibus mentionem ſupra citatus Hanſizius, uti etiam de alio Inſtrumento Friderici ano, quod ex MS. quodam R. citat Mezgerus, in originali nihil exſtat, & vel nunquam confectum fuit, vel injuria temporum periit, neque MS. R. recens, neque manuſcriptum P. antiquius, ubi ſimile inſtrumentum Friderici in copia legitur ſub n. 1. quamvis utrumque in multis æſtimandum, attamen ob defectum aliorum documentorum in re tanti momenti, qualis eſt fides alicujus Inſtrumenti, non eſt tantæ authoritatis. Verum exſtant duæ aliæ Litteræ originales pretioſiſſimæ membranæ oblongæ craſſo ſigillo rotundo roboratæ, per quas primo anno 1135. Chunradus I. Archiepiſcopus confirmavit omnes donationes ſuorum Anteceſſorum, præſertim hujus Friderici I. in genere, in ſpecie vero donationem montis & ſylvæ a fluvio Schwarzenbach,

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

bach per decurſum fluvii Salzahæ usque ad eum locum, qui dicitur Drischwill, item Eccleſiam S. Michaelis in porta cum decima ad illam pertinente. Secundo per ſimiles litteras anno 1141. confirmavit rurſus donationes factas a Friderico I. nempe dictæ Eccleſiæ S. Michaelis in civitate, cum decimis in Anif, Gretich, Sekirchen, Walwis, Willdorf ad has Eccleſias pertinentibus: Praitinowe, Pairham, Meinwiſin, Munichus &c. quæ ſolæ litteræ ſuo loco, & in ordine chronologico referendæ hanc ſeparationem bonorum, ſi nullum aliud teſtimonium adeſſet, ſolidiſſime probarent. Paulo poſt hanc reformationem & ſeparationem Fridericus obiit, anno juxta communem Salisburgenſium traditionem 990. quamvis alii annum 991. aſſignent, & quidem non ſine magna pietatis fama vitam clauſit, Majoribus ſuis in Eccleſia Metropolitica adpoſitus.

SÆCULUM QUINTUM
AB ANNO CHRISTI 982. USQUE AD ANNUM 1082.

TITO,
ABBAS MONASTERII AD S. PETRUM XXII.
AB ANNO 988. USQUE AD ANNUM 1005.

I. Ante Titonem quinam Monachi vixerint in noſtro Monaſterio ab annis circiter ducentis,

Jam ſua primordia *Sæculum* a condito & fundato Monaſterio noſtro *quintum* vidit ſub regimine Friderici I. qui in Archiepiſcopatu ſimul & Abbatia clavum tenuit ab anno 958. usque ad annum 988. superadditis nimirum annis quinque, vel ſex, *anno* noſtro juxta receptam & communem traditionem Sæculari; videlicet octuageſimo ſecundo. Priusquam ad novi Abbatis noſtri Titonis ne quidem infula conſpicui geſta progrediamur, & quid ſub illo actum fuerit, ſecundum ordinem inſpiciamus, placet

placet recenſere quædam antiquitatis veſtigia, ex quibus aliquo modo colligi poteſt, quinam ante Titonem Monachi vixerint in noſtro Monaſterio ab annis circiter ducentis? quinam defuncti fuerint a primis ferme de condito Monaſterio annis, & quinam ex variis hominum ſtatibus illis temporibus in noſtras preces fuerint commendati? quarum rerum notitia tanto magis illuſtrabit Chronicon Monaſterii noſtri, eoquod de monachico vitæ ſtatu ex defectu documentorum a primis illis noſtris quatuor Sæculis nonniſi parce a nobis actum fuerit, & potius Archiepiſcopalem dignitatem ſua decuerit prærogativa. Lumen in his tenebris, quamvis etiam non ſat clarum, & aliquo modo obſcurum nobis unice præbet codex vetuſtus jam ſæpe ſub Litt. M. citatus, de cujus pretio infra teſtimonium adducemus ab inſigni Hiſtorico Bavaro Carolo Meichelbekio. Igitur in hoc codice M. pag. 6. n. 23. reperitur titulus Ordo Monachorum vivorum rubris Litteris & in quatuor columnellis ejusdem paginæ grandis membraneæ leguntur ſequentia, eaque noſtris temporibus ferme omnia ignotiſſima nomina partim Presbiterorum, partim Diaconorum, & Monachorum in hoc ordine & ſub titulo:

Ordo Monachorum vivorum.

Heimo Pr. m.	Aoſtarpercht. m.	Hiltimunt. m.	Theodoricus.
Arnhelm. m.	Majo. m.	Lantpercht. m.	Kiſalharius.
Paldo Pr. m.	Urſinus. Pr. m.	Raginolf. m.	Perahart.
Joannes Sub. m.	Manin. Pr. m.	Imicho. m.	Adalram. Diac.
Cuffulus Pr. m.	Imminò.	Cundhari. m.	Honhart. m.
Qualdker. m.	Richelm. m.	Hadumar. m.	Madalhelm.
Sindo Diac. m.	Ainhart. m.	Agrizzo. Diac.	Cundpert.
Florid. Diac. m.	Caozpercht m.	Willipald. Sub. m.	Paldrich. m.
Odalzuer. m.	Marinus. Prs. m.	Laipuni. m.	Theotpald. m.
Lezzio. m.	Tubinſius. m.	Suniperht. m.	Seonheri. Pr.
Auguſtinus. Pr. m.	Avo. Sub. m.	Eirpald.	Paldo.
Aevo. Pr. m.	Hieronimus. m.	Adalrod.	Poſo.
Urſus Pr. m.	Perhtcaoz. m.	Archart.	Hartnud.
Latinus Pr. m.	Adalpercht. m.	Waltiperht. m.	Eparhart.
Benignus. Diac. m.	Samſon. m.	Engilhart.	Hilaprant.
Salomon. Pr. m.	Machelm. m.	Egilwart. m.	Zeizih.
Qatto. Pr. m.	Cunzi. m.	Adalger. Pr. m.	Crimpert.
Qualari. D. m.	Germanus. m.	Plidker. m.	Sigimar.
Qualto. Pr. m.	Toto. m.	Richart.	Kaganhart.
Popo. m.	Helmpercht. m.	Aotkir. m.	Izzo.
Hitto. m.	Teothod. m.	Secundus.	David.
Erchanprecht. Pr. m.	Erchampercht. Pr. m.	Ratperht. m.	Adalger.
Hrodpercht. m.	Aotmar. Pr. m.	Aſanperhz.	Paldo.
Arfrid. m.	Majoranus. Pr. m.	Routhart.	Schwarnagal.
Milo. m.	Vitaler. P. m.	Wolfdraez. Diac.	Kerwalch.
Moiſes. m.	Icamſio. m.	Sigipold. m.	Kozperhz.
Dagnovar. m.	Hrehtwih. m.	Maorolf. m.	Ellanwolf.
Watil. m.	Wiepot. m.	Cundachar. m.	Kerhart.
David. Diac. m.	Alfried. m.	Cunzho. m.	Frumult. Diac.
Rodpercht. Pr. m.	Joſeph.	Arianperht.	Engilſchalch.
Hotto. m.	Winidhari. m.	Otto.	Engilhram.
Cogo. m.	Sigimar. m.	Lanto.	Adalwalt.
David. Sub. m.	Friecho. m.	Adalhof.	Abraham.
Teotkar. m.	Egilpercht. m.	Hailrat.	Rotmunt.
Hrodkaer. m.	Hemmo. m.	Unculus.	Faraolt.
Wolfkaer. Pr. m.	Hadurich. Pr. m.	Engilperht.	Gregorius.
Sigipero. m.	Berhtolt. m.	Chunihoh.	Tobias. Pr.
Rupo.	Adrian. m.	Aſuni.	Odalzher.
Icarcheari. m.	Joſeph. m.	Theopalt.	Kiralhart.
David. m.	Comaleich. m.	Fendio.	Chuniperht. Pr.
Wirolf. m.	Jocob. m.	Joſeph.	Odalhard.
Aigil. m.	Adalnand. m.	Hrichpalt.	Agarizzo.
Kiololf. m.	Caozhari. Pr. m.	Urſinus. Pr.	Irminrat.
Coteſchal. Pr. m.	Aongoz. m.	Occycur. Pr.	Izzio.
Cundulpercht. m.	Hariperht. m.	Cundolfur. Pr.	Aomunt.
Stephanus. m.	Appo. m.	Waninus.	Ato.
Awo. m.	Icaerilo. m.	Iſmael. Diac.	Kyſalrod.

Hæc omnia continentur ſub titulo de ordine monachorum vivorum ab annis circiter ducentis, nimirum ab Arnone usque ad Fridericum I, ubi quidem non modica ſurgit difficultas & rationabile dubium, an omnes iſti Monachi fuerint in Monaſterio

ad S. Petrum profeſſi, an non & exteri multi computati ſint? rationem enim dubitandi præbet prior in eadem pagina columnella, ubi deſcribitur aliquis ordo Epiſcoporum & Archiepiſcoporum, chor-epiſcoporum, & Abbatum, de quibus certum eſt, quod quidem aliqui, nimirum primo loco Arn Archiepiſcopus, cum quibusdam ſucceſſoribus fuerint hic Salisburgi Epiſcopi, Archiepiſcopi, & Abbates, non tamen omnes, quales ibi in magno numero deſcripti ſunt, ſed quis ab antiquis Scriptoribus tam exactam induſtriam exiget, qui nec de anno, nec de loco, nec de aliis circumſtantiis ullam habuerunt rationem.

II. Quinam defuncti fuerint a primis ferme de Monaſterio condito annis;

Similiter in eodem MS. pag. 14. n. 40. & 41. legitur alius ordo defunctorum Monachorum, ubi, cum in prima columnella ponitur S. Rupertus, Vitalis, Anſologus, Savolus, Ezzius, Flobargiſus, Joannes, Virgilius, in reliquis columnis recenſentur Monachi defuncti cum hoc titulo rubris Litteris formato:

Ordo Monachorum defunctorum.

Kislarius. Pr. & m.	Cotadeo.	Pirhtilo.	Appo.
Kunialdus. Pr. & m.	Catafrid.	Amandinus. m.	Ainhart. m.
Gawinus. Pr. & m.	Vitalis. Pr. m.	Wicco. m.	Kerhart.
Iduinus. Pr. & m.	Hrodheri. m.	Madalhoh. Pr. m.	Waltker. m.
Manno. m.	Erchanpald. m.	Trudhari. D. m.	Danchilo. m.
Cudperht. Pr.	Cundulus. Pr. m.	Cawiperht. m.	Richpald. m.
Ardolfus. m.	Cunduni. m.	Arfrid. m.	Boſo. m.
Fartupure.	Vitalis. Pr. m.	Warimunt. m.	Liuthart. Pr.
Vitalis. m.	Aotmar. Pr. m.	Amilo. m.	Deothard. P.
Vitalis. m.	Hrodrat. m.	Agino. m.	Lanfrid. m.
Germannio. m.	Haimo. m.	Aaſo. m.	Godin. Diac.
Dignovar. Pr. & m.	Engilschalc.	Caozilo. m.	Hartkaer.
Joannes. m.	Aotcaoz. D. m.	Aothelm. Pr. m.	Hrodperht. m.
Sambozulus. m.	Hretperht. m.	Vitalis. m.	Raatheri. m.
Vitalis. m.	Jubianus. Pr. m.	Agino. m.	Majo. m.
Cunzo. m.	Aotmar. Pr. m.	Hrathari. m.	Cozilo.
Erchanmot.	Cenzo. Pr. m.	Odoſchalch. m.	Sigihart. m.
Engiſchalh.	Maurontus. m.	Liutfrid. m.	Liphad. m.
Florianus. m.	Ciſſo. m.	Harilunc. m.	Sigimar. m.
Walchari. m.	Warman. Pr. m.	Amandinus. Pr. m.	Azzo. m.
Wilolfus. Pr. & m.	Ciccio. m.	Ailtolf. Pr. m.	Cuffulo. Pr. m.
Majoranus. m.	Suniperht. Pr. m.	Pern. Pr. m.	Haimo. Pr. m.
Papilo. m.	Adalhoh. Pr. m.	Huarim. m.	Walto. Pr. m.
Walachari. m.	Ado. m	Rohdker. m.	Oſulfus. Pr. m.
Ephoro. m.	Zeizo.	Olfpalhd.	Acdilher. D.
Hitto. m.	Aotarger. Pr. m.	Nandheri.	Imma.
Wandilperht. m.	Baithanus. Pr. m.	Amicho. m.	Ediluus.
Waldker. m.	Nitto. m.	Liutperht.	Boſa. m.
Erchanperht. m.	Aaſmar. Pr. m.	Kundhari. Pr.	Urſo. m. & Pr.
Audo. m.	Aotperht. m.	Wilihari.	Arnhelm. m.
Madalgooz. D. m.	Craos. m.	Zuzo.	Starhmot. m.
Fridolius. Pr. & m.	Mailpreh. m.	Wilihari. m.	Latinus. Pr. m.
Fruthari. m.	Petto. m.	Magniperht. m.	Rodker. m.
Ringolf. m.	Elizo. m.	Dulciſſimus. m.	Tubinſo. m.
Cartuna. Pr. m.	Elingo. m.	Gozpald.	Erchanperht. m.
Majoranus. m.	Hrodhart. m.	Dignulus.	Hotto. m.
Petto. m.	Maſparo. m.	Majoranus.	Popo. m.
Theothelm. m.	Eparhaoh.	Cunzo.	Richel. m.
Urſulus m.	Raginpald.	Aotkir.	Adalnand. m.
Urſus. Pr. m.	Curticho.	Germanus. m.	Morolf. m.
Benedictus. Diac. m.	Engilpald.	Suniperht. m.	Aotperht.
Sindo. D. m.	Hragiſperht. m.	Hrodker. m.	Oto. m.
Suoprod. m.	Dulciſſimus. Pr. m.	Materninus. m.	Immino. m.
Vitalis. Pr. m.	Akihart. D. m.	Suniperht. m.	Anteſmo. Pr. m.
Gundulmar. m.	Lanfrid. m.	Dignovar. Sub. m.	Villo. Pr. m.
Chundhart. Pr. m.	Wolfholt. m.	Hricpald. Pr.	Hupiperht. m.
Kerilo. m.	Wolfkaer. m.	Leczlo. m.	Engilperht. m.
Secundus. Pr. m.	Joannes. m.	Caozperht. m.	Eigino. m.
Dominicus. m.	Paldo. m.	Gundolperht.	Eghilfrid.
Ajolus. Pr. m.	Adalo.	Sigipald. m.	Heilrat.
Engilmot.	Engilrih.	Hiltiguoz.	Alhuni. m.
Ellanrich.	Hemo. Pr.	Angilperht.	Strullo. m.
Urſinus. m.	Petto. m.	Erchanperht.	Ogo. m.

Johan-

Johannesey. m.
Lanto. m.
Odalrih. m.
David. m.
David. Pr. m.
Ogo. m.
Tazzo. m.
Hornunc. m.
Hiltimunt. m.
Plikoer. m.
Alchaoz. m.
Chunihoh. m.
Kerhari. m.
Dignolus. m.
Aruni. m.
Helmperht. m.
Laipuni. m.
Truhtman. Pr. m.
Hailo. m.
Hiltiperht. Diac.
Mahtuni. Pr. m.
Kepahoh. m.
Ratperht. m.
Odalgaer. m.
Adalhaoh. m.
Kirlolf. m.
Item Kirlof. m.
Sigiwolf.
Engilperht.
Alprich.
Nardhad.
Wolfrari. m.
Odalpold.
Cundolf.
Liupfiund.
David. Pr. m.
Engilpold.
Rumhari. m.
Adalrih.
Sigirih. Pr.
Engilpold. Pr. m.
Afmant.
Into. P.
Eghiolf.
Chuniheri. Pr. m.
Paldrih. m.
Stephanus. m.
Wetto. Pr. m.
Ethram. m.
Ermanhart.
Cundaher. m.
Macchelm.
Eigil. m.
Chuchinand.
Pulgar.
Rumolt.
Hitto. m. & beatus.
Luitfrid. m.
Hilto beatus.
Engischalch. m.
Turo. Rodilo.
Madalhelm.
Koterschalh. Pr. m.
Winidhari. Pr. m.
Pouso. m.
Heimo. Pr. m.

Item Heimo. Pr. m.
Gaudius. Pr. m.
Lindmund. Pr. m.
Adalhart. Pr. m.
Alatheus. Pr.
Paldrich. Pr.
Karpald. Pr.
Wini. m.
Eparhat.
Aaperht. m.
Cundpato.
Abraham. m.
Hukko. Turo.
Imichio. Pr. m.
Benignus. Pr. m.
Aaperht.
Ingo. Pr.
Alaman. Pr.
Eginhilt.
Benedictus.
Wilipat. Pr.
Victor. Pr.
Siginpald.
Salmar.
Hrohhart. Pr.
Joann.
Irminircht.
Leidrat.
Adalhart.
Vodalgoz. Pr.
Joann.
Rapanolf. Pr.
Meginperht.
Sigundina.
Liuthram. Pr.
Raatlind.
Siveranna.
Coranzan.
Caroheri.
Tagaperht.
Tangolf.
Pirin.
Heriger.
Alpurch.
Zeizheri.
Wanlilt.
Kerhoh.
Ruodperht.
Komadrud.
Mahtuni.
Helmger.
Immunt.
Item Adalger.
Ellanmout.
Suonpurc.
Heimger.
Heyger.
Schalch.
Heito.
Elanmut.
Liuphilt.
Altigund.
Rapanolf.
Perteoz. Pr. m.
Gerhoh.
Pnoso.

Engilson.
Kerhart.
Ermangart.
Mantito.
Hruodperht.
Cotachar.
Adalperht.
Petto.
Atto. Pr.
Madalger. Pr.
Hruodperht. Pr.
Ratker.
Alpuni. Pr.
Megiran. Pr.
Antroh. Pr.
Alpuni.
Elanheri.
Wolfpato.
Herigoz.
Crimperht.
Cuntpold.
Drudheri.
Afchrih.
Erchanfrid.
Regindrud.
Liudfrid.
Gozperht.
Kriftanus.
Adalrich.
Wolfhetin.
Lantheid.
Adalo.
Adalhilt.
Adalunc.
Wilhelm.
Erchanfrid.
Piligart.
Gotatrud.
Engilram.
Adalunc.
Lorenta.
Perolf.
Deotpirin.
Ifanpold.
Engilwari.
Fruduwalch.
Irminrat.
Otmunt.
Engilpero.
Arhart.
Deotker. Pr.
Afperth. Diac.
Hiltipurc.
Druon.
Keilpurc.
Irmpurc.
Altwalch. Pr.
Engildeo.
Kerwalch.
Cuntind.
Egino.
Engilperht.
Waltperlit.
Hermunt.
Jacob.
Joann.

Dulciffamus.
Engildiu.
Ellanpurc.
Liuta.
Manatum.
Cotadiu.
Wolfhart.
Perhart. D.
Unfrid.
Elanmot.
Cundalperht.
Regino.
Madalheri.
Hiltiprant.
Liutprant.
Ifger. Heilpurc.
Sarhilo. m.
Hunolt. m.
Lutmar. m.
Walpalt. m.
Pefti. m.
Tagaperht. m.
Magolf. Anthelm.
Nordrat Paldrih.
Segingaoz. Sigipald.
Peinunk.
Anthugi.
Nordmar.
Hrodwich.
Welamot. Diac.
Wilipold. D.
Frawilo.
Waltolf.
Alpheri.
Poldrich.
Notker.
Manno.
Reginlind.
Suapin.
Engilrih.
Frumolt.
Lipifina.
Engilrat.
Voto.
Engilperht.
Engilrih.
Hrodperht.
Kernpern.
Kundrat.
Plidrat.
Kifalrod.
Starcholf.
Talamot.
Wolfpero.
Hiltiger.
Sarhilo.
Wenilo.
Otfrid.
Onolf.
Otrih.
Engilpurch.
Ratpure.
Adalpert.
Gofprat.
Erchanrat.
Sigimar.

Huc-

Hucusque MS. Verum in hoc longo defunctorum Catalogo rursus exsurgit quæstio, quomodo plures recenseri possint Monachi defuncti, cum tamen pauciores numerati fuerint, qui spatio circiter ducentorum annorum vixerunt ab Arnone usque ad Fridericum Archiepiscopum & ultimum Abbatem nostrum ? cui dubio equidem ex una parte responderi potest, quia in præcedenti catalogo, qui vivorum dicitur, solum ii recensentur, qui vixerunt ab Arnone usque ad Fridericum, in posteriori vero numerantur, illi, qui ferme a temporibus S. Ruperti in Domino quieverunt, quales fuerunt primi discipuli S. Ruperti Kisilarius & Chuniáldus; ast, quia hæc nomina defunctorum, pleraque saltem non conveniunt cum nominibus vivorum, hinc rursus incertum est, an isti defuncti omnes fuerint domestici, an vero etiam quidam exteri computati ? Dolendum sane, quod ob defectum industriæ, quâ utique antiqui carebant, nihil in ordine aut cum assignatione anni annotantes, in tanta incertitudine versemur.

III. Et quinam ex variis hominum statibus in preces Religiosorum nostri Monasterii fuerint commendati?

Præter istos catalogos vivorum & defunctorum Religiosorum, si non omnes, saltem, ut prudenter credendum, plerique in nostro Monasterio primis quatuor Sæculis ante, & usque ad Titonis tempora vixerunt, & in Domino quieverunt, reperiuntur etiam varii catalogi illorum, qui se in preces Religiosorum nostri Monasterii commendaverunt; uti colligi potest ex duabus collectis pro vivis in preces commendatis & pro defunctis, quas orationes infra assignabimus. Sunt autem omnes, qui de nobilibus, & plebeis in preces commendati sunt, in magno numero, ex quibus præcipuarum personarum Catalogos subnectimus. Sic in eodem MS. M. pag. 10. n. 29. sequenti ordine Reges, Duces cum eorum conjugibus & liberis, nec non Episcopi, Abbates, & Abbatissæ enumerantur.

Ordo Regum vivorum cum Conjugibus & Liberis.

Charlus Rex.	Fastraat.
Pipinus.	Hrodrud.
Engilulphus.	Judith.
Charlus.	Adalumia.
Pippinus.	Eparhast.
Antengilulphus.	Perzhiet.
Adalgisus.	Hodapurch.
Waltrich.	Ansa.
Otfrid.	Riehkund.
Sindperht.	Perhast.
Ermanfrid.	Enguzh.

Ordo Ducum vivorum cum conjugibus, & Liberis.

Thassilo.	Luitpirga.
Deoto.	Hrodrud.
Catan.	Adalpirch.
Englfrid.	Cotade.
Gepahart.	
Engilwan.	

Ordo Episcoporum vivorum.

Alim Episcopus, & Congregatio ipsius.
Sindperht episcopus, & Congregatio ipsius.
Odolhart Episcopus, & Congregatio ipsius.
Chialdrih Episcopus, & Congregatio ipsius.
Alto Episcopus, & Congregatio ipsius.
Hariolphus episcopus, & Congregatio ipsius.

Ordo Abbatum vivorum.

Saldrod Abbas, & Congregatio ipsius.
Wolfperht Abbas & Congregatio ipsius.
Hunrich Abbas & Congregatio ipsius.
Utto Abbas & Congregatio ipsius.
Albuinus Abbas & Congregatio ipsius.
Adalperht Abbas & Congregatio ipsius.
Heinricim Abbas & Congregatio ipsius.
Chundhari Abbas & Congregatio ipsius.
Reginperht Abbas & Congregatio ipsius.
Wolchanhart Abbas & Congregatio ipsius.
Caotzhart Abbas & Congregatio ipsius.
Pertcaoz Abbas & Congregatio ipsius.
Fater Abbas & Congregatio ipsius
Anno Abbas & Congregatio ipsius.

Post hos additur, ista sunt nomina ultra mare de Jerusalem.

Thomas Patriarcha.
Georgius Monachus.
Felix Monachus cum omni Congregatione eorum.

Exin sequitur ordo Sacerdotum, & Diaconorum de Clero, nec non quarundam Sanctimonialium & Abbatissarum, inter quas sequentes recensentur:

Ordo Sanctimonialium vivarum seu Religiosarum fœminarum.

Aonilt Abbatissa, & Congregatio ipsius.
Sigihaid Abbatissa, & Congregatio ipsius.
Cotostui Abbatissa, & Congregatio ipsius.
Iriminwind, Hungund, Cotadrud, Chunigund.

Porro in eodem MS. pag. 20. n. 52. leguntur etiam catalogi defunctorum Regum, Ducum cum conjugibus & Liberis, Episcoporum & Abbatum in hoc ordine:

Ordo Regum defunctorum cum conjugibus & liberis.

Charlus.	Suanhilt.
Crisо.	Perthrocda.
Pipinus.	Hiltegard.
Charlmanus.	Hrodrud.
Desiderius.	Hrodhilt.
Henrich.	Kysala.
Ercanrid.	Juditha.
Radowinus.	
Adalperth.	
Wiliheri &c.	

Ordo Ducum cum Conjugibus & Liberis.

Theoto.	Folchaid.
Theoperht.	Elinhast.
Crimolt.	Pilitruth.
Theotolt.	Waltrat.
Thassilo.	Liutpirc.
Crimolt.	Rotrud.
Huiperht.	Hiltifrid.
Otilo.	

Ordo

Ordo Epiſcoporum & Abbatum defunctorum.

Heimeramus. Eps.	Wilipald. Eps.	Sufnei.
Gurbinianus. Eps.	Arpio. Eps.	Comeni.
Agnellus. Eps.	Sul. Eps.	Falfei.
Vivolus. Eps.	Albuinus. Eps.	Adomani.
Erimpertus. Eps.	Erhardus. Eps.	Kerani.
Beatus Eps.	Gudinus. Eps.	Columbani.
Sedolius Eps.	Anthelmus. Eps.	Konomblo.
Gawipaldus. Eps.	Patricius. Eps.	Tunochodo
Joſeph. Eps.	Columbe Abbas.	Dorbeni.
Sigirih. Eps.	Barthani Abbas.	Feilgon.
Manno Eps.	Laſſarani.	Killeni.
Kilach. Eps.	Firenoi.	Killeni.
Wiſſurich. Eps.	Seiani.	Zslibsdeni.

Hos Catalogos ſequitur ſub n. 53. & 54. quaſi ſine numero longiſſimus ordo ſacerdotum & Diaconorum, Pulſantium, Sanctimonialium, virorum, Laicorum, atque mulierum; & in fine denique additur collecta pro defunctis n. 60. pag. 28.

Dignare Domine in memoriam ſempiternam commemorare, & refrigerare animas, quas de hoc ſeculo pacifica adſumptione migrare juſſiſti, omnium Chriſtianorum catholicorum, quique confeſſi defuncti ſunt, quorumque nomina ſcripta ſunt in libro vitæ, & ſupra ſancto Altario ſunt poſita, adſcribi jubeas in libro viventium, ut a te Domine veniam peccatorum conſequi mereantur.

Collecta autem pro vivis, qui in preces fuerunt comendati, pag. 5. n. 22. ſic habetur de verbo ad verbum, licet regulis latinitatis haud conformis:

Memorare digneris Domine famulos & famulas, quique ſe nobis ſacris orationibus, vel confeſſionibus commendarunt, & qui eleemoſynis ſuis ſe commendaverunt, venerabile loca Sanctorum, quorum nomina ſunt ſcripta in libro vite, & ſupra ſancto Altario ſunt poſita, famulorum famularumque tuarum.

Atque hæc ſunt, quæ tanquam veſtigia antiquitatis minime ſpernenda legimus in prædicto MS. M. de quo, & in quo n. 61. pag. 29. hi verſus ſæpe jam citati ſcripti ſunt:

Quarto & milleno ſcriptus manet hic liber anno
Hartwic Præſul erat, tito tunc temporis Abbas.

IV. Ex vetuſto quodam & pretioſo codice recenſentur.

Porro autem, ut huic MS. noſtro antiquo majorem faciamus fidem, ex quo hæc omnia deprompta fuerunt, & fideliter tranſumpta, operæ prætium eſt, ut extractum litterarum inſeramus huic chronico noſtro, quas litteras clariſſimus Dominus P. Carolus Meichlbekius Benedictinus in celeberrimo, & exempto Monaſterio Benedictoburano profeſſus, & celebris hoc ſæculo hiſtoricus Bavarus anno 1724. ſub VI. Januarii ex Friſinga dedit propter hoc MS. ad DD. Placidum abbatem noſtrum p. m. qui prædictum MS. ad tempus eidem P. Carolo transmiſit. Epiſtola hujus Clariſſimi viri, & hiſtorici ad præfatum D. Abbatem ſub cit. die, & anno in terminis ſic ſonat; „Cur tardius veniant hæ meæ reſponſoriæ, „cauſa eſt, quod mox, ac gratioſas veſtras „accepi, proficiſcendum fuerit Auguſtam „Vindelicorum, ut ibi partem notabilem „hiſtoriæ Friſingenſis committerem biblio„polis, typographis, & calcographis, qui „etiam totum opus illud in ſe lubentes ſuſ„ceperunt. Nunc redux Auguſta jubeor a „Celſiſſimo Principe & Epiſcopo meo, qui „Reverendiſſimam Dominationem ſuam cle„mentiſſime ſalutat, eidem ſignificare, gra„tiſſimum ſibi fore, ſi Reverendiſſima ve„ſtra Dominatio permittat uſum pretioſiſſi„mi codicis veſtri ad exiguum adhuc tem„pus, donec nempe extrahantur nomina, „& geſta quarumdam nobilium perſonarum, „quæ in eo reperiuntur. Id cum primum „datum fuerit executioni, ſtatim ea, qua „fieri poterit celeritate, atque cautela re„mittam theſaurum illum omni auro, & „lapide pretioſo potiorem, quo ego egre„gie uſus, maximeque miror, quod ejus „pretium clariſſimi Patres Mezgeri non fue„rint aſſecuti". Hucusque vir clariſſimus ſupra citatus de hoc MS. M. ubi in priore parte recenſentur catalogi vivorum, & defunctorum in magno numero: in altera parte autem recenſentur variæ donationes, quæ contigerunt a tempore Friderici Archiepiſcopi, & Titonis Abbatis circa annum milleſimum usque ad annum 1200. circiter.

V. Quis Tito abbas fuerit? quæ geſſerit, & quando obierit?

His præmiſſis ad particularia deſcendendum, & paucis exponendum erit, quis Tito abbas fuerit? quæ geſſerit? quando obierit? ſpecialiter autem, quam copioſæ donationes, & oblationes factæ fuerint monaſterio ſub regimine abbatis Titonis, ex quibus una præcipue fuiſſet illa a S. Henrico Imperatore anno 1005. facta, ſi ſuum proprium habuiſſet effectum. Titonem noſtrum abbatem poſt primam illam a Friderico I. factam ſeparationem antea fuiſſe Præpoſitum eccleſiæ cathedralis, & ab hac tranſiiſſe ad Monachatum Sancti Benedicti, quem in noſtro Monaſterio profeſſus eſt, brevi autem poſt profeſſionem ab ipſo Friderico, ultimo inter Archiepiſcopos Abba-

te in ſucceſſorem in Abbatia non tantum fuiſſe promotum, verum etiam ſæpe dictum Fridericum plurima adjeciſſe bona monaſterio, poſtquam Archiepiſcopatum ab Abbatia ſeparavit, jam ſupra pluribus dictum fuit in vita Friderici I. archiepiſcopi, & abbatis noſtri n. IV. & V.: unde abbas noſter Tito acceptis cum debita gratiarum actione tot donationibus, & poſſeſſionibus a Friderico Archipræſule poſt ſeparatam ab Archiepiſcopatu dicto modo Abbatiam, totus in reſtaurationem diſciplinæ monaſticæ incubuit, & quidem non ſine fructu; mox enim numerus candidatorum, ſacræ Religionis habitum petentium, accrevit, quorum multi non ſolum ſeipſos, ſed & ſua bona, poſſeſſiones, & proprietates Deo donarunt, & monaſterio; ut infra ſimiles quasdam donationes referemus. Multis annis Titonem præfuiſſe Monaſterio noſtro indubium eſt, quamvis de ipſo obitus anno auctores, & manuſcripta non conveniant: a quibusdam aſſignatur annus 1025. quo mortuus creditur Tito abbas: aſt quia translatio S. Erentrudis facta fuit anno circiter 1009. ſub Hartwico Archiepiſcopo, cui translationi interfuiſſe ſcribitur B. Mazelinus Abbas noſter: hinc Tito vel illo anno 18. Febr. die, quam diem ſine anno aſſignat antiquum quoddam necrologium, vel uno alterove anno prius ex hac vita in bona ſenectute deceſſit, nobis omnibus relinquens exemplum, quod per regularem obſervantiam, quæ ſub ipſo reſtaurata fuit, & diſciplinam bene cuſtoditam, ſemper facer ordo, & monaſteria tam in bonis ſpiritualibus, quam temporalibus incrementa ſumant. Probabilius, & longe veriſimilius eſt, quod loco numeri 1025. debuerit poni numerus anni 1005. quo anno rectius regimen abbatiale incœpiſſe creditur Mazelinus ſucceſſor Titonis. De hoc abbate Titone refert manuſcriptus codex antiquus M. pag. 47. num. 111. quod Tito abbas noſter a nobili viro Ougone pretio trium librarum comparaverit proprietatem in loco Hamunteſpach ſitam, cujus rei teſtes erant per aures attracti Yocho, Pezili, Eringer, Ouzi, Huzo. Unum tamen eſt, quod inter tot donationes miramur, quod Tito abbas prædium Reit ſeu Ruita[] neceſſitate coactus cuidam oppignoraverit, de qua oppignoratione antiquiſſimum MS. M. fol. 3. n. 6. ſequentia habet: „Quidam no„bilis vir n. Linhart ſuam proprietatem ad „Ruitta monachorum uſui ad S. Petrum „dedit cum teſtibus aſſcriptis Weriant, „Schrot, Ahili, Waltune, Dicpert. Ali„quanto vero tempore transacto Tito Abbas „neceſſitate coactus ſub chyrographo VIII. „talentorum cuidam Hallario idem predium „dedit, ea tamen ratione, ut ſi memora„tum pondus argenti ſibi non redderetur, „usque in tertiam generationem poſteris „ejus concederetur. Theſauro vero ad con„dictum tempus non reddito, poſteri ejus „predium habuerunt usque ad tempora „Thiemonis Archiepiſcopi (circa finem ſæ„culi XI.) ſub quo monachorum præpoſitus „n. Berthold VIII. talenta Altrico, & ejus „noverce vocata Enhiuuib ſolvit. Qui idem „allodium uſui monachorum remiſerunt pro „animabus ſuis, parentumque ſuorum". Ita MS. c. l. Alia ſpecialia de Titone abbate exceptis fundationibus, de quibus ſtatim plura erunt dicenda, hactenus non reperimus: veroſimilius pluribus ſolennitatibus interfuit abbas Tito, dum nimirum anno 993. Hartwicus Archiepiſcopus, & Succeſſor Friderici I. inſtauravit Eccleſiam Metropolitanam, & corpora SS. Chunialdi, & Giſilarii transtulit; item: dum idem metropolita anno 999. Eccleſiam Seeonenſem in honorem S. Lamberti dedicavit, & in pluribus aliis, circa quæ tamen certam notitiam non habemus, ſed tantum coniiciendo hæc ſcribimus.

VI. Nec non qualis ſpecialis donatio a S. Henrico facta ſub hoc abbate?

Quoniam vero non tantum regimen Titonis abbatis, verum etiam hiſtoriam noſtri Monaſterii maxime illuſtrant variæ donationes, a Chriſti fidelibus factæ, hinc quaſi primo loco recenſenda eſt illa, optima intentione facta, donatio ab Henrico II. Imperatore: niſi forte hæc donatio ad initium cœpti Abbatialis regiminis ſub Mazelino abbate reducenda ſit, de quo haud vane dici poteſt, quod jam anno circiter 1005. ad abbatiam venerit. Jam autem de prædicta donatione exſtat apud nos diploma hujus S. Imperatoris in membrana cum ſigillo quaſi agglutinato dd. VII. Idus Decembr. anno Domini MV. Henrici II. Imperatoris V. in Merſeburc, per quas litteras ad interceſſionem ſuæ dilectæ conjugis Chunigundæ donavit S. Imperator archiepiſcopo Salisburgenſi Hartwico prædium Adamunta dictum in pago Enſitala ſitum cum omnibus appendiciis, & utilitatibus prædio adjacentibus cum hac conditione, ut poſt obitum ſuum *ad uſum fratrum in Monaſterio S. Petri ſub regula S. Benedicti ſervientium ſuccedat.* Hæ pretioſæ litteræ, quas actu in manibus tenemus, de verbo ad verbum ſic ſonant:

„In nomine ſancte, & indiuidue Trini„tatis. Heinricus diuina fauente clemen„tia Rex. Si de terreſtrium rerum facul„tatibus diuinitus nobis collatis eccleſias „Dei locupletare ſtuduerimus, decurſo hujus „vite agone brauio indeficienti nos corona„ri non diffidimus. Quapropter generali„ter omnium pateat induſtrie, qualiter nos „interveniente dilecta conjuge noſtra Cuni„gunda videlicet Regina quoddam noſtri „juris prædium Adamunta dictum in co„mitatu Adalberonis comitis in pago Enſi„tala ſitum, Jubenſi eccleſie ubi Sanctus „Roudbertus corporaliter requieſcit, pro „redemptione anime noſtre, dilecteque pre„fate conjugis & amore Hartwici ejusdem „eccleſie paſtoris per hoc regale teſtamen„tum donando firmamus cum omnibus ap-

„pen-

„pendiciis, & utilitatibus eidem predio ad„jacentibus cum patellis ſcilicet, patella„riisque locis, & cum familia utriusque ſe„xus, prout juſte, ac legaliter poſſumus, „eo videlicet tenore, ut dum prædictus „Hardwicus archiepiſcopus vixerit ad ſuum „ſervitium habeat; poſt vero obitum ſuum „fratrum in monaſterio S. Petri ſub regula „S. Benedicti ſervientium ſuccedat; & ut „hec authoritatis pagina ſtabilis, & incon„vulſa in æternum permaneat, hanc car„tam inde conſcriptam manu propria corro„borantes ſigilli noſtri impreſſione inſigniri „juſſimus.„



Eberhardus Cancell. vice Vuilligiſi Archicapelleni recognovit.

Data VII. Idus Decembris anno Dom. incarnat. MV. anno vero Domini Heinrici ſedi Regis V. actum in Merſeburc felicieret Amen.

Hucusque tenor diplomatis S. Henrici II. ſed numquid hæc donatio ſuum habuit effectum in favorem, & ad uſum fratrum ſervientium Deo ſub regula ſancti Benedicti in Monaſterio ad S. Petrum? minime; nam reſtitutio illa, videlicet bonorum Adamunta, quæ donata fuerunt archiepiſcopo Hartwico viventi, & poſt mortem Monaſterio ad S. Petrum, in oblivionem venit; nam pars illius prædii, ait noſter Mezgerus ex documentis noſtris pag. 304. monaſterio poſtmodum Admontenſi tradita, reliqua redditibus eccleſiæ metropoliticæ accrevit. Iſta cum a ſanctis viris, Hartwici ſucceſſoribus, acta ſint, injuſticiæ nequaquam incuſanda credimus, ignorantiæ rectius adſcribenda, quæ in factis anteceſſorum plerumque ſubrepit. Jacturam tamen re comperta monaſterio Petrenſi reſarſit Conradus I., bonis aliis pro compenſatione eisdem redditis, abbate, monachisque non invitis, cum alienata difficulter retrahantur. Hæc author citatus. Porro bona, quæ Conradus I. æquiſſimus Archiepiſcopus poſt centum, & plures annos ſubſtituit, & anno 1143. monaſterio dedit, erant ad Pongeu, ad Cuhauſen, & ad Hegelin; pars autem Admontenſibus ſemel attributa eisdem remanſit, quam etiam huic Monaſterio celeberrimo, æſtimatiſſimæ ſorori, aut omnino filiæ noſtræ, cui piiſſimus fundator Gebhardus circa annum 1074. ex noſtro Monaſterio primum adminiſtratorem conſtituit *Arnoldum*, primum autem Abbatem *Iſingrinum*, non invidemus.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

Reſtant autem & aliæ donationes a fidelibus factæ Monaſterio noſtro ſub Titone Abbate, & quæ recenſentur in ſæpedicto codice MS. antiquiſſimo M.; ſunt autem præſertim ſequentes: *Prima* ex dicto codice pag. 42. n. 91. circa finem, ubi deſcribitur illa reſtauratio vitæ monachicæ a Friderico archiepiſcopo ſub Titone abbate facta, quæ donatio ſic ſonat: „Neque ſuperſedendum „utile fore puto, quod uni munliercule clari „generis, quae proprio vocabulo Truta ap„pellabatur, Deus inſpirare dignatus eſt, „ut tam ſancte inceptioni participem ſe li„buiſſet efficere, quae, quamvis vidualis „vitae continentia viguiſſet, ſacroque vela„mine Deo dicata ſpontanea ſubjectione diu „ſerviret, tamen iſtius loci in monachica „norma reſtaurationem avida optauit pre„ſtolari; & ideo aſſidua viſitatrix cœleſtium „civium corpora hic ſepulta, plurimaque re„liquiarum patrocinia ſanctorum facinora „ſua flendo frequentare conata eſt, & tunc „demum amabile votum ſuum, quod ſaepe „ſecum tacito liberamine tractata eſt, ei„dem antiſtiti propalare non diſtulit, atque „manſas numero X. proprie poteſtatis ſuae „ad Villulam nomine Gottingim jacentes „cum ipſis colonis in comitatu Meginhardi. „Huic pro Deo mortificate concioni pro re„quie anime mariti ſui defuncti Weriandri; „hicque ſub ſpe future reſurrectionis quie„ſcentis. Atque eadem intentione redem„tionem anime ſue eidem traditioni admi„ſcens perpetuo fruendum tradidit. Hanc „deditionem preſente eodem archipreſule, „aduocatoque ſuo Adalberto, in libro vite, „ut ſtabilior poſſet eſſe, ſcriptitare publice „precabatur. Iſti ſunt teſtes per aures at„tracti, Engilulph comes, Dietmar, En„gilmar, Penno, Waltunc.„ *Secunda* cit. loc. n. 95.: „Notum ſit omnibus Chriſti fi„delibus, qualiter quedam fidelis femina „n. Chunigund quandam ſui juris proprieta„tem, qualem a Turia habuit pro remedio „anime ſuae ſuorumque parentum in pre„ſentia Fridarici archiepiſcopi cum manu „aduocati ſui Totilonis fratribus Salzbur„genſibus ad S. Petrum in monaſtica vita „degentibus in manus Titonis abbatis, & „aduocati ſui Adalperti perpetuo jure poſſi„dendum tradidit. Iſti ſunt teſtes per aures „attracti, Diotmar, Erchanpold, Jodunch, „Einhaſt, Michel, Piligrim, Roudbrecht.„ *Tertia* n. 96. „Notum ſit omnibus Chriſti fi„delibus, qualiter Heinricus Dux veneran„dus rogatu Titonis abbatis pro remedio ani„me ſuae tradidit unam hobam cum duobus „mancipiis, quam tunc temporis poſſede„rat quidam Parschalh n. Azacho juxta ri„volum, qui dicitur Tiufſtada, in manus „jam dicti abbatis ad ſancti Petri juuauenſe „monaſterium fratribus monaſtice dignita„tis in ibi Deo ſanctoque Petro ſervientibus „perpetuo jure poſſidendam, ea ſcilicet le„ge, ut, ſi aliquis epiſcopus eandem ho„bam ſibi uſurpare vellet in ſeruitium, in „ſuos rediret heredes. Iſti ſunt teſtes per „aures

VII. Et quales donationes etiam a multis aliis factæ fuerint? exponitur.

„aures attracti, Udalricus com., Sarhilo „com., Kerolt com., Gebhardus com., „Vuilihalm, Irmfrid, Diopht.„ Hic Henricus est Dux ille, qui postea factus fuit Im„perator, & superdictam n. VI. fecit fundationem. *Quarta* sic sonat num. 99.: „Nobilis vir nomine Engildet tradidit proprie„tatem suam in loco, qui dicitur Waldhusier „cum mancipiis inibi ibidem servientibus in „manus cujusdam cognati sui Adalperti fra„tribus in monasterio Juvavensi sub regula „monastice religionis degentibus commen„dandam, quam traditionem accepit Titus „abbas, & ejus aduocatus Vueriand per„petuo tenendam, ea lege, ut, si quis in„terrumpere velit, proximum ipsius here„dem respiciat, usque dum ab eo renova„tum prenominatis redonetur fratribus. Isti „sunt testes Engilpht com., Liutold, Hast„wich, Marhuuast, Udalprecht, Pertolt, „Adalpht, Gotti, Waltunc, Ekili, Ein„hast, Lietprecht, Oker, Voccho, Lampht.„ *Quinta* describitur cit. l. num. 101. „Notum sit omnibus, qualiter quidam nobi„lis Clericus Pilgrimus tradidit talem pro„prietatem, qualem habuit in loco, qui di„citur Tachinga pro remedio anime suae in „manus cujusdam Liberti, qui vocabatur „Platto, fratribus in Monasterio juuauensi „Deo sanctoque Petro famulantibus perpe„tuo fruendam cum mola, & molinario, at„que cum uxore, & filiis, cum piscatori„bus, & uxoribus, atque eorum filiis ea le„ge, ut, si quis sibi injuste velit vendicare, „proximum ipsius hæredem respiciat, us„que dum ab eo firmatum prenominatorum „usui fratrum subjaceat. Isti sunt testes per „aures attracti, cum quibus eandem tradi„tionem accepit Titus abbas cum manu ad„uocati sui. Weriandi, Engilpht, Nord„pht, Cotafrid, Sizo, Engilpht, Otker, „Hartuuich, Adalpht, Hobolt.„ *Sexta* est hujus tenoris cit. l. n. 108., & quæ connexionem habet cum permutatione, quam fecit Titus, uti habetur n. 102. „Pateat „cunctis Christi fidelibus, quod quidam „clericus n. Richolf per obitum suum talem „sui juris proprietatem, qualem in loco ha„buit, qui dicitur Crasmaresaha pro reme„dio anime suae suorumque parentum fra„tribus juuauensibus ad sanctum Petrum „Christo servientibus perpetuo jure perfru„endam tradidit. Isti sunt testes Peziman, „Egilmunt, Pazo, Peringer.„ De hac proprietate supra cit. n. 102. sequentia referuntur: „Notum sit omnibus, qualiter Ti„tus abbas quoddam concambium fecit cum „aduocato Imperatoris Heinrici Udalschal„cho; tradidit namque proprietatem, qua„lem habuit cum fratribus suis in loco, qui „dicitur Crasmaresaha cum manu aduocati „sui Sigibardi in manus ejusdem Udalsal„chi, & Vuichardi cum consensu servorum „regalium Imperatori perpetualiter in pro„prietatem corroborandam. Econtra idem „Udalsalch cum consensu Vuichardi, & o„mnium ipsis subditorum tradidit æqualis „mensure proprietatem eidem abbati T., & „in manus aduocati sui Sigihardi in loco, „qui dicitur Hamuntespach juxta Tiusta„dum sibi perpetualiter in proprietatem, & „ad S. Petrum Deo servientibus.„ Donatio *septima* n. 109. pag. 46. „Cognoscat omnis „plebs christicolarum, quandam nobilem „feminam n. Adala cum manu filii sui Sigi„hardi quandam sui juris proprietatem, qua„lem ad puotincperch vocitato habuit cum „duobus mancipiis pro remedio anime viri „sui n. Engilperti fratribus juuauensibus ad „altare S. Petri Christo famulantibus in ma„nus Titonis abbatis, & aduocati sui jam „prenominati tradidisse, ea lege, ut si quis„que sibi usurpare vellet, proximum ipsius „heredem respiciat, usque dum ab eo reno„votum prefatorum usui fratrum redonetur „perpetuo jure fruendam. Isti sunt testes „per aures attracti Udalrich, Suichast, En„gildeo, Wezil, Hastunich, Gezo, & fi„lius ejus Gezo, Criman, Jodunc.„ *Octava* num. 110. sic legitur: „Pateat omnibus in „Christo credentibus, quomodo quedam fi„delis femina n. Eccha cum manibus filio„rum suorum Engildeonis, Cotaperti, Vui„lihalmi, quos Deo monasticam vitam ser„vandam obtulit, quendam locum custilem „id est. Hovastatt in Halle, & loca duarum „patellarum ad Galganara, & duos Cha„marsidili, mancipiaque dodecim pro re„medio anime suae vel viri sui n. Gerhoh fra„tribus ad altare S. Petri Deo servientibus „in manus Titonis abbatis, & aduocati sui „Sigihardi perpetuo jure possidendam tradi„dit. Hæc sunt nomina mancipiorum, „Diezzi, Zeizo, Walthieri, Enzi, item „Enzi, Machpreht, Egizi, Voccho, Pe„ringer, Vuppi, Enza, Hilta. Hujus rei „testes sunt per aures adtracti Herman, Suit„hast, Waltunc, Papo, Luitfrid, Perin„ger, Izo, Azaman, Diezi, Enzi, Vzi„mon, Wezo, Vzi, Enzi, Wazili.„ *Nona* donatio reperitur in aliquo fragmento ad finem codicis cit. inserta, æquali charactere scripta, & signata sub n. 515., quæ sic sonat: „Noverint omnes nobilem feminam „nomine Liutsindam tradidisse in manum „cujusdam Liberti, nomine Tundolfi cum „consensu filiarum suarum talem proprieta„tem, qualem habuit in loco Ruozinga vo„citato tradendam in manus fratrum Deo, „sanctoque Petro in juuauensi monasterio „seruientium, quam traditionem accepit „Titus abbas cum manu aduocati sui Adal„perti cum testibus adscriptis ea lege, ut, si „quis conetur ipsis fratribus subtrahere, „proximum ejus heredem respiciat. Isti „sunt testes Engildeo, Weriand, Herideo, „Voccho, Enzo, Voccho, Oker.„ *Decima* in eodem loco legitur sic: „Notum sit „omnibus, quendam nobilem virum etiam „aduocatum Udalschalch tradidisse pro re„medio anime Hartwici archiepiscopi quan„dam proprietatem, cujus semet abnegavit

„quidam

„quidam n. Hortcolf ad anava in manus ejus„dem aduocati ad altare S. Petri fratribus „Deo inibi ſervientibus pro perpetuo jure „poſſidendam, quam traditionem accepit „Titus abbas cum manu aduocati ſui Weri„andi, & teſtibus adſcriptis Adalpert, Ra„zo, Kerolt.„ Atque hæ ſunt donationes ſcriptæ in hoc donationum libro, & codice manuſcripto antiquo, de quibus donationibus certum eſt, quod factæ ſuerint ſub *Titone* abbate.

VIII. Quibus etiam ſubjungitur catalogus monachorum ſub Titone abbate.

Pro coronide actorum ſub Titone abbate noſtro non inconuenienter etiam adjungi poteſt catalogus monachorum ad S. Petrum ſub eodem abbate, prout legitur in cit. antiquiſſimo codice M. n. 62. in prima columna pag. 30.

Tito abbas & Presbiter.

Weriander, Presbiter monachus.	Puopo, Diac.
Wiſandus, Presb. mon.	Selperker.
Wolfkerus, Presb. mon.	Diemar.
Purchardus, Subd. & mon.	Ruodolt.
Reginbertus, Presb. mon.	Hartwich,
Iſingerus, Presb. mon.	Liucho.
Udalricus, Presb. mon.	Papo, Presb. mon.
Routhardus, Presb. mon.	Raſſohold, Presb. mon.
Elinbertus, Presb. mon.	Gundrich, laicus mon.
Hunbertus, Presb. mon.	Haſtwich.
Dietfridus, Presb. mon.	Egino.
Richmundus, Diac. & mon.	Sigimont, Subd.
Nordbertus, Presb. mon.	Heriperht, Presb. mon.
Roudbertus, Presb. mon.	Ruotoch, Diac.
Iſanbertus, Presb. mon.	Lagob, Diac.
Puopo, Diaconus.	Gatoprecht.
Ruosbeſtus.	Wilihalan.
Luitkoz, Subd.	Pezili.
Gerhoh, Diac.	Ruodolf.
Rapan, Subd.	

Hucusque MS.: an autem iſti monachi ſimul vixerint ſub Titone abbate, an variis diſtinctis annis & qualis numerus religioſorum pro uno anno fuerit in Monaſterio? nihil exacte diſcerni poteſt. Atque hæc de abbate Titone dicta ſufficiant. De chronologia ſucceſſorum B. Mazelini, Ruperti II., Ruperti III., Gerwici, Reginwardi, & reſpective Irimperti ſane dolendum, quod poſt omnem adhibitam induſtriam de annis cœpti, & finiti regiminis usque ad Irimpertum certa notitia haberi nequeat: hoc ſcitur, quod Tito cum reliquis usque ad Irimpertum ab anno 988. usque ad annum 1077., adeoque per 89. annos eccleſiam Monaſterii ad S. Petrum rexerint, & B. Mazelinus probabilius non, ut aliqui ſcribunt, anno 1025., ſed vel anno 1023., vel omnino jam anno 1005., ut anteceſſor Irimperti abbatis anno 1077. vitam clauſerit. Nos tamen ea compendio dabimus, quæ de his abbatibus in documentis noſtris reperiri potuerunt.

B. MAZELINUS,
ABBAS XXIII.

RUPERTUS II.
ABBAS XXIV.

RUPERTUS III.
ABBAS XXV.

GERWICUS,
ABBAS XXVI.

REGINWARDUS,
ABBAS XXVII.

Rexerunt Monaſterium ad S. Petrum Salisburgi ab anno 1005. usque ad annum 1077

B. MAZELINUS,

ABBAS XXIII.

1. Mazelinus verosimiliter anno 1005., successor Titonis abbatis;

Haud immerito quinque abbates sub uno annorum computu chronologico, qui annos septuaginta duos comprehendit, statuimus: quamvis enim quoad successionis ordinem, in quo ex recensitis abbatibus unus alteri successit, conveniant omnes catalogi, chronica, & manuscripta, attamen res plane incerta est, quibus annis inceperint prædicti Abbates, & quandonam finierent regere Monasterium nostrum. Ne quidem de ipso Titone satis constat, quo anno obierit; quædam enim chronica, sed male, assignant pro anno obitus annum sæculi XI. vicesimum quintum, alii vicesimum tertium; attamen pluribus ex causis longe verosimilius est, Titonem obiisse ad finem anni millesimi quinti, ita, ut credibile sit, loco numeri 1025. per inadvertentiam scripti substitui debuisse numerum 1005. Id ipsum enim non tantum ex eo confirmari videtur, quod vix sine aliquali violentia Titonis abbatiale regimen, ad quod vir jam gravis, & maturus, utpote antea Præpositus ecclesiæ metropoliticæ, promotus fuit, ad annos ferme quadraginta, id est, ab anno 988. usque ad annum 1025., vel 1023. extendi valeat; verum etiam hanc ipsam opinionem nostram sat erudite illustrat Marcus Hansizius pag. 166. Tom. II. G. S., ubi in narratione, sequenti numero alleganda, de translatione S. Erentrudis, cui præsens fuit abbas noster Mazelinus, initium regiminis abbatialis post mortem Titonis ad hunc annum reducit. In hoc ergo systemate progredimur ad explicanda prædictorum abbatum gesta, de quibus authentica quædam vestigia, quamvis satis pauca, reperire licet. Inter hos autem abbates, prout omnes conveniunt, primus, & verus successor Titonis fuit *Mazelinus*, de quo quidem in particulari nihil constat, quis fuerit? fuisse tamen virum Deo summe gratum, mira, quæ acciderunt tam in vita, quam & post mortem ejus, ut paucis dicemus, satis demonstrant. Quoniam vero vitam B. Mazelini abbatis nihil magis commendat, & illustrat, quam quod translationi S. Erentrudis in Monte Nonnenbergensi interfuerit, ubi

ubi ob subreptam de reliquiis Sanctæ hujus abbatissæ particulam oculorum lumen amisit, hinc digna est utraque narratio, quam ex chronicis, & legendis antiquis proponunt celebres duumviri, & historici Salisburgenses Mezgerus, & Hansizius, hic l. c. pag. 165., ille pag. 389. & 310.

II. In translatione S. Erentrudis lumen oculorum amisit,

Postquam enim S. Henricus Imperator per intercessionem, & reliquias S. Erentrudis a morbo molestissimo fuit liberatus, & quidem illo ipso tempore cœnobium Nonnenbergense incendio periit, penitusque in bustum fuit redactum, non ingratus S. Henricus ipse Salisburgum venit, ruinam cœnobii dolentibus oculis inspexit, & instaurationi absque mora suppeditatis impensis manum apposuit, Nonnenbergensis Parthenonis vere alter fundator, & tutelaris. „Antea cœnobium stabat eo loco, ait noster Mezgerus pag. 389. in suo historia, „quo „nunc domus Sacellanorum Nonbergen„sium, ut vocant: ibi etiam ossa sanctissimæ „Virginis Erentrudis quiescebant, sed cum „area nimis angusta esset, ad superiorem, „& spatiosiorem illam, in qua nunc visitur, „ædificium transferri imperator curavit. „Acceleratis operariis brevi augustius, & „majus virginum sacrarium stetit. Illic „Hartwicus archipræsul novam domum, & „ecclesiam Deo in m. Matris Mariæ, ac S. „Erentrudis memoriam sacravit; corpus „etiam S. Abbatissæ e priori tumulo reve„renter erutum in recentem sedem transtu„lit, ac in crypta, quæ nunc magna pio„rum devotione visitur, solenni ritu depo„suit. His omnibus Cæsar piissimus & au„ctor, & cultor interfuit, qui & restituto „parthenoni duorum prædiorum dotem in „auctarium pietatis adjecit. Illius festivæ „translationis pompæ etiam Mazelinus ab„bas S. Petri non solum spectator, sed & a„ctor exstitit: qui, dum particulam ex sa„cris ossibus sublegit, oculos amisit, quod „in sequentibus dicemus.„ Hæc Mezgerus. Non minus, & quidem sat erudite de hac translatione, & de casu Mazelini scribit P. Hansizius pag. 165. num. VIII., & simul non sine fundamento se reflectit ad annum, quo initium regiminis abbatialis Mazelini certius statui potest. Jam ipsius verba referimus. „Consecravit Hartwicus ecclesiam „virginum Nunbergensium, quam Henri„cus Imperator a morbo per S. Erentrudem „curatus & fundamentis erexerat, quo tem„pore corpus S. Erentrudis Imperatore præ„sente per B. Hartwicum archiepiscopum „de antiquo tumulo, in cryptam, ubi nunc „requiescit, summo cum honore transla„tum fuit, & in altaris medio collocatum: „licet antea per B. Virgilium miraculis plu„rimis attestantibus fuerit canonizatum, & „translatum: cujus translationi ultimæ et„iam interfuit Mazalinus abbas S. Petri, „qui, quod particulam sacri corporis suble„gisset, oculis captus est: sed cum votum „eremiticæ vitæ feciset, restitutus, in mon„te vicino, cui a capris nomen, eremum „deinceps coluit, sanctimonia clarus. Hæc „& alia Cæsarius, qui annis octo supra vi„ginti fuit capellanus in Nonnberga, ac Sæ„culo XIV. inchoante scripsit. Hæc transla„tio Salisburgi celebratur pridie nonas de„cembris teste Mezgero, qui addit factam „anno 1023.; sed hoc nescio, an componi „possit cum die, & anno mortis Hartwici, „de quo statim. Wion translationem istam „ad diem III. Nonas Septembris affigit, quæ „licet anno 1023. dominica non fuerit, pro„pter solennitatem tamen dedicationis assu„mi poterat in occasionem transferendi cor„poris. Attamen, quia plus credendum „anniversario Salisburgensi, videndum in „annis Henrici, quando demum mense de„cembri fuerit Salisburgi. Consulenti an„nales Hildesienses, qui celebrationes na„talis dominici ab Henrico peractas accura„te notant, videre est, eum sacras ferias „fere semper extra Bojariam, ac plerum„que in Saxonia remotiore egisse. Solum „anno 1008. Rex Nativitatem Christi Salz„burg peregit. Id, quod annales dicti, „quia principium anni a nativitate capiunt, „ad annum 1009. deponunt. Tunc itaque „translationem Erentrudis rectius statueri„mus. Retrahendum etiam erit initium „præfecturæ Mazelini abbatis, ac pro an„no 1025. forte annus 1005. signandus.„ Hæc Hansizius.

III. Sed restitutus vitam eremiticam egit in montis capra-

Porro, quid actum fuerit, postquam abbas Mazelinus lumen oculorum amisit in translatione Erentrudis, refert Mezgerus noster, cui relationi etiam omnia manuscripta & antiquiora, & noviora conformia sunt. „Præsentia Mazelini, ait hic auctor, „insigni miraculo famosa est, dum SS. Exu„viæ per Hartwicum e priori tumulo eleva„rentur, cupido incessit pium, sanctæque „Virgini devotum abbatem de sacris ossibus „portionem capiendi, quam vel suæ devo„tioni, vel etiam Monasterii Petrensis hono„ri servaret. At ecce! vix osticulum suble„git, mox caligo offusa oculis lumen illi sub„traxit, nempe & pietas, ut grata sit supe„ris, suas leges exigit. Mazelinus experi„mento ictus mox sapuit, didicitque, unde „malum esset, etiam pia furta tenebras pati. „Ergo ad sacra piæ Virginis lipsana profusus „veniam petiit, pium furtum reddidit, vo„tum fecit, si oculos interventu Erentrudis „Numen redderet, se dimisso abbatis pedo „baculum peregrini sumturum, totumque „se in arctiorem eremi vitam traditurum. „Exaudita sunt vota, rediit oculorum lumen, „ipse clavum S. Petri posuit, & in montem „Salisburgo vicinum, quem vulgo capra„rum vocant, recessit, ubi in arcta spelun„ca annis vitæ residuis reconditus vitam san„ctissimam in jejuniis, precibusque perdu„xit, prodigiis quoque illustris cœcitatis „probrum sanctitatis spongia penitus abster„sit. Dum eremiculam jam ageret, soror „Mazelini Wirandis Parthenoni Nunber„gensi

„genſi præfuit, cujus auſteram in ſubditas „ſeveritatem ipſe efficaci motivo ad clemen„tiæ temperiem reduxit.„ Hæc Mezgerus. Jam de ipſius, nimirum Mazelini abbatis noſtri, obitu, & ſepultura.

IV. Poſt mortem vero non ſine miraculo in eccleſia Nonnbergenſi ſepultus.

Quo anno obierit B. Mazelinus noſter, agens usque ad mortem vitam eremiticam, certo non conſtat; credit quidem citatus Mezgerus, adhuc obiiſſe ſuperſtite Archiepiſcopo Gunthero, qui fuit Succeſſor Hartwici, electus anno 1023. ſancte mortuus; ſed annus obitus Mazelini plane incertus, & merito dubitandum, an ad tempora Guntheri archiepiſcopi devenerit, præſertim, ſi juxta noſtram ſententiam jam anno 1005. ad abbatiam promotus fuit. Quid autem acciderit poſt ejus obitum (mortuus enim eſt poſt abdicatam abbatiam in prædicto monte vicino) ſæpe citatus Mezgerus enarrat, prout & recenſent manuſcripta noſtra. „Defuncti corpus, ait noſter hiſtoricus, „plauſtro impoſitum, junctis bobus, ut in „urbem ad S. Petri Monaſterium honorifice „tumulandum deveheretur, eo perduci non „potuit; nam boves, dum jam iter in civi„tate carpunt, recta via, quicquid rectores „obniterentur, per tramitem Nonnbergen„ſem perrexerunt, nec greſſum ſtiterunt, „donec in monte ad portas cœnobii conſiſte„rent. Evidenter conſtabat, locum quie„tis ad S. Erentrudis ædem beatum virum „ſibi legiſſe. Ideo templo illatus ad fini„ſtram qua introitur, prope ſcalas cryptæ „ejusdem divæ Virginis ſub terra monumen„to conditus: quod adhuc hodie & monſtra„tur, & viſitur. Legitur etiam poſt mor„tem miris coruſcaſſe.„ Hæc author. Vidimus & nos oculis noſtris in prædicta eccleſia Nonnenbergenſi antiquas picturas, tabellas, & anathemata ad ſepulchrum B. Mazelini appenſa, in quibus exhibetur expoſita hactenus rei ſeries, & ex quibus colligi poteſt, quod multi languidi, & infirmi ad ſepulchrum Mazelini ſanitatem, aut alia beneficia acceperint.

RUPERTUS II.
ABBAS XXIV.

Mazelino

V. Huic succeſſit Rupertus hujus nominis ſecundus

Mazelino abbati ſucceſſit quidem *Rupertus*; qui reſpectu Sancti Ruperti primi fundatoris *ſecundus* dicitur: aſt non conſtat, an immediate poſt abdicatam a B. Mazelino abbatiam, an vero poſt Mazelini obitum ad regimen abbatiale fuerit promotus? ſicut pariter non invenitur, quamdiu rerum potitus fuerit. Hiſtorici noſtri, & chronicorum compilatores adeo breves ſunt in enarrandis geſtis hujus abbatis Ruperti II. ut omnia nonniſi paucis verbis fuerint complexi, haud dubie & ipſi antiquioribus notitiis, & authenticis documentis deſtituti. In manuſcripto R. quod eſt chronicon ſæpe laudatum Martini abbatis ſequentia leguntur pag. 230. „Poſt præfatum Maſeli„num in abbatem S. Petri eligitur Rupertus, „dicitur *ſecundus* reſpectu S. Rudberti primi „fundatoris S. Petri monaſterii, & epiſco„patus Juvavenſis. Hic dubium exoritur, „utrum iſte Rudbertus ſtatim poſt diſceſ„ſum Maſelini ad eremum, aut poſt obi„tum ejus ſucceſſerit? ſed quamdiu rerum „potitus fuerit, non invenitur". Hæc MS. R. Similiter brevis eſt D. Albertus abbas noſter in ſuo abbatum catalogo ſic ſcribens: „Mazelino ſubſtituitur Rupertus hujus no„minis ſecundus. Secundus dicitur reſpe„ctu S. Ruperti primi fundatoris". Hæc, & non plura citatus refert abbatum catalogus. Pariter Mezgerus noſter in Salisburgenſi hiſtoria non ſolum vitam Ruperti II. verum etiam ſucceſſorum Ruperti III. Gerwici, & Reginwardi paucis verbis comprehendit, pag. 311. hanc brevem deſcriptionem nobis relinquens: „Interim ad S. Pe„trum Mazelino ſuffectus in abbatis mune„re Rupertus, cui ſecundi nomen ob reſpe„ctum S. Ruperti primi abbatis, iſti iterum „Rupertus III. Ruperto huic Gerwicus, Ger„wico Reginwardus. Horum præſulum „geſta præter bona quædam ſub iis cœno„bio acquiſita, annique abbatialis regimi„nis non extant". Hæc Mezgerus: nobis præter adducta teſtimonia, ex quibus nonniſi incertitudo poteſt deſumi. Unicus ſupereſt monachorum catalogus cum ſuo abbate Roudperto, qui legitur in ſæpe cit. pretioſo codice M. n. 62. col. 2. cui titulus eſt:

Roudbertus Presbiter & Abbas.

Nordbertus Presbiter mon.	Roudbertus Presb.
Purchardus Subd.	Ramuoldus Presb.
Heribertus Presbr.	Puobo Presb.
Engilpert Presb.	Jacob Diac.
Egino Monachus.	Gatoberht Diac.
Wilihalm Diac.	Dietmar Diac.
Udalricus Presb. mon.	Imizi mon.
Truochi monach.	Ruodolf Diac.
Liuzo Diac.	Dietmar. ſubd.
Pezili.	Ruodolf ſubd.
Hartwich.	Helmger.
Ruodbertus.	Inziman Subd.
Reginhart.	Uucho.
Chonrad ſubd. mon.	Pabo ſubd. mon.
Meginher ſubd. mon.	Perthold ſubd.
Gerthold. Presb.	Piligrinus monachus.
Erchinger. mon.	Engildes mon.
Codabert ſubd.	Akwinus ſubd.
Engilshalch Diac.	

In hoc catalogo rurſus dubitari poteſt, an fuerit hic Roudbertus II. an vero III.? quod ſecundus fuerit, favet aliquo modo reſponſio, quod in alio catalogo, quem allegabimus in vita Ruperti III. ex eodem codice c. l. n. 63. circa finem inter defunctos primo loco recenſeatur Rudbertus Presbiter & abbas, conſequenter II. qui prior vixit. Si autem quis urgeat, utrumque dici poſſe de Ruperto III. abbate, cum in cit. cod. nihil clare colligi poſſit, fatemur, quod aqua hæreat; ita ut incertitudini relinquamus palmam.

VI. Sub quo abbate certius ex noſtris monachis fundatum monaſterium Elſenbacenſe.

Non ſine fundamento in honorem Ruperti II. abbatis dici poteſt, quod ſub ipſius regimine certius ex monachis Monaſterii noſtri fundatum fuerit anno 1030. Monaſterium Elſenbacenſe, quod nunc ad S. Vitum cis Rotam, prope Neoforum in Bavaria dicitur. Hoc enim certum, & indubitatum eſt apud omnes, quod non tantum prædictum Monaſterium anno 1030. a Dietmaro filio Babonis Abenspergenſis comite de Leonsperg, & Lungionum fuerit fundatum, verum etiam, quod dicti Monaſterii primus abbas nomine Udalricus cum quatuor Monachis fuerit ex noſtro Monaſterio eodem anno aſſumptus. Ipſimet enim hujus celeberrimi Monaſterii cœnobitæ in libro, quem anno 1730. poſt ſeptem ſæcula a prima fundatione transacta in ſæculari ſolennitate publicis typis vulgarunt, non ſine magno erga noſtrum Monaſterium honoris, & gratitudinis argumento ſequentia adnotare non dedignati ſunt in ſuo abbatum catalogo per emblemata, & verſus exornato pag. 240. UDALRICUS I. *primus abbas eccleſiæ Elſenbacenſis fuit Udalricus anno* 1030. *unacum quatuor ſociis ex Monaſterio S. Petri Salisburgi, præfuit annis* 25. *obiit anno* 1055.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

insuper in eodem loco pro insigni *duas claves per modum crucis positas*, pro emblemate *Monasterium Elsenbacense supra petram fundatum* statuunt cum sequenti subscriptione:

Fundantur mœnia tute.

Si Petra fundamen, *fundantur mœnia tute*,
Nam servit saxum, suppositusque lapis.
Hinc bene cœnobii stant nostri mœnia tuta,
Dum petra firma Petri mutua terga dedit.

Dicitur autem abbas Elsenbacensis, quia hoc Monasterium primo quidem in Elsenbach exstructum, postea autem ob monasticæ quietis, & devotionis meliorem commoditatem sub Henrico loci abbate in montem, cui nunc incumbit, cum auctoritate Adalberti archiepiscopi Salisburgensis, & Ordinarii loci, cum consensu Wolframi, qui erat nepos fundatoris, anno 1151. translatum fuit. Jam quia valde verosimile est, quod Rupertus II. adhuc vixerit anno 1030. hinc sub ipsius regimine Udalricus abbas cum quatuor monachis ad supradictum recenter fundatum Monasterium Elsenbacense fuit assumtus, sin minus, ad Rupertum III. hæc fundatio reducenda erit. Sive autem sub hoc, sive sub illo hæc postulatio contigerit, ex eo sane colligendum est, quod illo tempore in nostro Monasterio restaurata per Titonem abbatem disciplina regularis in suo adhuc flore perstiterit; utpote quæ digna visa fuit, ut per nostros Monachos in aliis quoque Monasteriis plantaretur.

RUPERTUS, III.
ABBAS XXV.

VII. Post Rupertum II. secutus est abbas dicti nominis III.

Ruperto II. successit alius ejusdem nominis tertius. De cujus regiminis initio, gestis, & obitu adeo tacuit parca antiquitas, ut nullum plane vestigium exstet. Forte aliqua manuscripta aut annotationes de hoc, & præcedentibus abbatibus per temporum injurias aut incendio perierunt. In sæpe citato vetusto codice M. n. 63. ad finem catalogus monachorum de Monasterio S. Petri defunctorum legitur, de quo dici potest, quod isti monachi sub prædicto abbate vixerint, & supremum

mum diem clauſerint. Primo enim loco ponitur Roudbertus Presbyter & abbas, qui, cum jam inter defunctos ſit, creditur eſſe Rupertus II. immediatus anteceſſor Ruperti III. ſupradictus catalogus eſt in ſequenti ordine:

Roudbertus Pres. & Abbas.

Nordbertus Presb. & mon.
Langob. Presb. & mon.
Conradus Mon.
Rudbert Presb. & mon.
Puobo Presb. & mon.
Meginhalm Presb. & m.
Erchanger mon.
Megingot Presb. mon.
Pertold Presb. mon.
Luitoldus.
Hoboldus Dia. & mon.
Trutperht mon.
Hartwicus - - - -
Pabo Monach.
Adalricus Presb. & mon.
Dietmarus Presb. & mon.
Pertolt mon.
Adalbertus Diac. mon.
Fridaricus Presb. & mon.

In hoc catalogo animadverti poteſt, quod in eo plurimorum monachorum nomina inter defunctos legantur, quæ ſuperius n. V. leguntur inter vivos.

Inſuper credibile eſt, ſub hoc abbate Ruperto III. aliquas paucas Monaſterio factas fuiſſe donationes, quæ leguntur in ſæpe allegato codice, & donationum libro vetuſto, & colligitur ex intervallo donationum ſub Titone abbate usque ad Gerwicum. Una donatio legitur num. 113. & ſic ſonat: „Noverint preſentes, & futuri: Wiſun, & „fratrem ejus nomine ballarios proprietatem loci tunc (Zupſtall & ex Silva) nova„le commendaſſe in manus Richolfi traden„dam domui Sancti Petri apoſtoli in Juua„via ad monachos ritu poſſeſſionis firmæ. „Hujus rei traxerunt teſtes iſtos Engilpe„rum, Pazamanum, Cantulum, item Can„tulum, Hitolfum; quod etiam ipſe Richolf „adimplevit jure traditionis dans ſuper alta„re ejusdem domus cum teſtibus attractis, „Hezil, nobilis Aribo, Engilpero, item „Engilpero, Adalpht“. Alia ſub eodem numero permutatio potius, quam donatio: „Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, qua„liter abbas II. Roudbertus quoddam con„cambium fecit cum vice Domino Rabano. „Tradidit namque Liucham filiam, & con„tra idem Rabam dedit Imahan; poſtea ipſe „Raban euolutis annis reddidit ipſam Liu„zam poteſtati Gerwici abbatis pro Pehan „uxore Taconis. Tertia num. 114. No„tum ſit cunctis Chriſti fidelibus, qualiter „Sigihardus comes proprietate ſua ad Al„ſam ſita hobas nobilis viri tradidit ad al„tare Sancti Petri, ipſis fratribus, qui ibi „monaſtice viverent perpetuo jure tenen„dum: iſti ſunt teſtes Richeri, Hartuuicus, „Wezil, Hordbertus“. Hæc & non plura de abbate Ruperto III. niſi forte jam iſtæ donationes, & permutationes factæ fuerint ſub Ruperto II. non enim ſat clare diſtinqui poteſt, an in verbis ſupra adductis: *Abbas II. Roudbertus*, indicetur *Nomine Rupertus*? an vero Rupertus II. hoc quaſi certum videtur, has donationes fuiſſe factas vel ſub hoc, vel ſub illo Abbate Ruperto.

GERWICUS,
ABBAS XXVI.

IX. HuicGerwicus succeſſit abbas in ordine vigeſimus ſextus.

Mortuo venerabili Ruperto III. in locum ejus GERWICUS congregationi fratrum Monaſterii S. Petri præfectus eſt, quamdiu autem præfuerit, aut quo anno obierit, ignoratur. Hæc & non plura refert de abbate Gerwico MS. R. ſeu Chronicon Martini abbatis. In antiqua quadam pictura, cujus effigiem damus, hæc verba ſubſcripta leguntur: Gerwicus abbas S. Petri ſtatum monaſticum gnaviter conſervatum, & multis fidelium donationibus adauctum moriens reliquit. Quod tamen abbas Gerwicus vixerit ſub Balduino archiepiſcopo Salisburgenſi XV. qui ab anno 1041. usque ad annum 1060. eccleſiæ metropoliticæ hujus ſedis præfuit, patebit ex litteris quibusdam donationum ſequenti numero adducendis. Annus obitus non conſtat, bene autem Dies, quæ notata eſt in antiquo quodam necrologio membraneo, ubi legitur: *Gerwicus abbas noſtræ congregationis* 28. *Decembr.* de anno autem obitus antiqui haud erant ſolliciti.

X. Qui Monaſterium ex quorumdam donationibus auxit.

Donationes, de quibus certo conſtat, quod factæ fuerint ſub abbate Gerwico ſunt ſequentes, & recenſentur in ſæpe dicto magno donationum libro membraneo ſeu manuſcripto codice M. & quidem *prima* num. 116. ſic ſonat: „Cunctis pateat, quendam „nobilem virum n. Engilram quandam ſui „juris proprietatem leidrateswech vocita„tam pro remedio ſuo, ſueque uxoris n. R. „in manus Baldwini archiepiſcopi, & ab„batis Gerwici ad altare Sci P. fratribus „Deo inibi ſervientibus tradidiſſe perpetua„liter poſt ſuum prefateque conjugis obitum „poſſidendam. Iſti ſunt teſtes Meginhart „com. Engilpht, Adalpht, Gerhoh, Aribo, „Pabo, Meginhart, Ippo, Tuoto". *Secunda* cum aliquot ſequentibus donationibus ob connexionem videntur etiam factæ ſub abbate Gerwico: n. 117. legitur hæc donatio: „Agnoſcat quisquis fidelis quendam „libertinum Heinricum talem proprietatem, „qualem habuit in loco, qui dicitur Iſin„grimiſtat, pro ſui, parentumque ſuorum „dediſſe remedio ad altare Sci P. nec non „pro filio, ſi aliquem frater ſuus gigneret „Pezili, quem ad monachicam vitam in „Salzburch tradere vellet. Iſti ſunt teſtes „Othachar, Arnhalm, Reginhart, Perh„tolt. *Tertia* n. 118. cognoſcant Chriſti fi„deles, quod mulier quedam n. Abauuip „ancillam ſuam ahalam tradidit ad altare „S. Petri in Salzpurch, ubi cenobitæ ſunt „monachi, eo tenore, ut per ſingulos an-

nos

„nos ſolvat, den. quod ſi ſuperſederit III. „annos, & in quarto per totum non ſolve„rit, ſciat, ſe propriam famulam eſſe fra„trum prefato altari ſervientium. Hujus rei „teſtes ſunt Pertolt, Gerhoh, Truont, Si„gipolt, Pruininhc, Wazili, Pezili, Limpht. Donatio, quæ ſequitur num. 119. jam mentionem facit de ſucceſſore Gerwici Reginwardo. Reperitur tamen una vel altera in eodem codice n. 140. quæ ad Gerwicum ſpectare videtur. *Quarta*: „Cunctorum pa„teat noticie, quod quidam fidelis vir, no„mine Engilpero, duo mancipia per manus „Fridarici ad altare S. Petri legavit, ut vi„delicet V. denarios ſingulis annis illo per„ſolvant, ſi vero duos annos neglexerint, „& in tertio non emendaverint prebenda„rio ſervitio monachorum ſubjaceant, quem „cenſum Goutta ad præſens ſolvat, & filia „ipſius Diemdth Adelhaide, quoad vivat, „deſerviat, pro ea cenſum reddat. Teſtes „Luitolt, Oze, Chadalhoh, Aribo, Wal„there, Raſſolth, Tuotile, Luitfrih, Alt„man". Sub eodem numero reſpective do„natio *quinta* hæc eſt: Pateat cunctis fide„libus, quod quidam clericus n. Routker „ancillam ſuam n. Pezalam ſuper altare S. „Petri cum poſteritate ſua dedit, videlicet „pro annona ſibi ſolvenda, Gerwico abba„te idipſum adimplente, quod cum teſti„bus ſubſcriptis confirmandum eſt per ma„nus Orendili aduocati, Lacco, Luitolt, „Ohe, Gunle, Luitfrith, item Luitfrith, „Pezile, Pezile, Mezil, Wizile, Lantolt, „Samſon". Forte etiam *Sexta* ſub n. 141. ad Gerwicum abbatem ſpectat donatio, quæ ſic habet: „pateat cunctorum noticie, quod „quidam fidelis vir n. Nordunic cœleſti de„ſiderio accenſus pro redemptione anime „ſue, parentumque ſuorum ad altare S. „Petri, ubi cœnobite ſunt monachi, pote„ſtative legavit, ad eorundem fratrum uſus „talem proprietatem, qualem ipſe de Tagni„no ad Gebinningon concambiendo accepit: „& ut ſtabilior eſſet ipſius legatio, veſtitu„ram prædictis fratribus eadem hora extra„didit, hujus rei teſtes ſunt Heinrich, Re„ginhart, Pabo, Pezile, Plidolf, Saban, „Perhtolt, Dietmar, Liutolt, Uzi, & Oze, „Reginhart, Adalman, Ezeman". Jam expliciunt ea, quæ de abbate Gerwico reperiri potuerunt in vetuſtis, & recentioribus manuſcriptis. Sed jam progrediendum ad Gerwici ſucceſſorem in Abbatia, qui juxta omnes catalogos fuit abbas in ordine XXVII. *Reginwardus.*

REGINWARDUS,
ABBAS XXVII.

XI. Sub *Reginwardo* fundatum fuit monasterium Admontense, ubi

In locum *Gerwici* morte sublati successit REGINWARDUS abbas in ordine vigesimus septimus, qui, ut omnia conveniunt manuscripta, supremum diem clausit anno 1077. quamvis de anno regiminis incœpti vestigium non exstet. Hujus abbatis regimen nihil magis commendat, atque simul historiam monasterii illustrat, quam quod anno 1074. sub hoc abbate a B. Gebhardo archiepiscopo Salisburgensi fundatum fuerit cœnobium celeberrimum Admontense in Styria, & ad illud gubernandum ex nostro monasterio ad S. Petrum primo missus fuerit pro administratore ARNOLDUS, postea autem pro I. Abbate ab eodem piissimo fundatore constitutus fuerit ISINGRINUS, pariter Monasterii nostri cœnobita: fundationem hujus Monasterii celeberrimi Admontensis a S. Gebehardo factam breviter, & solide præter alios describit eruditus historicus Salisburgensis Marcus Hansizius in vita S. Gebehardi Archiepiscopi Salisburgensis pag. 177. n. XI. & XII. qui, postquam plura retulit de S. Gebehardo laude diguissima, præsertim, quod Episcopatum Gurcensem erexerit, de dicta fundatione in Admont ex monumentis Admontensibus ita scribit: „Spatium „adhuc vacabat Gebhardo de monasterio, „quod dudum mente conceperat, extruendo cogitandi, pro quo locum, quum circumspiceret, ab hominum occursatione „secretum, delatus inter montana ad vallem quandam juxta Anasum fluvium deliberationem instituit, in qua triduum continuum jejunus exigit. Arridebat solitudo, atque ipse horror eminentium circumquaque montium vitæ rerum speculatrici „opportunus. Valli nomen erat *Admontes*, „in qua prædia fuerunt illa, quæ quondam „Henricus sanctus Imperator Wilhelmo comiti frisacensi donaverat: post ejus obitum Hemma conjux, Gurcensium fundatrix, Baldwino Archiepiscopo, & S. Ruperto tradiderat cum aliis prædiis ad cœnobium ibidem fundandum. Hoc itaque „consilium executurus Gebhardus, quum „ea loca, quemadmodum dixi, lustrasset, „angebatur tamen ob asperitatem itinerum, „per quæ, nisi clitellis, inferri necessaria „non possent. Ibi ferunt hominem natura „surdum, & mutum subito in hæc verba „sermone teutonico prorupisse: *tu debes inchoare, Deus debet consummare.* Neque „deinceps edidisse vocem; dum multos post „annos ad Gebehardi tumulum aurium, & „linquæ usum recepit. Quo oraculo, dubitatione sublata, manus operi adjecta, „Monasterium conditum, quod ex loco nomen *Admontes* accepit. Quod interea, „dum locaretur, Gebhardus Romam profectus est ad Concilium a Gregorio Papa „indictum ad hebdomadam primam quadrageſimæ anni 1074. ubi Papa totis jam „viribus ad revellendas aliquando Simoniæ „& incontinentiæ clericalis fibras incubuit. „Impositum episcopis sub anathematis pœna, ut decretum omni studio, atque o-, cius exequerentur. Qua in re tametsi ne„mo studiosius Gebehardo curam ad mau„data tam salutaria intenderet, tamen in „tanto clericorum fremitu, qui undique „existebat, rem sedatius, quam Pontifici „videretur, aggressus est, propterea ab „eodem per epistolam reprehensus, ut mox „dicetur. An quod præviderat Archipræ„sul tempestatem, quæ immineret, festi„nandum putavit in absolutione Cœnobii „admontensis nuper incœpti? igitur *anno* „dicto *MLXXIV. ordinationis suæ XV. or„dinationis Papæ Gregorii VII. secundo; Im„perii Henrici IV. decimo septimo, die III. „Kal. Octobris, indictione XIII. Monasterium „in honore sanctæ Dei genitricis Mariæ, san„ctique Blasii Episcopi, & Martyris dedica„vit, duodecim monachos Sacerdotes ad servien„dum Deo constituit, præposito eis Abbate Ar„noldo &* deinde *Isingrino, ad quorum stipen„dia & vestes, nec non & hospitum, & pau„perum sustentationem prædia tradidit,* ea præ„primis, quæ quondam *Hemma comes de „Friesaca, & de Truchsen post mortem mariti „sui Wilhelmi comitis* eum in finem reliquerat, aliaque, quæ Gebehardus ipse *præ„fecturæ suæ tempore diversis commutationibus, „& transactionibus conquisiverat: Dominicalia „namque*, id est illa, quæ ad rem Juvaven„sis ecclesiæ propria attinebant, *attingere „noluit.* Ita Anonymus Admontensis, quem „sequimur". Hucusque Hansizius. Hanc ipsam narrationem, sed longiori filo pertexit noster in antiquitatibus versatissimus Abbas Amandus, qui operoso volumine, cujus autographum manu propria hujus Abbatis scriptum ad manus habemus, chronicon Admontense in duos libros distinctum ante centum & aliquot annos, anno videlicet 1657. conscripsit. Habetur hæc ipsa, quamvis longior narratio de fundato Monasterio Admontensi L. 2. Chron. Admont. c. 1. §. 3. pag. 5. ubi & quædam formalia ex ipso primo fundationis instrumento, nec non Lib. I. & Lib. III. manuscriptorum Admontensium allegat, ex quibus etiam, ut ipse fatetur, suas notitias deprompsit Hansizius.

XII. Ex nostro Monasterio primus Administrator Arnoldus post illum autem

Quamvis autem in præcedenti narratione de fundatione Monasterii Admontensis, & constitutis ad dirigendum novum Monasterium *Arnoldo*, & *Isingrino* nulla fiat mentio expressa, quod fuerint de nostro Monasterio ad S. Petrum hic Salisburgi, id tamen a nullo ex Admontensibus in dubium vocatur, testanturque ipsa antiqua manuscripta Admontensia, quæ statim referemus ex testimonio D. Amandi Abbatis nostri, cui hæc non tantum fideliter fuerunt communicata, verum etiam L. 3. MSS. Admontensium apud nos in vetusto Codice H. descriptus habetur, ut infra dicemus. Audiri merentur ipsa formalia D. Amandi Abbatis nostri in Lib. II. Chron. Admont.

Admont. c. 2. de catalogo & succeſſione Abbatum Admontenſium §. 2. ubi ſequentia leguntur de *Arnoldo*: „Ordior Catalogum „primorum DD. Abbatum a primo Admi„niſtratore Arnoldo, cujus catalogus Ad„montenſis in L. 1. MS. Admontenſi nullam „prorſus mentionem facit, uti neque cata„logus impreſſus. Hic Arnoldus mona„chus e Monaſterio S. Petri Salisburgi an„no 1024. quo B. Geberhardus Admonten„ſe cœnobium incœperat, modo proviſorio „uti adminiſtrator ab ipſo Geberhardo po„ſitus & conſtitutus fuit; ita non tantum in „libro tertio manuſcripto admontenſi n. 5. „verum etiam in catalogo DD. Abbatum S. „Petri ſub Abbate Reginwardo n. 27. repe„rio. Manuſcriptum illud ita ait: *Mox „quaſi divinitus accepto oraculo* (B. Gebehar„dus) *intrepida mente proniſſimo ſtudio Mona„ſterium cœpit conſtruere, ſacris veſtibus, & „marmore copioſo ornare, redditibus ditare, „Arnoldo monacho de Monaſterio S. Petri ad „proviſionem ipſius loci adſcito, favente Domi„no Reginwardo venerabili Abbate S. Petri. „Sed prædicto Arnoldo propter paupertatem „loci non diu hic durante, Iſingrinus ab eodem „Archiepiſcopo ſubſtitutus.* Hæc MS. L. 3. „Non integro anno præfuiſſe Arnoldum „credibile eſt, nam anno 1075. ſubſtitutus „fuit Iſingrinus, ut ait Lib. 1. MS. Admon„tenſium n. 7.“ Hæc in terminis propria manu Amandus Abbas. Huic auctoritati ex antiquitatibus admontenſibus petitæ, cui nulla alia comparanda, pro majori tamen dilucidatione adiici poteſt narratio Mezgeri noſtri, quæ in ſua hiſtoria Salisburgenſi pag. 321. ita ſonat: „Abbatem „cœnobii Gebhardus ex S. Petri Monaſterio „petivit. Præerat tunc eidem Reginwar„dus ſupra memoratus: is ad votum divi „fundatoris Arnoldum ſui Aſceterii mona„chum virtute & prudentia eximium dedit, „quem clavo Admontenſi Gebhardus ad„movit. Numerus Monachorum ab ipſo „primo definitus, ne minor ſcilicet eſſet, „duodenus fuit: qui auctis hodie plurimum „opibus & accurſu Deo ſervientium pæne „in ſeptuplum excrevit. Arnoldus iſte pri„mus Admontenſis Antiſtes non multis an„nis cœnobio præfuit. Cum enim ingru„ente Henriciano Schiſmate omnia ſusque „deque verterentur, & bona Eccleſiæ ei„dem collata paſſim ab aliis diriperentur, „cum venia Gebhardi pedum ceſſit Iſingri„no, qui inter illas tempeſtates temporum „clavum poſtea viriliter tenuit, donec ſe„renior aura ſuccederet. Favente Deo hoc „Monaſterium poſt dura & aſpera olim to„lerata alrius caput extulit, tam opulentia „reddituum, quam religione conſpicuum. Hæc Mezgerus.

XIII. Primus Abbas conſtitutus fuit *Iſingrinus*.

Minus dubium eſt de *Iſingrino*, quod non tantum fuerit ex noſtro Monaſterio, verum etiam, quod pro Abbate primo in neofundato Monaſterio Admontenſi ab ipſo Beato fundatore Gebehardo fuerit aſſumptus. Ita conveniunt catalogi abbatum Admontenſium omnes tam impreſſi, quam manuſcripti, ex quibus ſpecialiter unum edidit Buzelinus anno 1655. alius vero anno 1662. Græcii typis prodiit panegyrico calamo pulchre concinatus, ex quibus haud dubie etiam ſuum ordinem mutuavit Mezgerus noſter, quem in catalogo Abbatum Admontenſium hiſtoriæ ſuæ Salisburgenſi ad finem operis cum aliis ejusmodi inſeruit, ubi de *Iſingrino* ſequentia habet: pag. 1194. „Primus fuit *Iſingrinus* ex Mo„naſterio S. Petri Salisburgi acceptus ab „ipſo B. Gebhardo novæ Eccleſiæ Admon„tenſi præfectus, quem ſexdecim annorum „patientia, qua loci horrorem & pauper„tatem, iteratam vaſtationem, plurimas „ærumnas tulit, merito canonizavit. Fun„datorem B. Gebehardum ipſe ſepelivit in „Admont“. Ita citatus catalogus. Ut autem exactius ſciamus, quis *Iſingrinus* monachus, & confrater noſter fuerit, qui dignus inventus, ut ſub Abbate noſtro Reginwardo primus eſſet Abbas in tam celebri Monaſterio, quod B. Gebhardus admontes fundavit, quæ geſſerit, quamdiu Monaſterium rexerit, quæ adverſa tulerit, & qualiter demum ab ipſo primo Abbate Iſingrino piiſſimus, & munificentiſſimus fundator Gebhardus in Admont ſepultus fuerit, relatu digni ſunt omnes litterarum apices, quos ſæpe laudatus antiquitatum collector D. Amandus Abbas in cit. chronico Admontenſi (quod apud nos exſtat autographum ſub ſigno WW.) Lib. II. c. 2. §. 3. de hoc Iſingrino primo Abbate nobis reliquit. „Iſingrinus Monachus ad S. Pe„trum Salisburgi profeſſus ait, redeunte „Arnoldo domum, a B. Gebehardo fuit „ſubſtitutus & tanquam primus Abbas in„ſtitutus in Admont anno Domini 1075. „qui cum novellam plantationem ſedulo „adminiſtraret, auctis a B. Gebhardo red„ditibus illorum temporum iniquam fortu„nam ſumma patientia pertulit. Sub hoc „etiam Abbate diſſidium illud in Eccleſia, „& Imperio ortum fuit, inter Gregorium „VII. & Henricum IV. de quo in vita B. „Gebhardi L. 1. c. 9. Sub hoc B. Gebhar„dus fundationis litteras erexit, quæ po„ſtea a ſucceſſoribus confirmatæ. Sub hoc „ipſe tandem Gebehardus in exilium pulſus „eſt, devaſtatum a Bertholdo Monaſterium „Admontenſe. In ſolitudinem rurſus re„dacta Admontina vallis, diſperſi monachi „ſacer theſaurus, quem S. Gebehardus eo „donaverat, expilatus; Betholdus etiam „intruſus Archiepiſcopus Salisburgenſis fre„tus Imperatoris Henrici armis in odium „Gebehardi, qui Imperatoris factioni non „adhærebat. Sub hoc tandem, reſtituto „Gebehardo, reſtauratum Monaſterium ab „eodem Gebehardo, ubi & donationibus „amplioribus ditavit locum beatus Præſul, „qui ſub eodem Abbate defunctus, & in „Admont deportatus ſolenni pompa ſepul-

„tus

„tus est, maximo Isingrini, & filiarum com-„plorantium dolore. Vix vitam finierat Ge-„behardus, dum iterum Bertholdus invasit „Salisburgensem sedem, tunc jure suo poti-„tum se ratus, cum e medio sublatus esset „legitimus Antistes. Mox iterum, ut vel „memoria etiam Gebehardi sepeliretur, Ad-„montensem agrum devastavit, & e Mona-„sterio Admontensi reparato, bustum fecit. „Hæc mala forti animo pertulit Isingrinus „per sedecim annos Præsul constantissimus, „ab anno nimirum 1075. usque ad annum „1090, quo mortuus & sepultus est in atrio „Basilicæ S. Mariæ. Hæc colliges ex ma-„nuscriptis Admontensibus L. 1. n. 7. & seqq. „& Lib. III. n. 5. & seqq.„ Hucusque Amandus noster. Qualis autem inter hæc iniquissimæ fortunæ tempora in nostro Monasterio ad S. Petrum facies fuerit, in vita S. Thiemonis Abbatis nostri, & postea Archiepiscopi Salisburgensis dicendum occurret. Reginwardus enim Abbas noster, de quo hic agimus, illo tempore jam dudum erat mortuus. Hæc omnia, quæ hactenus dicta sunt de B. Gebehardo, & fundatione Monasterii Admontensis, de Arnoldo Administratore, & Isingrino primo Abbate a beato fundatore ex nostro Monasterio assumptis, & in suo novo Monasterio pro regimine ordinatis, hæc, inquam, omnia recensentur in pretioso, & vetusto codice membraneo H., ubi & sunt opuscula discipuli Eberhardini: in hoc namque codice de sæculo respective XII. legitur a pag. 27. usque 35. vita B. Gebehardi, & historia Monasterii Admontensis ab eodem fundati, quæ descripta fuit ex manuscripto L. III. Admont. a num. 1. usque ad n. 45. quod tamen chronicon Admontense in nostro manuscripto H. pertingit usque ad annum 1177. & pariter in numeros, sicut MS. Admontense distinctum est. Ex quo fonte Canisius, Basnage cit. D. noster Amandus Abbas, Mezgerus, Hansizius & alii suas aquas hauserunt, & in alios effluere fecerunt.

XIV. Eodem Reginwardo vivente etiam aliquæ donationes sunt factæ.

Sed jam denuo revertendum ad Abbatem nostrum Reginwardum, quo vivente non tantum ad recenter fundatum Monasterium Admontense assumpti fuerunt duo nostri cœnobitæ Arnoldus, & specialiter pro primo Abbate Isingrinus, sed etiam aliquæ donationes factæ fuerunt Monasterio, quæ recensentur in sæpe cit. vetusto manuscripto & donationum libro M. ubi quatuor ejusmodi donationes leguntur, & quamvis tantum in prima de Reginwardo Abbate mentio fiat, credibile tamen est, etiam tres sequentes sub ejus regimine accidisse. Prima n. 119. sic sonat: „Pateat Christi fidelibus qualiter „quædam Pardiu de Halla n. Diezwis non „legitime martiali thoro conjuncta de servi-„tio soluta sit, quod sub diurna annona de-„buit fratribus servientibus Altari S. Petri „Salzburgensis Ecclesiæ, ubi sub monachi-„ca religione Deo ministratur, quod dino-„scant factum esse gratia Reginwardi Abba-„tis & consensu fratrum ipsius, ea tamen le-„ge, ut in singulis annis representet prefa-„to altari duos denarios, filius vero ipsius „5., sed filia 3. & sic omnis posteritas eo-„rum. Isti sunt testes ad aures tracti Prun, „Sampson, Siutolt, Udalrich, Dietmar, „Engilpero, Wizili, Switzer, Wolfpero, „Rufus, Primicho, Ebarsun, Cantlo, „Ruotker, Gozziusun.„ *Secunda* n. 120. „Pateat Christi fidelibus, quod quidam fi-„delis vir Azili & uxor sua Raccha ad altare „S. Petri tradidit servum suum Dietmarum, „suamque posteritatem pro duobus denariis „eo scilicet tenore, ut si duos annos superse-„derit præfato altari, sciat in perpetuum se serviturum. Hujus rei testes sunt Geholi, „Dietmar, Samson, Upo, Altman.„ *Tertia* num. 121. „Cognoscant cuncti fideles „Christi, qualiter quidam fidelis vir n. Uzi „sui juris ancillam n. Diemout, ejusque „partum ad altare S. Petri pro remedio pa-„tris sui, animæque suæ pro uno denario „singulis annis solvendo tradiderit eo teno-„re, ut si tres annos continuos ipsum cen-„sum reddere dimiserit; jam postea sciat se, „suamque posteritatem in proprium servi-„tium fratribus prefato altari servientibus „cogi. Isti sunt testes per aures attracti „Wezo, Uzi, Wazaman, Azaman, item „Azaman, Wolfger, Liutpolt, Heride-„gan. *Quarta* n. 122. „Pirna indi nomine „suam famulam Bezala nuncupatam ad S. „Petrum pro remedio animæ suæ tradidit, „ut singulis annis censum duobus denariis „persolveret ea ratione, ut si tres annos „prætermitteret, servituti subjiciatur. Hu-„jus rei testes sunt Jacob, Azamar, Ge-„rolt, Enziman, Liutfrid, Wizili, Ruod-„ker, Cuuzi, Altipolt.„ Hæc de Abbate nostro Reginwardo, qui bonus & pius antistes Monasterii nostri post initia Admontensia morte sublatus anno 1077. Abbatiam reliquit *Irimberto*, de quo pariter pauca nobis reliquit posteritas, præsertim cum ipsius regimen fuerit sat breve, post biennium namque, ut statim dicemus, assidua potius corporis infirmitate, quam abbatiali onere pressus, munus pastorale deposuit, idque in fortes humeros, ait Mezger noster, S. Thiemonis tam Monachorum voto, quam Gebhardi assensu collatum.

IREMPERTUS,

ABBAS XXVIII.

AB ANNO 1077. USQUE AD ANNUM 1079.

I.

De Iremperto, qui ob calamitates post duos annos resignavit,

REGINWARDO succeſſit in Abbatia S. Petri anno 1077. IRIMPERTUS, qui tantum duobus annis præfuit, nimia ſiquidem & continua debilitate gravatus Abbatiam iterum iis, a quorum manibus prius acceperat, anno 1079. reſignavit; quamdiu autem poſt abdicatam Abbatiam vixerit? incompertum eſt. Hæc & non plura habemus ex Chronicis & Mannſcriptis noſtris domeſticis. His ſane addendum, quod credibile ſit non tam Corporis, quam animi infirmitatibus quaſi compulſum fuiſſe ad deponendum paſtorale onus. Fuerunt enim illa calamitoſa tempora, S. Gebehardo in Eccleſia Salisburgenſi ab anno 1060. usque ad annum 1083. clavum tenente, quod propter diſſidia inter regnum & ſacerdotium graviſſima ſcandala fuerint exorta, bona Eccleſiarum ſpoliata, paſtores a ſedibus expulſi, fures & latrones intruſi, qui in Germania ſacra profanis permiſcebant. Erat longiori tempore magna inter Pontifices & Germaniæ Reges conſenſio, ſed ſub Henrico IV., ſuperſeminante inimico homine zizania, eo ferme deventum eſt, ut filii Patrem, qui tunc erat Gregorius VII. SS. Pontifex, ejurarent; quod, cum pleriſque non laici tantum, ſed etiam Antiſtites facerent, unus cum pauculis GEBEHARDUS oprobrium crucis antetulit ægyptiorum theſauro, non metu, non exemplis, non ærumnis in transverſum ſe agi paſſus. Ipſe enim B. Gebehardus e ſede Salisburgenſi, qui inimicis Chriſti & Eccleſiæ reſiſtere non potuit, in exilium abiit, in quo novem annos mox in Sueviam, nunc in Saxoniam migrando cum ſui ſimilibus catholicæ veritatis confeſſoribus transegit. Mox autem Henricus IV. hominem ſuæ factionis participem *Bertholdum de Mosburg* in orbatam ſedem Salisburgenſem intruſit, qui Bertholdus non more paſtoris ſe geſſit, ſed furis & latronis. Ut autem in compendio tantum (priusquam plura dicamus in vita Thiemonis) quandam habeamus notitiam de calamitate, qua tunc preſſa, & quaſi oppreſſa

oppreſſa fuit Eccleſia Salisburgenſis, adjicere lubet narrationem auctoris vitæ S. Chunradi Archiepiſcopi, quam citat Marcus Hanſizius in vita Gebehardi n. XXI. & ex qua colligi poterit, quis Bertholdus fuerit, & quantum durante hoc pernitioſo Schiſmate deſævierit. „De hoc Bertholdo,„ inquit hic auctor, „res exigit aliqua „dicere: nos curioſitati lectoris ſatisfacere „cupientes, de Mosburg hunc fuiſſe fra„trem nobiliſſimi Principis Burchardi nomi„ne accepimus. Hic ab Imperatore Henri„co ſeniore ſuperpoſitus Gebehardo Archie„piſcopo multa in epiſcopatu mala commi„ſit, faventibus & cooperantibus tam prin„cipibus atque inferioris ordinis nobilibus „hominibus Eccleſiæ, quam etiam mini„ſterialibus & canonicis de choro. Nam „Sacrarium majoris Eccleſiæ, in quo rerum „pretioſiſſimarum, librorum videlicet & ca„licum aureorum, gemmis mirifice deco„ratorum, variæque ſuppellectilis pretioſæ „tanta fuiſſe copia ab antiquis recondita „narratur, ut per totam Bavariam in nulla „Eccleſia nec major, nec ſimilis inveniri „poſſe tunc temporis diceretur, iſte ita ever„tit, ita diſſipavit, ita evacuavit, ut vix „reliquias iſte, de quo nunc ſermo eſt, Chun„radus inveniret. Redditus quoque epiſco„pales, quos non militibus conceſſit, pro „vanitatibus ſuis impignoravit. Nec Deum „timens, nec hominem reveritus; dumo„do nobiliſſimum epiſcopatum, quem ſine „æmulo, nec imperiali auctoritate omnium „nobilium & miniſtrorum ſuorum tyranidi „adſtipulantium potenter tenere poterat, „ſubverteret, juſtisque ac legitimis epiſco„pis inutilem redderet, expulit, & in exi„lium coëgit virum ſtrenuum & catholicum „Gebehardum videlicet Archiepiſcopum.„ Hæc ille. Igitur inter has calamitates fractus haud dubie, gaudenti animo regimen ſuum Abbatiale depoſuit poſt biennium Abbas *Irempertus*.

II. Exſtat Catalogus Monachorum, quorum aliqui vel ſub ipſo vixerunt, vel mortui ſunt.

Quamvis autem in particulari nihil ſciatur de hoc Irimperto Abbate noſtro, exſtat tamen in ſæpe cit. manuſcripto M. aliquis catalogus Monachorum, ubi in primo locó ſcripti ſunt tres nunc recenſiti Abbates, Gerwicus, Reginwardus, & Irimpertus. Hic catalogus reperitur num. 62. in 3. & 4. col.

Gerwicus, Presbiter & Abbas.
Reginwardus, Presbiter & Abbas.
Irempertus, Presbiter & Abbas.

Menginghoh, Pr. & Mon.	Luitkob, Pr.
Werthueri, Mon.	Luitoldus, Mon.
Pobpo, Mon.	Pertoldus, Mon. Prbr.
Adalbertus, Pr. Mon. & Abbas.	Hartwicus, Mon.
Luikoh.	Fridaricus, Pr. & Mon.
Adalbertus, Mon.	Engilbertus, Mon.
Luikoh.	Udalrich.
Henricus, Pr. & Mon.	Hartuuinus, M.
Wichil, Mon.	Gotifridus, M.
Heimo.	Hartuuicus, M.
Luitoldus, m.	Pertoldus.
Hartwic, M.	Manegoldus, M.
Rodbt, M.	Heinricus, M.
Otto.	Adalman, M.
Willahalm.	Wiklandus, M.
Salamanus, Mon.	Chropht, Mon.
Heinricus.	Rudigerus, Mon.
Gotafridus, M.	Megingoz.
Adalmanus, M.	Pero, Mon.
Adalhalmus.	Aribo, Mon.
Fridaricus, Mon.	Lutoldus, Mon.
Wilihalmus Mon.	Sigibotto, Mon.
Eumboldus, Mon.	Willhalmus, Mon.
Lertoldus, M.	Heinricus, Mon.
Euchmanus, Mon.	Pezili, Pr. Mon.
Chadahohe.	Weinhardus, Mon.

Ex hoc tamen catalogo nequit colligi, an iſti omnes recenſeantur pro defunctis? an iſti Monachi vixerint ſucceſſive ſub iſtis tribus Abbatibus? Item quis ille Adalbertus Prb. & Abbas fuerit? an forte Albertus I. Succeſſor Thiemonis? an vero Abbas confœderatus? vel quid demum? nulla enim poſita eſt ſuperius neque de ordine viventium, neque de ordine defunctorum Rubrica.

SÆCULUM SEXTUM

AB ANNO 1082. USQUE AD ANNUM 1182.

S. THIEMO,

ABBAS XXIX. ARCHIEPISCOPUS SALISB. ET MARTYR.

AB ANNO 1079. USQUE AD ANNUM 1090.

I. S. Thiemonis vitam & Martyrium quinam scripserint?

In aurora exorientis Sæculi a fundato episcopatu, & condito Monasterio nostro sexti illustris apparuit stella, in ortu candida, in occasu rubicunda, S. THIEMO, seu, ut a quibusdam vocatur *Theodemarus*, & *Dietmarus*, nobilis Bavarus ex Monacho Nideraltachensi, Bavariæ inferioris celebri Monasterio, Abbas ad S. Petrum Salisburgi, ex Abbate Archiepiscopus Salisburgensis, & demum post toleratas ærumnas pro fide Christi inter summa tormenta Martyr invictissimus, & glorioſissimus. Vitam & Martyrium S. Thiemonis scripserunt plures: Eruditus Historicus Marcus Hansizius in sua historia Salisburgensi in vita Thiemonis allegat auctorem anonymum, nobis quidem hactenus incognitum, quem dicit contemporaneum ferme sancto Thiemoni fuisse, ex quo pleraque desumpsit idem auctor, illustrans pariter vitam hujus sancti Archiepiscopi & Martyris a n. I. usque XXVI. tam historicis, quam chronologicis reflexionibus, ita ut nihil tam de historia, quam de eruditione deesse videatur. Si autem ita est, quod hic anonymus, quem continuo citat auctor, fuit ferme contemporaneus sancto Thiemoni, tunc, si non majorem, eandem certe fidem meretur, quam anonymus Admontensis, seu chronicon Admontense, apud nos exstans in sæpe citato manuscripto codice H., quod Chronicon, complectens vitam B. Gebe-

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

hardi, initia dicti Monasterii Admontensis, vitam & Martyrium S. Thiemonis cum aliis, descriptum est ex L. 3. MS. Admontensi a n. 1. usque n. 45., in quo manuscripto codice leguntur a n. 18. usque 22. acta, persecutiones, & tandem glorioſum Martyrium S. Thiemonis. Sunt autem & alii, qui de S. Thiemone scripserunt: Gewoldus in annot. ad Hundii Metrop. Tom. I. fol. 58. in marg. Hundius in Catalogo Archiepiscoporum Salisburgensium, Canisius antiq lect. tom. 4. fol. 667., ubi ait, comitem Medlingensem ejus cognatum fuisse; Brunnerus in Annalibus Boic. p. 3. fol. 151. Raderus in Bavaria sancta tom. 1. fol. 121. Non minus fidelis & eruditus antiquitatum nostrarum collector venerabilis D. Amandus Abbas noster vitam & Martyrium S. Thiemonis in descript. SS. Reliq., quæ in Ecclesia Cathedrali asservantur cap. 32. per 5. §§. eruditissime exponit, & demum longe ante Hansizium supra memoratum noster P. Mezgerus Lib. 3. cap. 32. 33. 34. & 35. solide & erudite omnia complexus est, quæ de ortu, vita S. Thiemonis, promotione ad Abbatiam, & ad Archiepiscopatum, de ejus captivitate, gravissimis ærumnis, & exilio, de expeditione in terram sanctam, & demum de Martyrio S. Thiemonis dici potuerunt. Nos jam ex his per compendium dabimus vitam, Abbatiam, Archiepiscopatum, persecutiones & demum glorioſum Martyrii certamen dicti sancti Martyris quondam in Monasterio nostro Abbatis.

II. Thiemo nobilis Bavarus, antea Monachus in Monasterio Nideraltachensi, postea

Thiemonem ex familia Comitum de Medlingen in Bavaria traxisse ortum, testantur, omnes, quotquot de ipso scripserunt: primam statim ætatem Deo in monasterio Nideraltachensi consecravit, ubi cum ad omnia scientiarum genera docile ingenium haberet, divinis, humanisque scientiis, imo & mechanicis artibus, uti sunt pictoria, sculptoria, & fusoria lapidum, apprime imbutus fuit. Testantur id non solum dicti auctores, sed & ipsa, quæ adhuc exstant in nostro Monasterio S. Petri, tum in Admontensi specimina, sic in utroque hoc Monasterio imagines beatissimæ virginis ex lapide fusæ, & ad S. Petrum etiam ligneâ S. Benedicti effigies perquam artificiose exsculpta monstrantur, uti & alia minuscula S. Christophori Martyris ex ebore. Prostat hodie in ecclesia S. Petri Salisburgi prope sacrarii introitum in altari ex marmore recenter exstructo pulcherrima imago beatissimæ virginis Mariæ antiquissimæ figuræ ex lapide fusa, quæ ex antiqua traditione beati Thiemonis opus esse dicitur, & creditur, cui Admontenses imagines admodum similes apparent; ob quam piam, & quasi certam traditionem in supradicto novo altari anno 1760. primum exstructo imago S. Thiemonis in Superiori loco effulget, & omnium veneration exposita est. Adolescentiam ergo non tantum his artibus, sed etiam præclaris virtutibus exornavit, quos flores manuscriptum H. depingit: „In Monasterio, ait, Altensi tam „regularibus, quam scholaribus disciplinis „traditus est imbuendus; huic ab adolescen„tia Sanctitas, innocentia, humilitas, „prudentia, omnisque scientiæ genus oble„ctationi fuit.„ Hæc MS. Cum vero Dæmon semper solet acrius infestare, quos ferventius advertit sanctitati studere, pium juvenem aggressus, iracundiæ passione animum ejus sollicitavit, ut etiam Thiemo sacrum habitum exuere, & de monasterio egredi præsumeret. Verum, cum fugitivo sacerdos notus obviaret, ab eo paterne reprehensus, ut regrederetur ad Monasterium, persuasus est. Pœnituit Thiemonem audacioris facti, moxque in genua provolutus, Sacerdoti, qui equum eidem ad reditum offerebat, respondit verba tanto juvene digna: *Reducat me pedibus submissa humilitas, unde superbia furiose exploserat.* Rediit ergo ad Monasterium, & cum gaudio receptus a fratribus, delicti pœnitentiam egit. Sequenti nocte senex grandævus ipsi apparuit, qui Thiemoni plura de futuro Archiepiscopatu, & Martyrio subeundo prædixit.

III. Ad Abbatiam S. Petri electus, a qua, dum illam bis deserere cogitur,

Cum autem post aliquot annos *Irimpertus* Abbas S. Petri Salisburgi ob continuas ægritudines munere Abbatiali sponte cederet, anno Christi 1079. Thiemo utpote singularium virtutum exemplar, annuente, & promovente B. Gebehardo Salisburgensi Archiepiscopo votis fratrum S. Petri in Successorem Irimperti, & Abbatem postulatur. Verum Henrico IV. Imperatore contra Gregorium VII. (ut jam supra mentio facta fuit in vita Abbatis Irimperti) summum Pontificem insurgente, cum Gebehardus Archiepiscopus, utpote defensor constantissimus veri, & summi Pontificis, propterea Archiepiscopatu potentia Imperatoris esset exutus, & spoliatus, aliisque illegitimus Bertholdus comes de Mosburg subrogatus, Thiemo abbas noster invasori, & incubatori sedis Salisburgensis communicare noluit, ideoque a Monasterio S. Petri, teste Trithemio in Chron. Hirsaug. ad annum 1077. fol. 26. in Hirsaugiense Monasterium tantisper secessit, ne forte ex ejus præsentia Monasterium S. Petri aliquid mali pateretur; nam ut manuscripta Admontensia testantur, etiam Monasterium Admontense, quod B. Gebehardus fundavit, evertit Bertholdus, & devastavit. Elapso triennio ad Monasterium S. Petri rediit, teste vitæ scriptore anonymo in manuscripto H. Verum, cum nec blanditiis, nec terroribus Bertholdi invasoris partes sequi vellet, iterum exulare cogitur, unde iterum Salisburgum, & Monasterium nostrum pius pater cum relictis orphanis relinquens, in Styriam profectus, non longe a Monasterio Admontensi in eremum se abscondit, ubi tamdiu delituit, donec Gebehardus legitimus Archiepiscopus, Admontensium fundator ex hac vita ad cœlum migravit. Paulo aliter de secundo ad

Mona-

Monaſterium noſtrum reditu ſcribit P. Hanſizius n. V.; dicit enim, quod Thiemo ante obitum B. Gebehardi ad Monaſterium ſuum fuerit reverſus ſic ſcribens: „Thiemo, cum „in cœnobio prædicto," nimirum Hirſaugienſi, „triennium exegiſſet, errantis pa„triæ labyrinthum, ſuique regiminis locum „repetere cœpit: quo invaſor Juvavenſis in „ſpem venit eum in partes inclinandi ſuas. „Egit omnia, ut viro Dei fucum faceret, „blanditiis, beneficiis, honoribus. Ve„rum is, ne afflaretur contagione lepræ, „rurſum deſerta Juvavia ad eremum Ad„montenſem ſe abſtulit, ibidemque adredi„tum usque Gebehardi Archiepiſcopi per„manſit, quo reſtituto, ut ſupra diximus, „ad annum 1086. tum, & Thiemo ad præ„fecturam ſuam reverſus eſt." Hæc cit. auctor.

IV. Ad ſedem Archiepiſcopalem per electionem vocatus eſt,

Quamprimum autem Gebehardus per beatam mortem naturæ debitum ſolvens Eccleſiam Salisburgenſem viduatam reliquerat, tunc, ſi unquam, opportuno tempore utens, uſurpator ille Bertholdus in vacuam ſedem Archiepiſcopalem tanto liberius ſe intulit. „Quod videntes, ad quos „pertinebat," (recitamus nunc cum Hanſizio & ex illo verba ſcriptoris Anonymi) „ineunt, prout res monebat, conſilium or„dinare dignum Gubernatorem Matrici Ec„cleſiæ. In partes primo diſcedunt, ut in „tali negotio aſſolet, uti cujusque natura, „& mores erant. Alii bene, alii ſecus con„ſulentes, unusquisque in ſuo ſenſu mox „abundat. A ſpiritualibus, & divino ſen„ſu ſuper cæteros homines vigentibus vene„rabilis Thiemo, dictante id eis Spiritu ſanc„to, honeſtiſſima ſuffragatione vocatus „epiſcopus. Alii quendam Adalberonem „Friſingenſis Eccleſiæ Decanum adſciſcunt „Antiſtitem. At ſupremus Arbiter me„dium ſe partibus interponens, qualiter hu„jus poſterioris electionem approbarit, ce„leris animadverſionis ſorte aperuit. Dies „enim colloquio decernitur, ut exhibi„ta electi utriusque præſentia in unum ex „his quoquo pacto ab omnibus conſentire„tur. Conveniunt eo Patavienſis epiſco„pus Altmanus apoſtolicæ ſedis legatus, „Dux (Welfo) comites, ſimulque de utro„que ordine grandis Eccleſiæ. Quo dum ſi„mul navigio prædictus Decanus pergeret, „medio amne ſub oculis admirantium pa„ventiumque immergitur, taleque omnis „controverſia compendium judicio Dei for„titur. Contiuuo enim concordatis parti„bus ab univerſis quaſi divinitus declaratus „Tyemo in cathedram Pontificalem lauda„tur, conſecratur, omniaque plenitudine „Metropolitani Juris firmatur." Hucusque anonymus, cui cit. celebris auctor n. VI. ſuperaddit: „quæ facta ſunt anno MXC. teſte „Bertholdo Conſtantienſi, qui ad annum „modo dictum: *In Bajoaria*, inquit, *fide„les S. Petri jam adeo contra Schiſmaticos inva„luerunt, ut in Salzburgenſi epiſcopatu catho„licum ordinarent Archiepiſcopum, quem ſtatim „religioſiſſimus Patavienſis epiſcopus ſolenniter „conſecravit.* Ad eundem annum Chroni„con Admontenſe: *Perchtoldus invaſor fer„vore Regis Henrici Metropolim Salzburgenſem „itidem occupat: contra quem tamen divinitus „excitata eſt fidelium conſtantia, qui in unum „convenientes electione canonica venerabilem Tye„monem S. Petri Abbatem Archiepiſcopum ſta„tuerunt, eique ad defenſionem Eccleſiæ caſtra „vel munitiones epiſcopii tradentes, præfatum „invaſorem de finibus Salzburgenſis Parochiæ „procul expulerunt.* Chronographi Salzbur„genſes etiam menſem, & diem electionis „pariter, & conſecrationis indigitant; *Tye„mo Archiepiſcopus eligitur VIII. Kal. Aprilis* „Chronicon Caniſianum habet VII. Kal. „Apr.) *VII. Idus ejusdem conſecratus* (ab „Altmano Patavienſi, Wirciburgenſi Adal„berto, & Friſingenſi Meginwardo) *ab Ur„bano Papa pallio honoratur. Albertus in Ab„batia* (S. Petri) *ſuccedit.* Pallium Archi„epiſcopale, quod Urbanus PP. transmiſe„rat ad Altmanum Patavienſem, hic idem „impoſuit humeris novi Metropolitæ." Ita ſolide, & erudite ex probatiſſimis documentis Hanſizius citatus.

V. In qua paucis annis multa laudabiliter geſſit, ſed plura perpeſſus, nam

Ordo jam exigit, ut quædam referamus, quæ tempore regiminis Archiepiſcopalis geſſit Thiemo ex noſtro Abbate electus Archipræſul Salisburgenſis, de quo equidem multa exſtant laude, & memoria digna, attamen optimus Præſul patiendo potius, quam agendo annos regiminis ſui, qui erant undecim, vel duodecim, conſumpſit. Placent ea, quæ de geſtis Thiemonis a. n. VII. usque ad n. X. recenſet ſæpe citatus Hanſizius. „Ejus res in Pontificatu geſtæ non „multæ ſuppetunt," inquit ille, „toleratæ „permultæ, ut poſtea dicemus: Anno MXCI., „quum Altmanus Patavienſis, eccleſiæ „Germanicæ per ea tempora columen de „hac vita migraſſet, VI. Idus Auguſti, is, „qui Thiemonem anno ſuperiore Juvaviæ „conſecraverat, *advolavit ad defunctum Tye„mo anhelus, ad oppidum Auſtriæ Zeislmauer, „& cum lachrymis uberrimis cadaver infudiſſet, „obtulit pro eo ſacrificium ſalutare, & corpus „venerandum cum honore debito in eccleſia S. Dei „Genitricis Gottwicenſi commendavit ſepulturæ.* „Uti refert B. Altmani Biographus. *Eodem „anno Giſilbertum Abbatem de Reitherſprunen „Admontenſi cœnobio præfecit, & tam pro „Chriſti, quam pro ejus amore terminos Mona„ſterii Awen nimis anguſtos plurimum dilatavit, „totamque in valle Parochiam cum omni Jure „ſuo, & alia plura nobis contulit.* Ita Chro„nographus Admontenſis. In tabulis Ad„montenſibus frequens mentio fit Tyemo„nis, veluti ſpecialis Euergetæ, cujus do„no acceptam ferunt curtem ex altera parte „alvei, qui dicitur Admont, ad Eccleſiam „ſancti Amandi epiſcopi, & reliquum ne„moris. Parochiam, & præconium ultra „flumen Aneſis cum eccleſia S. Amandi. „Patellam apud Halle cum Augia, quæ ad-

„jacet prædicto flumini, quas donationes „unacum aliis Romani Pontifices habuere „ratas. Albertus Abbas S. Pauli in brevia„rio Carinthiæ e monumentis sui Monasterii „narrat ad annum MXCI. Engelbertum Si„gifridi comitis Lavantini filium castrum „suum convertisse in claustrum Benedicti„num sub S. Pauli cognomine, cujus eccle„siam Thiemo episcopus dedicaverat. An„no MXCII. referente Bertholdo Constanti„ensi, *in Bajoariam venit Salzburgensis episco„pus Dimo, qui Patavienſi Ecclesiæ jam dudum „viduatæ ordinavit episcopum nomine Udalri„cum S. Augustensis ecclesiæ præpositum, eum„que in ipso die Pentecostes cum ipso Constantiensi „& Wormatiensi solemniter consecravit: hocque „magnam fiduciam dedit Catholicis, ut in fideli„tate S. Petri persisterent, & Schismaticorum „vesaniæ indesessus obsisterent.* Hæc ille. An„no MXCIV. ordinationis suæ sexto conse„cravit ecclesiam apud Halle. Ita Chrono„graphus Admontensis, quod Salisbur„gensis ponit ad annum sequentem. An„no MXCV. interfuit Synodo Placentinæ „circa mediam quadragesimam, uti scribit „Bertholdus, ibique Mediolanensem epi„scopum consecravit. Quo autem anno „sacellum rotundum in porta templi Nunber„gensis, quod Hundius prodit, dedicarit, „non compertum.„ Hucusque de gestis S. Thiemonis eruditus Historicus.

VI. A Berholdo iniquo invasore in fugam compulsus inauditas persecutiones sustinuit;

Sed jam B. Thiemonis certamina suo ordine sunt enarranda; nam a sæpe dicto iniquo usurpatore Berchtholdo a sua sede expulsus, inauditas persecutiones sustinuit, comparatus eapropter (teste manuscripto nostro H. & illo antiquo vitæ scriptore Anonymo) S. Athanasio Alexandrino episcopo, *cui nunquam pene liberum corpus, necdum libera auctoritas fuit.* Bertholdus quidem ad tempus ope præsertim Ducis Bavariæ Welfonis post mortem Gebehardi Archiepiscopi fuit e finibus Salisburgensibus ejectus, sed quia Welfo Dux, qui hactenus afflictarum rerum Salisburgensium præsidium erat, vel non potuit, vel non voluit succedentibus annis contrarius esse Henrico, & ejus adhærentibus, gratiæ Regis fors & ipse indigus, hinc tam opportuuam arripiens occasionem Bertholdus ad repetendam, quam amiserat, sedem Salisburgensem, extrema tentavit, Imperatoris Henrici favore & potentia fretus, novaque electione Thiemonis in furorem versus, non tantum mille insidias Archiepiscopo legitimo struxit, verum etiam ad prælium provocavit. Assistebant Thiemoni duo cognati comites de Medlingen, plerique etiam e Salisburgensis ecclesiæ fidelibus. Pro sacris, & focis ergo sanguinolento prælio congrediendum erat; locus designatur in agro Salisburgensi Saldorf dicto, committitur prælium, & utrinque fusi, cæsique multi; sed inferior viris, viribusque Thiemonis exercitus fusus, fugatusque est, Deo Heroem suum Thiemonem ad majora servante certamina; ergo fuga elabi necesse fuit, quam cum cognatis suis transiens Metropolim suam potu sibi ministrato per montem taurum Thiemo arripuit. Sed ut nullum genus miseriarum ita solitarium est, ut non secum trahat malorum plurium seriem, ita neque misera fuga Thiemonem juvit, sed pluribus involvit calamitatibus. Etenim Ulricus comes Cæsarianus fautorque invasoris Berchtoldi (juvantibus Starichando, & Verigando de Witenswald, quos successor Thiemonis Archiepiscopus ob scelus in Thiemonem commissum excommunicavit, & punivit, ut manuscripta Admontensia docent) fugitivos insecutus, Thiemonem cognatosque intercepit, vinculis addixit, captivos Frisacum, quæ urbs Carinthiæ adhuc Thiemoni fidelis erat, deduxit, urbem obsidione cinxit, Thiemonem denudatum castrorum propugnaculo alligavit, ut pateret telorum jaculis, quæ obsessi in castra mittebant, sed a suis civibus agnitus nihil nocumenti passus est. Qua re in rabiem actus Udalricus, cum neque urbem capere, neque animum Præsulis, ut Frisacum traderet, permovere posset, utpote qui forti animo urgenti Ulrico dicebat: Bona Ecclesiæ, & S. Ruperti non esse Ecclesiæ hostibus impie tradenda, Præsulis cognatos in conspectu ejus trucidari, ipsum vero in arctam custodiam deduci fecit. Delituit hic quinquennio fortis Heros omnia dura perpessus. Berchtoldus, cum Thiemonem ulterius ferre viventem non posset, tandem carnificem in custodiam delegat, qui Pontifici caput ferro decutiat: carnifex suo munere functurus Thiemonem jubet se parare ad supplicium, qui ea, qua semper erat, vultus serenitate sicarium allocutus: bene habet, nullam manum repudio, per quam Deo visum, vitam, quam dedit, reposcere; pronuntiatoque fidei nostræ Symbolo colla nudavit, flexit, cervicem porrexit, ictum suscepit, sed innocentia lædi non potuit. Nam collum Adamante durius cicatricem solum, non vulnus passum, in stuporem vertit carnificem, qui, dum ictum repeteret, diffracto ense in binas partes, illæso Pontifici ad pedes tremebundus accidit, veniam petiit, & prompte accepit. Reclusus Thiemo eadem custodia iterum solitudinem colit, donec Deo visum innocentem de manu inimicorum, & vinculis eripere.

VII. A quibus equidem in Carinthia ope cujusdam Monachi liberatus;

Hæc stupenda in tantum virum admissa facinora, cum rumor Hirsaugiam detulisset, ubi Thiemo olim gratus hospes erat, permoti Hirsaugienses Monachi fratrem Conradum ejus loci Monachum in Carinthiam submiserunt, qui Præsuli opem, qua ratione posset, occulte ferret. Rem gessit Conradus optime, custodibusque carceris pecunia (40. talenta dedisse MS. H. dicit) corruptis Præsulem liberum secum, cum in ditione Salisburgensi securum pedem non haberet, in Sueviam abduxit. Ita nimirum injuriis, insidiisque petitus erat Thiemo,

mo, ut duodecim, vel tredecim annis, quibus Archiepiſcopatui præfuit ferme nunquam ad ſedem ſuam pervenire, nunquam ſecurus eſſe potuerit, ſed inſtar B. Athanaſii continuis perſecutionibus inſeſtatus, de loco ad locum pulſus, miſerum exilium ſubire debuerit. Hic equidem quæri poſſet, cur a nemine alio potentiori tam graviter oppreſſo Archipræſuli collatum fuerit vel ullum auxilium? Placet, & referre non piget, quod in vita S. Thiemonis n. XVI. in hoc paſſu ſcripſit Hanſizius: „Nec „deſuerunt, ait, inter hæc monſtra quam„plurimi longe lateque, qui miſerandos ca„ſus Antiſtitis profunde dolentes, ſubve„niendi animos avidos gererent, ait vitæ „ſcriptor, ſed horum alios jus factionis, „alios alia impedimenta repulerant. Prin„cipes conducere potuiſſent, ſed eos par„tim ſimiles ærumnæ iisdem ex cauſis ve„xabant; alii cum Rege talia facientes „principes erant. Neque ſubſidium erat „apud Romanum Pontificem, ut, qui ipſe „calamitatis exemplum hac tempeſtate præ„bebat„ a ſede ſua proſcriptus, & extor„ris". Hæc citatus Hiſtoriographus, qui & quoad ſubſtantiam enarrat, quod Thiemo per dictum Conradum a captivitate liberatus fuit. Accepta jam libertate de manu hoſtium Conſtantiam fugit, ubi cum Gebehardo Conſtantienſi epiſcopo aliquamdiu permanſit, ſæpiusque vicina Monaſteria, ut teſtatur vita eius apud Caniſium tom. 4. fol. 679. viſitabat. Refert Baronius tom. 11. ad annum 1085. hujus Gebehardi Conſtantienſis electionem legitime factam, in quinto Lineburgenſi concilio laudatam, & confirmatam fuiſſe, adeoque ipſum venerabilem Gebehardum legitimo Pontifici conſtanter adhæſiſſe cum alias pauciſſimi epiſcopi eſſent, qui non Imperatoris furorem reveriti ejus partes ſequerentur. Ad hunc ergo perrexit, & aſylum quæſivit Thiemo, atque cum eodem nec non Wormatienſi epiſcopo conſecravit Udalricum epiſcopum Paſſavienſem teſte Brunero in annal. p. 3. L. 11. fol. 159.

VIII. Ad ſuam autem ſedem haud amplius reverſus, in terram Sanctam abiit; ſed in regione Corizana

Tantis jam ærumnis exagitatus pius Præſul ad ſuam ſedem Salisburgenſem, nullum utpote fructum prævidens, haud amplius reverſus eſt, ſed in terram ſanctam abire ſtatuit, in qua expeditione ante ingreſſum terræ ſanctæ non in Corozaim civitate Galilææ, ſed in regione Corizana captus, atque poſt dira tormenta fruſtatim conciſus Martyrii palmam obtinuit glorioſus athleta. Cum enim Guelfo, ſeu Welfo jam ſenex Dux Bavariæ rebus in Teutonico Imperio turbatiſſimis expeditionem pararet Jeroſolymam, ſe quoque Thiemo, & Giſelbertus Abbas Admontenſis, quem Thiemo ex Monaſterio Thuringiæ Reinersbrunen, ubi Abbas erat, evocavit, atque Admontenſi Cœnobio præfecerat, & Itha Marchioniſſa, aliique plurimi illuſtres viri junxerunt innumerabili exercitui; ultra centum millia commilitonum fuiſſe, ajunt authores; qui omnes in ſubſidium Godefridi Bullonii jam proclamati Regis Jeroſolymorum in terram ſanctam proficiſci ſtatuerunt, de qua expeditione plures Germaniæ ſcriptores tractant, inter alios Otto Friſingenſis L. 7. c. 2. & 7. cujus verba audiri merentur. „Eodem an„no, ait, hoc eſt 1100. Guilielmus comes „Pictavienſis, & Dux Aquitaniæ, Thiemo „Juvavenſis Archiepiſcopus, Guelfo Nori„corum Dux, Itha Marchioniſſa Leopoldi „Marchionis Orientalis Mater, Guilielmus, „Stephanus Italici Barones cum multis ex „Aquitania, Germania, Italia, Jeroſoly„mam per Hungariam & Græciam pergunt, „Alexius Imperator in arctis locis fraudu„lenter expoſitos pene omnes crudeliter „extinxit". Hæc ille. Eandem Hiſtoriam Abbas Urſpergenſis Conradus in ſuo Chronico ad annum 1099. deſcribit, qui teſte Baronio tom. 12. ad annum Chriſti 1101. ipſemet expeditioni interfuit. Pleraque equidem documenta Salisburgenſia, immo ipſum perantiquum MS. H. cum recentioribus Chronicis, etiam Hundio, Gewoldo, & Radero volunt S. Thiemonem in terram ſanctam usque Corozaim perveniſſe cum multis de cæſo, debilitatoque exercitu relictis commilitonibus; ſed longe aliter ſentiendum cum aliis Hiſtoriæ peritis, inter quos ex antiquioribus eſt Brunnerus Annal. p. 3. L. 11. fol. 182. & 187. Noſter D. Amandus Abbas cit. L. §. 3. & 4. immo ex contemporaneis citatus Conradus Urſpergenſis ad annum 1101. fol. 237. & ſeqq. ex recentioribus Hanſizius, qui omnes defendunt, S. Thiemonem in regione Corizana, quæ regio eſt, teſte cit. Brumero, anguſtis callibus expedito etiam viatori iniqua, in quam per fraudem ab Alexio Imperatore velut in macelum ruentes, deducti ſunt Chriſtiani; adeoque alii ſcriptores volentes civitatem *Corozaim* ob conſimilem nominis appellationem decepti ſunt. De hac *Corizana* terra cit. l. fulius agit Conradus Uſpergenſis, qui, ſi teſte Baronnio ipſemet interfuit, utique omni exceptione major teſtis eſt, & præ omnibus aliis recentioribus majorem fidem merebitur, qui etiam addit, in ea expeditione Archiepiſcopum Salisburgenſem fuiſſe captum, Marchioniſſam trucitatam, duos Brunones canonicos, nobiles viros inedia, ſitique defeciſſe, lateque poſtea fraudem Alexii Imperatoris depingit, qui tantam multitudinem occidentalium nationum ſuſpectam habendo, ut in via deficerent, ipſeque ſe extra periculum ſiſteret, ſtudioſe exercitum per has Corizanas, ſteriles utpote regiones ad certum interitum deduci curavit, ut in manus Saracenorum devenirent.

IX. Captus, & poſt crudeliſſima tormenta Marſan-

Itaque verius exiſtimandum, Thiemonem in regione Corizana multis de exercitu, ipſoque Welfone ante ingreſſum terræ

tyrii palmam obtinuit anno circiter 1102.

sanctæ, fame, siti, & cladibus cum Saracenis non semel exantlatis, demortuis, cum pluribus expeditionis assectis captum, & Mempheorum Principi traditum fuisse. Qui, cum Thiemonem venerando corporis habitu robustissimaque statura præditum videret, pro Principe Teutonico habebat. Refert vita Thiemonis apud Hundium & Canisium, cujus auctor Thiemoni coævus creditur, Thiemoni a Tyranno oblatam imaginem Machmit dictam, confractam, ut restauraret; innotuit enim Principi pagano statuariæ artis Thiemonem peritum esse. Qui cum arreptam imaginem in frusta comminuisset, exacerbatum alias in christianos Tyrannum in furorem concitavit, quo factum, ut Thiemonem, flagris veneno tinctis concisum, in publico campo, inspectante commilitonum residuorum caterva, rescissis articulatim omnibus corporis membris, intestinis rota extractis, exciso etiam, & dissecto corde excruciatum crudelissime e medio sustulerit. De confracto quidem Idolo Otto Frisingensis cit. loco L. 7. c. 7. dubium movet, cum Turcæ, & Saraceni unius Dei cultores sint, potuit tamen fieri, ut inter Saracenos multi idololatræ fuerint, teste etiam Baronio Tom. 8. ad annum 630. n. 6. Turcæ quidam, & Saraceni adorant astrum, quod Cubar vocant. Et esto hæc de idolo historia apogrypha esset, sufficiens tamen, ut ait Brunnerus p. 3. L. 11. fol. 188. causa tantorum cruciatuum, & Martyrii fuerat efferatus affectus Saracenorum in christianos tum temporis, cum a Godefrido toties subacti, cæsique fuissent. Tanto igitur, tamque horrendo supplicio affectus Thiemo fortissimo animo tulit omnia, dumque extremum spiritum ageret, exclamavit: *in manus tuas commendo spiritum meum*; atque ita glorioſus Martyr ad cœlos avolavit, cujus obitum MS. membran. K. ponit ad annum Christi 1102. Refert vita ejus apud Hundium citatum, miraculis fulsisse post mortem, angelorum chorum a Christianis præsentibus visum, membra ejus in frusta dissecta, & per agros dispersa non potuisse a paganis auferri, a christianis vero collecta, & ædiculæ sacræ impositā, multarum curationum beneficia ipsis etiam paganis contulisse, atque inde in magna veneratione fuisse. Inde est, quod omnes scriptores, qui de hoc Thiemone agunt, Sanctum appellent, & vere Martyrio coronatum. Supersunt etiam multæ S. Thiemonis imagines cum radio circa caput, cordeque dissecto in manibus retento. Hinc etiam plures auctores, uti & P. Raderus cit. l. merito miranter, nullam in Germania de tanto sancto in Ecclesia haberi memoriam, cujus forte causa est, ait noster D. Amandus Abbas cit. l. §. 5. quod nullæ reliquiæ exstent Salisburgi de hoc Sancto. Passum fuisse 4. Cal. Oct. vita sæpe cit. apud Hundium fatetur, circa annum tamen differunt, dum quidam ad annum 1101. quidam ad annum 1102. uti & nostrum supra cit MS. K. obitum ejus statuunt, cui manuscripto valde antiquo de sæculo 12. vel 13. tanquam antiquo testi fidem posse haberi existimamus. Atque hæc sunt, quæ in specialem venerationem S. Thiemonis quondam Abbatis nostri ex probatis auctoribus, & manuscriptis fusius deducere opportunum esse duximus, quamvis per ultimos duodecim annos, quo temporis spatio tanta passus fuit S. Thiemo, haud amplius Abbas noster fuerit, sed eidem, ut dicemus jam circa annum 1090. postquam ad Archiepiscopatum fuit elevatus, alius in Abbatia successerit *Albertus* hujus nominis primus.

ALBER-

ALBERTUS I.

ABBAS XXX.

AB ANNO 1090. USQUE AD ANNUM 1104.

I. De Alberto hujus nominis I. pauca exstant in particulari;

Quæ rerum facies, aut potius, quæ rerum turbatio fuerit in nostro quoque Monasterio ad S. Petrum, in tanto nimirum temporum turbine, cui & ipsa sedes Metropolitica Juvavensis sub Gebehardo & Thiemone Archiepiscopis quasi plenis velis, navis instar sine remigio, fuit expolita, imaginari facilius licet, quam verbis assequi. Haud dubie & hæc ratio esse potuit, quod in specie nihil notatum legatur, quis fuerit S. Thiemonis successor Albertus? quæ Patria? aut potius, quæ in particulari gesserit in regimine abbatiali? S. Thiemoni ad Archiepiscopatum, ut supra meminimus, Salisburgensem promoto successisse anno 1090. Albertum nostri Monasterii Monachum, & obiisse anno 1104. testantur domestici Scriptores nostri tam recentiores, quam antiqui. Fuisse hunc Albertum virum strenuum, constantem, & imperterritum, Pastorem vere vigilantem pro grege sibi commisso, prudenter ex eo colligi poterit, quod illis periculosis temporibus inter tot asperrima fata, quæ non tantum patriam nostram, sed & Ecclesiam premebant, in suo non defecerit officio per annos omnino quatuordecim.

II. Nisi quod quædam donationes sub ipsius regimine fuerint factæ.

Quamvis autem in particulari pauca nobis constent de regimine Alberti Abbatis nostri in ordine XXX. exstant tamen quædam donationes, quarum aliquæ scriptæ sunt in sæpe cit. donationum libro, & codice MS. sub M. ubi loco Alberti ponitur nomen Adelberti, quod tamen antiquis idem erat. Donatio *prima* n. 142. sic legitur: „Cunctis Christi fidelibus pateat, „quendam Christi fidelem n. Althmannum „cum consensu uxoris sue Perchte ad altare Sancti Petri potestative tradidisse talem „possessionem, qualem habuit in loco, qui „dicitur Chemanata ad monachorum usum „Deo inibi servientium, quam traditionem „fecit pro solvendis sibi, & uxori sue, quo„ad vixerint, annuatim sex siclis argenti, „& sex carradis Salis, & duabus mansis „ferri, & pro remedio anime sue, uxoris-

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

„que ſue, & parentum ſuorum, quorum „nomina hæc ſunt: Altham avus ejus, & „uxor ejusdem, Totila, & pater ipſius Alt„manni n. Aribo, Raban, & ejus frater „Eppo, Witilo, Lulos, Berhtolt, Nord„wic, Prun, Heinrich, Tagine, Adalprecht, „Eppo, Nazo, Heinrich, Gerhohe, Pili„grin, Richolf, Luitholt, Erkanhart, Je„ſunc, Tietmar, Udalrich; & ut traditio „ſtabilior eſſet, veſtituram contradidit cum „teſtibus ſubſcriptis Pertold, Reginharth, „Heinrich; idem vero Althman dedit duo „mancipia ſuper ipſum altare pro quinque „denariis annuatim ſolvendis, quorum n. „Goteschalch, Hizila, quod, ſi eundem „cenſum tribus annis neglexerint, & in „quarto non perſolverint, ſervituti fratrum „ſubjaceant. Hujus rei teſtes ſunt Totile, „Uze, Udalrich, tempore Adalberti abba„tis. *Secunda* ſub n. 143. Cunctorum no„ticie pateat, quod quidam fidelis nomine „Gunzi per manus cujusdam ſervitoris S. „Petri n. Dietmar ad ejusdem altare lega„vit tria mancipia, quorum nomina Pezi„man, Engilperht, Pinza, ea videlicet le„ge, ut ſinguli eorum annuatim quinque „denarios ſolvant; ſi vero tribus annis ne„glexerint, & in quarto non perſolverint, „fratrum uſui ſubjaceant. Teſtes Uze, „Oze, Azile, Wiſile, Cunpolth, Aribo, „Azile, Hodoperht. *Tertia* ſub n. 144. „Quædam nobilis mulier n. Hadamoth ſub „viduali religione Deo ſervire deſiderans, „atque hujus mundi curas ſpe cœleſti cal„cans, ad cœnobium S. Petri, ubi mona„chica converſatio celebratur, devota ſe „contulit, & quia preſentis ſeculi voluptа„tes parvi penderat, pro ſpe cœleſtium ad „ipſum altare conſenſu filii ſui Adalaeronis „proprietates, quas ad Suldorf unacum „veſtitura, & cum ſex mancipiis donave„rat, ut ſcilicet ipſa pauper fratris unius „prebenda ſuſtentaretur, ejusque nepos n. „Craft filius filii ſui Eberhardi Deo, ſancto„que Petro oblatus ſuſciperetur, quod ita „confirmatum eſt per manus ſervitorum S. „Petri Richolfi, & Reginwardi, quam tra„ditionem abbas Adalbertus ſuſcepit cum „teſtibus ſubſcriptis Engiſelch, Wichart, „Heinrich, & ejus frater Wieman, Raban, „Uzi, Oze, Uzi, Althman, Dietmar, En„gilper, Aribo, Ilſunc, Erchinhart, Udal„rich, Etzo, Huc, Adalpero, Gnanno, „Adalpero, Heinrich, Hartwich. *Quarta* „n. 145. Omnibus Chriſti pateat fidelibus, „quod quidam Dei fidelis n. Raban tale „predium, quale ad Ruotheringon habuit, „ſimul cum veſtitura ſuper altare S. Petri „Mondchorum uſui contradidit pro reme„dio videlicet animæ ſuæ, parentumque „ſuorum, nec non fratris Epponis. Quam „traditionem Adalbertus Abbas cum teſti„bus inſcriptis ſuſcepit, Prun, Reginhath, „Harthman, Nortwich, Hartleiph, Ra„pholt, Uzi, Dietmar, Uzi, totile Heiz„man. Idem quoque Raban in bono deſi„derio perſiſtens adauxit opus bonum, quod „cœperat; nam ad præſcriptum altare le„gavit allodium Hus vocatum, quod vide„licet frater ejus Eppo de Sigihardo Cleri„co emerat, duobus mancipiis additis, „quorum n. Gozor, & uxor ejus cum filiis „eorum contradens, & veſtituram cum te„ſtibus, Pillunc Prun, Aribo. Ad hæc „vero legavit & aliud ad Sitilinasdorf, quod „pater illius digno pretio aquiſivit a quodam „n. Sizo, ſed ea lege, ſi non legitime uxo„ratus vitam ſine filiis finierit. Quæ ita te„ſtibus ſtabilita, & confirmata Albertus „Abbas ſuſcepit, additis iſtis mancipiis „Liutkart, & ejus filius Siſrith; teſtes En„gilsalch, Prun, Reginharth, Adalpero, „Meginwarth, Adalman, Altman, Toti„le, Ilſunc, Richolf, Roudolf, Roudoch, „Uzi, Dietmar, Oze, Perhtolt, Megin„goz, Udalrich, Walchon, Sizo, Burbo, „Uzi". Poſt duas alias donationes, ubi non expreſſa habetur mentio de Abbate A-dalberto, ſequitur alia in noſtro ordine *quinta* & duplex ſub n. 148. „Memoriæ cuncto„rum fidelium commendetur, quod quidam „fidelis de Halla n. Enzile, & ejus uxor „Pezala duo mancipia n. Liuphilt, & ejus „filium Liuphilt ſuper altare S. Petri Mo„nachorum uſui delegaverunt, & ut ipſi in „fraternitatem ſuſciperentur, teſtes Adal„perht, Cantulo, Gazaman, Azile, Nord„perht, Ezman, Arnolt, Aribo, Uze, „Dietmar, Rodperht, Hartwic. Eadem „vero Pezala cum manu viri ſui ad præſa„tum altare quinque mancipia poſt obitum „ſuum, & filiorum ſuorum tradidit, ut „videlicet filii ſui Pabo, & Welanth offi„cium ſuum, quod ipſa haberet, facerent, „ita tamen, ſi idipſum prævalerent imple„re, quod ita claudatum, & confirmatum „eſt ab Abbate Adalberto; teſtes vero „ſunt ſuperinſcripti Adalpreht, Cleima, „Tutila, Ruothoh, Paba, regila, Gerwich, „Rathpoto, Reginlint, Ellinperht, Ruo„dolf, Dietpold, Richart, Perhta, Perch„tolt, Sarili, Adalperht, Dietmar, Ri„kart, Liutkart, Adelheich, Paban, „Dietmar, Perhta, Waza, Pertolt, En„gilpero, Enzwip, Sigina, Perhta, & „filii ejus Perhtolt, Diepolt, Adalperht, „Dietmar unum denarium ſolvunt, Curiza, „& ejus filii Heinrich, Hartwich, nec non „& filiæ ejus Adelheih, Judita unum de„narium". Hucusque MS. ex quo equi-dem magis eruitur „huic Abbati magis competere nomen *Adalberti* quam *Alberti*, ſicut etiam Chronicon Martini Abbatis vo-cat *Adalbertum*. Quoniam vero in antiqua pictura ſcribitur Albertus, & recentiores quidam Scriptores, Albertus abbas noſter in catalogo impreſſo, Hanſizius Mezgerus, imo & quædam manuſcripta noſtra vocant Albertum, hinc de nomine litigare non multum libet, & quia per 12. Sæcula alii duo fuerunt æqualis nominis, unus in Sæculo 7. alter in 11. hinc præſens Albertus vocatur in chronico noſtro Albertus hujus nominis primus.

WEZE-

WEZELINUS,

ABBAS XXXI.

AB ANNO 1104. USQUE AD ANNUM 1116.

I. Sub Wezelino Abbate pro antiquis & periculosis religiosorum habitaculis;

Successorem *Alberti* fuisse *Wezelinum* omnes equidem chronicorum compilatores fatentur, tacent tamen ut plurimum, quis fuerit? unde venerit? quæ præclare gesserit? manuscriptum chronicon sub litt. R. quod abbas noster Martinus ante annos circiter ducentos nondum completos conscripsit, in synopsi sequentia refert: „Demortuo Alberto Wezelinus succedit, hic „pastoris nomen factis solerter adimplens, „gregi sibi commisso diligenter invigilavit, „in tantum, ut divino munere illiusque „providentia, nec non inprimis Chunradi „de Abensperg Archiepiscopi Juvavensis o„pera, & laboribus quasi novum denuo ini„tium acciperet locus iste. Præsertim Mo„nasterium Sanctimonialium nostrarum per „eosdem a novo institui cœpit. Inter alia „ipsius Patris Wezelini egregia gestorum „monumenta a Domino Chunrado Archie„piscopo mansionem, sive habitationem, „quam modo Abbates, & Monachi S. Pe„tri habent, & inhabitant, impetrasse fer„tur. Nam a primæva institutione Mona„sterii, & Episcopatus Præsules Salisbur„genses habitare solebant prædicto in loco, „usque ad annum MCX. hoc est per annos „DXXX. Abbates vero & fratres S. Petri „habitabant sub rupe montis circa capellam „sanctæ Crucis, quo in loco, quia ob de„pendentiam montis, & frequentiores de„cidentium lapidum casus diutius habitare „maxime incommodum, & periculosum „fuit, iisdem fratribus Dominus Chunra„dus Archiepiscopus compatiens locum me„moratum unacum investitura in habitatio„nem perpetuam tradidit possidendam, „quemadmodum ex instrumento seu litte„ris desuper erectis constat". Hucusque Chronicon Martini Abbatis: est autem hoc ipsum sempiterna memoria dignum, quod sub Wezelino abbate antiqua, & periculosa religiosorum habitacula fuerint vel destructa, vel permutata, pro quibus Conradus Archiepiscopus (in instrumentis legitur Chunradus) anno 1110. antiquam;

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

quæ hactenus per aliquot sæcula in nostro Monasterio fuit, residentiam Monachis ad S. Petrum per donationem reliquit, quam & Archiepiscopali auctoritate, erecto desuper instrumento confirmavit. Nam Salisburgum tunc nondum fuit in eo flore, & magnificentia, quam annis posterioribus consecuta est, neque monasterium nostrum tali fuit instructum ædificiorum mole, quæ successu temporis accreverunt. Patres nostri antiqui, præsertim fundatores, potiorem semper habuerunt rationem paupertatis, & humilitatis, quæ velut duo fundamenta posuerunt magnæ hujus fabricæ spiritualis, quam condere parabant in hac Diœcesi. Tuguriolum vile sibi S. Rupertus exstruxit in eo loco, ubi hodie in cœmeterio nostro videtur capella sanctæ crucis, qua capella e monte excavata S. Ægidii nomine dedicata utebantur Monachi pro peragendo divino officio, qui, ut ex instrumento Conradi de anno 1110. perspicue colligitur, olim prope montem, & dictam capellam habuerunt habitationem. Quoniam vero istæ habitationes ob saxa decidua fuerunt valde periculosæ, dictus Archiepiscopus Chunradus Monasterium transtulit in partem ecclesiæ septentrionalem, in qua hodie situm est, in eumque finem Conradus donavit suam antiquam aulam, alia nova aula prope Ecclesiam Cathedralem, quam Matricem appellat, constructa.

II. Conradus Archiepiscopus donavit antiquam quæ antea in Monasterio fuit, residentiam;

Ut autem de hac translatione, permutatione, & donatione exacta habeatur notitia, pro pleniori informatione actorum, quæ ad historiam Monasterii nostri spectant, ex historicis Salisburgensibus præsertim non nihil repetendum erit, quis Conradus fuerit? quandonam & quomodo ad sedem Archiepiscopalem promotus? Quamvis, ut in præcedentibus dictum fuit, S. Thiemo (legitimus Archiepiscogus Salisburgensis in exilium quidem pulsus) jam circa annum 1102. in terra Corizana post gravissima tormenta Martyrii palmam obtinuerit, & per ejus mortem sedes Juvavensis vacare cœperit, attamen per integrum ferme quadriennium legitimo antistite erat hæc Metropolis destituta, & adhuc sub jugo Bertholdi iniqui invasoris gemebat Salisburgensis ecclesia. Anno primum 1106. (ut habet Mezgerus, & Hansizius, quamvis nobis verosimilius videatur anno 1103. ut infra dicemus) cum forte non prius, aut paulo ante, certiori nuntio innotuit mors Archipræsulis Thiemonis, authoritate summi Pontificis Paschalis II. designatus est VII. Id: Januarii pro successore Conradus ex illustri stirpe Baronum Abenspergensium, patre Wolframo, & avo Babone e comitum Schyrensium progenie ortus; quæ promotio facta fuit non sine nutu Henrici V. Cæsaris, qui & alios episcopos suis sedibus pulsos ad suas sedes redire jussit, cujus Imperatoris Conradus erat cancellarius, vir cæteroquin genere, & virtute quam maxime conspicuus, qui & eodem anno XII. Cal. Nov. ab eodem Pontifice ordinatus fuit, & sacrum Pallium obtinuit. Vix Conradus in Archiepiscopali fulgebat munere, inter primas curas (referimus narrationem Mezgeri nostri omnibus documentis conformem, & ab aliis quoque auctoribus receptam) „censuit ecclesiam suam, „civitatemque inter manus Schismaticorum „deformatam pristino decori restituere, & „quia antiqua aula Episcopalis ad Monas„terium S. Petri sita, quam majores ha„ctenus per 530. annos habitarant præ ve„tustate, vel neglectu habitatoris inter e„xilia Archipræsulum deformata pro digni„tate habitatoris non satis decora erat; ad „hæc Monachi S. Petri cum suo abbate ni„mis anguste habitabant, novam, ampliо„rem, augustioremque, & Basilicæ Metro„politicæ propiorem moliri cæpit. Perfe„ctum est hoc ædificium ante annum 1110. „Præsulatus sui quartum. Quo anno con„silii sui ratione Abbati, & cœtui ejusdem „cœnobii aperta sedem habitationis Con„radus ad novam ædem transtulit, vete„rem domum cum adjacentibus ædificiis „muro septis Abbati assignavit; plura jam „tunc facturus, quæ postea fecit, nisi mox „anno eodem Romanum iter, & subsecu„tum grave Schisma obicem posuisset. Re„xit id temporis Asceterium nostrum We„zelinus Alberti I. Successor, qui donatio„nem Conradi litteris authenticis in eam „rem confectis scriptam cum testibus adno„tatis gratanter accepit". Hucusque Mezgerus pag. 360.

III. Per litteras de anno 1110. etiamnum in originali exstantes.

Porro istæ litteræ sat pretiosæ de donatione antiquæ residentiæ pro futura Monachorum habitatione per Conradum Archiepiscopum factæ, in originali exstant scriptæ in membrana cum antiquo & grandi sigillo roboratæ, quæ equidem primum XI. Kal. feb. anno 1130. indictione VIII. anno Lotharii Regis V. Chunradi Archiepiscopi XXVII. sub Abbate nostro Balderico emanarunt, licet ista donatio jam facta fuerit anno 1110. indict. III. Idib. Jan. Quamvis autem in eodem diplomate membraneo anno 1130. emanato plures contineantur donationes, & confirmationes sub Abbate Walderico in ordine referendæ; attamen, cum hæc donatio quoad chronologiam pertineat ad regimen Wezelini, sub quo facta fuit; ideo tenorem harum litterarum hoc loco de verbo ad verbum fideliter referimus:

„In nomine sanctæ, & individuæ Tri„nitatis. Chunradus divina favente „Clementia Salisb. Archiepiscopus.

„Si facultatibus Matricum Ecclesiarum, „quæ sunt eleemosynæ pauperum, vota fi„delium, redemptiones animarum, cœno„bia Monachorum, & Xenodochia locu„pletare studuerimus, peracto hujus vitæ

„cursu

„curſu indeficienti mercede nos remunerari „non diffidimus. Super his omne, quod „ſcribitur teſtamentum, cum memoriam, „fidem, notitiam geſtarum rerum contineat „firmamentum, ne poſteros latere queant „ea; quæ noſtri Præſulatus geſta ſunt die„bus, officio ſtyli conſignari in hunc modum „juſſimus. Ego Churadus Juvavienſis ec„cleſiæ poſt S. Rodbertum XXVII. miniſter, „dum cœnobii S. Petri clauſtrum rupibus „montis deſuper imminentis perpenderem „caſibus frequentiſſime quaſſari, & vexari; „fratribus ejusdem charitate compatiens, „in monaſterium idem fideles noſtros conve„nire præcepi; aſcendensque ad ſummum „altare cauſam hanc omnibus patefeci di„cens: Univerſi ſcitote, qualiter amplifi„care, & ſpatioſum facere locum iſtum di„ſpoſuimus. Itaque habitationi noſtræ vi„cina ædificia, quæ muris ſunt ſepta, ſuper „altare S. Petri hodie tradimus ſimul cum „inveſtitura fratribus in habitationem per„petuam. Et ne hoc Succeſſoribus noſtris „poſthac fortaſſe grave videatur, noſtras „manſiones honorifico cultu Matrici Eccle„ſiæ convenientius adjungi, & ordinari „conſilium eſt. Quod ita traditum, & con„firmatum eſt a nobis omnium conſenſu an„no Dominicæ Incarnationis MCX. indicit „III. Id. Januarii. Wezilino Abbate ſanc„donationem cum teſtibus adnotatis ſuſcipi„ente. Udalrich de Sekirchin, & fratres „ejus, Chonrad, & Reginperht, & nepos „eorum Otto de Hegelin, Hartnit, Sige„bot, Meginhart, Liutolt, Jagni, Herbu„ne, Gisilhere, Rodperht, teſtes inveſti„turæ Udalrich, Volmar, Eberhart, Diet„mar.„ Hucusque genuinus tenor litterarum, quas ante oculos habemus. Ex his autem duo ſunt notatu digna: unum, quod Chronologiam noſtram, & antiquam traditionem illuſtrat, alterum, quod annum incœpti regiminis Chunradi ferme convincit: in hoc enim inſtrumento fatetur ipſe Chunradus, quod poſt S. Rupertum ſit miniſter XXVII. in ordine, cui ergo numerum epiſcoporum, & Archiepiſcoporum Salisburgenſium a S. Ruperto usque ad Churadum inire placet, numerabit, quod computatis primis illis electis, non conſecratis epiſcopis *Anſologo*, *Savolo*, *Ezzio*, *Bertrico*, & *Ammilonio* Chunradus ſit vigeſimus ſeptimus Miniſter Juvavienſis eccleſiæ; ergo agnovit Chunradus hos quinque pro miniſtris poſt S. Rudbertum, qui ſerviebant in officio paſtorali, quos tamen quinque cum Mabillonio Hanſizius, & cum Hanſizio quidam novatores volunt eſſe eliminatos. Secundum eſt: quod in allegatis litteris in exteriori parte diplomatis eodem charactere legantur hæc verba: *Data XI, Kal. Febr. anno Domini Incarn. Milles. centes. XXX. indictione VIII. anno vero Lotharii Regis V. Chunradi Archiepiſcopi XXVII. actum Salzpurch, ſeliciter Amen.* Si ergo hoc diploma emanavit anno 1130. & iſte annus regiminis Conradiani fuit vigeſimus ſeptimus, ſuapte liquet, quod jam anno MCIII., quo tempore jam potuit innoteſcere mors S. Thiemonis, archiepiſcopale regimen fuerit auſpicatus Conradus.

IV. Sub eodem Abbate etiam Monaſterium Monialium noſtri ordinis fuit erectum;

Ad acta Wezelini Abbatis noſtri manuſcriptum R. ſupra citatum etiam refert erectionem Monaſterii Monialium ordinis noſtri, & merito quidem, nam & potiora documenta concordant. Erat enim illis temporibus non infrequens, religioſorum collegiis ſociare etiam ſacrarum virginum cœtus, ut in utroque utriusque ſexus conditor unanimi pietate coleretur; ob quam cauſam etiam Conradus Archiepiſcopus, teſte Hundio in Metrop. Salisb. pag. 9. cum aliis monumentis Petrenſibus, circa annum 1122. poſtquam canonicos regulares inſtituit, etiam virtute æmulum collegium fœminarum fundavit, quæ vulgo *Dominæ cathedrales* vocabantur, quod tamen cœnobium ſub Archiepiſcopo Burchardo in Weispriach poſt ducentos & aliquot annos deſiit. Aſt longe „antiquius illo, quod modo diximus,„ ait Mezgerus noſter pag. 372. „idque familiæ „Benedictinæ, ac Abbatis Petrenſis regi„mini addictum Monaſterium ſtetit prope „cœnobium Petrenſe, eo loco quem PP. „Franciſcanorum conventus nunc occupat. „Id ſub Conrado quidem Archiepiſcopo, a „Wezelino vero Abbate circa annum 1113. „inſtitutum. Pauca etiam de hoc Parthe„none poſteris relicta exſtant, præter no„mina multarum, quæ Necrologiis noſtris „conſignata reperiuntur. Conventui non „Abbatiſſæ, ſed Prioriſſæ præerant. Con„ſtat tamen exacta diſciplina, & bona regu„læ obſervantia diu floruiſſe. Recluſionis „arctioris, clauſuram vocant, illic pridem „uſus viguit, uti veſtigia rotæ, pro ſic re„cluſis uſitatæ, adhuc hodie exhibent. In„terim in feſtis majoribus SS. Ruperti, & „Virgilii, Vigiliis Paſchæ, & Pentecoſtes, „divi Marci, & Rogationum diebus licebat „illis junctatim ad eccleſiam Metropolita„nam orationis cauſa procedere: & in ipſis „publicis tunc ſolitis ſupplicationibus ſolen„nioribus etiam per urbem incedere, con„cedente id Eberhardo II. Archiepiſcopo. „Chorum ſollicite, & pie obſervabant, ſic „tamen, ut prioribus a fundatione annis „preces, quas dicimus canonicas ſine can„tu pſallerent; & ab anno 1374. etiam can„tum in iisdem divinis officiis uſurparunt. „Perduravit hoc Cœnobium usque ad an„num 1583., quo primum Patribus S. Fran„ciſci, quos de obſervantia vocant, ſupra „memoratis, ſub Andrea Abbate conſigna„tum, cauſam, & ordinem mutationis ſuo „loco, & tempore referemus.„ Hucusque Mezgerus, & bene: qui tamen minus caute circa Chronologiam Wezelini abbatis ſibi proſpexiſſe videtur, dicit enim pag. 369. cap. 5. quod brevi poſt annum 1110. mortuus fuerit Wezelinus, & Reginwertus ſucceſſerit, hic autem admittit, a Wezelino anno

1113. hoc Monasterium fuisse institutum sub Archiepiscopo Conrado. Cæterum exacta omnino & certa notitia, vel aliquod instrumentum scriptum de Monialium institutione, aut hujus cœnobii fundatione non habetur, immo determinate non scitur, an non hujus cœnobii erectio ad tempora Abbatis Walderici sit reducenda, ut jam anno 1374. fassus est noster Otto II. Abbas in quibusdam litteris, quæ ex libro quodam membraneo citantur in manuscripto R. pag. 225. & 226., sibi persuadens, ejusmodi scripta vel per ignis voraginem, vel per alias tribulationes fuisse destructa, & deperdita. Hoc certum est, & sequens experientia usque ad ultima tempora docuit, quod istæ moniales nostri ordinis fuerint sub directione Abbatis ad S. Petrum tam in spiritualibus, quam in temporalibus. Nos de earum progressu, & regulari disciplina sub variis Abbatibus dicemus multa, de earum autem extinctione, quæ facta fuit sub finem nostri Sæculi X., plurima.

IV. Et aliquæ donationes factæ sunt nostro Monasterio.

Exstant quidem in sæpe laudato libro donationum, & antiquo manuscripto M. plurimæ donationes, ex quibus verosimiliter non paucæ factæ sunt sub regimine Wezelini Abbatis, unde etiam colligi potest, quanta devotio tunc temporis fuerit erga nostrum Monasterium ad S. Petrum; quia tamen pro more illius ævi annus donationis fere nunquam, & non nisi raro etiam ille Abbas, cui facta fuit donatio, exprimitur, hinc duas tantum sub Wezelino Abbate factas donationes subnectimus, quarum *prima* legitur in cit. libro sub n. 210. „Memoriæ cunctorum fidelium commendetur, „quod quidam Dei fidelis n. Raban tale præ„dium, quale ad Riedin habuit, simul cum „vestitura super altare S. Petri Monachorum „usui contradidit, pro remedio videlicet a„nimæ suæ, parentumque suorum. Quam „traditionem Wezil Abbas cum testibus in „scriptis suscepit. Reban, Volmar, Tiet„mar, & filii ejus, Hartunc, Tietmar, „Wolferim, Heehart, Liutold, Sigibot, „Salmon, Ecbin, Liuto, Meginhalm, Pi„ligrin.„ *Secunda* sub n. 213. „Memoriæ „universorum declaretur, qualiter quod„dam concambium factum est inter Monaste„rium S. Petri, atque Avaramum servito„rem S. Rodberti. Qui vero Avraham per „manus Sefridi, atqua matris suæ, item „allodium, quod habuit ad Stegeheim su„per altare S. Petri legavit, & ipsi recipro„ca vice a Wezilino Abbate, quod juris mo„nachorum fuit, apud Isana traditum fuit. „Quod autem majoris partis est Stegeheim „pro anima sua, parentumque suorum pa„tris, & matris suæ dedit. Hæc testibus „subscriptis confirmata sunt. Wolferim, „& ejus frater Tietmar, ipsiusque filii Tiet„mar, & Hartunc, Pezaman piscator, „Uze, Oze, Altmann, Pertolt, Aribo, „Marchwart, & Sitfrid & Heinrich ipsius „ministri.„ Hæc de Wezelino Abbate.

REGINBER.

REGINBERTUS,

ABBAS XXXII.

AB ANNO 1116. USQUE AD ANNUM 1125.

I. Reginbertus antea Prior in Monasterio Admontensi fit Abbas ad S. Petrum,

Ut plena de Successore Wezelini, qui erat *Reginbertus*, seu *Reinbertus* habeatur notitia, quis fuerit? & unde venerit? oportet a *Petra* ad *Montes* recurrere: non enim ex gremio nostri divi Petri electus, sed ex gremio Monasterii celeberrimi Admontensis ad Monasterium nostrum pro Abbate postulatus fuit Reginbertus, seu Reinbertus professus, & Prior Admontensis; utique non sine mutuæ charitatis insigni officio, postquam Petra Montibus pro primo Administratore Arnoldum, pro primo Abbate Isingrinum concesserat, ut susius diximus suo loco in vita Abbatis nostri Reginwardi. Postquam enim Conradus Archiepiscopus Salisburgensis sedi suæ post longum exilium restitutus, & sæpe dictus iniquus invasor Bertholdus a finibus Salisburgensium expulsus fuit, pace etiam reconciliata inter Sacerdotium, & regnum, altefatus Antistes summa sollicitudine sacra præsertim loca, & Monasteria studuit reparare, & reformare, speciali autem favore, & gratia ferebatur erga Monasterium Admontense, quod in magnum splendorem erexit, donationibus auxit, splendidis ex marmore ædificiis exornavit, nec non specialia privilegia Abbatibus Admontensibus indulsit. Ut ergo vidit, Admontense Asceterium carere Abbate, & pastore, quod per aliquot annos post mortem Henrici Abbatis tantum administratorem habuit Ottonem Priorem, postea electum Abbatem Myllstatensem, ut insignem Antistitem præficeret, legatum suum Udalricum de Elsendorf postea Monachum Admontensem misit ad beatum virum Theogerum sibi antea notum Abbatem in Monasterio S. Georgii in sylva Hercinia, ubi tunc insignis florebat disciplina Monastica, petens ab illo, ut Woluoldum concederet constituendum pro pastore Admontensium. Theogerus annuit petitio-

petitioni tanti Præsulis, & abeuntibus dixit, ut referunt monumenta Admont. L. 3. n. 85. & ex illis noster Dom. Amandus Abbas L. 2. Chron. Admont. c. 2. §. 8. in vita Abbatis Wolfoldi: „Ducite eum in gaudio, „& scitote pro certo, quia per eum in divino „servitio tota vestra proficiet regio.„ Quæ etiam profecto ex spiritu quodam prophetico prædixit. Wolfoldus enim circa annum 1114. constitutus Admontensis Abbas prudentissime rexit Monasterium, novam disciplinam in Monasterium introduxit, magnum religiosorum numerum suscepit, & ita crescebat benedictio divina, ut fama disciplinæ tam sanctæ illecti multi præclari, ac nobiles viri Sæculo valedixerint, in monasterium Admontense convolarint, in disciplina religiosa adeo profecerint, ut etiam ad aliorum Monasteria regenda fuerint assumpti, inter quos præter alios ad nostrum Monasterium pro Abbate vocatus est Reginbertus, seu Reinbertus, de quo hic agimus, qui tempore Wolfoldi Abbatis Admontensis Prioris officio aliquamdiu functus, ob insignia autem gratiæ & naturæ dona ex Priore Admontensi postulatus est Abbas post mortem Wezelini nostri, immo neque hic meritis, & præclaris talentis metam posuit, sed, ut infra diceinus, ad Episcopatum Brixinensem promotus duorum Monasteriorum auctor, & fundator exstitit. Evocatus autem a Prioratu Admontensi ad Abbatiam Monasterii nostri Reinbertus præfuit Monasterio nostro per annos omnino novem, sed non plures, videlicet ab anno 1116. usque ad annum 1125. non autem ut aliqui volunt 1126.

II. Sub quo variæ donationes, speciatim ab ipso Archiepiscopo Conrado factæ fuerunt Monasterio;

Regimen Abbatiale Reinberti, quod per annos novem protraxit, memorabile reddunt plures donationes, quæ sub ipsius regimine Monasterio præsertim ab Archiepiscopo Conrado factæ fuerunt. Ut in ordine chronologico procedamus; post illam a Conrado Archiepiscopo jam sub Abbate Wezelino factam donationem residentiæ antiquæ in citato diplomate originali Conradi sub sigillo expressam, in iisdem litteris membraneis, quæ tamen ut supra diximus, primum anno 1130. emanarunt, leguntur sequentes donationes, & donationum confirmationes a Conrado sub Abbate nostro Reginberto factæ: & *primo* quidem de anno 1121. legitur donatio loci Elsinbach cum prædiis Rosbach, Perchoven, Chindechoven, & Popach facta a Dietmaro nobili, consensu & rogatu Conradi Archiepiscopi: litteræ authenticæ sic sonant:

„Anno vero Dominicæ Incarnationis „MCXXI. consensu, & rogatu nostro Diet„marus quidam nobilis de Lungovia tradi„dit ad idem altare„ (nimirum S. Petri) „locum quendam Elsinpach nomine, præ„diaque in usum fratrum in eodem loco Deo „servientium, quæ sic appellantur, Ros„pach, Perchoven, Chindechoven, Poch„pach, cujus rei testes sunt Wilihalm, Hein„rich de Muri, Heinrich, & frater ejus „Chunrad de Sechirchin, Tagini, & frater „ejus Sigifrit, Percholt, Hocholt, & fra„ter ejus. Nortprecht de Radistatt, Lui„tolt, Cropphili & filius ejus Piligrin, Luit„polt de Heilerrispergi, Luituuin de Losan, „Harnit de Uzilingen. Testes investituræ, „Wilihalm, Heinrich de Muri, Heinrich „de Seekirchin.„ *Secundo*: Archiepiscopus Conradus confirmat anno 1122. donationem domus Eleemosynariæ in civitate, & Ecclesiæ S. Joannis Baptistæ cum aliquibus beneficiis factam. Tenor litterarum originalium in eodem citato instrumento est sequens:

„In nomine sanctæ & individuæ Trinita„tis Chunradus felicis memoriæ divina fa„vente clementia Salisburgensium Archi„episcopus. Anno dominicæ Incarnationis „MCXXII. indictione XV. idem ipse tradidi „ad præfatum altare coram Gurcensi episco„po Hiltipoldo, Dominoque Reginberto „Abbate eleemosynariam domum, quam „ipse in hac civitate edificavi cum omnibus „adquisitis, & adquirendis cujuscunque „utilitatis vel nominis, simul cum ecclesia „S. Joannis Baptistæ consentiente Pabone „Archipresbitero, cujus beneficium erat „eo nimirum tenore, ut per obitum ejus „cum omnibus pertinentiis suis usibus pau„perum inserviat. Et quidquid ad eandem „domum ulterius delegandum fuerit, su„per idem altare videlicet beati Petri dele„getur, & ejusdem juris lege constringatur. „Verumtamen eadem Ecclesia propterea „communi consilio tam nostro, quam fra„trum utriusque partis cum area tantum ei„dem Ecclesiæ sancti Rudberti ceteris ejus „pertinentiis in usu pauperum remanenti„bus. Tradidimus etiam ad eandem do„mum pauperum beneficium Totilohis ca„pellani, & Engilberti de Wagingin, & „Rudigeri leprosi de Tusinperch, totum „quoque beneficium Hartuuici Camerarii „excepto Theloneo. Hujus traditionis te„stes sunt Aribo de Chiememcouuo, Adal„bert de Dietramigen, Heinrich, & frater „ejus Chunrad, Heinrich Hovichelz, & „filii ejus Pabo, & Otto, Hartunc, & fra„ter ejus Gisilhere, Dietmar.„ *Tertio* idem Archipræsul eodem anno donat ad domum eleemosynariam duas Hubas, unam ad Porras, alteram juxta locum, qui vocatur Ursprinch. Litterarum adpendix hæc est juxta originale: „Eodem quoque anno tra„didimus ad prædictum altare in stipen„dium pauperum duas Hubas unam ad por„ras, alteram juxta locum, qui vocatur „Ursprinch coram testibus, quorum hæc „sunt nomina, Heinrich, & frater ejus Re„ginpreht, Engilschalch de Carinthia, Si„gibotho de Altanath, Hartuuic, & Ger„loch de Izilingin hac cum intentione, & „hac mercedis compensatione hæc opera „misericordiæ, quæ prelibavimus, Deo bo„norum omnium largitori, & remunerato-

ri

„ri novimus, & ut noſtris diebus impleren-„tur, operam dantes procuratoribus noſtris, „ut nihil exinde minuant, conſuluimus". *Quarto* in eodem inſtrumento per inſertas litteras, quarum copiam damus, anno 1124. donavit idem Conradus 16. Huobas in Carinthia ſpecificatas cum beneficiis duorum Germanorum Adalberti, & Gotſchalchi. „Anno autem Dominicæ Incarnationis Mil-„les Centes. XXIV. idem ipſe tradidi ad „ante dictum altare beati Petri XVI. hubas „partim de poſſeſſione illa, quam mihi dux „Heinricus moriens reliquit, partim aliunde „quæſitas, X. ſuper montem Piſuuih, ad „Blodinihi II., ad Hollin II., juxta pahi-„rich ad Chrappheld II. ſitæ ſunt. Hæc „traditio acta eſt preſente venerabili Gur-„zenſi epiſcopo Hiltipolde, teſtibusque per „aurem attractis, quorum nomina hæc ſunt, „Egilſchalch de Carinthia, Meginhart de „Gurca, Friderich de Huniſperch, Sigibo-„to de Mura, Adalperto de Dietramingin, „Aribo dapifer. Teſtes inveſtituræ Engil-„chalch, Heinrich, & frater ejus Regin-„precht de Seekirchin Pero de Wenga, „Patto de Halla, Adalberto de Dietromin-„gen". *Quinto*: Vigore inſtrumenti membranei æquali ſigillo muniti ſub ſigno B. (priores enim litteræ continentur omnes in uno inſtrumento ſub ſigno A.) ſæpe dictus Archiepiſcopus anno 1124. ſub Abbate Reinberto donavit Monaſterio Appanowe, id eſt, quod hodie Abbtenau dicimus a Strubenbergſeke ſurſum juxta fluvium Lameræ usque ad Tuſtſtain, & usque ad Lohe cum omnibus adiacentibus cultis & incultis exceptis piſcationibus, & venationibus, ut altera pars dictæ ſilvæ ad uſus Monachorum, altera vero neceſſitatibus in hoſpitali deſerviat, item donat tres partes decimæ, quarta ſibi reſervata ad ulteriorem diſpoſitionem. Textus inſtrumenti ex originali ita legitur, quod tamen originale etiam primum emmanavit anno 1130. „Anno Dominicæ In-„carnationis milleſimo centeſſimo XXIIII. in-„dict. II. Chunradus beatæ memoriæ Salz-„burgenſis Archiepiſcopus pro ſuo, ſuorum-„que ſucceſſorum remedio Appanowa a Stru-„benbergeſekke ſartum juxta fluvium Lame-„ræ usque Tuſtſtain, a Tuſtſtain usque Lo-„che cum omnibus adiacentibus cultis, & „incultis exceptis piſcationibus, & vena-„tionibus ad altare S. Petri contradidit, ut „altera pars prædictæ ſilvæ ad uſus Mona-„chorum, altera vero neceſſitatibus pauperum in hoſpitali deſerviat; decime vero „tres partes Abbati conceſſit ea conditione, „& jure perpetuo, ut eas ſecundum Juſti-„tiam, & legum canones diſtribueret, quar-„tam autem, quæ Sacerdoti contingit, in „ſua poteſtate retinuit, donec apud ſe deli-„beraret, cui curam animarum ibidem com-„morantium committeret. Cujus rei teſtes „ſunt Fridericus de Huniſperch, Adalram „de Ottendorf, & frater ejus Mazilinus, & „ejus miles Ottochar. Dietrich de Waltin-„dorf, Udalrich de Sekirchon, & fratres „ejus Heinrich, Chunradus, & Reginber-„tus, Vollmar de Blaſe, Adalperto de Die-„tramingin, Dietmar & fratres ejus Hartunc, „Gislheri, Rudprecht. Teſtes inveſtituræ „Adalram, Adalperto, Dietmar. data XI. „Kal. Febr. anno Dom. Incarn. Milles. cen-„tes. XXX. indict. VIII. Anno vero Domini „Lotharii Regis V. Chunradi Archiepiſco-„pi XXVII. Actum Salzpurch feliciter A-„men". Denique *Sexto*, ſub iſto Abbate probabilius, per litteras originales membraneas ſed parvas, ubi nec annus, nec dies notatus eſt, Conradus donavit nobis foreſtium in Abbatisaugia a Lamerſteg ad Twechenberg cum particula ſylvæ in Swalcwe. Litterarum tenor eſt ſequens.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

† „In nomine ſancte & individue Tri-„nitatis ego Chunradus per Dei miſericor-„diam ſancte Salzburgenſis eccleſiæ Ar-„chiepiſcopus. Ex quo Cathedram hujus „nominis adepti ſumus, cupientes per ſex „opera miſericordiæ annumerari cum agnis „in dextra in ultima examinatione cum a-„monitione ſcripturæ dicentis, quodcumque „poteſt manus tua facere, inſtanter operare. „Præcipue ſeculo renuntiantibus liberales „eſſe operam dedimus, ut remunerationi „eorum participes effici meremamur. Un-„de ſublevationis, & ſuſtentationis manum „quibuscunque porrigentes, fratrum noſtro-„rum monachorum cenobii S. Petri inducti „precibus, de Lamerſtege usque Twercen-„perc, foreſtum cum jure noſtro ipſis contu-„limus, quod duo foreſtarii Azele videlicet „& Luitfrit in cura, & officio habebant, qui „frequentes moleſtias, & injurias predictis „fratribus inferebant. Preterea adjecimus „eis paticulam ſilve, qui vulgo Swalcwe „vocatur, & quidquid in ea utilitatis ad „communes uſus elaborare poſſunt, pro ſpe „eterne retributionis ſtabilivimus. Hujus „rei teſtes ſunt Adalberto Caſtellan de Wer-„ven, & filius ejus Daringus, Adelram, „Dietmar, Rodobetus, Pertholdus, Per-„tholdus, Otokar, Fridericus". Hucusque parvum inſtrumentum membraneum ſub ſigno C. cum ſigillo ob antiquitatem ab ipſis litteris ſoluto, ſed adjacente. Atque hæ donationes factæ ſunt a Conrado Arciepiſcopo ſub Reinberto, ſeu Reginberto Abbate noſtro. Plures litteras majori conſideratione dignas adducemus in vita Abbatis immediate ſequentis Balderici.

III. Promotus demum Reinbertus ad Epiſcopatum Brixinenſem, & ibidem mortuus.

Quamvis autem alia acta particularia nos lateant de Reinberto, certe indubium eſt, fuiſſe virum religioſiſſimum, multaque variarum rerum experientia inſtructum, illisque præſertim temporibus periculoſſimis tanta ſollicitudine, & dexteritate gregem ſibi commiſſum verbo & exemplo paſcere ſtuduiſſe, ut eum eapropter munere epiſcopali dignum judicaverit Antiſtes, & Metropolita noſter Conradus. Fervebant tunc, ut ex hiſtoriis conſtat, inter Henricum V.

Cæsarem, & ejus aseclas (inter quos præcipue erant duo Suffraganei, Henricus Frisingensis unus, Hugo Brixinensis alter) & Conradum Archiepiscopum Salisburgensem lites, quas per longum describit Hansizius non tantum, in vita Conradi Archiepiscopi, pag. 220. a. n. XXXIX. Verum etiam in corollariis pag. 942. a. num. LVII. quibus tamen per longum enarrandis, cum ad historiam Monasterii non spectent, immorari nolumus. Ut autem sciatur, qua occasione Abbas noster Reinbertus promotus fuerit ad episcopatum Brixinensem, paucis verbis synopsin referimus ex citato historico: „Jam quod vivente cæsa„re", ait cit: l. n. XXXIX. „perficere non po„tuit", (nimirum Conradus) „aggressus sub „Lothario toto studio in exauctorationem „duorum Præsulum Suffraganeorum Hu„gonis Brixinensis, & Henrici Frisingensis „incubuit. Uterque jam dudum Sacris ab „eo motus propter partes Henricianas, quas „in Schismate tenuerant. Vivente tamen „Henrico Cæsare, seu propter ejus patro„cinium, seu ne recens cicatrix refricare„tur, seu propter studia ecclesiarum, qui„bus præsidebant, sententiam Archipræsulis „frustrati sunt. Utrumque tamen velut „Schismaticos, & communione sacra deje„ctos habebat Conradus, eorum consecra„tiones execrabatur, aras ab eis dedicatas „confringebat". Hæc ille. Quamvis autem quoad depositionem episcopi Frisingensis novæ difficultates emerserint, certum tamen est, quod anno 1125. Hugoni Episcopo Brixinensi propter ejusdem culpæ cum Frisingensi reatum a sua sede episcopali deposito *Reinbertus* Abbas noster successerit. Nam ut idem cit: celebris auctor in coroll. n. LIX. scribit: „Hugonem Brixinensem mox „ab obitu Henrici V. exauctoravit, in ejus „loco subrogato Reinberto Petrensium Ab„bate: quod in actis anno 1126. (MCXXVI.) „contigisse notavimus, secuti chronicon Ho„norii contra Vulgatum. Sed nunc e supple„mento vitæ Conradi docemus, id esse fa„ctum in conventu Moguntino, quo Lotha„rius electus est, anno 1125. Augusto men„se celebrato". Hæc Hansizius. Paulo aliter & eleganti paraphrasi hanc Reinberti Abbatis nostri promotionem & simul maxima merita ad mortem usque describit Mezgerus noster pag. 369. c. V. Lib. IV. hist. Salisb. „Non dubium„ ait, „virtute, & „prudentia excelluisse, id enim sub secuta „ad altiora promotio testatur. Supra me„minimus Hugoni Episcopo Brixinensi sub „Scismate Henrico V. faventi, & a Burdi„no Pseudo Papa consecrato, abrogatam „dignitatem: in hujus locum Conradus sin„cerus meritorum æstimator subrogari cu„ravit Reginbertum Abbatem. Nec fefel„lit ipse insignem de se existimationem, in „fide inprimis Romanæ sedis constanter per„stitit: ecclesiam suam quoque optimis in„stitutis, & moribus excoluit: utque pie„tatis, ac religionis fervorem augeret, duo „ cœnobia posuit, & plantavit. Primum „familiæ Benedictinæ in edito monte inter „alpes oeni non procul pago Schwaz dicto, „situm, divo Georgio sacrum; alte um Wil„thinense prope œnepontum, attributum „canonicis præmonstratensibus S. Norber„ti, qui non pridem candidi hujus ordinis au„ctor vita, & virtutibus totam ecclesiam ca„tholicam, & præcipue Magdeburgensem, „cujus sedis Præsul fuit, tunc illustrabat, „translatus ad superos anno 1135. Huic „cœnobio pius Præsul consentiente ecclesiæ „suæ sacro senatu multa bona & jura con„tulit, certosque terræ limites præscripsit, „quæ omnia S. Hartmannus Successor sua „quoque auctoritate firmavit. Mortuus est „Reginbertus anno 1142". Hæc ille, & nos universim de vita, & meritis Reginberti quondam nostri Abbatis.

BALDE-

BALDERICUS,

ABBAS XXXIII.

AB ANNO 1125. USQUE AD ANNUM 1147.

I. Baldericus Successor Reinberti ad episcopatum promoti anno 1125.

Reginberto, ex Abbatia Monasterii nostri ad S. Petrum Salisburgi ad cathedram Brixinensem translato, in abbatiali munere successit venerabilis Abbas *Baldericus*, vel ut alii scribunt *Waldericus*, & quidem anno 1125. ut superius in vita Reinberti a nobis fuit expositum. Quis fuerit Baldericus origine, aut patria sua, vix divinare licet; fuisse monachum nostri Monasterii sub regimine, & disciplina Reginberti Antecessoris, & haud dubie jam prioribus annis sub Wezelino in omni sanctitate educatum, vel ipsa comprobavit experientia, dum præ aliis dignus inventus est, qui succederet in Abbatiali dignitate, cui etiam per annos viginti duos in omni pietate præfuit; imo non sine opinione Sanctitatis obiit: ut infra pluribus dicemus. Sub hujus regimine acciderunt notatu dignissima: passus quidem & optimus Abbas triste incendium Monasterii, verum postquam hoc rursus fuit restauratum, accesserunt & aliæ donationes, in & extra Provinciam Monastesterio factæ; translata quidem fuerunt quædam Jura, verum & antiqua quædam privilegia non tantum Archiepiscopali, sed & Pontificia auctoritate editis Bullis, & diplomatibus confirmata, & stabilita veneramur, quæ in suo adducemus ordine.

II. Monasterium S. Petri flammis consumptum restauravit.

Vix biennium exegerat in Abbatiali regimine Baldericus, dictum ei fuit, quia gratus eras Deo necesse est, ut tentatio probaret te. „Nam sub Abbate Balderico“, ait Mezgerus noster pag. 375. „circa annum „1127. incendium subito coortum totum æ„dificium cum rebus suis, & suppellectile ab„sumpserat, & quod tristius, multa scripta, „& monumenta literaria vorax flamma ex„cussit. Scriptum legimus etiam ecclesiam „Metropolitanam eodem incendio consla„grasse. Baldericus tamen gnarus Pater„familias intra quadriennium novam cœnobil

„bii fabricam templumque restituit, quod ad „annum 1130. nostra chronica referunt. Ec„clesiam novam consecravit Conradus An„tistes Ratisbonensis, quem credibile ea „occasione adfuisse; cum ex incendio resti„tuta ipsa Metropolitana Basilica dedicare„retur a Conrado: eodem casu involuta ec„clesia S. Amandi, vulgo Margarethæ, in „cæmeterio S. Petri sita, a Romano Gur„censi episcopo consecrationem recepit anno „1141." Hæc Mezgerus, ex antiquioribus documentis, inter quæ est MS. R. seu chronicon Martini Abbatis, ubi sub Balderico sequentia leguntur. „Anno Domini „1127. occulto Dei judicio Monasterium S. „Petri jam secundo cum omnibus opibus suis „igne fortuito absum[tum est, ubi etiam „mul a monumenta donationum, & privi„legiorum a Regibus Principibus collata „conflagrasse putantur. Opera autem Bal„derici Abbatis ædificia reparata, ecclesia „S. Petri innovata, & picturis, sicut hodie „(id est circa finem Sæculi XVI. vel ad in„itium XVII. anno 1600.) cernitur, con„decorata est, & demum post quatuor an„nos unacum capella S. Mariæ a Conrado „Ratisbonensi episcopo consecrata". Ita MS. R. sed longe antiquiores sunt illæ tabulæ, quas velut micas de mensa venerandæ antiquitatis cadentes, ne pereant, anno 1662. in peculiari MSto sub signo A. collegit noster D. Amandus Abbas, ibi enim tabula 19. refertur scheda quædam antiqua separata, ubi descripta fuerunt incendia tam templi cathedralis, quam Monasterii S. Petri, & quidem de primo incendio anno 845. sub Leopramo exorto, uti in ejus vita a nobis mentio facta fuit, hæc leguntur: „anno 845. sub Leopramo, qui anno 836. „creatus est Archiepiscopus, regiminis hujus „anno decimo Basilica S. Ruperti, triennio „vero post, nimirum anno 847. ecclesia „etiam S. Petri igne peregrino exustæ sunt „quarum tecta, & muros dilapsos idem Leo„pramus restauravit. Anno 1127. Basilica „S. Ruperti exusta est III. Non. May. eodem „anno occulto Dei judicio Monasterium S. „Petri jam secundo igne fortuito assumptum „est". Ita cit. MS. Anno autem prædicto præfuit Abbas venerabilis, de quo hic agimus, Balderici[us].

III. Sub hoc abbate Jus plebesanum, & Jus Electionis a Monasterio ad DD. Canonicos fuit translatum;

Hujus Abbatis Balderici regimen per annos viginti duos protractum memorabile reddunt acta translationis Juris plebesani a nostro Monasterio ad DD. Canonicos Salisburgenses per Conradum I. Archiepiscopum factæ, nec non variæ donationes, quas vel ipse Conradus Monasterio fecit, vel a suis antecessoribus præsertim Friderico I. Archiepiscopo Monasterio nostro factas confirmavit. Ut de hac translatione plena habeatur notitia, præmittendum est ex historia Salisburgensi generali, quod jam circa annum 1122. Conradus I. Archiepiscopus augendo suæ Metropolitice ecclesiæ decori intentus Canonicos regulares numero viginti quatuor sub regula S. Augustini instituerit, eisque Præpositum Hermannum, Decanum vero præfecerit Hartmannum, virum ob virtutem, & sanctimoniam majoribus etiam infulis decorandum; qui & post mortem Reginberti anno 1142. in suffraganeâ sede Brixinensi ab ipso Arciepiscopo Conrado confirmatus, & consecratus fuit. Erecto jam, firmato, & formato Canonicorum cathedralium collegio providus Conradus cum Abbate, & Monachis S. Petri tractare cœpit de transferendis in idem Collegium Juribus, quæ ejus dignitatem decerent. „Anno 1139. memorabilis est", (referimus primo alieni auctoris Marci Hansizii verba pag. 235. n. LXVIII. in vita Conradi I.) „translatione curæ Parochianæ a cœnobitis „S. Petri ad Canonicos Juvavienses. Olim „enim, quum sedes episcopalis esset in Mo„nasterio constituta. Monachi cathedralium „obibant munus, quo deinde per S. Virgi„lium ad clericos, seu canonicos translato, „procurationem tamen plebesanam, ut vo„cant, Petrenses ad hunc usque gerebant „annum. Conradus Archiepiscopus, qui „dudum domicilium suum a Cœnobio ad Me„tropolitanam S. Ruperti transtulerat, dein„de Canonicos ad regularem ordinem ad„strinxerat, concilium cœpit utrisque, nem„pe & Monachorum quieti, & Canonico„rum dignitati institutoque consulendi". Hæc Hansizius. Paulo fusius, sed non sine fundamento ex actis antiquis discurrit Mezgerus noster L. IV. c. 7. ad initium ferme: „Hactenus a S. Ruperti Proto - præsulis æ„tate, translato licet in Basilicam S. Ruper„ti a divo Virgilio ædificatam, cathedralis „ac Metropoliticæ Ecclesiæ nomine, digni„tate, officiisque divinis eo pertinentibus, „tamen facultas eligendi Archipræsulem „(quamvis post Ammilonium Archiepisco„pum vix unquam usurpata, impedientibus „fere Pontificiis, & cæsareis collationibus) „cum Jure, quod vocant, Parochiali, seu „plebesano aliisque adhærentibus in cœ„nobio, & conventu S. Petri, per annos „plusquam 550. nempe at anno salutis 582. „ad annum usque 1139. remansit. Hoc tan„dem vertente, antiquos terminos, & fixum „hactenus lapidem movit prudentissimus Ar„chimysta Conradus. Cernebat minus con„venire canonicos Ecclesiæ cathedrali ad„dictos cathedralem genere titulum, sed mu„nis, quæ illis jura sacra tribuunt, carere. „Ad hæc non sine multo labore Petrensibus „incumbere unus angelicis humeris grave, „curandarum animarum. Populum Salis„burgensem supra antiqua tempora magno „numero auctum augeri indies: alliduis ad „sacras functiones excursibus molestе premi „viros choro, & curæ sui, Deoque contem„plando unice addictos. Nec dissentiebant „pii Monachi, qui reconditam in Deo quie„tem, Mariæ otium præ Marthæ negotio, „contemptis, quæ inde nascerentur, tem„poralibus emolumentis, optabant. Hinc

„facile

„facile mutuo conſenſu in rem conventum, „& concluſa tractatio, qualem Conradus vo„lebat, in hæc capita. Primum Jus ple„besanum cum omni Jure, & utilitatibus „in manus D. Archiepiſcopi depoſitum trans„eat unacum eccleſia plebesana (eſt illa B. „Virginis vulgo parochialis nunc PP. Fran„ciſcanis addicta) in novos canonicos in „eccleſia Metropolitana inſtitutos. II. Jus e„ligendi Archipræſulis, quod hactenus pe„nes eosdem Monachos ſteterat, iisdem „quoque Canonicis deinceps cedat, ea ta„men conditione, ut Abbas S. Petri ſuorum „omnium vice cum DD. Canonicis coeli„gendi habeat poteſtatem. III. Viciſſim ex „parte S. Petri maneant ſalvæ decimæ ex „jure parochiali debitæ, ſepultura libera „cum omnibus huc apertinentibus. IV. Fa„cultas ſit iisdem in memoriam antiqui Ju„ris parochiani in Sabbatis Paſcæ, & Pen„tecoſtes duos aut tres parvulos ſacro fonte „abluere, nec non quadrageſimæ, & Pa„ſchæ temporibus familiæ ſuæ ſæculari, Sa„cramentis Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ pro„videre. V. In antiquitatis ſuæ, & originis „honorem prærogativa ipſis ſit perpetua in „conventibus, & ſupplicationibus ſacris po„ſtremo, ſeu digniori loco gaudendi. Ad„dita clauſula, ut ſi DD. Canonici ſecus te„mere attentaverint, Jura, & emolumenta „hujus conventionis vigore accepta ipſo fa„cto perdant, & in cœnobium S. Petri re„vertantur. Litteras Archiepiſcopi ſuis pro„priis, in vim contractus, formatis firmarunt „præpoſitus Severus, Hartmanni Succeſſor, „totumque capitulum eccleſiæ S. Ruperti". Hucusque Mezgerus probatus Hiſtoriæ Salisburgenſis auctor: qui tamen ad 5. puncta reſervata, & allegata debuiſſet etiam addere, in Bulla Conradi quoque contineri, quod ob reſignationem illius Juris plebesani data nobis fuerit Eccleſia in Millbach, id eſt, Hallein cum decimis, & pertinentiis ſuis, item decimæ 24. patellarum Salinarum, quod punctum & Mezgerus, & Hanſizius in copiis Inſtrumenti omiſerunt, aut obiter pertranſierunt; uterque enim vel originale tranſſumptum non inſpexit, vel ab aliis exemplaribus non authenticis deſcripſit, ubi tantum extractus hujus inſtrumenti allegantur.

IV. De cujus translatione exſtat inſtrumentum authenticum transſumptum Romæ anno 1486.

Ut autem hæc narratio, quod Jus plebesanum cum certis conditionibus, & reſervatis prærogativis Monachi noſtri DD. Canonicis Salisburgenſibus ceſſerint, & prædicta commoda auctoritate Præſulis roborari petierint, plenam fidem habeant, in extenſo allegamus inſtrumentum a Conrado I. Archiepiſcopo anno 1139. erectum, cujus equidem litteras originales Romam mitti oportuit, exſtant tamen apud nos in Armario IV. Archivii noſtri n. II. ſub ſigno E. Litteræ membraneæ authenticæ, tranſumptæ, & auctoritate Petri de Vincentia auditoris Cameræ Apoſtolciæ generalis roboratæ cum ſigillo rubro in arculam ferream impreſſo, per quas litteras anno 1486. ad inſtantiam a P. Virgilio quondam Priore noſtro ſub Ruperto V. nomine Abbatis, & Conventus factam confirmantur Jura, & privilegia, quæ nobis contulit anno 1139. Conradus Archiepiſcopus, cujus confirmationis tenor in prædictis litteris Romanis de verbo ad verbum continetur, atque translationem Juris plebesani in canonicos regulares a Conrado introductos concernit. Tenor inſtrumenti Romani cum inſerto inſtrumento Conradi I. Archiepiſcopi, nec non annexæ confirmationis a toto capitulo ſic ſonat:

„In nomine ſancte & Individue Trinita„tis, Patris, & filii, & ſpritus ſancti. „Amen.

„Noverint univerſi, & ſinguli, preſentes „litteras ſive præſens publicum trans„ſumpti inſtrumentum inſpecturi, Lecturi, „& audituri. Quod nos Petrus de Vincen„tia utriusque Juris Doctor Domini noſtri „Papæ Capellanus, & ipſius, ejusque „Camerarii nec non curie cauſarum camere „apoſtolice generalis auditor ad venerabilis „Patri Domini Virgilii Prioris monaſterii S. „Petri Salzeburgenſis nomine Abbatis, & „conventus ejusdem monaſterii principa„lium, & providi viri Domini Wigilei Froſch „canonici patavienſis eorumdem principa„lium Procuratoris, ut aſſeritur, inſtantiam, „& requiſitionem omnes, & ſingulos ſua „communiter vel diviſim intereſſe putan„tium, eorumque Procuratores. Si qui „tunc erant in Romana curia pro eisdem „ad videndum, & audiendum litteras pri„vilegii, ſeu quarumdam prerogativarum, „& ſtatutorum a Reverendiſſimo Patre Do„mino Conrado quondam Archiepiſcopo „Salzeburgenſi in favorem Abbatis, & con„ventus Monaſterii ſupradicti ſuper conſer„vationes ſtatus, & Jurium ſuorum, quo „ipſi quondam in reſignatione Juris Parochia„lis eccleſie Salzeburgenſis ſibi de voluntа„te, & conſenſu Archiepiſcopi ſupradicti „reſervarunt, emanatas, & magno rotun„do, ac alio minori etiam rotundo ejusdem „Archiepiſcopi, & capituli eccleſiæ S. Ru„berti Salzeburgenſis ſigillis utrumque in „cera alba, & pergamenti preſſulis a ter„go charte impenſis ſigillatas exemplari, „& in publicam formam tranſſumpti redigi, „vel dicendi & cauſam, ſi quam haberent „rationabilem, quare premiſſa fieri non „debeant, allegandum per audientiam pu„blicam litterarum contradictarum Domini „Domini noſtri Pape citari mandavimus, „& ſecimus ad certum, & peremptorium „terminum competentem ad diem videlicet, „& horam infra ſcriptas, quibus advenien„tibus comparuit in judicio legitime coram „nobis dictus Wiguleus Procurator nomine „quo ſupra procuratoris, & certas litteras „citatorias in dicta audientia noſtro de man„dato executas facto reportavit, citatorum„que

„que in eadem contentorum non compa-
„rentium contumaciam accuſavit, ipſosque
„contumaces reputavit, & in eorum con-
„tumaciem predictas litteras ſanas, illeſas
„ab omni prorſus vitio, & ſuſpicione caren-
„tes facto realiter, & in ſcriptis exhibuit,
„atque produxit, quas tranſſumi, & exem-
„plari, ac in publicam formam redigi, man-
„darique noſtram, & dicte curie authori-
„tatem judiciariam, & ordinariam pariter,
„& decretum interponi per nos inſtanter po-
„ſtulavit. Nos tunc Petrus de Vincentia
„auditor prefatus attendens requiſitionem
„hujusmodi fore juſtam, & rationi conſonam,
„cumque juſta petentibus non ſit denegan-
„dus aſſenſus dictos citatos non comparen-
„tes reputavimus merito id exigente juſtitia
„ contumaces, & in eorum contumaciam
„dictas litteras ad manus noſtras recepimus,
„illaque vidimus, tenuimus, legimus, & di-
„ligenter inſpeximus, & quia hujusmodi lit-
„teras ſanas, & integras, & illeſas omni
„prorſus vitio, & ſuſpicione carentes inve-
„nimus, ideo per notarium publicum dicte-
„que curie camere apoſtolice, & hujusmo-
„di cauſa coram nobis Scribam tranſſummi,
„exemplari ac in publicam tranſſumpti for-
„mam redigi fecimus, & mandavimus, vo-
„lentes, & authoritate dicte curie decer-
„nentes, quod preſenti noſtro tranſſumpto
„publico de cetero, & in antea tam in Ro-
„mana curia, quam extra ubicunque loco-
„rum in judicio, & extra ſtetur, illique de-
„tur, & exhibeatur talis, ac tanta fides,
„ qualis, & quanta dictis originalibus lit-
„teris inferius inſertis, & cum preſenti tran-
„ſumpto auſcultatis, & collationatis data
„fuit, & exhibita, daturque, & adhibetur,
„ſeu daretur, & exhiberetur, ſi in medio
„exhibite fuiſſent, & oſtenſe. Hujusmodi
„vero Litterarum tenor de verbo ad verbum
„ſequitur, qui eſt talis".

„In nomine Sancte & individue Tri-
„ nitatis.

V. Cui & ipſum Inſtrumentum Conradi I. Archiepiſcopi de anno 1139.

„Ego Chunradus Dei gratia Archiepiſco-
„pus Salzburgenſis apoſtolice Sedis le-
„gatus Balderico abbati, & fratribus Mo-
„naſterii S. Petri in perpetuum. Quamvis
„ex debito paſtoralis officii teneamur eccle-
„ſias, & perſonas eccleſiaſticas fovere, &
„cultum divi Numinis fideliter adimplere,
„ſpeciali tamen affectu circa veſtrum Mona-
„ſterium, quod primum noſtre civitatis, &
„epiſcopalis culminis noſcimus eſſe funda-
„mentum, movemur; & diligenti ſollicitu-
„dine vigilare cupimus, ut ibidem religio
„jugiter vigeat, & ſedulum recipiat incre-
„mentum. Notum igitur volumus eſſe o-
„mnibus eccleſie noſtre filiis, preſentibus,
„& futuris, quod, cum Sanctus Rodbertus
„ſancte memorie predeceſſor noſter civita-
„tem juvavienſem de novo erigens ſedem
„ſuam epiſcopalem in Monaſterio S. Petri
„collocaſſet, ac fratribus, quos ibidem ſub
„regula S. Benedicti ſibi perpetuos ſucceſſo-
„res in eadem ſede epiſcopali inſtituerat, &
„etiam curam Parochialem commiſiſſet, &
„tradidiſſet, quas usque ad preſens fideli-
„ter exercuerunt. Creſcente autem populo
„ejusdem Civitatis etiam labor Parochianus
„augebatur, adeo, ut ipſi non parva in re-
„gulari obſervantia, & inſtitutione impedi-
„menta ſentirent; quapropter elegerunt,
„quod ipſis utilius, & Deo acceptius eſſet,
„ſcilicet vitam quietam, & contemplativam
„in otio Marie, atque ad petitionem no-
„ſtram dictum Jus plebeſanum cum omni Ju-
„re, & utilitatibus in manus noſtras reſi-
„gnarunt, ut in noſtros Canonicos, quorum
„eccleſiam, ut ab initio plantaverant, ita
„etiam eos ampliori munere proſequi volen-
„tes transferre dignaremur, reſervatis ſibi
„tamen decimis, & libera ſepultura cum
„omnibus attinentiis ſuis, ac aliis nonnul-
„lis prerogativis, quæ omnia noſtra autho-
„ritate unacum privilegiis, & aliis liberta-
„tibus ſuis confirmanda, & manutenenda
„propoſuerunt, ne in futurum in eis turbari
„ac moleſtari poſſent. Nos vero fidelem,
„piam, & juſtam eorum intentionem atten-
„dentes, & quo Deo liberius, & tranquil-
„lius vacarent, omnia nos facturos firmiter
„promiſimus, collataque noſtris dilectis filiis
„canonicis regularibus eccleſie S. Rodberti
„preſata eccleſia plebeſana dicte noſter ci-
„vitatis cum ſuis capellis, & utilitatibus ad
„eam pertinentibus obviare volentes omni-
„bus damnis, litibus, atque aliis incommo-
„dis, que dictis fratribus ob talem reſigna-
„tionem, & noſtram collationem ſeu alias
„occurrere poſſent, ac pro perpetua Jurium
„ſuorum conſervatione Pontificali noſtra au-
„thoritate ſtatuimus, & ordinamus inpri-
„mis: ut ſingulis electionibus pro Archiepiſ-
„copis Saliburgenſibus per canonicos no-
„ſtros juxta apoſtolicas ordinationes facien-
„dis Abbati ejusdem Monaſterii pro tempo-
„re exiſtenti loco fratrum ſuorum, ad quos
„prius ſemper ejusmodi electio ſpectabat,
„intereſſe competat perpetuo, & quem ipſe
„unacum canonicis prefatis ex ipſis vel alias
„elegerint, Archiepiſcopus cenſeatur abs-
„que populi contradictione, quod inviolabi-
„liter obſervari volumus, & mandamus,
„ac in memoriam, & honorem ſui Juris ple-
„beſani debeant, ſi volunt, in Sabbato Pa-
„ſce, & Pentecoſtes duos vel tres parvulos
„baptizare, & ſingulis quadrageſime, & Pa-
„ſce temporibus omnem familiam ſuam cum
„Scholaribus Sacramentis Confeſſionis, &
„Euchariſtie providere, de aliis vero ad Pa-
„rochiam ſpectantibus ſe non intromittere;
„ſed ne ne propter rerum inopiam, quam ex
„reſignatione, & aliarum poſſeſſionum in
„eccleſiam dictorum canonicorum trans-
„latione incurrerunt, quemadmodum noſtro
„tempore reſcivimus, a Religionis tramite,
„quod abſit, aliquando deſiſtere contingat,
„nos paterna pietate providere voluimus, ut
„decimas omnes, quas antiquitus in eadem
„Parochia perceperunt, juxta continentiam
regiſto-

„regiſtrorum ſuorum, ut in reſignatione re-
„ſervaverunt, etiam futuris temporibus per-
„cipere debeant. Addimus etiam ſuper o-
„mnia, quæ variis temporibus eis contuli-
„mus, eccleſiam in Millach, que Hellein
„dicitur, cum decimis, & aliis pertinentiis
„ſuis, decimas quoque viginti quatuor pa-
„tellarum Salinarum ibidem pleno Jure tra-
„didimus. Decernentes etiam, ut in con-
„ventionibus, & proceſſionibus prefate no-
„ſtre civitatis iidem fratres perpetuo gau-
„deant, & fruantur loco poſtremo, ſive di-
„gniori. Ingratiſſimum enim, & indecens
„eſſet illis honorem, & prerogativam non
„tribuere, de quorum laboribus tot provin-
„cie, & populi fidei incrementa ſuſceperunt,
„& eccleſia noſtra Inſtituta fuit, & redditi-
„bus ampliata. Preterea volumus, & man-
„damus, ut libera, & firma maneat ſepul-
„ tura in eccleſia, in cæmeterio, & capel-
„lis eorum, recipiantque oblata quecunque
„absque cujusvis contradictione in perpe-
„tuum, ſicut receperunt exequias, & ſepul-
„turam tenuerunt ab inſtitutione eccleſie
„eorum, & antequam jus plebeſanum in
„noſtras manus reſignaverunt; & licet no-
„ſtris canonicis conceſſimus ſepulturam o-
„nium miniſterialium noſtrorum, vel eo-
„rum, qui aliquo jure ad nos, vel ipſos
„ſpectare videntur, & talium nullus alibi,
„quam apud eos ſibi audeat eligere ſepul-
„turam, neque aliquis Prelatus vel Sacer-
„dos contra hujusmodi ſtatutum aliquo pre-
„textu ſine canonicorum conſenſu recipere
„audeat, prohibuimus, non tamen inten-
„dimus, neque voluimus contra eſſe ſepul-
„ture dicti Monaſterii, indignum enim judi-
„camus eam violare ſepulturam, quam idem
„S. Rodbertus inſtituiſſe, & conſecraſſe no-
„ſcitur, ideo noſtra Pontificali authoritate
„eam confirmamus, & innovamus, in per-
„petuo futuris temporibus habeant, & con-
„ſervent facultatem ingerendi cadavera
„quorumcunque hominum, & miniſteria-
„lium, ſeu ad Dominicalia noſtra pertinen-
„tia, dummodo vota illorum ad ea appel-
„laverint. Ne autem contra hæc noſtra in-
„ſtituta, & ordinationes in genere, vel in
„ſpecie dicti noſtri canonici neque per ſe,
„neque per alios attentare preſummant,
„volumus eos pro futuris temporibus obli-
„gare ſub pena privationis, & reſtitutionis
„omnium bonorum, que ipſi fratres una-
„cum epiſcopatu olim, & plebeſano jure
„per nos in eos ſingulari gratia transtule-
„runt, dictaque omnia in ſuum antiquum
„locum eccleſiam S. Petri redire debeant,
„ordinaria authoritate noſtra irrefragabili-
„ter eidem eccleſia ſtabilimus, & confir-
„mamus omnia privilegia, jurisdictiones,
„conſuetudines ab antiquo inviolabiliter ob-
„ſervatas, libertates, donationes quascun-
„que ut videlicet eis ſecure liceat poſſidere
„omnia bona a quibuscunque Chriſti fideli-
„bus oblata, hactenus juſte, & legaliter
„poſſeſſa in vineis, prediis, montibus, &
„campis, paſcuis, ſilvis ſilvarumque ſectio-
„nibus, agris cultis, & incultis, aquis piſ-
„cariis, mancipiis, & ejusmodi utilitatis
„genere cum omnibus pertinentiis ſuis,
„prout in libris eorum ſalariis deſcripta
„ſunt, & alia mobilia, & immobilia cum
„omnibus annexis, & connexis, & quæ in
„futurum juſtis modis preſtante Domino po-
„terunt adipiſci, firma ipſis, & eorum ſuc-
„ceſſoribus illibata permaneant ſub atteſta-
„tione divini judicii, & epiſcopalis banni
„authoritate cenſemus: qui autem neglecto
„juſtitie tramite hujus pagine noſtre autho-
„ritati temeraria manu obviare preſumpſe-
„rit, non reſipuerit, poſt legitimam moni-
„tionem ſciat, ſe eterne maledictionis, &
„damnationis periculum incurrere. Ut ve-
„ro hæc noſtra ſtatuta, ordinationes, tradi-
„tiones, confirmationes in evum incon-
„vulſa, & illeſa permaneant, paginam pre-
„ſentem ſigilli noſtri impreſſione ſignamus".

VI. Nec non approbatio Capituli Salisburg. de verbo ad verbum inſerta ſunt;

„Nos vero Severus Prepoſitus, & totum
„Capitulum eccleſie Sancti Rodberti cano-
„nicorum regularium de obſervantia atten-
„dentes illa multimoda bona, & poſſeſſio-
„nes, que a predicta eccleſia S. Petri anti-
„qua matrice ad nos, & noſtram eccleſiam
„translata ſunt, & conceſſa, preſertim,
„quia fratres ejusdem eccleſie ſupra me-
„moratum Jus plebeſanum tam liberaliter
„per Reverendiſſimum, venerabilem, &
„Dominum Dominum Conradum Archiepiſ-
„copum noſtrum in nos translatum, licet
„ea conditione, ut neque nos, neque ſuc-
„ceſſores noſtri in prejudicium ſepulture, &
„decimarum, que ſibi de dicta parochiali
„eccleſia de Archiepiſcopi noſtri predicti
„mandato, voluntate, & aſſenſu reſerva-
„runt, ceterorumque privilegiorum, & ju-
„rium ſuorum ullo tempore quomodolibet
„attendaremus, aliaque prope plurima con-
„ſiderantes, propterea merito eam venera-
„ri, & ante oculos habere debeamus. Ideo
„propria, ſpontanea, & libera voluntate
„nos ſubmittimus, & obligamus ad omnia,
„& ſingula predicta ſtatuta, & ordinationes,
„quas idem Reverendiſſimus Archiepiſco-
„pus Chunradus pro perpetua Jurium con-
„ſervatione dicte eccleſie S. Petri ſtatuit, &
„ordinavit, & ſi unquam contrarium in uno
„attentaverimus, cadamus ab omni Jure,
„& poſſeſſionibus, que a dicta eccleſia ad
„nos translata ſunt cum epiſcopatu, & ec-
„cleſia plebeſana predicta, que omnia libere
„iterum in eos redeant cum omni Jurisdi-
„ctione, & utilitate ſicut prius habuerunt.
„In cujus fidem, & perpetuam ſtabilitatem
„noſtrum ſigillum capituli etiam eidem char-
„te appoſuimus. Teſtes hujus ſunt vene-
„rabilis epiſcopus Gurcenſis Somanus Got-
„fridus Abbas Admontenſis, Ulricus Abbas
„S. Lamberti, Otto Abbas Millſtatenſis,
„Chuno de Chiemſe, Heribordus de Ava,
„Hugo de Garza, Lanzo de Hall, Hu-
„go de Berhtesgaden, Hedrichus de Gur-
„ſcha Prepoſiti, MegingoſusPincerna, Luitol-
„dus

„dus de Liesdorf, Luitwinus Caſtellanus, „Engelschalchus de Frieſach, Gotfridus „de Wietting, Eberhardus, & Pogo de „Leibniz, & alii complures eccleſie noſtre „fideles. Acta ſuut hec anno Dominice In„carnationis MCXXXIX. indict. II. XI. Cal. „Aprilis regnante Domino Conrado. Ro„manorum Rege anno regni ejus ſecundo, „noſtri autem Pontificatus anno trigeſimo „quinto.

VII. Quibus ſubſcriptio Notarii publici acceſſit.

„Quibus omnibus, & ſingulis undique „rite, & legitime factis noſtram, & dicte „curie authoritatem interpoſuimus, prout „interponimus preſentium per tenorem, in „quorum omnium, & ſingulorum fidem, „& teſtimonium premiſſorum preſentes lit„teras, ſive preſens publicum transſumpti „inſtrumentum executum, prout ſuperius „dicitur, per infra ſcriptum Notarium ſub„ſcribi, & publicari, ac in hanc publicam „formam redigi in audientia dicte camere „apoſtolice ſigillo, quo in talibus utimur, „juſſimus, & fecimus appenſione commu„niri. Datum, & actum Romæ in Baſili„ca Principis Apoſtolorum de Urbe pro lo„co audientie cauſarum ſpecialiter depu„tato, nobis inibi mane hora ternarum, „& audientie cauſarum conſueta ad Jura „reddenda, & cauſas audiendas in loco „noſtro conſueto pro tribunali ſedentibus „ſub anno a Nativitate Domini milleſimo „quadringenteſimo octuageſimo ſexto In„dict. 4. die vero Vener. 6. menſis Octobris „Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris „& Domini noſtri Innocentii divina provi„dentia Papæ VIII. anno tertio. Preſen„tibus ibidem diſcretis viris Dominis Jaco„bo Gentmonti, & Jacobo Bertrandi nota„riis publicis, ſcribisque noſtris Clericis „Remens. civitatis, & Tullenſis diete te„ſtibus ad promiſſa vocatis ſpecialiter at„que rogatis



„Ego Joannes „Deſiderius de „Padrienria „clericus Tul„lenſis diete pu„blicus apoſto„lica, & impe„riali authori„tatibus nec „non curie cau„ſarum came„ralium apoſto„lice Notarius, „quia præmiſſis „omnibus, & „ſingulis, dum ſic, ut premittitur, fie„rent, & agerentur, unacum prenomina„tis teſtibus preſens interfui, eaque omnia, „& ſingula ſic fieri vidi, & audivi, ac in „notam ſumpſi; ideo hoc preſens publicum „transſumpti inſtrumentum manu alter us „fideliter ſcriptum exinde confeci, ſubſcri„pſi, publicavi, & in hanc publicam for„mam redegi, ſignoque, & nomine meis „ſolitis, & conſuetis unacum ejusdem cu„rie cauſarum camere apoſtolice ſigilli ap„penſione ſignavi, in fidem, & teſtimonium „omnium, & ſingulorum premiſſorum ro„gatus, atque requiſitus.

(L.S.)

Hucusque inſtrumentum transſumptum authenticum de translatione Juris plebeſani.

VIII. Idem Archiepiſcopus Conradus etiam ſub hoc abbate varias fecit donationes Monaſterio,

Quamvis autem ex hoc inſtrumento Archiepiſcopi Conradi ſatis colligi poſſit, quam grato animi affectu agnoverit factam a noſtris monachis ad DD. Canonicos Salisburgenſes regulares Juris plebeſani ceſſionem, & quantam unacum toto capitulo ſuo de noſtra antiqua eccleſia habuerit æſtimationem, attamen idem Archipræſul non tantum plures adhuc præter illas, de quibus in vita Wezelini, & Reginberti facta eſt mentio, fecit monaſterio donationes, verum etiam ſub hoc Abbate Balderico antiqua privilegia, & donationes, quas ab anteceſſoribus præſertim Friderico I. Archiepiſcopo accepimus, editis inſtrumentis authenticis, archiepiſcopali ſigillo roboratis ſtabilivit, & confirmavit, quorum privilegiorum, aut donationum inſtrumenta ex præcedentibus annis vel nunquam in forma probante exſtiterunt, vel probabilius per incendium præſertim ſub hoc abbate Balderico exortum perierunt; atque ut iſta privilegiorum confirmatio facta ab archiepiſcopo Conrado majus adhuc robur obtineat, etiam confirmatio ſummi Pontificis Eugenii III. primitus anno 1145. & ſecundo anno 1149. ut in vita Henrici I. dicemus, per bullam authenticam acceſſit. Anno 1130. nimirum ſub Balderico Abbate donat Conradus ſilvam quamdam partim cultam, partim incultam: Litteræ donationis inſertæ ſunt in Litteris ſub ſigno A. de quibus in vita Reinberti Abbatis dictum fuit, ſunt autem breves, & ſic ſonant:

"Item anno Dominice Incarnationis "MCXXX. ſuper idem altare delegavi Sil"vam quamdam partim cultam partim in"cultam, quam duo Germani officio videli"cet Udalschalch de Chalſi nobis contule"runt per manus Adalberonis de Dietram "ingen. Hujus rei teſtes ſunt Luitolt de Si"chaimin, Pertholt, Siutuuin prepoſitus. "Waltchon ponticus, Giſilholt, Peringer, "Hehil, Eberhart, Truslieb, Giſilhere. "Teſtes".

Per ſimiles litteras originales ſub ſigno G. Conradus I. dat Monaſterio pro decimis in 24. patellis Salinariis in Halle ob nimiam difficultatem in colligendis iſtis decimis unam totam patellam Salinariam anno 1144. item contulit beneficium quoddam, & mediam curtem in Friſaco. Tenor Litterarum eſt ſequens:

„In

„In Nomine ſanctæ & individuæ
„Trinitatis.

„Ego Chunradus gratia Dei Salzburgen-
„ſis eccleſie Archiepiſcopus: Excellen-
„tia Pontificalis apicis ſagaci indiget cir-
„cumſpectione, miſericordiæque, & pie-
„tatis, cæterarumque virtutum decoratio-
„ne. Quia ſuper ſpecula Domini ſtatuitur,
„qui eccleſiæ Dei paſtor præficitur. Cui
„oneri, & providentiæ facile ſuccumbit,
„qui religioſas perſonas diligere, & fovere
„neglexerit. Unde nos fidelium choros di-
„latare, ſuſtentare, & conſolari ſecundum
„vires noſtras ſtudemus, quoniam ipſi ſunt,
„qui eccleſie Dei ſuffragantur, qui in evan-
„gelio a Domino pauperes ſpiritu vocati
„beatificantur. Iſti inquam ſunt, qui nos
„recipient in æterna tabernacula, qui nunc
„cum ſalutis deprecatione a nobis accipiunt
„temporalia ſubſidia, quique populum Do-
„mini orationibus conſtituti cuſtodes de-
„fenſant, cum tota die, & tota nocte lau-
„dare nomen Domini non ceſſant. Notifa-
„cimus itaque multitudini credentium, qua-
„liter cenobio Sancti Petri Monachorum in
„civitate noſtræ ſedis ſubvenimus, quod in
„principio noſtræ promotionis valde adni-
„hilatum, & diſſipatum invenimus. Nam
„pene ſolummodo decimationibus ſe ſuſten-
„tabant, quas a primordio transpoſite epi-
„ſcopalis ſedis de redditibus epiſcopalibus
„habebant. Igitur propter nimiam difficul-
„tatem congregandarum Decimarum Cam-
„bium nobiscum Halle fecerunt, rogantes,
„ut unam patellam inibi cum omnibus ſuis
„appendiciis daremus. Nosque decimatio-
„nibus ibidem omnium patellarum noſtra-
„rum, illa patella excepta, frueremur.
„Nos autem, ut tanto liberius Deo vaca-
„rent cum tranquilitate, venerabilis Bal-
„derici ejusdem loci Abbatis precibus an-
„nuimus, & ad notitiam futurorum pre-
„ſenti pagine annotavimus: Præterea Wolf-
„ramus quidam de Oſſenwanc ex miniſte-
„rialibus noſtris Sanctitati eorum ſe com-
„mittens, beneficium, quod a nobis habe-
„bat, reddidit, illudque in uſus eorum-
„dem fratrum nos conferre rogavit. Quod
„non minori devotione, quam ipſe ad ali-
„moniam eis contulimus, mediamque cur-
„tem in Friſaco cum fratribus admontenſi-
„bus aſſignavimus. Traditionem vero iſtam
„in caſtro Weruen factam V. Id Decembr.
„his teſtibus adſtipulamus Domino Roma-
„no Gurcenſi epiſcopo, Luitoldo, Rudber-
„to, Wolframo Decano, Meingozo cuſto-
„de, Udalrico medico, Diethalmo præ-
„poſito de Hove, Megingozo de Surberch,
„Adalberone, & Liutuuino caſtellanis. Ot-
„tone de Kalcheim, Pertholdo de Hove,
„Noppone fratre ejus Bertholdo de Grimol-
„deswanc, Chunrado de Meiſa, Manegol-
„do de Gurce, Wolderico quoque, Sige-
„frido & alio Sigefrido, Ottone de Carin-
„thia anno Dom. Incarn. MCXLIIII. Indict.
„VII.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

Inſuper anno 1143. donat Conradus beneficium in Pongeu ad Ouhuſen & Higilin cum area infra urbem ſita loco prædii admunte, quod Monaſterio poſt mortem Hartwici debuiſſet tradi. Adeſt Diploma Archiepiſcopale ſub ſigno I. his verbis erectum:

„In Nomine ſanctæ & individuæ
„Trinitatis.

„Chunradus Dei gratia Salzburgenſis ec-
„cleſiæ Archiepiſcopus. Dum nos om-
„nipotens Deus Rectorem, & Judicem in-
„ter filios hominum dignatus eſſet conſti-
„tuere, memores illius de Propheta: recte
„judicate filii hominum, ſemper pro poſſe
„noſtro omnibus hominibus maxime do-
„meſticis fidei juſticiam, & judicium quæ-
„rentibus propoſuimus ſatisfacere. In hoc
„ergo propoſito, dum ſtuderemus coram
„noſtro Judice irreprehenſibiles inveniri,
„venerabilis frater noſter Baldericus Ab-
„bas, & ejus fratres de Monaſterio beati
„Petri Apoſtoli aures noſtras juſta, ut no-
„bis viſum eſt, querella ceperunt pulſare,
„ſcilicet quod predium quoddam Admunte
„dictum eis a piæ memoriæ Heinrico Im-
„peratore Babinbergenſis epiſcopii funda-
„tore donatum, & regali teſtamento eſſet
„confirmatum, & cum ſanctæ recordatio-
„nis Hartwico preceſſori noſtro ab eodem
„Rege dum ad viveret, ſoli eſſet conceſſum
„a ſucceſſoribus ejus epiſcopis poſt obitum
„illius injuſte retentum, & ex parte Ad-
„muntenſi cenobio ab eis collatum, ex par-
„te epiſcopalibus redditibus foret reſerva-
„tum. Ut ergo tam nos, quam ſucceſſo-
„res noſtros de hac querella in conſpectu
„Domini abſolutos, & ſecuros reddere-
„mus beneficium cujusdam fidelis noſtri
„Engilschialchi de Straze, quod habuit a
„nobis ad Pongou, ad Ouhuſen, ad He-
„gelin cum area infra urbem noſtram, &
„mancipiis utriusque ſexus, exceptis qui-
„busdam locis, quibus ipſe alios inbenefi-
„ciaverat pro parte illa, quam in pertinen-
„tia noſtrorum reddituum invenimus, pe-
„titione, & conſenſu ejus Engilschachi in
„preſentia venerabilis fratris noſtri Romani
„Gurcenſis epiſcopi, & miniſterialium no-
„ſtrorum Heinrici de Hegelin, Liutuuini
„Caſtellani, Hartnide de Izilingin, Diet-
„mari de Hichaim, Ottonis, & Wiſunt de
„Pongou, Gerlohi de Radeſtatt prefato
„Monaſterio contulimus. Ut autem hæc
„collatio ſtabilis, & inconcuſſa in æter-
„num permaneat, hanc paginam inde con-
„ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus
„inſigniri. Acta ſunt autem hæc apud
„Weruuen anno Dominicæ Incarnationis
„MCXLIII. Indict. VI. II. Id. Junii feliciter.
„Amen.

Denique etiam Conradus I. donavit beneficium Jeginonis Miniſterialis de Pruninge per parvas litteras ſub ſigno K. cum ſigillo majori, & teſtibus ſubſcriptis munitas, quæ litteræ ita leguntur.

† „In

† „In Nomine ſanctæ & indivi-
„duæ Trinitatis.

„Ego Chunradus Salzburgenſis eccleſiæ „ Dei gratia Archiepiſcopus. Mundo „in maligno poſito, quorum Deus tangit „corda, ſeculum derelinquentes ad portum „ſalutis tendunt, renuntiantesque deſide„riis carnis monachicam vitam apprehen„dunt; quorum quia multitudo exoritur, „quaſi filios Altiſſimi ſuſcipimus, & ut nos „recipiant in æterna tabernacula, tempo„ralia libenter eis ſubminiſtramus. Notum „ergo facimus tam preſentibus quam futu„ris, quod beneficium Jegenonis miniſte„rialis noſtri de Pruninge, quod a nobis „habebat, Monachis Sancti Petri in alimo„niam contulimus, traditionemque hanc „ſubſcriptis teſtibus confirmamus. Gebe„none Salzburg: Hugone Berchetzgadens: „Gerhoho Richenſpergenſi prepoſitis, Li„uttoldo, Rudberto capellanis, Megingo„to Pincerna, Adalberone Dapifero, Liu„toldo de Siestorf, Litwino Caſtellano, Pi„ligrino de Ponegowe.

Annus in his litteris expreſſus non eſt, veroſimilius tamen hæc donatio facta fuit ſub Abbate, de quo agimus. Hæc de ſpecialibus donationibus Conradi I. ſub Abbate Balderico ab anno reſpective 1125. usque ad annum 1147.

IX. Et antiquas ab anteceſſoribus factas cum omnibus privilegiis ter confirmavit, primo quidem anno 1135.

Sed non minus memorabiles ſunt litteræ originales Conradi I. quibus trina vice omnes donationes, & antiqua privilegia ab anteceſſoribus ſuis præſertim Friderico I. Archiepiſcopo Monaſterio noſtro collata approbavit, confirmavit, & ſtabilivit, quas litteras originales, & Archiepiſcopales cum præcedentibus jam allegatis inter cimelia veneramur. Prima donationum Confirmatio facta eſt anno 1135. per litteras majores oblongas cum ſigillo rotundo apud nos ſub ſigno D. exſtantes: in his litteris confirmat Conradus Archiepiſcopus omnes donationes ſuorum anteceſſorum præcipue Friderici I. in genere, in ſpecie vero donationem montis, & ſilvæ a fluvio Schwarzenbach per decurſum fluvii Salzahæ usque ad eum locum, qui dicitur Driſchwil; item eccleſiam S. Michaelis in porta urbis cum decima ad illam pertinente. Litteræ ipſe adduci merentur, quæ ita ſonant:

„In Nomine ſanctæ & individuæ
„Trinitatis.

„Chunradus Dei gratia Salzburgenſis ec„cleſiæ Archiepiſcopus. Quos divina „gratia ſuis præeſſe voluit filiis, decet, ut „omnium utilitati benivole, & liberaliter „proſpiciant, maxime eorum, quos quaſi „natu majores manutenere, & ſpecialius, „ac familiarius tractare tenentur. Unde & „juſtis, ac neceſſariis petitionibus eorum „ſuam voluntatem inclinare oportet. Ea„propter & nos poſtulationibus venerabilis „fratris noſtri Balderici Abbatis de Mona„ſterio S. Petri, & confratrum ejus hyla„riter annuentes, quidquid anteceſſores no„ſtros pontificali liberalitate eccleſiæ beati „Petri conceſſiſſe, donaſſe cognovimus, au„toritate noſtra irrefragabiliter eidem ec„cleſiæ ſtabilimus, & confirmamus. Re„novamus ergo autoritate noſtræ conceſſio„nis omnia, quæ beatæ memoriæ Fride„ricus Archiepiſcopus prædicto cœnobio „contulit, montem videlicet, & ſilvam a „fluvio Schwarzinpach per decurſum fluvii „Salzahæ, usque ad eum locum, qui vul„go vocatur Driſchwill cum omni jure no„ſtro ſive ſalis, ſeu quolibet utilitatis ge„nere, quæ in eodem prædio provenire po„teſt. Eccleſiam quoque S. Michaelis in „porta urbis ſitam cum decima ad illam per„tinente jure perpetuo illis confirmamus. „Hæc ergo ex debito officii noſtri confirma„mus, atque ut in perpetuum illibata ei„dem eccleſiæ cuncta permaneant, ſub at„teſtatione divini judicii, & epiſcopalis „Banni autoritate cenſemus. Et ut hec in „perpetuum firma & inviolata permaneant, „paginam preſentem ſigilli noſtri impreſſio„ne ſignamus. Acta ſunt autem hec anno „Dominicæ Incarnationis MCXXXV. Pon„tificatus autem noſtri anno XXX. preſen„tibus, & petentibus Reinberto Brixinenſi „epiſcopo, Romano Gurcenſi epiſcopo, & „plurimis Prælatorum eccleſiæ noſtræ, ali„isque multis Chriſti fidelibus. Actum „Frieſaco VI. Kalend. Januar. feliciter. „Amen.

X. Secunda confirmatio facta fuit anno 1141.

Secunda confirmatio facta fuit anno 1141. per litteras membraneas oblongas, in quibus Archiepiſcopus Conradus primo confirmat poſſeſſiones, & jura Monaſterii in genere, atque renovat ſuam donationem decimarum in 24. patellis Salinariis in Millbach. Secundo confirmat donationes Friderici I. Archiepiſcopi nempe eccleſiæ S. Michaelis in porta civitatis cum decimis eccleſiarum in Anif, Gredich, Seekirchen, Walwis, Willdorf, cum decimis ad has eccleſias pertinentibus: Preitinowe, Pairhaim, Meinwiſin, Munichus &c. Tertio confirmat donationes decimarum cum 16. curtibus in Chiemcowo & de 11. Huebis. in Carinthia de novem curtibus, & dimidia. Decimarum quoque de piſcationibus, 4. Sagenarum ad Fuſculſee, & Aberſee. Dein ex propriis iterum donat, & confirmat Inſulam Appanowa juxta fluvium, qui vocatur Lamera, vineam quoque ſitam in monte, qui vicinus eſt, Riettenburg, aream, & vineam in Arnſtorf, & alia bona, quorum nomina peregrinia ſunt. Tenor autem hujus originalis Diplomatis eſt ſequens ſub ſigno F.

„In nomine ſanctæ, & individuæ
„Trinitatis.

„Chuonradus Dei gratia Salzburgenſis ec„cleſiæ Archiepiſcopus. Decet omnes, „quos

„quos divina gratia in arce Syon filiis suis „speculum, & formam pietatis prepositi, „erga omnes homines, & maxime circa „domesticos fidei benevolos, mites, & li„berales se in omnibus exhibere, aures„que suas a justis, & necessariis petitioni„bus non avertere, quin potius piis votis, „& desideriis eorum clementer assensum ac„comodare. Quapropter postulationibus, „& precibus venerabilis fratris nostri Bal„derici Abbatis de Monasterio S. Petri „Salzburg: ejusque confratrum devotam „voluntatem nostram inclinantes, quidquid „antecessores nostros pontificali liberalitate „ecclesie Beati Petri concessisse, donasse „cognovimus, auctoritate nostra irrefraga„biliter eidem ecclesiæ stabilimus, & con„firmamus. Ut videlicet eis secure liceat „possidere omnes res, a quibuscunque „Christi fidelibus oblatas, hactenus juste & „legaliter possessas, in vineis, prediis, „montibus, & campis, pascuis, silvis, „silvarumque sectionibus, agris cultis, & „incultis, aquis, aquarumque decursibus, „piscariis, mancipiis, & omni utilitatis „genere, cum omnibus suis pertinentiis, „in decimis non solum de agris, & vineis, „sed etiam in decimis XXIIII. patellarum „salinarum, quarum quedam ad usus no„stros reservatæ quædam quibusdam eccle„siis ad nostram diæcesin pertinentibus con„cessæ, quædam in beneficium sunt tra„ditæ; omnium tam decimis ad prædictam „ecclesiam beati Petri perpetuo stabilitis. „Renovamus preterea auctoritate nostræ „concessionis omnia, quæ beatæ memo„riæ Fridericus Archiepiscopus predicto „cenobio specialiter contulit, ecclesiam „scilicet Sancti Michaelis in porta urbis si„tam cum decima ad illam pertinente; ec„clesiam ad Anava cum decima, ecclesia „ad Cretich cum decima, item ecclesiam „ad Mildorf cum decima, ecclesiam ad „Seekirchin cum decima, & cum manso „dotali, ecclesiam ad Waluuis cum deci„ma, Preitinowe, Peirheim, Meinuuisin, „Munichhus. Decimas quoque de pisca„tionibus IIII. Sagenarum ad Fusculse, & „ad Aberse. Decimas caseorum, quæ „dantur episcopis ad Talagowa, & ad How„berga, & ad Usilwanc. Ne vero ecclesia „illa etiam nostra largitate careret, indi„gentiæ ejus succurrere reputavimus, quas„damque possessiones, quarum loca, vel „nomina inferius subnotamus, ad usum „fratrum irrefragabiliter contulimus. In„sulam nomine Aponowa juxta fluvium, „qui vocatur Lamera, cujus medietatem „in usus egenorum, medietatemque aliam „in victum fratrum æqua divisione distri„buimus. X. Mansus, quos nobis Hein„ricus Dux filius Engilberti moriens reli„querat, & VI. quos frater suus Engilber„tus Marchio nobis dedit, beneficium Ge„ruuigæ viduæ ad Rakkingin, beneficium „Bertholdi ad Wengi & ad Ramilide, be„neficium Meginhohi de Surberg ad Pinz„gowe, beneficium Piligrini de Schalchad „ad Walrabin, & ad Haselbach, benefi„cium Etichonis de blase super Yagara, be„neficium Eberhardi de Fritelingin ad Lo„pingin, & ad Talahusen cum molendino. „Aream unam infra urbem, vineam sitam „in monte, qui vicinus est Rietinpurc, a„ream, & vineam cum suis pertinentiis „apud Arnstorf, beneficium Iruntonis ceci „ad Holzhusen, beneficium Heinrici de „Pongowa ad Tumheresbach, beneficium „duorum fratrum Adalberti, & Gotschalchi „ad Einheringin, & ad Haldinwanc, & „ad Chuinohingin. Hæc ergo nostro tem„pore a nobis, & ab antecessoribus nostris „eidem ecclesiæ donata, ex debito officii „nostri confirmamus, atque ut in perpetuum „illibata, & inviolata ei cuncta perma„neant, sub attestatione divini judicii, & „episcopalis Banni auctoritate censemus, „si quis autem neglecto justitiæ tenore hujus „paginæ nostræ auctoritati temeraria manu „obviare præsumpserit, nisi resipuerit, & „condignam satisfactionem inde fecerit, „sciat se æternæ maledictionis, & dampna„tionis periculum incurcere. Et ut hæc „in perpetuum firma, & inviolata perma„neant, paginam nostram presentem sigil„li nostri impressione signamus. Acta sunt „hæc anno Dominicæ Incarnationis MCXLI. „Indict. IIII. presentibus, & petentibus „Harmano Brixinensi Episcopo, Romano „Gurcensi episcopo, Gerhoho Abbate Ru„nensi, Udalrico Abbate Sancti Lamberti, „Pabone Gurcensi Præposito, & aliis mul„tis Christi fidelibus. Actum Friesaco V. „Kal. Aug. feliciter Amen.

XI. Tertia denique anno 1144. & quidem per Litteras sigillo archiepiscopali roboratas.

Denique tertia vice Conradus I. anno 1144. per speciales litteras primo confirmavit possessiones, & jura Monasterii in genere. Secundo illud concambium, seu permutationem decimarum 24. patellarum Salinarum pro una tota patella. Et tandem confirmavit a se, & a Friderico antecessore factas Monasterio donationes, in his litteris de novo specificatas. Quamvis autem hoc diploma originale exstans sub signo K. quoad substantiam in omnibus ferme conveniat cum litteris immediate præcedentibus de anno 1141. quia tamen in aliquibus discrepat, & propter differentiam annorum alii testes fuerunt adhibiti, hinc operæ pretium esse ducimus, ut pro complemento Litterarum Conradi & hoc diploma de verbo ad verbum allegetur.

„In nomine sanctæ, & individuæ „Trinitatis.

„Chuonradus Dei gratia Salzburgensis „Ecclesiæ Archiepiscopus. Decet o„mnes, quos divina gratia in arce Sion fi„liis suis speculum, & formam pietatis pro„posuit erga omnes homines, & maxime „circa domesticos fidei benivolos, mites, „& liberales se in omnibus exhibere, au-

"resque suas a justis, & necessariis peticio-
"nibus eorum non avertere; quin potius
"piis votis, & desideriis eorum clementer
"assensum accomodare. Quapropter postu-
"lationibus, & precibus venerabilis fratris
"nostri Balderici de Monasterio Sancti Petri
"Salzburg. ejusque confratrum devotam vo-
"luntatem nostram inclinantes, quidquid
"antecessores nostros pontificali liberalita-
"te ecclesiæ beati Petri concessisse, donasse
"cognovimus; auctoritate nostra irrefraga-
"biliter eidem ecclesiæ stabilimus, & con-
"firmamus. Ut videlicet eis secure liceat
"possidere omnes res a quibuscunque Chri-
"sti fidelibus oblatas, hactenus juste, &
"legaliter possessas in vineis, prædiis, mon-
"tibus, & campis, pascuis, silvis, silva-
"rumque sectionibus, agris cultis, & in-
"cultis, aquis, aquarumque decursibus,
"piscariis, mancipiis, & omni utilitatis ge-
"nere cum omnibus suis pertinentiis, in
"decimis non solum de agriculturis, & vi-
"neis, sed etiam in decimis XXIIII. patel-
"larum Salinarum, quarum quædam ad
"usus nostros reservatæ, quædam quibus-
"dam ecclesiis ad nostram Diocesin perti-
"nentibus concessæ, quædam in beneficium
"sunt traditæ; omnium tamen decimis ad
"predictam ecclesiam perpetuo stabilitis.
"de quibus postea propter nimiam difficul-
"tatem earumdem decimarum congregan-
"darum concambium nobiscum prædicti
"fratres Halle fecerunt, rogantes, ut unam
"patellam inibi cum omnibus appenditiis
"suis daremus, nosque decimationibus ibi-
"dem omnium patellarum nostrarum illa
"patella cum sua decimatione excepta frue-
"remur. Nos autem, ut tanto liberius
"Deo, & tranquillius vacarent, prefati
"Abbatis ejusdem loci precibus annuimus,
"& ad noticiam futurorum præsenti paginæ
"adnotavimus; adjuncto, & alio concam-
"bio, quod nobiscum fecerunt. Dato no-
"bis beneficio Pertholdi pro beneficio Eti-
"chonis de Glase. Præterea Wolframus
"quidam de Ossinwanc ex ministerialibus
"nostris sanctitati eorum se committens,
"beneficium quod a nobis habebat, reddi-
"dit, illudque in usus eorumdem fratrum
"nos conferre rogavit. Quod non minori
"devotione, quam ipse, ad alimoniam eis
"contulimus, mediamque curtem in Frie-
"saco cum fratribus Admuntensibus assigna-
"vimus. Renovamus præterea auctoritate
"nostræ concessionis omnia, quæ beatæ me-
"moriæ Fridericus Archiepiscopus predicto
"cenobio specialiter contulit, ecclesiam S.
"Michaelis in porta Urbis sitam cum deci-
"ma ad illam pertinente, ecclesiam ad A-
"nava cum decima, ecclesiam ad Cretich
"cum decima, item ecclesiam ad Wildorf
"cum decima, ecclesiam ad Sekirchin cum
"decima, & cum manso dotali, ecclesiam
"Walwes cum decima. Preitinove, Peir-
"heimin, Meinwisin, Munichus. Decimas
"quoque de XVI. curtibus in Chiemcowo
"& de XI. huobis, & in Karinthia de di-
"midia huoba & VIIII. curtibus. De qui-
"bus III. nobis liberas reliquerunt ad La-
"vent pro concambio unius Hoube ad Min-
"tesdorf in Lungowi, & quartæ partis al-
"terius houbæ ad Radistatt. Decimas
"quoque de piscationibus IIII. Sagenarum
"ad Fusculse, & ad Aberse; decimas ca-
"seorum, qui dantur episcopis ad Talago-
"wa & ad Hoibetga, & ad Ellinwanc. Ne
"vero ecclesia illa etiam nostra largitate ca-
"reret, indigentiæ ejus succurrere repu-
"tavimus. Quasdamque possessiones, qua-
"rum loca vel nomina inferius subnotamus
"ad usum fratrum irrefragabiliter contuli-
"mus. Insulam nomine Appanowa juxta
"fluvium, qui dicitur Lamera, cujus me-
"dietatem in usus egenorum, medietatem-
"que aliam in victum fratrum æqua divi-
"sione distribuimus. X. Mansus, quos no-
"bis Heinricus Dux filius Engilberti morien-
"reliquerat, & VI. quos frater suus En-
"gilbertus Marchio nobis dedit; beneficium
"Gerwige vidue ad Rakkingin, beneficium
"Pertholdi ad Wengi, & ad Ramisde, be-
"neficium Megingozi de Sulberch ad Pinz-
"gowe, beneficium Piligrini de Schalc-
"heim ad Walrabingin, & ad Haselpach,
"beneficium Etichonis de Glase super Yaga-
"ra, beneficium Eberhardi de Fritelingin,
"ad Copingin, & ad Talehusen cum mo-
"lendino. Aream unam infra Urbem, vi-
"neam sitam in monte, qui vicinus est Rie-
"tinpurch, aream, & vineam cum suis
"pertinentiis apud Arnstorf, beneficium
"Trontonis ceci ad Holzhusen, beneficium
"Heinrici de Pongowa ad Tomerespach,
"beneficium duorum fratrum Adalberti, &
"Goteschalchi ad Einheringin, & ad Hal-
"denwanc, ad Tiunsinpach, & ad Chun-
"chingin. Hæc ergo nostro tempore a no-
"bis & antecessoribus nostris eidem eccle-
"siæ donata ex debito officii nostri confir-
"mamus. Atque ut in perpetuum illibata,
"& inviolata ei cuncta permaneant, sub ad-
"testatione divini judicii, & episcopalis
"Banni auctoritate censemus. Si quis au-
"tem neglecto justitiæ tenore hujus paginæ
"nostræ auctoritati temeraria manu obvia-
"re præsumpserit, nisi resipuerit, & condi-
"gnam satisfactionem inde fecerit, sciat se
"æterna maledictionis, & dampnationis pe-
"riculum incurrere. Et ut hæc in perpe-
"tuum firma, & inviolata permaneant, pa-
"ginam presentem sigilli nostri impressione
"signamus. Acta sunt autem hæc anno
"Dominicæ Incarnationis MCXLIIII. Indict.
"VII. præsente venerabili Gurcensi episco-
"po Romano, assensu, & consilio Abba-
"tum, præpositorum cleri, & populi no-
"stræ ecclesiæ, quorum nomina hæc sunt.
"Gebino Archipresbiter, & Præpositus ma-
"joris ecclesiæ, Chuono de Chiemsehe,
"Hugo de Garza, Heribordus de Owa,
"Lanzo de Halla, Geroch de Richersper-
"ga, Hugo de Pertesgadina, Goteschalch
"de

„de Poumpurg, Henricus Præpositus de „Gurca cum suis congregationibus, Gotfri„dus Abbas Admontensis, Heinricus Pu„rensis, Piligrinus Elsenpahensis, Wolf„her Sewensis, Gerloh Ranensis, Udalri„cus abbas S. Laurentii, Otto abbas Mill„statensis cum suis congregationibus. Mi„nisterialium autem nomina hæc sunt: Hein„ricus de Hegelin, Megingoz Pincerna, „Adalbero Dapifer, & ejus filius Turine, „Luitoldus de Siestorf, Luitwinus Castel„lanus, Wisint de Pongowe, Engilschalch „de Triesach, Gotfrid de Wietingin, Otto „de Sulbe. Eberhard, & Poppo de Libi„niz, Friderich nepos Gotfridi de Wietin„gin, Adalbero de Pircha, Reginwart de „Longowi cum aliis multis Christi fidelibus, „quibus consentientibus hæc acta sunt apud „Libniz X. Kl. Junii. Feliciter. Amen.„ Et hæc universim de Litteris Conradi I. Archipræsulis erga monasterium nostrum admodum liberalis, & addicti.

XII. Quæ confirmationes majus robur obtinuerunt per duas Bullas unam de anno 1145.

Ut autem omnes istæ confirmationes Privilegiorum, & donationum a Conrado I. Archiepiscopo factæ majus adhuc pro perpetuis temporibus robur obtineant, accessit etiam duplex approbatio, & confirmatio horum omnium quæ in litteris Conradi I. continentur, a summa sede, & quidem a summo Pontifice Eugenio III. facta per duas bullas, quarum una prodiit anno 1145. altera vero data quidem ad preces Balderici Abbatis tunc adhuc viventis, sed expedita primum anno 1149., quo anno Baldericus Abbas jam fuit mortuus. In primis litteris membraneis, & originalibus de anno 1145., quæ cum filo serico in plumbeo sigillo quasi inserto roboratæ, & insuper a pluribus Cardinalibus subscriptæ sunt, confirmat Eugenius Papa III. omnia illa, quæ partim Conradus I. Archiepiscopus nobis donavit, partim in litteris supra adductis n. IX. & X. confirmavit. Tenor autem Bullæ Eugenii III. de anno 1145. est sequens.

Bulla Eugenii III. PP.

„Eugenius Episcopus servus servorum Dei.

„Dilectis filiis Balderico Abbati sancti Petri Salzburgensis Monasterii, ejus„que fratribus tam presentibus quam futu„ris regularem vitam professis in perpetuum. „Desiderium, quod ad Religionis propositum, & animarum salutem pertinere co„gnoscitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium desideriis congruum „impertiri suffragium. Eapropter dilecti in „Domino filii vestris justis postulationibus „clementer annuimus, & præfatum Mona„sterium, in quo divino mancipati estis ob„sequio, sub beati Petri, & nostra prote„ctione suscipimus, & presentis scripti pri„vilegio communimus. Statuentes, ut „quascunque possessiones quecunque bona „a Salzburgensibus Archiepiscopis Ecclesiæ „vestræ rationabiliter concessa, & scripto „suo firmata sunt, aut alia, que in præsen„tiarum juste, & canonice possidetis, sive „in futurum concessione Pontificum, liber„tate Regum, largitione Principum, obla„tionibus fidelium, seu aliis justis modis „prestante Domino poteritis adipisci, firma „vobis, vestrisque successoribus, & illiba„ta permaneant. In quibus hec propriis „duximus exprimenda vocabulis: Eccle„siam S. Michaëlis in porta urbis sitam cum „decima ad illam pertinente, Ecclesiam ad „Anave cum decima, ecclesiam ad Cretich „cum decima, item ecclesiam cum Wil„dorf cum decima, ecclesiam ad Seekir„chin cum decima & manse dotali. Eccle„siam ad Walmes cum decima, Prettino„we, Peirheimin, Meinwisin, Munichus, „decimas quoque de XVI. curtibus in Chi„emcowo, & de X. huobis. In Karinthia „de dimidia Houba, & VIII. curtibus. De„cimas etiam de piscationibus IIII. Sagena„rum ad Fusculfe, & ad Aberfee. Deci„mas caseorum, qui dantur episcopis ad „Talagowa, & ad Hoiberga, & ad Elsin„wanc. Insulam nomine Appanowa juxta „fluvium, qui dicitur Lamera, cujus me„dietas in usus egenorum, alia vero medie„tas in victum fratrum a venerabili fratre no„stro Conrado Salzburgensi Archiepiscopo „equa divisione distributa est. Decem man„sos, qui ab Henrico duce filio Engelberti, „& sex mansos, qui a fratre suo Engilberto „Marchione prefato Archiepiscopo relicti „sunt, & ipse Monasterio vestro intuitu pie„tatis donavit. Beneficium Gervige vidue „ad Rakkingin, beneficium Bertholdi ad „Wengi, & ad Ramisside, beneficium „Megingozi de Sulberch ad Pinzgowe, be„neficium Piligrini de Schalheim, ad Wa„labingin, & ad Haselpach, beneficium „Etichonis de Blase super Yagara, benefi„cium Eberhardi de Fritelingin, ad Copin„gin, & ad Talehusen cum molendino. A„ream unam infra Urbem, vineam sitam „in monte, qui vicinus est Riettinpurch, a„ream, & vineam cum suis pertinentiis a„pud Arnsdorf, beneficium Erutonis ceci „ad Holzhusen, beneficium Heinrici de „Pongowa ad Tomerespach, beneficium „duorum fratrum Adalberti & Cotescalchi „ad Lingheringin, & ad Haldenwanc ad „ad Tiusinpaha & ad Chunohingin. Patel„lam unam cum omnibus pertinentiis suis, „quam a memorato fratre nostro Archiepi„scopo pro decimis XXIV. patellarum Sali„narum per concambium accepistis. Be„neficium Etichonis de Blase, pro cujus „concambio beneficium Perholdi de Hipin„gen Archiepiscopo tradidistis. Benefi„cium Wolframi de Oslinwane, quod eccle„sie vestre ab eodem rationabiliter dimissum, „& ab Archiepiscopo concessum est. Me„dietatem curtis in friesaco. Decernimus „ergo, ut nulli omnino hominum liceat pre„fatum Monasterium temere perturbare,

„aut ejus poſſeſſiones auffere, vel ablata re-„tinere, minuere, ſeu quibuslibet vexatio-„nibus fatigare. Sed omnia integra con-„ſerventur eorum, pro quorum guberna-„tione, & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſi-„bus omnimodis profutura, ſalva ſedis a-„poſtolicæ auctoritate, & Salzburgenſis „Archiepiſcopi canonica juſtitia, & reve-„rentia. Si qua igitur in futurum eccleſia-„ſtica, ſecularisque perſona hujus noſtre „conſtitutionis paginam ſciens contra eam „temere venire temptaverit, ſecundo, ter-„tiove commonita, ſi non reatum ſuum con-„grua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, „honorisque ſui dignitate careat, reamque „ſe divino judicio exiſtere de perpetrata ini-„quitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo cor-„pore, & ſanquine Dei & Domini noſtri Je-„ſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo „examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cun-„ctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus, „ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti, quati-„nus & hic fructum bone actionis percipi-„ant, & apud diſtrictum Judicem, premia „eterne pacis inveniant. Amen.

Loco Plumpi.

„Ego Eugenius, catholicæ eccleſiæ Epiſco-pus.
„ † Ego Conradus Sabinenſis, epiſcopus.
„ † Ego Oddo, Diac. Card. S. Georgii ad velum aureum.
„ † Ego Octavianus, Diac. Card. Sci Nicholai de carcere Tulliani.
„ † Ego Joannes, Diac. Card. ſancte Marie nove.
„ † Ego CC. presb. Card. tt. Calixti.
„ † Ego Guido, presb. Card. tt. S. Criſogoni.
„ † Ego Rainerius, pbr. Card. tt. ſancte priſce.
„ † Ego Hubaldus, prbr. Card. tt. ſanct. praxedis.
„ † Ego Ubaldus, prbr. Card. tt. ſanctæ Crucis.
„ † Ego Bernardus, prbr. Card. tt. Sci Clementis.

„Dat. trans Tiberim per manum ROBERTI. „Sancte Romane eccleſie Presb. Card. & „Cancell. VIII. Kal. Aprilis, indict. VIIII. „Incarnationis Dominice Anno MCXLV. „Pontificatus vero Domini Eugenii III. Pa-„pæ anno ſecundo. „

Hucusque tenor Bullæ Eugenii III. ex ipſo originali fideliter deſcriptus.

XIII. Et alteram de anno 1149. utramque ab Eugenio Papa hujus nomi nis III.

Vigore ſecundæ Bullæ non tantum ſtatuit Eugenius III. Papa, ut regularis ordo ſecundum Deum & ſancti Benedicti regulam per ſanctum Rupertum Abbatem, & epiſcopum Salisburgenſem in noſtro Monaſterio inſtitutus perpetuis temporibus ibidem obſervetur inviolabiliter, ſed etiam confirmat antiquum præſertim Jus ſepulturæ, nec non omnia illa, quæ in litteris Conradi ſupra n. V. retulimus. Sicut autem illæ litteræ Conradi I. originales exigente neceſſitate, dum variæ pro Monaſterio cauſæ ventilabantur, Romam miſſæ fuerunt, & ibidem ſervantur, ſicque ſolummodo exſtat tranſumtum authenticum Romæ quidem editum, quod ſupra in extenſo fuit adductum, ita pariter de hac Bulla Eugenii III. adeſt transſumptum authenticum Romæ authoritate publica anno 1487. ſubſcriptione, & ſigillo notarii roboratum, quod ita ſonat de verbo ad verbum.

„In nomine ſancte & individue Trinitatis, Patris & filii, & Spiritus ſancti. Amen.

„Noverint univerſi, & ſinguli preſentes „ Litteras, ſive preſens publicum trans-„ſumpti inſtrumentum inſpecturi, lecturi, „pariter & audituri, quod nos Petrus de „Vicentia utriusque Juris Doctor Domini „noſtri Pape Capellanus, & ipſius, ejus-„que Camerarii nec non curie cauſarum Ca-„mere apoſtolice generalis auditor ad ho-„norabilis, & providi Domini Wigilei „Freſchl canonici Patavienſis venerabilium „Patrum, & Dominorum Abbatis, & Con-„ventus Monaſterii ſancti Petri Salzebur-„genſis Principalium procuratoris, ut aſ-„ſerit, inſtantiam, & requiſitionem omnes, „& ſingulos ſua communiter vel diviſim in-„tereſſe putantium, eorumque procurato-„res, qui tunc erant in curia Romana pro „eisdem ad videndum, & audiendum infra-„ſcriptas litteras apoſtolicas ſanctiſſimi in „Chriſto Patris, & Domini Domini Euge-„nii divina providentia Pape tertii, ejus ve-„ro Bulla plumbea cum cordulis ſericeis ru-„bri croceique coloris more Romane curie „impendentibus bullatas produci, recipi, „& poſtquam producte fuerint ad videndum, „& audiendum ipſas transſumi, exempla-„ri, publicari, & in publicam formam re-„digi mandavi, auctoritatemque, & decre-„tum dicte curie per nos interpoſui, vel di-„cendum, & cauſam, ſi quam habeant ra-„tionabilem, quare premiſſa minime fieri „debeant, allegandi per audientiam litte-„rarum contradictarum Domini noſtri Pape „citari fecimus, & mandavimus ad certum „peremptorium terminum competentem vi-„delicet ad diem, & horam infraſcriptos, „quibus advenientibus comparuit in judicio „legitime coram nobis dictus Dominus Wi-„guleus Procurator nomine quo ſupra pro-„curatoris, & certas litteras citatorias in „dicta audientia noſtro de mandato executas „reportavit, citatorumque in eadem non „comparentium contumaciam accuſavit, „ipſosque contumaces reputari, & in eo-„rum contumaciam ſupradictas litteras apo-„ſtolicas ſub tenore infraſcripto exhibuit, „atque dedit, quas transſumi, exemplari, „publicari, & in publicam formam redigi, „mandari, auctoritatemque, & decretum „interponi per nos inſtanter poſtulavit. Nos

„tunc

„tunc Petrus de Vincentia, Auditor prefa-
„tus, dictos citatos non comparentes repu-
„tavimus non immerito, prout erant, quo-
„ad actum, & terminum hujusmodi, sua-
„dente justitia, contumaces, & in eorum
„contumaciam supradictas litteras apostoli-
„cas ad manus nostras recepimus, vidimus,
„legimus, tenuimus, palpavimus, & di-
„ligenter inspeximus, sanasque, integras,
„& illæsas, ac omni prorsus vitio, & suspi-
„cione carere reperimus, ipsasque ulterius
„ad predicti Wigilei Procuratoris Instan-
„tiam ulteriorem per discretum virum Jo-
„annem desiderium de Badrienria dicte cu-
„rie causarum camere apostolice Notarium
„publicum transsumi, exemplari, ac in pu-
„blicam transsumpti formam redigi fecimus,
„& mandavimus ad nostram, & dicte cu-
„rie auctoritatem indiciariam, & ordina-
„riam interposuimus, ac presentibus inter-
„ponimus pariter & decretum. Tenor ve-
„ro dictarum litterarum apostolicarum, un-
„de supra fit mentio, sequitur, & est ta-
„lis.„

„EUGENIUS Episcopus servus servo-
„rum Dei dilectis filiis Balderico Abbati san-
„cti Petri Salzeburgensis Monasterii ejusque
„fratribus Ord. sancti Benedicti presentibus,
„& futuris regularem vitam professis in per-
„petuum. Ad hoc Ecclesie cura nobis a
„Provisore omnium bonorum Deo commissa
„est; ut religiosas foveamus personas, &
„beneplacentem Deo religionem studeamus
„modis omnibus propagare. Nec enim Deo
„gratus alioquin famulatus impenditur, nisi
„ex charitatis radice procedens a puritate
„religionis fuerit conservatus. Hoc nimi-
„rum charitatis intuitu dilecti in Domino
„filii interventu venerabilis fratris no-
„stri Eberhardi Salzburgensis Archiepisco-
„pi vestris rationabilibus postulationibus
„duximus annuendum, statuentes, ut re-
„gularis ordo, qui secundum Deum, &
„beati Benedicti regulam per sanctum Rud-
„pertum quondam vestrum Abbatem & epi-
„scopum Salzburgensem in eodem loco in-
„troductus est, & institutus esse dignosci-
„tur, perpetuis ibidem temporibus inviola-
„biliter observetur, ac omnia jura & privi-
„legia, que pre aliis ecclesiis ob celebrem
„antiquitatem, & merita fidei, que multis
„gentibus a vobis illuxerunt, honorati e-
„stis, videlicet in prioritate loci dignioris,
„quod in stationibus, & processionibus su-
„pra clerum, & canonicos ejusdem civita-
„tis de mandato, & institutione multorum
„Archiepiscoporum Salzburgensium, &
„consensu Canonicorum eorundem, prout
„litteris privilegiorum Archiepiscoporum,
„& Canonicorum per prefatum venerabilem
„fratrem nostrum Eberhardum plene infor-
„mati sumus, semper habere consuevistis,
„unacum ceteris prerogativis, quibus ha-
„ctenus in quieta possessione fuistis, vobis
„inconfusa permaneant, sane, ne quis ve-
„strum clericus vel laicus post professionem
„exhibitam proprium quid habere, sine
„Abbatis vel congregationis licentia, clau-
„stra Monasterii deserere audeat, interdici-
„mus, & tam vos, quam vestra omnia se-
„dis apostolice protectione munimus. Vo-
„bis itaque, vestrisque successoribus in san-
„cta religione manturis beneficia ecclesia-
„stica, & alia omnia bona perpetuo possi-
„denda sancimus, que in presentiarum ju-
„ste, & legitime possidetis, sive in futu-
„rum, largiente Deo, justis modis poteri-
„tis adipisci. Et ut eo tranquilius in eadem
„sancta religione persistere potitis, omnia,
„que venerabilis frater noster Conradus Ar-
„chiepiscopus ejusdem sedis pro simili con-
„servatione Jurium vestrorum statuit & or-
„dinavit, videlicet, ut electionibus Archi-
„episcoporum Salzburgensium Abbas vester
„pro tempore existens semper interesse de-
„beat loco vestri, ad quos olim spectabat,
„& quem ipse unacum canonicis prefate se-
„dis elegerit, Archiepiscopus habeatur
„absque aliorum quorumcunque contradi-
„ctione, & que in resignatione ecclesie ple-
„besane ejusdem civitatis de consensu ejus-
„dem Archiepiscopi prefati reservastis in
„decimis, & facultate familiam vestram u-
„triusque sexus tempore Paschali sacramen-
„tis providendi, & in Sabbatho Pasche, vel
„Pentecostes aliquos parvulos baptizandi in
„signum recognitionis antique matris. Ob-
„ligationem quoque vobis sanctam a cano-
„nicis prefatis ecclesie S. Rudberti ob varia
„bona, possessiones, & translationem epi-
„scopatus Salzburgensis, & resignationem
„dicte ecclesie plebesane, prout in litteris
„memorati fratris nostri Conradi Archiepi-
„scopi plene continentur, unacum donatio-
„ne ecclesie in Mylbach, & decimis viginti
„quatuor patellarum salinarum ibidem, cum
„multis aliis bonis, que successive, tam
„prefati Archiepiscopi, quam alii pia consi-
„deratione moti, ne persone vestri Mona-
„sterii Domino famulantes assiduo studio pie
„vite propter tempora'ium facultatum ino-
„piam, quam ex translatione Episcopatus,
„& resignationem ecclesie plebesane presa-
„torum incurristis, a religionis observantia
„aliquando desisteretis, vobis contulerunt,
„approbamus, confirmamus, & perpetua
„firmitate inviolabiliter observari volumus,
„decernentes vigore prefate obligationis,
„dictos canonicos ecclesie ab omnibus bonis,
„possessionibus, & juribus, etiam Archi-
„episcopatu, & ecclesia plebesana, que a
„vestra ad eos multa pietate translata sunt,
„si unquam in vestris juribus vos molestave-
„rint, vel contra prefata statuta seu unum
„illorum quicquam attentaverint, eaque
„omnia iterum ad ecclesiam vestram redire
„debere, & devolvi. Preterea sepulturam
„vestram antiquissimam ejusdem loci libe-
„ram manere volumus, & concedimus cum
„omni suo jure exequiarum peractionibus re-
„cipiendi oblata quecunque, ut corum, qui
„se illic sepeliri deliberaverint, devotioni,
„&

„& extreme voluntati, etiamsi de miniſte-
„rialibus, vel illis, qui ad Dominicalia pre-
„fati Archiepiſcopi vel canonicorum perti-
„nere noſcuntur, niſi forte excommunicati
„ſint, vel interdicti, nullus obſiſtat. Ad
„hec decernimus, ut nulli omnino homini
„facultas ſit veſtram eccleſiam temere per-
„turbare, aut ejus poſſeſſiones aufferre, vel
„ablatas retinere, minuere, aut temerariis
„vexationibus fatigare, ſed omnia integre
„conſerventur eorum, pro quorum ſuſten-
„tatione, & gubernatione conceſſa ſunt uſi-
„bus omnimodis profutura, ſalva Metropo-
„litani proprii reverentia. Porro ſacramen-
„ta eccleſiaſtica ab eodem Salzeburgenſi
„Archiepiſcopo veſtro Dioceſano pro tem-
„pore exiſtenti ſuſcipiatis, ſiquidem catho-
„licus fuerit, & gratiam atque communio-
„nem apoſtolice ſedis habuerit, eaque gra-
„tis, & absque aliqua pravitate vobis vo-
„luerit exhibere, alioquin Catholicum
„quemcunque malueritis, antiſtitem adea-
„tis, qui noſtra fultus authoritate, quod
„poſtulatur, indulgeat. Obeunte vero te
„nunc ejusdem loci Abbate vel tuorum quo-
„libet ſucceſſorum, nullus ibi aliqua ſubre-
„ptionis aſtutia, ſeu violentia preponatur,
„niſi quem fratres communi conſenſu, vel
„vel fratrum pars major ſanioris conſilii, de
„ſuo, vel de alieno, ſi oportuerit, collegio
„ſecundum Dei timorem, & beati Benedi-
„cti Regulam elegerint. Electus autem a
„ſuo Ordinario benedictionem accipiat. Nec
„epiſcopo, nec Abbati ipſi liceat cœnobii
„bona in feudum ſive beneficium ſine con-
„ſenſu omnium veſtrum, vel majoris & ſa-
„nioris partis aliquibus dare, vel modis a-
„liis alienare, diſtrahere, dilapidare, com-
„mutare, impignorare, vel inbeneficiare,
„ſed ipſe Abbas, ut bonus diſpenſator, res
„eccleſie veſtre modis omnibus ſtudeat di-
„ſperſas congregare, & congregatas con-
„ſervare. Nulli etiam Epiſcopo licentia pa-
„teat angarias, vel alias novas exactiones
„canonice quieti, & religioni contrarias vo-
„bis, & eccleſie veſtre imponere. Si qua
„igitur in futurum eccleſiaſtica, ſecularisve
„perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam
„ſcienter contra eam temere venire tenta-
„verit, ſecundo, tertiove commonita, ſi
„non ſatisfactione congrua emendaverit,
„poteſtatis honorisque ſui dignitate careat,
„reamque ſe divino judicio exiſtere de per-
„petrata iniquitate cognoſcat, & a ſacra-
„tiſſimo corpore, & ſanquine Dei, & Domi-
„ni noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in
„extremo examine diſtriſte ultioni ſubjaceat.
„Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervan-
„tibus ſit pax Domini noſtri Jeſu Chriſti,
„quatenus & hic fructum bone actionis per-
„cipiant, & apud diſtrictum judicem pre-
„mia eterne pacis inveniant. Datum Tre-
„cis per manus Guidonis ſancte Rom. eccle-
„ſie Diac. Cardinalis, & Cancellarii quarto
„Id. Aprilis indict. duodecima, Incarnatio-
„nis Dominice anno Milleſimo, centeſimo
„quadrageſimo nono, Pontificatus vero
„Domini Eugenii tertii Pape anno quinto.„

„Quibus omnibus, & ſingulis tanquam
„rite, & legitime probatis noſtram, & dicte
„curie auctoritatem interpoſuimus, prout
„interponimus preſentem per tenorem. In
„quorum omnium, & ſingulorum fidem,
„& teſtimonium premiſſorum preſentes Lit-
„teras, ſive preſens publicum tranſſumpti
„inſtrumentum, prout ſuperius dicitur per
„infraſcriptum Notarium ſubſcribi, & pu-
„blicari, atque in hanc publicam formam
„redigi mandavimus dicte camere apoſtoli-
„ce ſigilli, quo in talibus utimur, juſſimus,
„& fecimus appenſione communiri. Da-
„tum, & actum Rome in Baſilica Principis
„apoſtolorum de Urbe pro loco audientie
„cauſarum ſpecialiter deputato, nobis inibi
„mane hora ternarum & audientie cauſarum
„conſueta ad Jura reddenda, & cauſas au-
„diendas, in loco noſtro conſueto pro tribu-
„nali ſedentibus ſub anno a Nativitate Do-
„mini Milleſimo quadringenteſimo, octoge-
„ſimo ſeptimo; Indictione quinta, die vero
„Lune decima octava Menſis Junii, Ponti-
„ficatus ſanctiſſimi in Chriſto Patris & Domi-
„ni noſtri, Domini Innocentii divina provi-
„dentia Pape octavi anno tertio. Preſenti-
„bus ibidem diſcretis viris Domino Jacobo
„Quentinotti, & Jacobo Bertrandi notariis
„publicis, ſcribisque noſtris Clericis Remen-
„ſis Civitatis, & Tullenſis diete teſtibus ad
„premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis„



„Ego Joannes
„Deſiderius de
„Padrienria
„Clericus Tul-
„lenſis diete
„publicus apo-
„ſtolica, & Im-
„periali aucto-
„ritatibus, nec
„non curie
„cauſarum Ca-
„meralium a-
„poſtolice No-
„tarius, quia
„premiſſis o-
„mnibus, & ſingulis, dum ſic ut premitti-
„tur, fierent, & agerentur, unacum pre-
„nominatis teſtibus preſens interfui, eaque
„omnia & ſingula ſic fieri vidi, & audivi,
ac in notam ſumpſi; ideo hoc preſens pu-
„blicum tranſſumpti inſtrumentum manu al-
„terius fideliter ſcriptum exinde confeci,
„ſubſcripſi, publicavi, & in hanc publi-
„cam formam redigi, ſignoque & nomine
„meis ſolitis, & conſuetis unacum ejusdem
„curie cauſarum camere apoſtolice ſigilli
„appenſione ſignavi, in fidem, & teſtimo-
„nium omnium ſingulorum, & premiſſorum
„rogatus, atque requiſitus.„

Hucusque inſtrumentum authenticum de ſecunda Bulla Eugenii III. anno 1149. ema-nata.

Sed

XIV. Non minus sub regimine Balderici per donationem a S. Leopoldo factam Monasterio accessit prædium in Dornbach.

Sed non desunt & alia, quæ Balderici pii Abbatis regimen illustrant. His enim temporibus prædium in *Dornbach* extra vineam prope Als vulgo Hernals liberali pietate sancti Leopoldi Marchionis Austriæ Monasterio S. Petri accessit, & capella adiacens per Reginbertum episcopum Passavienssem fuit consecrata. Hic Leopoldus benefactor noster nomine IV. & inter Marchiones Austriæ ordine sextus est, Patre defuncto anno 1096. fasces Marchionatus capessivit, & sancte obiit anno 1136. conditus in suo, quod fundaverat, & pro tumulo elegerat Monasterio celeberrimo Claustroneoburgensi, ut adeo, & verosimiliter annus, qui in litteris infra allegandis expressus non est, conjici valeat, quandonam nobis montem, & prædium in Dornbach donavit. Sanctis adscriptus est ab Innocentio PP. VIII. post tria, & dimidium sæcula. Exstant de hoc S. Leopoldo in armario tertio Archivii nostri n. I. sub signo A. Litteræ originales membraneæ sigillo roboratæ, per quas Monasterio non tantum assignat duas huvas ad Alsa male distractas, sed etiam de propriis suis donat montem, & prædium in Dornbach. Annus non est expressus, sigillum rotundum est exhibens equitem, & in circumferentia quasdam litteras lectu difficiles, potest tamen cognosci hoc nomen *Leopoldt*, tenor litterarum sequens est:

„In nomine sancte, & individue Trini-
„tatis.

„Notum sit cunctis Christi fidelibus, qua-
„liter Sighardus comes de proprietate
„sua ad Alsam dicta duas huras nobilis viri
„tradidit ad altare S. Petri, ipsis fratribus,
„qui ibi monastice viverent, perpetuo jure
„tenendum. Isti sunt testes, Richer, Hartwicus, Hoibertus, contigit autem post hæc,
„ut eadem possessio multis intervenientibus
„impedimentis maxime propter remotionem
„loci distracta, & imminuta ex majori par-
„te a predicto altari alienata esset, donec
„hujus rei veritas divino, & humano ven-
„tilata consilio amatoribus veritatis claruit
„Cvonrado videlicet Salzburgensis ecclesiæ
„Archiepiscopo, Romano Gurcensi episco-
„po, & Marchioni Liupoldo, multisque
„aliis personis probabilibus. Ammonitus
„itaque predictus Marchio divino instinctu,
„& sano consilio Archiepiscopi Counradi,
„aliorumque Deum timentium sicut justus,
„sicut misericors totus Deo devotus, non
„solum quæ distracta erant, ad altare Salz-
„burgensis cœnobii beati Petri realsignavit,
„verum etiam consentiente religiosa uxore
„sua Agnete, & filiis suis de propria hære-
„ditate sua montem scilicet, qui antiquæ
„possessioni beati Petri adhæret, ab uno la-
„tere usque ad aliud ex transverso montis
„per medium cacumen pro remedio animæ
„suæ, & uxoris, & filiorum omniumque
„prædecessorum suorum per manum Bavo-
„nis de Amaranc ad altare sæpe jam dictum
„delegavit, & sub sigillo nominis sui incon-
„vulsa stabilitate firmavit. Hujus tei testes
„sunt Adalbertus & Liupoldus filii ejus, E-
„thich de Gunthardesph, Adalberto de
„Schalch, Thart de Tisinheimin, Otto de
„Moltin, Engilschalch de Winkruith, Adal-
„hart de Waginuort".

Hucusque litteræ originales sancti Marchionis Austriæ Leopoldi. De filio, & successore ejus Henrico Duce, qui etiam fuit Dux Bavariæ infra dicemus sub Abbate Balderici successore, quod nimirum Henricus, qui fuit primus ex Marchione Dux Austriæ non tantum confirmaverit donationem patris, sed etiam vicinum montem cum sylva & prato adjacente addiderit; alii alia addidere, vineæ pleræque succedentibus postea temporibus a diversis coemptæ prædium redditibus auxerunt. Quamvis autem in litteris allegatis de S. Leopoldo expresse hoc prædium in Dornbach expressum non sit, attamen hujus prædii in Dornbach donationem factam fuisse a S. Leopoldo hujus nominis IV. palam ostenditur ex claris verbis instrumenti donationis ejus filii Henrici infra in extenso allegandi: ibi enim hæc verba leguntur: *Donationem, prædii in Dornbach cum pascuis, pratis, agris, jure montano, vinearum, & aliis pertinentibus, quod fratribus ejusdem Monasterii piæ memoriæ Pater noster Leopoldus Marchio Austriæ contulit, confirmamus, & ratificamus.*

XV. Et Capella adjacens addictis decimis, per Reginbertum episcopum Passavienssem fuit consecrata.

Sicut autem ex consilio Conradi I. Archiepiscopi, qui Monasterio nostro summe gratus, & addictus erat, præfatus Austriæ Marchio S. Leopoldus Monasterio ad S. Petrum Salisburgi donavit montem, & prædium in Dornbach, sic & Reginbertus Episcopus Passavienssis excitatus, ab ipso Conrado Archipræsule capellam adjacentem, quæ nunc parochialis ecclesia censetur, adjectis insuper pro sua liberalitate decimis, consecravit. Adsunt litteræ originales oblongæ membraneæ sigillo episcopali munitæ, ex quibus litteris colligitur 1mo, quod ipse Reginbertus capellam in Dornbach consecraverit. 2do Quod decimas de prædiis Sancti Petri ad ipsum pertinentes excepta Parochi justitia dictæ capellæ contulerit. 3tio. Quod Abbatibus S. Petri concesserit, ut in celebrandis divinis officiis liberam in ea capella potestatem obtineant, suosque mortuos de sua tantum familia sepeliant. Tenor autem litterarum originalium iste est.

„Reginbertus Dei gratia Patavienssis e-
„piscopus Salutem Christi fidelibus. Dicen-
„te Apostolo, qui seminat in benedictioni-
„bus de benedictonibus & metet, debemus &
„nos nostra temporalia maxime pauperibus
„Christi, & religiosis personis libenter eroga-
„re, ut pro temporalibus æterna orationibus
„eorum suffragantibus habundanter possimus
„recipere. Sciendum ergo & memoriæ com-
„mendandum est, quod rogatu Domini no-
„stri Salzburgensis ecclesiæ venerabilis Ar-
„chiepiscopi Chounradi, & dilectissimi fra-
„tris

„tris noſtri ejusdem eccleſiæ Abbatis Bal-
„derici capellam in loco, qui dicitur Als
„conſecravimus & decimas de prædio San-
„cti Petri ad nos reſpicientes excepta Par-
„rochiani Juſtitia ad conſolationem fratrum
„ibi Deo ſervientium eidem capellæ contu-
„limus. Et quia laborioſum eſt Parochia-
„no ſingulas viſitare eccleſias, ſtatuimus &
„Abbati ſuisque ſucceſſoribus perpetuo Jure
„concedimus, ut in celebrandis divinis of-
„ficiis liberam in eadem eccleſia poteſtatem
„obtineant, ſuosque mortuos de ſua tantum
„familia ſine omni contradictione ſepeliant.
„Ne autem hæc conceſſio noſtra vel tempore
„aboleri, vel poteſtate aliqua valeat immu-
„tari, ſententiam noſtram, & privilegio con-
„firmari fecimus & ſigillo noſtro".

„Anno Incarn. Dominicæ MCXXXVIII. an-
„epiſcopatus noſtri I. data eſt in Tullenſi
„Caſtro".

Hucusque Diploma Reginberti Epiſcopi Patavienſis.

XVI. Denique, poſtquam alia bona Monaſterio acceſſerunt, prædium præſertim in Pichl.

Acceſſerunt haud dubie ſub Balderico Abbate & alia bona a variis perſonis tam eccleſiaſticis, quam Sæcularibus Monaſterio noſtro oblata, quoniam vero in illis donationibus, quæ recenſentur in antiquo codice, & donationum libro ſæpe jam citato ſub ſigno M., ſed ſine debito ordine, more antiquis conſueto, raro nec annus nec regimen Abbatis exprimitur, igitur ne certa cum incertis commiſceamus, aut ordinem chronologicum invertamus ad quem maxime attendimus, tantum illas privatorum donationes producemus, de quibus certo conſtat, factas fuiſſe ſub Balderico ab anno 1125. usque ad annum 1147. Una ex præcipuis fuit illa donationis pars prædii in Pichl, quod in Enſtall in Styria ſuperiori prope Mandling ſitum eſt, & unde officium Pichl, ſic dictum, ſuam habet originem: Anno nimirum 1127. Altmanus aliquis Miniſterialis S. Petri ſub certa conditione dedit collem, vulgo Pichl, cum omnibus ſub juribus, & utilitatibus ad altare S. Petri ſub Abbate hoc Balderico; poſt facta autem Balderici ſub Henrico II. Abbate clericus quidam miniſterialis S. Rudberti in Salzburga nomine Eberhardus, cum infirmatus eſſet, & videret finem vitæ ſuæ imminere, addidit prædium ſuum, quod jure hæreditario poſſederat in Enſtall, dictum Pichl. Ex quibus primis donationibus per bonam æconomiam, & alia bona ſuperaddita hoc officium nonnihil majora ſumpſit incrementa, quamvis pro diverſitate temporum etiam valde diverſa. De illa igitur prima donatione refert codex MS. M. n. 181. ſequentia. „Non multo poſt tempore eodem ſcilicet „anno" (id eſt, ut in præcedenti n. 180. clare exprimitur, anno Dominicæ Incarnationis 1127. adeoque ſub Abbate Balderico) „quidam ex Miniſterialibus ſancti Petri „nomine Altman, & filius ejus nomine Wal-„tehun de colle nimia egeſtate prægravati „in unum conſentientes cum uxoribus ſuis „& ceteris amicis ſuis tale conſilium bonum „viſum eſt in oculis eorum, ut eundem col-„lem cum omnibus ſibi adjacentibus culta „inculta ſui Juris pertinentia traderent ad „altare ſancti Petri, ubi monachia vita cele-„bratur, ea tamen ratione, ut reſervato „uſufructuario ad terminum vitæ infantuli, „quem tunc preſentem nutrierat, & ut red-„deretur ei de ſuo unam hubam perpetuo „jure a nobis poſſidendam. Hujus rei te-„ſtes ſunt Liutvinus prepoſitus & cognatus, „Marcwart, Giſilherus, & fratres ejus Har-„tunc, Roudperht, Moltman, Totili de An-„therin, Rudperht de Scubernarn. Teſtes „inveſtituræ Liutwinus, Machwart cogna-„tus". Rurſus N. 192. hæc leguntur: „Pa-„teat cunctis ſidelibus, quod quidam nobi-„lis homo de Alterſe, nomine Engilſchalc, „quædam prædia de ſuis prædiis nominata „ſcilicet Oude, & ad Preitenowin in par-„tem unam agri vineis noſtris interiacen-„tem, & unum molendinum, quod vocatur „Wiſibach pro remedis anime ſue, paren-„tumque ſuorum in ſervitium fratrum ſuper „altare Sancti Petri poteſtative tradidit co-„ram Balderico Abbate ſimulque fratribus „ſuis hec omnia ſtabilita ſunt. Hujus rei „teſtes ſunt Deidene, Rudpreht, Eberhart, „Meginhart, Hartunc, & ejus frater Rud-„preht, Gerhoh, Rudolf, Sigboto, Sige-„lohc, Elwin, Reginhalm, Wikart & ejus „miles Wolfker, Pabo". N. 233. „O-„mnium fidelium notitie pateat, quod qui-„dam Clericus nomine Fridericus, predium „ſuum, quod ad Steindorf ſitum eſt, nomine „Prachi, quod Manzo inhabitat, ſuper al-„tare Sancti Petri, ubi monachi a vita agi-„tur, poteſtativa manu pro remedio anime „ſue, parentumque ſuorum tradidit in an-„nonam monachis, quod mox in loco bene-„ficii de manu Domini Balderici Abbatis in „commodum vite ſue, quoadusque ipſe ve-„lit, recepit. Hujus rei teſtes ſunt Perh-„tolt, Rodbertus, Bertholdus, Gerloch, „Hartunc, Udalricus, veſtiture Gerhoh, „Hartunc". N. 241. „Cunctorum pateat „notitie, quod quidam fidelis de familia „ſancti Petri apud Halla nomine Adalber-„tus, cum conſenſu venerabilis Balderici „Abbatis, Gotelindam filiam ſuam cum o-„mni poſteritate ſua a ſervili opere exſol-„vens, ad idem ſervitium, quod & pater „conſequitur, inſtituit, ſcilicet, ut per ſin-„gulos annos pondus auri, quod vulgo Sei-„ga dicitur, ad altare Sancti Petri, ubi cœ-„nobite ſunt monachi, perſolvant, quam „libertatem idem prædictus Adalbertus cum „advocato ſuo Luitoldo comite, & teſtibus „ſubſcriptis confirmavit. Teſtes Pato de „Halla, Perichtold de Pleigen, Perther „prepoſitus, Gerhoh, Lanzile, Ezamam „Heinrich, Thelonearius, Wielant, Per-„wolf, Hartunc & fater ejus Roudperht, „Walbrun". N. 246. „Quidam fidelis vir „Adalpreht dictus de Amphingin in extre-

mis

„mis conſtitutus duas hubas ad Waltingin in „manus cognati ſui Liutwini de Amphingin „commendavit tradendas ad altare ſancto- „rum apoſtolorum Petri, & Pauli uſui fra- „trum cœnobitarum, eidem altari famulan- „tium, ſervituras, que traditio ſtatim com- „pleta eſt coram Balderico Abbate, & Hu- „gone Garzzenſe prepoſito fratre predicti „Liutwini teſtibus his per aurem attractis „Heinrich, & miles ejus Pabo de Sekir- „chen, Perthold de Merinmos, Hartwic de „Schalchin, Cundachar de Eichenpach, „Hartunc, & Uzi de Salzburc, Gundolt & „filius ejus Einwich; Stezeman, Piginot, „Meginhalm Sapiens. Aleginwart, Pluo- „mal, inveſtiture quoque predicti teſtes". N. 248. „Notum ſit omnibus Chriſti fideli- „bus, quod quedam femina nomine Chu- „niza, cum per incuriam ſervitium, quod „debebat fratribus de S. Petro, aliquanto „tempore neglexiſſet, poſtea ſponte hoc con- „feſſa ſit, beateque memorie Balderico Ab- „bati 30. nummos pro emendatione obtu- „lerit, cumque propter neglectum cenſum „in ejus poſteſtate ſitum eſſet, cui ſervitio „vel ceuſui eam ſubjiceret, rationeque in- „ſuper habita, ut cenſum 15. nummorum „annuatim perſolveret, decretum eſſet, ille „memor evangelici precepti: eſtote miſeri- „cordes, ſicut & pater veſter miſericors eſt, „imminuit tam ei, quam filie ejus Adalhai- „de quinque mummos de hoc cenſu, & ut „ſingulis annis utraque 10. nummos in die „dedicationis ejusdem Monaſterii ſolvant, „conſtituit. Hujus rei teſtes ſunt Adalber- „to, Liutwinus, Wolframus". N. 269. No- „verint cuncti fideles, quod quidam nobilis „homo nomine Adalbertus de Luza tradi- „dit fratribus S. Petri tale predium, quale „habuit ad Humprehdisdorf in pago Pinz- „gouenſi, ea conditione interpoſita, ut ipſe „eo, quoadusque viveret, quaſi loco bene- „ficio ab Abbate Balderico ſibi conceſſo frue- „retur; poſt obitum vero ſuum fratrum uſui „ſubderetur. Quod ita preſente venerabili „Chunrado Archiepiſcopo peractum, imo „confirmatum eſt. Cujus rei Teſtes ſunt „Megingoz de Suriperch, Otto & frater ejus „Chunradus de Chalcheimin, Wiſunt de „Pongowi, Liutwinus prepoſitus, Durinch „de Dietramingin". N. 272. „Cunctis tam „preſentibus, quam futuris generationbus „pateat, quod quidam nobilis vir nomine „Wichart de Erniſtingen, ad extrema per- „veniens, predia ſua, quæ conſenſu matris „ſuæ Wilipirgæ eccleſie beati Bartholomei „apoſtoli in prædicto loco Erniſtigin ſite, „delegaverat, & in manus duorum germa- „norum Liupoldi ſcilicet, & Adalberti de „Stameheimin commendaverat ad ceno- „bium beati Petri Principis Apoſtolorum, „quod in Salzburgenſi civitate ſitum eſt, tra- „di poſtulaverit. Quod ita ſecundum peti- „tionem ejus poſt paululum defuncti com- „pletum eſt; nam illi duo Germani primum „poſtquam poſtulati fuerant, predia deno- „minnta, id eſt in eadem illa Erniſtingin, „id eſt, duas curtes. Ad Munliheimin 2., „ad Teccinpach 2., ad Henndorf 2., ad po- „chi vera una ſolummodo: inſuper etiam 26. „mancipia, predicte Eccleſiole tradiderunt, „ac dein mater ejus accedens eccleſiolam „cum omnibus ſibi contraditis pro remedio „anime ſue, maritique ſui nomine Gozwi- „ni, nec non filiorum Wiehardi, & March- „wardi, omniumque parentum ſuorum ſu- „ſuper reliquias ſanctorum illo allatas in „uſum Monachorum, S. Petro ſervientium, „contradidit. He autem utreque Traditio- „nes peracte ſunt anno Dominice Incarnat. „1139. indict. 2da ſub die 10. Kalend. Ju- „nii cooperantibus, & conſulentibus in id- „ipſum venerabilibus viris Chunrado Salz- „purgenſi Archiepiſcopo, & Romano Gur- „cenſi Antiſtite, aliisque multis religioſis, „preſentibus vero, & easdem traditiones „ſuſcipientibus Balderico venerando Abba- „te, & Gebehardo comite de purghuſen, „præfati cœnobii advocato, teſtibus iſtis „per utrasque vices adhibitis, quorum no- „mina hic ſubſcripta ſunt Adalpreht, & „ejus frater Liupolt de Stamehelmin, Me- „ginhardi de eringin, Raſſolt, & Otto de „Sconinph, Heinrich de Chuninph, Ber- „tholt & ejus frater Rodpht de Tarisdorf, „Heinrich, & Ottocar, & Sinzigin, Pili- „grim, & Manegolt de Oſtermiettingin, „Perthold, & Altaman de Echivisdorf, „Rapoto, & Giſilmar de Eriniſtingin, Ro- „diger filius Azonis de Purchuſen, Wich- „art de Chrigilpoh, Gozwin de Unzingin, „Hadamar de Ottindorf, & multi alii. Te- „ſtes inveſtiture Adalpht, Liupolt, Raſſolt, „Perthold". N. 214. „Omnibus ſidelibus „pateat quemdam Urbanum nomine March- „wardum predium ſuum ſuper montem, qui „Gerherisperch vocatur, ſitum, per manum „filii ſui nomine Marchwardi eo pacto in „alimoniam egenorum ad altare Sancti Pe- „Petri tradidiſſe, ut ſi hoſpitalis domus un- „quam, quod abſit, deſtructa fuerit, in u- „ſum fratrum prædicto altari ſervientium re- „digatur, quam traditionem idem M. poſt „mortem Patris devote implevit, ipſeque „ſtatim idem predium de manu Domini Bal- „derici Abbatis loco beneficii accepit, ea „tamen conditione, ut cenſum 5. denario- „rum annuatim inibi perſolvat, & ſi quin- „que annis neglectum in eo non emenda- „verit, jus poſſeſſoris ammittat. Quod ita „coram teſtibus, quorum nomina ſubſcri- „pta ſunt actum, & confirmnatum eſt, no- „mina teſtium Liutwinus prepoſitus, Rudolf „de Wagingariperga, Sigiberto, & ejus „nepos Liutold, Brun, filius Reginwardi „de Sandinheim, Heinricus filius Wolfoldi „Smerpach, Hartwicus miles Liutwini, „Chono Mercator". Hæc omnia notata ſunt in codice MS. M.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

XVII. Nec non variæ Emptiones, & permutationes

Merentur non minus etiam notari aliquæ emptiones, permutationes, & concambia, de quibus certo conſtat, accidiſſe ſub Balderico

sub hoc Abbate acciderunt.

derico Abbate. Sic in præfato Donationum codice M. n. 298. hæc leguntur: „Notum „fit generationi prætereunti, & advenienti „concambium, quod factum est inter Chunradum venerabilem Salzpurgensis ecclesiæ „Archiepiscopum, & fratres monasterii sancti Petri de beneficio cujusdam ministerialis „sancti Rudberti nomine Etichonis de Glase, & de beneficio Pertholdi de Hippingin „ministerialis sancti Petri. Factum est autem idem concambium hoc modo: Baldericus Abbas ejusdem Monasterii tradidit „presato Pontifici beneficium Pertholdi, episcopus vero rogatu memorati Etichonis „tradidit beneficium ipsius in manus Mengingoth ministerialis sui de Suriph ad altare „sancti Petri, vice sua ab eo delegandum „quod idem Mengigodus coram subscriptis „testibus adimplevit Adalberone, & filio ejus „Duringo de Dietramingin, Liutoldo de „Siesdorf, Tiemo de hongov, Gerboto, „Sigifridus de pongow, Wisiut pincerna", N. 311. „Notum sit fidelibus tam presentis „quam futuri temporis, qualiter Gebohardus comes de purghusim advocatus monasterii beati Petri patellam unam cum omnibas appendiciis, quibus ei servivit, quæ „sunt octonaria pars ad Wizemanis prete ad „Wirstete, 12. pars in hourula, quæ vocatur Schultheize, decima pars in hourola, „que dicitur Milchgazzare, quarta pars ad „Hungersprete, octonaria pars inter columnas: dimidius locus patellæ ad Steinarin, dimidius locus patellæ qui situs est in „adverso dimidii loci patellæ fratrum de „Karste. Area una in platea, que vocatur „Milchgazze, area una juxta lapideam domum Pabonis, area una casteiga, quarta „pars montis, qui vocatur Grutti, molendium unum, ortus unus, tres servientes „filii Trostmani, Gnanili, & Gnanili, & „Pertholdus, & quartus dimidius, predium „ad Schwarzach, prediolum ad Torigi, prediolum ad Wizpach, quarta pars, & dimidia mansi, & sexta pars nemoris ad „Waitheringin, prediolum juxta Tiezpach, „quarta pars mansi ad Mosen, quarta pars „mansi ad Dorf, quarta pars mansi ad Liucheringin, in manus ejusdem nobilis viri „Meinhardi de Ydana potestativa manu delegavit jurans prius, quod hoc ei licitum „esset facere, quippe, cum nec uxor sua, „quam nuper acceperat, nec aliquis mortalium jus in ea patella haberet, donatione vel alicujus promissionis exspectatione, „delegavit autem ea fide, & conditione, ut „ea traderet super altare beati Petri ad usus „spiritualium virorum, & mulierum ibidem „Deo servientium, pro qua Traditione, sicut „ipse, & beatæ memoriæ Baldericus Abbas cum fratribus suis convenerunt, con„cessum est eidem prædium quoddam, quod „est in episcopatu Frisingensi n. Berchoven „de prædicto altari beati Petri aufferre, quod „traditum est per manus ejusdem Advocati „Gebhardi super altare beati Petri Wezzin„brune pro 50. Marcis, quas ipse accepit, „quibus aliæ 57. superaddite numerum 107. „Marcarum compleverunt. Quia vero præ„dictus Abbas magna familiaritate, & ami„citia conjunctus erat, concessit, ut si quan„do ipsi, vel uxori ejus facultas suppeteret „redimendi patellam, restituerint altari pre„dium, quod ab eo ablatum est, vel æque „bonum cum pecunia super enumerata: alio„quin quod factum esset, semper inconvul„sum maneret. Hujus rei testes sunt Wein„hardus, Pabo, & Ernustus nobiles viri „de Ydana, Henricus de Ugingin, Hein„rich de Churnpuch, Heinricus Judex, „Heinricus Plome, Hartwicus, & ejus fra„ter, Gebolfus de Purchusin, Hugo Pin„cerna ministerialis ejusdem comitis, quando autem predictus vir nobilis Meinhardus „patellam ex fide, quæ in manus suas ve„nerat, super altare beati Petri traderet, „advocatus sæpe nominatus cum Balderico „Abbate eam accepit jure advocatie suæ „semper eam defendendam, & conservan„dam illi altari ad usus fratrum, nisi recom„pensatione supra scripta ab eo solveretur. „Hujus rei testes prænominatus Meginhar„dus de Ydana, Perhtold, & ejus frater „Rudpreht, Altman de Torstorf, Richer de „Pibinpach, Purchart de Piscovistorf, Hein„ricus de Purchusin, Gotescalk, & Udal„rich de Salzpurch, Tietrich de Gezzini„sinne". N. 319. „Omnis generatio justo„rum noverit, quendam, nobili prosapia „genitum, Fridericum, dictum de Huni„sperch, dum Romam pro dissolvendo ex„communicationis vinculo proficisci cogita„ret, pecuniam sibi a fratribus in monaste„rio sancti Petri Deo sub monachili profes„sione militantibus accommodandum postu„laverit, quod & factum est. Ipse vero pre„dium suum apud Arnistorf juxta castrum „Hunisperch situm illuc ea conditione de„legavit, ut ususfructuarius eidem Mo„nasterio, donec concessa pecunia 6. libra„rum argenti rependat, annuatim persol„vatur. Post obitum vero suum, sive in „eadem peregrinatione sive quolibet tempo„re evenerit, predictum predium prefato „Monasterio in perpetuam possessionem abs„que omni contradictione stabilietur. Hujus„ce autem traditionis confirmatio in purifi„catione sancte Marie anno Domini Incar„nationis 1144. Coram p. m. Balderico Ab„bate, istis testibus presentibus peracta est „Heincico de Higilin, Luitwino preposito, „Sigibotone de Atanat, Engilschalco de „Straze, & ejus milite Dietmaro Ottone, „& ejus fratribus Chunrado, & Heinrico „de Chalheimin". Hæc & alia quamplurima in citato libro antiquo legi possunt, quia tamen de plurimis ejusmodi emptionibus, & permutationibus annus non exprimitur, quandonam acciderint, hinc iisdem ennarrandis supersedemus, forte alia occasione relaturi.

XVIII. Idem Balde-

Denique his & plurimis aliis peractis, &

ricus Abbas eodem anno, quo Conradus I. obiit, ſua morte præceſſit.

& bene actis tam pro ſpirituali, quam pro temporali Monaſterii incremento venerabilis Abbas noſter Baldericus, poſt viginti duorum annorum regimen beato fine quievit. Numerabatur annus milleſimus centeſimus quadrageſimus ſeptimus, quo tempore Conradus I. Archiepiſcopus, & paſtor vere incomparabilis poſt quadraginta quatuor annorum Archiepiſcopale regimen V. Idus Aprilis a magnis laboribus ad ſuperna vitæ gaudia vocatus eſt. Sed Archipræſulem ſuum præceſſit, & eodem anno deceſſit V. Non. Jan. Baldericus Abbas noſter venerabilis ad S. Petrum adeo eam, quæ inter vivos fuit ſancta neceſſitudo, nec mors diſrupit, ait Mezgerus noſter pag. 387., qui etiam de ipſius Balderici Abbatis Sanctimonia ex variis noſtris MStis, & documentis ita ſcribit: „Sanctimoniam hujus“ (nimirum Balderici) ait, „teſtantur mira, quæ in ejus „gratiam Numen fecit. Dum febribus ali„quando æſtuans decumberet, aquam ſi„tiens de fonte, qui adhuc ante Abbatiam „perſtat, ſibi afferri petiit. Ivit famu„lus hauſit, tulit, propinavit, benedixit „Abbas, guſtavit, ſed hem! vinum eſſe ſen„ſit. Quod vero vinum ſibi non ſaperet, vel „potius nocivum eſſe crederet, ſervum le„niter reprehenſum ad aquam ſibi ferendam „reverti juſſit. Miratus famulus ad fontem „rediit, videntibus aliis aquam de novo „hauſit, aſt cum Balderico attuliſſet, poſt „ejus benepreçationem iterum vinum fuit. „Suſpectam igitur habens hujus famuli ope„ram, alium, qui aquam ferret, miſit, ſed „non minus, cum guſtaretur, vini ſaporem „exhibuit. Obſtupuit, & agnovit cum aliis „pius Abbas divinum miraculum, laudavit „beneficentiſſimam in ſervos ſuos Numinis „omnipotentiam, & vino cœlitus dato ſe „reſocillavit. Ita monſtratum voluit Deus, „quam bene ſibi ſaperent Balderici vita, & „virtutes; ipſe tamen poſt aliquot dies ad „cœleſte convivium, & nectar invitatus di„vino paſtus epulo, & angelorum vino fe„liciter emigravit. Corpus terræ datum in „eccleſia noſtra coram altari ſanctæ crucis, „quod olim templi medium occupabat. An„tiquiſſima alias ad S. Petrum traditio fuit, „Baldericum, dum viveret, familiari ipſius „Sancti Patris noſtri Ruperti viſitatione ho„noratum, dixiſſeque conſpicuum illi Di„vum: *Quando lucerna mea extinquetur, civi„tas mea ſubvertetur.* Certum equidem hujus „oraculi ſenſum, & quid præſertim lucerna „illa deſignet, nondum intelligimus, at ſu„peri faxint, ne unquam extinquatur, ut „affulgente Ruperti Lucerna, ac patrocinio „ſemper ſtet, & luceat Salisburgum“. Hucusque Mezgerus noſter. De his traditionibus etiam mentionem facit Joannes Stainhauſerus in ſuo libro MS. de anno 1602. quem ſcribit de Sanctis Salisburgenſibus in vita Balderici Abbatis. In noſtro MS. R. quod eſt Chronicon Martini Abbatis ſequentia notata ſunt. „De hoc ſanctiſſimo viro“ (nimirum Balderico Abbate) „eſt fama ce„lebris, & Seniorum hujus cœnobii, qui „& ipſi ab anteceſſoribus, & ſenioribus de „manu ad annum quaſi vivæ vocis traditio„ne acceperunt, atteſtatione firmata, quod „S. Rupertus illi in viſu apparuit, ſibique „dixit *quando lucerna mea extinquetur, civi„tas iſta ſubvertetur.* Hæc ita eſſe Leonar„dus hujus Monaſterii Monachus ultimam „agens ætatem fratribus referre ſolebat, ne „quis me figmenta colligere arbitretur. „Actum anno 1523“. Hucusque MStum R. plura nec poſſumus, nec volumus de utraque hac traditione referre.

HENRICUS,

ABBAS XXXIV.

AB ANNO 1147. USQUE AD ANNUM 1167.

1. Henricus I. Wiettingam in Carinthia per donationem accepit primo regiminis anno.

Conrado I. Archiepiſcopo adhuc vivente Abbati noſtro Balderico defuncto ſucceſſit Henricus Monaſterii ad S. Petrum Monachus, vir, ut MSta teſtantur, egregiæ virtutis, & prudentiæ, hujus nominis Primus, qui poſtquam ſuprafatus Archipræſul eodem anno poſt tempus trimeſtre ab obitu Balderici Abbatis noſtri ad æternæ vitæ præmia evocatus fuit, & S. Eberhardus I. in ſede metropolitica Salisburgenſi fulgere cæpit, in ſuo quoque abbatiali regimine eximium de ſe lumen præſertim diſcretionis, & prudentiæ diffudit. Jam primo regiminis anno prædium *Wiettingen* per donationem accepit: Godefridus enim liber, ut antiqui vocabant, de Wietting ex nobilibus S. Ruperti miniſtris hærede carens, inſpirante cœleſti gratia ac ſancti Petri ductus amore cum Adala conjuge ſua paris propoſiti, primo quidem præſente, & approbante Conrado Archiepiſcopo, eo autem vita functo, rurſus in præſentia Eberhardi I. Archiepiſcopi prædium Wietting in Carinthia cum aliis ſuis prædiis, & mancipiis eccleſiæ ſancti Petri cum hac conditione tradidit, ut ipſi pii conjuges, dum viverent, iſtis redditibus potirentur, poſt illorum autem obitum, in prælio principali Wietting congregatio religioſorum Deo ſervientium inſtrueretur. Si vero ad hoc pium inſtitutum exequendum illa bona aſſignata non ſufficerent, in arbitrio Archipræſulis, & Abbatis ad S. Petrum eſſet, aliter diſponere, quo ipſorum animabus optime conſuleretur. Studebat per ſex ſæcula pro viribus ſatisfacere piæ fundatorum intentioni noſtrum Monaſterium, quantumvero hinc inde ex monumentis noſtris colligi poteſt, neque per prima quatuor Sæcula, dum reditus nunquam ſufficiebant, plures quam quatuor, aut ad ſummum quinque religioſi fuerunt expoſiti ex Monaſterio noſtro in Wiet-

Wiettinga, cui loco nomen Præpoſituræ fuit inditum, & in hodiernum usque diem manet. Dum autem redditus adhuc magis erant diminuti, ut ne quidem quatuor aut quinque ſuſtentari potuerint, hinc per ſpatium unius Sæculi deficiente etiam in noſtro Monaſterio religioſorum numero Sacerdotes ſæculares adminiſtrabant labores parochiales, a tempore autem centum circiter, & quinquaginta annorum ſine interruptione prioribus annis duo, nunc autem per ſexaginta ferme annorum ſpatium tres religioſi ex cœnobio noſtro ibidem exiſtunt, ex quibus primus ſemper Præpoſitus, etiam in Domo Clagenfurtenſi Provinciali honorificam ſedem obtinet, reliqui duo parochialibus curis invigilant; nam poſt primam donationem a Godefrido Wiettingano factam etiam Jus Parochiale ſuccedentibus annis huic loco acceſſit. Præclaros autem jam primis ſæculis Wiettingæ ſtetiſſe viros haud vulgare argumentum eſt, quod anno 1284. Dietricus Pruchlerus Monachus monaſterii noſtri, & Præpoſitus Wiettingæ in Abbatem inſignis, & celeberrimi Monaſterii ad S. Paulum ordinis noſtri in valle Lavantina fuerit electus, & licet hujus regimen tantum per quinque annos duraverit, omnem tamen de bona & fideli adminiſtratione apud poſteros laudem tulit, præſertim, quod advocatiam Sancti Martini aliaque bona prædicto Monaſterio acquiſierit.

II. Quæ donatio non tantum archiepiſcopali diplomate anno 1147. ab Eberhardo I. confirmata,

Fuit autem hæc donatio prædii Wiettingen, quam Godefridus de Wietting cum Adala uxore ſua Monaſterio fecit, non tantum anno 1147. ab Eberhardo I. Archiepiſcopali auctoritate, & edito publico diplomate confirmata, verum etiam anno 1163. contra illos, qui hanc donationem impugnabant, denuo roborata, & ſtabilita. De hujus donationis confirmatione exſtant duo diplomata membranea cum archiepiſcopali ſigillo munita, & ſervantur in armario IV. Archivii noſtri ſub n. 2. & ſigno A. 1. & 2. utrumque eſt de anno 1147. in primis Litteris membraneis ſub ſigno A. 1. etiam aliæ donationum confirmationes ſunt inſertæ, de quibus ſuo loco: in litteris pariter originalibus ſub ſigno A. 2. tantum agitur de facta donatione in Wietting; nos utriusque diplomati tenorem damus de verbo ad verbum: primum ſic ſonat:

„In Nomine ſanctæ & individuæ Tri-
„nitatis.

"Eberhardus divina favente clementia "Salzburgenſis eccleſiæ Archiepiſco-"pus. Quoniam graviter noſtris tempori-"bus religioſas perſonas a Sæcularibus ſu-"per his, quæ Monaſteriis a fidelibus Chri-"ſti conferuntur, cernimus vexari, neceſſa-"rium exiſtimavimus precibus dilecti fra-"tris noſtri Heinrici Abbatis de S. Petro an-"nuere. Scilicet, ut bona quædam, quæ "in noſtra præſentia eidem Monaſterio ſunt "collata, vel recognita, vel per commutationem aquiſita, præſenti pagina compre-"hendamus, & notitiæ poſterorum cum ſi-"gilli noſtri impreſſione roborata transmit-"tamus. Anno igitur Dominicæ Incarna-"tionis MCXLVII. epiſcopatus vero noſtri "primo, quidam ex miniſterialibus ſancti "Rudberti, Gotefridus nomine, Dei inſpi-"rante gratia univerſa prædia ſua, & fami-"liam exceptis octo hobis, & 15. mancipiis "Monaſterio ſancti Petri Salisburgæ conſen-"ſu conjugis ſuæ Adalæ in præſentia noſtra, "& venerabilis fratris noſtri Gurcenſis epi-"ſcopi Romani tradidit, ea tamen condi-"tione, qua prius in conſpectu Prædeceſſo-"ris noſtri p. m. Chonradi Archiepiſcopi ei-"dem eccleſiæ illa tradiderat: ſcilicet: ut "ſi absque legitimo hærede vita decederet, "in principali eorundem prædiorum loco, "Wiettingin dicto, ex conſilio Salisburgen-"ſis Archipræſulis, & Gurcenſis epiſcopi, "Abbatis quoque ſancti Petri divinum ſervi-"tium ordinetur. Hujus traditionis teſtes "ſunt Luitoldus comes de Reigin, Heinri-"cus de Hegilin, Engilſchalcus de Frie-"ſach, Rudolphus de Teniſperch, Hartni-"dus frater ejus, Marchwardus de Viskaha, "Liutwinus Præpoſitus, Wolframus de Of-"finwane, Wolframus de Walpholtishaim, "Ekehardus de Tanna, Siegefridus de Frie-"ſac, Luitoldus de Salzpurch, acta ſunt hæc "anno Domini Incarnationis MCXLVII. In-"dict. X. epiſcopatus vero Domini Eberhar-"di Salisburgenſis anno primo".

In aliis litteris membraneis, de quibus ſupra dictum, hæc confirmatio his verbis data fuit.

„In Nomine ſanctæ, & individuæ
„Trinitatis.

"Ego Eberhardus favente Dei gratia Salz-"burgenſis Archiepc. -- Quia noſtrum "eſt non ſolum bona, quæ poſſumus omni "cum diligentia ac pietatis ſtudio perpetra-"re, verum etiam aliis ea facientibus devo-"te, & fideliter annuere, & ne facta ſeu tem-"poris interpolatione, ſeu pravorum hom-"num machinatione evellantur, ſollicite, "quantum in nobis eſt, providere, preci-"bus dilecti fratris noſtri Heinrici Abbatis "de Sancto Petro in Salzburc aſſenſum præ-"bere neceſſarium duximus, ut ſcilicet bo-"na quædam largitione Miniſterialis noſtri "cujusdam ſuo monaſterio collata præſenti "pagina comprehendamus, & notitiæ po-"ſterorum ſigilli noſtri impreſſione roborata "transmittamus. Anno igitur Dominicæ "Incarnationis MCXLVII. epiſcopatus ve-"ro vero noſtri primo unus de miniſteriali-"bus beati Roudberti nomine Goſridus de "Wiettingin conſenſu conjugis ſuæ Adale, "me, & venerando fratre noſtro Gurcenſi "epiſcopo præſentibus, omnia ſua prædia "cum familia utriusque, exceptis octo hou-"bis ex XV. Mancipiis, ſuper altare S. Pe-"tri ea conditione, & voluntate delegavit, "ut ipſi, dum viverent, eis potirentur, & "poſt

„post mortem amborum, aut si priusquam „vita decederent, in hoc convenirent, in „principali eorumdem prædiorum loco sci„licet Wiettingin Monasterium, & congre„gatio Deo ibi serviens institueretur. Si „vero eadem prædia ad institutionem con„gregationis non sufficerent, nostro, & „Gurcensis episcopi, & abbatis Sancti Pe„tri consilio, quod animabus ipsorum opti„mum, & utilissimum esset, disponeretur. „Hujus delegationis testes sunt facti Gebech „comes de Purghusen advocatus ejusdem „Monasterii, Gottshalcus de Hunisperch, „Ebo de Pchach, Henricus de Hegelin, „Engilschalchus de Frisaco, Luitoldus de „Siestorf, Dietmarus de Liecheim, Eke„hard de Tanua, Hartnid de Viskaha, & „frater ejus Marchwardus, Liutwinus Ca„stelanus de Salz.

Hucusque tenor primarum litterarum donationem predii in Wietting ab Eberhardo I. Archiepiscopo confirmantium.

IIII. Verum etiam anno 1163. contra illos, qui donationem impugnabant, denuo stabilita fuit.

Quandoquidem vero hæc tam pia & rata donatio post plures annos ipsos Godefridi nepotes Fridericum de Petovia, Friderium de Lonsperg, ac Rudolfum de Holnek infestos habuit adversarios, qui credebant sibi ablatum esse, quod ecclesiæ accessisset; hinc nova compositione, & confirmatione opus fuit. Prædicti enim cognati benefactoris nostri Godefridi querellas movere, amicam compositionem ab Henrico Abbate nostro oblatam spernere, & quod pejus est, etiam incendiis, & rapinis in eadem bona grassari cœperunt, & quia tam impia facinora Sanctus Eberhardus Archipræsul ferre non potuit, ad vadimonium, Sacræ censuræ cominatione, vocatos coegit se præsente pias Godefridi donationes denuo ecclesiæ Sancti Petri renuntiare. Pariter Abbas noster Henricus, ut eo tutior, & firmior hæc renuntiatio staret, amore pacis, & charitatis, imo ex ipsius Archiepiscopi consilio, Friderico de Petovia datis in beneficium, seu feudum aliquot prædiis, post ejus mortem ad cœnobium redituris, reliquis certa pecunia satisfecit. Acta fuerunt hæc anno 1163. prout in sequenti diplomate in originali cum sigillo appenso Archiepiscopali exstante sub signo E. inter litteras Eberhardi I. omnia exprimuntur.

„In Nomine sanctæ & individuæ „Trinitatis.

„*Ego Eberhardus Dei gratia Archiepiscopus „Ecclesiæ Salzburgensis.*

„Vagum, & instabile est cor filiorum ho„minum in hoc tempore, eo quod om„ni vento levitatis circumferantur, unde „oportet nos propterea vigilantius, & so„lertius religiose viventibus prospicere, ne „per ignorantiam gestorum, & malitiam „impiorum bonis eorum insidiantium frau„des vel violentiam aliquam patiantur in „his, quæ ecclesiis Dei a fidelibus Christi „collata fuerint. Inde notum facimus om„nibus Christi fidelibus præsentibus, & fu„turis, qualiter nos decidimus litem, quam „Fridericus de Petovia, & alter Frideri„cus de Lonsperch cum Godefrido de Wiet„tingin pro patrimonio ipsius scilicet Wiet„tingin habebant. Prædictus enim Gode„fridus cum hæredem non haberet, ipse „cum uxore sua Adala primo in præsentia „antecessoris nostri felicis memoriæ Cunra„di, post hæc etiam in præsentia nostri „prædium suum Wiettingen, & alia præ„dia sua vel mancipia quæcunque habebant, „ecclesiæ beati Petri in civitate Salzburgen„si tradiderunt, eo tamen tenore, ut post „mortem utriusque ex consilio religiosorum „Divinum ibi, si fieri posset, institueretur „officium. Sed omnis boni inimicus Dia„bolus eosdem Fridericos nepotes suos con„tra prædictum donatorem, & ecclesiam, „quam sibi hæredem fecerat, tantum con„citavit, quod justiciam, quam ipse in eis „in præsentia nostri & ecclesiæ frequenter „offerebat, nullo modo volebant recipere, „sed incendiis & rapinis graviter eum affli„xerunt. Super quo valde commoti ipsos „ad satisfactionem illius canonica censura „vocavimus, ubi ipsi in præsentia nostri, „& Ecclesiæ, quidquid inde Gotfridus habere „videbatur, & Ecclesiæ contulerat, super reli„quias beati Ruberti legitimo jure restaurave„runt. Ut autem hæc refutatio stabilis perma„neret, dilectus frater noster prædictæ ec„clesiæ Abbas Henricus ex consilio nostro „Fridericum de Petovia octo hubis inbe„neficiavit, quæ post mortem donatorum „sibi accedere debebunt. Friderico vero „de Lonsperch 20. Marcas dedit, & rapinas „vel incendia, quæ in eodem prædio com„miserat, dimisit. Rudolfo quoque de „Holnekke 5. marcas dedit. Ne autem „hæc compositio ab aliquo infringeretur, „hanc inde cartam conscribi, & sigilli no„stri impressione jussimus firmari. Acta „sunt hæc Frisaci anno Incarnationis Do„mini MCLXIII. Kalendas Januarii. In„terfuerunt autem huic compositioni Do„minus Gurcensis episcopus Romanus, „Gurcensis Præpositus Romanus, Præpo„situs S. Mariæ, & Archipresbyter Engel„ramus, Archipresbyter, & Plebanus Fri„sacensis Hadamarus, Præpositus de hove „Magister Adalbertus, de ministerialibus „Rudolfus de Tünsperch, Sigimarus de „Libniz, Marchwardus Dapifer, item „Marchwardus Junior, & fratres ejus Ru„digerus, Gerhoh, Cunradus, Hovelelch, „Meingoh, de Surberg, Sigihart de Cha„pelle, Etich de Mattse, Henricus de „Siesdorf, Goteschalch de Brunningen, „Dietmarus de Chotenbach, Durchinnarth „de Wolwihe, Sigihart de Fribere, Cholo „de Truchsen, Burchardus Brixinensis de „Velse, hi omnes per aures in testimonium „tracti sunt.

Huc-

Hucusque tenor litterarum originalium, per quas donatio Wiettingen post graves infestationes nepotum Godefridi ab Archiepiscopo Eberhardo denuo roborata, & stabilita fuit.

IV. Idem Archipresul primo adhuc anno aliquas donationes, & permutationes,

Sed denuo redeundum est ad ordinem chronologicum, & ad priores annos Henrici Abbatis nostri, a quibus propter connexionem actorum de donatione prædii *Wiettingen* nonnihil recessimus. Primo adhuc anno, videlicet anno 1147. quo & S. Eberhardus electus fuit Antistes Salisburgensis, & Abbas noster Henricus I. ad præfecturam cœnobii promotus, altefatus Archipræsul aliquas donationes, & permutationes, specialiter autem sequenti anno 1148. non ipse tantum Jus antiquæ precedentiæ nostræ, verum etiam totum inclytum Capitulum Salisburgense editis litteris sigillo roboratis confirmavit. Anno, inquam, adhuc primo nimirum 1147. confirmavit Eberhardus I. quasdam donationes, & permutationes, quæ in supra cit. diplomate A. 1. insertæ sunt, & quarum confirmatio sic sonat:

„Eodem quoque anno in die autem ordinationis nostræ recognitum est, & tra„ditum eidem Monasterio a Gebohardo co„mite de Purghusin prædium quoddam ad „Alsa situm, mons videlicet ex uno latere „habens vineam, ex alio coopertus vir„gultis, quem quondam tradidit ad altare „beati Petri bonæ recordationis Silo co„mes, qui & Sigehard, sed a parentibus „præfati comitis Geboh occupatus, & in „occupatus, & in jus proprietatis injuste „fuerat redactus. Hæc autem recognitio, „seu traditio facta est in præsentia nostra, „& fratrum nostrorum episcoporum, Otto„nis Frisingensis, Hartmanni Brixinensis, „Romani Gurcensis. Testes quoque hujus „recognitionis facti sunt de fidelibus no„stris Engilbertus Marchio, Engilbertus „comes Hallensis, Luitoldus comes de „Pleigin, Adalbertus frater ejus, Liupol„dus de Stamheim, Goteschalcus de Hu„nisperch, Henricus de Hegelin, Engils„chalcus de Friesach, Luitoldus de Sies„torf, Ekkehard de Tanna, Hartnidus de „Viskaha, Heinricus de Purchusin, item „Heinricus, Hugo, Hartwicus, Gebolfus „Ministeriales ejusdem comitis. Ab hac „autem recognitione nondum VII. diebus „evolutis Heinricus comes, & frater ejus „Sigehardus de Schalach nepotes prædicti „comitis Gebohardi, qui & ipsi prefati præ„dii violenter potius, quam legitime hæ„redes accesserant, acceptis a fratribus su„pradicti Monasterii XIII. Marcis coram le„gato nostro in castro Purchusin omni se ju„re sepedictæ possessionis testibus coram po„sitis eliminaverunt. Testium autem no„mina hæc sunt, Adalbertus, & frater „ejus Lipoldus de Stameheim, Heinricus „judex de Purchusin, item Heinricus, Hu„go, Hartwicus, Gebolfus, Purchardus, „Roudigerus, Maganus delegati ministe„riales prædictorum comitum. His ita ge„stis vir quidam nobilis Chadoldus dictum „prædium a fratribus obtentum, quod a „prædictis comitibus beneficii jure posside„rat suis usibus sicut propriis detinere ni„sus est. Lite igitur inter ipsos, & fra„tres aliquamdiu perseverante, contigit, „ut eodem anno ad Remensem synodum „vocati cum fratribus nostris episcopis, & „majoribus ecclesiæ nostræ pergentes eun„dem Catholdum itineris comitem habere„mus, qui rationabili queremonia Abbatis „opportune pulsatus in consilium nostrum „se dedit, sepeque dictum prædium coram „Babinbergensi episcopo, & Brixinensi in „manum nostram prope Remensem civita„tem eo tenore repudians, ut XV. Marcas „a fratribus prædicti Monasterii acciperet, „nec ulla eos de cetero ejusdem causæ ex„actione vexaret. Huic rei presentes, & „testes fuerunt Heinricus præpositus, Salz„burgensis, Weinherus Abbas Lavandi„nensis, Udalricus abbas de S. Lamberto, „Chounradus abbas Biburgensis, Chuno „præpositus Chimensis, Hugo Perchtesga„densis, Duringus, Wisintho ministeria„les S. Rudberti. Quinque ergo Marcas „de manu abbatis Remis accepit, permit„tens, quod in reditu suo apud Salzpure „reliquas X. acciperet, & iterato in nostra „præsentia coram testibus, quos fratres „adhiberent, idem prædium refutaret. fa„ctum est ergo, ut rediens, sicut promise„rat, nobis in superiori castro Salzb. con„stitutis, prius abdicato beneficio, denuo „renuntiaret, juxta pactionis conditum „X. Marcis a fratribus acceptis. Igitur hi „testes secundo adhibiti sunt, Liutoldus co„mes de Pleigin, & filius ejus Luitoldus, „Ekkebertus comes de Butina, Heinricus „de Hegelin, Luitoldus comes de Siestorf, „Sigiboto comes de Suripere, Duringus de „Wernin, Hartnidus, & frater ejus Mar„quardus de Viskaha, Wisunt, & Otto de „Pongou, Dietmarus de Lieheim, Luitwi„nus præpositus, Pabo de Sure, Rudol„fus, Engilschalcus, Otto, Bertoldus, & „Wilihelmus ministeriales comitis Luitoldi.

„Presenti quoque inscribere pagine ne„cessarium, & utile duximus commutatio„nem, quæ inter Monachos Sancti Petri, „& Canonicos majoris ecclesiæ facta est. „Heinricus siquidem præpositus, & Cano„nici dederunt Abbati, & prædictæ con„gregationi curtim in Pinzgou sitam, quæ „a nobili viro Adalberto de Lugis tradita „eis fuerat. Sed nunquam propter con„tradictionem propinquorum ejusdem Adal„berti possessa. Econtra Abbas concessit „eis in area, quod habuit ad Tauersheim, „secum ecclesiam construere, & medieta„tem illius ecclesiæ, atque atrii perpetuo „jure possidere, addens insuper eis octo „Marcas. Hujus commutationis testes sunt

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

„Adelbertus de Gerin, Heinricus de He„gilin, Engilschalcus de Friesach, Sigi„boto de Surepere, Wolframus de Offin„wanc, Pabo de Sure, Wisint de Pongu, „Sigimarus de Libniz, Hartnidus, & fra„ter ejus Marcwardus de Viskaha, Adal„berto de Longu, Chounradus de Chalc„heim, Liutwinus Castellanus, Luitoldus „de Salzpurc. Acta sunt hæc anno Dom. „Incarnationis MCXLVII. indictione X. E„piscopatus vero Domini Eberhardi Salz„burgensis anno primo.

Hucusque litterarum tenor, ex quibus patet, quod præter illam primam donationem Wiettingen jam supra n. II. adductam in hoc ipso diplomate primo confirmaverit ArchipræsulEberhardus I. donationem prædii cujusdam ad Alsa siti, factam a Silo, seu Sigehardo comite. Secundo: quod composuerit litem sæpius super hoc prædium excitatam, & tertio: quod approbaverit quandam commutationem inter Capitulum Salisburgense, & Monasterium.

V. Specialiter autem anno sequenti non ipse tantum antiquæ nostræ præcedentiæ jus,

Primo autem anno regiminis Abbatialis elapso accidit, quod anno sequente, millesimo centesimo quadragesimo octavo controversia quædam orta fuerit inter Canonicos majoris ecclesiæ, & monachos S. Petri de præcedentia, sive loco digniori in processionibus, quod jus antiquæ præcedentiæ nobis reservatum, & ut in vita Balderici Abbatis per allegatas litteras Conradi I. expositum, de novo confirmatum fuit. Ast brevi hæc lis amice fuit composita; non enim tantum ipse Archiepiscopus Eberhardus editis litteris hoc antiquum jus nostræ præcedentiæ confirmavit, verum etiam totum inclytum Capitulum Canonicorum a lite delitit, & novam declarationem per originales litteras nobis extraditas fecit. Litteræ Eberhardi I. desuper erectæ exstant in duplici transsumpto authentico, uno auctoritate, & sigillo episcopali Ulrici episcopi Chiemensis anno 1463. altero vero de anno 1521. per nuntium, & episcopum Lucernensem Andream roborato, quibus transsumptis diploma Eberhardi I. de verbo ad verbum insertum, & æquali modo sequentis tenoris est:

„In Nomine sanctæ, & individuæ „Trinitatis.

„Ego Eberhardus Dei gratia Archiepisco„pus Salzburgensis apostolicæ sedis Le„gatus in perpetuum. Vagum, & instabi„le est cor filiorum hominum in hoc tem„pore, quo omni vento levitatis circum„fertur. Inde notum facimus omnibus „Christi fidelibus, quod, cum Canonici „Ecclesiæ Sancti Ruperti fratres nostros di„lectos ecclesiæ S. Petri impetissent pro ul„timo loco habendo in processionibus, quem „antea semper dicti fratres habuerant, mo„vit nos veneranda antiquitas Ecclesiæ S. „Petri, quæ Metropolis fuit, & fundamentum fidei multarum provinciarum, a „qua reliqua monasteria, & ecclesiæ exordium sumpserunt, & omnis honor, & „dignitas ad nos, & nostram ecclesiam, „quam ab ea habemus, profluxit, insuper „& fratres ejusdem ecclesiæ multas posses„siones, & jura ad petitionem nostrorum „antecessorum, ut in litteris nostris monu„mentariis reperimus, resignaverunt in no„stram, & ecclesiæ nostræ utilitatem. Hinc „merito eam præ cæteris ecclesiis quasi an„tiquam Matrem venerari, ac privilegiis „tueri debemus. Tractavimus ergo illa „cum Canonicis nostris, & ad memoriam „reduximus, & inde ipsis consentientibus „dictos fratres ecclesiæ Sancti Petri isto „privilegio munivimus, ut in signum an„tiquæ dignitatis, & sanctitatis loci ulti„mum, & digniorem, quem antea semper „habuerunt, locum etiam imposterum ha„bere debeant perpetuo. In cujus rei fi„dem damus eis presentem litteram nostro „sigillo sigillatam. Testes facti sunt Gebe„hardus comes de Purghusen, Ebo de Per„chaim, Engelschalcus de Frisaco, Lui„toldus de Siesdorf, Hartnid de Fischa, „& frater ejus Marquardus, Luitwinus Ca„stellanus de Salzburg. Acta sunt hæc an„no Dom. Incarnationis MCXXXXVIII. „XIII. Cal. Januarii Indict. XI. Præsidente „Sanctæ Romanæ ecclesiæ Eugenio III. „Pontificatus nostri anno secundo.

Hucusque tenor litterarum Eberhardi I. ex duplici authentico transsumpto.

VI. Verum etiam totum Capitulum Salisburgense editis litteris confirmavit.

Litteræ autem Reverendissimi Capituli, quibus hæc compositio fuit stabilita, exstant originales, suntque munitæ duplici sigillo uno majori, altero minori ex cera alba, utroque referente effigiem S. Ruperti cum inscriptione, *S. Rupertus Doctor egregius Salzburgensis.* Litterarum tenor est sequens:

„Nos Heinricus Dei gratia Præpositus, „& Archidiaconus, Wolframus Decanus, „& totum Capitulum Canonicorum eccle„siæ in Salzburg in perpetuum. Quia se„cundum Apostoli consilium servos Dei a „litibus abstinere decet, in quibus pecca„ta gravia committuntur, ideo præsenti„bus, & futuris pateat universis, quod „propter multimoda bona, possessiones, „libertates, & dignitates, quæ ab antiqua „Matrice Ecclesia S. Petri cum translatio„ne episcopatus, & alias ad nostram, & „ecclesiæ nostræ utilitatem translata sunt, „& concessa, nos recta deliberatione, & „jure admisimus compositionem, quam Re„verendissimus Pater, & Dominus Eber„hardus Archiepiscopus de loco in proces„sionibus pro tempore agendis inter nos, „& fratres dictæ ecclesiæ fecit, ut videli„cet ipsi fratres perpetuo ultimum, & di„gniorem locum in eisdem processionibus „haberent, quemadmodum habuerunt pa„cifice a tempore institutionis ecclesiæ no„stræ

„ſtræ, & nos eos præcedere debeamus per-„petuo in ſignum antiquitatis, & dignita-„tis Maternalis, cum ipſi eſſent hujus ci-„vitatis primi incolæ, atque eorum eccle-„ſia prima Mater, ubi beatiſſimus Pater, „& Patronus noſter Rhodbertus cathedram „Pontificalem ſibi conſtituit; unde funda-„mentum aliorum eccleſiarum dicitur. Con-„ſenſimus inſuper, ut idem Eberhardus „eosdem fratres perpetuo privilegio muni-„ret de illo poſtremo, & digniori loco in „proceſſionibus. Præterea, ut perpetuam „apud nos gratitudinem ſentirent, firmam „eis facimus Promiſſionem, nunquam in „perpetuo eos turbare, aut moleſtare, & „ſuis juribus, & conſuetudinibus, quas „habent, & poſſident, & ab antiquo ha-„buerunt, ſed ut Patres noſtros antiquæ „Matris venerari, & fovere in omnibus. „Ideo præſentem litteram ſigillorum noſtro-„rum Præpoſiti, & Capituli munimine in „evidens teſtimonium duximus roboran-„dum. Teſtes ſunt Hugo de Garſa, Geb-„hardus comes de Purghuſen, Liutwinus „Caſtellanus in Salzburg, Ebo de Berehach, „Engelschalcus de Frieſaco, & alii plures „Chriſti fideles. Acta ſunt hæc anno In-„carnationis Dominicæ MCXLVIII. Indict. „XI. X. Cal. Jann.

Hucusque litteræ inclyti Capituli Salisburgenſis, nobis vere pretioſæ. Verum hoc jus antiquæ præcedentiæ, & dignioris loci in publicis proceſſionibus jam ante centum, & aliquot annos illuſtriſſimis Capitularibus pacifica transactione ex ponderoſis motivis, ſpirituale bonum noſtri Monaſterii concernentibus, ultro ceſſimus, quamvis enim ſimilis, & longe gravior controverſia fuerit ob hanc præcedentiam mota, & circa annum 1525. Romæ ventilata, per trinam etiam ſententiam nobis adjudicata, attamen anno 1657. ut ſuo tempore dicetur, per erectum transactionis, nobis non pœnitendæ inſtrumentum hæc præcedentia illuſtriſſimis viris de tam inſigni Capitulo relicta fuit, ita tamen, ut Abbati ante Dominum Decanum, prius habita antiqua præcedentia, perſtiterit ſalva, Monachi autem ad S. Petrum locum minus dignum in proceſſionibus, quem prius Domini Canonici occupabant, pacifice poſſideant.

VII. Non minus ſub hoc Abbate Dux Auſtriæ Henricus II. Monaſterio Montem inter Dornbach,

Fuerunt autem & alia quamplurima geſta ſub Henrico Abbate noſtro hujus nominis primo, quæ notatu digna ſunt, ſpeciatim quod non tantum ſequentibus annis Henricus II. filius S. Leopoldi natu ſecundus anno 1150. donaverit nobis montem quendam ſitum inter duo prædia Dornbach, & Lemerophretis, & anno 1156. ipſum etiam prædium Lemerophretis, de qua donatione exſtant diplomata originalia in armario 3. n. 1. ſub B. & D. verum etiam quod ſupradictus optimus Archipræſul Eberhardus I. anno 1159. & anno 1160. rurſus quædam Monaſterii bona confirmaverit, & litem quamdam judiciariam deciderit. De donatione montis in Dornbach anno 1150. litteræ membraneæ oblongæ cum ſigillo, equitem cataphractum cum inſcriptione *Heinricus Dei gratia Dux Auſtriæ* referente; ſic loquuntur ſub ſigno B.

„In nomine Sanctæ & individuæ „Trinitatis.

„*Ego Heinricus Dux orientis.*

„De ſubſtantia temporalium rerum inopiam pauperum Chriſti ſuſtentare, „divina autoritate nobis præcipitur, quatinus, dum illorum ſupplemus inopiam, „nos, qui curis ſecularibus intendimus „tandem eorum precibus ſuffragantibus „Clementia Chriſti ab hujus mundi procelloſis turbinibus eruti ad portum optatæ „requiei perducamur. Eapropter ſaluti „noſtræ in futurum providentes, animæque dulciſſimæ conjugis noſtræ Dorotheæ, „& parentum noſtrorum remedium conquirentes, proprietatem quandam, quæ „ſucceſſione anteceſſorum noſtrorum nos „contigit, videlicet montem, quo quendam miniſterialem noſtrum, Udalricum „nomine, aliquando inbeneficiavimus, ſitum inter duo prædia Dornbach, & Lemerophretis ad Monaſterium beati Petri „Salzbch, precibus dilecti nobis Heinrici „Abbatis, qui eidem monaſterio ſpirituali „regimine prelatus eſt, inducti poteſtativa „manu tradimus. Huic vero traditioni in-„terfuerunt quam plures fidelium noſtrorum, & hii teſtes adhibiti ſunt Gebehar-„dus comes de Purghuſen, comes Luitol-„dus de plain, Adelram de champe, Hart-„wicus de Mosbach, Pertholdus de Wol-„mutſa, Adalbero de Chunringen, Wern-„hardus de Riede, Adalbero de Purchor-„ſtorf, Rapodo, & fratres ejus Henricus, „& Otto de Gundramſtorf, Heinricus de „Churberch, Adalbero de Gumpendorf, „Pilgrinus de Zvetele. Diepoldus de Alſa, „Eberhardus de Wine. Ut autem hac in „noſtra traditione apud ſucceſſores noſtros „prefato Monaſterio omnem controverſiam „authoritas noſtra in perpetuum ſemoveat, „paginam hanc inde conſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione precepimus inſigniri. Anno ab Incarnatione Domini MCL.

(L. S.)

VIII. Et rurſus anno 1156. ipſum prædium Lemerophretis ibidem,

Idem Dux Auſtriæ, qui etiam Dux erat Bavariæ, per alterum diploma anno 1156. roboratum æquali ſigillo referente equitem cataphractum cum inſcriptione: *Heinricus Dei gratia Dux Wavarie*, donavit Monaſterio noſtro ipſum etiam prædium *Lemerophretis* prope prædium Dornbach. Tenor hujus originalis diplomatis ſequens eſt:

„In nomine Sanctæ & Individuæ „Trinitatis.

„*Ego Heinricus Dux Bavarie, & Marchio „Auſtrie.*

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

"Si de rerum terreſtrium abundantia divi-
"nitus nobis conceſſa inopie pauperum
"Chriſti ſubvenire ſtuduerimus, abundan-
"tia, quæ eſt in turribus Jeruſalem, nos
"ipſorum interventu a Domino ditari confi-
"dimus. Hac ergo confidentia, & preci-
"bus dilecti nobis Abbatis Heinrici Mona-
"ſterii S. Petri, quod Salzpurc ſitum eſt,
"inducti, ſcientes, quod piæ memoriæ Pa-
"ter noſter Liupoldus Marchio fratres illius
"cenobii dilexerit, & prædium Dornbach
"dictum eis contulerit, pratum quoddam
"proprietatis noſtræ Lemeruprehtis voca-
"tum, & prædicto prædio ſatis vicinum
"conſenſu dilectiſſimæ conjugis noſtræ Do-
"rotheæ præfato Monaſterio tradidimus.
"Huic autem traditioni in Winenſi civitate
"a nobis factæ interfuerunt de fidelibus no-
"ſtris, Otokarus Styrenſis Marchio, Ra-
"potto comes de Ortimperc, Gebohardus
"comes de Purchuſin, ad vocatus ejusdem
"Monaſterii Chounradus comes de Halle,
"& filius ejus Chunradus, Heinricus co-
"mes de Schalach, Ekkebertus comes de
"Butinio, Leutoldus comes de Heigin, &
"filius ejus Liutoldus, Adalbertus de Pge,
"Walchtont de Machlant, Werinhardus de
"Jugilpach, Werinhardus de Idana, Cha-
"doldus de Harrole, Werinhardus de Rie-
"de, de Miniſterialibus noſtris Adalbero
"de Purchartisdorf, Adalbero de Choni-
"rinc, Udalricus de Stivina, Hartungus
"de Ruinckke, Otto de Lewisdorf, Popo
"de Grunipurc, Werinhardus de Ratinſtei-
"ne, Adalbertus de Horne, Adalbero Gum-
"pindorf, Hartnidus de Sachſingangi, Udal-
"ricus de Sviuringen, & frater ejus Rudi-
"gerus, Udalricus Eſil, Oſarcwardus de
"Hakkingin. Ne autem aliquam impoſte-
"rum fratres ab heredibus, vel ſucceſſori-
"bus noſtris de terminis ejusdem prati ſu-
"ſtinerent controverſiam, ſequenti die poſt
"traditionem factam comitantibus nos Lui-
"toldo comite, & filio ejus Luitoldo, Adal-
"berto de Pge, Adalberone de Purchartdis-
"dorf, Udalrico de Stiviua, Weinhardo de
"Rabinſteine, & aliis multis de miniſteria-
"libus noſtris certos ipſius prati fines in præ-
"ſentia Abbatis, & fratrum ejus deſigna-
"vimus, per hoc eosdem fines certos faci-
"entes; quod Abbati dedimus poteſtatem
"extirpandi ligna, quæ in ipſo prato ſuccre-
"verant ſecundum deſignationem finium a
"nobis factam. Ut autem hæc noſtra do-
"natio ſtabilis in perpetuum, & inconvul-
"ſa permaneat, paginam hanc inde con-
"ſcribi, & ſigilli noſtri impreſſione juſſimus
"inſigniri. Anno Domini Incarnationis
"MCLVI.

(L.S.)

Hucusque tenor diplomatis, ex quo etiam prima donatio prædii Dornpach a S. Leopoldo Patre hujus Henrici, Ducis Auſtriæ, evidenter probatur.

IX. Vigore autem alicujus

Anno autem præcedenti, videlicet milleſimo centeſimo quinquageſimo quinto idem munificus erga noſtrum monaſterium Bavariæ, & Auſtriæ Dux Henricus, vigore alicujus transſumpti authentici de anno 1490. per Dominum Georgium epiſcopum Chiemenſem litteris patentibus, & ſigillo epiſcopali roboratis, ad preces Henrici Abbatis noſtri non tantum confirmavit donationem prædii in Dornbach cum attinentiis, a Patre ſuo Leopoldo factam, ſed inſuper Monaſterio donavit pratum magnum in nemore ſuo unacum particula ſylvæ ad jugera octoginta duo taxata. Litteræ originales non exſtant, quæ vel perierunt, vel alio diſtractæ, aut transmiſſæ fuerunt. Facit tamen pleniſſimam fidem præter diuturnam poſſeſſionem auctoritas Reverendiſſimi Domini Georgii epiſcopi Chiemenſis, qui originales litteras anno ſuperius dicto transſumpſit, & ita eſſe affirmavit: transſumptum originale roboratum ſigillo pendulo ex cera rubra ita ſonat: transſumpti authentici anno præcedenti ſylvam adjugera 82. donavit.

"Nos Georgius Dei gratia epiſcopus Chie-
"menſis. Ad univerſam præſentium inſpe-
"ctorum notitiam deducimus per præſentes,
"quod Venerabilis in Chriſto Pater Domi-
"nus Rudbertus Abbas Sancti Petri Salze-
"burge ordinis Sancti Benedicti litteras pa-
"tentes ſigillo quondam illuſtris Principis
"Domini Henrici Ducis Bavarie, & Mar-
"chionis Auſtrie munitas nobis exhibuit,
"inſtanter petendo, quia periculum ſibi fo-
"ret easdem litteras in forma originali ad
"alia loca ubi earum litterarum uſus eſſet
"neceſſarius, deferri, nos de integritate
"earumdem fidem facere atque ſigillo noſtro
"autentico roborare dignaremur, quarum
"tenor de verbo ad verbum ſequitur, & eſt
"talis.

„In nomine Sanctæ, & individuæ
„Trinitatis.

„*Ego Henricus Dux Bavarie, & Marchio*
„*Auſtrie.*

"Si de rerum terreſtrium habundantia di-
"vinitus nobis conceſſa inopie pauperum
"Chriſto militantium ſubvenire ſtuduerimus,
"centuplum in turribus Hieruſalem nos ip-
"ſorum interventu a Deo ditari confidimus.
"Hac ergo confidentia, & precibus dilecti
"nobis Henrici Abbatis Monaſterii Sancti
"Petri, quod in Salzpurc eſt, inducti, do-
"nationem predii in Dornpach cum pratis,
"paſcuis, agris, jure montano vinearum,
"& aliis attinentiis, quod fratribus ejus-
"dem Monaſterii pie memorie Pater noſter
"Leopoldus Marchia Auſtrie contulit, con-
"firmamus, & ratificamus. Et ne ipſi fra-
"tres etiam noſtram taceant donationem,
"adjecimus eis pratum magnum in nemore
"noſtro unacum particula ſylva ad jugera
"octoginta duo taxata, perpetuo poſſiden-
"da. Huic autem noſtre traditioni, &
"confirmationi in Viennenſi civitate a nobis
"facte interfuerunt de fidelibus noſtris Otta-
"charus Stirenſis Marchio, Gebehardus
"comes Purchuſin advocatus ejusdem Mo-
"naſterii,

„nasterii, Luitoldus comes de Plain, Adal-
„ramus de Champe, Hartwicus de Mos-
„pach, Adalbertus de Chimring, Bernar-
„dus de Ried, Adalbero de Purcherstorf,
„Henricus de Chirchberg, Pilgrinus de
„Zbetl, & alii multi de ministerialibus no-
„stris. Ut autem in nostra traditione, &
„confirmatione apud Successores nostros
„prefato Monasterio omnem controversiam
„auctoritas nostra in perpetuum semoveat,
„paginam hanc inde conscribi, & sigilli no-
„stri impressione precepimus insigniri. An-
„no Dominicæ Incarnationis Millesimo cen-
„tesimo quinquagesimo quinto.

„Nos autem episcopus Chiemensis pre-
„fatus petitionem hujusmodi justam consi-
„derantes, litteras prædictas ad manus no-
„stras recepimus, eas diligenter in scriptu-
„ra, & sigillo inspeximus, legimus, vidi-
„mus, & auscultavimus. Et quia ipsas in
„nulla sui parte suspectas, seu abrasas, imo
„sanas, & integras omnique vitio, & su-
„spicione carere reperimus, idcirco eas-
„dem transsumi in hanc publicam formam,
„& sigillo nostro autentico fecimus commu-
„niri, presentibus ibidem honorabilibus vi-
„ris Dominis Joachim Lintaller Licentiato
„Juris, & Ulrico Azinger artium Magistro.
„Actum Salisburge die conceptionis beate
„Marie Virginis anno a Nativitate Christi
„Millesimo, quadringentesimo nonagesi-
„mo.„ Hucusque transsumptum autenti-
cum.

X. Verum etiam supradictus Eberhardus I. tam anno 1159. quædam Monasterio bona confirmavit,

Restat autem adhuc de Henrico Abbate nostro dicendum, quod ipso adhuc vivente supradictus Eberhardus I. & sanctus, Monasterio nostro addictissimus, tam anno 1159. quædam bona Monasterii confirmaverit, quam etiam anno 1160. litem quandam judiciariam deciderit. Exstant de his duo diplomata originalia sigillo archiepiscopali munita: Primum sequentis tenoris est:

„In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis.

„Eberhardus Dei gratia Salzburgensis Ar-
„chiepiscopus dilecto filio Henrico Ab-
„bati sancti Petri de Civitate Salzb. ejusque
„Successoribus in perpetuum.

„Ea, quæ rationabiliter a nobis inter-
„dum fiunt, scripto memoriæ mandare con-
„suevimus, tum ut fides, & notitia facti
„duret in posteros, tum, ut ea quæ gesta
„sunt, auctoritatis in perpetuum debeant,
„& firmitudinis robur obtinere. Inde est,
„quæ tibi, in Christo dilecte fili Henrice
„Salzb. Abbas, præsentis scriptum cartæ
„edendum duximus, & super verbo dona-
„tionis, quam ecclesiæ tuæ tuo nimirum
„rogatu fecimus, indubitatum ad posteros
„memoriale transmittimus. Universis er-
„go Christi fidelibus notum esse volumus,
„qualiter Gotfrid de Wiettingen, S. Rud-
„berti videlicet ministerialis, cum non ha-
„beret hæredem filium, Dei timore, &
„beati Petri Principis Apostolorum ductus
„amore, & remedium animæ suæ, de be-
„neficio, quod a nobis tenere videbatur,
„VI. Mansus, qui vulgo hubæ dicuntur, ea
„nobis conditione resignavit, ut & nos Deo,
„& beato Petro in possessionem proprietatis
„resignata daremus, & prefatus Gotfridus
„de manu Abbatis bona ipsa quoad viveret,
„tenenda susciperet, quod ita factum est, &
„tam ipsi solempnem ecclesiæ beati Petri do-
„nationem fecimus, quam quod sæpe di-
„ctus Gotfridus resignatum beneficium de
„manu Abbatis susceperit, ea videlicet con-
„ditione, ut siquidem Kathmia inveniretur
„in eis, media pars episcopo, altera vero
„pars ipsi Abbati perveniret. Hæc autem
„sunt nomina locorum, in quibus ipsæ Hu-
„bæ sitæ sunt. Cose tres, collohahe duæ,
„Semelach una. Hujus donationis hii te-
„stes sunt, Dominus Romanus Gurcensis
„episcopus, Fridericus de Lonsperg, Ru-
„dolf de Tunsph, Sigimarus de Liebniz, &
„frater ejus Roudolfus. Præterea nos pre-
„fatæ ecclesiæ beati Petri nihilominus par-
„tem aquæ in Halla ad duo talenta de bene-
„ficio cujusdam Henrici donavimus, ut sit
„in usum fratrum, Deo ibidem militantium,
„& animæ nostræ apud eosdem fratres esse
„debeat memoriale perpetuum. Alia in-
„super duo talenta ipsi ecclesiæ annuatim
„persolvenda donavimus, in commutatio-
„nem videlicet cujusdam decimæ Manes-
„dorf, & quarumdam personarum de fami-
„lia ipsius ecclesiæ, quæ eidem ratione
„concambii in Dominicalia nostra devene-
„runt. Porro, cum eadem beati Petri ec-
„clesia pro decimis omnium patellarum in
„Halla ad reditus episcopales pertinentium,
„quæ possessiones eam antiquo jure contin-
„gebant unam integram patellam a Prede-
„cessore nostro lege concambii accepisset,
„laboriosum fratribus, & Abbati ejusdem
„ecclesiæ visum est, annuum comiti Choun-
„rado de Bilstein de ipsa patella talentum
„persolvere, prout idem comes de singulis
„patellis nostris quodam antiquitatis jure
„talentum videtur exigere. Nos ergo, ut
„Abbas, & fratres hujusmodi neque dein-
„ceps ratione teneantur obnoxii, prædicto
„comiti aliunde de bonis ecclesiæ nostræ
„idem talentum restituimus. Hujus actio-
„nis testes sunt Hartuidus Castellanus & fra-
„ter ejus Marquardus, Turinch de Werven,
„Ekkehardus de Tanne, & frater ejus Rod-
„bertus Wolframus de Offenwanc, Mar-
„quardus, & frater ejus Roudigerus. Ut
„autem harum pontificalium donationum
„memoria cunctis retro temporibus incon-
„vulsa, & illibata permaneat, nos hac in
„carta conscribi, & sigilli nostri possessione
„muniri jussimus, adjicientes, ut nullus
„successorum nostrorum hanc nostræ aucto-
„ritatis paginam infringere, & prelatis fra-
„tribus factam donationem auferre, mi-
„nuere, vel abalienare præsumat. Actum
„in civitate Salzburch anno Incarnat. Domi-

„ni MCLVIIII. indictione VIIII. Regnante „Domino Friderico Imperatore Romano- „rum glorioſiſſimo, anno regni ejus VI. Im- „perii vero IIII. noſtri autem Pontificatus „anno XIII. feliciter.„ Amen. (L. S.)

XI. Quam & anno 1160. litem quandam judiciariam in Pinzgove decidit.

Sequitur & alterum diploma, cujus vigore Eberhardus I. anno 1160. litem quandam Judiciariam in Pinzgowe decidit.

„In nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis.

„Ego Eberhardus ſanctæ ſedis Salzbur- „genſis Archiepiſc. in perpetuum. Ad „poſterorum noticiam preſenti pagina trans- „mittere curavimus, paci, & quieti eccle- „ſiæ in futurum pro poſſe noſtro proſpicien- „tes, qualiter venerabilis Abbas congre- „gationis ſancti Petri Baldericus depoſita co- „ram Domino Rege Chunrado querella ſu- „per Volkradum comitem de Lechesmunde, „& fratrem ejus Heinricum, eo quod man- „ſum unum Pinzgegowe violenter rapue- „rint, quem cometeſſa Adelhaidis prefatæ „congregationis Monaſterio tradiderat, ju- „ſtis, ac veris aſſertionibus comprobata ju- „ſticia ſua ſibi per ſententiam principum ad- „judicari obtinuit, eousque, ut idem Do- „minus Rex decerneret, auctoritate epiſco- „pali, deinceps & divinæ legis cenſura de- „fendendam juſtitiam eccleſiæ; dans ſuper „ipſum manſum advocatum Luitoldum co- „mitem de Plein. Sed cum prædicti comi- „tes a cepta violentia nequaquam deſiſte- „rent, unus eorum ſcilicet Uolchradus in „bello occubuit, alter vero Heinricus vide- „licet ab eadem violentia non deſtitit, do- „nec frater ejus nomine Chunradus de here- „ditate dividenda cum eo, & nepotibus „ſuis filiis prædicti Uolchradi Dietpoldo, & „Heinrico agens eundem manſum inter alia „prædia obtinuit, & militibus ſuis in bene- „ficium conceſſit. Eapropter Abbas Hein- „ricus ſæpe dictæ congregationis, qui præ- „dicto Abbati, jam defuncto, ſucceſſit, ſi- „cut ſæpe adverſus præfatum Heuricum „querimoniam de hac violentia moverat, „ita quoque contra Chunradum querellam „ſæpius movens, cum declinaremus talem „virum interdictione divinæ legis provoca- „re, coactus eſt teſtibus in capitulo noſtro „manifeſte comprobare ea, quæ ſupra com- „memoravimus, id eſt, & querellam ſe mo- „viſſe, & juſticiam obtinuiſſe, & epiſcopa- „lem defenſionem eccleſiæ adjudicatam. „Hac ratione compulſi comitem vocavimus, „& præſentem de invaſione pulſatum coegi- „mus remittere manſum, & denuntiare ſuis „militibus, ſe penitus a Jure poſſeſſionis ce- „ciditſe, ideoque illos ſuo nomine nihil Ju- „ris loco beneficii poſſe obtinere. Hujus „rei teſtes ſunt Fridericus Præpoſitus de „Cella, Heinricus Parochianus de Stulvel- „den, Ulricus de Steine, Luitoldus de „Siesdorf, Sigiboto de Surperch, Wolf- „ramus de Offenwanc, Wolframut de Har- „poltisheimen, Eberhardus de Walde, & „filius ejus Waltherus. Hanc ergo pagi- „nam ob memoriam rei geſta, & tuenda „juſticia eccleſiæ conſcribi fecimus, & præ- „ſente præfato comite Domino Abbati dedi- „mus, & ſigilli noſtri impreſſione munivi- „mus. Actum in civitate Salzburch anno „Incarnationis Dominicæ MCLX. Indict. „VIIII. regnante Domino Friderico Roma- „norum Imperatore glorioſiſſimo, anno re- „gni ejus VI. Imperii vero IIII. noſtri autem „Pontificatus anno XIIII. feliciter. Amen.„ Ita per allegatum diploma Eberhardi I. hæc lis deciſa fuit. Atque hæc univerſim de litteris Eberhardi ſub Abbate noſtro Henrico hujus nominis I.

XII. Tandem hic Abbas noſter ad Epiſcopatum Gurcenſem anno 1167. promotus, ibidem obiit anno 1174.

Tandem præclarus hic Abbas noſter hujus nominis Henricus I. poſtquam in Abbatiali regimine ad S. Petrum annos omnino viginti expleviſſet, anno 1167. ad altiora vocatus munia, ad Epiſcopatum nimirum Gurcenſem per obitum Romani I. Gurcenſis epiſcopi vacantem promotus eſt, ubi etiam juxta veriorem, & magis communem opinionem anno 1174. ſupremum vitæ diem clauſit. Exſtant diverſi catalogi Epiſcoporum Gurcenſium, in quibus ex primis epiſcopis aliqui intermiſſi ſunt, & teſte quodam Anonymo, qui ad initium hujus labentis ſæculi ſcripſit, & Epiſcoporum Gurcenſium brevem catalogum, ſicut & aliorum epiſcoporum ſuffraganeorum in Diœceſi Salisburgenſi, videlicet Chiemenſium, Secovienſium, & Lavantinorum edidit, noſter hic Henricus numero quartus, & nomine I. computatur quidem inter epiſcopos, aſſerit tamen idem autor Anonymus, quod hic Henricus a quibusdam intermittatur. Meretur hic pro plena informatione hiſtoriæ audiri ſedulus noſter antiquitatum collector D. Amandus Abbas in parte I. Chron. Admont. ſeu in vita B. Gebhardi fundatoris Admontenſis, qui & epiſcopatum Gurcenſem erexit, ſic enim ſcribit præfatus D. Abbas c. 7. fol. 58. „Epiſcoporum Gurcenſium, „ait, reperio diverſos catalogos, unum „apud Wolfgangum Lazium L. 12. de Re- „publ. Rom. ſect. 6. c. 5. eundemque deſcri- „bit Hieronymus Megiſerus in Chronico Ca- „rinthiæ, fateturque Lazii catalogum eſſe „mancum, & mutilum, uti revera eſt, ut „ut ex ſequentibus ſatis patebit. Alterum „Catalogum legi apud R. P. Bucelinum 1. p. „Germ. Sacr. fol. 49. in plerisque tamen La- „zium ſecutus videtur. Tertium Catalo- „gum ex ipſa aula Gurcenſium accepimus, „in quo tamen aliqui prætermiſſi videntur, „& in his omnibus Chronologiæ ratio, & „annorum numerus admodum diverſa ſunt. „Ex his omnibus collegimus ſequentem ca- „talogum, in quo annorum ſeriem arbitra- „bamur nos probabiliter annotaſſe, & reli- „quos etiam catalogos ad invicem conciliaſ- „ſe. Quod ſi veriora quis protulerit, eidem „ultro palmam concedimus, in re admo- „dum perplexa & ab antiquis non ad amuſ-

„ſim

„sim adnotata.„ Hæc cit. D. Abbas noſter in MS. Chron. Admontenſi ſub ſigno WW. Poſt hæc autem præmiſſa incipit texere ordinem Epiſcoporum Gurcenſium, & primum ſtatuit, qui & fuit, Guntherum, qui ab ipſo B. Gebehardo Archiepiſcopo epiſcopus Gurcenſis conſtitutus, & conſecratus fuit anno 1072. II. epiſcopum fuiſſe dicit Hildeboldum, ſeu Hildibaldum, qui vitam canonicorum regularium in eccleſia Gurcenſi introduxit, quem tamen Hildeboldum & Lazius, & Buzelinus penitus ommittunt. III. epiſcopus Gurcenſis aſſignatur Romanus I. qui ultra 30. annos rexit eccleſiam Gurcenſem usque ad annum 1167. quo demum anno Romano I. qui toties in litteris Archiepiſcopalibus Monaſterio noſtro datis præſens fuiſſe legitur, ſucceſſit Abbas noſter Henricus I. epiſcopus Gurcenſis quartus, prout noſtra manuſcripta antiquiora, & recentiora teſtantur. Rurſus audiatur ſupra dictus Dominus Abbas noſter cit. L. fol. 59. in ordine epiſcoporum Gurcenſium ita diſcurrens: „Quartus epiſcopus, ait, „Henricus I., qui Abbas S. Petri fuit, at„que poſt Romanum I. anno 1167. defun„ctum, epiſcopus Gurcenſis electus; cui „veritati conſentit Catalogus Gurcenſis, „qui ait, hunc Henricum transtuliſſe cor„pus B. Hemmæ fundatricis Gurcenſium e „communi cœmeterio in cryptam, & ſar„cophagum, ubi defacto quieſcit, anno „1174. quo anno & ipſe Henricus moritur „poſt ſeptem annorum ſedulum regimen. „Hunc Henricum Lazius, & Buzelinus poſt „Guntherum ponunt, ajuntque incertum „eſſe, quando, & unde aſſumptus fuerit? „ſed hoc impoſſibile eſſe ex ipſa ratione an„norum conſtat, cum duo epiſcopi Gun„therus & iſte Henricus non potuerint ultra „centum annos rexiſſe epiſcopatum.„ Hæc eruditus noſter antiquarum traditionum compilator D. Amandus Abbas. Nobis præter hæc omnia ad faciendam plenam fidem dictorum maximum pondus ſuperaddit antiquum manuſcriptum membraneum ſub ſigno K., quod eſt Chronicon a primo Chriſti Domini anno usque ad annum 1330. ubi quidem reperitur diverſus character, primus autem conformis durat usque ad annum 1228. ut adeo probabiliter ſcriptus fuerit hic liber circa hoc tempus. In hoc Chronico manuſcripto ad annum 1167. hæc formalia leguntur: *Romanus Gurcenſis Epiſcopus obiit, Heinricus Abbas ſancti Petri ei ſuccedit;* & ad annum 1174. hæc notata ſunt: *Heinricus Gurcenſis epiſcopus obiit, & Romanus* (nimirum II.) *ſuccedit*, quæ omnia cum Catalogo Gurcenſi conveniunt, nam in Epiſcopatu Gurcenſi poſt fata ſuprema Henrici I. ſucceſſit Romanus nomine ſecundus. Facta autem fuit hæc promotio noſtri Abbatis ad Epiſcopatum Gurcenſem poſt beatam mortem S. Eberhardi vivente adhuc, volente, & jubente Conrado II. Archiepiſcopo, qui altero anno poſt quatuor annorum regimen anno 1168. in vivis eſſe deſiit. Pro coronide actorum Henrici I. etiam notari meretur, quod ipſo vivente ſanctus Eberhardus Archiepiſcopus, erga nos aliunde valde beneficus, anniverſarium pro ipſius anima, & quidem primum inſtituerit, de cujus inſtitutione exſtant Litteræ originales de anno 1159.

HENRI-

HENRICUS II.

ABBAS XXXV.

AB ANNO 1167. USQUE AD ANNUM 1188.

I. Henricus II., qui anno 1148. ad Abbatiam Biburgensem vocatus ex nostro gremio,

Epitomen vitæ, & in duobus Monasteriis susceptí Regiminis Abbatialis, nec non secutæ post plures annos resignationis de Henrico, hujus nominis II., qui Successor erat Henrici I. ad Episcopatum Gurcensem permoti, depingit auctor historiæ Salisburgensis Mezgerus noster pag. 408. his verbis: „Adhuc vivente, imo volente, „& jubente Conrado anno superiori Henri„cus I. Abbas sancti Petri vacantem Cathe„dram Gurcensem conscendit, quam, ut „sequentia docebunt, ultra quinquenium „non tenuit, licet anno primum 1179. qui„dam defunctum scripserint. Ipsius autem „in locum Salisburgi sublectus est Henricus „alter nomine, & virtute non impar. Is „quippe jam ante viginti annos, ut supra „tetigimus, divo Eberhardo, Biburgo Sa„lisburgum translato, in Biburgensi Abba„tia successerat: vacante vero per obitum „Henrici prioris sede Petrensi, huc, unde „discesserat, communi Monachorum voto „revocatus per annos alios viginti, & u„num S. Petri claves tenuit. Illo regente, „& agente anno 1170. V. Non. Maji conse„crata est a Præsule Gurcensi antecessore suo „Henrico ædes sanctæ crucis juxta montem „in Cœmeterio S. Petri sita, ubi adhuc spe„lunca S. Ruperti divo Ægidio sacra cerni„tur. Hujus sacelli ædificator fuerat vir „devotus Deo D. Siboto de Surberch, qui „palam astantibus Præsulibus Henricis, E„piscopo & Abbate, prædio Lenzinsperg „illud dotavit. Tandem optimus Abbas „Henricus post exactum 41. annorum in u„troque cœnobio regimen senio, & infirmi„tate gravatus ultro manus deposuit; ex„emplo posteris memorando, quanti illi re„ligiosi viri honores haberent.„ Hæc Mezgerus: cujus narrationi omnia manuscripta tam antiqua quam recentia concordant. Ut vero utraque ad dignitatem Abbatialem

tam

tam in Monasterio Biburgensi, quam in nostro monasterio, ubi antea Monachus fuerat, promotio melius exponatur, recurrendum non nihil est ad historiam Archiepiscoporum Salisburgensium, & quidem ad illas temporis circumstantias, in quibus S. Eberhardus I. ad Archiepiscopatum Salisburgensem anno 1147. fuit promotus: mirum sane „quod S. Eberhardus, qui non erat ex nobilissimo canonicorum Salisburgensium collegio, sed antea Monachus Benedictinus in Monasterio Prisiningensi prope Ratisbonam professus, postea autem Abbas in Monasterio Biburgensi, Conrado I. Archiepiscopo Salisburgensi e vivis sublato successerit; utpote ab electoribus canonicis Salisburgensibus ex Abbatia Biburgensi ad Archiepiscopalem sedem petitus: »Divini spiritus instinctum movisse vix est, ut »dubitari possit,« ait auctor historiæ Salisb. citatus pag. 391. »qui enim alias sacrum col»legium, divo Augustino addictum, virum »benedictinæ observantiæ Archipræsulem »adsciscceret? traxit vero virtutis odor jam »latissime ab Eberhardo sparsus, ut Biburgum »per non modicum terræ spatium vota ten»derent. Missis ad Cœnobium legatis, »quidvis maluisset Abbas, fugere, & la»tere tentavit, sed frustra, vel invitus ad»ducitur Juvavium, & sedi imponitur, jam »sexaginta pene annos natus. Pro confir»matione, ut vocant, Apostolica missus »Romam Godefridus Abbas ad Montes, »eandem unacum Pallio ab Eugenio III. »Pontifice retulit Salisburgum.« Hæc ille: Quapropter, cum hæc nostri ordinis tunc temporis Abbatia Biburgensis per hanc S. Eberhardi ad sedem Archiepiscopalem promotionem vacare cœpit, Henricus, qui erat in nostro Monasterio Monachus, ut ex infra dicendis patebit, ad hanc Abbatiam Biburgensem fuit postulatus anno 1147. cui Abbatiæ etiam præfuit per annos novendecim usque ad annum 1167. Locus hic Biburgensis duobus circiter abhinc sæculis a familia benedictina ad Societatem Jesu pervenit.

II. Post Henrici I. promotionem pro Abbate ad nostrum Monasterium revocatus fuit.

Postquam autem Henricus I., ut in ejus vita retulimus, anno 1167. ad Episcopatum Gurcensem discessit, hic nomine Henricus II. a Confratribus suis, Monachis, videlicet ad S. Petrum Salisburgi, unanimi voto, ex Abbatia Biburgensi petitus fuit ad nostram Abbatiam, consentientibus Pontifice Alexandro III., & Conrado II. Archiepiscopo, ut patet ex sequentibus litteris Apostolicis anno 1167. tam ad Monachos Biburgenses, quam ad ipsum Henricum tunc temporis ibidem Abbatem directis, quæ litteræ, licet in originali non adsint, transsumptæ, aut potius descriptæ leguntur in quodam codice membraneo in Bibliotheca nostra sub signo $\frac{S}{42}$ asservato, & ita sonat: prima quidem ad Monachos Biburgenses hæc est:

„Alexander tertius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Biburgensis Monasterii fratribus salutem, & apostolicam benedictionem.

„Dilecti filii nostri fratres Monasterii S. Petri Salzburch transmissa nobis supplicatione rogarunt, ut sibi dilectum filium »nostrum Henricum Abbatem vestrum, qui »de consortio illorum assumptus, & inter »eos nutritus fuit, in Abbatem concedere; »unde, quoniam, sicut ex litteris venera»bilis fratris nostri C(*) Archiepiscopi Salz»burgensis accepimus, in ipsorum vota o»mnia concordant, & sicut ipsi faciles in »illo vobis concedendo fuerunt, sic & vos »eis in hoc assentire debetis, Universitati »vestræ per apostolica scripta præcipiendo »mandamus, quatenus præfati Monasterii »fratribus jam dictum Abbatem, cum ab »Archiepiscopo, & ab eis requisitus fuit, »concedatis, & in aliam personam idoneam, »& honestam pariter conveniatis, qui vo»bis præesse possit, & prodesse, & Monaste»rium authore Domino provide gubernare. »Datum Beneventi 1167. VIII. Kal. Dec.«

Hucusque tenor primæ Bullæ, sequitur jam altera Bulla ad ipsum Henricum Abbatem data.

„Alexander episcopus: servus servorum Dei dilecto filio Henrico Biburgensi Abbati salutem, & apostolicam benedictionem.

„Dilecti filii nostri fratres Monasterii S. Petri Salzburch transmissa nobis supplicatione rogarunt, ut te sibi in Abbatem »atque Magistrum, quoniam de consortio »illorum assumptus, & inter eos nutritus »fuisti concedere deberemus. Unde quo»niam, sicut ex litteris venerabilis fratris »nostri C°. Archiepiscopi Salzburgensis ac»cepimus, in te omnium vota concordant, »dilectioni tuæ, per apostolica scripta præ»cipiendo mandamus, quatenus, cum »ab eodem Archiepiscopo, & a fratribus »præcripti Monasterii fuisti requisitus, ad »idem accedas, & ejus curam, & regimen »indubitanter assumas, fratres quoque il»lius Monasterii, in quo modo existis, ab »obedientia tua prorsus absolvas, ut alium »sibi in Abbatem idoneum, & honestum »valeant providere; in his quoque tibi o»mnino præcaveas, ne de rebus ipsius Mo»nasterii, nisi de licentia fratrum fuerit, ali»quid tecum asportes. Datum Beneventi »VIII. Kal. Dec. 1167.«

Hucusque citatus liber membraneus ad finem. Ex quibus jam evidenter probatur, quod Henricus noster, qui ex nostro gremio Monastico ad Biburgensem Abbatiam anno 1148. fuit petitus, rursus anno 1167. pro Abbate ad S. Petrum, in quo Monasterio erat professus, fuerit per concordem confratrum electionem revocatus.

(*) Conradi II.

III. Sub hoc Abbate Ecclesia S. Michaelis anno 1168.

Quæ sub regimine Henrici II. Abbatis maxime notatu digna acciderunt, sunt: quod ipso vivente Ecclesia S. Michaelis anno 1168., Ecclesia sanctæ Crucis prope montem in cœmeterio anno 1170., nec non capella inferior eremitorii anno 1178. fuerint renovatæ, & consecratæ, specialiter autem, quod ipso vivente S. Vitalis Episcopus, & Abbas nec non Patronus noster thaumaturgus præprimis miraculis florescere cœperit. De Ecclesia S. Michalis scribit Mezgerus in sua historia pag. 1120. & Hansizius pag. 1067. sequentia, quibus & concordat auctor antiquior Stainhauserus: Templi istius origo, primaque fundatio ignoratur; circa annum 988. liberalitate Friderici I. Archiepiscopi Monasterio S. Petri accessit, reconsecratur ab Henrico episcopo Gurcensi anno 1168., adeoque sub Henrico II. Abbate nostro, quo tempore etiam duo altaria fuerunt consecrata, unum in honorem S. Michaelis Archangeli, & S. Achatii Mart., alterum in honorem S. Nicolai Pontificis. Quamvis autem his testibus magna fide dignis propria notitia de origine hujus Ecclesiæ ignoretur, nos tamen indicia quædam non penitus obscura dedimus in vita beati Arnonis Archiepiscopi I. & Abbatis nostri X. n. XVII. ab eodem videlicet Arnone devotionem erga S. Michaelem Archangelum Salisburgi fuisse plantatam, & verosimiliter etiam ipsam Ecclesiam S. Michaelis ædificatam, cum propter antiquitatem alia origo non sciatur, ita enim ex versibus Alcuini ad Arnonem scriptis, & ibidem allegatis indicium aliquod eruere licet, quod Arnonus constructam ædem summis intercessoribus consecraverit, & quidem, ut inter alia versus sonant: *Principis egregii primo Michaelis honore &c.* Vid. ea, quæ l. c. dicta fuerunt.

IV. Et ecclesia S. Crucis prope montem in cœmeterio anno 1170.,

Similiter sub hoc Abbate Henrico II. ut supra meminimus n. I. ab Henrico episcopo Gurcensi antea ad S. Petrum Abbate consecrata fuit ecclesia S. Crucis prope montem in cœmeterio. De hac consecratione leguntur sequentia in MS. R. quod est Chronicon Martini Abbatis, & respondent alia documenta: „Anno ab Incarnatione Domini „MCLXX. indict. III. quinto nonas Maji de„dicata est ecclesia juxta montem posita a „venerabili Gurcensi episcopo Henrico Ab„bate quondam istius loci, astante Domino „Henrico Abbate (*). Ibi accessit Deo de„votus Dominus Siboto de Surperch, qui „& auctor erat ipsius Ecclesiæ, & dotavit „eam dote Lenzinsperge vocitatam, astanti„bus prælatis supra nominatis cum plurimis „Clericis, & Laicis, testibus adhibitis „Dietmaro de Aicha, Ottone de Graben„stetten, Rudolpho Starchant, Friderich „Pernger de Surberch, Perchtold Judex. „Deinde secundo anno, dum dedicaretur „altare S. Egidii in spelunca situm, accessit „idem Dominus Siboto, & dotavit ipsum „beneficio Wezelini de Surberc, ea condi„tione, ut singulis annis censum sexaginta „denariorum solveret præfato altari, testes „quidam ex superioribus. Deinde nona die, „id est, IV. Cal. Aprilis venit filius ipsius Si„boto, qui & ejusdem nominis, & abdica„vit se supradictis prædiis astante itidem Do„mino Heinrico Abbate, qui & in beneficia„vit ipsum Bezelinum sub tali conditione, ut „prædictum est. Testes qui supra. Hucusque MS. R.

V. Nec non capella inferior Eremitorii anno 1178 fuerint renovatæ, & consecratæ;

Præmissis hisce renovationibus, & reconsecrationibus succedentibus annis pariter anno 1178. fuit consecrata capella inferioris Eremitorii vivente hoc Abbate Henrico II. Ut desuper plena habeatur notitia, audiri meretur de verbo ad verbum vir vere eruditus, & industrius antiquitatum collector D. Amandus Abbas noster in suo libello typis impresso anno 1661. de origine, consecratione, & reparatione speluncæ, seu Eremitorii ejusque capellæ in monte etiam prope cœmeterium Monasterii S. Petri: in hoc opusculo pag. 4. n. 19. sequentia leguntur, & præsenti inserviunt proposito: „Le„gimus, ait Dominus Auctor, „in anti„quis manuscriptis nostris, hoc Eremito„rium primitus a S. Ruperto fuisse in Eccle„siam, seu Capellam consecratum, & com„mutatum, sed quia cum tempore labun„tur omnia, memoria quoque hæc successu „temporis interiit; qua de causa anno 1178. „in festo S. Ruperti, 27. Martii, Capella in„ferior e monte excisa per Reverendissimum, „& Illustrissimum Dominum Dominum Con„radum de Witelspach Archiepiscopum Sa„lisburgensem hujus nominis III. renovata „& reconsecrata fuit in honorem S. Thomæ „Episcopi Cantuariensis, & Martiris, qui „paulo ante Cantuariæ passus, & canoniza„tus fuerat, cujus festum 29. decembris ec„clesia celebrat, item in honorem S. Patritii „episcopi, & specialiter in honorem S. Ger„trudis Virginis Nivellensis, quorum festum „una eademque die 17. Martii ab Ecclesia „recolitur.„ Hæc quasi in compendio refert supradictus D. Auctor de renovatione, & reconsecratione Capellæ inferioris anno 1178. sub Henrico II. Abbate nostro factæ. In fusiori autem descriptione, & dilucidatione hujus narrationis fol. 35. n. XIX. sic eruditissime scribit, & difficultates, quæ opponi possent, ita dissolvit: „Hanc totam „historiam, ait, ex antiquis tabulis habe„mus, quæ in dedicatione capellæ suspen„sæ fuerunt, quibus dedicationis annua dies, „Patrocinium, & Episcopi consecrantis no„men exprimuntur, ac Sanctorum reli„quiæ, quæ ibi inclusæ erant, describun„tur. Antiquior dedicatio anno 1178. facta „ita describitur: *Anno ab Incarnatione Domi„ni MCLXXVIII. dedicata est hæc Ecclesia „XVI. Cal. April. a Venerabili Chunrado Ar„chiepiscopo in honorem sanctorum Thomæ Can„tuariensis episcopi, & Patritii episcopi. &*

confesso-

(*) Id est: hujus nominis II.

„*confessoris, & sanctæ Gertrudis Virginis. „Continentur hæ sanctorum reliquiæ: de veste S. „Mariæ, Petri, & Pauli Apostolorum, Ste„phani protomartyris, de rota* (sic legitur in „antiqua tabula) *S. Georgii, Chrisanthi, „Pangratii, Ruperti episcopi, Mariæ Magda„lenæ, Dariæ, Agnetis, dedicata est anno „Pontificatus ejus primo.* Verum posset du„bium esse," pergit Dominus Amandus Abbas cit. l. „de veritate hujus tabulæ, nam „aliqui Authores in numero Archiepi„scoporum Salisburgensium hunc Conra„dum non ponunt, cum circa annum 1168. „mortuo Conrado II. successerit Adalbertus, „qui rexit ecclesiam Salisburgensem per 32. „annos, usque ad annum 1200., quomodo „ergo Conradus iste anno 1178. consecrare „potuit ut Archiepiscopus hanc capellam? „Sed advertendum, quod Adalbertus, cum „nollet subscribere decretis Friderici I. Im„peratoris, qui ipsum graviter persequeba„tur, suasu summi Pontificis Alexandri III. „anno 1177. Venetiis in manus Pontificis „resignaverit Archiepiscopatum, ob pacem, „& gratiam Imperatoris reconciliandam Sa„lisburgensi Provinciæ; unde in ejus locum „authoritate summi Pontificis substitutus est „Conradus Moguntinus, uti litteræ Papa„les, de hac mutatione, expresse docent, „datæ ad capitulum Salisburgense; con„cordat in tabella annus, nam dicit: *Anno „Pontificatus ejus primo*, id est, anno 1178, „Sed vix sexennio retinuit Conradus iste ter„tius comes de Witelspach Archiepiscopa„tum, nam anno 1182. Moguntinæ sedi, a „qua per Imperatorem ejectus fuerat, resti„tutus, Adalberto cessit Salisburgensem, „qui rursus aliquot annis rexit usque ad an„num 1200., ob hanc causam aliqui hunc „Cunradum veluti intrusum, quamvis legi„time constitutum eliminant extra ordinem „Pontificum Salisburgensium." Hucusque D. Amandus Abbas & solidissime: nam iste Conradus tertius comes de Witelspach (quem aliqui per crassum errorem cum Conrado I. comite de Abensperg confundunt) omissus est in Calendario diplomatico Salisburgensi, quem tamen Marcus Hansizius cum Adalberto Archiepiscopo conjungit, uti videri potest in ipsius tom. II. Germ. sacræ p. 282.

VI. Specialiter autem sub hoc Abbate S. Vitalis miraculis cœpit florescere.

Porro Henrici II. Abbatis memoriam celebrem reddit, quod ipso vivente præprimis sanctus Vitalis Thaumaturgus Patronus noster miraculis cæperit florescere. Veram hujus Asserti notitiam rursus hauriemus ex disquisitionibus in vitam, & miracula S. Vitalis, editis ab eodem Reverend. auctore Abbate Amando anno 1663. ubi disq. 6. c. 1. pag. 113. & seqq. hæc leguntur: „Cer„tum enim est ab anno 1171. claruisse multis „miraculis," (nimirum S. Vitalem) „non est „autem adeo clarum ante illum annum ab eo „patrata fuisse aliqua miracula. In tabula „antiquissima, quæ anno 1462. suspensa „cernebatur publice ante tumbam S. Vita„lis, quæ adhuc quidem adest, sed confracta, quam describi curavi in MS. A. tabu„la 1. nulla fit mentio ullius miraculi ante „annum 1171. editi, sed hæc formalia ha„bet: *Anno ab Incarnatione Domini sexcentesi„mo vigesimo tertio - - - die Dominicæ Resur„rectionis B. Rupertus Juvavensis episcopus mi„gravit ad Dominum, venerabilem Christi con„fessorem Vitalem ob eximiam castitatis, & san„ctæ conversationis gratiam successorem sibi desi„gnavit, qui susceptum regimen, ut in vita præ„nominati Patris legitur, & prudenter admini„stravit, & feliciter complens requievit in Chri„sto XIII. Cal. Nov. cujus merita Deus revelare „dignatus est, ad sepulchrum ipsius, quod in Sa„lisburgensi Monasterio sancti Petri habetur, ubi „ad honorem nominis ejus multa miseris mortali„bus ad ipsum clamantibus beneficia præstat. An„no igitur Incarnationis Domini MCLXXI. „subscripta signa tale habuerunt exordium.* Pro„sequitur postea miracula." Hucusque D. Amandus Abbas, & rursus post pauca pag. 115. „Unde arbitror B. Vitalem quidem sta„tim post mortem, imo & in vita in opinione „sanctitatis fuisse, miracula tamen ejus cla„rius illuxisse circa annum Domini 1171. aut „1181. Unde & nullum miraculum in spe„cie, nisi forsan de lilio, notatum reperies „ante hos annos." Hæc ille. Ex quo chronologico annorum computu colligitur, quod S. Vitalis maxime sub Henrico II. Abbate, qui ab anno 1167. usque ad annum 1188. regimen tenuit, miraculis incœperit clarescere.

VII. Tandem Abbatiam resignavit anno 1188. accepto prius prædio in Unken.

Complevit Henricus annos omnino quadraginta in regimine abbatiali, ex quibus per annos undeviginti in Monasterio Biburgensi, & annis viginti & uno in Monasterio nostro ad S. Petrum, ubi professus erat, fideliter præfuit; quibus expletis tandem Senio, & infirmitate gravatus sponte recessit, & Abbatiam conventui resignavit 13. Cal. August. anno 1188. prout testatur vetustus codex K. scriptus circiter post initium Sæculi decimi tertii, ubi hæc leguntur: *Heinricus infirmitate pressus resignat Abbatiam S. Petri XIII. Kal. aug. MCLXXXVIII.* Biennio prius ante resignationem, anno nimirum 1186. Adalbertus Archiepiscopus prædium quoddam ad Vnchen cum omni familia ad ipsum pertinente locique patellaris omnimoda utilitate Monasterii S. Petri, & specialiter ad officium sacrarii sub Henrico secundo Abbate, & Gebhardo sacrista dedit. Litteras archiepiscopales originales haud equidem invenimus, notatæ tamen sunt in antiquo manuscripto authentico sub signo P. n. 31., quod MS. collectum fuit anno 1280. Litteræ Adalberti archiepiscopi super hac donatione hujus tenoris sunt:

„In Nomine sanctæ & individue
„Trinitatis.

„*Ego Albertus sanctæ Salzburgensis Ecclesiæ Archiepiscopus & A. S. L. omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum.*

„Dignum arbitramur, ex quo favente di„vina gratia fidelibus Christi in exem-

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

„plum, & formam pietatis præpoſiti ſumus, „ut opera miſericordiæ erga omnes homi„nes, & maxime religioſarum perſonarum „loca, & Eccleſiæ noſtræ Subjecta exhibere „ſatagamus, eorumque deſideriis, juſtisque „petitionibus gratanter aquieſcere, & con„gruum impertiri Suffragium. Quocirca de„votis precibus dilecti fratris noſtri Henri„ci Abbatis, & totius capituli, maximeque „Sacriſtæ Gerardi benigne annuentes præ„dium quoddam ad Unchen cum omni ſa„milia ad ipſum pertinente locique patella„ris omnimoda utilitate tam præſenti, quam „futura Monaſterio ſancti Petri. & ſpeciali„ter officio Sacrarii, decorem Domus Do„mini diligentes, manu poteſtativa tradidi„mus. Ut autem hæc traditio ipſi Monaſte„rio, & ipſius præfati ſacriſtæ officio ſtabi„lis, & inconvulſa de cætero permaneat, „præſentem paginam conſcribi, & contra „iniquorum hominum futuram impugnatio„nem ſigilli impreſſione fecimus communiri. „Teſtes hujus rei ſunt Gundacher Præpoſi„tus, & Rudolfus Decanus majoris Eccle„ſiæ. Meirgotus Caſtellanus, Siboto ju„nior de Surbere, Ortolfus de Salvelden, „Tochmarus de Mulbere, Chunradus de Ju„ne, Marquardus de Vorhtinſtein, & fra„tres ejus Rudolphus de Cœthbach, Vol„choldus miles Caſtellani, Pabo de Ponte. „Actum eſt in Civitate Salzburgenſi anno „Dominicæ Incarnationis MCLXXXVI. an„no vero Pontificatus noſtri, & conſecratio„nis XVIII. Indict. IIII. Feliciter. Amen".

SÆCULUM SEPTIMUM

AB ANNO 1182. USQUE AD ANNUM 1282.

WICHBOTO,

ABBAS XXXVI.

AB ANNO 1188. USQUE AD ANNUM 1193.

Postquam

I. Post lapsum sexti Sæculi, quod fuit valde memorabile,

Postquam completi erant anni a prima fundatione sexcenti cum illis sex, qui efluxerunt ab anno 1182. usque ad resignationem Henrici IIdi seu annum 1188. eidem Henrico per liberam electionem quam Archiepiscopus Adalbertus II. approbavit, succedit in munere abbatiali Wichboto, seu Wicpoto nostri Monasterii Monachus. Ita namque supra citatum Chronicon antiquum membraneum sub signo K. ad annum 1188. nobis scriptum reliquit in his verbis: *Henricus infirmitate pressus resignat Abbatiam S. Petri XIII. Kal. August. Wichpoto eadem die factus præpositus* (id est Prior) *sequenti fit Abbas, præsens Archiepis. electionem liberrimam probavit, electum III. die in domo S. Petri consecravit.* Priusquam vero recenseamus, brevem admodum, historiæ seriem de regiminis Abbatialis quinquennio quo nostro Monasterio præfuit Abbas Wichboto, in memoriam revocare juvat, quam memorabile fuerit hoc Sæculum elapsum in ordine sextum. Ad ejus namque Exordium S. Thiemo ex Monacho Nideraltachensi ad nostram Abbatiam assumptus, ex Abbate S. Petri in Archiepiscopum Salisburgensem electus, & demum post gravissimas persecutiones, Martyrii palma coronari fuit promeritus. Sub Wezelino Abbate, qui electus fuit anno 1104. & supremum vitæ diem etiam clausit anno 1116. non tantum ex benignitate Conradi I. Archiepiscopi acceperunt nova habitacula Religiosi nostri verum etiam vel sub hoc, vel sub sequenti Abbate Reginberto Monasterium Monialium nostri ordinis, & nostræ congregationis fuit erectum. Successor Wezelini Reginbertus antea quidem Monachus Admontensis, sed postea Abbas nostri Monasterii, post novem annorum regimen, in suffraganeum Archiepiscopatus assumitur, ad Cathedram utpote Episcopalem Brixinensem promotus anno 1125., ubi & mortuus fuit. Monasteriorum duorum insignis auctor, & fundator. Non vulgarem huic sæculo splendorem attulit vitæ pietas Abbatis Balderici, qui Monasterium flammis consumptum restauravit, ab Archiepiscopo Conrado I. per plura diplomata, quæ nobis inter cimelia sunt, confirmationem antecedentium donationum, & privilegiorum obtinuit. Non minus alia bona per ipsius providam industriam se accepisse gloriatur Monasterium nostrum, primum præsertim prædium in Dornbach a S. Leopoldo donatum Balderico, nec non prædium Pichl in Enstall, cum aliis bonis per varias emptiones, & permutationes Monasterio adjectis, quæ sua primordia debent administrationi Abbatis Balderici. Sub Henrico I. penultimo sæculi elapsi Abbate nobilis Præpositura Wiettingen Monasterio accrevit, cujus donationem & confirmare, & vendicare oportuit. Obtinuit autem & hic Abbas confirmationem antiquæ præcedentiæ non tantum ab Archiepiscopo S. Eberhardo I., verum & ab inclito Capitulo Metropolitico erectis desuper litteris firmissimis, & insuper multa per donationem accepit præsertim in Dornbach; post plura autem merita ad Episcopatum etiam Gurcensem fuit promotus, ubi anno 1174. obiit Denique sub ultimo Sæculi VIti Abbate Henrico II. (qui ex Monacho S. Petri anno 1148. ad Abbatiam Biburgensem vocatus, & ex hoc demum Monasterio ad gremium pro Abbate revocatus fuit anno 1167.) Ecclesia S. Michaelis, S. Crucis, & Capella inferioris eremitorii fuerunt consecratæ, & renovatæ; specialiter finem hujus Sæculi illustrat, quod sub hoc tempore S. Vitalis Patronus noster thaumaturgus miraculis clarere cæperit. Adeo memorabile fuit hoc Sæculum a condito Monasterio nostro in ordine *sextum*.

II. Successit Wichboto in abbatia anno 1188.

Igitur post lapsum Sæculi Sexti, & annorum sex Wichboto Monachus ut jam supra mentio facta fuit, post resignationem Henrici II. in munere Abbatiali successit, prout concordant omnia MSta antiqua, & recentiora. Præter jam allegatum codicem antiquum membraneum L. in MSto tribus sæculis recentiori R. hæc „leguntur. Wichboto Abbas (seu Wid„poto) Monachus S. Petri eligitur anno „1188. 13. Cal. Aug. eodem die, quo an„tecessor suus resignavit, in Abbatem præ„sente Adalberto Archiepiscopo Salzbur„gensi, qui liberrimam electionem adpro„bavit, & quarto die post electionem in Mo„nasterio S. Petri ab eodem confirmatur. „Præfuit quinque annis. Obiit anno 1193. „Sext. Id. Octobris. Anno Domini 1190. „Albertus Archiepiscopus Salzburgensis di„midium mansum Vaitzenow nuncupatum „prope Loveram fluvium situm, quem cum „adjacentibus sibi nemore, pascuis, & al„pibus a quodam Wilehalmo nobili de Plain „resignationis jure consecutus est, Sancti„monialibus apud S. Petrum Salzburch Deo „servientibus contradidit. Idem Archie„piscopus Adalbertus ad petitionem Wich„botonis Abbatis confirmavit Monasterio „S. Petri omnia privilegia, & ea omnia, „quæ ab antecessoribus suis eidem Mona„sterio collata, & concessa fuere. Eccle„siam videlicet ad Appanowe cum omni „jure parochiali, & prædia ibidem of„ficio cellarii vel hospitalis distincta cum „Alpibus, quæ linte vocatur, Ecclesiam ad „Annave, silvam Schwarzinpach, loca „salinaria, Hospitale cum omnibus suis ap„pendic is, & decimam, quæ vulgo Pfort„jehent dicitur. Ad quæ omnia addicit ipse„met Archiepiscopus quartam partem man„sus sitam in Bœsendorf, tradens eam ad „utilitatem custodiæ. Acta sunt hæc Salis„burg: Anno 1191. Indict. 9. 2. Non. Maji „anno Pontificatus ejusdem 23. regnante „Henrico Imperatore, anno imperii ejus „primo". Hucusque MS. R. sed plura de his in ipsis litteris originalibus Adalberti infra allegandis. Porro Catalogus impressus

fus (semisæculo recentior, editus anno 1646.) Abbatum S. Petri de Wichbotone sequentia notat: „Wichboto, seu Widpoto Monachus S. Petri anno, & die dicto canonice „in Abbatem eligitur præsente Adalberto „Archiepiscopo, a quo quarto post electionem die confirmatur. Ab eodem obtinuit „confirmationem anno MCLXXXXI. in„dict. 9. 2. Non. Maji. omnium privilegio„rum, & gratiarum ab ejus antecessoribus, „specialiter Conrado I. concessarum, & cum „præfuisset Monasterio quinque annis obiit „VI. Id. Octobr. anno MCLXXXXIII." Denique apud Mezgerum in historiæ Salisb. anno 1690. editæ hæc vitæ, & mortis Synopsis legitur: „Cum Henricus II. clavum posuis„set, communi Monachorum Suffragio an„no 1188. Wichboto S. Petri sodalis eun„dem sumpsit, eumque Adalbertus Archi„præsul quatriduo post confirmavit. Idem „in posterum quoque Abbati se benevolum „in primis exhibuit, dum 1190. prædium „Waizenau Parthenoni S. Petri tradidit, „quod ante Guilielmus comes de Plain in „manus cesserat. Hinc Wichboto utili & „laudabili cura ab addicto cœnobio suo Ar„chiepiscopo alteram quoque gratiam facile „impetravit, ut privilegia, Ecclesias, & „bona ab antecessoribus collata auctorita„te Pontificali confirmaret. Quod ille non „gravate præstitit, & sacra liberalitate par„tem prædii in Biesendorf adjecit, actum „id anno 1191. Quinquenio rexit Wich„boto Abbatiam, & cœlo jam maturus pe„dum deposuit, biennio post relatam confir„mationem". Ita Mezgerus. Ex quibus omnibus colligitur, quod sub brevi regimine Wichbotonis Abbatis maxima consideratione dignæ sint donationes, & confirmationes ab Archiepiscopo Adalberto II., seu, ut aliqui vocant, Alberto edictis litteris originalibus factæ, de quibus jam suo ordine dicendum. In sigillo sequentium Litterarum distincte legitur *Adelbertus*, in contextu verbum abbreviatum, potius videtur exhibere Albertus.

III. Quo vivente Adalbertus Archiepiscopus non tantum traditionem alicujus prædii in Cederberg anno 1190.

Adsunt de Adalberto, hujus nominis II. Archiepiscopo, vel, ut hinc inde vocatur Alberto, duo, vel respective tria instrumenta originalia membranea sigillo Archiepiscopali munita, de annis 1190. & 1191. in armario 4. n. IV. asservata sub A. & B. Sub A. sunt litteræ membraneæ parvæ cum magno sigillo pendulo ex alba cera, per quas Adelbertus attestatur, & confirmat traditionem in concambio prædii dicti *Cederberch* in Pongen pro prædio in Fiuchten anno 1190. Tenor litterarum in originali exstantium est sequens:

„In nomine sancte, & individue Trinitatis.

„Ego Albertus Dei gratia Achiepiscopus „Salzburgensis Ecclesiæ, & apostolicæ „Sedis legatus in perpetuum. Universitati „fidelium tam futurorum, quam præsentium „notificamus, quod prædium Ecclesiæ Salz„burgensis in Pongovve, dictum *Cederberch*, „cum omnibus attinentiis cultis, & incultis „cuidam Ministeriali ejusdem ecclesiæ Du„ringo pro suo prædio Fivchten Chuchlen „sito, cum omni integritate, qua illud hæ„reditario Jure possederat, cum consensu „totius chori, & ministerialium legitimo „concambio tradidimus. Sed ne aliquam „super hoc facto disceptandi, vel retractan„di posteris nostris relinquamus occasionem, „hanc cambitionis nostræ paginam sigilli no„stri impressione firmamus, & testibus sub„tus annotatis, & per aurem tractis dili„genter roboramus. Testes sunt hii, Fri„dericus de Seccovve, Chuno, & frater „suus Chounradus de Werven, Marquar„dus de Forchtensteine, Wolframus, & fra„ter suus Diethmarus de Hærpholdsheim, „Hæinricus Purdun, Ulricus Svvergebet, „Otto Louderare, Wezelo Marschalcus, „Udalricus preco, & alii quoque plures. „Acta sunt hæc anno Incarnationis Domi„ni MCLXXXX. indict. V."

IV. Sed etiam vigore instrumenti omnes antecessorum Donationes anno 1191. confirmavit.

Longiores sunt litteræ originales (quæ in duplo exstant) cum grandi, & crasso sigillo, quod quidem in altero instrumento penitus destructum est, per quas litteras idem Archiepiscopus Adalbertus anno 1191. confirmavit omnes donationes antecessorum suorum, in specie Ecclesiam in Appanovve cum omni jure Parochiali. Ipsemet donat, & deinde confirmat primo prædium in Appanovve ad hospitale pertinentium, Secundo: Alpium in Zinke; tertio Ecclesiam in Anave, seu Anif; quarto Sylvæ inter fluvium Schvvarzinbach, & lapidem Drischvvil cum locis salinariis, & omni utilitate, quinto hospitalis cum appendiciis, sexto decimarum, quæ vulgo Portzehent vocantur, addit denique septimo quartam partem mansus siti Bœsendorf: Instrumetum originale est sequens:

„† In nomine sanctæ, & individue Trinitatis.

„*Albertus Dei gratia Salzburgensis Ecclesiæ „Archiepiscopus Apostolicæ sedis legatus „omnibus in perpetuum.*

„Piæ voluntatis desiderium, & laudandæ „diffinitionis intentio Sacerdotalibus „etiam super studiis adjuvanda, cura etiam „nostæ sollicitudinis adhibenda est, ut ea, „quæ pro quiete religiosæ conversationis „venerabilibus locis sunt ordinata, nec dis„simulatio negligere, nec aliqua valeat im„posterum calumnia malignantium pertur„bare, melius est enim in tempore occurre„re, quam post vulneratam causam reme„dium quærere. Præsenti igitur pagina „dignum duximus commendandum, quod „inducti precibus dilecti filii nostri Wich„botonis Abbatis S. Petri; fratrum quoque „prænominati Monasterii, ea, quæ ab An„tecessoribus nostris in beneficium eidem „Ecclesiæ sunt oblata, & ab Archiepiscopo

Chon-

„Chonrado ſeniore beatæ memoriæ ptivi-
„legia confirmamus, & noſtra authori-
„tate tadimus, Eccleſiam videlicet ad Ap-
„pennovve cum omni jure Parochiali, &
„prædia ibidem officio Cellarii, vel hoſpi-
„talis diſtincta cum alpibus, quæ Zinkejvo-
„cantur, ſicut quæ hactenus tractu temporis
„a prædictis fratribus poſſeſſa ſunt. Præ-
„terea Matricem Eccleſiam ad Anave cum
„ſimili jure, & ſilvam, quæ inter fluvium
„Schwarzinpach, & lapidem Diſchwill con-
„cluditur, cum locis ſalinariis, & omnimo-
„da utilitate, tam præſenti, quam futura
„eorumdem locorum, & omnium prædio-
„rum. quæ poſſident, eo jure, quo ab Im-
„perio beneficiati ſumus, eidem plenarie
„ſtabilimus. Hoſpitale quoque cum appen-
„diciis ſuis, & decimam, quæ vulgo Por-
„cehent vocatur, antiquæ donationis titulo
„ab eis poſſeſſa, cum omnibus ſupradictis,
„& omnibus prædiis eorum, quæ hactenus
„juſte poſſederunt, ſive ſint pivilegiata, ſive
„non privilegiata, ſæpe dictis fratribus no-
„ſtræ poteſtatis auctoritate confirmamus.
„Addimus inſuper quartam partem manſus
„ſitam Boeſendorf, tradentes eam in bene-
„ficium jam dicto Monaſterio ad utilitatem
„cuſtodiæ. Ut autem hæc omnia rata, &
„inconvulſa perpetua ſtabilitate perma-
„neant, præſentem paginam ſigilli noſtri
„impreſſione munimus. Acta ſunt hæc
„anno MCLXXXXI. indict. VIII. præſente
„conventu ejusdem Monaſterii ſub teſtimo-
„nio Præpoſiti Gundakari de majori Eccle-
„ſia, & canonicorum ejusdem eccleſiæ, &
„Miniſterialium noſtrorum, quorum nomi-
„na ſunt hæc: Siboto de Surbere, Mein-
„gotus Caſtellanus, Fridericus de Petto-
„we, Chuno de Werven, & frater ejus
„Chunradus, Ekchardus de Tanne, Goth-
„ſchalcus de Rünigin, Udalricus, & frater
„ejus Chunradus de Chalheim, Volchma-
„rus de Mulbere, Henricus, & frater ejus
„Luipoldus de Nocſtein, Gottschalcus de
„Unzlingen, Rudigerus Otto de Truchſen,
„Otto de Schellenberch, Henricus de Hel-
„powe, Chunradus de Cholberch, Hein-
„ricus de Niunekirchen, & frater ejus Chun-
„radus de Sandenheim, Heinericus, & fra-
„ter ejus Liutwinus de Gebeningem, Ru-
„dolfus de Kotbach, Rudolfus de Suellen-
„berch, Udalricus de Jubendorf, Marquar-
„dus de Mattſee, Helinardus de Weruen.
„Datum Salzburch 2. Non. Maji anno Pon-
„tificatus noſtri XXIII. regnante Henrico V.
„Imperatore, anno Imperii ejus primo fe-
„liciter. Amen.

Hic eſt tenor inſtrumenti membranei, per quod anno 1191. Adalbertus Archiepiſcopus ſub Wichpotone Abbate omnes donationes confirmavit, & Ipſe quartam partem manſus in Boeſendorf adjecit.

V. Præter hæc, prædium Waizenove Partheneni no-

Quoniam vero ex ſupra allegatis MStis mentio facta fuit de prædio quodam Vaizenove prope Lofer donato Parthenoni congregationis noſtræ ab Archiepicopo Adalberto, nos quidem litteras originales præcedentibus ſimiles hactenus non vidimus; cum autem hoc diploma legatur non in aliquo MSto recente, ſed codice antiquo P. anno 1280. ſcribi cœpto, ubi omnia inſtrumenta, diplomata, & quæ ad confirmationem privilegiorum ſpectant, quorum originalia pariter reperiuntur, hinc dignum æſtimamus, ut paginis noſtris inſeratur, valde enim illis temporibus conſonam, & in omnibus convenire videtur, forte per injuriam temporum alio diſtractum, vel deperditum. Sic autem ſonat Inſtrumentum Alberti Archiepiſcopi ex MS. P. pag. 17. n. 32. ſtro datum fuiſſe teſtantur MS.

„In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis.

„*Ego Albertus Dei gratia Salzburgenſis Ec-*
„*cleſiæ Archiepiſcopus, A. S. L. omnibus*
„*Chriſti fidelibus in perpetuum.*

„Pontificalis exigit diſcretio liberalitatis,
„nos ex noſtris habundantiis paupe-
„rum Chriſti, & maxime Deo ſervientium
„inopiam ſupplere, & per hoc æternam no-
„bis per illorum proprias apud Dominum
„orationes memoriam requirere. Eapro-
„pter omnibus, tam præſentibus, quam
„futuris notum eſſe volumus, qualiter Wi-
„lehalmus quidam nobilis de Plein dimi-
„dium manſum Weitzinova nuncupatum
„prope Loferam fluvium ſitum, quem cum
„adjacentibus ſibi nemore, paſcuis, & al-
„pibus ex ſucceſſione Parentum ſuorum, &
„anteceſſorum noſtrorum de manu noſtra in
„beneficio habuit, cum bona voluntate fra-
„tris ſui Chunradi voluntarie nobis reſigna-
„vit, ac nos ob terrene remunerationis
„præmium eundem dimidium manſum cum
„præmemoratis ſibi adjacentibus. nemore,
„paſcuis, & alpibus, eorum videlicet per
„omnia terminorum ambitu, quo ea præ-
„fatus Willehalmus poſſederat, Sanctimo-
„nialibus apud S. Petrum Salzburch Deo
„ſervientibus poteſtative, & ſine alicujus
„contradictione in perpetuum tradidimus,
„& præſentis chartæ ſcripto confirmavimus.
„Ne vero impoſterum aliquis ſpiritualis,
„ſæcularisve perſona hanc noſtram piam do-
„nationem audeat infringere, hanc eandem
„chartam ſigilli noſtri impreſſione, & te-
„ſtium ſubnotatione munitam eis aſſigna-
„vimus. Teſtes ſunt hujus Wolkerus cel-
„lenſis Præpoſitus, Heitfolcus de Velewin,
„Chunradus de Wahen, Chuno de Worvin,
„Ortolfus de Salvelt, Gotſchalcus de Frie-
„ſingen, Otto de Sruchſin, Otto Fruinbiz,
„Chunradus, & Liutwinus de Ugir, Me-
„ginhardus officialis, Hadamarus de Niwn-
„kirchen, Wiemannus de Woide, Nudun-
„gus de Steinbach, Herbordus de Sulzo-
„wa, Ulricus de Mulpach, Waltherus de
„Sulzowa, & alii quam plures. Acta ſunt
„hæc anno Domin. Incarn. MCLXXXX.
„Secundo anno expeditionis Domini Fride-
„rici Imperatoris contra Saracenos re-
„gnante

„gnante pro eo Domino Henirico illustri „Romanorum Rege. Pontificatus nostri „anno XXII".

Hæc desumpta fuerunt ex cit. MSto antiquo P.

VI. Et simile quid legitur in libro donationum de quibusdam Vineis.

Pariter in antiquo codice, & Donationum Libro M. sæpe a nobis citato legitur, quod sub Abbate Wichbotone altero regiminis Abbatialis anno vineæ quædam Monasterio fuerint donatæ. In præcitato libro pag. 123. n. 475. donationes vinearum his verbis notatæ sunt. „Notum esse volu„mus universis Ecclesiæ filiis tam præsen„tibus quam futuris, quod quidam de fami„lia S. Petri Salzburch, nomine Herricus „de Welmich, tradidit eidem ecclesiæ duas „vineas, quas ipse plantaverat apud Wel„mich, ut, eo vita decedente, in usus Ec„clesiæ cederent, & animæ suæ, & paren„tum suorum animabus apud Dominum ho„stia pro peccato essent". Et mox additur: „similiter eadem die quidam Hermanus de „Stoueindorf annuente conjuge sua contu„lit Ecclesiæ S. Petri in Salzburch vineam, „& agros suos usu fructuario sibi quoad vi„verent, retento, post mortem vero ut„riusque in usus Ecclesiæ tranieur te universa „possessione. Acta sunt hæc in territorio præ„fati Monasterii Appenstorf in præsentia Do„mini Wichpotonis Abbatis anno Dominicæ „Incarnationis 1189. his testibus: Herrich de „Vundin, Chunradus Walther. de Welmich, „Chunrat Poppo de Recinstorf, Heinricus „Rudigerus, Leu, Liupold". Hæc leguntur in MS. M. Sufficiant autem hæc de regiminis quenquennio, quo præfuit Abbas Wichboto, qui in antiqua effigie, vel imagine ipsius personam exhibente hoc tulit elogium: *Wichboto Abbas S. Petri præfuit ac profuit commisso sibi gregi Pastor fidelis per quinquenium, terras reliquit anno* 1193.

PILIGRINUS II.

ABBAS XXXVII.

AB ANNO 1193. USQUE AD ANNUM 1195.

CHUNRADUS I.

ABBAS XXXVIII.

AB ANNO 1193. USQUE AD ANNUM 1196.

Conjun-

I. Quid de Pilgrini II. per, duos annos brevi regimine, & quid

Conjungimus duos Abbates, Pilgrinum hujus nominis II., & Chunradum hujus nominis I., ea potiſſimum ratione inducti, quod regimen Abbatiale Pilgrini, qui illud adverſitatibus victus prima vice poſt biennium depoſuit, per ſucceſſorem Chunradum, qui ex Monaſterio celeberrimo Seittenſtettinſi, in Auſtria inferiori, ad noſtram Abbatiam fuit poſtulatus, interruptum quidem per tres annos fuerit; attamen poſtquam & ipſe Chunradus laborum feſſus, & moleſtiarum impatiens reſignavit abbatiale munus, atque ad gremium reverſus eſt, rurſus ipſe Pilgrinus Abbatiæ reſtituitur, anno autem ſequenti mortuus. Utriusque regimen breve fuit, uterque æquali curarum pondere preſſus ingemuit, quamvis cauſæ non ſatis conſtent. De utroque hoc Abbate exponendum breviter, quod ex antiquis MStis haurire licuit. Maxima auctoritas ineſt MSto codici K. membraneo chronico ſæpius citato, ubi ad annum 1193. *Wicpoto Abbas S. Petri VI. Id. Octob. eligitur, præſente Archiepiſcopo Adalberto, & electionem liberrimam adprobante, atque ab eo in eadem domo S. Petri ſcilicet III. Kal. Nov. conſecratur*; ad annum vero 1195. legitur: *Pilgrinus Abbas ſancti Petri multis modis gravatus a Domino A. Archiepiſcopo compulſus reſignat Abbatiam.* In quibus uitimis verbis maxime miramur, quod ille, qui adeo beneficus fuit erga noſtrum Monaſterium, ut in præcedentibus ſatis fuit oſtenſum, nunc Abbatem Pilgrinum, haud dubie non ſine cauſis, adegerit, ut Abbatia ceſſerit, reaſſumptum tamen in gratiam fuiſſe ex eo colligitur, quia poſt ſimilem reſignationem Chunradi I. denuo ad munus Abbatiale anno 1198. fuit reſtitutus Pilgrinus. In brevi catalogo Abbatum S. Petri anno 1646. edito de Pilgrino Abbate notavit auctor Dominus Albertus Abbas ſequentia; „Pilgrinus eligitur eodem anno „MCLXXXXIII. in Abbatem S. Petri præ„ſente Archiepiſcopo Adalberto, & ab eo„dem confirmatur Calendis Novembris, cum „præfuiſſet annis duobus, a moleſtiis & „controverſiis, quas habebat, ſe liberare, „atque in quiete vivere volens Abbatiam „abdicavit anno MCLXXXXV". Denique apud auctorem hiſtoriæ Salisb. Mezgerum pag. 415. de Pilgrino Abbate hæc legimus. „Eodem igitur anno 1193. præſente, & „probante Ipſo Adalberto Calend. Nov. in „Succeſſorem electus eſt Pilgrinus. Hic „poſt initia præſulatus graves adverſarios, „ qua de cauſa neſcimus, ſenſit. Igitur „controverſiarum, moleſtiarumque pertæ„ſus, vix expleto biennio, oneroſum hono„rem deſeruit, & ad humilem ſe quietem „in cœnobio retulit. Hinc, cum fortiores „humeros quærere temporis difficultas po„ſtularet, Conradus Abbas Seittenſtettenſis „in Auſtria poſtulantibus S. Petri religioſis „vocatus, munus ſuſcepit, ſed iisdem, qui„bus Pilgrinus difficultatibus intricatus, „poſtquam triennio ſolum toleraſſet, depo„ſito hoc onere ad priſtinum locum remea„vit. Inde Pilgrinus ſedi reſtitutus anno „proximo Chriſti 1199. 17. Kal. Sept. cita„tus a morte e luce hac inquieta ad melio„rem quietem evocatus exceſſit". Hæc Mezgerus.

II. De æqualibus fatis Chunradi I. Abbatis conſtat, breviter exponitur.

Similiter de æqualibus fatis Chunradi I. qui ex Monaſterio Seittenſtadiano petitus fuit pro Abbate ad Monaſterium noſtrum, pauca nobis conſtant. Citatus codex K. ad annum 1196. hæc notavit: *Chunradus Abbas de Sitanſtetin ſubſtituitur Pilgrino Abbati*, & ad annum 1198. Chunradus reſignat Abbatiam S. Petri, Pilgrinus reſtituitur. Idum ferme legitur in catalogo impreſſo, niſi quod aliqua ſit differentia de anno poſtulationis, qui a codice 1196tus. in aliis vero MStis 1195tus. aſſignatur: „Chun„radus I. Abbas in Seittenſtöttin inde poſtu„latus Pilgrino ſuccedit anno MCLXXXXV. „qui & ipſe moleſtiarum, quas adverſantes in„ferebant, impatiens anno MCLXXXXVIII. „reſignavit, & anteceſſor Pilgrinus reſtitui„tur, anno proxime inſequente moritur „XVII. Cal. Sept". Hæc catalogus Alberti Abbatis. Plura apud nos de hoc Chunrado in ſpecie adnotata haud invenimus. Cæterum ad regimen utriusque ſpectant aliquæ donationes, quæ leguntur in ſæpe citato donationum Libro M. n. 485. 486. 487. 488. & 489. Nam ſub n. 490. jam incipiunt donationes, & permutationes ſub Abbate Simone I. qui fuit immediatus Succeſſor Pilgrini, & Chanradi Abbatum anno 1199. Igitur ſub n. 485. ſequentia leguntur, de quibus conſtat, accidiſſe ſub Ab„bate Pilgrino II. „In nomine ſanctæ, & „individuæ Trinitatis. Pilgrinus Dei gra„tia Salzburgenſis Monaſterii Abbas ſalu„tem omnibus in perpetuum. Quoniam „per negligentiam humanam, & diuturni„tatem temporis multa hominum facta ob„livione torpeſcunt, præſentis ſcripti pagi„na memoriæ Chriſti fidelium tradimus, „qualiter Dominus Albertus Archiepiſco„pus poſt obitum Meingadi Caſtellani ex „beneficio illius Adelhaidem uxorem En„gilberti, cognomine Colandri, ſuo domi„no redemptam delegavit Monaſterio S. Pe„tri cum natis ſuis Wolframo, Engilberto, „Gotfrido, Brigida, & Diemud, & omni po„ſteritate tam præſenti, quam futura in Jus „Miniſterii, quo ſibi tenebantur. Acta ſunt „hæc anno Domin. Incarn. MCLXXXXIII. in„dictione XI. anno Pontificatus Domini Al„berti Salzburgenſis Archiepiſcopi XXVI. „Domini vero Heinerici Regis III. ſub teſti„monio eorum, quorum nomina infra con„tinentur. Cluno de Werven, & frater ejus „Chunradus, Wernhardus Vice Dominus „& conſanguineus ejus, Ortolfus, Heinri„cus de Hebiningen, Rudigerus de Salz„burch, Ulricus de Chalheim, & frater „ejus Chunradus, Gottschalcus de Unzin„gin, Luipoldus de Hochſtein, Chunradus „de Trabegazzen, Otto de Tachingen, Hen„ricus rufus". N. 486. „Noverint univerſi

„sanctæ Matris ecclesiæ filii, qualiter Mini- „sterialis quidam S. Ruperti Chunradus vi- „delicet de Lune, & Uxor ejus Luitgardis, „ob augmentum suæ salutis, prædium quod- „dam in sancte Benedictberpe super altare „SS. Apostolorum Petri, & Pauli delega- „verunt, ac per delegationem a fratribus „illic Deo servientibus inbeneficiati sunt ea „conditione, quatenus quod viverent, loco „census tres denarios in festo prædictorum „apostolorum in ipsorum altare persolverent, „ipsorum vero post mortem in usus fratrum „integraliter transiret. Ut hæc firmius es- „sent, testes sunt adhibiti Rudigerus quon- „dam Vice Dominus, & filius ejus Gerhol- „dus, Gerholdus frater jam dicti Rudige- „ri, Otto Utunperch, Rudolfus de Vætz, „Rudolfus de Wizpach, Heinricus de Tu- „sendorf, Rudlgerus, Heinricus Rufus". N. 487. „Dominus Archiepiscopus Alber- „tus duos mansus ad Alben superiori, par- „tem videlicet beneficii Ducis Stirensis, quod- „consecutum se Luipoldus Dux Austriæ di- „cebat, per manus Sigibotonis de Surperch „Ecclesiæ S. Petri tradidit; prefatus enim „Dux in ipso Juri suo, nec non & ipse Sigi- „berto ipse per dominium eosdem tenebat, „ea intentione renuntiavit, quatenus Do- „minus Archiepiscopus fratribus S. Petri „in Salzburch, quod & Wien factum est, „conferret. Hoc factum testificantur Had- „marus de Thuringen, Wichardus de Se- „felde, Wichardus de Zebinge, Frideri- „cus de Petowe, Chuno de Werven, Eke- „hardus de Leibniz, Otto de Schellenberch, „Henricus de Tachinge". N. 488. „Notum „sit universis Christi fidelibus, quod quidam „homines, cum liberi, voluntarie se tradi- „derunt ad altare S. Petri ad censum V. de- „nariorum annuatim persolvendum, & hæc „nomina eorum Alheit, Otto, Gisila, Die- „tricus, Hadmunt, Chunigund, Gisela. „Hujus rei testes sunt Siboto de Surberch, „Otto de Golse, Chunradus de Heizenberge, „Gunterus cocus, Heinricus rufus, & cæ- „teri multi". N. 489. „Notum universis „Christi fidelibus, quod quidam liber homo „nomine Chunradus de Walchen pro reme- „dio animæ suæ dederit prædium super al- „tare S. Petri, adstantibus, & consentien- „tibus

„tibus uxore, & filiis, & dicitur locus præ- „dii Undermholze, ſolvitque annuatim „trecentos caſeos. Hujus rei teſtes ſunt „Haitfolch de Velven, Gotfridus, Wern- „herus, Otto de Harde, Rudigerus de Hun- „richesdorf, Fridericus Pruchperch, Her- „manus Prener, Otto de Hale, Otto de „Golſe". Hucusque liber Donationum, & nos hæc pauca de duobus Abbatibus Pil- grino II., & Chunrado I. notavimus.

SIMON I.

ABBAS XXXIX.

AB ANNO 1199. USQUE AD ANNUM 1231.

XXXVIIII.

Simon I. ab anno 1199. nasterium lau et proventi

abbas XXXVIIIIus usque 1231. mo dabiliter rexit, bus auxit.

I. Simon hujus nominis I., cujus regimen felix & longum.

Poſt ſuprema fata Pilgrini Abbatis anno 1199. in Succeſſorem ex gremio Monaſtico elegitur Simon hujus nominis Imus *Pilgrinus S. Petri Abbas obiit, pro quo Symon electus eſt;* ut legitur in MSto membraneo antiquo K. Geſtorum ſub Simone primo ſynopſin ſcripſit auctor noſter Hiſtoriæ Salisburgenſis ſequentibus verbis pag. 416. „Poſt hunc" (nimirum Pilgrinum) „de „gremio, & ex communi urna eodem anno „prodiit Simon qui, tranquilliori uſus tem- „pore, felicius, & longius regimen protra- „xit. Ipſe anno ſequenti, tunc fæculari, „ipſam ſedem Romanam per preces adiit, „atque ab Innocentio III. Pontifice confir- „mari denuo (nam ante idem fecerat Euge- „genius III. ut ſuperius dictum) auctori- „tate apoſtolica cunctas poſſeſſiones, Ec- „cleſias, bona, privilegiaque cœnobi impe- „travit. Dum ipſe S. Petri cœtui præeſſet, „facta eſt illa memorabilis fundatio pluribus „Cœnobiis communis: quam liberalitati do- „mus Auſtriacæ in hanc usque diem ſerva- „tam debemus. Leopoldus VII. cognomi- „ne glorioſus S. Leopoldi Pronepos, Hen- „rici Ducis Auſtriæ primi nepos, filius Leo- „poldi V. dicti glorioſi, Dux Auſtriæ IV. „ſimulque Styriæ, conditor Neoſtadii ad „Leytam, tunc virtute, & felicitate flore- „bat. Is circa annum 1215. ſuis ſumptibus „honori Divæ Catharinæ Virginis, & Mar- „tyris ſtruxit Eccleſiam lateri majoris Ba- „ſilicæ

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

„filicæ a meridionali facie adhærentem, quæ „Divæ Virginum Virgini Mariæ, & eidem „S. Catharinæ, nec non SS. Servatio, & „Antonio sub Eberhardo Archipræsule a „Rudigero Chiemensi Archiepiscopo postea „dedicata. Ædi sacræ adjecit piam fun„dationem, ut nempe quod diebus a Sa„cerdote quodam S. Petri sacrum celebra„retur pro sua, & Parentum suorum ani„mabus: in obligationis, & laboris com„pensationem triginta vasorum vini vectu„ram ex Austria liberam a teloniis, & ve„ctigalibus cænobio esse voluit, immunita„tem perpetuo privilegio firmavit. Adjun„xit & alia, utpote feudum aliquod in pos„sessionibus Ecclesiæ S. Petri sub Patrona„tus sui Jure constitutum, cum ad Domi„num Ducem Austriæ rediret, nulli alteri „denuo infeudari debet, quam illi, quem „peterent Petrenses: item advocatus pro „tempore existens nil ultra taxatam pensio„nem exigere præsummeret. Datum pri„vilegium notato anno 1215. XV. Cal. Aug. „adhuc hodie pro debito Sacrum istud pera„gitur tam pro memorato fundatore, quam „pro aliis ex gente Austriaca vita functis, „ipsiusque Augustæ Domus incolumitate. „Piissimam fundationem confirmarunt huc„usque etiam augustissimi Cæsares, & quod „circa triginta vasa ob antiquæ mensuræ „ignorantiam dubium subortum esset ad „1050. urnas hodierni moris definierunt". Hæc Mezgerus: & post pauca suam narrationem de Abbate Simone concludit his verbis: „Rexit cœnobium Simon per 32. an„nos, & Eberhardo II. Salisburgo imperan„te debitum commune naturæ persolvit an„no 1231". Nos jam hæc, & plurima alia, quæ laudabiliter gesta fuerunt sub tranquillo, & felici regimine abbatiali Simonis I. in particulari secundum ordinem etiam quantum fieri potest Chronologicum expendemus, confirmaturi asserta nostra editis Bullis, & litteris authenticis.

II. Ab Innocentio Papa III. confirmationem omnium bonorum,

Præprimis adduci meretur insignis Bulla in originali exstans de anno 1206. per quam Innocentius Papa hujus nominis III. sub hoc Abbate, & ad ipsius humillimam petitionem primo statuit, ut in hoc Monasterio monasticus ordo secundum Regulam S. Benedicti perpetuis temporibus observetur. Secundo: Confirmat omnes possessiones, & bona, quæ Monasterium tunc habuit, aut habebit, in specie ipsum locum, in quo Monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis, nec non quamplurimas Ecclesias, & prædia, quæ ad Monasterium spectant, ut suo ordine videbimus. Tertio: prohibet, ne ullus post factam professionem discedat, nisi ad arctiorem Religionem, item, ne bona alienentur sine consensu capituli, novas exactiones vetat & electionem Abbatis liberrimam confirmat. Quarto: decernit, ut nullus præsumat Monasterium vexare, aut fatigare, & quinto denique gravissimas adjecit comminationes, ne ulla sive Ecclesiastica, sive Sæcularis persona hanc Bullam infringere audeat. Verus autem tenor Bullæ Innocentii III. Papæ de verbo ad verbum hic est:

"Innocentius episcopus servus servorum "Dei, dilectis filiis, Abbati Sancti Petri, "ejusque fratribus tam præsentibus quam "futuris regularem vitam professis in perpe"tuum. Petentium votis, quæ rationi, & "honestati conveniunt, nos decet libenter "annuere, & eodem affectu prosequente "complere, ut Ecclesiæ Romanæ ferventio"ri devotione adhæreant, cum se viderint "in suis justis petitionibus diligentius, & "efficacius exaudiri. Eapropter dilecti in "Domino filii vestris justis postulationibus "annuimus, & præfatum Monasterium S. "Petri, in quo divino mancipati estis obse"quio sub beati Petri, & nostra protectione "suscipimus, & præsentis scripti privilegio "communimus. Inprimis siquidem statuen"tes, ut ordo Monasticus, qui secundum "Deum, & beati Benedicti regulam in eo"dem Monasterio institutus esse dignoscitur, "perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter "observetur. Præterea quascunque pos"sessiones, quæcunque bona idem Mona"sterium in præsentiarum juste, & canoni"ce possidet, aut in futurum concessione "Pontificum, largitione Regum, vel Prin"cipum, oblatione fidelium, seu aliis mo"dis justis præstante Domino poterit adipis"ci, firma vobis, vestrisque successoribus, "& illibata permaneant; in quibus hæc "propriis duximus exprimenda vocabulis. "Locum ipsum, in quo Monasterium situm "est cum omnibus pertinentiis suis, Eccle"siam in Müllbach cum omnibus pertinen"tiis suis, Ecclesiam in Appenowe cum "omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam in "Wiettinge cum pertinentiis suis, hospita"le, pomarium cum horto, & alia prædia, "quæ habetis in Civitate Salzburgensi cum "pertinentiis suis, curiam in Chrembse cum "vineis, & aliis pertinentiis suis, Prædium "in Dornbach cum vineis suis, vineas in "Apstorf cum earum pertinentiis suis, & "Prædia in Praitenowe cum pertinentiis eo"rumdem. Liceat quoque vobis Clericos, "vel Laicos, liberos, & absolutos e sæcu"lo fugientes ad conversionem recipere, & "eos absque aliqua contradictione retinere. "Prohibemus insuper, ut nulli fratrum ve"strorum post sanctam in Monasterio vestro "professionem fas sit, sine Abbatis sui li"centia, de eodem loco discedere, nisi ar"ctiori Religionis obtentu; illud districtius "inhibentes, ne terras, seu quodlibet bene"ficium Ecclesiæ vestræ collatum liceat ali"cui personaliter dare, sive alio modo alie"nare absque consensu totius Capituli, vel "majoris, aut sanioris partis illius. Chris"ma vero, oleum sanctum, consecrationes "altarium, seu Basilicarum, ordinationes "clericorum, qui ad sacros ordines fuerint "promovendi, per diœcesanum episcopum "gra-

"gratiam, & communionem ſacroſanctæ "Romanæ ſedis habentem gratis, & abs- "que pravitate aliqua vobis præcipimus ex- "hiberi. Ad hæc novas, & indebitas ex- "actiones ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ar- "chidiaconis, ſeu Decanis aliisque omni- "bus eccleſiaſticis ſæcularibusve perſonis "omnino fieri prohibemus. Obeunte vero "te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum "quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet "ſubrectionis aſtutia ſeu præponatur, niſi "quem fratres communi conſenſu, vel fra- "trum pars majoris, aut ſanioris conſilii ſe- "cundum Deum, & beati Benedicti regu- "lam providerint eligendum, ſicut hactenus "eſt obtentum. Decernimus ergo, ut nul- "li omnino hominum liceat præfatum Mo- "naſterium temere perturbare, atque ejus "poſſeſſiones aufferre, vel ablatas retinere "minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fa- "tigare, ſed omnia integre conſerventur, "eorum, pro quorum gubernatione, ac ſu- "ſtentatione conceſſa ſunt: uſibus omnino "profuturæ, ſalva ſedis apoſtolicæ auctori- "tate, & diœceſani Epiſcopi canonica ju- "ſtitia. Si qua igitur in futurum eccleſia- "ſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ "conſtitutionis paginam ſciens contra eam "temere venire tentaverit, ſecundo, ter- "tiove commonita, niſi reatum ſuum con- "grua ſatisfactione correxerit, poteſtatis "honorisque ſui dignitate careat, reamque "ſe divino judicio exiſtere de perpetrata ini- "quitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo cor- "pore, & ſanguine Dei, & Domini Re- "demptoris noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, "atque in extremo examine diſtrictæ ultio- "ni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco "ſua Jura ſervantibus ſit pax Domini noſtri "Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bo- "næ actionis percipiant, & apud diſtrictum "Judicem præmia æternæ pacis inveniant. "Amen, Amen, Amen.

(L.S.)

Ego Innocentius Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus.

Ego Petrus Portunenſis, & S. Ruffinæ epiſcopus.
Ego Joannes Albanenſis epiſcop.
Ego Joannes Sabinenſis epiſcop.
Ego Nicolaus Tuſcul. epiſc.
Ego Petrus tit. S. Cæciliæ Prbr. Card.
Ego Guido Prbr. Cardin. Sanct. Mariæ trans Tiberim tit. S. Caliſti.
Ego Joannes tit. S. Stephani in monte celio Prbr. Card.
Ego Cutth. tit. S. Laurent. in Luema Prbr. Card.
Ego Soffredus tit. S. Praxedis Prbr. Card.
Ego Gregorius tit. S. Vitalis Prbr. Card.
Ego Leo tit. S. Crucis in Jeruſal. Prbr. Card.
Ego Rogerius tit. S. Anaſtas. Prbr. Card.
Ego Gregorius S. Greg. ad velum aureum Diac. Card.
Ego Hugo S. Euſtachii Diac. Card.
Ego Guedo S. Nicolai in carcere tulliano Diac. Card.
Ego Petrus Sancti Angeli Diaconus Card.

„datum Romæ apud S. Petrum per manum „Joannis S. Mariæ in Cosmidin Diac. Card. „S. Rom. Eccles. VI. Idus Maji Indict. VIII. „Incarnat. Dom. anno MCCVI. Pontifica- „tus vero Domini Innocentii Papæ III. an- „no Nono.

Hic eſt tenor Bullæ originalis ſigillo conſueto plumbeo munitæ.

III. Ab Ottone quarto Imperatore ſpecialem protectionem,

Brevi poſt hanc confirmationem a Romana ſede factam obtinuit Simon Abbas ſpecialem ſui Monaſterii, & omnium bonorum protectionem ab Ottone quarto Imperatore vigore litterarum in originali exſtantium cum majori ſigillo ex litteris membraneis pendulo, quod ſigillum exhibet figuram Imperatoris cum ſceptro, & pomo Imperiali ſedentis, & in circumferentia hæ litteræ bene legi poſſunt: Otto Dei gratia Romanorum Rex, & ſemper Auguſtus; Quamvis autem in iſtis litteris annus expreſſus non ſit, attamen ex hiſtoriis, & Imperatorum ordine conſtat, quod Otto IV. incœperit regnare anno 1208. & regnum tenuerit per annos novem, conſequenter ſub noſtro Simone Abbate, qui ab anno 1199. usque 1231. Monaſterio præfuit, iſtæ litteræ emanarunt.

„Otto quartus, Dei gratia Romanorum „Rex, ſemper Auguſtus. Univerſis præ- „ſentem paginam inſpecturis gratiam ſuam, „& omne bonum. Hiis, qui ad pacem, „& tranquilitatem ſancte Dei eccleſie per- „tinere cognoſcuntur pio, & ſtudioſo affe- „ctu intendere cupientes per hoc præſens „ſcriptum ad noticiam omnium veſtrum, ac „ſingulorum volumus pervenire. Quod nos „eccleſiam Sancti Petri in Salzpurch cum „omnibus perſonis Deo ibi ſamulantibus, „nec non aliis omnibus perſonis eidem ec- „cleſiæ quocunque jure adtinentibus, & „cum univerſis bonis ſuis mobilibus, & im- „mobilibus ſub noſtram regiam ſuſcepimus „protectionem. Mandamus igitur, & ſub „diſtrictu gratie noſtre firmiſſime precipi- „mus, ut nemo ſit, qui aliquo auſu teme- „ritatis eccleſiam S. Petri vel in perſonis, „ſicut ſupra memoratum eſt, vel in rebus „gravare, vel moleſtare præſumat, aut „aliquod ei dampnum vel jacturam irroga- „re, quod qui facere contumaciter adtem- „ptaverit, ſub perſone, & rerum periculo „iram, & indignationem noſtre regie Maje- „ſtatis ſe ſciat incurriſſe. Datum apud „Auguſtam idus Januarii indictione XII.

(L.S.)

Hucusque Litterarum tenor de Ottone IV. Imperatore. De ejus anteceſſore in Imperio Philippo (qui ab anno 1202. usque 1208. regnavit) legimus in manuſcripto quodam, chronico recentiori, nimirum chronico Martini Abbatis ſub ſigno R. quod præfatus Philippus Romanorum, & Germanorum Rex ad petitionem Domini Simonis Abbatis quosdam homines in civitate Salzburga, videlicet Hiltburgam cum liberis ſuis pro remedio animæ ſuæ ad altare S. Petri Salzburgi tradiderit, & ad hæc exequenda Ottonem epiſcopum Friſingenſem executorem conſtituerit. Quoniam vero de hac donatione antiquius documentum hactenus non invenimus, & multo minus aliquæ litteræ authenticæ exſtant, hinc hanc donationem tantum obiter adnotare placuit.

IV. Et a Leopoldo ſeu Luipoldo VII. Duce Auſtriæ memorabilem fundationem obtinuit.

Valde memorabilis autem eſt illa fundatio, quam Simon Abbas noſter a Liupoldo, ſeu Leopoldo VII. Duce Auſtriæ, & Styriæ cum approbatione, & conſenſu Eberhardi II. Archiepiſcopi anno 1215. obtinuit. Exſtat pretioſum diploma roboratum duplici ſigillo ex filis ſericis pendulo. Unum, videlicet Liupoldi, exhibet ex utraque parte equitem cataphractum cum inſcriptione ex una parte: *Liupoldus Dei gracia Dux Auſtrie*: ex altera parte: *Liupoldus Dei gratia Dux Styrie.* Alterum Archiepiſcopale repreſentat S. Rupertum, & in circumferentia hæc leguntur: *Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Archiepiſc.* quid autem in hoc diplomate contineatur dabit ſequens verborum tenor:

† „In nomine ſancte & individue
„Trinitatis.

„Luipoldus Dei gratia Dux Auſtriæ, & „Styriæ in perpetuum. Cum ad pie„tatis ſtudium auctoritas evangelica nos in„vitet, ad eleemoſynas manus extendere, „ut deinde omnia, quæ poſſidemus, mun„da ſint. Nos accenſi zelo juſtitiæ eccle„ſiam novam juxta Monaſterium S. Petri in „Salzburch ſumptibus noſtris ad honorem „Dei, & ſanctæ Katarinæ virginis duxi„mus inſtaurare, ut in ea pro animabus „parentum noſtrorum, & noſtra, Miſſa pro „defunctis ab uno de fratribus Sancti Pe„tri diebus ſingulis decantetur, & ut ille „Sacerdos, qui ſecundum tempus vicis „ſuæ celebraverit, in eadem poculum vini „ipſo die de communi cellario recipiat, nec „ei hoc in perpetuum denegetur. Ad hæc „autem, ut prædicta voluntas noſtra per„petuo ſtabiliatur effectu, prædictum Mo„naſterium in defenſionem noſtram ſuſcipi„mus ſpecialem, & ipſis fratribus tam in „aqua, quam in terra triginta vaſis vini, „qui nec plus, quam urnas quadraginta, „nec minus capiant, quam triginta in lo„cis mutariis libertatem perpetuam tradi„mus deducendi, muttam, & theloneum „ipſis ſine aliqua vexatione perpetualiter „indulgentes. Preterea eisdem fratribus „firmam fecimus promiſſionem, ut ſi quid „feodum de advocatia in poſſeſſionibus eo„rum ad Dominicalia noſtra a Vaſallis, qui „tenuerint, transjerint liberata, nulli un„quam, niſi ad peticionem predictorum „fratrum, infeodare aliquatenus debeamus, „& ne ipſi advocati, preter debitam pen„ſionem, aliquam exactionem facere præ„ſummant in ipſa advocatia, per interpo„ſitionem condictam, & exceptionem præ„cavere, & prohibere promiſimus. Hanc „ergo donationem noſtram, & indulgen„tiam in perpetuum ratam eſſe volentes, „hanc cartam predicto Monaſterio, & fra„tribus ibidem Deo ſervientibus dedimus „ſigilli noſtri munimine roboratam, & peti„vimus, ut Dominus noſter Eberhardus „Salzburgenſis Archiepiſcopus præſentem „Chartam cum donatione noſtra ad majo„rem cautelam ſigillo ſuo poſteritati trans„mitteret confirmatam. Hujus rei teſtes „ſunt comes Luitoldus de Plaigen, Otto de „Sliunce, Henricus ſenior de Prunnen, „Rudolfus de Simeringen, Hotfridus de „Truchſen, Otto de græce, Pertholdus de „Emerborch, Gundacharus de Styre, Hein„ricus Domini Hermanni filius de Patten, „Chunradus de Nideke, Liutoldus Chuch„meiſter. Datum apud Salzburga anno ab „Incarnat. Domini MCCXV. Indict. III. XV. „Kal. Auguſt. feliciter Amen.

(L.S.) Ducalis.

(L.S.) Archiepiſcopalis.

Hanc fundationem, ut jam ſupra n. I. mentio facta fuit, confirmarunt hucusque auguſtiſſimi Cæſares, & propter antiquæ menſuræ ignorantiam ſubortum dubium ad 1050. urnas, ſeu Eymer deſignarunt, quæ fundatio etiam ſingulis diebus in prædicta capella perſolvitur tam pro fundatore, quam pro tota Domo Auſtriaca.

V. Pariter ſub hoc Abbate Eberhardus II. Archiepiſc. confirmavit I. donationem Meingotti Caſtellani;

Ordo jam exigit, ut longe plures confirmationes, & donationes recenſeamus, quæ vigore litterarum Archiepiſcopalium Abbas noſter Simon I. accepit ab Eberhardo II. de Truchſen antea epiſcopo Brixinenſi, qui poſt mortem Adalberti II. anno 1200. ad Salisburgenſem Metropolim promotus fuit. Ob ſuas incomparabiles dotes, & non tam ob diuturnum regimen ad quadraginta ſex annos protractum, quam ob geſta præclariſſima a multis vocatur Eberhardus Magnus, amator pacis, & Pater pauperum. Hic ergo Archiepiſcopus primo confirmavit per diploma membraneum ſigillo archiepiſcopali roboratum, & anno 1204. emanatum donationem prædiorum Tetlinsdorf, & Sitlsdorf unacum duobus molendinis in Siezenheim ad hoſpitale factam a Meingotto caſtellano, & uxore ſua Dietmuta ſequenti verborum tenore:

„In nomine ſancte, & individue
„Trinitatis.

„Ego

„Ego Eberhardus Dei gratia ſancte Salz-
„burgenſis eccleſie Archiepiſcopus, a-
„poſtolice ſedis Legatus omnibus Chriſti fi-
„delibus in perpetuum. Notum eſſe volu-
„mus, qualiter honorabilis Miniſterialis ec-
„cleſiæ noſtræ Meingottus caſtellanus, &
„uxor ſua Diemut eccleſiam Sancti Petri
„copioſe ditaverint pro remedio animarum
„ſuarum, omniumque parentum ſuorum,
„delegantes ad altare S. Petri prædia ſua
„in uſus Monachorum, ibidem Deo ſervi-
„entium; Tetlinsdorf videlicet tali condi-
„tione, ut quoad viverent, ipſorum uſi-
„bus prædictum prædium deſerviret, poſt
„mortem vero ipſorum, ſive heredem ha-
„berent, ſive non, in uſus, & proprieta-
„tem Monaſterii cederet. Hoc excipientes
„ut quamdiu viverent, ſine querimonia,
„ſine judicii interpellatione illud quiete
„poſſiderent. Quod ideo factum eſt, quia
„multis ante temporibus Heinricus de Se-
„chirchen, Miniſterialis eccleſiæ, præfa-
„tum prædium in manus Liutuuini Caſtel-
„lani tradiderat Monaſterio S. Petri poſt
„mortem ſuam delegandum. Aliud quo-
„que prædium Sitlinsdorf dictum idem
„Mengotus, & uxor ejus Dimodis eadem
„devotione, ſine alia conditione, ſuper al-
„tare S. Petri delegaverunt, ut poſt mor-
„tem ipſorum in uſus, & proprietatem Deo
„inibi ſub habitu monaſtico militantium per-
„petua ſtabilitate tranſiret, ita tamen, ſi
„ſine legitimo hærede ab hac vita decede-
„rent. Nec illud latere volumus, quod
„idem Mengotus eadem die tradidit ſuper
„altare S. Petri ad jus hoſpitalis prænotati
„Monaſterii duo Molendina poſt mortem
„ſuam Süzenheim ſita. Præfato vero Mein-
„goto de medio ſublato, jam dicta femina,
„zelo Juſtitie ducta, metuens viri ſui, ſuam-
„que delegationem defectu teſtium obeun-
„tium infirmari, poſtulavit a nobis delega-
„tionem privilegio noſtro roborari, & te-
„ſtium augmentatione roborari. Cujus
„piis petitionibus annuentes, prefatam do-
„nationem noſtram roboravimus, & ſigil-
„li noſtri impreſſione communiri fecimus,
„& teſtimonium prioris traditionis ab his,
„qui ſuperſtites erant, recepimus. De
„quibus omnibus hii teſtes aſciti ſunt: ipſe
„Meingozus Caſtellanus, Sigboto frater
„ejus de Surberch, Pertoldus Judex, Liu-
„toldus de Diachim, & frater ejus Diet-
„marus, Yolcholdus, & frater ejus Fride-
„ricus, Milites ejusdem Meingoti, Hart-
„manus Haheman, hii ſunt teſtes primæ
„traditionis. Sæcundæ autem hii ſunt:
„Albertus majoris eccleſiæ Præpoſitus,
„Wilhelmus Decanus, Hocholdus ejusdem
„eccleſiæ Canonicus, Ulricus Prior S. Pe-
„tri, Heinricus m. Poppo aquilegenſis Præ-
„poſitus, Chunradus de Sulzowe, Siboto
„de Surberch, Otto de Steueningen, &
„filius ejus Otto, Otto de Goldekke, Al-
„bertus de Harshkirchen. Acta ſunt hæc
„Salzburge anno Incarnat. Dom. MCCIIII.
„Indict. VII. Anno Pontificatus noſtri IIII.
Explicit primum diploma Eberhardi II.

VI. Secundo: locum Schermowe, & alia plura unacum jure decimarum usque ad duos alveos donavit:

Secundo idem Archipræſul per ſimiles litteras, ſed nonnihil minores, & in latitudinem ſcriptas (priores enim oblongæ ſunt) donavit anno 1207. Monaſterio locum Schermowe, Achaltanbrune inter duos montes Schwarzenberge, & Campaniverperge, ſimul & locum Hirzestige cum omni jure decimarum usque ad eum terminum ubi duo alvei Stadilbach, & Glaſerbach in unum confluunt. Tenor diplomatis eſt ſequens:

† „In Nomine ſancte & individue
„Trinitatis.

„Ego Eberhardus ſancte Salzburgenſis ec-
„cleſie epiſcopus, & apoſtolice Sedis
"Legatus. †. Omnibus Chriſti fidelibus tam
"futuris, quam præſentibus perpetuam in
"Domino Salutem. Quoniam locum San-
"cti Petri ab anteceſſoribus noſtris magnifi-
"ce honoratum, munificenter decoratum
"multimodis adprobatum tenemus, pla-
"cuit nobis non impari devotione ob piam
"noſtri recordationem, & æterne merce-
"dis recompenſationem fratrum prædicti lo-
"ci peticioni paterne annuere, & in uſus
"veſtiture ipſorum de noſtris ſuperadere.
"Tradimus ergo eis, & perpetua ſtabilita-
"te firmamus cum omni utilitate locum
"Schermowe, Ahaltanbrune inter duos mon-
"tes ſcilicet Swarzenberge, & Campani-
"uerberge, ſimul & locum Hirzestige cum
"omni jure decimarum, quæ ad nos ſpe-
"ctant, usque ad eum terminum, ubi duo
"Alvei Stadilbach, & Glaſerbach in unum
"confluunt. Ut autem hæc noſtra tradi-
"tio rata, & inconvulſa permaneat, eam
"ſigilli noſtri impreſſione, & horum teſtium
"ſubſcriptione roboramus, Adilberti præ-
"poſiti majoris eccleſiæ, fratre Wernhar-
"do vice Domini adminiſtrationem tunc ha-
"bente, & ſuperſcriptos terminos præmon-
"ſtrante, Ekkehardi Decanne, Marquar-
"di de Perchaim, Chunradi, & fratris ejus
"de Ucelinge, Gerhardi peni de libinze,
"Chunradi de Libinze, Willehalmi junio-
"ris de Velturnis, Meingoz, & filii ejus
"Meingoz de Glane, Chunradi Stulz, Or-
"tolfi, Ottonis de Tækkinge, Engilberti,
"& Pingeri, Luiprami, Meingoz du Uage-
"re, Chunradi Gramil. Facta eſt autem
"hæc traditio in Salzburgenſi Urbe anno
"Incarn. Dominicæ MCCVII. indict. X. Id
"Junii, Pontificatus autem noſtri anno VIII.
"feliciter Amen †.

de Tanne!

VII. Tertio & ipse donavit unam patellam in Halle & aliam poſſeſſionem patellæ ab

Rurſus altefatus Archipræſul Eberhardus II. per litteras membraneas ſigillo pendulo roboratas anno 1210. donavit Monaſterio unam patellam in Halle, quæ Milbach dicebatur cum uſu communi, & jure lignorum foreſti, & Cathinias ferri in prædiis eccleſiæ S. Petri Abbenhowe, ſi forte quon-

anteceſſore datam confirmavit;

quoudam emerſerint; & ſimul in iisdem litteris confirmavit poſſeſſionem unius patellæ in Halle, quam ejus poſſeſſor Albertus, ſeu Adalbertus dedit Monaſterio cum communi uſu jureque lignorum foreſti, & alterius patellæ in prædio ſuo Junche, hæc tamen omnia cum certis ibi inſertis conditionibus, uti videbimus ex ſequentibus litteris:

„In nomine ſancte, & Individue Trinitatis.

„Eberhardus divina clementia favente „Salzburgenſis Archiepiſcopus Apoſto„licæ Sedis Legatus. Cum pontificalem „deceat pietatem, & noſtri revera ſit offi„cii, ut ſic transeamus per bona temporalia, „quod & eterna valeamus adipiſci, ut ea, „quæ nobiscum divina diviſit bonitas, An„teceſſorum noſtrorum piis inherentes ve„ſtigiis ſpiritualium perſonarum uſibus, nec „non pauperum Chriſti quorumlibet dignis „ſtudeamus neceſſitatibus ad promerendas „cœleſtis regni divitias impertiri. Innote„ſcant itaque tam preſentibus, quam futu„ris Chriſti fidelibus, quod loco, & con„gregationi Monachorum S. Petri in Salz„burch piam immitationem Anteceſſorum „noſtrorum, ob animarum eorundem, & „anime noſtre remedium patellam unam in „Halle, quod Milbach dicitur, cum com„muni uſu, & jure lignorum foreſti noſtri, „& Cathinias ferri in prædiis eccleſiæ ſuæ „Abbenowe, ſi forte aliquando emerſerint, „perpetua donatione contulimus. Patella, „quam ab Anteceſſore noſtro Adilberto cum „predicto jure, usque lignorum foreſti in „eodem Halle & habuerant, & quiete poſ„ſederant, & patella in prædio ſuo Vnchen, „& quidquid rite, & legitime usque ad „tempus hujus donationis adepti fuerant, „eorundem Monachorum uſibus in perpe„tuum confirmantes, hac ſane, & firmiter „annexa conditione, quod Avunculi noſtri „pie memorie Diethelmi quodam Conſtanti„enſis epiſcopi anniverſarium ſolemnem, „quamdiu nos vivimus celebratione ter in „anno peragant, videlicet quinta feria in „capite Jejunii, quinta feria infra octavam „Paſchæ, & in octava beati Andreæ. No„bis vero ab hac vita migrantibus in anni„verſarium diem noſtrum illius predicti A„vunculi noſtri memoriam commutantes, „fideliter & ſine cujuslibet levitatis impedi„mento annuam ſimul recordationem utri„usque noſtrum non ommittant in perpe„tuum celebrare. Adjicimus, & obſer„vandum inviolabiliter, quod utraque con„gregatio Monachorum, & ſanctimonia„lium, ut huic celebrationi devotius poſ„ſint intendere, in prænominatis diebus „refectione celebri conſolentur, & quod „pauperibus collectis ſiliginis modii tres, „calei 50. & cereviſia ad hec ſufficiens ero„getur. Ut autem hec noſtra traditio in o„mne ævum inconvulſa, & illæſa perma„neat, eam ſigilli noſtri impreſſione munivi„mus, cuncta ipſorum jubentes annotatio„ne ſubſcriptornm teſtium roborari, quo„rum nomina hec ſunt: Chunradus purgra„vius in Salzburch, Ekkehardus de Tane, „Otto de Goldekke, Chunradus & Ulricus „de Chalcheim, Marquardus, Gerholdus, „& Rudigerus fratres de Percheim, Heinri„cus de Uzilingin, Heinricus de Helpho„we, Chunradus de Tiſentis, Magiſter „Marquardus Plebanus ſancti Viti, Chun„radus Notarius, Ludwicus de Gretze, Ca„pellani Domini Archiepiſcopi, & alii quam „plures. Acta ſunt hec apud S. Zenonem „in Halle anno Incarnat. Dom. MCCX. in„dict. XIII. preſidente ſanctæ Romanæ Ec„cleſiæ Innocentio III. regnante Imperatore „Ottone III. (*) Pontificatus noſtri an„no X.„

Hucusque Eberhardi II. Litteræ de anno 1210. ex quibus equidem colligitur, quod noſtrum Monaſterium jam a pluribus annis habuerit duas patellas ſalinarias, ex quibus tamen una vel ob defectum ſalis, vel ob alias cauſas anno 1246. fuit caſſata, relicta tamen altera, quæ nobis ab Eberhardo II. allegato in litteris anno non ſine onere data fuit. Quandoquidem vero tempora mutantur, & utilitates, quæ antea ſperabantur, creſcentibus annis ob varia impedimenta ut plurimum ceſſare ſolent, hinc providus Abbas noſter Wolfgangus anno 1507. Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo tunc regnanti Archiepiſcopo Leonardo hanc patellam pro certa quantitate ſalis, ut ſuo tempore & loco videbimus, conſignavit, ipſe autem Anniverſarius Eberhardi II. anno 1653. ad unam Miſſam annuam auctoritate Ordinarii reductus eſt.

VIII. Quarto editis Litteris firmat antiquam noſtram ante DD. Canonicos præcedentiam;

Exſtant autem de hoc ipſo Archiepiſcopo & aliæ litteræ præter plures alias ſuo ordine adducendas, quibus anno eodem 1210. antiquam noſtram ante DD. Canonicos præcedentiam firmavit. Tenor litterarum originalium, quæ & ſigillo Archiepiſcopali munitæ ſunt, ſequens eſt:

„In Nomine ſancte, & individue Trinitatis.

„Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Ar„chiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis Lega„tus in perpetuum. Labuntur ab humana „memoria geſta, & dicta hominum ſingu„lorum, ſi non litterarum, & voce teſtium „idoneorum fuerint ſagaciter, & pruden„cius confirmata, hinc innoteſcimus omni„bus tam preſentibus, quam futuris, qua„liter Simon Abbas, & fratres eccleſie S. „Petri nobis obtulerunt quoddam privile„gium a venerabili Eberhardo, Anteceſſore „noſtro, eis datum, in quo plene contine„batur, quod idem Eberhardus ob anti„quam dignitatem eccleſie S. Petri, que „Metropolis fuit, & omnis ſalutis funda„mentum

(*) Ita quidem diploma: juxta recent. hiſt Ottone IV.

„mentum totius provincie, & multarum „gentium, a qua dignitas omnis, & ma„gnificentia cum multis etiam redditibus ad „noſtram eccleſiam proceſſit, fratribus ibi „annuentibus, eam privilegiaverit cum „conſenſu Canonicorum eccleſie S. Rhod„berti, ut in perpetuum ultimum, & di„gniorem locum in proceſſionibus noſtre ci„vitatis habere debeant, quemadmodum „ante tempus habuerunt in ſignum priſtine „dignitatis, & antiquitatis, petentes, ut „etiam id ipſum privilegium de benignitate „noſtra renovare, & confirmare dignare„mur. Nos igitur attendentes antiquiſſi„mam ejusdem loci dignitatem, & conſue„tudinem in proceſſionibus, & alias obſer„vatam, & ab antiquo introductam, Ante„ceſſorum noſtrorum piis inherendo veſti„giis, ex certa noſtra ſcientia eam ut Ma„trem venerantes antiquam, dictum privi„legium, & conſuetudinem approbamus, „renovamus, & confirmamus. Inſuper „piis moti viſceribus, ut ibidem fratres „quietius Deo famulari poſſent, peticionem „eorum admiſimus, & Cathinas ferri in „prediis eorum Abbenhowe, ſi emerſerint, „ut ſperatur, perpetua donatione contuli„mus eis in ſubſidium. Hanc ergo confir„mationem, & donationem auctoritate no„ſtra factam ſigilli noſtri robure fecimus „communiri. Nulli ergo hominum liceat „hanc paginam infringere, vel ei auſu quo„libet contrarie, qui autem contra fecerit, „ſciat ſe omnipotentis Dei indignationem, „& ſanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli „vindictam, ac noſtre excommunicationis „ſententiam promereri. Teſtes hujus rei „ſunt Chunradus Purgravius in Salzburg, „Ekkardus de Tanne, Otto de Goldekke, „Marquardus, Gerholus, & Rudigerus de „Perghaim, Henricus de Holphowe, Chun„radus Notarius, Magiſter Marquardus „Plebanus S. Viti, & alii quamplures. Da„ta ſunt hæc apud S. Zenonem in Halle an„no Incarn. Dom. MCCX. Indict. XIII. preſi„dente S. Romane eccleſiæ Innocentio III. „Regnante Imperatore Ottone III. Pontifi„catus noſtri anno X.„ (L. S.)

IX. Quinto unacum Luipoldo Duce Auſtriæ aliquam controverſiam circa terminos Parochiæ in Wietting anno 1211., & „& immortalitatis ſpes eterne retributionis „eisdem preparatur, qui ſtudent pernitio„ſas ubique lites dirimere, & dirempta ne „reviviſcant impoſterum, efficaci ſcripto„rum cautione firmaque annotatione te„ſtium roborare, & inde tam preſentium, „quam futurorum fidelium Chriſti ad noti„ciam pervenire volumus, quod, cum in„ter Symonem venerabilem Abbatem ſancti „Petri in Salzpurch, & conventum ejus„dem ex una parte, & Chunradus Pleba„nus capellæ ſancti Pauli in Hornburch ex „altera talis queſtio verteretur, videlicet „ipſo plebano conquerente, quod predictus „Abbas terminos dicte capelle irrupſerit, re„cipiendo parochianos ejusdem indebite ad „divina, & decimas ab ipſis prefate capel„le debitas contra juſtitiam exigendo. Li„cet Abbas prædictus nitetur multis rationi„bus obviare, inter cetera juſtum titulum „ſue poſſeſſionis, & longi temporis preſcri„ptionem objecit ad elidendam antedicti „Plebani propoſitam actionem. Ad hæc „pro plebano Jus commune ſecundum di„ſtinctionem terminorum facere videbatur, „preſertim, cum eccleſia S. Pauli in mino„rationem tam juris, quam rerum ledi tali„ter videtur. Nos vero unacum Alberto „venerabili prepoſito eccleſie noſtre, nec „non cum conſenſu totius capituli habito „precedentium virorum conſilio talem „transactionem dignum duximus facien„dam, ſcilicet, quod ſepe dictus plebanus „nomine eccleſie ſue renuntiavit omni actio„ni, quam habuit, & Abbatem & Conven„tum pro decimis prediorum, que Gotfri„dus pie memorie quondam de Wietting „ſancto Petro in Salzburch tradidit, & in re„ceptione hominum, qui ſunt in eisdem „prediis ad divina, acceptis propter hoc a „prefato Abbate XII. Marcis Den. frisacen„ſium probatorum, partes vero alterutre „hanc transactionem per nos, & capitulum „noſtrum factam devote ſuſcipientes pari „conniventia eam modis omnibus adproba„rent, Abbate dictam pecuniam perſolven„te. Quam ſane pecuniam memoratus ple„banus coram nobis confeſſus eſt, ſe rece„piſſe, permittentes fideliter, ut eam in ſi„gnum recompenſationis per taxatarum re„rum in ſue eccleſie utilitatem Deo dante „converteret, ne a quovis ſucceſſore ſuo in „perpetuum queſtio predictis Abbati, & „fratribus oriretur. Et ſic plebanus ſupra„dictus exceptioni non numerate pecunie „renuntiavit, & actioni, atque inſtrumen„tis, que habuit, vel habere viſus eſt ali„quatenus in predictis. Hanc ergo trans„actionem auctoritate noſtra factam ſigilli „noſtri robore fecimus communiri. Nulli „ergo hominum liceat hanc paginam no„ſtre firmitatis infringere, vel ei auſu quo„libet contraire, qui autem contra fecerit, „ſciat ſe omnipotentis Dei indignationem, „ſanctorumque Apoſtolorum Petri, & Pau„li vindictam, ac noſtre excommunicatio„nis

Vigore alterius diplomatis duplici ſigillo, uno Eberhardi II. Archiepiſcopi, Luipoldi vero Ducis Auſtriæ altero, roborati ſæpefatus Archiepiſcopus anno 1211. controverſiam quandam inter Plebanum S. Petri in Hornburk ſuper terminos Parochiæ, & convenientes Decimas Parochiæ, & Præpoſituræ in Wietting compoſuit. Plura dabit Litterarum tenor, quæ in originali exſtant:

† „In nomine ſancte, & Individue Trinitatis.

„Eberhardus divina favente clementia „ Salzburgenſis Archiepiſcopus, apo„ſtolice ſedis Legatus in perpetuum. Tem„poralis præmii corona a cunctis aquiritur,

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

„nis ſententiam promereri. Hujus rei te-
„ſtes ſunt hii, Albertus Salzburgenſis pre-
„poſitus, Albertus Decanus, Wilehelmus,
„Hermanus, Volcmarus, Gottſchalcus,
„Hoholdus canonici, Heinricus, Heideri-
„cus, Ekkehardus Monachi, Rudigerus
„de Stulvelden, Albertus de Tiuſendorf,
„Udalricus de Perchheim plebani, Ulricus
„de Tillendorf, Hermanus de Owe, & alii
„quam plures. Facta ſunt hæc anno ab In-
„carnatione Domini MCCXI. indict. XIIII.
„Pontificatus noſtri anno XII.

X. Sexto: Similem controverſiam anno 1214. & 1216. compoſuit inter Monaſterium, & Conradum Purgravium,

„Ego Luipoldus Dei gratia Dux Anſtrie,
„& Stirie ſubſcribo perpetuum conſenſum
„adhibens auctorabiliter ad predicta felici-
„ter Amen.„ (L. S.) (L. S.)

Subſequentibus annis altefatus Archi-epiſcopus Eberhardus II. tenore Litterarum patentium, quæ in oblongo ſcriptæ, & ſigillo Archiepiſcopali roboratæ ſunt, confirmavit, & compoſuit controverſiam inter Monaſterium, & Conradum Purgravium, & factam deſuper amicabilem concambiationem ſuper prædiis Sitlsdorf, & Tetlsdorf, cum 2. Molendinis, ad Süzenheim, intervenientibus ad hanc concambiationem quoque prædiis in Viecht in Pinzgowe, item quatuor locis ad Hauſperg unacum prædiis Copingen, & Chæmingen juxta caſtrum Halmenberg. Pleniorem declarationem dabunt ſequentes Litteræ in originali exſtantes:

„In nomine ſancte, & individue Trinitatis. Amen.

„*Eberhardus Dei gratia Archiepiſcopus Salzburgenſis Apoſtolice ſedis Legatus in perpetuum.*

„Ne mutabilium decurſus temporum certas cauſarum diffinitiones labenti hominum ſubducat memorie, & ex hinc controverſie ſemel deciſe novas reſurgant in „lites, prudens cautella predeceſſorum noſtrorum publicis res geſtas annotationibus comendans ſolet transmittere ſucceſſoribus. Hinc eſt, quod eorum ſequentes veſtigia fide preſentis inſtrumenti univerſorum tam preſentium, quam futurorum inculcamus memorie, qualiter dilectus filius noſter Symon Abbas totumque eccleſie S. Petri capitulum poſt longam exſpectationem in prediis, que ex teſtamentis miniſterialium eccleſie noſtre Heinrici videlicet de Sekirchen, & Meingodi de Surberg, & conjugis illius Diemudis Caſtellane ipſis fratribus competebant coram nobis & curia Jus poſſeſſionis, & proprietatis obtinuerunt. Defuncta ſiquidem prefata D., que predia tam ea, que ipſa, quam predicti Miniſteriales prefate eccleſie contulerant, usque ad obitum ſuum Jure precario ab ipſis fratribus poſſederat, cum Chunradus purcravius tunc maritus ejus litem ſuſcitaret Monachis, ipſo tandem ſe recognoſcente ex inſtrumentis Scriptorum, ex confeſſione ipſius Purcravii, & plurimorum Miniſterialium noſtrorum nobis, & curie noſtre conſtitit evidenter, quod M. caſtellanus cum ipſa D. conjuge ſua frequenti fratrum ſepedictorum querimonia vexati, predium quoddam ad Sitelinsdorf, quod multis ante temporibus quidam miniſterialis S. Ruperti Rabanus nomine ſuper altare S. Petri tradiderat, ſi illi injuſte detinuerint, tali conditione remiſerint, ſi ſine herede morerentur, in uſus fratrum poſſeſſio rediret. Aliud quoque predium Tetilinsdorf dictum, quod quidam Miniſterialis ſancti Ruperti H. de Sekirch eidem eccleſie contulerat, tali conditione remiſerunt, ut ſi ſine herede decederent, ſive non, in uſum eccleſie cederet. Preterea idem M. duo molendina juxta Sizenheim ſita S. Petro dederunt, ut poſt mortem ſuam fratribus deſervirent, & tam ille quam illa, quoadusque ipſi viverent, in teſtimonium poſſeſſionis, & proprietatis prenominatorum prediorum, & molendinorum quinque denarios annuatim eccleſiæ ſolverent, quod & fecerunt. Cum ergo, ut dictum eſt, ſupradicta D. viam univerſe carnis fuit ingreſſa, & C. purcravius, qui quartus maritus ejus fuerat, juri, quod in preſcriptis prediis ex copula matrimonii ſibi vendicare attemptaverat, coram nobis publice ad altare S. Rudperti renuntiaſſet, nos ut ipſorum fratrum ex eisdem prediis ſurgerent commoda ad inſtantem ipſius purcravii, & amicorum ſuorum petitionem tolerantie noſtre interventu, talem inter Monachos, & illum, qui tunc nec conjugem habebat, nec heredem, procuravimus tractatum, quod ipſe duas curias in Sibrechtesdorf, quas a nobis in feudo habuerat, nobis reſignaverit, & nos eas in eodem loco in manus S. Abbatis, & poſtea ſuper altare S. Petri in perpetuam tradidimus proprietatem, petentes ab ipſis fratribus, ut ipſarum curiarum, & predictorum omnium prediorum, & molendinorum ad ſolvendum annuatim cenſum XII. denariorum ſepedictus purcravius a manu Abbatis uſumfructum precario jure reciperet. Poſſeſſione proprietatis eccleſie videliter obſervata, & ipſe data fide vice Sacramenti ſe conſtrinxit, quod neque uxori, nec alicui heredi aliquid juris quocunque titulo poſſeſſiones illas liceat vendicare, & quod ipſe nullo modo vel venditione, vel infeudatione, vel obligatione debeat eas eccleſie alienare, ſed poſt obitum ipſius ad uſus Monachorum liberam redeant poſſeſſionem. Acta ſunt hec apud Salzburch anno ab incarnatione Dom. MCCXIII. indict. II. Pontificatus noſtri XIII. preſentibus ſubſcriptis teſtibus, Ottone majoris eccleſie prepoſito, Alberto Decano, Ekkardo de Tane, Chunone de Gutrath, & filio ejus Chunone, Marquardo de percheim, & fratre ejus Gerhohe, Alberto de Harsh, & fratre ejus Heinrico,

„rico Heinrico, & fratre ejus Cunrado de „Truchtleich, Chunrado, & Dietmaro de „Uagere, Chunrado & fratre Heinrico de „Zeichberch, Ortolfo milite ingenhei, Or„tolfo & Ulcmaro de Mosey, Alberto de „Nohstein, Otacharo de Matsee, Eberhar„do de Helfowe, Chunrado de Chalcheim, „Pertoldo apud S. Jacobum, Heinrico vi„ce Domino, & fratre ejus Chunrado, & „aliis quamplurimis Clericis, & Laicis pre„sentibus. Dein autem predictus Abbas; „& fratres, & ipse „ per cujus talem inter „se amicabilem cambitionem habuerunt, „quod ipse per cujus quedam predia, que „habebat in Pinzgowe, Viecht dicta, pre„fate ecclesie tradidit ea conditione, quod „Abbas consensu capituli sui quatuor loca „Prunstetten, Andinmoze, Zedenwerchliv„ten, Zehorbruke dicta juxta Hunsperch (*) „sita, ipsi purcravio precario jure conces„sit. Quod tam de illis, quam de supra„dictis prediis annuatim in die S. Ruperti „in autumpno XXIIII. denarios solvat in „testimonium proprietatis. Ecclesia autem „purcravo pro usuum fructu, quem in Viecht „habere debebat, novem talenta, quous„que ipse vixerit, debet annuatim in die S. „Martini persolvere, quorum unum in cen„sum duorum prediorum, que Copingen, „& Chemeringen sunt dicta, juxta castrum „ejus Haldenberck sita, que jure censuali „ab aliis tenet, debet habere. Alia vero „octo, ut dictum est, in die S. Martini te„netur illi solvere, & ne eorundem talen„torum traditione aliquando gravaretur, „tres curias suas apud Mosenheim consti„tuerunt ei in pignore, tali pacto, quod „servicium de illis usque in prefatum diem „sancti Martini non recipiant, ut si forte „eodem die talenta non solverint, ipse de „servitio predictarum curiarum, quantum „sufficit pro eis recipiat. Preterea per tra„ditionem Viecht predictus Abbas, & fra„tres, in recompensationem omni juri suo „in Sitelinsdorf, renuntiaverunt, & tam „ipsi, quam ipse totum hoc factum privile„gio nostro confirmari rogaverunt, quia „post mortem ipsius illa talenta ulterius non „tenentur alicui reddere, sed Viechte, & „Sibrehtesdorf, & Tetilinsdorf, & predi„cta molendina, & prenominata juxta Huns„berch quatuor loca, & Copingen, & Che„merigen, sicut conventum est ab eis, quie„te debent possidere. Acta sunt hec anno „ab Incarnatione Domini MCCXVI. In„dict. IIII. Pontif. nostri anno XVI. testes „sunt Rudolfus de Wispach, Eberhardus „de Helpowe, Heinricus vice Dominus, „Gerungus de Hunsberch, Dietricus de „Uagere, Chunradus Mornœre, Frideri„cus Cophelman, Dietmarus, & frater ejus „Arbo, Chunradus de Hutich, Chunradus „de Pabingen, aliique quamplures".

Hucusque prolixum diploma Eberhardi II. de annis 1214. & 1216.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

Per litteras breviores æquali sigillo munitas Idem Archipræsul tradit Monasterio quædam prædia Chunradi Purgravii, scilicet houbam in Alochingen cum decima, houbam Glan, houbam cum molendino in Holzhausen, & dimidiam houbam in Waltpichl, item Schwaiga in Chrunpychten, quartam partem houbæ in Rosensteine Salvelden, integram houbam in Senzingen cum certo concambio inter Monasterium & prædictum purgraviun celebrato. Tenor litterarum sequens est:

XI. Septimo tradit quædam prædia ejusdem Conradi Purcravii cum certo concambio inter ipsum, & Monasterium.

†„In nomine sancte, & individue Tri„nitatis. Ego Eberhardus Dei gratia Salz„burgensis ecclesie Archiepiscopus aposto„lice sedis Legatus omnibus Christi fidelibus „in perpetuum.

„Quia negotiorum fines dubii sunt, & „contractuum fides incerta, ut instrumento„rum fides imposterum solempniter repre„sentet, quod in presenti bona fide geritur, „noverint tam presentes, quam futuri, quod „Dominus Chunradus Purgravius ecclesie „nostre ministerial s quorumdam prediorum „Monasterii S. Petri hoube videlicet in Alo„chingen cum decima, hoube in glan, hoube „cum molendino in Holzhusen, & dimidie „houba in Waltnpichl usumfructum quasi „emfiteotico jure temporibus vite sue ab „Abbate ejusdem Monasterii de consensu „totius capituli sui receperit, quibusdam „prediis in Gleme, Schwaiga videlicet in „chrumphsuchten, & quarta parte hoube „in Reesensteine Salvelden, integra houba „in Lenzingen, que a nobis in feudum ha„buit, pure, & solempniter, & plenissime „tradidimus, hoc etiam de consensu, & „voluntate sua adjecto, ut, quia tunc tem„poris sine heredibus vixit, sive ipsum hæ„redem, vel heredes habere contingeret, „vel sine heredibus decederet, tam iplorum „predia, de quibus usumfructum recepit, „quam illa, quæ in feudum habent, ut di„ctum est, nobis resignavit, eo mortuo ad „Monasterium S. Petri plenissimo jure spe„ctarent, concambio unius predii alterius „videlicet dimidie hoube in Holzhusen, que „castro Niwenvelle proxima est, inter ipsos „pure celebrato suo robore duraturo. Da„tum Salzpurge anno ab incarnat. Domini „MCCXXII. Indictione X. anno Pontifica„tus nostri XXII. Testes Dominus Rudige„rus Chimensis episcopus, Dominus Ber„nardus Frisacensis præpositus, Dominus „Chunradus plebanus de Muldorf, Domi„nus Waltherus plebanus de Ruthe, Do„minus Eberhardus de Livenekke, Domi„nus Wernherus Sororius Domini Archiepi„scopi, Dominus Albertus, & frater ejus „Heinricus de Hohsteine, Dominus Ger„hardus de Percheim, Dominus Heinricus „quondam vice Dominus, Dominus Chun„radus Murnere, & Dominus Ulricus frater „ejus, Dominus Siboto Dapifer Purcravii, „Dominus Chunradus de Elchingen, Do„minus

(*) Haunsperg.

„minus Volchmarus de Moſen, Dominus „Iſingrinus, Dominus Walchunus de Trab„garten, Dominus Rapoto, Chunradus „Tiſingus, & alii multi". (L.S.)

XII. Octavo cum conſenſu capituli tradidit Sylvam ad fluvium Goſach anno 1231.

Denique anno 1231. ſub hoc adhuc Abbate Simone I. veroſimilius, qui hoc anno, vel, ut quidam volunt, reſignavit, vel mortuus eſt, idem Archiepiſcopus Eberhardus II. cum conſenſu capituli, & Miniſterialium Sylvam quandam ad fluvium Goſach terminis ejusdem expreſſis cum omni uſu, qui in ea ſumptibus & culturis Monaſterii poteeit impoſterum procurari, donavit. Dedit etiam licentiam fabricandi eccleſias in eisdem poſſeſſionibus, ſalvo tamen jure Matricis eccleſiæ in Appanowe, item partem illius decimæ, quæ ad Archiepiſcopatum pertinebat. Adſunt & litteræ Archiepiſcopales, & Capituli Metropolitici, quarum tenorem ſuo ordine ſubuectimus.

„In nomine ſancte, & individue „Trinitatis.

„*Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Ar„chiepiſcopus, apoſtolice Sedis Legatus in „perpetuum.*

„Etſi univerſis eccleſiis, & Monaſteriis „noſtræ diœceſis ex officio cure paſto„ralis tam in redditibus ampliandis, quam „in cultu religionis augendo teneamur com„muniter debitores. Specialius tamen id „debitum preſtare nos ei convenit eccleſie, „a qua in Salzburgenſi Metropoli tanquam „matre cetera Monaſteria Religionis exor„dium aſſumpſerunt, tantoque ea plus, & „præ aliis meruit honorari, quanto & prior „habetur & major. Preſenti igitur ſcripto „noverint univerſi, quod nos defectibus, „quos ex malitia temporis, & hominum „jam ſuſtinet multiplices eccleſia S. Petri in „Salzbure, ſuccurrere cupientes in par:e: „de conſenſu Capituli, & Miniſterialium no„ſtrorum in ſubſidium prebende ſue contu„limus quandam ſylvam, quam ad tollen„dam cujusque calumpnie materiam, quæ „in futurum oriri poſſet certis limitibus du„ximus exprimendam. Termini Silve ſunt „in longum a Goſærſe usque ad locum, qui „dicitur hirzuurta in utroque latere flumi„nis Goſach. Termini in lacum a cacumi„ne montis haidekke usque ad l mites du„cis Stirie, & usque ad montes, oritur tor„rens Riezze, & decurrit in gurgite fluvii „Goſach, qui gurges dicitur hyrzuurth. „Dedimus quoque ſilvam eandem cum o„mni uſu, qui in ea curis, & culturis pre„dicti Monaſterii poterit impoſterum pro„curari. Decimas quoque noſtræ partis „Monaſterio indulſimus ſupradicto, conven„tus vero prædicti Monaſterii iſtius dona„tionis reſpectu Anniverſarium Domini Die„thalmi epiſcopi conſtantienſis pie memo„rie, quousque nos viximus, celebravit, „quod tamen nobis de hoc ſæculo eductis, „in memoriam nominis noſtri ſolempniter „commutabit. Ut ergo hæc omnia firma „permaneant in futurum, præſentem pa„ginam ſuper his conſcriptam ſigillo noſtro „mandavimus roborari. Teſtes hii ſunt, „Dominus Rudigerus epiſcopus Kyem: „Magiſter Heinricus Prepoſitus Solienſis, „Waltherus de Ruth, Wernherus comes de „Tierſtain, Plebanus de Hus, Pabo, Ar„noldus, Guntherus, Jacobus Capellani, „Ekkehardus de Tonne, Chunradus de Kal„heim, Gerhohus & Rudigerus de Ber„chaim de Prunningen, Heinricus vice Do„minus, Heinricus de Trudelich, Ulricus de Wispach, Chunradus Bannicher, & alii „quam plures. Acta ſunt hec anno Do„mini MCCXXXI. Indict. IIII. datum per „manum Magiſtri Heinrici Notarii Non. „April. (L.S.)

Ita ſonant litteræ Archiepiſcopales; ſequuntur breviſſimæ litteræ in originali exſtantes, per quas Metropoliticum Capitulum ad hanc donationem conſenſum dedit:

„Reverendo Domino, & Patri in Chriſto „Eberhardo Salzburgenſi Archiepi„ſcopo Apoſtolicæ Sedis legato Albertus „Dei gratia præpoſitus, Chuno Decanus, „totumque Capitulum Salzburg: eccleſiæ „obedientiam, & orationes in Domino. Di„lecti fratres de ſancto Petro nobis ſignifi„caverunt, quod vos ſilvam juxta fluvium „Goſach hactenus ad nos ſpectantem ipſis „pro remedio animæ noſtræ contuliſtis, quod „& nos prepoſitus atque Decanus intelle„ximus preſentes. Verum poſtularunt uni„verſitatis noſtræ conſenſum adhiberi. Nos „vero rationis via præmonente munificentiæ „veſtræ grato concurrentes aſſenſu preſens „Scriptum ſigillo noſtro in teſtimonium man„davimus communiri. (L.S.)

Omnes iſtæ Litteræ Archiepiſcopales, eſt iſtæ ultimæ capitulares exſtant apud nos in Originali in Armario 50. Archivii noſtri ſub N. 1.

XIII. Sub hoc Abbate etiam fuit compoſita quædam controverſia in cauſa Decimarum cum Plebano Viennenſi,

Præter hæc Ducalia, & Archiepiſcopalia diplomata exſtant adhuc pauca quædam originalia inſtrumenta, quæ ad abbatiale regimen ſpectant Simonis I. & quidem vigore quadruplicis inſtrumenti membranei (ex quibus præcipuum, & reliqua continens allegatur) compoſita fuit aliqua controverſia inter dictum Abbatem, & Plebanum Vienenſem ratione Decimarum in Parochia noſtra Dornbacenſi. Litteræ emmanarunt anno 1226. authoritate Gebhardi Epiſcopi Patavienſis, quæ ſunt hujus tenoris, & in originali exſtant ſigillo pendulo epiſcopali munitæ.

„In Nomine Patris, & Filii, & Spi„ritus Sancti.

„Ego Gebhardus Dei gratia Patavienſis „eccleſie epiſcopus omnibus preſen„tem paginam inſpecturis in perpetuum. „Quia nonnunquam hominum Machina„mentis, & dierum noſtrorum malitia de„ducuntur in judicium, que jure pleniſſimo „vallata

„vallata ſubſiſtunt, ne litium laboribus, & „expenſis Deo militantium præpediatur „tranquillitas, partes noſtras interponi jus „ſuadet, & equitas, & judiciaria poſtulat „auctoritas. Hinc eſt, quod queſtione ſub„orta ſuper capella Dornbach cum ſuis per„tinentiis coram judicibus a ſede apoſtolica „delegatis inter Dominum Heinricum Ple„banum Wienenſem ex una parte, & Do„minum Symonem Abbatem S. Petri in „Salzburch & ſuum conventum ex altera, „arbitrium, per venerabiles in Chriſto per„ſonas Wezelinum Abbatem Gottwicen„ſem, Bertholdum in Biwern Abbatem, „Ulricum S. Nicolai prepoſitum, Chunra„dum de Ruſſepach, & Magiſtrum Alber„tum Plebanum de Straninsdorf, ſicut in „ipſos tanquam in arbitros ſuit compromiſ„ſum, publice prolatum, & a partibus ſine „contradictione receptum, & de verbo ad „verbum hiç ſubnotatum ſolempniter con„firmamus, & auctoritatem noſtram illis „per omnia impertimur. Hic autem eſt „forma & tenor arbitrii: De predio Mona„ſterii S. Petri Salzburch, quod habet in „Dornbach, Plebanus Wiennenſis non exi„gat decimas prediales, nec de cultis, neç „de colendis, nec majores, nec minores, „ſed tantum a populo ejusdem loci percipiet „denarios decimales; ſi vero Monaſterium „predictum terras aliquas circa locum ſu„pradictum quocunque titulo aquiſierit, de „illo ſolvet Plebano decimas, ut tenetur, „Plebanus Wiennenſis habebit ſervitium in „populo loci predicti, ſed correctionem ejus„dem relinquat Sacerdoti ibidem miniſtran„ti; in Vigilia Aſcenſionis populus de Dorn„bach, ſive poſſit habere cereum, ſive non, „majorem eccleſiam Wiennenſem proceſ„ſionaliter annis ſingulis viſitabit. Abbas „vero Monaſterii predicti in recompenſatio„tionem omnium predictorum contulit ec„leſie Martici Wiennenſi poſſeſſiones quas„dam ſitas in Alſe reddentes ſingulis annis „libram unam Wiennenſis Monete, ſeptem „denariis minus. Filii Chrigelarii Hein„ricus, & Chunradus tenentur ſolvere o„ctoginta denarios, & unum Plebano Wien„nenſi, qui pro tempore fuerit: de quadam „vinea in Alſe Hugo de Alſe 47. denarios „perſolvere tenetur, de agro quodam in „Alſe Wido 45. denarios, de quadam curia „in Alſare Strazze, Arnoldus henel 60. de„narios de vinea, & arca in Alſe, poſt ipſos „vero Succeſſores eorum predictam ſum„mam ſolvere tenebuntur ſingulis annis. „Ut autem hec noſtra auctoritas, & confir„matio ſolenniori, & firmiori jure nitatur, „impoſterum Domino Abbati S. Petri in „Salzburc in dicta capella Dornbach tam in „ſpiritualibus quem in temporalibus libe„ram aminiſtrandi per Sacerdotis perſonam „concedimus auctoritatem, nullo jure ex„cepto, vel excipiendo, preterea, que in „arbitrio poſita ſunt; ſed & hanc gratiam „Monaſterio collatam per privilegium pie „recordationis Domini Chunradi Patavien„ſis epiſcopi anteceſſoris noſtri cognovimus „manifeſte. Et ne quis contra preſentem „paginam poſſit venire, noſtri Sigilli ap„penſione robur accepit. Acta ſunt hec „anno Incarnat. Dom. MCCXXVI. Indict. „IIII. preſentibus teſtibus. Sunt autem hic: „Hainericus Patavienſis eccleſie Prepoſitus, „Gotfridus ibidem Canonicus, & Archi„presbiter, Wezilo Abbas Chotewicenſis, „Bertholdus Abbas Bureun, Ulricus pre„poſitus S. Nicolai, Chunradus Plebanus „de Ruſſebach, Magiſter Albertus Plebanus „de Stranisdorf, Magiſter Werhardus Ple„banus de Sinzendorf, Magiſter Chraſto, „Magiſter Ivo, Chunradus Monachus, & „alli quam plures. Datum apud Wiennam „in domo Plebani, & eo preſente anno Pon„tificatus noſtri Vo. XII. Kal. Octob".

XIV. Nec non illa jam ſæpius mota lis cum Admontenſibus propter vallem Admunta.

Tandem prædictus Abbas noſter Simon I. memorabilem illam litem jam ſæpius ab Anteceſſoribus ſuis cum inclyto Monaſterio Admontenſi propter Vallem Admunta motam anno 1229. amicabiliter compoſuit, & finiit. Ut autem de hac controverſia Lector, plenam habeat informationem, ſciendum eſt, & quaſi ex præmiſſis repetendum, quod jam ſub Chunrado I. Archiepiſcopo inter duo Monaſteria Admontenſe nimirum, & noſtrum S. Petri ſub Gotefrido hujus nominis I. Abbate Admontenſi (qui ab anno 1137. usque annum 1165. optime rexit dictum cœnobium) & Balderico Abbate ad S. Petrum non modica orta fuerit controverſia: Baldericus enim Abbas noſter impetebat Godefridum Abbatem Admontenſem, quod quædam bona, præcipue prædium Admunda dictum poſſideret, quod tamen ſanctus Imperator Henricus ea ratione S. Hartwico Archiepiſcopo donaverat, ut tantum ad dies vitæ uſumfructum haberet, poſt mortem vero ad Monaſterium S. Petri devolveretur, uti clare habetur in Litteris donationis de anno 1005. De S. Henrico, quas litteras ex orginali deſcripſimus in vita Titonis Abbatis n. VI. quo lectores remittimus. Aſt mortuo Hartwico Archiepiſcopo hoc prædium Admunta ſucceſſores Archiepiſcopi partim ſuis uſibus applicare, partim Monaſterio Admontenſi donaverunt, prout ipſe Chunradus I. Archiepiſcopus in ſuo inſtrumento fatetur. Qua de cauſa Abbas noſter Baldericus apud Chunradum Archiepiſcopum querelam depoſuit, qua tandem effecit, ut Conradus Monaſterio S. Petri alia bona pro illo prædio contulerit, prout ex inſtrumento ipſius Conradi videri poteſt, quod nos per extenſum dedimus in vita Abbatis Balderici n. VIII. circa finem: in quo inſtrumento clauſula inſerta eſt, quod Conradus Archiepiſcopus horum bonorum donatione tantum voluerit ſatisfacere pro illa parte prædii Admunta, quæ in pertinentia reddituum Archiepiſcopalium inveniebatur, ita enim ſonant verba in inſtrumento originali, *pro parte*

te illa, quam in pertinentia noſtrorum reddituum invenimus &c. id eſt, quam ſibi reſervarunt Archiepiſcopi, & ſuis uſibus applicarunt. Ex qua proinde clauſula exorta fuit apud poſteros nova controverſia, & quidem Henricus I. Abbatis noſter, & immediatus ſucceſſor noſtri Abbas Walderici litem incepit circa annum 1150. ſub Archiepiſcopo Eberhardo I., qui tamen (uti legimus in MSto WW. ſeu Chronico Admontenſi a ſolertiſſimo Domino Amando Abbate noſtro propria manu anno 1667. conſcripto) per litteras (quæ tamen ex originali nobis cognitæ non ſunt, ſed ibidem in cit. MSto ſub Godefrido I. Abbate Admontenſi L. 2. cap. 2. §. 9. pag. 61. in copia allegantur, & anno non expreſſo emanarunt) rurſus illa, quæ viri religioſi, & ſancti Monaſterio Admontenſi in eadem valle ex devotione contulerunt, eadem devotione Deo, & S. Blaſio contulit, ſicque rurſus hæc lis ſub Eberhardo I. Archiepiſcopo a Henrico I. Abbate noſtro reſuſcitata, fuit ſopita ad tempus.

XV. Ab ipſo Simonel. equidem anno 1211. contra Godefridum II. Abbatem Admontenſem reſuſcitata,

Aſt, quia fomes litis propter inſertam clauſulam in litteris Chunradi I. *pro parte illa, quam in pertinentia noſtrorum reddituum invenimus*, nondum erat extincta, hinc poſt annos quinquaginta rurſus Monaſterium S. Petri eandem crambem ſuscitavit, cum putaret pro illa parte prædii Admunt, quæ Monaſterio Admontenſi donata fuerat, debere fieri compenſationem. Quæ ſane controverſia anno 1211., dum Simon I. Abbas noſtro, & Godefridus II. Admontenſi Monaſterio præfuit, cum alia lite, quæ circa prædium Mukernau inter utrumque Monaſterium orta fuit, ad ſedem Romanam pervenit, ad quam controverſiam tollendam a Romano Pontifice Innocentio III. delegati ſunt Abbas Raittenhaslacenſis, & Decanus eccleſiæ Metropolitanæ Salisburgenſis tanquam judices, & Arbitri, qui etiam poſt cognitam Cauſam ſuper omnibus, quæ in cauſa acta fuerunt, inſtrumentum confecere hujus tenoris.

„(*) B. Dei gratia Abbas in Raitenhaslach, (**) A. Salisburgenſis eccleſiæ Decanus Judices a Sede apoſtolica delegati, „omnibus Deum timentibus, ad quos Litteræ iſtæ pervenerint, orationes in Domino. Cauſam quæ vertitur inter Monaſterium S. Petri in Salzburch ex una parte, „& Capitulum Admuntenſe ex altera, ſuper poſſeſſionibus Agmunt, & Mukernowe, ſicut in mandatis a ſummo Pontifice „accepimus, ſine debito terminare cupientes, partes peremptorie apud Chuchel in „octava omnium Sanctorum ad judicium „evocavimus. Quo cum accelliſſemus, Abbate S. Petri in Salzpurch coram nobis „comparente, & juſtitiam ſibi de ſua querela inſtanter fieri poſtulante, pro abſentia partis alterius, prædictum Abbatem „S. Petri, habito ſuper hoc prudentium conſilio in poſſeſſionem petitam cauſa rei ſervandæ mittendum eſſe decrevimus. Dominus autem neſter Archiepiſcopus Salzeburgenſis, tranquilitati utriusque eccleſiæ, ſicut decuit, volens intendere, ad „inſtantiam cujusdam fratris Agmuntenſis „Magiſtri Heinrici, qui ſe pro procuratore „ipſius negotii tunc gerebat, noſtrum diſferri proceſſum cum conſenſu partium diligenter expetebat, & obtinuit ſub hac forma, videlicet ut Capitulum S. Petri omni „jure, quod tunc habere videbatur, usque „ad Pentecoſten proximum omiſſo, finem „cauſæ ſuæ ſive per amicabilem compoſitionem, ſive per transactionem utrique „parti placitam ab ipſo Domino Archiepiſcopo expectaret, ita, quod ſi competentem finem nogatium taliter infra predictum „terminum non ſortiretur, cauſa in ſtatura, „quo fuit tempore iſtius Pactionis revocata, jure quoad tempus uti Monaſterium „S. Petri omiſerat, ſicut prius uteretur. Et „nos officium noſtrum, ſicut nobis injunctum accepimus, absque impedimento „alicujus deinceps libere exequemur. Pactioni præterea fuit inſertum, quod, ſi „aliquas literas Capitulum agmuntenſe „medio tempore noſtræ commiſſioni obvias „a ſede Romana impetraret, omnino viribus carere judicarentur. Hoc adjuncto, „firmiter promiſſo, quod Dominus noſter „Archiepiſcopus ſæpe dictum Monaſterium „S. Petri in prædicto negotio indebite nullatenus moleſtare deberet. Acta ſunt hæc, anno ab Incarnatione Domini MCCXI. In„dict. XIV. Id. Novembr. in civitate Salzburgenſi in Capitulo majoris eccleſiæ, pre„ſentibus nobis, & Wilhelmo ipſius eccleſiæ canonico, præſente etiam Abbate S. „Petri, & fratribus ſuis, Heinrico hoſpitalario, Friderico Camerario, Haidenrico, Cratone, Heinrico Biburgenſe, Ar„noldo, & Alberto Monachis in Raittenhaslach, item Magiſtro Heinrico Procu„ratore Capituli Agmuntenſis".

Hucusque inſtrumentum judicii delegati, quod equidem in originali ante oculos noſtros hactenus non apparuit, ſed deſcripſimus partim ex MS. cit. WW. L. 2. c. 2. §. 9. pag. 65 partim ex vetuſto codice non quidem penitus Synchrono, ſed anno 1280. ſcripto, ſeu MS. membraneo ſub ſigno P. jam ſæpius citato n. 158.

XVI. Sed tandem ab eodem anno 1229. cum Wichbotone Abbate Admontenſi amicabiliter compoſita.

Ita rurſus ad tempus quievit hæc controverſia, quid autem in ea actum usque ad annum 1229. neſcitur. Interea Godefridus II. Abbas Admontenſis mortuus, & Wichbotto Succeſſor eſt declaratus, ſub quo recrudeſcente actione tandem faſtidioſo certamini finis impoſitus eſt ſub eodem prædicto noſtro Simone Abbate S. Petri, eo nimirum tenore, & ratione, quam inſtrumentum deſuper confectum demonſtrat, quod ita ſonat:

„Noverint tam præſentes, quam futuri, „quod

(*) Bertholdus. (**) Albertus.

„quod nos Simon Dei gratia S. Petri in Salz-
„burch, & Wichpoto Admontenſis Mona-
„ſterii Abbates de conſenſu utriusque ca-
„pituli noſtri Controverſiam, quæ multis
„inter nos agitata ſumptibus, & laboribus
„ſuper prædio Mokernowe tempore non
„modico fluctuavit, ipſo inſpirante, qui fa-
„cit utraque unum, ſola charitatis median-
„te ſcintilla, quæ jam rigorem algoris con-
„ceperat, intemperie interpoſita aquilonis
„fraterna, & tali decidimus compoſitione:
„ut nos ſcilicet Abbas, & Conventus Ad-
„montenſis per ſolutionem 50. librarum
„Salzburgenſis Monetæ, quas Abbati, &
„Conventui S. Petri tradidimus, ſumptuum,
„& laborum gravedinem ſorique ſtrepitum,
„monaſticam diſtemperantem quietem, vi-
„tando redimeremus, hoc nihilominus ad-
„jecto, ut idem prædium penes Monaſte-
„ſterium Admuntenſe ſine omni quæſtione
„permaneat, nulla teſtium vel inſtrumen-
„torum probatione ſuffragantibus, contra
„hanc compoſitionis, vel transactionis for-
„mam venire attentantibus. Inſuper cum
„prædium Admunta dictum in comitatu
„quondam Adalberonis comitis in pago
„Enſitala ſitum cum omnibus appenditiis,
„& utilitatibus eidem prædio adjacentibus,
„cum patellis ſcilicet, patellariisque locis,
„& cum familia utriusque ſexus, ſicut pri-
„vilegium Heinrici Regis videtur exprimere,
„per ſedis apoſtolicæ auctoritatem quaſi de-
„duceretur in judicium ex parte Abbatis S.
„Petri, & conventus contra Monaſterium
„Admontenſe, ſano illius uſi conſilio, qui
„corda ſcrutatur, conſcientiarumque mede-
„tur lanquores temporis antiquitatem, poſ-
„ſeſſionis cauſam, fidemque conſcientiam
„non redarguentem, inſuper rem quando-
„que ſuper hoc judicatam intelligentes,
„omni actioni, omni probationi teſtium, In-
„ſtrumentorum, Privilegiorum habitorum,
„vel quæ cujuslibet induſtria poſſent con-
„queri in perpetuum, publice renuntiarunt,
„& ſimpliciter, pacto de dando vel retinen-
„do nullo interveniente. Ne autem hæc
„noſtræ feliciſſimæ reconciliationis, com-
„poſitionis, ſeu transactionis, nec non ſo-
„lennis, & publicæ recognitionis memoria
„venire valeant in dubium, temporis vel
„hominum malitia ſuggerente, ad facien-
„dam fidem pleniſſimam noſtris ſigillis pre-
„ſentem paginam fecimus conſigniri. Hujus
„rei teſtes ſunt Heinricus de Biburg, Fri-
„dericus Hoſpitalarius, fratres Monaſterii
„S. Petri, Bernardus præpoſitus Frieſa-
„cenſis, Magiſter Ivo Plebanus Hallinen-
„ſis, Gundakarus Prior totusque Conven-
„tus Admontenſis Monaſterii, Otto cogno-
„minatus Barba, Chunradus Glaz, Adil-
„bertus coquinæ officialis, Wernherus
„Chume, Otto de Gazendorf, Henricus
„Baier, hi Admontenſis Monaſterii fa-
„miliares interfuerunt, & alii quam plu-
„res. Acta ſunt hæc anno Incarn. Domini
„MCCXXVIII. Indict. II. data Admunde
„XV. Kalend. Febr. feliciter Amen".

Hoc Inſtrumentum in originali aſſervari apud nos teſtabatur ſuo tempore DD. Amandus Abbas in cit. MS. WW. l. cit. pag. 67. Nos quidem illud in originali non vidimus, aſt fidem facit non tantum allegatus Dominus Auctor, verum etiam codex membraneus P. ubi hoc inſtrumentum n. 157. de verbo ad verbum legitur. Itaque tali modo finita eſt hæc odioſa controverſia, quæ inter Admontenſe, & noſtrum Monaſterium non modicam averſionem cauſavit, uti & inutiles ſumptus, quia ultra quinquaginta annos duravit. Porro, ut Monaſterium S. Petri, ait cit. D. Amandus Abbas l. c. eo fortius, & conſtantius obſervaret contractum, & compoſitionem prædictam, obligavit ſe Simon Abbas noſter cum Conventu ſuo ad ſolvendum 300. libras Salisburgenſis Monetæ, ſi contravenirent per ſpeciales Litteras, quæ habentur in Libr. 3. MS. Admont. n. 147. hoc tenore:

„Ego Simon Abbas S. Petri in Salzpurch
„cum ſui Univerſitate Capituli preſentem
„paginam inſpecturis in perpetuum. Ne
„momentum aliquod temporis novum ſta-
„tum repreſentans vel pronitas in malum
„ætatis humanæ aliquod adinvenire valeat
„machinamentum, ſuper controverſiis ami-
„cabiliter Deique timore præeunte ſopitis,
„pœnam geſtis apponi noſtrorum temporum
„ſuadet neceſſitas. Noverint itaque præ-
„ſentes, & futuri, quod ad pœnam trecen-
„tarum librarum Salzburgenſis monetæ
„nos, & Monaſterium noſtrum Abbati, &
„conventui Monaſterii Admontenſis obliga-
„mus, ſi contra compoſitionis formam ſuper
„prædiis Mukernowe, Admunde, patellis,
„patellariisque præhabitam, prout tenor in-
„ſtrumenti ſuper hoc confecti declarat, nos,
„vel aliquem Succeſſorum noſtrorum veni-
„re contigerit, Capituli noſtri Sigillum præ-
„ſenti paginæ appendentes, ut fidem tem-
„pore opportuno noſtris generare valeat
„ſucceſſoribus. Datum apud Admund an-
„no Incarnat. Domini MCCXXIX. Indict.
XI. Kal. Febr".

Hæc leguntur in dicto MS. WW. originale autem hujus obligationis apud nos non exſtat. Atque hæc de Simone I. dicta ſufficiant, de quo aliqua MSs. referunt, quod ante mortem Abbatiam reſignaverit, quædam autem, quod anno 1231. vel anno 1232. eandem non niſi cum morte finierit.

BERTHOLDUS,

ABBAS XL. PRIMUS INFULATUS.

AB ANNO 1231. USQUE AD ANNUM 1242.

XL.

I. Bertholdus in Monasterio Michelbruano professus, sed ibidem non Abbas,

Trium vel saltem duorum Monasteriorum successive Abbatem in uno sistimus Bertholdo: Primum religiosæ professionis locum obtinuisse in Monasterio ad S. Michaelem Buræ huiatis Provinciæ, & Diœcesis verosimile est, & fidem facit Catalogus Abbatum Admontensium in historia Salisburgensi pag. 1197. ubi Bertholdus legitur in ordine XXmus Abbas his verbis: „Bertholdus Buræ Abbas ob sin„gularem doctrinam postulatus in Abbatem „S. Petri Salisburgi". Id insuper testatur Chronicon MS. Admontense apud nos exstans sub signo WW. & sæpius jam a nobis citatum, cujus sedulus collector fuit post medium elapsi Sæculi Dominus Abbas noster Amandus. An vero etiam *Abbas* in Monasterio ad S. Michaelem Buræ fuerit idem hic Bertholdus, de quo hic agimus, ut plurimum & merito dubitamus. Contrarium enim nos persuadet Catalogus Abbatum Monasterii in Beurn in hist. Salisb. pag. 1184. allegatus, ibi enim in ordine Abbatum VIIIus unus quidem legitur Bertholdus his verbis: „Anno 1217. octavus „Bertholdus sub hujus regimine Gebhardus „episcopus Pataviensis donationem Ober„sulzensem a matre Itta factam confirma„vit: eamque decimis, jure altaris, insti„tuendi, & investiendi Sacerdotem auxit. „Idem Abbas anno 1224. Calendis Decem„bris vicinam Monasterio ecclesiam in Dorf„beuern ab Archiepiscopo Salisburgensi E„berhardo obtinuit. Mortuus est anno 1241". Ita catalogus: quapropter, cum in hoc nulla prorsus mentio fiat de hoc Abbate, quod fuerit petitus pro Abbate in Admont, neque successive pro Abbate ad S. Petrum, sed potius multa recensentur merita, post quæ obiit anno 1241., cum tamen Abbas noster Bertholdus, prout dicemus, anno primum sequenti vitam in nostro Monasterio finierit, hinc plane nonnisi ob nominis similitudinem, & aliqualem Chronologiæ coincidentiam hoc asseritur, ut adeo longe alius fuerit Betholdus, qui, si etiam Buræ

ad

ad S. Michaelem fuisset professus, ad Monasterium Admontense, & postea ad nostrum pro Abbate fuit postulatus.

II. Pro Abbate primum anno incerto ad Monasterium Admontense.

Fuisse autem Bertholdum nostrum prius Abbatem Admontensem conveniunt pleraque MSta antiqua, & recentiora, quamvis legatur in aliquibus fuisse tantum Priorem Admontensem. Ast majori præ cœteris fide dignum est MS. Chronicon Admontense supra citatum WW. ubi in ordine Abbatum Admontensium pag. 101. §. 24. sequentia scribit hujus Chronici Collector: „Bertholdus primus, Abbas Admontensis „vigesimus, Buræ professus, & Abbas post „Iodocum postulatur in Abbatem Admonten„sem ob insignem doctrinam, fuit enim Ar„tium Magister, & in liberalibus disciplinis multum eruditus. De anno quo po„stulatus est, dubium est, cum enim MS. „L. 3. Iodocum ommittat, immediate vult „hunc Bertholdum successisse Wichpotoni „anno 1229. At vero Liber primus post „Wichpotonem Iodoco tribuit sesqui annum, „atque adeo vult Bertholdum successisse I„odoco anno 1231. & sequenti anno 1232. „postulatum fuisse a Monachis S. Petri Sa„lisburgum; quod tamen nostris Petrensi„bus antiquitatibus non omnino concordat, „exstat enim in Archivio nostro instrumen„tum Eberhardi II. Archiepiscopi ad hunc „Bertholdum jam Abbatem S. Petri anno „1231. Nonis Aprilis datum, uti videre est „in Cathalogo Abbatum nostrorum sub hoc „Bertholdo n. 40. Necesse ergo est, Ber„tholdum anno 1231. ante mensem Apri„lem fuisse postulatum ad S. Petrum. Qua„re dicendum, non diu profuisse hunc Ber„tholdum Admontensi Monasterio. Rexit „Abbatiam S. Petri 11. annis, & mortuus „est anno 1242. quem MS. L. 1. vocat virum „ingenii sagacissimi, & omni laude dignum". Hucusque MS. WW. Ast nobis vix non verosimilius videtur, Bertholdum venisse ad S. Petrum anno primum 1232. nam ex iustrumento allegato Eberhardi II. quod nos jam in vita Simonis I. citavimus n. XII. nec vestigium apparet, quod illo tempore jam Abbas fuerit Bertholdus, neque etiam annus 1231. ex bulla Pontificia Gregorii IX. SS. Pontificis (qui sedit ab anno 1227. usque ad annum 1242.) colligi potest, quod hic fuerit annus collatæ infulæ, imo neque nomen Abbatis Bertholdi exprimitur; quia tamen omnia nostra MSta antiquiora & recentiora pro initio regiminis Bertholdi statuunt annum 1231 quo pariter anno infulam obtinuisse creditur, hinc in re tam incerta, quæ unius tantum anni differentiam non magnæ considerationis involvit, & præsertim, quia in eodem Chronico Admontensi Successor nostri Bertholdi in Monasterio ad montes, qui erat Conradus, pariter electus fuisse legitur anno 1231. die 16ta Aprilis, hinc ab antiquo ordine Chronologico discedere nolentes pariter & nos annum 1231. pro primo in Abbatia nostra assignamus Bertholdo.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

III. Et anno 1231. ad Monasterium nostrum S. Petri fuit postulatus;

Igitur Abbati nostro Simoni I. vel Sponte cedenti, vel vita functo in Abbatia nostra ad S. Petrum successit prædictus Bertholdus ex Monasterio Admontensi, ubi, ut ex chronologia colligi potest, nonnisi brevi tempore fuit, ad Abbatiam nostram vocatus. Jam primo anno interveniente Eberhardo II. Archiepiscopo per Bullam Pontificiam a Gregorio IX. summo pontifice usum Mitræ pro se, & successoribus suis in perpetuum obtinuit, quæ bulla apud nos in originali exstat cum sigillo plumbeo consueto, estque hujus tenoris:

„Gregorius P̃P. VIIII.

„GREGORIUS Episcopus, Servus ser„vorum Dei. Dilecto filio . . . Abba„ti S. Petri Salzeburgensi salutem, & apo„stolicam benedictionem. Ut in spe gerere, „quod tandem in re habebit ecclesia, osten„datur, & veritatem preindicet per figu„ram, variis decoratur insignibus dignita„tum, per quæ pulchra fidelibus, & insi„delibus apparet terribilis ut castrorum a„cies ordinata. Quare nos, qui decorem „Domus Domini tenemur ex officio nobis „injuncto diligere, decentes personas liben„ter talibus decoribus decoramus, speran„tes ut tanto ad eorum significata studiosius „se informent, quanto significantibus de„centius se de nostra gratia cognoscunt in„signiri, ne indignis dignitate, & ingra„tis conferri gratia videretur. Eapropter „dilecte in Domino fili tuis, & venerabilis „fratris nostri Salzeburgensis Archiepisco„pi de te nobis laudabile testimonium per„hibentis supplicationibus eo favorabilius „annuentes, quo religionis observantia, & „honestate vitæ nobis te reddis merito ca„riorem. Ad decus & decorem ecclesiæ, „cui prees, mitræ usum in diebus solemp„nibus tibi, & successoribus tuis de nostra „concedimus gratia liberali, firmam spem, „fiduciamque tenentes, ut sicut Dei gratia „in gratiam perfecisti, sic & de virtute per„ficere studeas in virtutem. Nulli ergo o„mnino hominum liceat hanc paginam no„stræ concessionis infringere, vel ei ausu con„trario contraire; si quis autem hoc atten„tare presumpserit, indignationem omnipo„tentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli „Apostolorum ejus se noverit incursurum. „Datum Anagniæ IIII. Non. Septembr. Pon„tificatus Nostri anno quarto".

Hucusque tenor Bullæ. Ex qua ferme dubium nobis orietur, an non potius Simon I. non autem Bertholdus fuerit primus infulatus Abbas; si enim Gregorius IX. ad Pontificatum venit anno 1227. annus quartus potius fuisset annus 1230mus, quo tempore adhuc Abbas erat Simon Imus cujus merita ob longum & felix regimen magis promeruerunt commendationem Eberhardi II. Archiepiscopi apud sedem Pontificiam, quam merita Bertholdi noviter illo anno advenientis; ast quia in omnibus MStis, &

chronicis noſtris Bertholdus vocatur primus infulatus, eo facilius hanc prærogativam concedere poſſumus, quia in Bullæ non expreſſa perſona Abbatis Bertholdi vel alterius, ſed Abbati cuicunque ad S. Petrum uſus Pontificalium fuit conceſſus.

IV. Cui Infula anno ſequenti cum aliis fuit impoſita ipſo Paſchatis feſto.

Sive autem ultimis quaſi diebus ſub Simone I. ſive ad initium Bertholdi ſupradicta Bulla Pontificia emanaverit, hoc certum eſt, & in eo omnes conveniunt, quamvis rurſus in anno differant, quod Bertholdo noſtro per licentiam Eberhardi II. Archiepiſcopi in ipſo die Paſchatis, ſicut & illa die Præpoſito Cathedrali Alberto, & Abbati Admontenſi Infula abbatialis ſolenni ritu fuerit impoſita. Audiri etiam meretur ſæpe citatus Salisburgenſis Hiſtoricus Marcus Hanſizius, qui tom. II. Germ. S. in vita Eberhardi II. pag. 333. n. XXXIX. ſequentia ſcribit de Bertholdo noſtro incidenter: „tantis itaque rebus pro eccleſia „geſtis, quum rediiſſet Juvavium (nimirum „Eberhardus II. Archiepiſcopus) anno pro„ximo 1231. die 23. Martii *ipſo Paſchatis ſe„ſto Præpoſitum Salzburgenſem, Abbatem S. „Petri, & Admuntum de licentia Domini Pa„pæ Mitris Pontificalibus inſignivit, & pri„vilegiavit.* Teſte Chronico. Abbas S. Pe„tri erat Perchtoldus e Monaſterio Admon„tenſi petitus, cui poſt paucos inde dies „Archiepiſcopus donationem fecit Silvæ „cujusdam per litteras, quarum partem „pro Monaſterii Petrenſis gloria libet hic „adponere. *Etſi*, inquit, *univerſis eccleſiis, „& Monaſteriis noſtræ Diœceſis ex officio curæ „paſtoralis tam in redditibus ampliandis, quam „cultu religionis augendo teneamur communiter „debitores, ſpecialius tamen id debitum præſta„re nos ei convenit eccleſiæ, a qua in Salzbur„genſi Metropoli tanquam matre cætera Mona„ſteria religionis exordium aſſumpſerunt, tan„toque ea plus, & præ aliis meruit honorari, „quanto & prior habetur, & major &c. actum „anno MCCXXXI. Indict. IV. Non Aprilis.* Hæc cit. loco in terminis Hanſizius, & bene quoad ſubſtantiam: annus autem aſſignatus 1231. convenire nequit; cum enim Bulla Pontificia de uſu Pontificalium, Abbati ad S. Petrum conceſſo, data fuit ex conſtanti traditione anno 1231. vel omnino anno præcedenti, & quidem, ut exprimitur in Bulla ſuperius allegata, IV. Non. Sept. hinc hæc Solennitas de impoſitione Mitrarum facta Præpoſito Salzburgenſi, Abbati ad S. Petrum, & Admontenſi non anno 1231. ſed anno ſequenti 1232. in feſto Paſchatis fuit peracta. Pariter donationem Sylvæ, de qua in vita Simonis I. n. XII. a nobis actum fuit, Hanſizius credit factam fuiſſe Pertholdo, cujus donationem ab Eberhardo II. factam nos ex rationibus hinc inde inſertis longe veroſimilius aſſignamus ultimo regiminis anno Abbatis Simonis I.

V. Sub hoc Abbate Eber-

Sicut autem præmemoratus Archiepiſcopus Eberhardus II. (qui in ſede Juvavienſi ſedit per quadraginta quinque annos Archipræſul ſumme meritus) erga Monaſterium noſtrum benigniſſimus fuit ſub hoc Abbate Simone I. prout ex litteris adductis ſat colligi potuit, ita etiam parem clementiam, & ſollicitudinem oſtendit erga Monaſterium ſub Simonis Succeſſore, qui erat, de quo hic agimus, Bertholdus. Primo quidem altefatus Archiepiſcopus per tres litteras parvas membraneas quinque ſigillis roboratas anno 1237. confirmavit donationem, & reſpective precariam locationem prædii dicti Schaubarn, & Areæ in Arnſtorf cum octo urnis vini initam inter Monaſterium, & Henricum vice Dominum. Item confirmat anno 1238. contractum initum inter Henricum purgravium & Monaſterium ſuper prædiis & eorumdem controverſiis ſcilicet Sitlensdorf, Racſridingen, Reinſtetten XXIII. domibus decimalibus. Item ſuper prædiis Rechenbrune, Waltenpihl, & Ochſenpach. Litteræ originales ſecundum ordinem ita ſonant:

bardus II. anno 1237. & 1238. confirmavit aliquos contractus:

„In nomine ſancte & individue
„Trinitatis

„Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis ec„cleſie Archiepiſcopus apoſtolice Se„dis legatus in perpetuum. Ne preſentis „etatis negotia conſummat oblivio, & ea, „que rite geſta ſunt, malicia cujusquam „valeat retractare prudens cautela prede„ceſſorum noſtrorum res geſtas ſcriptis com„mendans memorie ſolet transmittere ſuc„ceſſorum. Hinc eſt, quod Heinricus Vi„ce Dominus noſter predium quoddam „Schovbnarn dictum & aream quandam „in Arnſtorf cum VIII. urnis vini a Capitu„lo S. Petri, quo adjuuetur recepiſſet, & „aliquamdiu in quieta poſſeſſione tenuiſſet, „talis poſtmodum ad inſtantiam & peticio„nem ipſius H. inter eos conditio acceſſit, „ut videlicet Diemudis uxor ejus preſata „predia poſt mortem Mariti tempore vite „ſue quiete poſſideret, nec aliquo modo „venditione vel inpheudatione vel obliga„tione utriusque alienare valeret, ſi ipſis „decedentibus preſatum Capitulum eadem „predia ſibi velut legitimus Dominus ven„dicabit. Ut ergo hec ſtabilitatis obtineant „firmamentum, ſigillo noſtro & utriusque „partis ſigillis ea voluimus roborari. Acta „ſunt hec anno Domini MCCXXXVII. in„dictione X. teſtes hujus rei ſunt Gerholus „de prhei, Ditimarus Marſalcus, Iſingri„nus civis. Quod ſi heredes habuerint, „nihil ſui juris in eisdem prediis vendica„bunt.

(L.S.) (L.S.)

Iſtæ litteræ adſunt in duplo, quarum primæ ſigillo archiepiſcopali & Monaſterii ad S. Petrum, ſecundæ ſigillo pariter Archiepiſcopali & Henrici Vice Domini munitæ ſunt. Sequuntur aliæ ſupra recenſitæ de anno 1238. confirmantes contractum inter

ter

ter Henricum Purgravium & Monaſterium S. Petri.

† „In nomine Sancte & Individue
„Trinitatis.

„Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Ar-
„chiepiſcopus. A. S. L. in perpetuum. „Ne mutabilium decurſus temporum certas „cauſarum diffinitiones labenti hominum „ſubducat memorie, prudens cautela pre-„deceſſorum publicis annotationibus res ge-„ſtas commendans memorie ſolet transmit-„tere Succeſſorum. Hinc eſt, quod que-„ſtio de prediis Sitlinsdorf, Ratfridingen, „Ramſtetten cum XXIIII. domibus decima-„libus inter dilectos in Chriſto fratres Ber-„tholdum Abbatem & conventum S. Petri „ex parte una & Henricum Purcravium ex „altera diu ventilata per viros prudentes ta-„liter eſt ſopita, quod videlicet prefatus H. „de Niweyvelle Sitlinsdorf, Rachfridingen, „Ramſteten eccleſie S. Petri jure proprie-„tatis tradidit, hac interpoſita conditione, „ut ſi heredes non habens decederet, pre-„fata predia in uſum redirent Monaſterii „memorati. Rechenprune vero & Walten-„pichl, que idem H. in concambio a fra-„tribus S. Petri receperat, & decime in „litem deducte ipſo decedente ſive heredes „haberet, ſive non, ad eosdem fratres li-„bere redirent. Predio Ohſenbach dicto in „Cleme ſito, quod in concambio rechen-„prune & Waltenpichl dederat, apud eos „nihilominus in perpetuum remanente. Nos „igitur poſt mortem ſepedicti H. tali con-„tractu viſo, ejusdem H. ſigillo & teſtibus „roborato predictum contractum ratum ha-„bentes ſigilli noſtri munimine & ſubſcrip-„tione teſtium confirmamus. Teſtes com-„poſitionis ſunt hii, Ekkehardus de Tane, „Chunradus de Truthleich, Richerus de „Sledorf, Heinricus Vice Dominus, Ulri-„cus de Wilpach, Chunradus Panichare, „Siboto Dapifer, & fratres ejus Ludowi-„cus, Chunradus, Heinricus, Berthol-„dus, Ortolfus rufus. Hæc compoſitio „acta eſt anno Dominice Incarnationis „MCCXXXVI. Indict. VIII. teſtes confirma-„tionis Chuno Præpoſitus Salzpurgenſis, „Fridericus Canonicus, Waltherus capel-„lanus, Heinricus Notarius. Datum Wer-„ven anno Dominice Incarn. MCCXXXVIII. „Indict. XI.

Hucusque Litteræ Eberhardi II. confirmantes ſub Abbate noſtro Bertholdo quosdam contractus cum Monaſterio initos anno 1237. & 1238.

VI. Secundo: anno 1238. & 1239. decidit litem & confirmavit quoddam concambium:

Secundo: Idem Archipræſul in litteris majoribus membraneis decidit aliquam litem anno 1238. inter Monachos S. Petri & Alberonem de Chenil & filios ejus ſuper prædio Schiltowe & alio in Steine, anno autem ſequenti confirmavit concambium inter Henricum de Törringen & Monaſterium ſuper area in Mildorf & aliam in Salzburg prope hortum ſita, anno 1239. Tenor litterarum de anno 1238. ſequens eſt:

„In Nomine ſancte, & individue
„Trinitatis.

„Eberhardus Dei gratia Salzburgenſis Ar-
„chiepiſcopus, Apoſtolice Sedis Lega-„tus in perpetuum. Eterni premii corona „feliciter a cunctis aquiritur, qui ſtudent „pernitioſas lites dirimere, & diremptas, „ne reviviſcant inpoſterum efficaci ſcripto-„rum cautione firmaque annotatione teſtium „roborare. Quo circa innoteſcere cupimus „preſentibus & futuris, quod lis, que in-„ter Monachos S. Petri in Salzburch & Al-„beronem de Chenil & filios ejus Ditma-„rum, Gotshalcum & Chunradum ſuper „predio Schlitowe vertebatur, coram no-„bis & judicibus a Domino Papa delegatis „ſepius ventilata, predictis Al. & filiis ejus „D. & G. defunctis ſolo ch. ſuperſtite viſis „atteſtationibus a judicibus delegatis in for-„ma Juris receptis & necdum publicatis per „ſententiam arbitrariam taliter a nobis eſt „deciſa, ut ſcilicet prefatus ch. de Chenil „juri ſuo in predio Schlitowe & alio quo-„dam predio Vf dem Steine dicto, de quo „etiam controverſia inter ipſos vertebatur, „penitus renuntiaret, & eadem predia ju-„re feudali ab ante dictis Monachis cum „ſui propagatione Maſculini ſexus ſolumodo „poſſideret, hoc adjecto, ne prefatus Ch. „eadem predia alienandi quolibet modo ha-„beat poteſtatem ſuis heredibus maſculini „ſexus ceſſantibus, libere ad fratres rede-„ant memoratos. Partes autem, cum ſe „noſtro voluntarie ſubjeciſſent arbitrio, hanc „noſtram ſententiam arbitrariam devote „ſuſcipientes, pari conniventia eam mo-„dis omnibus approbarunt, & ipſe Chun-„radus predia memorata de manu Perthol-„di Abbatis, qui tunc Sancti Petri rege-„bat eccleſiam in preſentia noſtra recepit „nomine feudali. De reſidua autem parte „predii Schiltowe, quam prefatus Al. filie „ſue uxori Chounradi Panicharii, & filie „ſue uxori Heinrici de Schernberch jure „hereditario dederat, licet dictum predium „minus juſte poſſideret, ſicut ex dictis te-„ſtium plenius conſtabat. Quia tamen a „detentoribus ejusdem partis in nos non „fuit compromiſſum, de ipſa nec voluimus, „nec debuimus arbitrari. Termini vero „ſepedicti predii in longum a fluvio Mæn-„lich usque ad predia Monachorum, que „hactenus ſine lite poſſederunt. In latum „vero a monte, qui Retteis dicitur, usque „ad lapidem, qui torſtein dicitur, exten-„duntur. Ut igitur hec omnia firma per-„maneant in futurum, preſentem cartam „ſigillo noſtro mandavimus roborari. Te-„ſtes hujus deciſionis ſunt Chuno Prepoſi-„tus Salzburgenſis, Hoholdus cuſtos, Pern-„hardus prepoſitus Friſacenſis, Waltherus „Capellanus, Magiſter Heinricus Notarius, „Al-

„Albero lib. de Walchen, Otto de Chuni-„sperch, Fridericus de Pettowe, Ekehar-„dus de Tanne, Gerhohus de Percheim, „Ditmarus de chrichaim, Heinricus de „Prunningen, Heinricus vice Dominus, „Isingrinus & Chounradus Tisingere cives „Salzburgenses. Acta sunt hec Weruen „anno Incarnat. Dominice M. CCXXXVIII. „Indict. XI.“ Ita diploma Eberhardi de anno 1238. in hac causa: illud autem, de quo supra mentio facta est, sic sonat:

„In Nomine sancte & individue „Trinitatis.

„Ego Eberhardus Dei gratia Salzeburgen-„sis Archiepiscopus, apostolice Sedis „Legatus in perpetuum. Notum sit omni-„bus presens scriptum legentibus, quoniam „cum Henricus de Torringen aream quan-„dam Myldorf a nobis nomine feudi tene-„ret, ad petitionem ipsius eandem aream „ecclesie S. Petri in Salzburch contulimus „in perpetuum, & fratres dicte ecclesie „prefato H. & uxori sue Ite, quoad vixe-„rint versa vice aream quandam ad Salz-„burch prope hortum suum sitam, proprie-„tate ecclesie reservata, contulerunt. Pre-„fatis autem Henrico & Itta decedentibus, „sive heredem habeant sive non, eadem „arca cum omnibus edificiis suis in posses-„sionem redeant ecclesie memorate. Ne „ergo super tali contractu controversia ab „heredibus ipsorum vel aliis oriatur, ipsum „subscriptis testibus & sigilli nostri munimi-„ne mandavimus roborari. Hujus rei te-„stes sunt Chuno Salzeburgensis prepositus, „Magister Joannes pat. Can. Gerhohus de „Percheim, Ditmarus de Leicheim, Otto „de Walde, Chunradus Tising. Acta sunt „hec anno ab Incarnatione Domini Mill. „CCXXXVIIII. Indict. XII. Datum Salz-„burge.

VII. Tertio: donavit anno 1240. curiam in Arnstorf, & anno 1241. fundavit tria Luminaria;

Majorem beneficentiam vivente adhuc Bertholdo Abbate nostro erga Monasterium S. Petri ostendit Archiepiscopus benignissimus Eberhardus II. dum partim anno 1240. vigore litterarum exstantium in originali nobis donavit curiam in Arnstorf cum horreo magno, & Domo torculari eidem curiæ contiguis cum multis aliis appertinentiis; partim etiam, dum anno sequenti per litteras valde parvas sed originales tria, perpetua lumina fundavit in ecclesia S. Petri ex olei liquore. Litterarum antecedentium sequens est tenor.

„In nomine Sancte, & individue „Trinitatis.

„Nos Eberhardus Dei gracia Archiepiscopus Salzpurgensis apostolicæ Sedis „Legatus. Notum facimus universis, quod, „cum Monasterium S. Petri Salzpurge pene „collapsum esset, nos antiquissime funda-„tioni predecessorum nostrorum succurrere „volentes, Magistro Pertholdo Abbati & „fratribus ibidem Deo servientibus pleno „jure tradidimus curiam nostram in Arn-„storf, quam ab antiquo possedimus cum „horreo magno & domo torculari eidem „curie contiguis, & duo Jugera vinee re-„tro curiam. Insuper & septem jugera „prope Danubium cum pomerio ibidem, „vineam Drentall, vineam Antlanc & plu-„res vineas hortulos & agros prope San-„ctum Joannem cum Municipalibus & aliis „pertinentiis ad eandem sicut in possessione „habuimus. Et ut hec nostra donatio per-„petuo stabiliatur effectu, auctoritate no-„stra & sigilli nostri appensione presens scri-„ptum mandavimus roborari. Datum Salz-„burg anno Domini Millesimo Ducentesimo „quadragesimo. Indictione XIII. Amen.

(L.S.)

Alterum diploma seu Instrumentum de fundatione trium Luminarium ita sonat:

„In nomine Sancte & Individue „Trinitatis.

„Nos Eberhardus Dei gratia Salzebur-„gensis Archiepiscopus, Apostolice „Sedis Legatus in perpetuum. Quia di-„vina favente gratia fidelibus Christi in ex-„emplum pietatis positi sumus, dignum ar-„bitramur, ut per opera misericordie semi-„nemus in terris, quod centuplicato fru-„ctu metere valeamus in celis. Notum sit „igitur omnibus presens Scriptum legenti-„bus, quod nos ob remedium anime nostre „ad Sacristiam S. Petri reditus unius libre „contulimus, videlicet apud Truchentane „V. novalia, & in plajon *ii* beneficia, hac „interposita conditione, ut singulis nocti-„bus in perpetuum tria luminaria ex olei „liquore, duo in introitu Monasterii, unum „ad Ymaginem S. Petri, & alterum ad „conversionem S. Pauli, tertium vero ad „altare B. Joannis Evangeliste, a Sacrista, „qui pro tempore prefuerit, accendantur. „Ut autem hec nostra traditio firma ma-„neat & inconvulsa, sigilli nostri impressio-„ne, & testium munimine roboramus. Te-„stes hujus sunt Chuno prepositus, Wal-„therus Capellanus, fr. Chunradus Vice „Dominus, Gerhohus de Percheim, Dit-„mar Marscalcus Ministeriales, Chunra-„dus Tisinger civis Salzburgensis, & alii „quam plures. Datum apud Salzpurch „anno Incarnationis Domini MCCXLI. In-„dict. XIIII. (L.S.)

Et hæc de Litteris Eberhardi II. sub Abbate Bertholdo.

VIII. Annis autem 1237. & 1239. ipse etiam Imperator Fridericus fundationem Liupoldi de Missa ad S. Catharinam confirmavit

Meretur etiam adduci duplex pretiosum Diploma Friderici II. Romanorum Imperatoris & Ducis Austriæ exstans in originali atque duplici sigillo tam Imperatorio quam Ducali roboratum, per quod Imperator Fridericus nec non Austriæ & Styriæ Dux fundationem Liupoldi de Missa quotidiana ad S. Catharinam (de qua jam superius in vita Simonis I. n. 4. dictum fuit) nec non libe-

liberam vecturam vini confirmavit. Primum Diploma de anno 1237. sic legitur:

„Fr. Dei gratia Romanorum Imperator „semper Augustus, Jerusalem & Sicilie „Rex. Universis judicibus & mutariis per „Ducatum Austrie & Stirie constitutis fide„libus suis gratiam suam & omne bonum. „Supplicarunt Celsitudini nostre venerabi„lis Abbas & Conventus S. Petri de Salz„burc fideles nostri, ut gratiam & liberta„tem ab Illustr. Duce Luiboldo felicis me„morie super vectigalibus triginta vasorum „vini, que nec plus, quam quadraginta, „nec minus quam triginta urnas capiant „per loca mutarum ecclesie sue indultam „tam in aquis, quam in terris approbare & „conservare eis de nostra gratia dignare„mur. Nos itaque pietate solita, qua per„sonis religiosis favor noster adesse consue„vit, dictorum devotorum nostrorum pre„cibus inclinati gratiam & libertatem ean„dem favorabiliter approbantes & conser„vare volentes Universitati nostre manda„mus & precipimus, quatenus juxta teno„rem privilegii dicti ducis libertatem sive „gratiam eisdem indultam & a nostra Cel„situdine approbatam de premissis vasis vi„ni tam in aquis quam in terris per loca „mutarum nostrarum inviolabiliter eis & „suo Monasterio conservetis; quicunque „autem eosdem fratres contra presentis „Scripti tenorem gravare presumpserit, of„fensam nostram se noverit incursurum. „Datum apud Wienam anno Dominice In„carnationis Millesimo ducentesimo trice„simo septimo. Mense Marcii decime In. „dict. (L.S.) Imperat. Sequitur alterum Diploma.

„In nomine Sancte, & individue „Trinitatis.

„Fridericus Dei gratia Dux Austrie & „Stirie & Dominus Carniolie in perpe„tuum. Venientes ad Celsitudinis nostre „presentiam Abbas & Conventus ecclesie „S. Petri in Salzburch bone memorie Pa„tris nostri nobis privilegium humiliter of„ferebant, attentius supplicantes, ut ea „confirmare, que in ipso eis pie indulta „fuerant, dignaremur. Tenorem autem „hunc ipsum privilegium continebat.

„In nomine Sancte & individue „Trinitatis.

„Liupoldus Dei gratia Dux Austrie & Sti„rie in perpetuum. Cum ad Pietatis „studium auctoritas evangelica nos invi„tet ad elemosinam manus extendere, ut „deinde omnia, que possidemus, munda „sint, nos accensi zelo justicie ecclesiam „novam juxta Monasterium S. Petri in „Salzburch sumptibus nostris ad honorem „Dei & sancte Katerine Virginis duximus „instaurare, ut in ea pro animabus paren„tum nostrorum & nostra Missa pro defun„ctis ab uno de fratribus S. Petri diebus „singulis decantetur, & ut ille Sacerdos, „qui secundum tempus vicis sue celebra„verit in eadem, poculum vini ipso die de „communi Cellario percipiat, nec ei hoc in „perpetuum denegetur. Ad hec autem, „ut predicta voluntas nostra perpetuo sta„biliatur effectu, predictum Monasterium „in defensionem nostram recipimus specia„lem, & ipsis fratribus tam in aqua, quam „in terra in traducendo quadraginta car„ratas vini in locis mutariis dedimus per„petuam libertatem, Mutam & teloneum „sine aliqua vexatione perpetualiter indul„gentes. Preterea eisdem fratribus fir„mam fecimus promissionem, ut si pheo„dum de advocatia in possessionibus eo„rum ad Dominicalia nostra a fasallis, qui „tenuerint, transjerint liberata, nulli un„quam, nisi ad petitionem predictorum „fratrum infeodare aliquatenus debeamus, „& ne ipsi advocati preter debitam penso„nem aliquam exactionem facere presum„mant, in ipsa advocatia per interpositio„nem conditam & exceptionem precavere „& prohibere promitimus. Hanc ergo do„nationem nostram & indulgentiam in per„petuum ratam esse volentes hanc cartam „predicto Monasterio & fratribus ibidem „Deo servientibus dedimus sigilli nostri mu„nimine roboratam, & petivimus, ut Do„minus noster Eberhardus Archiepiscopus „Salzburgensis presentem cartam cum do„natione nostra ad majorem cautelam sigil„lo suo posteritati transmitteret confirma„tam. Hujus rei testes sunt comes Luitol„dus de Plaien, Otto de Sliunce, heinri„cus senior de prunne, Rudolfus de Sin„meningen, Gotfridus Truchsen, Otto de „grece, Bertholdus de Emerberch, Gun„dacharus de Stire, Heinricus Domini „Hermani filius de Putten, Chunradus de „Nideke, Liutoldus chuchmeister. Da„tum apud Salzburga anno ab Incarn. D. „MCCXV. Indict. III. XV. Kalend. August. „feliciter Amen.

„Nos equidem inclite recordationis se„pe dicti patris nostri vestigiis inherentes „idipsum privilegium sigilli nostri apprellio„ne in singulis in eo impressis articulis, & „auctoritate presentium duximus roboran„dum, testibus idoneis, qui huic confirma„tioni intererant annotatis, qui sunt hii „Venerabiles episcopi Patavienfis, Frisin„gensis, Seccovienfis, Rudgerus, Chun„radus, & Henricus. Item Ulricus de „Memingen Archidiac. Ulricus Plebanus de „Chirchberch, & comes de Hardeke. A„ctum in Niunburg Anno Incarn. Domini „MCCXXXVIIII. Mense Novembr. tertie „decime Indictionis". Hucusque litteræ Friderici II. Imperatoris.

IX. Non minus aliqua donatio & compositio a

Sunt hæc præcipue instrumenta originalia, quæ præprimis Munificentiæ Eberhardi II. & Imperatoris Friderici II. debemus, quas gratias per suam dexteritatem & vigilantiam sibi promeruit Abbas noster Bertholdus. Restant autem & aliæ quæ-

quodam Conrado comite,

dam donationes sub hoc Abbate factæ, inter quas est donatio quædam vilicalis curiæ in Usingen facta a quodam comite Conrado de Wazhirburg, vel Wasserburg, & alia rursus facta a quodam milite Wernhero, quæ etiam confirmata fuit anno 1238. a supradicto Eberhardo II. Archiepiscopo. Litteræ continentur in manuscripto codice membraneo P. de anno 1280. & de donatione Conradi ita leguntur pag. 70. n. 137.

„Chonradus Dei gratia comes de Wazhir„burch omnibus in perpetuum. Quoniam „ab humana frequenter labitur memoria, „quod ad promerendam eternam vitam „quisque fidelium vigilanti ordinaverit in„dustria, & quia hec presens vita brevis est, „brevitas semper amica & perpetuitatis ini„mica, id circo ne factum nostrum fluxibi„litate temporum a memoria hominum labi „possit in futurum, noticie omnium fide„lium presenti scripto decrevimus relinquen„dum, quod nos ob remedium anime no„stre, consortisque thori nostri Chunigundis „contradimus ad Monasterium S. Petri „Principis apostolorum Salzburge curiam „villicalem in Usingen cum omnibus ap„penditiis suis. Ut hec nostra traditio pre„dicto Monasterio ad supplementum preben„de fratrum ibidem Deo servientium facta in „perpetuum rata permaneat & inconvulsa. „Hanc paginam sigilli nostri impressione cum „subscriptione testium fecimus roborari. „Hujus rei testes sunt Heinricus Abbas de „Roth, Wernherus Abbas S. Georgii, Ul„ricus Abbas de Atl, Chunradus prepoli„tus de Pinhartingen, Otto de Sundimerin„gern, Heinricus de Laimingen & fratres „sui Ortolfus & Gerungus milites, Chun„radus de Seburge, Heinricus & Chunra„dus de Truchlaichingen, Heinricus de „Gugilingen, & Heinricus filius suus & „alii quam plures. Datum apud Wazhir„burch XIIII. Kal. Marcii anno incarn. Dom. „MCCXXXIIII.„

Hucusque Litteræ Donationis: per alias autem, uti leguntur in eodem MS. P. cit. L. n. 188. idem Chunradus composuit aliquam controversiam super donationem in Chymkov seu Nuzdorf pro recompensatione neglecti census.

„In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

„Chunr. Dei gratia comes de Wazhirburch „ in perpetuum. Quia labentium me„moria rerum cum labenti tempore labitur, „id circo cautum est hominum facta littera„rum testimonio perennare. Noverint ergo „presentes & futuri, quod, cum Otto Mi„nisterialis noster de Sondermaringen pre„dium ecclesie S Petri Salisburgen: Sonder„maringen situm nomine ejusdem Monaste„rii ad annuum censum possideret, eundem„que censum pluribus annis reddere superse„disset, fratribus Monasterii supradicti su„pra hoc querelam morentibus talis coram „nobis interposita est compositio & a parti„tibus approbata, ut quia predictus O. nec „ad solvendum retenta, nec ad reddendum „predium paratus erat, pro eo, quod ter„minos agrorum exaratos & abolitos a suis „agris distinquere non valebat, ipse idem „predium de cetero proprietatis jure posside„ret, & predium suum in Chymkov Nuz„dorf dictum tunc quidem incultum, rebus „& hominibus desolatum Monasterio re„compensaret, simili jure proprietatis libe„re & absque omni contradictione cujuscun„que possidendum. Talis etiam forma com„positioni addita est, & expresse confirma„ta, ut, sicut ipse Otto juri suo, quod in „predio Nuzdorf habebat, totaliter renun„tiaret ita & heredes suos omnes coram „nobis, enuntiare fideliter & efficaciter pro„curaret. Ideoque fratres Monasterii ad „consilium nostrum & aliorum & retenta di„mittere, & duas libras addere decreve„runt. Predictus vero Otto predium eccle„sie collatum fideliter ab invasoribus defen„sare promisit, nihil inde percepturus nisi „duos tantum calceos hyemales. His er„go omnibus coram nobis rationabiliter „actis, & auctoritate nostra confirmatis si„gillum nostrum cum testibus duximus ap„ponendum. Testes Hainricus Rotn, H. „Capellanus, Ulricus plebanus de Kirch„dorf, Ortolfus Gerungus de Leimingen, „Siboto de Sconstet, Ortwinus de Penne, „Heinricus Gundigar & alii plures.„

Hæc in cit. manuscripto. Est autem hoc predium Nuzdorf situm in nostro officio Traunstein, servitus autem præstandi calceos hyemales duravit usque ad annum 1438. quo tempore alia satisfactio a Petro Abbate fuit præstita, uti legi potest in aliquo Urbario Traunsteinensi anno 1525. conscripto fol. 6.

X. Et a quodam Wernhero milite facta fuit sub eodem Abbate, qui anno 1242. obiit.

In eodem manuscripto P. pag. 35. n. 59. inter instrumenta Eberhardi II. legitur aliqua donatio de anno 1238. facta Monasterio nostro sub Bertholdo Abbate a quodam nobili milite Wernhero de Lengenveld. Donavit ille ecclesiam apud turrim suam Vrimos pro remedio animæ suæ, cui ecclesiæ dedit in dotem prædium emptitium Reut prope montem Jochberg situm, tali interposita conditione, ut Monachi S. Petri eandem ecclesiam plenojure tam in spiritualibus, quam in temporalibus possiderint, eidem de lumine etiam providerint. Quam donationem litteris Archiepiscopi Eberhardi II. roborari fecit, quas quidem in originali hactenus non vidimus, transsumptæ tamen leguntur in codice antiquo instrumentorum, de quo supra, his verbis:

„In nomine sancte, & individue Trinitatis.

„Eberhardus Dei gratia Salisburgensis Ar„chiepiscopus, apostolice sedis Lega„tus omnibus in perpetuum. Cum non so„lum memoria, sed & vita brevis sit homi„num, & inconstans, necesse est omnimo„dis quorumlibet gesta negociorum & voce „testium

„teſtium & ſcripti munimine roborari. Quo-
„circa innoteſcere cupimus preſentibus &
„futuris, quod Wernherus miles de Len-
„genvelt eccleſiam apud turrim ſuam Vri-
„mos pro remedio anime ſue conſtruens em-
„ptitium predium Revt dictum prope mon-
„tem Jochberch ſitum ſeu cultum ſeu incul-
„tum de conſenſu uxoris ſue Mechtildis filie
„Rudolfi de Staina eidem eccleſie contulit in
„dotem, tali interpoſita conditione, ut Mo-
„nachi S. Petri eandem eccleſiam pleno ju-
„re tam in temporalibus quam in ſpirituali-
„bus de noſtra conceſſione cum predicta do-
„te poſſideant, ei de lumine providentes,
„& ſacerdos qui pro tempore eccleſie pre-
„fuerit in Salina, ſemel in hebdomada in
„eccleſia prefati militis celebrans centum
„caſeos de cellario Monachorum pro ſolatio
„recipiat annuatim, aliis ducentis caſeis
„predictis fratribus reſervatis. Ne igitur
„hoc factum a quoquam retractari valeat,
„ſigillo noſtro fecimus roborari. Teſtes hu-
„jus rei ſunt Bernardus prepoſitus Frieſa-
„cenſis, Ulricus Friſacenſis canonicus, Ma-
„giſter Heinricus notarius Archiepiſcopi,
„Ulricus de Wispach & ipſe Wernherus
„de Lengenvelt. Acta ſunt hec anno Dom.
„Incarn. MCCXXXVIII. Indict. X.„

Hucusque tenor Inſtrumenti: cæterum longiori inquiſitione facta in hodiernum diem a nobis neſcitur, quænam ſit illa eccleſia ad turrim Vrimos & dos aſſignata prædii Reut nobis a Wernhero milite quoad ſpiritualia & temporalia conceſſa, an illa forte, quæ modo eccleſia ad turrim dicitur & S. Apoſtolo Jacobo conſecrata eſt? ubi & plurima beneficia fidelibus diſpenſantur, quia de ſacerdote in eccleſia Hallina, quæ olim ad Monaſterium ſpectabat, fit mentio. Neque conſtat, quando iſta eccleſia rurſus fuit a Monaſterio avulſa, hinc in tanta incertitudine nihil licet aſſerere. Atque hæc ſunt præcipua geſta, quæ hactenus per inſtrumenta potiſſimum deſcripſimus, Abbatis noſtri Bertholdi de Monaſterio optime meriti, qui poſt 11. annorum regimen abbatiale, obiit Idibus Auguſti anno 1242. in quo autem loco eccleſiæ noſtræ ſepultus fuerit, ignoratur.

RICHERUS,
ABBAS AD S. PETRUM XLI.
AB ANNO 1242. USQUE AD ANNUM 1259.

I. Richerus ex Priore Abbas non eadem forte, qua cœpit anno 1242. finiit anno 1259.

Si Richerus, quem alii etiam Rikerum vel Richardum vocant, post fata suprema Bertholdi electus Abbas eadem forte, qua regimen cœpit, & per annos 14. strenue prosecutus est, durante adhuc ultimo respective triennio bene consummasset, felicissimis sane Prælatis nostris foret adnumerandus: non enim ipse tantum fuit strenuus defensor & conservator bonorum Monasterii sui, nec non administrator sedulus & indefessus, per cujus industriam variis modis bona plurima accesserunt Monasterio; verum etiam in summa habebatur æstimatione a duobus Archiepiscopis Eberhardo II. adhuc vivente, ejusdemque in sede archiepiscopali successore Philippo comite ab Ortenburg, a quibus, ut in ordine referemus, haud vulgaria archiepiscopalis munificentiæ specimina fuit expertus. Ast, postquam infelix schisma circa annum 1256. fuisset subortum inter Archiepiscopum Philippum jam a sua sede absolutum, & electum successorem Udalricum antea episcopum Seccoviensem, Abbas autem noster adhæsisset partibus Philippi archiepiscopi, & ipse & religiosi nostri omnem malorum illiadem fuerunt experti. Placet referre synopsin vitæ de Abbate Richero ex nostro Abbatum Catalogo impresso, quam anno 1646. edidit Abbas noster Albertus, cui & manuscripta reliqua tam antiqua, quam recentiora concordant. „Richerus Prior S. Pe„tri Bertholdo succedit in abbatia anno „MCCXXXXII. sub hoc Abbate, Eberhar„do de Truchsen archiepiscopo anno „MCCXXXXVI. IV. Non. Dec. demortuo, „eligitur communibus votis Philippus Ca„rinthiæ Ducis filius, qui (confirmata ejus „electione ab Innocentio Papa IV.) per de„cennium ecclesiæ præfuit absque ordine „& benedictione episcopali. Cum autem „ab Alexandro IV. anno MCCLVI. publico „decreto juberentur omnes cathedrales ele„cti, quorum tunc plures erant, infra anni „spacium suscipere benedictionem seu con„secrationem, sub pœna privationis omnium „per electionem acquisitorum Jurium, Phi„lippus vero huic mandato se submittere nul„latenus vellet, Canonici repudiato illo „Udalricum Seccoviensem episcopum sibi in „Archiepiscopum postularunt, quod audi„ens Philippus accitis auxiliis ex Bohemia „& Austria Principatum tam intra, quam „extra montes hostiliter invasit, incendiis „& rapinis misere devastavit. Interea po„stulatio Udalrici a summo Pontifice anno „MCCLVII, admissa & confirmata, adhæ„rentes autem Philippo interdicti & excom„municati fuerunt. Quibus ex pravorum „aliorum consilio, & præsertim ob timorem „Philippi & forte gratitudinis ostensionem „propter multas gratias & beneficia ab ipso „Monasterio prius exhibita se adjunxit Ri„cherus Abbas cum conventu suo, qui & „durante isto schismate IV. Id. Maji anno „MCCLIX. obiit, postquam rexisset turba„tissimis temporibus annis decem & septem. „Ex hoc, quia contrarius Udalrico & Capi„tulo, Philippo se conjunxit, multa in„commoda & damna Monasterio accesse„runt.„ Hæc in compendio de Abbate nostro Richero citatus Catalogus ab Alberto Abbate nostro hujus nominis III. editus 1646.

II. Primis namque 4. annis non tantum varias a diversis benefactoribus donationes

Bene cœpisse, & prospere etiam per multos annos regimen Abbatiale continuasse Richerum nostrum varia indicant donationum instrumenta, quamvis ubique tempora fuerint vere turbatissima, tam in sede Romana tempore Gregorii IX. & successorum ipsius, quam in Imperio, cui imperabat Fridericus II., quam & hic Salisburgi, dum adhuc in vivis existeret optimus Præsul, & pauperum Pater Eberhardus II., qui & ipse multa adversa perpessus est, quarum rerum notitia ex scriptoribus Salisburgensibus Hundio, Dikero, Mezgero, & Hansizio hauriri potest, nobis autem in messem alienam falcem mittere non licet. Richerus ergo noster Abbas primis quatuor annis non tantum varias a diversis nobilibus donationes, verum etiam ab Eberhardo II. adhuc vivente diversa bona accepit, per subsequos autem annos decem a Philippo Archiepiscopo majorem adhuc beneficentiam fuit expertus. In antiquo donationum codice sæpe citato sub signo M. referuntur duæ donationes, de quibus certo constat, accidisse sub Richero Abbate, prima legitur n. 509. his verbis: „Noverint „tam presentes quam posteri, quod Chun„radus, Dietmarus & Marquardus tres fra„tres de Vochenperge hominem sue proprie„tatis Chunradum nomine super altare S. „Petri jure proprietatis de consensu here„dum suorum tradiderunt, acceptis ab eo „quinque talentis; postea vero due sorores „Jutta & Dimudis predictorum trium fra„trum consanquinee eandem delegationem „reclamantes, precibus & pretio inducte „sunt, & heredum suorum consensum adhi„buerunt, & in predicto S. Petri altari resi„gnaverunt acceptis ab eo XX. solidis. Hu„jus rei testes sunt Walchanus Officialis, „Ulricus Ebenus civis, Henricus de Mosen, „Ulricus Chalusperger, Henricus rufus, „Simon, Ulricus Pongow, Chunradus Stu„zo, Tagno praxator, Dietmarus Fluder „magister & alii quam plures. Actum est in „presentia Richeri Abbatis.„ Sequenti numero 510. alia legitur: „Notum sit omnibus „Christi fidelibus, quod Dominus Luitol„dus miles de Trana ob remedium anime sue „per manus Domini Richeri Abbatis S. Pe„tri in Salzburch tradidit in usus fratrum il„lic Deo servientium predium, quod apud „Stetin habebat, dimidium talentum sol„vens. Hujus rei testes sunt Dominus E„tich frater predicti Luitoldi, Dominus Ot„to de Walde, Chuno de Torringe, Hen„ricus de Mosen, Chunradus Stuzo, Wern„herus, & Hellingarius, Heinricus medici „filius

„filius„ Gerhardus ſervus ipſius Abbatis, „Chunradus, & alii quam plures.„ Hæc habentur in manuſcripto & vetuſto codice M. Aliæ autem leguntur donationes & donationum confirmationes in alio inſtrumentorum codice ſub ſigno P. ſæpius allegato. Anno namque 1243. Walterus Canonicus Friſacenſis renuntiavit ſuæ prebendæ, quam apud nos pro marca auri aquiſivit, uti & vineæ cum pomerio in Chremsee, tali tamen pacto, ut fratres noſtri Wiettingæ exiſtentes darent IIII. marcas friſacenſis monetæ cum IIII. modiis tritici & ſiliginis per ſingulos annos, quam renuntiationem vivens adhuc Eberhardus II. Archiepiſcopus ſequentibus litteris roborari fecit, ut habetur n. 68. in dicto libro:

„In nomine Sancte, & Individue Trinitatis.

„Eberhardus Dei gratia Salisburgenſis Archiepiſcopus a S. L. in perpetuum. „Cum propter tranſitorium decurſum temporum facta mortalium nebula oblivionis „ſepius oriri ſoleant, dignum eſt, ut eadem „ſcripti fulgore reſplendeant, & jugiter in„ſpecta memoriam hominum reaccendant. „Preſenti ergo ſcripto pateat univerſis tam „preſentibus, quam futuris, quod, cum „dilectus noſter in Chriſto Waltherus cano„nicus friſacenſis Capellanus noſter preben„dam apud S. Petri pro marca auri conquiſ„ſet, & vineam apud Chrembſam cum po„merio ſibi contiguo unacum ipſis pretio „comparaſſet, & partem, que ipſum con„tingebat, pro remedio anime ſue prefatis „fratribus eo tamen prius decedente jure „perpetuo contuliſſet, proceſſu temporis „uſus conſilio ſaniori tam prebende quam „vinee, nec non & pomerio penitus renun„ciavit, tali pacto interveniente, ut ante„dicti fratres de predio ſuo Wietting IIII. „marcas friſacenſis monete & IIII. modios „tritici, nec non & IIII. modios ſiliginis „cum menſura bracii, que vulgo friezmez „dicitur, prefato Walthero annis ſingulis „quoad vixerit, ordinarent. Quod & fece„runt & plenariam fraternitatem, quam ei „longe ante contulerant, ad altare beati „Petri eidem in perpetuum ſtabilierunt. Ne „igitur quisquam hominum hanc renuntia„tionem valeat retractare, ea ſigilli noſtri „appenſione decrevimus ſtabilire. Hujus „rei teſtes ſunt Walchunus officialis ejus„dem eccleſie, & Symon, Heinricus de „Moſen, Ulricus de Chilusperch, Bernar„dus Curie magiſter, Gerhardus, Chunra„dus Choziler, & alii, quorum copia ibi „fuit. Acta ſunt hec anno gratie MCCXLIII. „indictione prima.„

Circa idem tempus ſub Richero Abbate comes quidam Palatinus Bavariæ R. confirmavit donationem predii Wainpach dicti factam ab Alberto præcone, uti legitur in cit. libro P. n. 140. his verbis:

„R. Dei gratia comes Palatinus Bavarie in „perpetuum. Scire cupimus omnes pre„ſentem paginam inſpecturos, quod Alber„tus preco ob gratiam Domini Richekeri „Abbatis S. Petri Salisburgi proprietati, „quam ſe habere proteſtabatur in predio „Wainpach omnimodis renunciavit & ab o„mnibus conſanquineis ſuis, ſi aliqui de ce„tero queſtionem fecerint, ſuper ipſo defen„dere compromiſit. Ut autem talis ceſſio „vel renuntiatio nequeat in irritum deduci, „ad peticionem dicti Abbatis hanc cedulam „ſigilli noſtri appenſione juſſimus roborari. „Hujus rei teſtes ſunt Lukcho Judex noſter, „Heinricus veter civis Salisburgen: & per„tholdus Hiſenſuz, Walchunus de ſancto „Petro, Alberto de Mermos, Ulricus Cha„lasperger, Lanzo, Chunradus & multi „alii„ quorum ibi copia fuit.„ Hæc cit. loco.

III. Sed etiam ab Eberhardo II. adhuc vivente varia bona ediderit litteris accepit.

Præter hæc primis adhuc quatuor annis idem D. Abbas ab ipſo Eberhardo II. adhuc vivente varia bona accepit, uti probant quædam litteræ originales archiepiſcopali ſigillo munitæ de annis 1244. & 1245. Vigore litt. datarum XIII. Sept. anno 1244. Eberhardus Archiepiſcopus Monialibus noſtræ congregationis, quibus præſidebat Abbas Richerus, donavit pro lineis veſtimentis 8. libras annui redditus apud Murak & apud Eker, item unam 4. tam in Lachen, & unam quartam in Teuffenbach. Tenor litterarum ſequens eſt:

„Eberhardus Dei gratia Salzburgenſ. „Archiepiſcopus apoſtolice ſedis Legatus „univerſis Chriſti fidelibus preſentem pagi„nam intuentibus ſalutem in Domino. Quia „nullum bonum eſt, niſi pulchrius luceſcat, „ſi comprobatur noticia plurimorum, ideo „preſenti ſcripto conſtare volumus tam pre„ſentibus, quam futuris, quod defectum „attendentes, quem dilecte in Chriſto filie „ſanctimoniales S. Petri apud Salzburch „præcipue in veſtibus lineis paciuntur, mo„ti viſceribus pietatis hujusmodi defectui „occurrere cupientes eis apud Murak, & „Ekker quatuor librarum redditus, nec non „quartam unam in Lachen, & aliam quar„tam in Teuffenpach, ſolventes caſeos „quadringentos, ſive libras quatuor cum „plenitudine contulimus poteſtatis, taliter „ordinantes, ut Magiſtra ſanctimonialium „predictarum memoratos redditus octo li„brarum ſub ejus regimine ſive poteſtate te„neat, & cuilibet Moniali de ipſis redditi„bus lineum pro una camiſia adminiſtret, o„mnimodis prohibentes, ne occaſione talis „conſolationis conſuetis veſtibus a Monaſte„rio Moniales priventur aliquatenus ſepe„dicte. Ne etiam preſenti eleemoſina per „nos aut noſtros ſucceſſores valeant impo„ſterum defraudari, in evidens teſtimo„nium & cautelam ſigillo noſtro preſentem „cartam juſſimus roborari. Hujus etiam „rei teſtes ſunt Otto prepoſitus Salzburgenſ. „Fridericus de Libent Canonicus Salzbur„genſ.

„genſ. Gerochus de Mattſee, Rudgerus de „Percheim, Ulricus de Thalheim, Karolus „de Gengnigen, Heinricus de Pruningen, „Truthachringarii, Yſengrinus, Tyſingri„nus, Walchunus civis Salisburgenſ. Hein„ricus de Moſen & alii quam plures. Dat. „hujus apud Salzburch anno Domini „MCCXLIIII. XIII. Kal. Sept. Indictt. II.„

Rurſus per alias litteras originales idem Archipræſul donavit Monaſterio S. Petri Decimas quorumdam novalium in ii domibus. apud Schiltlehen. Damus litterarum tenorem ex originali:

„Nos Eberhardus Dei gratia Archiepi„ſcopus Salzburg. apoſtolice ſedis Legatus. „Hoc ſcripto notum facimus tam preſenti„bus, quam futuris, quod ob noſtrorum „veniam delictorum in ſubſidium camere „ſancti Petri apud Salzburch decimas quo„rumdam novalium in *ii* Domibus tradidi„mus cum plenitudine poteſtatis. Ne igi„tur ſuper donatione hujusmodi prefato Mo„naſterio ſive camerario, qui pro tempore „idem officium tenuerit, moveri poſſit que„ſtio in futurum, in evidens teſtimonium „& cautelam hanc ſcribi juſſimus litteram, „noſtrique ſigilli numine roborari. His ſi„militer teſtibus adnotatis. Otto prepoſi„tus Salzburg. Dominus Ekkehardus de „Tanne, Dominus Yſengrinus, Lyſinga„rius & frater ſuus Raitmarus, Walthunus „de ſancto Petro. Patruus civis in Salz„burch, & alii quam plures. Datum hu„jus Salzburge anno Domini MCCXLV. in„dict. tercia, Kal. febr.„

Hæ Litteræ, prout apud nos in originali exſtant, ultimæ ſunt, quæ paulo ante mortem Eberhardi II., qui anno 1246. ſupremum diem clauſit, emanarunt.

IV. Majora expertus ab Archiep. Philippo, & 1. quidem propter duo adjudicata prædia Sitlsdorf, & Voitis.

Aſt non demortua ſuit poſt mortem Eberhardi II. Archipræſularis beneficentia in favorem Richeri Abbatis & Monaſterii noſtri, utpote quæ penitus revixit in Succeſſore, non quidem Burchardo, quem SS. P. Innocentius IV. denominavit, aſt Salisburgenſe Capitulum, quia votis capitularibus non erat electus, non acceptavit, ſed Philippo filio Ducis Carinthiæ & comite de Ortenburg, quem & præfatus ſummus Pontifex confirmavit, poſtquam Burchardus in via Salisburgum naturæ debitum ſolvit, atteſtantibus id omnibus, quotquot hiſtoriam Salisburgenſem ſcripſerunt, Hundio, Caniſio, Dikero, Mezgero, Hanſizio. Igitur hic Philippus Archiepiſcopus anno 1247. primo Abbatem noſtrum Richerum miſit in poſſeſſionem prædiorum Sitlsdorf atque Voitis ſequentibus litteris in originali exſtantibus:

„Nos Philippus Dei gratia electus Salz„burgenſis eccleſie. Hoc ſcripto patere vo„lumus univerſis, quod dilectus in Chriſto „frater noſter Richkerus Abbas Monaſterii „S. Petri apud Salzburch ibidem in noſtra „preſentia conſtitutis ſufficienter probavit, „minus legitime ſe citatum & quod cauſa le„gitima prepeditus diei non poterat intereſſe „ſibi prefixe tunc temporis in Friſaco, a ve„nerabili Patre pie recordationis anteceſſo„re noſtro Archiepiſcopo Eberhardo, ad re„ſpondendum nobili matrone Domini Liu„toldi de Wildonia ſuper quibusdam prediis „Sitlstorf atque Voitis, que idem Abbas „annis pluribus poſſederat in quiete. Pro„batione igitur facta per Dominum Abba„tem, & exhibita nobis, petivit inquiri per „ſententiam, ex quo nec citatus erat legi„time nec etiam diei ſibi prefixe intereſſe po„terat cauſa legitima prepeditus, utrum „ſententia lata per Judices delegatos Domi„ni Archiepiſcopi Eberhardi de mittendo „partem adverſam in poſſeſſionem dictorum „prediorum, Domino Abbati deberet ejus „abſentia prejudicium generare. Unde „quoniam a Miniſterialibus eccleſie noſtre „ac aliis bonis viris talis ſententia judicata „fuit irrita & inanis. Adjudicantes poſſeſ„ſionem ipſorum bonorum Domino Abbati „ſepedicto & nobis defenſionem eorumdem „prediorum, nos tanquam ipſius Judices „ordinarii ipſum Abbatem in poſſeſſionem „dictorum remittimus prediorum, ſibi dan„tes pro teſtimonio Litteram hanc paten„tem, cum idem Abbas paratus ſit de ſu„pradictis prediis exhibere juſtitiam termi„nis legitimis, atque locis. Sunt autem „hujus rei teſtes Dominus Otto prepoſitus „Salzburgen. Hermanus ejusdem eccleſie „Canonicus, Magiſter Heinricus Protho„notarius curie. Gerhohus de Percheim, „Ortolfus de Steveringe, Heinricus de „Harschirhen, Otto de Gutrat, Karolus „de Gebningen, Heinricus de Silberberch, „Heinricus de Luge Miniſteriales. Yſingri„nus, Teſingrinus cives Salzburgenſes, & „alii quam plures. Actum apud Salzburch „anno gratie Millo CCXLVII. Indict. V. „XIII. Kal. Marcii.„

V. Secundo: quia caſſavit conventionem cum capitulo de jure coëligendi Archiepiſcopum,

Secundo idem Philippus Archiepiſcopus ad tuenda Jura Monaſterii ſub Richero Abbate anno 1249. per litteras originales caſſavit illam Richeri Abbatis cum capitulo Salisburgenſi cathedrali conventionem, qua debuit Abbas vel intra annum probare, quod ſibi Abbati competat Jus coëligendi Archiepiſcopum, vel ab illa coëlectione imposterum abſtinere. Ex ſubſequentibus litteris hic allegandis colligi poteſt, quod Jus coëlectionis, quo ex jure reſervationis gaudebat Abbas ad ſanctum Petrum in electionibus Archiepiſcopalibus, diſplicuerit inclyto Capitulo Metropolitico Salisburgenſi, ob quam cauſam Abbas & Conventus admittere debuerunt, ut Abbas infra ſpatium anni hoc jus coëlectionis probet vel penitus futuris temporibus abſtineat. Haud difficilis fuiſſet hujus juris probatio, nec tanta opus fuiſſet temporis mora, quod inſtrumentis Archiepiſcopalibus per expreſſos terminos fuit confirmatum, ita enim, ut diximus in vita Abbatis Balderici n. III. IV. & V. Conradus I. Archiepiſcopus in ſuo inſtru-

instrumento de anno 1139. loquitur: *Ordinamus & statuimus, ut singulis electionibus pro Archiepiscopis Salisburgensibus per canonicos nostros juxta apostolicas ordinationes faciendis Abbati ejusdem Monasterii pro tempore existenti loco fratrum suorum, ad quos prius semper ejusmodi electio spectabat, interesse competat perpetuo, & quem ipse unacum canonicis prefatis ex ipsis vel alias elegerint, Archiepiscopus censeatur absque populi contradictione* &c. Ita Conradus I. Archiepiscopus. Attamen hoc non obstante, quod hæc probatio adeo difficilis non fuisset, providus Archiepiscopus Philippus ex singulari sollicitudine erga nostrum Monasterium hoc onus probandi nobis imponi noluit, & conventionem Abbatis Richeri cum venerabili Capitulo Salisburgensi factam sequenti diplomate cassavit, & annullavit.

„Philippus Dei gratia Salzburgensis ec„clesiæ, apostolice Sedis Legatus. Uni„versis presentis scripti inspectoribus per„petuo ejus vigorem. Etsi juri quilibet re„nuntiare valeat, quod pro se esse noscitur „introductum quia tamen delictum persone „non sinunt canones in dampnum ecclesie „redundare, nos indempnitati Monasterii „S. Petri paterna sollicitudine providentes „obligationem Domini Richkeri Abbatis & „Conventus dicti loci, per quam se Prepo„sito & Capitulo nostre ecclesie adstrinxe„runt, ut jus, quod habere in electione Ar„chiepiscopi se proponunt, coram legitimo „Judice non probaverint infra annum, ipso „facto ab omni jure, quod in electione pre„missa dicuntur ab antiquo tempore posse„disse, penitus cecidisse, sicut in eorum in„strumento inde confecto contineri dicitur, „denontiamus sententialiter esse nullam, nec „ipsam vergere volumus in ipsius Monaste„rii detrimentum, maxime cum talis in ea „posita sit conditio, que si exstaret forsitan, „prefatum Monasterium enormiter ledere„tur, ad quam denuntiationem etiam nos „induxit, quod Dominus Abbas & Conven„tus infra annum legitimi indicis copiam „non haberent, coram quo jus prenomina„tum simplicitate quadam ducti se adstrin„xerunt infra eundem terminum probatu„ros. Unde eo non obstante, quod se ta„liter obligarent, eo jure utantur in ipsa e„lectione imposterum, quod eis in ipsa pri„mitus competebat. In hujus rei testimo„nium Abbati & conventui predicti presens „scriptum tradimus sigilli nostri munimine „roboratum. Datum apud Hellinum XVIII. „Kal. Jan. anno Domini M.CCXL. nono, „in presentia venerabilis fratris nostri Do„mini Ulr. Secovensis episcopi, fratris Die„trici de ordine predicatorum, Magistri Ber„tholdi Notarii, Walkuni de S. Petro & te„stium plurium aliorum".

Ita tenor instrumenti Originalis. Ast licet hæc omnia in maximum favorem Monasterii nostri pro tuendo jure coëlectionis scripta fuerint, verosimile tamen est, hoc ipso tempore hoc Jus exspirasse, & suapte exolevisse, dum enim Philippus Archiepiscopus infeliciter fuit depositus, eidemque adhæsit Abbas noster Richerus, eapropter etiam cum toto Monasterio interdictus, hinc non credibile est, quod Abbas Richerus in nova electione Udalrici, qui erat successor Philippi depositi, fuerit inter coëligentes admissus, & quia ab illo tempore solidum fundamentum non exstat, quod Abbas simul coëlegerit Archiepiscopum, hinc Abbates successores Richeri advertendes aliunde diſplicentiam venerabilis Capituli Metropolitici probabiliter huic Juri ultro cesserunt, & renuntiarunt.

VI. Tertio: quia confirmavit donationem Decimarum a Friderico factam;

Eodem anno idem Archipræsul Philippus confirmavit donationem Decimarum, quæ dictæ fuerunt Portzehent, quam fecit Fridericus Archiepiscopus in Archidiaconatibus Salisburgensi, Chiemensi, Baumburgensi & Garsensi, quam donationem rursus per alias litteras per Judicem deputatum confirmari fecit: Litteræ originales de Ipsius confirmatione hujus tenoris sunt.

„Philippus Dei gratia Salzburgensis ec„clesie, apostolice Sedis Legatus universis „presentis Scripti inspectoribus perpetuum „ejus vigorem. Etsi ex officii nostri debito „singulis ecclesiis & Monasteriis jura sua de„fendere teneamur, dummodo nostre suppo„sita sint ditioni, illis tamen obligatius te„neri credimus, que nostris specialius sunt „tuitionibus commendata, & quanto vici„nius alarum nostrarum protectionibus sunt „subjecta, tanta eorum .... videmur ve„recundius sustinere, quibus consideratio„nibus commoniti Monasterio S. Petri in „Salzburga jura sua in donationibus prede„cessorum nostrorum super quibusdam da„tis seu Decimis aquisita conservare volen„tes illesa, cum illud Monasterium infra „nostre civitatis muros positum sub nostre „umbra protectionis conquiescat, Donatio„nem, quam clare memorie Dominus Fri„dericus predecessor noster quondam Ar„chiepiscopus in quibusdam fecit Decimis „Monasterio memorato, quas Porcehint vul„gus appellat & in Archidiaconatibus Salz„burgen, Chiemenn, Paumburgenn & Garz„zen site sunt, auctoritate presentium con„firmamus, inhibentes sub pena anathema„tis, ne quis de cetero ipsos in dictis deci„mis, Abbatem videlicet & ejusdem Mo„nasterii fratres presumat aliquatenus mo„lestare, sed sicut hodie quiete ipsas possi„dent decimas, duas partes videlicet juris „episcopalis, & tertiam videlicet illius ec„clesie Sacerdotis, de cujus parochia di„cte Decime colliguntur, quam similiter ex „antiqua prescriptione temporis possede„runt, maxime, cum ipsi Sacerdoti statuta „sit prebenda competens aliunde, que ex „hoc non minuitur ullo modo, ipsos quiete „volumus perpetuo pollidere. Ut autem „voluntas iniqua maliguari eis volentium „super decimis memoratis judiciali rectitu„dine

„dine reprimatur, damus per alias noſtras „Litteras in mandatis . . . . prepoſito de „Petersgaden, qui pro tempore fuerit, ut, „ipſi Abbati & fratribus juxta preſentis te„norem privilegii jura ſua in predictis Ar„chidiaconatibus ſuper eisdem Decimis in„tegra conſervando, compeſcat cenſura ec„cleſialtica quoslibet eorum turbatores, de „quibus coram eo depoſuerit queſtionem, „cui omnem in hoc jurisdictionem commit„timus, quam in tales poſſemus perſonali„ter exercere. Datum Salzburg anno Do„mini Millo CCXLnono. III. Id. Dec. in pre„ſentia Magiſtri Bertholdi notarii, Walchu„ni offic. Monaſterii ſancti Petri, Symon, „Ulrici de Chaluſperg, Heinrici de Mo„ſen, Chunradi Stuzo, Wernher: Chunr. „& Heinrici dicti Monaſterii ſervientium in „Domino feliciter Amen“.

Sequuntur litteræ pro Judice deputato.

„Philippus Dei gratia Salzburgen. eccle„ſie, apoſtolice ſedis legatus, dilecto in „Chriſto fratri . . . Prepoſito eccleſie de „Perthesgadim ſalutem, & in Domino Ka„ritatem. Quia nos venerabilem in Chriſto „fratrem abbatem Sti Petri in Salzburg. ac „dictum monaſterium unacum fratribus ibi„dem Deo famulantibus in noſtram prote„ctionem recepimus ſpecialem, donationem „eis a Domino Friderico quondam archie„piſcopo prædeceſſore noſtro ſupra quibus„dam decimis ſitis in archidiaconatibus „Salzburgen., Chyemen, Paumburgen, „& Garzzen factam duximus ſcriptorum no„ſtrorum munimine confirmandam, duas „partes videlicet juris epiſcopalis, & ter„tiam ſacerdotis, de cujus parochia dicte „decime colliguntur, quas porcehint vul„gus appellat. Unde vobis mandamus, qua„tenus ipſis jura ſua ſuper dictis decimis „conſervantes, non permittatis eos contra „noſtri tenorem in eis privilegiis moleſtari, „moleſtatores, ſi qui fuerint, de quibus co„ram vobis depoſuerant queſtionem, per „cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. Te„ſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gra„tia, odio, vel timore ſubtraxerint, cen„ſura ſimili cogatis veritati teſtimonium per„hibere. Hujus etiam auctoritatem ſcripti „extendi volumus ad eos, qui noſtri pro „tempore fuerint ſucceſſores. Datum Salz„burg anno Domini Millo. CCXL. nono III. „Id. Decembr“.

VII. Quarto: beneficia contulit eccleſiæ parochiali in Wiettingen.

Anno ſequenti altefatus archipræſul Philippus confirmavit decimas, ſepulturam, & alia jura parochialia in Wietting, prout monaſterio ab aliis anteceſſoribus collata fuerunt: & inſuper anno dicto exemit eandem eccleſiam a ſolutione collectarum pro Papa vel legatis, aut delegatis, vel etiam archiepiſcopis in archidiaconatu Carinthiæ recipi ſolitarum. Litteræ priores in originali exſtantes ita ſonant:

„Philippus Dei gratia electus eccleſie „Salzburgen. apoſtolice ſedis legatus, uni„verſis preſentem paginam inſpecturis ſalu„tem in Domino. Cum nullum bonum ſit, „quod non pulchrius eluceſcat, ſi plurimo„rum noticia comprobetur, ideo preſenti „ſcripto notum facimus tam preſentibus, „quam futuris, quod nos moti devotione, „quam dilectus in Chriſto frater Richerus „abbas S. Petri in Salzpurch nobis, no„ſtreque eccleſie conſuevit hactenus exhi„bere, ad petitionem ſuam & inſtantiam „omnes decimas, videlicet duas partes e„piſcopales, & tertiam reſpicientem Sacer„dotem cum ſepultura, & aliis juribus pa„rochialibus, quibus capella in Wiettingen „ex donacione anteceſſorum noſtrorum de „conſenſu plebani in Guterch hactenus eſt „gaviſa, dicto abbati ſuoque conventui, in „cujus dominicalibus ſita eſt capella eadem „conferentes authoritate preſentium confir„mamus. Ut igitur dictus conventus hac „noſtra collatione, & confirmatione perpe„tuo gaudeat, & letetur, ipſis in evidens „teſtimonium, & cautelam hanc dedimus „paginam ſigilli noſtri munimine inſigni„tam. Sunt etiam hujus rei teſtes Mar„quardus Camerarius S. Petri, Chunradus „Sacerdos de Friſaco Capellanus noſter, „Magiſter Henricus notarius canonicus Fri„ſacenſis, Chunradus de Girpoum, Diet„marus Scriba canonicus S. Virgilii, Ru„dolphus canonicus in Traberch, Ulricus „ſcholaris Magiſtri Heinrici Notarii, Chun„radus Tyſingarius, Walchunus de S. Pe„tro, cives burgenſes, & alii quam plures. „Datum hujus in Weruen anno Domini „MCCL. 15. kal. april. nona indict“.

(L. S.)

Sequuntur & aliæ ejusmodi litteræ huc ſpectantes:

„Philippus Dei gratia electus eccleſie Salzburgen, apoſtolice ſedis legatus univerſis preſentem paginam inſpecturis ſalutem „in Domino. Ut ea, que aguntur in tem„pore, per aliquod amminiculum mentibus „hominum commendentur, illud humani „ſenſus fragilitas exiget, & requirit. Hoc „ergo ſcripto notum facimus tam preſenti„bus, quam futuris, quod ad petitionem „& inſtantiam dilectorum nobis R. abbatis, „& fratrum monaſterii S. Petri in Salz„burch exemimus eccleſiam eorum Wiettin„gen nomine ab omni collecta, que pro Do„mino Papa vel legatis, aut delegatis, vel „etiam pro nobis ſpecialiter in archidiaco„natu Karinthie recipi hactenus eſt conſue„ta, volentes eandem collectam perſonali„ter de ipſo monaſterio S. Petri ulterius re„cipere, ac imponere, ſi qua pro Domino „Papa vel legatis, aut delegatis, vel pro „nobis fuerit imponenda. Ut igitur preſa„to abbati, ſuoque conventui gratiam hujus„modi per nos factam ab archidiacono, qui „pro tempore in partibus Karinthie archi„dyaconatus officio prefuerit, per omnia „conſervetur, in evidens teſtimonium; & „cautelam hanc eis dedimus litteram ſigilli „noſti munimine inſignatam. Sunt etiam „hujus

„hujus rei teſtes Fr. Ditricus Ordinis pre-
„dicatorum, Magiſter Heinricus Notarius
„canonicus Friſacenſis, Ditmarus Scriba ca-
„nonicus S. Virgilii, Walchunus de S. Pe-
„tro, Ulricus Chalus pergarius, Heinricus
„de Moſen, Chunradus de Moſen, Chun-
„radus Stuzo, Wernherus, & alii quam-
„plures. Dat. hujus in Salzburch anno Do-
„mini MCCL. prid. Id. Januar".

VIII. Et denique Parochiam in Seckirchen ad dies vitæ contulit, & advocatiam liberam declaravit.

Denique exſtant aliæ duæ litteræ originales, per quas Philippus archiepiſcopus anno 1250. Richero noſtro abbati ad dies vitæ contulit Parochiam in Seckirchen, & anno 1252. advocatiam in Sechirchen ab omni infeudatione, & alienatione Ducum Auſtriacorum liberam declaravit. De collata parochia ſequens eſt inſtrumentum, quod quidem poſt tot ſæcula exſpiravit:

„Philippus Dei gratia electus eccleſie
„Salzburgen., apoſtolice ſedis legatus, o-
„mnibus preſentem paginam inſpecturis salu-
„tem in Domino JEſu Chriſto. Ut ea, que
„aguntur in tempore, per aliquod amnimi-
„culum mentibus hominum commendentur,
„illud humani ſenſus fragilitas exigit, &
„requirit. Hoc igitur ſcripto notum faci-
„mus univerſis, quod nos attendentes de-
„votionem dilecti in Chriſto fratris noſtri
„Richeri abbatis monaſterii S. Petri in Salz-
„burch, quam nobis, noſtreque ecclæſie
„conſuevit exhibere liberaliter hactenus in
„effectu, ad petitionem ſuam, & inſtantiam
„conventus ejusdem monaſterii parochiam
„Seckirchen in ſubſidium prebendarum fra-
„trum Domino ibidem famulancium contu-
„limus tali forma, ut dicto abbate ſuperſti-
„te eadem noſtra collatione, & gratia gau-
„deant ipſi fratres. Poſtquam autem viam
„carnis ingreſſus fuerit univerſe, collacio
„porochie prelibate ad nos noſtrosque ſuc-
„ceſſores pleno jure libere revertat. In o-
„nium autem predictorum evidens teſtimo-
„nium & cautelam hanc conſcribi manda-
„vimus litteram, noſtrique ſigilli munimi-
„ne roborari. Sunt etiam hujus rei teſtes
„Wal. abbas in Raitenhaslach, Mar. mo-
„nachus Mgr. H. Notarius, Heinricus ple-
„banus de S. Cyriaco, Ditricus, & Chun-
„radus Sacerdotes Capellani noſtri, & alii
„quam plures: Datum hujus in Salina anno
„Domini MCCL. XIIII. Kal. Mart. VIIII.
„Indict". Sequitur inſtrumentum alterum, de quo ſupra:

„Nos Philippus Dei gratia Salzburgen.
„eccleſie, apoſtolice ſedis legatus tenore
„preſentium univerſis, & ſingulis publica-
„mus, quod, cum olim clare memorie Fri-
„dericus Dux quondam Auſtrie tam perſo-
„ne, quam & fratrum ſuorum perſecutio-
„nem a majeſtate Ceſarea pateretur, vo-
„lens placare predeceſſorem noſtrum pie
„memorie archiepiſcopum Ebirhardum, ad-
„vocatiam in Seckirche, quam a noſtra ec-
„cleſia titulo tenuit feodali, ſibi libere reſi-
„guavit, quam tamen Dux idem poſtmo-
„dum, dum minas hujusmodi evaſiſſet, nun-
„quam repetens, ſed potentie ſue ſuffultus
„injuriis tenuit occupatam, quam & nunc
„Chunradus de Steinkirche, ſed contra ju-
„ſtitiam uſurpavit, quem nullum jus habere
„recognoſcimus in eadem. Verum aliena-
„tiones, ſeu infeudationes, ſi quis forte
„dictus Chunradus ſuper advocatia ipſa vel
„aliqua ſui parte voluerit attemptare, in-
„terdicimus eidem teſtimonio hujus ſcripti
„omnibus, in quos tale transferre vellet do-
„minium intimantes, quod nihil ad ipſum
„de advocatia pertinet memorata, ſed ab
„eis, ſi qui ab ipſo quicunque reciperent de
„illa, cum ſic fieret injuria juri noſtro, ſuo
„tempore requiremus. Datum Raſtatt VIII.
„Id Julii anno Domini MCCLII". Et hæc ſunt inſtrumenta, quæ ſub Philippo archiepiſcopo electo ſuerunt pro noſtro monaſterio edita, atque in originali exſtant,

IX. Inſuper ſub hoc abbate anno 1251. confirmata fuit exemptio capellæ Dornbacenſis.

Inſuper regimen abbatis Richeri commendabile reddunt varia adhuc monumenta, quæ in ordine recenſemus, & ſpeciatim, quod illo vivente a Patavienſi epiſcopo Bertholdo anno 1251., per binas litteras confirmata fuerit exemptio capellæ Dornbacenſis prope Viennam, ſeu eccleſiæ ibidem parochialis: ſecundo, quod ſub ipſo fuerit compoſita controverſia de jure electionis abbatialis in monaſterio Eiſenbacenſi, ſeu ad S. Vitum noſtri Ordinis: & tertio, quod ab Ottocaro Auſtriæ Duce ſpecialem protectionem, & novam evehendi vina confirmationem acceperit. De prima, eccleſiæ nimirum parochialis Dorbacenſis exemptionis confirmatione duo etiamnum exſtant parva inſtrumenta membranea ſigillo epiſcopali roborata, quæ ita leguntur:

"Bertholdus Dei gratia eccleſie Pata-
"vienſis epiſcopus, dilecto in Chriſto fratri
"abbati S. Petri Salzburgen, ejusque con-
"ventui Ord. Sci Benedicti ſalutem, & ſin-
"ceram charitatem. Juſtis petentium de-
"ſideriis dignum eſt nos facilem prebere aſ-
"ſenſum, quapropter veſtris piis ſupplica-
"tionibus favorabiliter inclinati, nos vi-
"ſo, & perlecto, manibusque noſtris con-
"trectato privilegio ſuper confirmatione ar-
"bitrii exemptionis capelle veſtre in Dorn-
"bach per pie recordat onis Gebhardum e-
"piſcopum predeceſſorem noſtrum vobis da-
"to, confirmationem arbitrii hujusmodi ra-
"tam habentes, eam tenore preſencium
"confirmamus. In cujus rei teſtimonium
"noſtrum ſigillum preſentibus duximus ap-
"ponendum. Datum apud Matthſee V. Kal.
"Sept. anno Domini MCCLI. pontificatus
"noſtri ſecundo".

"Bertholdus Dei gratia patavienſis ec-
"cleſie epiſcopus univerſis preſentes litteras
"inſpecturis ſalutem in Domino. Petitio-
"nibus, quibus veritas ſuffragatur, dignum
"eſt nos facilem prebere conſenſum, conſi-
"derato igitur tenore privilegii venerabilis
"predeceſſoris noſtri beate memorie epiſco-
"pi G. & cognoſcentes exemptionem capel-
"le plenius contineri in eodem, dilecti in

„Chriſto fratris noſtri venerabilis abbatis S. „Petri Salzburgen. precibus favorabiliter „inclinati conſtitutionem, quam in generali capitulo celebrato apud Wiennam edi-"dimus in omnes, qui exemptionem ali-"quam allegarent, ut eam per exhibitio-"nem inſtrumentorum, ſi qua haberent, in-"fra tempus, quod eis præfiximus, com-"probarent, que cum predictus frater no-"ſter nequiviſſet propter viarum pericula "preſentare, ſecundum quod nobis poſtmo-"dum per ſuam preſentiam declaravit, ipſo-"rum conſtitutionem noſtram tenore preſen-"tium, quoad ipſum volumus non tenere. "In cujus teſtimonium ſibi preſentes litteras "tradidimus ſigilli noſtri munimine commu-"nitas. Datum Mathſe anno incarnationis "dominicæ MCCLI. V. Kal. Septembr. In-"dict. VIIII. Pontificatus noſtri ſecundo".

X. Compoſita de jure electionis inter noſtrum Monaſterium & S. Viti controverſia anno 1253.

Poſt biennium, anno nimirum 1253. facta ſuit compoſitio circa jus electionis abbatialis in monaſterio Elſenbacenſi, ſeu ad S. Vitum cis Rhotam, quod aliquando competebat monaſterio noſtro, ut ex litteris, & inſtrumento adducendis colligi poteſt, forte ex hac cauſa, quod anno 1031. primus abbas ſuerit ex noſtro monaſterio, & quatuor pariter religioſi noſtri pimam fecerint plantationem, prout a nobis fuſius dictum eſt in vita Ruperti I. n. 5. Extant de hac compoſitione tria inſtrumenta membranea ſigillis roborata, & originalia, ex quibus primum eſt Domini Mengotti abbatis, & ſui conventus in monaſterio Elſenbacenſi ſequentis tenoris.

"Mengottus Dei gratia abbas, & con-"ventus S. Viti in Elſenbach preſenti ſcripto "ſcire volumus univerſos, quod, cum ſu-"per lite, que inter venerabilem Patrem no-"ſtrum, & Dominum Richerum abbatem, "& conventum Sti Petri Salzburgen. civi-"tatis ex parte una, & inter nos, & con-"ventum noſtrum ex parte altera vertebatur ſuper jure eligendi abbatem in eccleſia "noſtra, a venerabile Patre noſtro Ottone "Salzburgen. eccleſie Prepoſito Judice a vene-"rabile Philippo Domino noſtro electo Salz-"burgen. eccleſie daputato citati peremptorie "fuiſſemus; partibus in preſentia Judicis con-"ſtitutis ex mandato & authoritate ipſius "habito conſilio prudentum virorum de con-"ſenſu, & ratihabitatone conventus noſtri "ad hanc deducti ſuimus concordiam, quod "nos, eccleſia noſtra paſtore de cetero vi-"duata, abbatem eccleſie noſtre de gremio "eligamus, abbati S. Petri, qui pro tempo-"re fuerit, preſentandum, ſine dolo, & "quolibet zelo malitie examinandum, & ſi "ydoneus repertus fuerit, per dictum abba-"tem S. Petri Superiori preſentabitur con-"firmandus, ſi vero noſtro collegio ydo-"neum, & utilem non invenerimus, alibi, "quam de eccleſia S. Petri eligere non de-"bemus, & ſi forte ille, qui electus a no-"bis fuerit, non conſenſerit, vel a ſuo ab-"bate licentiatus non fuerit, nos de conſi-"lio abbatis S. Petri, & ſui capituli alibi eli-"gemus, circa quem electum in preſenta-"tione, examinatione, & confirmatione for-"ma obſervabitur prenotata. Conſideratis "etiam privilegiis, & fundatorum eccleſie "noſtre inſtrumentis invenimus in eisdem "proprietatem. & fundum in Elſupach, "Roſpach, item Roſpach, Perchoven, Puch-"pvch ex donatione Ditmari nobilis de Lon-"gov, ad Sti Petri monaſterium in Salz-"burch pertinere, & ne ne ſui juris prelibata "eccleſia diſpendium in ipſis poſſeſſionibus, "ſeu alio quolibet jure, eventu contrario, "vel per deſtructionem loci, vel per muta-"tionem ordinis valeat ſuſtinere, nos una-"nimi conſenſu in ſignum poſſeſſionis, pro-"prietatis, & dominii de iisdem poſſeſſio-"nibus quolibet anno in feſto beatorum a-"poſtolorum Petri & Pauli duodecim dena-"rios ratisponenſis monete ſolvemus eis-"dem, nihil amplius a nobis de predictis "poſſeſſionibus, quamdiu obſervancia nigri "ordinis S. Benedicti apparuit apud nos, re-"repturi. Teſtes ſunt hujus rei Otto Pre-"poſitus Salzburgen., Dominus Fridericus "Decanus, Heinricus de Ranzhoven, Do-"minus Gregorius, Dominus Hermanus de "Juſtinge, Dominus Heinricus Plebanus, "Dominus Heinricus de Meidlinge, Domi-"nus Algotus, Dominus Fridericus Celle-"rar., & alii quamplures canonici: ut au-"tem iſta compoſitio rata permaneat, & in-"convulſa, ſigillorum noſtrorum appenſione "eam fecimus roborari: Acta ſunt hec anno "Incarn. Dni. MCCLIII", (L.S.)

(L.S.)

Per alterum inſtrumentum triplici ſigillo roboratum ipſe archiepiſcopus Philippus hanc compoſitionem confirmavit, & ratihabuit eodem anno: tertium autem inſtrumentum ſuper eadem compoſitione erectum fuit hic Salisburgi poſt annos duos, anno videlicet 1255. per Dominum Joannem Schoumberch, qui erat advocatus S. Viti, quibus tamen inſtrumentis in extenſo allegandis, cum idem prorſus, quod primum, contineant, ſuperſedemus. Cæterum de hoc jure per tria ferme ſæcula nec veſtigium exſtat, neque etiam ſtipulata recognitio perſolvitur. Ultimam admonitionem de hac obligatione præſtanda moviſſe cœnobitis ad S. Vitum abbatem noſtrum Wolfgangum legimus circa annum 1516., ſed cum variæ excuſationes interceſſerint ex parte monaſterii Elſenbacenſis, quod eſt in Provincia aliena, licet ejusdem nobiſcum ſit dioeceſeos, hinc denique omnia quieverunt, & exſp rarunt.

XI Ob Ottocaro Rege Bohem. & Auſtriæ Duce renovatum privilegium evehendi vina:

Obtinuit pariter abbas noſter Richerus ab Ottocaro Rege Bohemiæ, & Duce Auſtriæ anno 1256. confirmationem privilegiorum Leopoldi, & Friderici quoad liberam vecturam vini, nec non ſpecialem protectionem per alias litteras minores, ſed non minus originales, & ſigillo regio ducali munitas. Litteræ majores hujus ſunt tenoris:

noris: "Ottocharus Dei gratia Dominus re-"gni Bohemiæ, Dux Austr., & Marchio Mo-"rav. omnibus in perpetuum. Recognosci-"mus, & presentibus profitemur, quod nos "privilegia Luipoldi, & Friderici Ducum "Austrie Illustr. data viris venerabilibus ab-"bati, & conventui sancti Petri in Salzpur-"ga per omnia in hec verba: In nomine san-"cte, & individue Trinitatis" &c. Sequitur de verbo ad verbum diploma Liupoldi de anno MCCXV. jam sæpius a nobis adductum, & post finem altefactus Ottacharus Rex Bohemiæ, & Dux Austriæ suam confirmationem addit:

„Nos equidem inclite recordacionis se-„dictorum Principum vestigiis inherentes „idipsum privilegium figilli nostri appensione „in singulis in eo expressis articulis, & au-„ctoritate presentium duximus roboran-„dum, testibus ydoneis, qui huic confir-„mationi intererant, annotatis, qui sunt, „Comes Otto de Hardekke, Albero de Chu-„ringen, Chunradus de Zekkengen, Otto „Camerarius de Betholdesdorf, Albero „Pincerna de Zelkingen, Ulricus Marscal-„cus curie nostre, Hadmarus de Liechten-„werde, Heinricus Hounveldarius; Boe-„mi, Zinilo de Luchrenburch, Wilchilinus „de Boydebrad, Joannes de Wiscenowe, „Hrono & Stachod, Luitoldus de Mimon, „Chuno Marscalcus Moravie, & alii quam „plures. Act. apud Chremsam anno In-„carn. Domini MCCLVI. Datum per ma-„nus Magistrorum Wilhelmi, & Arnaldi „Protonotariorum octavo decimo kal. De-„cembr". (L.S.)

Litteræ minores, ubi tamen annus expressus non est, sunt sequentes:

„Ottacharus Dei gratia Dominus regni „Bohemie, Dux Austr. & Marchio Morav. „universis presentem paginam inspecturis „salutem, & omne bonum. Cum tamquam „vere advocatus ecclesie S. Petri in Salz-„burch ipsam ecclesiam eandem in cura no-„stra habere debeamus speciali, volumus „hoc pro constanti, quod ipse abbas ejus-„dem ecclesie vel nuncii sui cum omnibus „ecclesie possessionibus per omnes nostros „districtus semper pacifici maneant & quie-„ti; nolumus etiam, ut aliquis ipsos un-„quam impediat, vel etiam impetat pro „aliquo debito alieno, quia ipsam eccle-„siam, & omnes eidem ecclesie attinentes, „ut tenemur, semper manutenere, speciali-„ter volumus in omnibus, & fovere, & ut „hec nullus eidem monasterio aliqualiter in-„fringere valeat, presentes litteras nostro „fecimus sigillo communiri, testibus anno-„tatis: dilecto avunculo nostro Ph. venera-„bili electo Salzburgen. Domino Hudewoi „nobili Supano, & Domino de Weisslowe, „& aliquibus pluribus idoneis, & honestis. „Datum in Georio XV. Kal. Julii". Et istæ sunt litteræ Ottocari Regis Bohemiæ, & Ducis Austriæ.

Ad acta Richeri etiam reduci possunt litteræ pontificæ ab Innocentio IIII. ad Richerum abbatem nostrum date in causa dissolvendi æris alieni in favorem capituli Salisburgensis contra Philippum archiepiscopum. Ut hujus negotii in abbatem nostrum a SS. Pontifice translati habeatur brevis notitia, sciendum est ex historia generali Salisburgensi, quod in causa Philippi archiepiscopi capitulum contraxerit aliquod debitum in curia Romana, ad quod solvendum custos capituli citatus fuit. Damus verba chronogrophi, prout leguntur apud celebrem historicum Marcum Hansizium in vita Philippi archiepiscopi n. VII. & hæc sunt: „Capitulum Salisburgense super mu-„tuo contracto per custodem ipsius capituli „pro negotio Domini Philippi Electi eo-„rum, cujus nuncius idem custos fuerat, „& in curia Romana per quinquennium de-„tentus ad solvendum idem debitum a Pa-„pa citatur. Unde Dominus Otto præpo-„situs capituli in se recipiens periculum, „Lugduni Papæ se obtulit: secum abinde „in Marsiliam, & a Marsilia in Genuam „procedens multis laboribus & expensis. „Ubi Dominus Papa cognoscens de causa, „& intelligens evidenter pecuniam mutua-„tam non in usum capituli, sed electi esse „conversam, sententiavit de redditibus e-„piscopatus, per quos eadem pecunia cum „omni integritate, damno, & interesse ab-„solveretur. Hæc ita posteris præscribi-„bimus, ut sibi in consimilibus sciant im-„posterum præcavere". Hucusque author chronographus. Tulit exinde Papa sententiam in favorem capituli anno 1251., quæ apud eundem Hansizium c. l. legitur, & primitus quidem executionem sententiæ delegavit Pontifex Decano Ratisbonensi, quoniam vero hujus sententiæ executio rursus dilata, vel a Philippo electo impedita fuit, hinc Innocentius IIII. rursus hoc mandatum revocavit datis litteris ad abbatem nostrum Richerum, quæ litteræ ita sonant, & leguntur apud citatum historicum pag. 348. n. XI.

XII. Et ab Innocentio IIII. PP. eidem delegata executio sententiæ in favorem capituli Salisburg.

„Innocentius episcopus Servus servo-„rum Dei. Dilecto filio abbati S. Petri Salz-„burg. salutem, & apostolicam benedictio-„nem: cum bona dilectorum filiorum Pre-„positi, & capituli Salzburgens. Ordinis S. „Augustini, sicut accepimus, a bonis ar-„chiepiscopalibus sint discreta, ut ad solu-„tionem aliquorum debitorum non teneantur, nisi ea in eorum utilitatem conversa „fuisse creditores legitime probaverint, per „nostras eis litteras duximus indulgendum. „Quocirca discretioni tuæ per apostolica „scripta mandamus, quatenus dictos Pre-„positum, & capitulum non permittas con-„tra concessionis nostre tenorem hys ab a-„liquibus indebite molestari. Molestato-„res hujusmodi per censuram ecclesiasti-„cam appellatione postposita compescendo. Non obstante, si aliquibus de partibus illis, quod

„quod excommunicari, suspendi, vel in-
„terdicti non valeant, a sede apostolica sit
„indultum. Datum Asisii II. Non. August.
„Pontificat. nostri anno XI., id est 1254".
Atque hæc sunt præcipua, quæ de regimine abbatiali, eoque valde felici nostri abbatis Richeri dici potuerunt ex actis, & monumentis nostris plerisque originalibus.

XIII. Sed subsecuto Salisburgi schismate inter Philippum archiepiscopum electum,

Verum optimus abbas noster Richerus non eadem sorte, ut jam in exordio vitæ dictum fuit, qua cœpit, etiam finiit. Quamvis enim p. annos quatuordecim p. gratias & favores utriusque archiepiscopi Eberhardi II., maxime autem Philippi electi, nec non per propriam industriam & vigilantiam optime rexerit monasterium nostrum, eidemque variis modis varia bona accesserint, atque priora cum majori incremento confirmata fuerint: attamen subsecuto scismate Salisburgi inter Philippum archiepiscopum electum, sed nunquam ordinatum, & successorem in archiepiscopatu Udalricum antea episcopum Seccoviensem, etiam ipse ærumnis confectus obiit anno 1259. quæ tantæ fuerunt, quod etiam successores abbates aliqui sequelas senserint satis acerbas, ut suo ordine dicemus. Cæterum hujus rei notitiam, & qualis tunc miser, atque vere calamitosus status fuerit tam in civitate, quam & in tota provincia Salisburgensi, haud melius exprimemus in compendio, quam allegando totam descriptionem probati historiographi Salisburgensis Mezgeri nostri, qui L. IIII. suæ historicæ cap. 24. causam & originem, nec non progressus, & infelicem exitum schismatis inter Philippum, & Udalricum ita depingit: „Ultra octo annos Philippus in sede
„Salisburgensi steterat magis, quam sede-
„rat, externis multum intentus bellis; cum
„ab Alexandro IIII. Pontifice decretum pro-
„diit, ut omnes ecclesiarum antistites, qui
„nondum erant, sacris se initiari curarent,
„alias dignitate privandi. Ad Philippum
„id singulariter pertinebat, qui nondum sa-
„cerdotium susceperat, nec quantumvis
„munitus persuaderi poterat: accedebat
„aliud malum, quod arces, & oppida di-
„tionis Philippus improborum hominum
„clientelæ addixerat, qui bona sacra dissi-
„parent potius, quam curarent. Habito
„igitur consilio, & Papæ assensu illustre
„metropolitanum collegium Hallæ in suf-
„fragia convenit, & abrogata Philippo di-
„gnitate sacra Udalricum episcopum Secco-
„viensem in archipræsulem delegit. Ele-
„ctione Romam per Ottonem Præpositum
„delata confirmatione abstinuit summus
„Præsul, donec causa Philippi sine turbis
„componeretur. Nam ipse audita sui ex-
„auctoratione mox ad arma convolare, &
„tam Udalrici fratris sui Carinthiæ Ducis,
„patre Bernardo paulo ante præmortuo,
„quam Ottocari Regis Bohemorum auxi-
„lium conducere cœpit. Contra quos et-
„iam se Udalricus Hungarorum, & Bojo-
„rum copiis comparavit. Interim Ponti-
„fex Henrico Chiemensi demandavit, ut
„Philippum fratrem bonis verbis induceret,
„mallet jure quam armis sub Romanæ Cu-
„riæ arbitrio disceptare, abstineret interim
„a sacrorum administratione, quam Henri-
„cus velut sequester gereret, donec causa
„expediretur. Additæ minæ interdicti, &
„proscriptionis ecclesiasticæ, nisi pareret.
„At Philippus hæc omnia nihil pensi habens
„tam Udalricum æmulum, quam legatum
„Henricum cum Ottone præposito tota di-
„tione expulit, & tam primum acrius in
„totam episcopi Seccoviensis diœcesin vasta-
„trice manu, nec non sacri collegii Pa-
„tres, inque alios viros ordinis ecclesiasti-
„ci, eorumque bona desæviit. Publicato
„interdicto tunc sacra in Salisburgensi di-
„tione desolata, in templis triste silentium,
„nisi quod urgentibus minis Philippi in S.
„Petri, & Nunbergæ templis celebrarentur
„divina. Sacerdotum extra hæc mera so-
„litudo, cunctis diffugientibus vix quaterni
„remanserant, quibus ægre relicta alimen-
„ta sufficerent". Ita originem exorti schismatis, cui causam dedit Philippus ipse, describit suprafatus historicus.

XIIII. Et Udalricum electum successorem, ærumnis confectus obiit anno 1259.

Postquam vero idem auctor in sua historia etiam refert, quod ille tempore Radstadii editus fuerit monstrosus infans, qui jam in utero matris ploratum edidisse auditus, geminis cornibus in capite deformatus in lucem prodierit, haud dubie infausti schismatis & malorum insequentium irati plane cœli portentum, historiæ suæ telam ulterius prosequitur, & qualiter hoc schisma sub Udalrico successore non tam finitum, quam infeliciter continuatum fuerit, amplius his verbis describit": „Sub hæc Udal-
„ricus Roma, ait, quo ipsius pro sui causa
„iverat cum Ottone Præposito, cum pon-
„tificia confirmatione reversus, ubi nihil
„præter vim, & arma valere vidit, majo-
„ra undique auxilia contraxit, & cum Phi-
„lippianis inter Werfium, & Radstadium
„congressus primo conflictu adversarios pro-
„fligavit. At cum Radstadii postea securus
„de victis hostibus cum suis quiesceret, re-
„pente illi recollectis viribus insultu facto
„Ulricanos magna clade prostraverunt. Ul-
„ricus fuga elapsus in valle admontensi in
„manus Henrici de Turri Philippo addicti
„incidit, a quo in vicina arce custodiæ man-
„cipatus, archiducis tamen austriaci jussu
„non sine copioso lytro libertatem recepit.
„Vix liberatum sacris vinculis innodavit
„quidam sedis pontisicæ Legatus, qui a
„Præsule alioquin egente, & necdum suæ
„sedis possessionem adepto, jura cameræ,
„ut vocant, exigens, cum, quod daret,
„non haberet, censuras intulit, exigua sa-
„ne humanitate; hoc enim afflicto erat ad-
„dere afflictionem. Atque ita per plures
„annos misere vexatus præsul cum tota Sa-
„lisburgensium ditione, donec tandem an-
„no 1261. de compositione agi cœpit. Jam
„vici-

„vicinam pacem turbavit denuo Henricus „Dux Boius, qui impensas in auxilia Ul„rici factas armatus repetiit. Jam antea „pignori receperat aliquot oppida Salisbur„gensia, sed his non contentus copias Sa„lisburgum duxit, urbem transalsinam oc„cupavit, diripuit, incendit. Dum vero „arcem, qua citeriorem urbem oppugna„ret, in monte Imberg molitur, repente „sereno cœlo fulmen horribile insonuit, „cœlo, & Divo Ruperto Tutore pro suis „agente. Eo deterritus Dux tractandæ pa„ci ipse quoque animum adjecit, quæ tan„dem inter duæ sedis æmulos concluſa an„no 1263. Philippo cedente, & excedente, „Ulrico in debitam possessionem succedente. „Verum, cum ipse quoque Salisburgensibus „se invisum ceneret (tantorum malorum „causam in eum plerique conjiciebant) una „a Romanæ curiæ ministris propter debita „importune vexaretur, biennio exacto cru„cem archiepiscopalem, quam manibus, „& humeris sat gravem sensrat, ultro de„posuit, ac cum apostolica facultate ad an„tiquam Seccoviæ sedem reversus, trien„nio abhinc etiam e vita migravit. Philip„pus vero tanquam re bene hactenus gesta „eodem anno 1268., quo Ulricus humanis „exiit, indulgente Præsule Romano Pa„triarchalem Aquilejæ sedem conscendit, „ne tunc quidem irarum in Salisburgum „immemor, nam oppida, & loca Clagen„furti SS. Viti, & Georgii, quæ frater Ul„ricus Dux Carinthiæ in compensationem „damnorum illatorum ecclesiæ nostræ tri„buerat, nullo jure, sed vi ad suam dictio„nem trahere conatus est, quæ tamen Re„gi Bohemiæ Ottocaro cesserunt. Inter „Philippi, & Ulrici turbas cœnobia S. Pe„tri, & S. Erentrudis præ aliis graviter la„borarunt, quod non priori adhæserint, & „neglecto interdicto ecclesiastico sacra ju„bente Philippo celebrarint. Richerus ab„bas inter medias illas tempestates vitam „clausit anno 1259". Ita Mezgerus noster, cui adstipulantur omnes, quotquot historiam Salisburgensem scripserunt. Quamvis autem usque ad annum compositionis, qui erat annus sæculi decimi tertii sexagesimus tertius, Richerus non amplius vixerit, & multo minus, quando Udalricus rursus discessit, sed tres ferme abbates nostri Albertus II. Chuno, & Simon II. senserint amaros hujus scissuræ fructus, nos tamen pro pleniori intelligentia etiam illarum miseriarum, quas successores Richeri passi fuerunt, fusius totam Mezgeri historicam narrationem in extenso allegavimus, ut consideranti, & legenti pateat, in quantis ærumnis tota civitas, tota Provincia fuerint involutæ, & quia Richerus noster Philippi partes tenuit, mirum sane videri debet, si in tanta confusione rerum, inter arma, & dissidia adhuc lapis super lapidem permanserit in monasterio nostro ad S. Petrum.

ALBERTUS II.

ABBAS XLII.

AB ANNO 1259. USQUE AD ANNUM 1263.

I. Sub brevi regimine Alberti II. quem Udalricus archiepiscopus suo officio privavit,

Post nubila Phœbum expectare potuissent cœnobitæ nostri omni ex parte afflicti, in tanta nimirum rerum perturbatione, quam calamo magis luctuoso in sua descripsit historia Marcus Hansizius, ac nos ex Mezgero retulimus. Ast oportuit confratres nostros per plures annos succedentes ingemiscere: Patres nostri comederunt uvas acerbas, & dentes filiorum obstupescunt. Accidit nimirum ecclesiæ S. Petri monachis, quod navigantibus in mari obvenire solet, qui dum charybdim vitare cupiunt, in Scyllam incidunt. Cognita erat, & perspecta nimis religiosis nostris sævities Philippi, quem post sui depositionem monstrum episcopi vocat sæpe citatus Hansizius, & dum præsentaneis malis prospicere conabantur, in subsequa, & improvisa inciderunt. Igitur mortuo Richero, ait recentior abbatum nostrorum catalogus de anno 1646. conventus S. Petri Priorem suum Albertum elegit in abbatem anno MCCLIX. sed quia & ipse adhæsit Philippo, atque ex ejus persuasione & jussu contra edictum apostolicum divina in sua ecclesia celebrari permisit, ab Udalrico abbatiali officio privatus fuit. Paulo antiquius MS. R. seu Chronicon abbatis Martini narrat de nova electione Alberti, & subsequis satis, quæ post paucos annos experiri debuit, sequentia: Fratres ecclesiæ S. Petri irregulares, & excommunicati defuncto Richkero eligunt Albertum Priorem sui monasterii in abbatem anno 1259. sed quia iste Albertus Philippo adhæsit, & ad ejus persuasionem contra edictum apostolicum divina in sua ecclesia peragere permisit, ab Udalrico electo archiepiscopo ab officio tertio sui regiminis anno deponitur. Ita MS. R. quot annis tamen administraverit, certo non scitur, triennium manuscripta, & catalogi communiter assignant, ast quia in duobus instrumentis allegandis de anno 1263. nomen Alberti expressum legitur, vero-

verosimilius videtur, quatuor, aut quinque annis incompletis in officio perstitisse. Quo anno mortuus, aut quo loco sepultus ignoratur.

II. Anno 1260. compositā fuit controversia cum quodam Engelramo ob prædium Totenhusen,

Sub brevi regimine Alberti II. ut ex instrumentis exstantibus in codice membraneo G. sæpe citato legimus, compositā fuit quædam controversia cum quodam Engelramo ob prædium Totenhusen, facta etiam quædam bonorum permutatio cum Gottschalco Vicedomino, eidemque per Albertum jure vitalitio concessa quædam hueba in Schoubnarn. Nos documenta damus: quod inter Albertum, & quemdam Engelramum de Hohenstein intercesserit quædam controversia, ejusdemque litis compositio, probatur ex sequenti instrumento, quod in MS. P. legitur n. 191. hoc verborum tenore:

„Ego Engelramus dictus de Hohenstein „omnibus hanc paginam intuentibus innotesco, quod, cum inter ecclesiam S. Petri Salzburgens. ex parte una, & me ex „parte altera super bonis in Totenhusen litigium verteretur, accepto a Domino Alberto ejusdem ecclesiæ venerabili electo „media carrata Austrie vini, si quod jus in „præfatis possessionibus prius habueram, „eidem juri ob remedium anime mee totaliter renunciavi: & ut hujus litis decisio „stabilis maneat, & inconvulsa, presentem cartulam sigilli mei appensione volui „roborari: anno Domini MCCLX. Indict. III.

III. Anno sequenti facta quædam permutatio bonorum cum Gotschalco Vicedomino.

Anno sequenti Albertus abbas fecit quandam permutationem cum Gotschalco Vicedomino in Salzburch, cui abbas dedit quandam domum cum area prope fontem sitam: Gotschalcus autem abbati, & conventui renunciavit omni juri suo, quod habuit ad vineam Oberndorf, uti patet ex sequenti instrumento erecto sub n. 196. ex cit. cod.

„Ego Gotschalcus quondam vicedomi„nus Salzburgens. notum facio universis „presentem paginam inspecturis, quod, cum „inter me, & venerabilem electum Alber„tum, & Conventum Sancti Petri in Salz„burch super quadam vinea, que sita est „Oberndorf, litigium verteretur, Domino „Marquardo de Percheim, & Domino Hein„rico de Chlozone pro parte mea, & Do„mino Dietrico de Altheim, & Domino „Ludovico de novo castro pro parte altera „mediantibus tandem concordavimus sub „hac forma: quod ego Gotschalcus & Al„heidis vidua Hertwici dicti Praitfouz una„cum Liebhardo fratre suo omni juri renun„ciavimus in dicta vinea, penitus, quod „nos habere asserebamus, ad altare San„cti Petri dando libere, & solute, & me„moratus venerabilis electus & conventus „S. Petri domum quandam albam prope „fontem sitam, possessam ex donatione Do„mini Ysengrini felicis memorie tradidit „antedicte Domine Adelheidi unacum area „similiter libere, & solute in concambio vi„nee memorate. In cujus rei evidentiam „presentem litteram scribi jussi, & horum „sigillorum munimine roborari, testibus an„notatis, quorum hec nomina sunt, Do„minus Ulricus de Wispach vicedomiuus „Salzburgeus. Dominus Dietricus de Alt„heim, Dominus Heinricus de Mathse, „Dominus Henricus de Houvensperch, „Dominus Heinricus dictus Chlozo, Do„minus Ludwicus miles, Ulricus de Wis„pach miles Salisburgens. Hainricus frater „ipsius de Wispach, Otto, & Sibotto de „Lampodinge, Chunradus de Teisinge, „Ulricus de Chalochsperge, Heinricus con„sul, Heinricus de Teusendorf. Acta sunt „h. anno Domini MCCLX. primo XV. Kaln. „aprilis in monasterio S. Petri". Mirum sane, quod in re tam levis momenti tanta testium copia fuerit necessaria: de reliquo post lapsum quingentorum annorum nescitur, an penes monasterium, & ubi sit illa domus, area, & vinea, de quibus hic permutatio facta fuit.

IV. Eidemque jure vitalitio concessa fuit Hueba quædam in Schoubnarn.

Post biennium, anno videlicet 1263. supradicto Gotschalco vicedomino Salzburgensi Albertus abbas concessit jure vitalicio huebam in Schoubnam, pro qua concessione Gottschalcus Alberto abbati prædium Gauspach renunciavit, ita, ut post ipsius, & Matris suæ Diemudis mortem utrumque bonum sine contradictione hæredis revertatur ad monasterium. Damus tenorem utriusque instrumenti ex MS. P. n. 192. habetur primum, quod est sequens:

„In nomine Domini amen. Ne presen„tis etatis negocia consummat oblivio, & „ea, que rite gesta sunt, malicia cujus„quam valeat retractare, prudens cautela „predecessorum nostrorum res gestas scri„ptis commeudaus memorie solet dimittere „successorum. Hinc est, quod ego Gott„schalcus vicedominus Salzburgens. tenore „presentium scire volo universos presentis „littere inspectores, quod locum Gauspach „jure proprietatis ad me spectantem Domi„no meo Alberto venerabili abbati S. Petri „Salzburge, & ecclesie sue libere resigna„vi conditione tali, quod dictus Dominus „meus abbas, & conuentus suus ipsum lo„cum in Gauspach, & Hubam in Schau„bnarn, quam mater mea Diemudis ha„ctenus habuit ad vite sue tempora a dicta „ecclesia mihi Gotschalco, & dicte Diemu„di matri mee jure illo, quod Leipgedin„ge nominatur, ad vite nostre tempora „contulerunt, ita, quod nec liceat nobis „ipsa duo loca vendere, vel obligatione si„ve infeudatione aliqua occupare. Sed „post mortem nostram dicta bona in Gaus„pach, & Schaubnarn ad Ecclesiam S. „Petri Salzburge, libere revertantur, nul„lis, uxore mea vel heredibus, quos ha„beo, vel imposterum habiturus sum, hec „contradicentibus ullo modo. Et ecce ego „Gottschalcus, & mater mea, Diemudis, „Agnes uxor mea, & filia mea Gertrudis „omni

„omni juri proprietario, quod habuimus „in loco illo Gauſpach tenore preſentium „plene renunciamus. In hujus igitur rei „teſtimonium & firmitatem perpetuam pre„ſens ſcriptum duxi ſigilli mei munimine „roborandum, permittens etiam hec cum „ſigillo, & litteris Domini mei Ottonis ve„nerabilis prepoſiti Salzburgens. melius con„firmare. Acta ſunt hec Salzburge anno „Domini MCCLXIII. Sext. Id. April. indict. „quartadecima". Hucusque littere Gottſchalci: ſequuntur etiam litteræ Alberti, & conventus in hac cauſa.

„Nos Albertus Dei gratia electus eccle„ſie S. Petri Salzburge cum univerſitate no„ſtri conventus, omnibus hujus littere in„ſpectoribus declaramus, quod Dominus „Gottſchalcus vicedominus Salzburgens. „locum unum Gauſpach nominatum ad eum „pleno jure proprietatis ſpectantem nobis, „& eccleſie noſtre libere reſignavit. Nos „vero attendentes devotionem, & obſequia „fidelia, que nobis, & eccleſie noſtre ex„hibet, & exhibere poterit in futurum, „predictum locum Gauſpach & hubam in „Schaubnarn, quam primitus matri ſue „Domine Diemudi ad vite ſue tempora con„tuleramus, ipſi Domino Gottſchalco, & „Domine Diemudi matri ſue predicte ad „amborum vite tempora, eo jure, quod „Leibgedinge dicitur, plene contulimus „poſſidenda, ita quod, cum de medio ſub„lati fuerint ambo, ipſa duo loco Gauſpach „& Schaubnarn nulla liberorum ſuorum, „quos habet, vel habebat, vel aliorum a„micorum contradictione accedente ad ec„cleſiam noſtram libere revertantur. Nec „valebunt dictus Dominus Gottſchalcus, „vel dicta mater ſua loca predicta alienare „ab eccleſia noſtra, obligatione, venditio„ne, vel aliqua infeudatione. Confirma„mus, & ſepedicto Domino Gottſchalco, „& uxori ſue Domine Agneti plenam no„ſtre fraternitatis gratiam in perpetuum. „In hujus rei teſtimonium, & firmitatem „perpetuam ipſis preſens ſcriptum ſigillis „noſtris, & conventus noſtri duximus ro„borandum his litteris, & ſigillo Domini „O. venerabilis prepoſiti Salzburgens. inter „nos in integrum confirmandis. Factum „Salzburge anno MCC. ſexageſimo tertio „VI. Id April". Leguntur hæ litteræ in antiquo quodam Urbario de officio Seekirchen anno 1525. conſcripto fol. 25. & 26.

V. Non minus etiam Albertus obtinuit confirmationem de capella in Dornbach.

Non minus etiam abbas noſter Albertus ab Ottone epiſcopo Paſſavienſi obtinuit confirmationem exemptionis de capella in Dornbach, prout docemur ex inſtrumento exſtante, & ab originali in codice inſtrumentorum P. n. 101. deſcripto:

„Nos Otto Dei gretia eccleſie Patavien„ſis epiſcopus notum facimus univerſis pre„ſentes litteras inſpecturis, quod litteras „predeceſſorum noſtrorum Domini Gebhar„di, & Domini Pertholdi bone recordatio„nis ſuper exemptione capelle in Dornbach „per dilectum in Chriſto fratrem Albertum „venerabilem abbatem S. Petri Salzburgens. „nobis exhibitas legimus de verbo ad ver„bum & invenimus eas ſalvas in ſigillo & „littera non cancellatas, non vitiatas, nec „in aliqua parte ſui abolitas quoquomodo: „unde & nos exemptionem hujusmodi gra„tam & ratam habentes eam, ſicut per „predictos predeceſſores noſtros ſufficien„ter & juſte facta eſſe dignoſcitur, confir„mamus: in cujus rei teſtimonium preſen„tes litteras ſigillo duximus roborandas. „Datum Patavie non: Sept. anno Domini „MCCLXII.". De hoc inſtrumento breviter ſubnotamus, quod hæc capella ſit eadem in Dornbach, quæ in primo inſtrumento de Reginberto epiſcopo Patavienſi vocatur capella in Alſa.

VI. Quanta ſub hoc abbate miſeria fuerit breviter exponitur.

Denique pro coronide actorum infelicis Alberti noſtri ſuo officio privati addendum eſſe judicamus, quod ſub hoc ob magnam miſeriam, famem, & rerum penuriam (quæ præſertim in Styria graſſabatur propter continuas invaſiones, & hoſtium devaſtationes, ita, ut etiam multi nobiles, & multo magis alii ob defectum alimentorum debuerint alio auſſugere) ipſi etiam religioſi Admontenſes teſte MS. Lib. 1. n. 49. eo redacti fuerint, ut Dominus abbas admontenſis Fridericus, qui ab anno 1259. usque ad annum 1264. monaſterio præfuit, cum ſuis confratribus monaſticos derelinquere parietes debuerit, & ad S. Petrum Salisburgum confugerit. Ita ſemper, ait Dominus Amandus abbas noſter in chronico Admontenſi, quod eſt MS. WW. fol. 111. §. 27. S. Petrus, & S. Blaſius ſpeciali ſe invicem proſecuti ſunt amore, & confidentia.

CHUNO,
ABBAS XLIII.
AB ANNO 1263. USQUE AD ANNUM 1266.

I. Chuno abbas, qui vix quadriennio præfuit, & ſponte officio ſuo ceſſit.

Admodum pauca ſunt, quæ de brevi pariter abbatiali regimine abbatis Chunonis referri poſſunt. Damus, quæ hinc inde diſperſa invenimus. In MS. R. ſeu chronico Martini abbatis in ordine abbatum ſequentia leguntur: „Chuno monachus S. Petri per ſupradictum Ulricum „epiſcopum Seccovienſem, & electum Salisburgenſem abbatiæ S. Petri anno 1262. „præficitur. Anno Domini 1264. ſublato „ſchiſmate eccleſiæ Salisburgenſis convenerunt S. Petri & Monialium in Nunberga ad „gratiam capituli Salisburgenſis redierunt „facta aliqua recompenſatione damnorum, „quod capitulum ex eorum inobedientia re„ceperat. Tandem anno 1267. Chuno ab„bas renuntiavit oneri, & honori abba„tiam ſponte reſignando, poſtquam annis „quinque præſediſſet“: hæc MS. R. quod ſecutus recentior abbatum catalogus impreſſus de anno 1646. de hoc abbate ſequentia notat: „Chuno monachus S. Petri per „Udalricum archiepiſcopum abbatiæ S. Pe„tri præficitur anno MCCLXII. qui Ulri„cum, & capitulum cathedrale monaſterio „reconciliavit, eorumque recuperata gra„tia, cum præfuiſſet quinquennio, renun„ciavit oneri, & honori abbatiam ſponte „reſignando“. Similia ferme habet auctor noſter hiſtoriæ Salisburgenſis, qui pag. 433. L. IIII. cap. 24. ad finem de Chunone hæc pauca ſcribit: „Succeſſit (Alberto nimi„rum II.) ejusdem archipræſulis (id eſt „Udalrici) voluntate Chuno, qui non ſine „duris conditionibus cum capitulo metro„politico ſuum monaſterium reconciliavit. „Uſus Udalrici gratia vineam in Dreventał „monaſterio ablatam ejus auctoritate rece„pit. Quinquennio functus munere lituum „ultro depoſuit, quod litibus, & contro„verſiis undique gravaretur“. Hæc Mezgerus, qui tamen cum præcedentibus chronicis

nicis melius assignaret Chunoni annum successionis in abbatia sexagesimum tertium, & resignationis annum sæculi labentis sexagesimum sextum; cum enim de anno 1263. exstent litteræ vivente Alberto abbate erectæ, ut supra ostendimus, & resignationem jam anno 1266. factam probent litteræ originales de donatione juris patronatus in Kirchberg infra sub Simone II. allegandæ, hinc vix quadriennium integrum, vel omnino triennium assignari potest Chunoni in officio constituto. Patet id ipsum ex vetusto codice membraneo K ferme synchrono, ubi ad annum 1266. in fine hæc ad propositum nostrum leguntur: Chuno monachus S. Petri, quem Dominus archiepiscopus Ulricus prefecerat abbacie, ipsam resignavit, & Dominus Simon frater ejusdem monasterii pro eo eligitur, & a Domino electo confirmatur. Ita MS. K.

II. Reconciliavit monasterium cum archiepiscopo Ulrico, & capitulo Salisburgensi;

Quandoquidem vero de brevi administratione Chunonis nihil aliud referri potest, quam quod post præcedentes lites monasterium nostrum reconciliaverit cum archiepiscopo Udalrico, & Salisburgensi capitulo, hinc etiam litteras reconciliationis cum insertis conditionibus fideliter referimus, prout extant in nostris manuscriptis, quamvis originales apud nos non extent. Allegat illas etiam celebris & probatus historicus Salisburgensis Marcus Hansizius Tom. II. Germ Sacr. pag. 362. n. XXXV. & ait, se hoc litterarium instrumentum deprompsisse ex codice quodam cæsareo, quod tamen, prout legitur, in nostris manuscriptis, Chronico præsertim Martini abbatis, de verbo ad verbum correspondet. Litteræ abbatis istæ sunt: „Nos „Chuno Dei gratia abbas, & conventus „monasterii S. Petri tenore præsentium no„tum facimus universis tam presentibus, „quam futuris presens intuentibus scriptum, „quod, cum Dominus Richkerus abbas „una nobiscum contemptis mandatis sedis „apostolice, ac executorum ejusdem ad „mandatum Domini Philippi, ac suggestio„ne quorumdam hominum perversorum, „choro abstinente, divina presumeret cele„brare, & ex hoc capitulum Salzburgense „gravia dispendia tam in spiritualibus, „quam in temporalibus incurrisset, tan„dem nos ad cor, & conscientiam redeun„tes pro rehabendo favore dicti capituli, a „quo nos sensimus per dictam inobedien„tiam cecidisse, gratie ipsius nos submi„simus prestita juratoria cautione, ut ar„bitrium, quod Dominus Otto venerabilis „prepositus Salzburgensis, in quem tam „ex parte capituli, quam nostra exstitit „compromissum, adstricti juramento, quod „emisimus, ratum per omnia teneremus. „Idem vero Dominus prepositus habito pru„dentum virorum consilio tale arbitrium su„per utrisque tam spiritualibus, quam tem„poralibus promulgavit.

„Nos Otto dei gratia prepositus, & ar„chidiaconus Salzburgensis, Domini Pape „Capellanus, super dampnis, & injuriis „ecclesie nostre irrogatis a fratribus mona„sterii S. Petri, ex quo in nos sub juramen„to exstitit compromissum, tale arbitrium „promulgamus. Primum arbitrando pro„nunciamus, quod conventus S. Petri ce„dant questioni habite de terminis apud „Lameram, & interpretationi nostre con„sentiant in hac parte, prout terminorum „vocabula in nostro privilegio, vel privile„giis sunt distincta. Item dabunt ecclesie „nostre vineam in Dravtal cum adtinentiis, „& jure suo: que, si per judicium evicta „fuerint a nobis, ita quod proprietas eo„rumdem nobis non possit remanere, sol„vant capitulo infra terminum unius anni „a die, quo predicta ordine judiciario de„nostra extracta fuerint potestate, libras „mille argenti ponderis Salzburgensis, qui„bus eadem vinea possessa post X. annos „minime tenebuntur. Item jus parochia„le in nullo sibi assument, nisi quantum a„pud nos possunt de gratia obtinere. Item, „cum honestati ecclesiarum infra nos posi„tarum, ac indempnitati consulere tenea„mur, primi post ordinarium existentes, „arbitrando statuimus, ut, quicunque pro „tempore abbas ejusdem loci, si ardua tra„ctat negotia, id faciat de consilio sanioris „partis sui conventus: quod si non fecerit, „& id nobis ex parte conventus innotuerit, „nec primo, secundo, & tertio a nobis „munitus se correxerit, quarto liceat nobis „eum presentare Ordinario deponendum. „Item Abbas vestiturus suam familiam nu„merum vestiendorum Domino Prepositо „representet, ut secundum hunc suum mo„deretur numerum, ne utrobique ex hoc „ecclesie dispendium patiantur. Item si „aliquis ex eorum familia mulierem duxe„rit ecclesie nostre, ipsum non incarcera„bunt, sed permittent eum gratiose sue „gracie reformari. Et ut ista omnia bona „fide excluso malo ingenio perpetuo conser„ventur, nec unquam capitulo cum sua fa„milia oponant, nisi rationabiliter, in for„ma judicii ecclesias in Salina, & Appe„nawe capitulo obligabunt. Nos igitur ar„bitrio prescripto humiliter annuentes, ne „a nobis, vel nostris successoribus quic„quam de hiis, quid continet, infringa„tur, presenti scripto sigilli nostri munimi„ne roborato, nos ipsum arbitrium habere „ratum per omnia confitemur. Actum „Salzburge anno Domini MCCLXIV. In„dict. VI.

III. Qui tamen archiepiscopus vineam Drantal restituisse videtur monasterio.

Videtur tamen, quod eodem adhuc anno archiepiscopus Ulricus vineam Drantal rursus monasterio restituerit, nisi forte hæc restitutio ante arbitrium facta fuerit, annus quidem idem, sed dies mensis in sententia arbitri notatus non est: litteræ hujus restitutionis exstant in codice membraneo

braneo inſtrumentorum P. n. 86. in ſequenti tenore:

„Nos Ulricus Dei gratia ſancte Salzburgens. eccleſie archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, tenore preſentium patere volumus univerſis, quod, quia nos fratribus noſtris jura omnia plene conſervare cupientes, per experientiam ſufficienter inſtructi recognovimus in Chriſtro fratri dilecto Domino Chunoni venerabili abbati S. Petri, & eccleſie ſue plene jus ſuum in vinea ſua Drevntal, quam Walchunus quondam officialis eorum pecunia ipſius eccleſie comparavit, quam etiam vineam Dominus Philippus dicto Walchuno officiale defuncto eidem eccleſie ſine jure: poſſeſſionem dicte vinee plene reſtituimus ipſi Domino abbati, & eccleſie S. Petri memorate. In cujus rei teſtimonium & firmitatem perpetuam preſens ſcriptum ipſis dari juſſimus ſigilli noſtri Karactere communitum. Actum Salzburge anno Domini MCCLXIIII. III. Non: Junii Indict. VII. (*) In hæc tempora incidit Chuno abbas, qui & officio ſuo ſponte ceſſit anno veriſimiliter 1266. De quo abbate plura dicenda non extant.

SIMON II.

ABBAS XLIV.

AB ANNO 1266. USQUE AD ANNUM 1270.

I. Sub Simone II. qui poſt tres, aut quatuor annos abbatiam reſignavit,

Quamvis recentiora chronica, & manuſcripta pro abbatiali auſpicio Simonis hujus nominis II. aſſignent annum 1267. attamen majorem longe auctoritatem meretur antiquus codex membraneus K. ſæpe citatus, ubi ad annum 1266. in fine ſequentia leguntur, quæ etiam ſub præcedenti abbate n. I. allegata fuerunt: „Chuno monachus S. Petri, quem Dominus „Ulricus prefecerat abbacie, ipſam reſigna-„vit,

(*) Potius indict. VI. Sed ita eſt in MS. SS.

„vit, & Dominus Simon frater ejusdem „monasterii pro eo eligitur, & a Domino „electo confirmatur.„ Id ipsum etiam quasi convincunt litteræ originales exstantes, quarum vigore anno 1266. 7. Idus Junii Fridericus de Bethowe ad instantiam hujus Simonis abbatis jus Patronatus ecclesiæ in Kirchberg prope Wietting monasterio nostro donavit. Unde merito in hoc corrigenda sunt manuscripta recentiora, uti & catalogus elapso sæculo impressus. Abbatiali dignitati tantum per tres, aut quatuor annos præfuit, quibus vix evolutis abbatiæ ultro cessit; ita enim cum antiquioribus manuscriptis testatur catalogus anno 1646. impressus his verbis: „Simon secundus hu„jus nominis monachus S. Petri in abbatem „eligitur, & confirmatur ab archiepiscopo „Uladislao anno MCCLXVII. (melius an„no 1266.) officio, per triennium functus, „& controversias, ac litigationes, quas „habebat, pertæsus resignavit anno „MCCLXX.„ Quandonam autem post resignationem mortuus, aut ubinam sepultus, nihil annotatum legitur. Gesta sub hoc abbate satis pauca sequentibus damus, quæ maxime consistunt in quibusdam donationibus, juris præsertim patronatus in Kirchberg, nec non quorundam prædiorum aut desuper exortis controversiis & factis compositionibus.

II. Donatum fuit monasterio jus Patronatus in Kirchberg prope Wietting in Carinthia;

Primo statim sui regiminis anno Simon abbas a quodam nobili Friderico de Bethove jus patronatus, quod ille antea habebat ad ecclesiam in Kirchberg in Carinthia sub Parochia, & Præpositura nostra Wiettingana sitam, obtinuit, vigore litterarum in originali exstantium, & ita sonant: „Uni„verse temporis actiones diffluerent, ea„rumque notitia preteriret cum tempore, „nisi scripti memoria servarentur. Qua„propter noverint universi presentes inspe„cturi, quod ego Fridericus de Bethove bo„na deliberatione, & pio motus affectu ad „instantiam Domini Simonis venerabilis ab„batis S. Petri in Salzburga, nec non con„fratrum, & sororum ejusdem loci petitio„nem jus patronatus ecclesie in Kirchberg „apud Hüttenberch in Karinthia site, quod „ad me, & coheredes meos respicere vide„batur ab antiquo, predicto monasterio S. „Petri in Salzburga tradidi omni jure, ni„hil juris, vel actionis mihi, aut heredibus „meis reservando in premissa, donationem, „quam Dominus Fridericus de Bethove pa„truus meus predicto monasterio fecerat in „ecclesia prenotata similiter confirmando, „ut respiciens ab alto in die examinationis „omnis carnis misericorditer mecum digne„tur dispensare. Ne autem mea donatio „aliquo saltem falsitatis scrupulo cavilletur, „presens scriptum sigillo meo jussi, & sub„scriptis testibus roborari. Testes sunt Do„minus Bernardus comes de ponenperch, „Dominus Leopoldus de Seneveke, Domi„nus Herandus de Wildenawe, Dominus „Otto de Liechtstein, Dominus Ditmarus „de Offenberch, Dominus Ekkehardus de „Dobrenge, Dominus Wolfingus de Paum„garten, Hainricus Franco, Hardnidus de „Hardeke, Gotschalcus de Erenvels, Or„tolfus de Triwestein, Ditmarus de Kers„pach, Eterwinus notarius, qui hec con„scripsit, & alii quamplures. Acta sunt „hec apud Salzburgam sub Domino Simone „abbate S. Petri anno Domini MCCLXVI. „VII. non: Junji indict. 8.„ L. S. Hic est litterarum tenor de donato jure patronatus ad dictam ecclesiam, quæ sesquihora distat ab ecclesia parochiali Wiettingana in Carinthia, & extructa est in monte versus Lelling, & Hüettenberg, respiciens tamen nostram ecclesiam parochianam in Wietting. Communiter etiam ecclesia ista Maria Mos vocatur, ubi inter fideles in copia undique affluentes devotissimus cultus viget erga virginem beatissimam Deiparentem Mariam, qui cultus temporibus hisce augetur potius, quam minuitur. Visuntur etiam ibi salutares aquæ ex fonte infra summum altare scaturiente in concham prope ecclesiam profluentes, ibidemque per intercessionem virginis sanctissimæ beneficia plurima obtinentur. In festis B. Virginis Mariæ, nec non & aliis præcipuis per annum divina ibidem debito modo peraguntur.

III. Composita quædam lis cum plebano in Grossenthall circa decimas.

Anno sequenti, videlicet 1267. dictus Abbas noster habuit quandam controversiam cum Domino Algoto Plebano, seu Parocho in Grossenthall in territorio Traunsteinenli circa decimas, quæ autem lis per arbitros ita fuit composita, quod Parochus quidem obtinuerit decimas, attamen eundem oportuit solvere quandam pensionem annuam X. solidorum denariorum. Plura dabunt litteræ compositionis, quæ non tantum in quodam urbario Traunsteinensis officii anno 1525. conscripto, verum & in codice instrumentorum P. n. 150. sequentibus verbis leguntur.

„Nos Fridericus Dei gratia prepositus, „& archidiaconus, H. Decanus, totumque „capitulum ecclesie Salzpurgensis tam pre„sentium, quam futurorum memorie com„mendamus, quod, cum venerabilis in „Christo frater Dominus Simon abbas, & „& conventus S. Petri ex parte una, & Al„gotus Plebanus de Grazave ex parte alte„ra coram nobis super quibusdam decimis „discreparent; idem ad nostram instantiam, „& consilium dilectorum in Christo fratrum „Domini H. Decani, & Her. de Justinge cu„stodis ecclesie nostre se arbitrio submise„runt, qui tale arbitrium in medio protu„lerunt: videlicet, quod dictus Plebanus „de Grazove Domino abbati, & monaste„rio S. Petri X. solidos denariorum Salzbur„gens. monete publice, ac valentis in festo „S. Ruperti in autumno annis singulis occa„sione prescriptarum decimarum persolve„re sit adstrictus, & idem Plebanus deci„mas, de quibus questio movebatur, libe-

„re

„re poſſideat, & quiete hoc tamen adjecto, „quod quecunque partium predictarum con„tra promiſſum arbitrium venire preſumpſe„rit, a cauſa, & a jure ſuo cadere debeat, „& in ſolidum perſolvere decem libras Sa„lisburgenſ. monete: in cujus rei teſtimo„nium preſens ſcriptum ſigillo noſtri capituli „roboramus. Actum Salzburge anno Do„mini MCCLXVII.„

IV. Datæ quædam indulgentiæ pro noſtra eccleſia ab Uladislao archiepiſcopo,

Eodem anno Uladislaus tunc temporis archiepiſcopus Salisburgenſis conceſſit omnibus vere pœnitentibus, & confeſſis, qui in veſtivitatibus dedicationis eccleſiæ noſtræ, & SS. Patronorum noſtrorum Petri, & Pauli eccleſiam noſtram pie viſitaverint, indulgentias quadraginta dierum, & qui capellas ad monaſterium noſtrum pertinentes in predictis feſtivitatibus frequentaverint æquali devotione, viginti dierum de criminalibus in perpetuum. Litteræ leguntur in libro inſtrumentorum membraneo P. n. 87. „Ulodizlaus Dei gratia Salzbur„genſ. eccleſie electus, apoſtolice ſedis le„gatus univerſis Chriſti fidelibus ſalutem in „Domino. Licet is, de cujus munere ve„nit, ut ſibi a fidelibus ſuis digne, ac lau„dabiliter ſerviatur, quantumcunque bene „meritis majora retribuat, quam valeant „promereri, nihilominus tamen deſideran„tes Domino populum reddere acceptabi„lem, fideles Chriſti ad complacendum ei „quibusdam illectivis muneribus, indul„gentiis ſcilicet, & remiſſionibus invita„mus, ut exinde divine gratie reddantur. „Ut igitur monaſterium S. Petri Salzburge „juxta ſue fundationis primarie dignitatem, „cujus utique non ſumus ignari, congruis „honoribus frequenter, & capelle infra ci„vitatis muros eidem monaſterio attingen„tes veneratione debita non careant, ſed „potius per concurſus populi honorate pro„ficiant in augmentum. Nos igitur de „omnipotentis Dei miſericordia & beato„rum Ruperti, & Virgilii confeſſorum ejus „patrociniis confiſi, omnibus vere peniten„tibus & confeſſis, qui in die dedicationis, „& etiam patronorum Petri, & Pauli feſti„vitatibus ad dictum monaſterium cauſa „orationis acceſſerint, quadraginta dies „criminalium, ac eis, qui predictas capel„las in ſingulorum patronorum feſtis, & de„dicationum diebus viſitaverint annuatim, „viginti dies criminalium per ſingula feſta „de injuncta ſibi penitentia relaxamus pre„ſentibus perpetuo valituris. Datum Salz„burge anno Domini MCCLXVII. In„dict. X.„

V. Vindicatum quoddam prædium Elchingen per duplex aſſertum teſtium;

Exſtant etiam duo teſtimonia de annis 1267. & 1268. conſequenter ſub Simone ſecundo producta, quod quidam Rudigerus de Walchen, qui ſibi prædium Elchingen appropriare voluit, jus nullum habeat, niſi quod eidem tres cuppulæ, ſeu portiones ſalis debuerint dari annuatim, & quidem ex charitate potius, quam ex juſtitia. Primum teſtimonium datum eſt a Dominis abbatibus in Manſee, & Beyrn anno 1267. alterum a Domino præpoſito, & decano eccleſiæ cathedralis anno 1268. Utrumque refertur in MS. P. & primum n. 168. ſic ſonat. „Honorabili Domino H. nobili comiti „de Hardek Simon abbas S. Petri Salzbur„gen. orationes cum ſincera promptitudine „famulatus. Ad hoc, ut de jure Rudigeri „de Wochingen, quod ſibi ſuper poſſeſſioni„bus monaſterii noſtri apud Oelchingen „competit, vobis liqueat, & ceteri doce„antur, pro teſtibus inducimus Dominos „abbates de Manſee, & de Piurn, qui de „verbo ad verbum in libro monimentario „prediorum, quod vulgo Salpuech dicitur, „ejusdem predii continentiam prelegerunt; „& ideo nos Dei gratia F. de Peurn, & H. „de Manſee abbates ſubſcribimus, & teſta„ſtamur, utpote qui vidimus in regiſtro mo„nimentario prediorum monaſterii S. Petri „contineri, quod Rudigero de Wockingen „in predio apud Oelchingen nihil juris com„petit, niſi quod tres cuppe parvule, que „dicuntur foderlein ſatis ſibi potius pro amo„re, quam pro jure debent tribui annuatim; „& ſuper hoc ſigilla noſtra huic littere appo„nimus pro teſtimonio, & cautela. Da„tum Salzburg. XV. Kal. Sept. anno Domi„mini MCCLXVII.„ Alterum teſtimonium ſequentis eſt tenoris: „Glorioſo & excelſo „Principi Domino O. (Ottocharo) Regi Bo„hemie, Marchioni Moravie, Auſtrie, & „Styrie Duci Fr. Dei gratia Prepoſitus, H. „Decanus, totumque capitulum Salzburg. „& E. Prepoſitus in Hegelwerde orationes „devotas cum promptitudine ſervitutis. „Tenore preſentium coram veſtra magnitu„dine proteſtamur, quod de verbo ad ver„bum vidimus, & legimus in regiſtro mo„nimentario prediorum monaſterii ſancti „Petri, quod vulgo Salpuech dicitur, in „predio ſuo apud Elchingen, Rudigero de „Wochkin competere nihil juris, niſi, quod „tres cuppe parvule, que dicuntur foder„lein ſalis ſibi potius pro amore, quam pro „jure debent ſingulis annis dari. Unde ve„ſtre totis niſibus excellentie ſupplicamus, „quatenus dilecti in Chriſto abbatis, & ſui „fratres loci predicti talem a vobis graciam „conſequantur, ut memoratus Rudigerus „ex mandato veſtro, preter ea, que ſcripta „ſunt, alia jura in tali predio non requirat, „& quod in hujusmodi jure preſcripto rei „veritas nobis conſtet, huic littere pro te„ſtimonio noſtra ſigilla apponi juſſimus & „cautela. Datum Salzburge VI. Id. Apri„lis anno Domini MCCLXVIII.„ De hoc prædio ſaltem quoad nomen nihil conſtat ex ullo Urbario: veroſimile eſt, fuiſſe in officio Haliinenſi, ubi quondam jus habuit coquendi ſal monaſterium noſtrum, poſtquam autem huic coctura cum certis conditionibus renunciavimus, fors etiam prædicta obligatio de dandis cuppulis ſalis exolevit, & cum prædio ipſo aliqua permutatio interceſſit.

VI. Conſtituti certi reddi-tus pro veſtimentis fratrum pellicis,

Meretur etiam inter geſta Simonis abbatis ſpecimen quoddam paternæ ſollicitudinis erga ſuos confratres, præſertim litteratos, adduci, quod illis ſorte temporibus magnæ conſiderationis fuit. Exſtant litteræ membraneæ originales, & illarum copia etiam refertur in libro inſtrumentorum P. n. 169., quod videlicet Simon abbas anno 1268. certos quosdam reddîtus conſtituerit, ut ad hyemis rigorem arcendum fratribus litteratis alternis annis veſtimenta nigra pellica diſtribuantur. Inſtrumentum hujus diſpoſitionis hujus eſt tenoris: „Nos „Simon Dei gratia abbas S. Petri in Salz„burch tenore preſentium proteſtamur, „fratribus tantum litteratis ſub noſtri regi„minis, nec non & ſucceſſorum noſtrorum „obedientia, & cura converſantibus in eter„num in veſtitu peticionis ipſorum inſtantia „mediante fecimus gratiam ſpecialem. Ut „anno ſecundo pelliciuin nigrorum vellerum „a communi noſtra camera fratrum debeat „unicuique miniſtrari, ſalva tamen per „omnia veſtium amminiſtratione, quam ab „antiquo recipere conſueverunt, conſenti„ente ſuper hoc Domino Ulrico dicto Pelil, „illud officium tunc regente. Pro ſupple„mento vero talis amminiſtrationis eccle„ſiam circa predium noſtruin Wietting in „monte, Chirchperch dicto, ſitam, quam „ex Domini Friderici de Petovie, & ſui pa„trui, dicti etiam Friderici donatione libere „poſſidemus cum dotibus, & decimis, & „omnibus ſuis adtinenciis in ſufficientiam „redditûum camere duximus fulciendam. „Sacerdoti in eadem eccleſia miniſtranti pro „labore ſuo ſingulis annis denariorum Friſa„cenſium marcam mediam ordinantes, pro „ſervicio ſolvendam de quadam alpe circa „predium Wietting ſita, non de cenſu pre„dicti predii nobis dando. Inſuper duo ta„lenta in Nativ. Domini de Parrochia Appa„nowe dedimus ad nos, & ſucceſſores no„ſtros velut antea revertantur. Et ut hoc „factum maneat ſuccedentibus temporibus „inconvulſum, hanc litteram preſentibus „noſtris ſigillis voluimus roborari. Datum „anno Domini MCCLXVIII.„ Hucusque litteræ Simonis abbatis.

VII. Et denique etiam monaſterio donatum fuit, prædium quoddam in Pars.

Denique ſub Simone, hujus nominis ſecundo abbate facta fuit quædam donatio cujusdam prædii apud Poris, vulgo Pars, quam monaſterio fecit miles quidam Siſibo-to, & dapifer Caſtellani Salisburgenſis cum certis quibusdam conditionibus, prout legitur in inſtrumento, quod in cit MS. P. ſequentibus notatum eſt. „Noverint preſen„tes, & futuri, quod Siboto miles, & da„pifer Caſtellani Salzburgenſ. cum conſenſu „conjugis ſue Petirs quoddam predium apud „Porris ſitum, quod a Gabone proprio ho„mine hoſpitalis ſancti Petri VI. talentis e„merat, eidem hoſpitali pro remedio ani„me ſue, & parentum, & heredum ſuorum „tali interpoſita conditione tradidit, ut „ipſe, & prefata conjunx ejus, & heredes „eorum annuatim in autumno die S. Rud„berti in teſtimonium proprietatis VI. dena„rios inde ſolvant. Si autem exheredati „fuerint, vel ſi conjunx eo mortuo alios he„redes habuerit, nullo ſibi in hoc obſtante „præjudicio libere in uſus pauperum prefati „hoſpitalis cedat. Ut autem hæc traditio „ſtabilis permaneat, ipſe prefatus S. (Si„boto) Symonem abbatem ſigillum ſuum in „teſtimonium appendere rogavit, quin imo „ſigillo Domini ſui Caſtellani multis adhi„bitis teſtibus roboravit.„ Annus hic non eſt appoſitus: fuiſſe tamen hanc donationem factam ſub Simone II. ſatis probatur ex eo, quod hæc donatio annotata fuerit anno 1280. a monacho Hermanno, ſeu collectore MS. P. intermedia inter donationes abbatis Richeri, qui Simonem hunc præceſſit ante duos quidem intermedios abbates Albertum, & Chunonem, quorum regimen breve erat, & abbatem Dietmarum, qui fuit immediatus ſucceſſor Simonis II., atque hic abbas Simon II. jam tertius erat, qui ſponte oneri abbatiali ceſſit, laborum, & curarum feſſus: quos tres tamen abbates ſub auſpicato magis ſidere ſecutus eſt Dietmarus, non ex gremio, ſed ex Millſtattenſi monaſterio aſſumptus, & poſtulatus abbas.

DIETMARUS II
ABBAS XLV.
AB ANNO 1270. USQUE AD ANNUM 1288.

I. Dietmarus ex monaſterio Millſtattenſi poſtulatus abbas ad S. Petrum bene profuit 18. annis,

Haud vulgarem fuiſſe rerum confuſionem his temporibus in monaſterio noſtro vix dubitari poteſt, dum nimirum poſt fata Richeri abbatis, ad finem vitæ ob allegatas circumſtantias unacum monaſterio ſat infelicis, tres ſuccedentes abbates Albertus II., Chuno, & Simon II., primus quidem a ſuo officio amotus, reliqui duo abbatiale onus ultro depoſuerunt, curarum, & moleſtiarum pertæſi, verbo: oneri ſuccumbentes. Poſt reſignationem Simonis II. vel non fuit, vel nemo voluit ſupponere humeros ſuſcipiendæ ſarcinæ, quam alii ferre haud poterant, ut adeo providente ſupremo numine virum probatum, & regimini abbatiali idoneum ex alieno monaſterio vocare oportuerit, de qua vocatione, an vivente adhuc Uladislao archiepiſcopo, qui eodem anno, videlicet 1270., quo reſignavit Simon II. abbas noſter, ſuprema vitæ tempora attigit, an vero ſub Friderico II. in archiepiſcopatu ſucceſſore facta fuerit, penitus non conſtat. Monaſterio quondam inclito mille ſtatuarum dicto, ſeu Millſtattenſi in Carinthia ordinis S. Benedicti (quod nunc a Patribus Societatis Jeſu poſſidetur) in acceptis referimus, quod monaſterio noſtro dederit abbatem Dietmarum, quo munere antea in prædicto monaſterio fungebatur, qui ſingulari prudentia, & pietate per annos omnino octodecim antiquum cœnobium noſtrum optime gubernavit, quam promeritam laudem & antiquiora, & recentiora manuſcripta teſtantur, ex quibus brevem confecit ſynopſin Salisburgenſis hiſtoricus noſter Mezgerus in ſua hiſtoria L. IV. cap. XXVIII. pag. 446. ad finem his verbis: „Ipſum (nimirum Fridericum II. archiepiſcopum anno 1284. vita functum) „quadri„ennio poſt ſecutus eſt Dietmarus abbas „S. Petri, eodem, quo Fridericus, anno „ad hanc infulam promotus. Vir erat ſpe-

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

„ſtatæ prudentiæ, & virtutis, qui jam prius „regimen abbatiæ Millſtattenſis in Carin-, thia tenuerat. Pietatem, quam animo „alte hauſerat, abunde non religioſis ſolum „ſuis, ſed exteris quoque, & in ſæculo de-„gentibus inſtillavit, multosque ad ſupernæ „felicitatis amorem accendit. Patrimo-„nium S. Petri bonus paterſamilias optime „curavit, reſtituit, auxit. Inter alia „Mülldorfii domum cum area, & prato a „conventu eremitarum S. Auguſtini in Se-„manshauſen, probante eorum Priore Pro-„vinciali coëmit. Ibidem deinde ædifica-„vit ſacellum domeſticum divæ Mariæ Mag-„dalenæ dicatum, quod adhuc hodie vili-„tur, conſecratum a Conrado epiſcopo „Chiemenſi, qui indulgentias pro dedica-„tionis, & S. Magdalenæ anniverſaria ſe-„ſtivitate conceſſit. Auxit poſtea anno „1304. Conradus archiepiſcopus. Aucto-„re eodem Dietmaro pium fœdus, confra-„ternitatem vocabant, initum eſt inter reli-„gioſos S. Petri, & Millſtattenſes, qualia id „temporis etiam inter alia cœnobia iniri pie-„tas pro vita functis ſuaſit; deceſſit exactis „regiminis annis octodecim, Chriſti anno „1288.„ Hucusque Mezgerus.

II. Quo temporis ſpatio, & quidem primo anno feudum quoddam in Pongeu,

Sicut autem fuſiori calamo, & productione documentorum exſtantium merentur expendi geſta hujus abbatis Dietmari, qui ſane bonus Paterſamilias in monaſterio noſtro exiſtit, hinc ſecundum ordinem, & quidem, quantum fieri poteſt, chronologicum varia referemus. De primo adhuc anno conſtat, quod legaverit feudum quoddam in Pongeu, & duas curias in Obermos: anno autem ſequenti cuidam molendinum in Gnigl, & alteri cuidam partem quartam in Cretich conceſſit. De primo feudo in der Awe ad S. Joannem in Pongeu ſito, quod Dominus abbas conceſſit cuidam Dominæ Eliſabethæ de Schirnberch ad dies vitæ ſub annuali cenſu LX. denariorum, & ut intra ſpatium quatuor annorum ibidem exſtrueret domum feudo illi competentem, & quæ vidua in remedium ſui defuncti mariti eccleſiæ noſtræ S. Petri donavit tres ſolidos, & quatuor libras: de hac collatione leguntur in ordine inſtrumentorum P. n. 186. ſequentes litteræ:

„Ego Elyſabeth de Schirnberch vidua „Domini Hainrici de Halrdorf tenore pre-„ſentium confiteor, me fœdum in der awe „nominatum apud S. Johannem in Pongav „ſitum a Domino meo Dietmaro venerabili „abbate S. Petri Salzburge ſolum ad vite „mee tempora in feodo recepiſſe, ſub annua-„li cenſu denariorum LX. condicione tali in-„terpoſita, quod in eodem feodo ab ejus „collacione infra quatuor annos domum con-„ſtruere teneor illi feodo competentem. In-„ſuper confiteor me in remedium mariti mei „pie recordationis, & in eccleſie S. Petri „predicte exhibuiſſe Solid. III. & IIII. libras. „Promitto etiam teſte littera iſta, & ſigillis „Domini mei venerabilis Hainrici EpiChym. „nec non Dominorum meorum de Goldek, „quod me migrante de hoc mundo dictum „feodum nullo prorſus amicorum meorum „impediente, vel etiam contradicente ad „predictam eccleſiam S. Petri Salzburge li-„bere revertatur. Ex nunc etiam fateor „me ab omni rancore, quem habui contra „Hainricum dictum Haspel, & filium ſuum „Chunradum occaſione dicti feodi pro me, „& amicis meis omnibus puriſſimo corde „quieviſſe, talem ſtatuens mihi penam, ut, „ſi dictum rancorem verbis innovavero vel „factis, quod dicti feodi occaſio probari poſ-„ſit, ex tunc dicti feodi collacio manibus „Domini mei D. Abbatis predicti vacet in in-„ſtanti. Hujus rei teſtes ſunt hii Dominus „Fridericus de monte miles, D. de Chlin-„geberch, Minhardus de Lehen & filii ſui „Dr. & Hainr. de Sepach, Chunradus, & „Hainricus fratres de Chlingeberch, & alii „quam plures. Actum & datum apud S. „Johannem anno Domini MCCLXX. in octa-„va Laurencii.

III. Et duas curias in Obermoſe pro annuo cenſu locavit;

Eodem anno Dominus abbas conceſſit Domino Ortlieb de Walde miniſteriali Duci Bavariæ, ejusque filio ad dies vitæ duntaxat duas curias in Obermoſe ſitas tali conditione, ut tam ipſe Ortlieb, quam filius ejus datis monaſterio noſtro 40. talentis Salisburg. monetæ, ſingulis dein annis pendant eidem monaſterio, ſeu eccleſiæ noſtræ cenſualiter XII. denarios, prout legitur in inſtrumento, quod notatum eſt in ſæpedicto MS. P. n. 189. his verbis: „Ego Ortlieb „de Walde miniſterialis Ducis Bavarie te-„nore preſentium aperio Chriſti fidelibus u-„niverſis, quod ego, & filius meus Ortlie-„bus etiam nuncupatus duas curias in O-„bernmoſe ſitas, & molendinum ibidem „ſub monte cum omnibus ſuis adtinentiis ab „eccleſia, ac fratribus ſancti Petri in Salz-„burch. Ord. ſancti Benedicti ad tempus tan-„tummodo vite ſue poſſidemus pro benefi-„cio perſonali, hac videlicet condicione, ut „ego, vel filius meus predictus tale benefi-„cium perſonale a nobis in alias perſonas „transferendi non habemus aliquam facul-„tatem, ſed nobis de medio ſublatis poſſeſ-„ſiones predictarum curiarum, nec non & „molendini ſine impedimento quolibet ad „eos, & ſuam eccleſiam libere revertantur. „Ad hujus autem contractus perfectionem „predicti fratres a me, & meo filio XL. ta-„lenta Salzburgenſ. monete integraliter re-„ceperunt, & ego, vel meus filius pro in-„dicio proprietatis ad prefatam eccleſiam „pertinentis XII. denarios ſolvere debemus „annuatim: & ut hoc factum ſuccedente „tempore maneat inconvulſum, preſens ro-„boratum eſt ſcriptum appenſione preſen-„tium ſigillorum. Acta ſunt hec apud Oe-„tingam anno Domini MCCLXX. tertio „non. Maji hujus rei teſtes ſunt Magiſter „Hainricus prepoſitus, Dominus Gebhar-„dus Decanus, Magiſter Joannes Schola-„ſticus, Dominus Hainricus cuſtos, cano-„nici

„nici ecclesie Oettingens., Dominus Rech-
„winus de Pirchstetten, Fridericus de
„Pravnawe, Siboto, & Hainricus de Chym-
„see, Lanzo servus noster: Dominus Otto
„vicarius ecclesie S. Petri, Gozwinus de
„Fraunhofen, Dominus Wisinto miles, En-
„gelbertus de Halding, Dietricus, Ulri-
„cus de Pige, Hainricus, Otto, & alii
„quamplures.„

IV. Anno autem sequenti molendinum in Gnigl ad dies vitæ cuidam Munichauser;

Anno sequenti videlicet 1271. Idem Dietmaro abbas cuidam Friderico Minichhauser, ejus uxori, & filio locavit molendinum in fluvio Gnigl tali conditione, ut singulis annis quatuor Schaffas boni frumenti pendat ad festum S. Michaelis archangeli, & si hoc vel semel omiserit, prædictum molendinum mox revertatur ad monasterium; & pariter eodem anno cuidam Ulrico Chalcholsperger concessit ad dies vitæ quartam partem in Cretich pro annuo censu 60. denariorum in festo S. Ruperti dandorum. De prima locatione sic sonat instrumentum in MS. P. n. 197. „Ego Gotschalcus vicedo-
„minus, & ego Chunradus Judex dictus
„Tausinger cum universitate concivium no-
„strorum Salzburgensium tenore presen-
„tium notum fieri volumus Christi fidelibus
„tam presentibus, quam futuris, quod
„venerabilis Dominus abbas Ditmarus S.
„Petri nostre civitatis ex consilio sui conven-
„tus molendinum ecclesie sue in fluvio
„Gnigl dicto, situm contulit pro jure, quod
„purchrecht dicitur, Friderico Mvnichau-
„ser nostro concivi, & uxori sue Gerbirgi si-
„mul & filio suo Hainrico, quousque vixe-
„rit, possideudum. Condicione tamen hu-
„jusmodi intercluſa, ut in festo sancti Mi-
„chael. nihil preter quatuor scafra puri, &
„boni frumenti sibi pro censu solvere debe-
„ant annuatim: qui census, si tali die solu-
„tus non fuerit, jura prefatorum persona-
„rum in ipso molendino, nisi ex gratia fiat,
„debent esse per omnia nichilata. Preno-
„minatis vero tribus personis de medio sub-
„latis tale molendinum impeticione quavis
„remota cum omnibus suis appendiciis ad
„monasterium sancti Petri libere revertetur.
„Ne autem factum hujusmodi possit impoſte-
„rum aliquo falsitatis scrupulo cavillari,
„hanc cartulam communitatis nostre sigillo,
„& subnotatis testibus pro munimine consi-
„gnimus. Hujus rei testes sunt Dominus
„Chunradus Prior, Dominus Rudolfus ju-
„deus, Dominus Gebhardus littere hujus
„scriptor, Arbo magister coquine, Engil-
„bertus Faber de Monichausen, Chunra-
„dus dictus Heesler, Hainricus Pichler,
„Linwicus de Summo, Fridericus, Ri-
„chardus, Hainricus dicti Mvnichauser,
„Ulricus de Campanif, Hainricus Fucce-
„rer, Otto Speher, & alii quamplures.
„Datum Salzburge anno Domin MCCLXXI.
„VI. Kalend. April. in die sancti Rudberti.„

V. Ulrico autem cuidam quartam partem in Cretich concessit.

Breviores sunt littere super locatione facta quadrantis in Gretich Ulrico de Chalcholsperg pro censu annuo LX. den., & quamvis in his annus expressus non sit, verosimilius tamen hæc concessio facta fuit anno 1271., quia in libro instrumentorum P. n. 198. immediate priores concessionis litteras sequitur, & hujus tenoris est: „Nos
„Dietmarus abbas sancti Petri Salzburge no-
„tum facimus omnibus presentem paginam
„inspecturis, quod nos Ulrico de Chalchol-
„sperg seniori contulimus quadrantem in
„Cretich situm pro tempore vite sue, qui
„quadrans annis pene XL. fuit desolatus,
„interposito tali pacto, quod dictus Ulricus,
„quamdiu vixerit, in festo S. Rudberti in
„autumpno, de prefato quadrante solvet
„denarios LX., post obitum vero ipsius Ul-
„rici nec filius suus, nec aliquis heredum
„suorum in prenotato quadrante aliquod jus
„habebit. Et ut cedula hec maneat incon-
„nulsa, sigillo ciuitatis Salzburgens.: eam
„duximus communiri.

VI. Anno 1272. accepit prædium Chraiwisen a Gottschalco vicedomino.

Longe plura sunt, quæ subsequentibus annis sub Dietmaro abbate accidisse leguntur: anno namque 1272. accepit prædium in officio Seekirchen, vineas quasdam pro annuo censu locavit in Dornbach, composuit quandam controversiam cum cive Hallensi, & a Friderico archiepiscopo aream in Lauffen obtinuit, anno autem 1273. concessit cuidam majores decimas in Dirnberg, & anno sequenti emit domum cum area in Milldorf. Quod Gottschalcus vicedominus Salisburgensis monasterio donaverit anno 1272. prædium Chraiwisen in officio Seekirchen, ut ex redditibus hujus prædii in die ipsius anniversario melius habeantur fratres, testantur litteræ originales etiamnum existantes inter alias litteras fundationis n. XXV., & triplici sigillo munitæ, quæ sic habent: „In nomine sancte, & individue
„Trinitatis, Amen. Ego Gottschalcus vi-
„cedominus Salzburgens. omnibus in per-
„petuum. Cum hominum brevis sit me-
„moria, eorum actis invidia omnium legi-
„timorum contraria sepissime novercatur,
„& oblivionem parit diuturnitas temporalis,
„si minus litterarum quarumcunque memo-
„rie, ac testium subnotationi mandantur.
„Igitur pateat universis, quibus fuerint le-
„cte, patentes, quod ego, & Domina Die-
„mudis mater mea prædium Schobarn duos
„modios siliginis, octo modios avene, octo-
„ginta denarios persolvens quoad vitam no-
„stram tantum debueramus gaudere, a par-
„te venerabilium virorum Domini Dietmari
„abbatis, & conventus sancti Petri Salz-
„burgens. sub forma pheodi personalis resi-
„gnavimus eisdem cum omni usufructu li-
„berum, & solutum hac conditione statu-
„ta, quod dicta Domina vitam mei Got-
„schalci excesserit vivendo diutius usum di-
„cti predii, insuper & usum mansus Chrai-
„wisen duos modios siliginis, IIII. modios
„avene, que faciunt scafia tria, & dimi-
„dium mensure Salzburgens. & sexaginta
„denarios persolventis, quem tunc tempo-
„ris tradidi proprietatis titulo viris dictis

„tantum ad tempus vite ſolius ipſius, ite-
„rato reſumat. Item ego Gottſchalcus an-
„nuam graciam unius talenti, quam a par-
„te eorum camere tantum pro vita mea re-
„cipere debueram, ipſis liberam reſignavi,
„qui racione permutationis de communi con-
„ſenſu predia ſua intHolzhuſen ſolvens ſex
„modios ſiliginis, ſeptuagenta duos dena-
„rios in Chaiſermil duos modios ſiliginis,
„& unum porcum valentem 40 denarios,
„in Waltenpichl 60 denarios, in Porris di-
„midium talentum, ibidem molendinum
„tres ſolidos in Gehersperge, dimidium ta-
„lentum mihi Cothſchalco quoad vitam
„meam tantum locare duxerunt, eadem
„predia ſingula poſt mortem meam conti-
„nuo ſine omni heredum meorum queſtio-
„nibus in eorum liberam poteſtatem rever-
„ſura. Ceterum de prato eorum in Porris,
„ſi de ipſo ſingulis anno in feſto Michaelis
„ratione cenſus dimidium talentum ipſi ab-
„bati non ſolvero, ex tunc ſolidos 12. ſol-
„vam ſibi anno ſequenti. In mei utique
„Gotſchalci exequiis & anniverſario prefato
„conventui, quia ea in miſſarum & vigi-
„liarum ſolemniis celebravit, ex parte do-
„mus proprie in ſimilis, vino & piſcibus tan-
„quam in aliis majoribus exequiis miniſtrabi-
„tur condecenter, ſed tantum per redditus
„manſus in Chraiwiſen, in quantum facultas
„conceſſerit, eorundem conſenſu ſepefate
„Diemudis, & Domine Gertrudis mee fi-
„lie, & Domini Henrici de Wilpach mei ge-
„neri ad ſingula, & univerſa prehabita, tum
„ad reſignationes perſonalium pheodorum
„tum ad reſignationem, imo donationem
„manſus Chraiwiſen ſepedicti unanimiter
„ac libere accedente; & ut omnis conditio
„preconcepta ſit in ſui vigore inpoſterum
„conſervata, ego ſepefatus Gotſchalcus dans
„antedictis viris preſens inſtrumentum
„meo ſigillo munitum procurans, & ne-
„ceſſariam ad cautelam ipſum ſigillis Reve-
„rendi Domini Friderici venerabilis archie-
„piſcopi Salzburgen., & capituli ſui, Do-
„mini Chunonis de Gutrat, & civium Salz-
„burg., de quorum utique conſilio preliba-
„tus tractatus preceſſerat, interludi nihilo-
„minus pro nobis Ipſorum abbatis, & con-
„ventus munimentum huic per omnia in
„intellectu concordans vice verſa recipi. Te-
„ſtes hujus rei ſunt de capitulo Dominus
„Hainericus venerabilis decanus, Dominus
„Hermanus cuſtos, Dominus Gebolfus ca-
„merarius, Dominus Gebhardus ſenior de
„Velwen. D. Otto. & D. Albertus fratres
„de Walche, D. Ulricus de Hardeke, item
„Dominus Ulricus, & magiſter Joannes
„notarii ipſius Domini electi de familia ipſius,
„Chuno de Guetrat, D. Luipoldus miles
„junior, Garro germani filius ſuus: item
„Rudolfus coquinarius, & Liebhardus di-
„ctus Tozlaes judices Salisburgen., Cho-
„zum dictus Paechel, Minhardus Sche-
„meiſter, Henricus Ragaeb cives ibidem, &
„quam plures alii fide digni. Datum Salz-
„burge anno MCCLXXII. IV. Kal. April".

VII. Locavit vineam *latam* in Dornbach cuidam Hildebrando,

De locatione vinearum in Dornbach exſtant duo inſtrumenta, quæ leguntur in ſæpedicto codice P. n. 199. & 200., & rurſus aliud n. 201., quod Abbas Dietmarus locarit jus montanum in Alzech in monte vicino eidem Dornbach. Primæ litteræ ita l. c. leguntur: „Nos Otto filius Haymonis
„Judex, & univerſitas militum atque civium
„in Wienna ad noticiam ſingulorum tam fu-
„turorum, quam preſentium harum decla-
„ratione cupimus provenire, quod venera-
„bilis in Chriſto D. Abbas, & conventus
„eccleſie S. Petri in Salzpurga unanimi con-
„ſenſu, & bona voluntate vineam ſuam la-
„tam in Dornbach ſitam Hiltebrando &
„Engle uxori ſue ibidem degentibus tribus
„talen: denariorum ratione arre ab eis-
„dem receptis, quæ vulgariter vocatur an-
„lait in uſum ſui monaſterii convertit tali
„conditione locaſſe dinoſcuntur, quod niſi
„in feſto beati Michaelis ſingulis annis pre-
„dictis Domino abbati, & conventui per
„eundem Hiltebrandum, & uxorem ſuam
„duo talenta denar: ratione cenſus fue-
„rint perſoluta, ex tunc ipſa vinea in poſſeſ-
„ſionem predictorum denuo revertatur. Ita
„quod nec ipſi, nec eorum heredes aut im-
„petitores aliqui propter labores, & expen-
„ſas, quibus eadem vinea exculta fuit, in
„prefata vinea ullum ſibi jus audeant vin-
„dicare, quodque predicta vinea omni re-
„mota contradictione poſt obitum ipſorum
„cum eadem vinea tantum ad dies vite ut-
„riusque ſit locata, ad predictos abbatem,
„& conventum divolvatur iterato. Ut hec
„autem omni dubietatis ſcrupulo carere vi-
„deantur, preſentem paginam ſigillo noſtre
„univerſitatis fecimus communiri: hujus
„rei teſtes ſunt Dominus Otto de foro, Do-
„minus Chuno dictus magiſter monete. Do-
„minus Paltramus, Chunradus Heiſner,
„Ulricus prolocutor, Ortwinus ante Scotos
„Walchunus de Chrembs, Ulricus de Cha-
„loſperge, Dominus Chunradus Plebanus
„de Dornbach, Pabo officialis, Fridericus
„Caupo, Waltmanus, & alii fide digni da-
„tum Wiene anno Domini MCCLXXII. quar-
„to Kalend. Maji".

VIII. Vineam *longam* ibidem cuidam Sigfrido judici,

Alterum inſtrumentum ſuper locatione vineæ longæ in Dornbach Silrido cuidam judici, & uxori ſue Jute facta c. l. ita habet: „Nos Otto judex, & univerſitas mili-
„tum, atque civium in Wienna notum eſſe
„volumus tam futuris, quam preſentibus
„harum inſpectoribus univerſis, quod viri
„venerabiles D. abbas, & conventus eccle-
„ſie S. Petri de Salzpurga unanimi conſenſu
„locaverunt vineam ſuam longam in Dorn-
„pach ſitam Sifrido Subjudici noſtro, & u-
„xori ſue Jutte ad dies vite utriusque tali
„addita condicione, quod a feſto S. Micha-
„helis proximo affuturo interjectis quatuor
„annis predictis D. abbati & conventui nul-
„lum cenſum ſolvere debeant de eadem, &
„niſi ſingulis annis ſubſequentibus in feſto
„S. Michaelis eisdem unum talentum de-
„nariorum ratione cenſus perſolverint, ex
„tunc

„tunc ipsa vinea denuo ad predictos abba„tem, & conventum sine contradictione de„volvatur, atque libere revertatur. Ita „quod ipsorum filii aut filie sive heredes u„niversi, vel impetitores in predicta sua vi„nea propter labores, & expensas, quibus „eadem exculta fuerit, nihil juris audeant „vindicare vel presumant: addito quoque, „quod prefata vinea post obitum predictorum „Sifr. & Jutte immediate nullo reclamante „herede vel postero ad prefatos abbatem, „& conventum iterato revertatur. Ut au„tem hec omnia maneant inconvulsa, pre„sentem litteram sigillo nostre universitatis „fecimus communiri. Testes rei sunt Do„minus Otto de foro, Dominus Paltramus „DominusChuno quondam magister mone„te, Dominus Rudolfus ipsius Domini ab„batis capellanus, Walchunus de Chrembs, „Ulricus de Chalosperge, Dominus Ch. ple„banus de Dornpach, Pabo officialis, Walt„mannus, Fridericus, & quidam alii: da„tum Wienne anno Domini MCCLXXII. „quarto Kalend. Maji".

IX. Et jus montanum in Alzek cuidam Chunoni magistro.

Litteræ de locatione juris montani, seu Pergrecht in monte Alzek, qui vicinus est loco Dornbach, hoc tenore confectæ fuerunt: „In nomine sancte, & individue Tri„nitatis. Amen. Nos communitas civium „Wiennensium omnibus in perpetuum. Quia „invidia pacis emula, mater litium, ma„teria jurgiorum actis legitimis sepissime „novercatur, & processus temporis ingerit „oblivionem eisdem, sunt litterarum api„cibus cum testium subnotationibus mu„nienda. Igitur pateat universis, quibus „fuerint lecte patentes, quod de nostro sci„tu viri venerabilis Dominus Dietmarus ab„bas, & conventus S. Petri Salzburgen. con„sensu unanimi accedente Domino Chunoni „Magistro monete nostro concivi in monte „Alzek, & in fundo Walgris eorum, Perc„recht cultum, & incultum a festo Michael. „proximo affuturo quoad sex annos locare „duxerunt, in hunc modum condicione se„quente, quod in anno quolibet hiis sex an„nis ipsis festo Cholomani decem talenta „denariorum solvere nullatenus pretermit„tat. Eodem jure decursu termino preno„tato sine filiorum, filiarum, ac omnium „sui heredum contradictionibus, seu que„stionibus in eorum possessionem utpote „primitus liberam continuo reversuro. Et „ut is tractatus parmaneat illibatus, damus „utique ad cautelam predictis abbati & con„ventui has signatas nostro sigillo. Testes „hujus rei sunt Dominus Otto miles, Do„minus Otto filius D. Haymonis, Domi„nus Paltramus, Chunradus Hesner, Ul„ricus Wisprech, Ortwinus ante Scotos. „Meinhardus in ripa omnes Wiennenses. „De Chrembs Walchunus de Chalosperch, „Ulricus de Dornbach, Chunradus pleba„nus, Pabo officialis, Fridericus caupo, „Waltmannus, & precipue Dominus Ru„dolfus ipsius abbatis capellanus cum plu„ribus aliis fide dignis. Datum Wienne au„no Domini MCCLXXII. quarto Kalend. „Maji".

X. Insuper eodem anno composuit quandam controversiam cum cive Hallensi ob molendinum.

Hoc anno adhuc currente Dietmarus abbas controversiam quandam inter ipsum, & civem quemdam Hallensem Heinricum Grueber propter aliquod molendinum exortam per arbitros tali modo componi fecit, ut molendinum prædictum maneat quidem monasterio proprium, civi tamen Henrico concedatur ad dies vitæ hac conditione, ut annuatim monasterio pendat censum quatuor talentorum, ut patet ex instrumento in MS. P. in ordine 18 1mó., ubi ita legitur: „Nos Chuno de Gutrat, Ulricus de „Wispach, Gottschalcus vicedominus Salz„burgen. presentibus protestamur, quod ve„nerabiles viros Dietmarum abbatem & con„ventum S. Petri Salzburgen. ex una parte, „& Heinricum dictum Grueber civem de „salina ex altera super molendinum perso„nali beneficio contendentes ex nostri arbi„trii declaratione ac virorum consilio discre„torum concordavimus sub hac forma, quod „predicti Domini Abbas & conventus com„muni consilio accedente sub instrumentis „eorum ipsum molendinum sub annuo censu „prefato Hainrico tantum pro tempore vite „sue locare duxerunt. Hac conditione for„mata, quod singulis annis in epiphania „Domini ratione census talenta quatuor ipsis „viris venerabilibus solvere nullatenus pre„termittat, alias ipsum molendinum sepe„dictis Dominis vacabit liberum, & solu„tum. Ne autem super hujusmodi locacio„ne valeat scrupulus ambiguitatis oriri, fe„cimus has nostris recipi sub sigillis. Testes „hujus rei sunt Dominus Rudolfus ipsius ab„batis capellanus, frater Albertus, Hainri„cus Guntherus judices, Walchunus di„ctus de Tekinge, Herwicus, Dietricus, „filius Pabonis, Chunradus Magister mon„tis, Heinricus dictus Hort: omnes Hal„lingen: datum in Salina anno Domini „MCCLXXII. pridie non. Aprilis".

XI. Et a Friderico II. archiepiscopo domum, seu aream quandam in Lauffen obtinuit.

Quod de hoc anno dicendum restat, est, quod Fridericus hujus nominis II. archiepiscopus Salisburgensis erga monasterium nostrum valde benignus Dietmaro abbati, & conventui domum, seu aream quandam in Lauffen donaverit. Litteræ originales, forte in variis bonorum permutationibus aliis extraditæ, non quidem extant, copiales tamen leguntur in antiquo quodam Urbario officii nostri Spitale fol. 9. quæ sic sonat: „Nos Fridericus Dei gracia sancte „Salzburgensis ecclesie Archiepiscopus, „apostolice sedis legatus universis patere „volumus, quod nos ad dilectionis instan„tiam dilecti in Christo fratris nostri Dietma„ri venerabilis abbatis sancti Petri ibidem „monasterio suo, cui velut matrici ceteto„rum monasteriorum sui ordinis nostre pro„vincie pro speciali promotione tenemur, „contulimus liberaliter in foro Lauffen quan„dam aream cum omni jure, & censu suo, „quibus

„quibus nos respexit Steura, & qualibet „incluſa continentem domum, quam dictus „abbas a Merbotone dicto Rottmir, que „ibidem libere comparavit proprietatis ti„tulo in perpetuum poſſidendum ſalvis juri„bus dicti loci pro vigiliis, & aliis neceſ„ſariis, quocunque nomine cenſeantur, „prout generaliter requirit inibi conſuetudo „civilis. Quam collationem, ne ſuper ipſam „a parte ſucceſſorum noſtrorum alicujus que„ſtionis ſit formanda, inſtrumento preſenti „munito ſigilli noſtri efficaci patrocinio di„cto monaſterio confirmamus. Teſtes hu„jus rei ſunt de capitulo Dominus Hainri„cus, venerabilis decanus, Dominus Her„manus cuſtos, Dominus Gewoldus came„rarius, Magiſter Joannes noſter notarius: „item cives in Lauffen Ekkardus judex, „Luetwinus frater ſuus, Luetwinus Por„tenheimer dictus Zufuder, & quam plures „alii fide digni. Datum Salzburge 6. Cal. „Junii anno Domini MCCLXXII". Hucusque litteræ donationis.

XII. Anno 1273. conceſſit cuidam Chunrado majores decimas in Dirnberg,

Anno 1273. ſæpedictus abbas Chunrado magiſtro montis in Dirnberg ob ſuum fidele ſervitium in labore ſalis adhibitum, & impoſterum adhibendum duas partes majores decimæ in Dirnberg ad monaſterium noſtrum ſpectantis acceptis ab eo 14. denariorum ſolidis ad tempus vitæ ipſius, nimirum abbatis, conceſſit, ita tamen, ut ſingulis annis in feſto S. Ruperti in autumno cenſum pendat ſolidos decem denariorum. Tenor litterarum ex libro manſcripto P. ſæpe citato n. 193. ſequens eſt: „Nos Got„ſchalcus vicedominus Salzburgen. preſen„tibus proteſtamur, quod Dominus Diet„marus vir multe prudencie venerabilis ab„bas ſancti Petri ibidem, Cunrado magi„ſtro montis ob ſue fidelitatis debitum ac „ſtudium ipſius ſaline profectui perpetuo ad„hibendum, & denariorum ſolidos quatuor„decim ab eo receptos, converſosque in „uſum ſue eccleſie totius decime ſue majo„ris in Dirnberge dumtaxat partes duas in „tempus, quo tenuerit regimen ſue prela„ture deliberacione ſane prehabita duxit „liberaliter collocandum. Ita tamen, ſi „ſingulis annis in feſto S. Rudberti feſtum „ſancti Mychael. Archangeli perventuro, „racione cenſus ſolidos decem denariorum „preterquam de annuo primo cenſu, quem „nunc ſolvit, ſibi ſolvere neglexerit, ipſo „facto a jure, & gratia ejusmodi ſit exclu„ſus, continuo in perceptionem ipſius ab„batis, ac ſue eccleſie premiſſis partibus „ejusdem decime abſolute reverſis. In cujus „rei teſtimonium, cum predictus Chunra„dus auctorabili ſigillo careat, & res de „ſcitu noſtro, & conſilio proceſſerit, has „patentes ſigilli noſtri Karactere inſignitas „ad inſtantiam ipſius Chunonis predicte ec„cleſie contulimus obſervandas. Nihilomi„nus memorati Domini abbatis inſtrumen„tum concordans in intellectu per omnia „cum preſenti ſepedicto Chunrado collatum „ſuper talis contractus firmitudine recor„dantes. Teſtes hujus rei ſunt Domini vi„delicet Gebhardus Prior, Rudolfus cu„ſtos, Hiltprandus, Chunradus capellanus „cum reliquis fratribus conventus ſancti Pe„tri & familia eorundem, prout in auten„tico predicti Domini abbatis ſecundum ſe„riem, & magis lucide ſunt expreſſi. Da„tum Salzburge anno Domini MCCLXXIII. „XV. Kalend. Julii".

XIII. Et anno ſequenti emit domum cum arca in urbe Milldorf, ubi & capellam fundavit:

Porro inter alia, quæ de adminiſtratione abbatiali Dietmari commendari merentur, eſt, quod anno 1274. a PP. eremitis Ord. S. Auguſtini in Semanshauſen arcam cum prato in urbe Milldorf pro monaſterii utilitate comparaverit, ubi etiam capellam in honorem S. Magdalenæ ædificavit, cui „non tantum Fridericus archiepiſcopus, ve„rum & alii epiſcopi indulgentias conceſ„ſerunt. Litteræ emptionis in originali exſtantes ita leguntur": Univerſis Chriſti fideli„bus preſentem paginam intuentibus frater „Heinricus Prior provincialis fratrum ere„mitarum Ord, S. Auguſtini per regnum A„leman. ſuperioris ſalutem, qui eſt ſalus „vera omnium ſalvandorum. Labilis me„moria hominum, & actuum ſuorum ni„mis oblivioſa poſtulat, & requirit, ut ge„nerationi ſuccedenti geſta memoria digna „ſcripturarum litteris innoteſcant, qua in „re preſentibus ſcriptis ad noticiam nobis „ſuccedentium volumus pervenire, quod „conventus fratrum ordinis noſtri in Semo„neshouſen de ſpeciali, & libera noſtre com„miſſionis auctoritate aream in Mülldorf, „in qua olim noſtri fratres Domino divino„rum officiis inibi famulantes habuerunt re„ſidenziam, venerabili Domino abbati S. „Petri Salzburgenſis civitatis & dieceſis „cum prato ad eandem aream comparato „pro X. & octo Libr. Ratisponenſis monete „cum omni jure huic venditioni neceſſario „vendiderunt. In cujus rei teſtimonium & „incorporacionis predicte ſtabile firmamen„tum preſentem litteram eidem Domino „abbati, ſuoque conventui tradidimus ſi„gilli provincialis munimine roboratam. „Acta ſunt hec anno Domini MCCLXX. „quarto, Sept. Dec. Kal. Aprilis". Paulo poſt idem Dominus abbas ædificavit, & fundavit ibidem eccleſiam, ſeu capellam in honorem S. Magdalenæ, quæ etiamnum exſtat, prout patet ex litteris archiepiſcopi Friderici originalibus, per quas viſitantibus dictam eccleſiam anno 1280. conceſſit indulgentias, quod & plurimi alii epiſcopi fecerunt vigore litterarum in originali preſentium, quales erant Wichardus Patavienſis eccleſiæ epiſcopus anno 1280. Bruno Brixinenſis eccleſiæ epiſcopus anno 1280., Chonradus epiſcopus Chyemenſis anno 1279., Gerhardus Lavantinus anno 1279., Henricus Ratisbonenſis anno 1278. & plures alii, ex quibus aliqui vocant plantationem novæ cepellæ a Dietmaro in honorem S. Magdalenæ fabricatæ, fundatæ,

ſed

ſed nondum dedicatæ. Ex quibus litteris illæ Friderici archiepiſcopi adduci merentur, quibus aliæ litteræ ab epiſcopis citatis in ſubſtantia æquales ſunt. „Fridericus „Dei gracia ſancte Salzburgen. eccleſie ar„chiepiſcopus, apoſtolice ſedis legatus. Uni„verſis Chriſti fidelibus preſentem litteram „inſpecturis ſalutem in omnium Salvatore. „Quoscunque ſacroſancte fidei profeſſores „cupientes ad votiva pietatis opera quibus„dam illectivis muneribus, indulgentiis ſci„licet & remiſſionibus invitare, precipue„que in quantum nobis indulgetur, a Do„mino efficere, ut eccleſie, que ſancta Dei „tabernacula vocantur, congruis honoribus „frequententur: ſpecialiter vero deſideran„tes capellam, quam venerabilis frater Diet„marus abbas ſancti Petri in honore beate „Marie Magdalene fundavit in Mildorf, cre„brioris devotionis fidelium reverentia ve„nerari. Ecce omnibus & ſingulis Chriſti „fidelibus ad ejusdem capelle, dedicationis „anniverſarium, & per octavam devote ac„cedentibus annuatim quadraginta dies cri„mininalium de injuncta ipſis pœnitencia, „confuſi de Salvatoris omnium miſericor„dia, ac beatorum Petri, & Pauli apoſto„lorum ſuffragiis miſericorditer in Domino „relaxamus, ratas, & gratas habentes in„dulgentias, quas epiſcopi noſtri, vel alii „catholici epiſcopi eidem capelle duxerint „concedendas, ipſasque auctoritate preſen„tium confirmamus. Datum Salzburge an„no Domini milleſimo ducenteſimo octuage„ſimo. X. Kal. Septembris".

XIIII. Quo anno etiam confœderationem iniit cum monaſterio Millſtattenſi:

Ad hunc annum etiam ſpectat, quod abbas Dietmarus profeſſus Millſtattenſis aliquam confœderationem inierit inter monaſterium Millſtattenſe, & noſtrum S. Petri, cujus confœderationis litteræ leguntur in codice membraneo P. n. 176. „Nos Ulri„cus Dei gracia abbas monaſterii Millſtat„tenſis cum univerſitate noſtri conventus „patere volumus preſentium inſpectoribus „univerſis, quod nos voto, & voluntate „unanimi Dominum venerabilem Patrem D. „abbatem eccleſie S. Petri Salzburga cum „univerſitate ſui conventus in plenam fra„ternitatem recipimus ipſos noſtro conſor„tio adjungentes, ita, ut cum aliquem, „vel aliquos ex ipſis ad nos venire contige„rit, plena fraternitate gaudeat in receptio„ne chori, refectorii, nec non in hiis mi„nus eis ſolaminis exhibeatur, quam ali„cui ex nobis. Sed in omnibus tanquam „nobis eis fiat eadem etiam plene fraterni„tatis gratia a Domino & Patre reverendo „D. abbate monaſterii S. Petri Salzburge, „& ab ejus conventu facta nobis eſt e con„verſo, prout etiam ipſius conventus lite„re patentes lucide proteſtantur. In hujus „rei teſtimonium, & firmitatem perrennem „preſentes Karactere ſigilli noſtri conventus „fecimus conſigniri. Actum & datum Salz„burge in capitulo S. Petri anno Domini „MCCLXX quarto. Non. Junii. indict. XII". *Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.*

Hic tenor litterarum eſt confœderationis cum monaſterio Millſtattenſi quondam noſtri ordinis, quod tamen circa annum 1470. ad ordinem equitum S. Georgii, & ab his demum ad Reverendos Soc. Jeſu Patres tranſiit, a quibus etiamnum incolitur.

XV. Anno autem ſequenti celebratum fuit capitulum generale ab Abbatibus noſtri ordinis.

Majori reflexione dignus eſt annus ſequens, videlicet milleſimus ducenteſimus, ſeptuageſimus quintus, quo anno ab abbatibus noſtri S. Ordinis hic Salisburgi celebratum fuit capitulum generale, quod evidenter probatur ex antiqua charta characte-re huic ſæculo exacte correſpondente ſcripta, quæ charta exſtat in MS. quodam antiquo in armario Q. n. 11. aſſervato, cui rubris litteris iisque antiquis ſequens titulus præfixus eſt: *Anno Domini MCCLXXV. proxima feria ſecunda poſt dominicam cantate celebratum eſt capitulum generale abbatum Ordinis Sancti Benedicti Salzeburge.* Ad celebrandum hoc capitulum generale mandatum acceperunt abbates ordinis noſtri; poſtquam enim anno 1274. Fridericus II. archiepiſcopus ſynodum Salisburgi convocavit, ad quam comparuerunt Leo Ratisponenſis, Petrus Patavienſis, Bruno Brixienſis, Wernhardus Secowenſis, Johannes Chyemenſis eccleſiarum epiſcopi, inter alias ſanctiones ſtatutum fuit his verbis pro abbatibus ordinis noſtri: „Cum abbates Ordinis „S. Benedicti Salzburgenſis Provincie ca„pitula ſua provincialia longe retro tempo„ribus non curarint celebrare, propter quod „circa regulares obſervancias idem ordo non „mediocriter eſt collapſus. Nos eisdem ab„batibus noſtre provincie firmiter, & diſtri„cte precipieudo mandamus, ut provin„ciale capitulum ſuum infra feſtum aſcen„ſionis Domini venturum proximum cele„brent, juxta formam a SS. Canonibus eis „datam: in quo de moribus corrigendis tam „in ſeipſis, quam in ſubditis ſuis tractent, „& ordinent diligenter. Alioquin nos in „proximo provinciali concilio ad reforma„tionem predicti ordinis, quantum de jure „poſſumus, procedemus". Hujus conſtitutionis factæ meminit etiam gravis hiſtoricus Salisburgenſis Marcus Hanſizius, qui non tantum teſtatur hanc ſynodum Friderici archiepiſcopi Salisburgenſis exhiberi in MS. quodam cæſareo diſtinctam in XXVI. capitula, verum etiam in XXV. punctis ſummam ſanctionum, quæ in hac ſynodo ſtatutæ fuerunt, allegat, inter quas in capitulo I. abbatibus ordinis ſancti Benedicti mandatur, ut ad mores tam in ſeipſis, quam ſubditis corrigendos provinciale capitulum ſuum infra feſtum reſurrectionis proxime venturum celebrent. Hæc Hanſizius. Acta hujus Synodi Salisburgenſis habentur etiam in collectionibus Labbei, & Harduini, ubi XXIIII. exſtant capita. De eo autem, quod in præcedentibus ſæculis aliquod capitulum provinciale fuerit celebratum ab abbatibus Ordinis noſtri, prout colligitur ex actis ſupracitatæ ſynodi Salisburgenſis,

genſis, veſtigium aliquod manuſcriptum nobis ſaltem hactenus incognitum eſt, quo nimirum anno, aut ſub quo archiepiſcopo,

XVI. Anno 1276. rebelles noſtros Cufrarios in Halla Fridericus archiepiſcopus,

Sub hujus abbatis Dietmari regimine non tantum in Halla, ubi monaſterium noſtrum tunc temporis habuit patellam ſalinariam, cufrarii, verum etiam ſubditi noſtri Wiettingani in Carinthia rebellionem excitarunt, quorum primam anno 1276. archiepiſcopus Fridericus, alteram vero 1279. Rudolphus Rex Romanorum compeſcuit. De Friderico II. archiepiſcopo exſtant deſuper litteræ originales triplici ſigillo pendulo roboratæ, & ſignatæ XVII. Kalend. Junii anno 1276. hujus tenoris: „Nos Fri„dericus Dei gracia ſancte Salzburgenſis ec„leſie archiepiſcopus, apoſtolice ſedis le„gatus, notum eſſe volumus univerſis pre„ſentes litteras inſpecturis, quod, cum ar„tifices cuparum ſalis, quos vulgaris elo„cutio Chuefarios nuncupat, cujusdam u„nionis nocive, quam os vulgi ainunge vo„cat, ſeminante ſatore zizania inimico pa„cis in noſtrum, eccleſie noſtre, civium ſa„line, nec non omnium ibidem cocturas, „vel patellas ſalis habentium, dampnum in„tolerabile, & prejudicium perpetuum una„nimiter, licet non provide, ſedus culpa„bile conſpiraſſent, nosque inconſultum de„cretum hujusmodi, ex quo ſaline noſtre „hactenus lata utilitas quaſi minabatur de„ſcendere ad occaſum, quod de clamoſe „inſinuactonis ſtrepitus auribus noſtris plu„ries intonuerat, diſſuere, ac diſcindere ſtu„deremus. Dictos Chuffarios ad preſen„tiam noſtram in Salzburgam univerſaliter „evocatos, dum aliter illos ab unione tam „dampnabili, quam & coram nobis, ut rei „edicti, contra talem unionem jam pridem „per nos editi confitebantur publice, re„quiremus finaliter revocare. Venerabi„lium fratrum noſtrorum Ott. prepoſiti ec„cleſie noſtre, & Dyt. abbatis monaſterii „S. Petri, nec non miniſterialium noſtro„rum ſub deliberatione neceſſaria commu„nicato conſilio omnes illos, quotquot pre„ſto reperimus, detineri mandavimus, & „detentos ſervari per dies aliquos in con„clavi. Illi vero ad ſe redeuntes, & de„menciam propriam in hac parte commiſ„ſam recognoſcentes, & cognitam dete„ſtando arguentes, a conclavibus carcerum „per juſſum noſtrum emiſſi liberi & ſoluti „ad manus noſtras in palacio noſtro Salbur„gen. coram memoratis noſtris fratribus, „pluribus eccleſie miniſterialibus, nec non „communitate civium Salzburg. & ſaline fi„de data vice preſtiti ſacramenti precipue „ut mererentur veniam, de auſu, & pre„ſumptione, quam conſpirando fecerant, „ſinguli promiſerunt, nunquam de cœtero „alicujus unionis vel fraternitatis prejudi„cantis nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, aut „ſaline ſedus conſpirare, vel ullo unquam „tempore conjurare, vel conſpirato uti, per „ſe, vel alios publice, vel occulte. Et ſi „quis, vel ſi qui ex eisdem Chuffariis de „violatione ſeu transgreſſione hujusmodi „promiſſi per cives ſaline vel alios fide di„gnos coram nobis, vel a nobis judice de„putando ſuperati fuerint, vel evicti, hii „in contumacie penam, in rebus ſuis omni„bus confiſcandis, & perſonis juxta noſtrum „vel vicedomini noſtri, qui pro tempore „fuerit, arbitrium punientur, ad quod pri„mo ſe ultro iidem Chuffarii optulerunt. „Sunt autem hii, qui premiſſa pro ſeipſis, „& aliis ejusdem operis ſociis abſentibus, „ad manus noſtras, ut permiſſimus, pro„miſerunt. Videlicet Syfridus huernein, „Rudolfus infine, Heinricus Pip., Heinri„cus Ganſar, Wilhelmus Ganſar, Richer, „Heinrich, Silberer, Eiſengr., Saiger, Her„manus Saiger, Ulricus Geigel, Frideri„cus Tenke, Heinricus filius Walchuni, „Leutoldus Chrautperger, Stephanus, Ge„wolfus, Chunradus Tenk, Leupoldus I„gelspart, Heinricus frater ſuus, Rudli„nus Steinesaven, Heinricus filius ſuus, Vul„ler, Heinricus Chubel, Syboto Grun, Mar„quardus, Heinricus, Ulricus dicti Lue„ger, Sibito Pip., Chunradus Manzei, E„berhardus Tuniſtadel, Weicherus Haſe, „Seutoldus Smelz, Eberhardus inderciſtel, „Raudenheimer, Witigo Hailman, Ulri„cus frater ſuus, Goldwirdus, Joannes fi„lius Sprepeutel, Syboto filius Karullii, „Adam, Leupoldus Prichel, Otto ſuper „canales, Heinricus filius Undenchel, Hein„ricus Chels, Heinricus Vinch, Heinricus „Schutzinch, Wernherus Suthzinch, Chun„radus Chubler, Otto, & Chunradus ca„ſtores, Ruechter Grimoldi filius, Richar„dus Jochel, Otto Wain, Alhardus, & „Ekardus. Ne igitur de hoc poſteris du„bium, vel preſentibus oblivio labente tem„pore oriatur, preſentem litteram noſtri, & „venerabilium fratrum noſtrorum, Otto„nis prepoſiti eccleſie noſter, Dymari ab„batis monaſterii S. Petri, quorum opere „conſilium hoc aggreſſi ſumus, juſſimus „ſigillorum munimine roborari. Datum & „actum Salzburgen. in curia noſtra anno „Domini milleſimo CCLXX. ſexto. XVII„Kal. Junii". Hucusque litteræ originales de ſedata cuffrariorum inſolentia.

XVII. Anno autem 1279. ſubditos inobedientes in Wietting compeſcuit Rudolfus Rex Romanorum.

Illo autem tempore, vel immediate ſequenti ſubditi noſtri Wiettingani inobedientes ſe exhibuerunt in præſtandis ſervitiis ſuis monaſterio noſtro debitis, quam inobedientiam merito conqueſtus Friderico II. archiepiſcopo noſter Dietmarus abbas, ab altefato archipræſule litteras commendatitias ad Rudolfum Regem Romanorum obtinuit, cujus regio mandato ſequentes litteræ etiamnum in originali exſtantes, & regio ſigillo munitæ emanarunt.

„Rudolfus Dei gracia Romanorum Rex „ſemper Auguſtus. Univerſis ſacri impe„rii fidelibus graciam ſuam, & omne bo„num. Dilecti Principis noſtri venerabilis „archiepiſcopi Salzburgen. conqueſtio no„ſtro

„ſtro culmini patefecit, quod familiaris ſuus „abbas ſancti Petri, qui ſua conſuevit one„ra fideliter ſupportare in poſſeſſionibus di„ctis Wiettinge, que ſitum habent in Ka„rinthia, graves injurias, & damnoſum „diſpendium propter hoc patitur, quod co„loni earundem poſſeſſionum predia exco„lentes a conſuete ſervitutis oneribus ſe ſub„trahunt, & per falſi ſuggeſtionem conan„tur ſubtrahere quorumdam ad hoc poten„tie preſidio invocato. Sed quia privilegio „libertatis religioſarum perſonarum potius „robur tribuendum, quam minuendum eſt, „univerſis vobis, & ſingulis per imperialis „mandati diſtrictionem firmiter mandando „præcipimus, quatenus a talis aſſiſtencie, „& defenſionis præſidio, quo dictos colo„nos fovetis, ut dicitur, que in injuriam „predicti abbatis & monaſterii S. Petri ver„geret, penitus deſiſtentes nullum de ce„tero eisdem colonis injurioſum prebeatis „amminiculum, unde temeritatem aliquam „habeant rebellandi, & propter quod li„bertates, & jura ſepedicti abbatis, & mo„naſterii, que ex preſcriptione ſibi com„petunt, in eosdem diſpendium aliquod „patiantur. Datum Wienne anno Domini „MCCLXXVIIII. IV. Idus Maji, regni „vero noſtri anno ſexto". Hic tenor litterarum eſt Rudolfi Rom. Regis, qui & alio diplomate pariter in originali exſtante, & ſigillo regio munito anno 1277. confirmavit liberam evecturam vini, & fundationem Dornbacenſem: quoniam vero hæc confirmatio æqualis eſt præcedentibus, unde huic in extenſo adducendæ ſuperſedemus.

XVIII. Non minus ſub hoc abbate curia Nuzdorf ad monaſterium pervenit.

Damus & reſidua, quæ hinc inde diſperſa invenimus, & ſub abbate Dietmaro accidiſſe conſtant, inter quæ ſunt, quod curia in Nuzdorf, ad monaſterium pervenerit, quod facta fuerit diviſio mancipiorum inter capitulum metropoliticum, & noſtrum monaſterium, locata quædam vinea in Fuelbach ad dies vitæ, & ſimili modo prædium quoddam Grænſtetten dictum. Super receptione curiæ in Nuzdorf, exſtant litteræ in MS. P. ſæpe citato, ſeu libro inſtrumentorum anno 1280. conſcripto ſequenti tenore n. 190. „Fragilitas humane condi„cionis non patitur, niſi ea, que geruntur „ſub tempore ne ſimul tranſeant cum tem„pore, certis litterarum teſtimoniis robo„rentur. Hinc eſt, quod nos Ulricus, & „Heinricus fratres de Radekke univerſis „preſentium inſpectoribus aperimus, quod „cum nos a monaſterio S. Petri Salzburgen. „annuatim de communi cellario in feodo „haberemus, quod pater noſter pie memo„rie in feodo ab ipſo receperat primitus mo„ſterio promittens hoc ipſum feudum una „nobiſcum ſuis heredibus circa Dominum „abbatem, & quoque Dominos, & fami„liares dicti monaſterii fideliter deſervire, „uſi conſilio, bene placuit Domino noſtro „D. venerabili abbati ejusque confratribus „dicti monaſterii atque nobis, ut in con„cambium dicti feudi trium librarum vide„licet curiam in Nuzdorf apud caſtrum Ra„dekke vicine ſitam a Domino noſtro D. „venerabili abbate S. Petri, & ejus mona„ſterio in feudo reciperemus, quod & ex „nunc fecimus tali condicione intercluſa, „ut eadem curia tota uni ex nobis in ſua „cedere debeat porcione. Hoc adjecto, „quod ſi nos abhinc usque ad nativitatem „Domini proxime venturam, & deinde „usque ad unum annum in parciendis re„bus noſtris taliter non fuerimus compla„nati, quod ipſa curia Nuzdorf tota cedat „ſolummodo uni ex nobis, tenetur dictus „Dominus noſter abbas S. Petri Salzburge „dictam curiam Nuzdorf cum omnibus ejus „adtinenciis, & proventibus ex tunc ſibi „attrahere, & tamdiu ſuis uſibus reſervare, „quoadusque nos perfecte concordabimus „in parciendo per nos compromiſſo: preſen„tibus etiam confitemur, nos tum librarum „redditus, de quibus eſt predictum, Domi„no noſtro D. venerabili abbati ſancti Petri „Salzburge, & ejus monaſterio liberaliter „reſignaſſe, nec habere nos amodo juris a„liquid in eisdem. Ut autem prædicta o„mnia ſine contradictione qualibet robur „teneant firmitatis, preſentibus ſigilla no„ſtra, & Marquardi patrui noſtri appendi „fecimus pro cautela. Hujus rei teſtes „ſunt Dominus Ulricus Plebanus in Salvel„den, Dominus Ertfridus miles de camera, „Dominus Hainricus de Brünigen, Chuno „Theiſingarus, Heinricus de Haldenwanch, „Wernhardus de Radekke, Gotſchalcus de „Uzlingen, Ulricus de Chalcholſperge, & „Ulricus filius ejus, Heinricus, & Chun„radus, & Ortolfus de Hutich, Chunra„dus Plebo, Chunradus camerarius Domi„ni abbatis, & alii quamplures. Actum & „datum Salzburgen. in domo Domini abba„tis anno MCCLXXV. nonas Julii". Hic eſt litterarum tenor. Hoc prædium Nuzdorf vicinum caſtro Radek etiamnum ſervit monaſterio noſtro in officio Seekirchen.

XVIIII. Facta etiam diviſio mancipiorum inter capitulum cathedrale, & noſtrum monaſterium.

De controverſia circa mancipia inter capitulum cathedrale, & noſtrum monaſterium exorta, & facta deſuper anno 1278. compoſitione in eodem citato codice n. 152. & 153. duo leguntur inſtrumenta hujus tenoris: „Nos Otto Dei gracia prepoſitus, „& archidyaconus, Ulricus Decanus, & „totum capitulum eccleſie Salzburgen. te„nore preſentium proteſtamur, quod con„troverſia, que inter nos ex una parte, & „venerabilem abbatem Ditmarum Monaſte„rii S. Petri ex altera ſuper contracto ma„trimonio inter Adelheidem mulierem pro„priam noſtri capituli, & Rudolfum virum „proprium prefati monaſterii vertitur, vel „verti ſperatur, de pari aſſenſu noſtro, & „voluntate deliberata noſtrarum ambarum „partium tali conquievit interpoſita pactio„ne, videlicet, ut heredes ipſorum Rudolfi „ſcilicet, & Alhaidis, quoscunque ſimul „generaverint, & cujuscunque ſexus fuerint

„inter eccleſiam noſtram, & ſepeſatum mo-
„naſterium Sancti Petri equali numero di-
„vidantur, ſolo tamen primogenito, qui
„expreſſe absque omni contradictione noſtra
„ad ipſum monaſterium debeat pertinere pre
„ceteris heredibus ſuis racionabiliter ac-
„ceptato. In cujus rei teſtimonium pre-
„ſentem paginam ad futurorum memoriam
„ſigillo noſtri capituli duximus roborandam.
„Alterum inſtrumentum ita legitur. Nos
„Otto Dei gracia prepoſitus, Ulricus de-
„canus, & capitulum eccleſie Salzburgen.
„tenore preſentium preteſtamur, quod nos
„unanimi voluntate conſenſimus, ut eccle-
„ſia S. Petri equam porcionem percipere
„debeat; & habere in pueris, ſi quos Ulri-
„cus de Campanive, qui de perſona adti-
„net eccleſie memorate, genuerit per Chri-
„ſtinam uxorem ſuam, que jure proprieta-
„rio eſt noſtre eccleſie mancipata, & eadem
„condicio ſervabitur a nobis eccleſie ante-
„dicte de homine ipſius Rudolfo filio Walchs-
„muti, qui cum muliere de noſtra familia
„noſcitur contraxiſſe, tali pacto adjecto, ut
„ſi viri predicti per uxores ſuas, nonniſi
„unum puerum uterque generaverint, idem
„puer cedat eccleſie S. Petri; ſi vero plu-
„res genuerint, primus cedat monaſterio
„predicto, ſecundus nobis, & ita vices al-
„ternabimus in eorundem perceptione, ſic
„tamen ut inpar numerus cedat eccleſie ſe-
„pedicte. In cujus rei teſtimonium preſen-
„tem litteram conſcriptam ſigillo noſtro du-
„ximus muniendam: datum Salzburge an-
„no Domini MCCLXXVIII. IIII. Kal. au-
„guſt. indict. VI.“ Ex his litteris patet, quod olim uſus mancipiorum utriusque ſexus hic loci viguerit: de quibus tamen nullum prorſus amplius exſtat veſtigium.

XX. Locata quædam vinea in Fuelnbach ad dies vitæ.

Anno 1279. abbas noſter locavit vineam quamdam in Fuelenbach prope Chrembs, de cujus locatione inſtrumentum legitur in libro MS. P. n. 202. his verbis: „Nos Ru-
„digerus Judex, & univerſitas civium in
„Stayn preſentis littere teſtimonio profite-
„mur, quod venerabiles Domini D. abbas,
„& conventus Sancti Petri monaſterii de
„Salzburga, vineam ſue eccleſie in Fuelen-
„bach dictam tribus liberis Haistolfi civis
„de Strayn cognomine Stevehomen, vide-
„licet Haiſtolfo, Chunrado, ac Chunegun-
„di cum univerſis pertinenciis ſuis cultis,
„& incultis queſitis pariter, & inquirendis
„locaverunt precario jure pro tempore vite
„ſue tali condicione notabiliter interjuncta,
„quod predicte perſone tres prefatam co-
„lant vineam actu ſedulo, & fideli. Con-
„ventus itaque dictis perſonis tribus con-
„currens beneficio gracioſo promittit fide-
„liter in hiis ſcriptis, quod, quamdiu ve-
„nerabilis Dominus Dietmarus abbas ſui
„monaſterii de medio ſublatus non fuerit,
„mortis diſcrimine occupante dicte perſone
„tres talem vineam ſine cenſu tenere de-
„beant abſolute, non obſtanter, ſi ad ho-
„noris tranſiret culmina pociora, vel forte
„ad gradum humilem motu proprii libitus
„declinaret, dummodo ſuperviveret, pre-
„fate perſone tres ſine omni cenſu utentur
„dicta libertate precaria. Verumtamen
„prenotato Domino D. Abbate ab hoc ſecu-
„lo tranſeunte, dicte perſone tres, vel al-
„tera illarum, que vineam talem pro tem-
„pore habuerit, de ipſa urnas octo vini
„menſure in terra uſitate, nec non de fru-
„ctu ipſius vinee eidem dabit monaſterio
„nulla contradictionis ſcintillula obviante.
„Adjectum eſt inſuper conditionibus preli-
„batis, quod, ſi propter defectum aliquem
„prefatas perſonas tres, vel alteram illa-
„rum jus ſue precarie vendere contingeret
„de predio, ſepedicto abbati, & fratribus
„monaſterii, qui fuerint pro tempore, te-
„nentur emtionem talis exponere precarie,
„qui, ſi dictum jus, quod habent in tali
„vinea, decreverint comparare, ſibi exhi-
„bebunt nulla difficultate notabili ſubdole
„interveniente, ſi ſecundum formam viro-
„rum fidelium, & diſcretorum conventui
„forum formabitur vince prenotate. Si ve-
„ro abbas, & conventus talem comparare
„noluerint precariam, ex tunc precarie
„poſſeſſores jus ſuum licite vendere pote-
„runt, cui volunt, hac tamen exceptione
„cautius conſervata, quod ipſam vineam
„nulli vendent, niſi ei, qui in culture ex-
„ercitiis tanta utilitate ſatisfaciat predio
„memorato, ſicut hii, qui a monaſterio jam
„dicto poſſident originem precarie. Ad hec
„pretaxatis condicionibus includitur tale
„pactum, quod, cum tempus vindemii ſe
„obtulerit, ſi ipſius vince poſſeſſores cen-
„ſum vini de dicto predio deputatum per
„tres annos, & diem unum eccleſie Sancti
„Petri ſolvere neglexerint improviſe. Ex
„tunc ab univerſo jure, quod ipſis in tali
„competit precaria, ceciderunt, nullo ju-
„ris eisdem articulo inpoſterum ſuffragan-
„te. In quorum omnium teſtimonium pre-
„ſenti littere ſigillum noſtre civitatis duxi-
„mus apponendum. Teſtes hujus rei ſunt
„Rudigerus Judex tunc civitatum Chremſe,
„& Steine, Chunradus Sevelder ſenior,
„Hainricus ſcriba juxta eccleſiam S. Nico-
„lai, Otto civis ibidem, Chunradus Dur-
„ſto, Hainricus Nevchomen, Pertholdus
„Maegel, Irenfridus Maegel, & alii fide
„digni. Acta ſunt hec apud Chemſam an-
„no Domini milleſimo, ducenteſimo, ſep-
„tuageſimo nono V. Kal. Octobr.“ Hucus-
que litterarum tenor de locata vinea in Fuelenbach.

XXI. Et ſimilimodo prædium quoddam in Gerſtetten anno 1280.

Simili modo Dietmarus abbas quibus-
dam fratribus Hainrico, & Ortolpho de Gaueſperch ad dies vitæ pro annuo cenſu locavit prædium quoddam in Gerſtetten, quod alio nomine etiam vocatur Schaich-
len in officio Weildorf ſitum, ut patet ex litteris, quæ in quodam urbario anno 1525. conſcripto leguntur fol. 10. „Nos Dietma-
„rus Dei gracia abbas Salzburge preſenti
„ſcripto innoteſcimus univerſis, quod præ-
„dium

„dium noſtre eccleſie dictum Gerſtetten, „quod Schanichlehen dicitur, locamus, & „concedimus Henrico, & Ortolfo fratri„bus dictis de Gauerſperch pro tempore ſue „vite, tali tamen pacto notabiliter inter„juncto, quod predicti fratres Henericus, „& Ortolfus de eodem predio nobis, & ec„cleſiæ noſtræ annuatim in feſto S. Rudber„ti in autumno ſolvant denarios ſolidos ſex „monetæ publicæ & probatæ; ſi vero præ„dicti fratres, vel alter illorum, qui dictum „prædium pro tempore tenuerit, per ali„quam negligentiam, vel violentiam præ„fatum cenſum nobis, vel officiali noſtro in „die S. Rudberti ſolvere neglexerit, ex tunc „ab univerſo jure, quo gaudet in dicto præ„dio, ipſum decernimus cecidiſſe ab ipſo „& prædio, nec inſtitutionem, nec Steye„ram, nec nos, nec noſtra eccleſia ipſis „viventibus ac ipſum prædium cenſu præ„ſignato deſervientibus tenemur exigere „quoque modo. Adiicimus &, quod poſt „ipſorum deceſſum, nec liberi ipſorum, vel „aliqua alia progenies in ipſo prædio ſibi „quidquam juris poſſit vendicare, ſed ad „noſtrum monaſterium tale prædium ſim„pliciter revertatur. Inſuper univerſa im„peditionis materia, quam prædicti fra„tres de Gauersperch ad noſtram habebant „eccleſiam, quocunque nomine cenſeatur, „& ſuper colonis de Huſen, qui debent li„berum tranſitum habere per ipſorum præ„dia per viam ipſis denominatam. In cujus „rei teſtimonium preſentem litteram ſigillo „noſtro, & civitatis de Louffen ad majo„rem cautelam fecimus conſignari. Te„ſtes hujus rei ſunt Hainricus de Sitlesdorf, „Siboto dictus Trutan, Ulricus, & Sigha„hus dictus Strudel, Mainhardus officia„lis de Wildorf, Petrus Zaucher, & alii „fide digni. Datum, & actum in Luoffen „anno Domini MCCLXXX. VII. Kal. Febr.

XXII. Obiit hic abbas anno 1288. ſub quo etiam monachi vixerunt ſua laude digni.

Atque hæc ſunt præcipua acta, & geſta, que de regimine abbatiali Dietmari ex variis codicibus, & manuſcriptis colligi potuerunt, qui venerabilis abbas, poſtquam per annos octodecim ut bonus, & ſedulus Paterfamilias monaſterium noſtrum gubernavit, VI. Kal. Martii anno 1288. viam univerſæ carnis ingreſſus, & in noſtro antiquo capitulo ſepultus fuit. Sub tam provido abbate vixiſſe etiam induſtrios, & religioſos monachos indubium eſt, inter quos duo ſpeciali memoria digni ſunt, & huic chronico inſeri merentur: unus eſt DIETRICUS nomine PRUCHLER, qui ſub Dietmaro abbate noſtro præpoſituram Wiettinganam adminiſtravit, & ab illa pro abbate in celebri monaſterio ad S. Paulum in Carinthia ordinis noſtri aſſumptus fuit, ibidemque abbatiam per quinque annos ab anno videlicet 1284. usque ad annum 1289. laudabiliter rexit; nam advocatiam Sancti Martini, aliaque bona monaſterio acquiſivit. Alter eſt induſtrius ille monachus, & monaſterii noſtri Sacriſta, nomine HERMANUS, qui anno 1280. pretioſum de noſtris inſtrumentis, & præcipuis documentis codicem a nobis toties jam ſub ſigno P. citatum conſcripſit, cujus codicis initium ita habet: „acta ſunt hec anno Domini „MCCLXXX. Kalend. Jan. tempore felici „hujus venerabilis Dietmari abbatis S. Pe„tri Salzburch, & conventus“. Et inferius legitur: *Hermanus ego ſum.* Sequitur enim præfatiuncula, quam fecit collector iſte ad ſuos confratres, & in qua finem laboris ſui his verbis notatu dignis expoſuit: „Privilegia eccleſie noſtre, fratres Kariſſi„mi ſacrario quidem noſtro diligenter con„ſervata ego Hermanus humilis ſacriſta ec„cleſie S. Petri in Salzburga ſciens nonnul„lis ex vobis hactenus incognita, de ma„mona iniquitatis tenorem ipſorum in regi„ſtro hoc conſcribi comparavi, & ad utili„tatem omnium veſtrum tam preſentium, „quam futurorum offero humiliter ad legen„dum, audiendum, cognoſcendum, qua„liter eccleſia noſtra poſt fundationem pri„mam deſolata per venerabilem archiepiſ„copum Fridericum principio hujus libri, „tituloque primario annotatum, & ſucceſ„ſores ejusdem pie recordationis reforma„ta, & donacionibus devotis, inſtaurata „ſit. Item qualiter per alios viros venera„biles epiſcopos, aliasque perſonas ydo„neas felicis memorie in liberalitate, & pa„tronatu eccleſiarum, & decima earundem „ditata ſit. Inſuper qualiter per Imperato„res, Reges, Duces, Marchiones, comi„tes, miniſteriales, milites, aliosque pro„bos, & honeſtos viros infeodata, & au„cta ſit. In rerum, ac poſſeſſionum juris„dictionibus, licet aliquantulum diſtractis „in prejudicium eccleſie noſtre tamen ſin„gula acta ſingulis ſuis in locis evidentius „cognoſcetis. Igitur fratres Kariſſimi, ſi „quis hunc librum noſtris utilitatibus pro„ficuum ſubtraxerit, aut alio quoque mo„do a loco noſtro alienaverit, invocata au„ctoritate apoſtolorum Petri, & Pauli, „ſanctique Rudperti excommunicationis, „& anathematis vinculo ipſum, niſi reſti„tuerit, innodatum ſcitote, & ſacrilegii „reatum, idem ſe noverit incurriſſe“. Hucusque præfatio Hermani monachi ad codicem inſtrumentorum, qui hactenus ut plurimum nobis deſeruiit, præcipua tamen inſtrumenta non tam ex hoc libro, quam ab ipſis originalibus litteris exſtantibus deſcribere conati ſumus. In rebus autem minoris conſiderationis, ubi vel originales litteræ vel omnino perierunt, vel hactenus inventæ non ſunt, vel in rerum permutationibus etiam aliis extradi oportuit, ſane codex iſte antiquus fidem facit ſufficientem. Cæterum dicta præfatio uti & ipſe codex de primo ibidem deſcripto inſtrumento Fridericiano & crifin, & annotationem quandam meretur. Certum quidem eſt, quod per Fridericum archiepiſcopum anno 988. facta fuerit ſeparatio bonorum, & conſti-

tutus pro abbate regulari Tito abbas, uti a nobis dictum fuit in vita Friderici archiepiscopi & abbatis ex archiepiscopis ultimi n. V. De hac autem separatione, & bonorum donatione erectum fuisse aliquod instrumentum, sicuti sunt instrumenta in originali exstantia Conradi I. & aliorum archiepiscoporum, plane non constat, unde & nos de eo, quod non habemus, gloriari non volumus, imo nullum prorsus ante tempora Conradi I. diploma originale in forma consueta (solis tabulis Arnonianis exceptis) ab aliquo archiepiscopo emanatum hactenus vidimus, aut legimus: hinc quod Hermanus collector instrumentorum mentionem faciat de instrumento Friderici I. archiepiscopi, & illud sine die tamen & consule, primo loco ante alia privilegia in originali exstantia statuerit, id potius intelligi debet, hanc donationem & separationem, a Friderico factam, annotatam quidem fuisse in nostris antiquissimis codicibus, inter quos est MS. M. ex quo historiam hujus renovationis loco supra citato probavimus, attamen per continuam traditionem & potius vivæ vocis oraculo perveniisse usque ad tempora Conradi I. qui circa medium sæculi XII. per varias litteras, originales, & sigillo archiepiscopali in forma probante munitas privilegia Friderici I. magis manifestavit, confirmavit, & alia adjecit, uti a nobis dictum fuit partim in vita archiepiscopi Friderici I. fusius autem in vita Balderici abbatis in ordine XXXIII. a n. IV. & seq.

Hic desinit (cum sex annis superadditis) sæculum a condito, & fundato monasterio nostro ad S. Petrum VII.

SÆCULUM OCTAVUM

AB ANNO 1282. USQUE AD ANNUM 1382.

ENGELBERTUS,

ABBAS XLVI.

AB ANNO 1288. USQUE AD ANNUM 1297.

I. Engelbertus abbas, de quo in particulari non adeo multa leguntur,

Transierunt sæcula septem a condito, & fundato monasterio nostro cum annis sex, quo tempore Dietmaro abbati de monasterio nostro optime merito successit in regimine abbatiali Engelbertus S. Petri monachus, de quo admodum parce mentionem faciunt nostra manuscripta antiquiora, & quamvis verosimilius sit, post annum 1297. monasterio nostro haud amplius præfuisse, attamen codices vel in dubio relinquunt, vel non satis exprimunt, an hoc anno vel sponte officio cesserit, vel abbatiale munus cum vita clauserit. Codex vetustus membraneus K. præter solum nomen *Engelberti*, quod rubris litteris expressum est, ad annum 1288. nihil refert: MS. R. & B. seu Chronicon Martini abbatis ex pluribus documentis collectum de Engelberto habet sequentia: „Engelbertus „succellit Dietmaro, præfuit, utilissime cir„citer novem annos, multaque laude dig„nissima pro monasterio gessit. Sepulturæ „locus nusquam inveniri potest: construxit „capellam S. Pauli supra ambitum mona„sterii nostri, quæ capella anno Domini „MCCCIIII. in die S. Benedicti abbatis, & „confessoris dedicata est unacum altari a „Reverendis in Christo patribus Domino „Chunrado sanctæ Salzburgensis ecclesiæ „archiepiscopo, nec non Domino Alberto „episcopo ecclesiæ Chiemensis in honore S. „Pauli apostoli, & Sancti Benedicti abba„tis. Huic Engelberto (Engelbrecht in „quadam germanica littera de anno 1293. „nominatur) ascribitur quidem constructio „capellæ S. Pauli supra ambitum, quæ an„no 1304. dedicata legitur: sed constat ex „litteris donationum, Rudpertum abbatem „Engelberti successorem anno 1298. ad ab„batiæ clavum jam sedisse, capellam vero „sexennio post consecratam fuisse, sequere„tur non Engelbertum, sed Rudpertum „pro fundatore habendum, vel Engelber„tum inchoasse, Rudpertum consummasse. „Exstat adhuc littera quædam Chunradi „archiepiscopi Salzburg. quibus dictæ ca„pellæ S. Pauli elargitur 40. dies indulgen„tiarum dat. 8. Id. April. anno 1304." Hucusque MS. R. seu Chronicon Martini abbatis. Brevior in verbis, sed plus de gestis in synopsi ennarrat author historiæ Salisburgensis Mezgerus noster pag. 455. „Dietmaro, ait, e vivis sublato, successit „Engelbertus gnavus paterfamilias, & au„ctor capellæ SS. Pauli, & Benedicti, quæ „in abbatialis ædificii ambitu adhuc cerni„tur. Conrado nobili Chuchelensi, assen„tiente suo conventu, vicedomino Salis„burgensi prædium Kaltprunense in valle „Kuchelensi situm in vitalitium dedit, uti „litteræ reversales, ut vocant, anno 1293. „ab eo datæ testantur. Morte, an sponta„nea renuntiatione muneris hic abbas de„cesserit, non liquet: anno tamen 1297. „ipsum excepit abbas Rupertus nomine IV. „monachus S. Petri, quo auctore capella „antedicta a Conrado archiepiscopo in die „S. Benedicti dedicata est anno 1304." Hæc Mezgerus.

II. Primo jam anno componi curavit quandam controversiam circa prædium Schiltlehen:

Quamvis autem in particulari non adeo multa leguntur de gestis Engelberti abbatis, exstant tamen aliquæ litteræ, ex quibus probatur, quod primo jam anno mediante ipsomet Rudolfo tunc regnante archiepiscopo Salisburgensi per certos arbitros desuper electos componi curaverit quandam controversiam circa prædium Schiltlehen in Ensthal inter nostrum monasterium & Leopoldum de Neidek exortam anno autem 1293. ipsemet aliquod vitalitium cuidam Chunrado de Chuchel elocaverit. Litteræ originales exstantes, & septem sigillis roboratæ de supradicta compositione ad annum 1288. ita sonant:

„Nos Rudolfus Dei gracia sancte Salz„burgensis ecclesie archiepiscopus, aposto„lice sedis legatus, Hainricus prepositus, „Fridericus Decanus, & capitulum ejus„dem ecclesie. Tenore presentium publi„cando constare volumus universis, quod, „cum inter dilectum in Christo fratrem En„gelbertum abbatem, & conventum mo„nasterii S. Petri in Salzburga ex parte una, „& Leupoldum de Neidek, & uxorem suam „Margaretam filiam Conradi quondam „Chenlarii, & Richardim relictam ipsius „Chunradi ex altera super possessionibus a„pud Schiltowe, que nunc Schiltlehen vul„gariter nominatur, questionis, & discor„die materia verteretur, varie hinc & inde „tandem nostro inductu, & authoritate, „consilio, & beneplacito mediante ad pe„titionem, & voluntatem utriusque partis „super predicta questione, actione, ac im„peditione in nos Heinricum prepositum, „& Gotschalcum militem quondam vicedo„minum Salzburg: ex parte, & pro parte „predicti abbatis, & conventus, & in Chun„radum de Wartenvels, & Chunradum „Chuchler tunc judicem Salzburg: tanquam „in arbitros, seu arbitratores, & amicabi„les compositores ex parte, & ex parte „predicti Leupoldi, & uxoris sue margari„te, ac socrus sue Richardis predicte ex„stitit compromissum, ita, ut, quod utra„que pars predictorum quatuor arbitrorum „sententiam, quam omnes concorditer fer„rent, ratam haberent omnimodis atque „gratam super predicte materia questionis. „Quod si predicti quatuor arbitri sup. deci„sione ejusmodi questionis forsitan discor„darent, ex tunc dicto fidelis nostri Otto„nis de Goldeke arbitri, seu arbitratoris su„per hoc ab utraque parte electi pro senten„tia staretur sub pena quadringentarum li„brarum pene nomine solvendarum parti „a parte, que contra predicti arbitri, seu „arbitratoris, vel predictorum quatuor tra„ctatorum in unam comuniter concordan„tium venire sententiam ademptaret. Pre„dictis igitur quatuor arbitris in hujusmodi „compositionis tractatu precedentibus om-

„nes

„nes ſinguli & quatuor communiter, & „concorditer in hujusmodi ſententiam con„venerunt, quod predictus Leupoldus, & „uxor ſua Margareta & ſocrus ipſius pre„dicta Richardis omni juri, actioni, & im„petitioni, ſeu excepcioni, que ipſis, & „eorum heredibus, vel ſucceſſoribus qui„buscunque contra predictos abbatem, & "conventum ſuper memoratis poſſeſſionibus "in Schiltlehen competere videbantur, vel "poſſent competere in futurum quocumque "titulo, vel nomine cujuscunque renuncia"rent, & cederent penitus, & in totum. "Et predicti abbas, & conventus predicto "Leupoldo & uxori ſue Margarete quin"quaginta marcas argenti ponderis Salz"burg: debeant perſolvere infra annum in "tribus terminis, videlicet in feſto S. An"dree decem & ſeptem marcas, in feſto S. "Georii decem, & ſeptem marcas, & in "feſto S. Joannis Bapt. ſedecim marcas pro"ximo aſſuturis. Partibus igitur predictis "in noſtra preſencia conſtitutis, & hujus"modi ſententiam ratam, & gratam ha"bentibus pari voto predicti Leupoldus & "uxor ſua Margareta, ac ſocrus ſua Rich"kardis renunciaverunt, & ceſſerunt omni "juri, actioni, ſeu exceptioni, que ipſis, "& ſuis heredibus vel ſucceſſoribus preſen"tibus, aut futuris ſuper dictis poſſeſſioni"bus in Schiltlechen contra predictos abba"tem, & conventum quocunque titulo com"petere videbantur, vel poſſent competere "in futurum, facientes eidem abbati & con"ventui finem, & quietationem perpetuam "ſuper poſſeſſionibus ſepedictis, & per a"ctum de ulterius non petendo, vel etiam "impetendo. Et predictus abbas & con"ventus ad ſolutionem predicte pecunie in "terminis ſupradictis ſepeſato Leupoldo, & "predicte uxori ſue Margarete cum ſuis li"beris ſe ſolemniter obligarunt. In cujus "rei evidentiam, & cautelam preſentes lit"teras ſigillo noſtro, & dilecti in Chriſto "fratris noſtri Hainrici prepoſiti, nec non "ſigillo capituli eccleſie noſtre, ac ſigillis "quatuor predictorum arbitrorum, videli"cet Ottonis de Goldek, Chunradi de War"tenvels, Gotſchalchi quondam vicedomi"ni, Chunradi de Cuchel juſſimus commu"niri. Teſtes hujus rei ſunt Dominus Ge"bolfus cuſtos, & canonicus Salzburg. Ma"giſter Hainricus de Guez prepoſitus Friſa"cenſis, Chuno de Guetrat, Chunradus de "Goldek, & alii quamplures fide digni ad "hoc vocati, & rogati. Actum & datum "Salisburch anno Domini MCCLXXXVIII. "in die SS. Proceſſi, & Martiniani, indi"ctione prima". Hucusque inſtrumentnm.

III. Anno autem 1293. elocavit aliquod vitalitium cuidam Chunrado de Chuchel,

Secundo legitur de hoc noſtro Engelberto abbate, quod anno 1293. Domino Chunrado de Chuchéln vicedomino Salisburgenſi ad ipſius petitionem conceſſerit quoddam prædium monaſterii noſtri in valle Chuchlenſi ſitum, & Chaltenprune vocatum ad dies duntaxat vitæ ſuæ, ut patet ex ſubjunctis reverſalibus, a prefato Domino Chunrado deſuper monaſterio noſtro extraditis in lingua vernacula ſatis cruda, prout nimirum ferebat illus ſæculi Ortographia. Reverſales litteræ ſic ſonant: "Ich Chun"rat von Chuchéln, Vicetum zu Saltzpurg, "vergihe an diſem Brüeff, daß ich das Guet, "dats dem Chaltprunne in dem Chucheltal, "das mir die Herren, der Apt Engelprecht von "S. Peter ze Salzpurch, und ſin Couvente "gelichen habent, zu mir aines Leibe, und Le"ben haben ſol, und khein min vereünd, oder "Gerbe nach minem Tode, damit nicht ze "ſchaffen ſol haben, noch ſich khein Recht da"ran anziechen, ꝛc. Und iſt das geſchehen ze "Saltzpurch, da Itz was von Chriſtes geburt, "Tauſend Jar, zwaihundert Jar, und in dem "dritten, und neünzigiſten Jar, des Sünta"ges, da drey Wochen von Pfingſten waren. Ita habetur in quodam ſcripto membraneo, quod eſt libellus aliquot foliorum, in quo donationes, fundationes, locationes Ruperti IV. qui Engelberto in abbatia ſucceſſit, continentur. Harum reverſalium etiam mentionem facit catalogus abbatum Albertinus anno 1646. editus. De nomine autem prædii Chaltenprune nihil notatur amplius in noſtris urbariis, ut adeo non ſciatur, an nomen mutaverit, an permutatum, vel quocunque modo diſtractum fuerit. Prædium autem ſupradictum n. II. Schiltlehen ſervit adhuc monaſterio in officio Enstall, de quo, ut c. l. fuſius retulimus, facta fuit compoſitio interveniente ipſomet archiepiſcopo Rudolfo cum conſtitutis arbitris.

IIII. Et rurſus eodem anno aliquem contractum circa prædium Tal. in Milldorf ratificavit.

His tertio accedunt aliæ litteræ de eodem anno 1293. quarum vigore Engelbertus abbas aliquem tractatum a civibus Mildorfenſibus circa prædium Tal in officio Mildorfenſi ſitum cum quodam haidelfingio initum ratificavit. Litteræ in quodam manuſcripto antiquo contentæ, & lectu admodum difficiles hunc continent ſenſum: „Nos Engelbertus Dei gracia abbas mona„ſterii S. Petri in Salzburga declarando pre„ſentibus proteſtamur, quod ea, que per „honeſtos viros Leonardum, & Gallonem „cives in Mildorf inter nos, & Haidolfin„gium ſuper prædio noſtro in Tal dicto pla„citata ſunt pariter & tractata, rata tene„re volumus, & promittimus, ſicut per „eosdem eſt de facto hujusmodi definitum, „ita, ut, quod predictum predium noſtrum „dictus Haidolfingius, & ſui heredes vel in „quoscunque transtulerit, quoquo modo „teneat, nihil inde dantes, niſi cenſum de„bitum, atque conſuetum absque omni a„lio onere ſine ſteyra. Ita quod tum quan„tumcunque reſiduum in eodem beneficio. „- - - - In noſtre inſtitutionis placito ſine „cujuscunque exactionis periculo annuatim „- - - & - - - dampna quoque nobis & „noſtris hominibus per eundem Haidolfin„gium illata relaxamus ei ſimpliciter, & in „totum pronunciantes, ipſum de eisdem „omni-

„omnibus offensis penitus absolutum pro „nobis, & nostris hominibus, quos offen„dit, quibus per nos ipsos damna eorum, „sicut gracioſum fuerit, resundemus. In „cujus rei testimonium presentes litteras „tradidimus, nostri sigilli robore consigna„tas, & promittimus, quod quam cito Sa„lisburgum venerimus, alias litteras cum „sigillo nostri conventus super hujusmodi „testimonium sibi dare. Actum & datum „in Mildorf anno Domini MCCLXXXXIII. „in vigilia B. Jacobi apostoli". Hucusque litteræ abbatis, quas sequuntur similes litteræ ratificantes a Hermano Priore & conventu S. Petri in Salzburga.

V. Vixit inter bella & dissidia tam sub Rudolfo hujus sedis archiepiscopo,

Cæterum abbatiale regimen Engelberti quod ad annos tantum novem protraxit, nonnisi ærumnis, curis, & afflictionibus plenum fuisse, haud aliter credi potest, si historias illorum temporum perscrutari volumus; dum enim caput dolet, etiam membra languent. Explevit Engelbertus abbas sub archiepiscopo Rudolfo (qui sedi hujati ab anno 1284. usque ad annum 1289. præfuit) unicum, & sub Chunrado successore archiepiscopo hujus nominis IV. octo annos. Jam inter Rudolfum archiepiscopum, & Albertum Austriæ ducem bella, & dissidia gravissima fuisse exorta, historiæ fidem faciunt: Convocavit archipræsul Rudolfus synodum provinciæ suæ, ad quam comparuere Præsules Passavienſis, Ratisponenſis, Frisingenſis, Gurcenſis, Chiemenſis, & Lavantinus cum pluribus abbatibus & eccleſie prælatis; in qua synodo inter alia ex optimo zelo archiepiscopi concluſum fuit, ut viri eccleſiastici & Præsules a secularibus laicorum muneribus abstinerent. Post hoc synodi decretum secutæ fuerunt graves turbationes, non tamen archiepiscopo Rudolfo imputandæ, qui officium suum sancte & laudabiliter præstitit, etsi quidam ex prælatis, contra quos agebatur, turbas excitaverint, & Alberto austriaco Imperatoris Rudolfi filio bilem moverint, ut contra se actum existimaret; hinc bona quædam eccleſiæ Salisburgenſis vindicare cœpit. Rudolfus quidem vim vi oppoſuit, & territorium ducis more bellico vastavit. Albertus vero exasperatior majoribus cum copiis veniens Frisacum, & arcem Fonstorf occupavit, quo peracto copias Viennam reduxit. Postquam primi impetus hostiles deferbuissent, anno 1289. qui & ultimus fuit Rudolfo archiepiscopo, inter utrumque Principem primo quidem Welsii, deinde Lincii mediantibus aliis ducibus & episcopis de concordia tractatum fuit. Quoniam vero iuter pacis conditiones primariam urgebant tam Rudolfus, quam mediatores, ne Albertus austriæ Dux imposterum archipræsuli in rebus eccleſiasticis obicem ponieret, aut negotium faceſſeret; hinc malorum consiliariorum suasu subito discessu tractatum abrupit. Rudolfus tamen non destitit pro acquirenda pace omnem movere lapidem, & cum illam operose quæsitam ordinariis mediis reperire non potuit, postquam hanc causam in Basilica sua prostratus ante altare S. Ruperti divo huic tutelari commendasset, ad ipsum Imperatorem Rudolfum Patrem Alberti ducis profectus est Erfordiam, ut saltem ille regia, & paterna authoritate pertinaci adversantium discordiæ finem poneret. Appulsus Erfordiæ apud Imperatorem, qui præsente etiam duce Alberto cum abbate Admontenſi causæ complice tunc agebat, in arbitrium Imperatoris causam conjecit; sed dum tardius resprocederet, Rudolfum archipræsulem Salisburgenſem in die Petro apostolorum Principi ad vincula festiva, dum sacrum perageret, morbus invasit, qui intra triduum irrita medicorum ope virum sanctum sanctissime expiatum vinculis corporis, & simul perplexis litibus expedivit, cujus exuviæ Salisburgum advectæ in templo metropolitano ad altare S. Virgilii tumulatæ fuerunt. Inter has lites autem etiam cum aliis abbatem nostrum Engelbertum fuisse involutum, haud dubitandum est, ut magis dicemus in sequentibus.

VI. Quam sub Conrado IV. in provincia Salisburgenſi exorta.

Nec enim post mortem Rudolfi archiepiscopi pacatiora redierunt tempora: vix enim Rudolfus Cæsar mortuus fuit anno 1291. Conradus archiepiscopus, hujus nominis IV. in cœptas cum suo anteceſſore beate memoriæ Rudolfo nec terminatas Alberti ducis austriæ discordias, succeſſit. Multis foliis hæc bella inter Albertum ducem austriæ, & Conradum IV. archiepiscopum describunt historici Salisburgenſes, præsertim Mezgerus, & Hansizius: ille L. IV. cap. 30. iste autem in vita archiepiscopi Conradi IV. Nos tantum eorum, quæ ad propositum nostrum spectant, synopsin damus, & ea præsertim referimus, quæ celebris historicus Marcus Hansizius S. J. refert in vita dicti archiepiscopi Conradi IV. n. XXX. circa finem: „Sed austriacus (id „est Albertus Dux austriæ) quum finem „non faceret res Salisburgenſium afflictan„di, præpositus capitularium, item ab„bas S. Petri miserunt ad eum deprecato„rias, uti ne insontes cum noxiis eadem „clade involveret. Affirmabant nihil ha„buisse commune cum noxa episcopi. Re„sponsum ab duce: facinus communi con„silio Salisburgi cusum ab omnibus luen„dum esse, demum auctores erant archie„piscopo, ut ad Regem tenderet, in quo, „si nihil esset opis, invocaret Papam. Re„fert item vetus chronographus, metropo„litanum sententiam excommunicationis in „Ducem & abbatem Agmundenſem aucto„ritate fretum apostolica vibrasse: suis etiam „collegis præcepisse, ut idipsum facerent, „atque in suis eccleſiis fieri mandarent: „quod quidam episcopi fecerunt: alii ad se„dem apostolicam appellarunt, & propter

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

„hoc in propriis personis a divinis esse su-„spensos". Hucusque Hansizius, qui etiam ex Hornekio refert, quod abbas noster Engelbertus anno MCCXCVI. post Henricum abbatem Admontensem litis cum Alberto Duce complicem, qui dicto anno occisus fuit, ad abbatiam admontensem fuerit translatus, hac forsan erronea persuasione inductus, quod Henrico occiso successerit alius in abbatia admontensi, nomine Engelbertus; ast de hac abbatis nostri Engelberti ab abbatia petrensi ad admontensem translatione omnia chronica, & manuscripta nostra domestica altum silent. Sane DD. Amandus abbas noster in suo justi folii manuscripto WW. jam sæpius citato, quod est Chronicon admontense, qui res & acta hujus inclyti cœnobii exactissime fuit perscrutatus, in catalogo abbatum admontensium §. 31. pag. 149. statuit quidem aliquem Engelbertum pro succedere Henrici abbatis admontensis, & scribit eum fuisse nobili genere natum, doctrina & pietate insignem, studiorum amantissimum Præsulem qui & plures libros conscripsit: de eo tamen, quod fuerit Engelbertus noster abbas, ad dictam abbatiam admontensem translatus, nec verbo mentionem facit; ut adeo Hornekius tantum ob similitudinem nominis, & annum correspondentem (qui pariter erat annus 1297. quo vel obiit, vel resignavit noster abbas Engelbertus) fuerit deceptus. Et hæc de abbate nostro Engelberto.

RUPERTUS IV.

ABBAS XLVII.

AB ANNO 1297. USQUE AD ANNUM 1313.

I. Tempore magis pacifico successit in abbatia

Mitiora tempora videre licuit successori abbatis Engelberti, eoquod tandem circa annum 1297. calamitatibus Salisburgensibus per concordiam Albertum inter, & Conradum nostrum archiepiscopum finis fuerit impositus, quæ arcta amicitia tanto magis stabilita fuit, dum anno 1298. Adolfus Cæsar non tantum Mogun-

Rupertus, hujus nominis quartus.

tiæ

tiæ procerum consilio exauctoratus, verum etiam in subsecuto prælio cruento ipsus cecidit, eidem autem in Romano imperio succesſit Victor Albertus Dux austriæ, mense Augusto confirmatus Cæsar, & Aquisgrani a Wigboldo Colonienſi archiepiscopo coronatus. Quamvis enim Conradus archiepiscopus noster sæpius, ut in præcedentibus facta suit mentio, ab Alberto austriæ Duce discors fuerit, Cæsari tamen facto fida obsequia, ut imperii Principem decebat, constanter addixit, initamque jam prius ante mortem Imperatoris Adolfi cum Duce Alberto pacem sancte servavit, ut adeo pacis fructus post gravissima bella & dissidia etiam provincia tota & cum hac nostrum quoque monasterium prædictis malis pariter involutum non sine magna respiratione senserit. Hoc itaque tempore magis pacifico in abbatiali regimine defuncto Engelberto succesſit Rupertus monachus hujus nominis quartus, de quo, antequam acta, & gesta secundum ordinem chronologicum, prout fieri potest, susius recenseamus, ex manuscriptis, & historicis Salisburgensibus synopsin vitæ præliminariter damus lectoribus. In MS. R. quod est chronicon Martini abbatis sequentia leguntur: „Rudber„tus abbas in locum defuncti Engelberti „abbatis electus est. Rudbertus monachus „S. Petri, qui monasterii habenas unacum „antecessore suo annis viginti sex guberna„vit: obiit autem 7. Id. Julii anno 1314. Et in alio loco in hoc manuscripto R. „Fuit „vir vitæ discretæ, circa religionis curam „sedulus, nec in temporalibus rebus ac„quirendis segnis, aut male providus. Si„milia DD. Albertus abbas in suo catalogo „impresso: In locum Engelberti, ait, ele„ctus est circa annum 1297. abbas Rudber„tus monachus S. Petri, sub quo prædicta „capella a Conrado archiepiscopo dedicata „fuit anno 1304. in die S. Benedicti. Sub „eodem diversæ mutationes circa bona mo„nasterii, & donationes inveniuntur factæ. „Et ad finem: mortuus alicubi scribitur „hic Rudbertus anno domini 1314, 7. Id. „Julii exstat tamen ejus epitaphium lapidi „inciſum sepulchri in capella S. Viti cum „hac inscriptione: anno Domini MCCCXIII. „VII. Id Julii obiit Rudbertus abbas S. Pe„tri". Hæc catalogus Albertinus. Fusius vitæ synopsin exponit in historia Salisburgensi Mezgerus noster his verbis: „Anno „1297. ipsum (id est Engelbertum) exce„pit abbas Rupertus hoc nomine IV. mona„chus S. Petri, quo auctore capella ante„dicta a Conrado archiepiscopo in die S. „Benedicti dedicata est anno 1304. Ab „hoc præmemoratus Conradus Chuchelen„sis tria prædia accepta in vitalitium datis „litteris fatetur. Factæ ex adverso ab aliis „monasterio donationes. Conradus de O„bernstorf constructo altari S. Achatii olim „in ecclesia minori S. Viti existente, & de„lecto sibi illic tumulo dedit prædium Chuau„sperg. Fridericus civis Salisburgensis de „suo prædio Lintach pensionem constituit „sexaginta nummorum non contemnen„di ea ætate valoris. Addiderunt alia Hen„ricus, & Wilhelmus de Stauffenek, Otto „de Goldek duo prædia in Ensthal. Ber„nardus Præsul Passavienſis liberam in flu„mine vecturam circa sua telonia cœnobio „concessit: alii alia grato animo memoran„da. In turrim majoris ecclesiæ, dum „Rudbertus præesset, quinque campanæ „ære susæ subvectæ sunt. Una annum ha„bet MCCCV. & inscriptionem hanc: *susa* „*est hec campana, & aliæ quatuor per Germa*„*num Priorem, & Custodem.* Secunda, & „tertia ita signatæ: *fulmina mox state me dul*„*cisone resonante:* quarta parvula: *me reso*„*nante pia populi miserere Maria*: quinta in„scriptione caret". Hæc Mezgerus historicus Salisburgensis pag. 455. de abbate nostro Ruperto hujus nominis IV.

II. Anno 1298. iniit piam confœderationem cum DD. canonicis ad S. Nicolaum prope Passavium:

Acturi jam de gestis & actis a, & sub Ruperto abbate nostro, & quidem de anno ad annum in ordine chronologico, docemur ex relictis manuscriptis, & litteris authenticis, quod prædictus abbas anno sequenti, id est 1298. quandam confœderationem injerit cum Dominis canonicis regularibus ad S. Nicolaum prope Passavium: quod secundo eodem anno ad dies vitæ concesserit Domino Chunrado de Chucheln vicedomino Salisburgensi tria feuda, seu bona monasterii nostri in Triebenbach unacum molendino, & stampesorio: tertio, quibusdam filiis ecclesiæ nostræ prædium Paumgarten prope Halspach in officio nostro Traunstein situm ad dies vitæ pro annuo censu 40. denariorum Salzburgensis monetæ, & demum eodem adhuc anno cuidam Eberlin de Westerkirchen decimas in sua curia Ernstet pro annuo censu concesserit, ita, ut si vel semel omittat, cedat toto jure suo, quod ad has decimas habebat. Nos copias damus litterarum vel in originali existantium, vel in antiquis codicibus transsumptarum. Sequuntur litteræ confœderationis inter inclytum, & celebre monasterium ad S. Nicolaum prope Passavium, & nostrum monasterium S. Petri, ex quibus colligi potest, qualis olim fuerit Charitas inter hoc, & alia invicem monasteria, prout etiam ex aliis patebit infra sequentibus litteris: „In Christo Patribus, Fratri„bus, Dominis & amicis chariſſimis, Do„mino Rudberto venerabili abbati, Herma„no Priori, totique collegio monasterii S. „Petri Salzburge. Chunradus Dei gratia „præpositus, Chunradus decanus, & con„ventus ecclesie S. Nicolai Patav. orationes „devotas, & fraternam in Domino chari„tatem. Quia dilectio sinceritatis vestræ „prevenire nos in benedictione dulcedinis „favorabiliter est dignata, nobis plenum „participium vestre fraternitatis ex sola cha„ritate per vestras litteras offerendo, eo „vobis ad majores gratiarum assurgimus „actio-

„actiones cum congregatione debita reco-
„gnoscentes, quod non ex necessitate virtu-
„tem, sed ex ipsa virtute necessitatem ma-
„gnificastis facere nobiscum, dum nos ve-
„stre fraternitatis, societatis, & amicitie
„perpetuo participio includere voluistis.
„Nos vero, quamvis impares, & humiles
„de corde puro, conscientia bona, charita-
„te non ficta, vobis e converso plenam fra-
„ternitatem transmittimus per presentes,
„dantes universitati vestre presenti, & futu-
„re participationem, & communionem o-
„mnium bonorum spiritualium, qui per
„nos, & successores nostros in ecclesia no-
„stra fuerint Domino concedente. Deinde
„& accessoria opera pietatis cum affectu, &
„effectu, Martham videlicet, & Mariam
„vestre offerimus charitati, rogantes humi-
„liter, & devote, ut & mittentes placeant
„ex tali munere, & ipsum munus fiat pla-
„citum, promittentes, maxime cum inter
„omnia dona spiritualia comparationem non
„recipiat, imo nullis possit internis adæ-
„quari. Et ne quisquam nobis succeden-
„tium de ignorantia hujus compromisse fra-
„ternitatis valeat excusari, nobis presen-
„tem litteram sigillorum nostrorum munimi-
„ne insignitam pro testimonio assignamus,
„petentes, ut ipsam in sacrario vestro repo-
„ni faciatis. Datum anno MCC nonagesi-
„mo octavo in die S. Hipoliti Martyris.„
Hucusque litterarum tenor de speciali con-
fœderatione, quæ tamen distincta est ab il-
la„ quæ vel tabulis, vel amica conventio-
ne ob defunctos, & eorum suffragia fuit in-
ter varia monasteria erecta, ob quam cau-
sam tali monasterio post mortem alicujus
defuncti funebres litteræ mitti, & stipulata
suffragia peti solent.

III. Quo anno etiam Conrado de Chucheln concessit tria feuda cum molendino ad dies vitæ:

Eodem anno concessit prædictus abbas Domino Chunrado de Chuecheln vicedomino Salisburgensi tria feuda, seu bona in Triebenpach ad monasterium nostrum pertinentia unacum molendino, de quibus annuatim persolvendæ erant duæ scaffæ frumenti, & sex nummi. Reversales in quodam vetusto MS. membraneo n. 9. in verbis formalibus pro hac ætate valde peregrinis leguntur:

„Ich Chunrat von Chucheln offen, und thun
„khunt mit disem Brüeff, und mit der
„Schrüfft allen den, die Jr wissen wellen,
„das ich han von minem Herrn Apt Ruprech-
„ten von Sand Peter ze Salzpurch, vnd von
„dem ganzen Convente daselben, und von Jrem
„Gottshauß ze recht Leibtinge vnts an minen
„Todt, drew Lechen zu Truebenpach, die gel-
„tent Sechs Schilling Pfenning, und dabey
„eine Müle, und einen Stampf, ꝛc. und das
„dem also si, das gib ich ze Urkhunde dem
„Gottshauß ze Sant Peter min Brüeff, und
„min Jnsigl, an der Zeit, da von Christes
„Geburt waren, tausend Jar, zwaihundert
„Jar, in dem Achten, und Neuntzigisten Jar,
„an den zwelf Poten Sant Peters, vnd S.
„Pauls Abent.„ Hucusque litteræ rever-
sales, ex quibus tamen non constat, quænam fuerint illa feuda, & sic consequenter non scitur, an etiam monasterium illa possideat quoad dominium directum.

IV. Similiter aliis prædium Paumgarten in officio Traunstein:

Rursus hoc anno currente, id est 1298. concessit & locavit ad dies vitæ quibusdam filiis ecclesiæ nostræ prædium Paumgarten prope Holspach in officio nostro Traunstein situm pro annuo censu 40. denariorum Salisburgensis monetæ. Instrumentum hujus locationis legitur in antiquo quodam urbario dicti officii anno 1525. conscripto, ubi fol. 29. & 30. sequentia leguntur formalia:
„Nos Rudbertus Dei gracia abbas monaste-
„rii sancti Petri Salzburgensis presentibus
„profitemur, & ipsorum inspectoribus de-
„claramus, quod nos predium nostrum
„Paumgarten prope holspach situm, jure
„proprietario contulimus, hoc est, ad dies
„vite ipsorum quibusdam filiis ecclesie no-
„stre, videlicet hainrico, sifrido, Alberto,
„nec non tribus ipsorum sororibus, videli-
„cet Diemudi, Mechtilde, Chunegunde,
„ita quod singulis annis nobis de predio an-
„tedicto 40. denarios persolvant monetæ
„Salzburgensis, hoc etiam adjuncto, ut
„omnibus annis placitum nostrum requi-
„rant sine dispendio ipsorum, vel quecun-
„que loco nostri ad hoc ordinamus, ibidem
„autem prenominatos denarios persolvere
„non omittant, nulli etiam heredes, vel
„successores ipsorum imposterum nullum jus
„in prenotato predio sibi vendicent, vel u-
„surpent. Hoc vero de fratrum nostrorum
„consilio exstitit approbatum. Datum Salz-
„burge anno Domini MCC. nonagesimo o-
„ctavo, in vigilia beatorum Viti, & Mo-
„desti.„

V. Et rursus eodem anno cuidam decimas in curia Ernstet locavit.

Ad hunc annum etiam spectat locatio decimarum in Ernstet, quam dictus Dominus abbas fecit cuidam Eberlin de Westerkirchen pro annuo censu duorum modiorum frumenti, & avenæ. Litteræ leguntur in supradicto manuscripto membraneo, ubi donationes, locationes, fundationes, & similia sub Ruperto IV. facta notantur, sub n. 15. in terminis germanicis, & pariter absonis:

„Ich Eberlin von Westerkirchen verzihe an die-
„sem Brüeff Apt Ruprechten, und sinen
„Convente des Sand Peter ze Saltzpurch, das
„ich mit gutem Wüllen des zehenten auff minem
„Hoff das Ernsteth, vnnd auf einem Lechen da-
„bey, vnnd auf jedem Hoff das Mülen, vnnd
„auf der hub dabey, vnnd auf der Sel dasel-
„ben mich heunt verzeihe, also das ich Jn haben
„soll mit so getaner Beschaidenheit nutz an mei-
„nes Leibes Ende, das ich alle Jar geben soll ze
„einen Urkunde mines Herrn Amman von Sand
„Peter, zwen Mezen eines Chornes, ainen
„Habern, und welichs Jares ich das versitze,
„so man Jr an mich vordert, so ist dem Gotts-
„haus des Sand Peter der vorgenant zechent le-
„dig. Und wenne ich nimmer leb, so soll min
„Haußvrowe noch mine Chint, noch dehein
„min nachkommen auf den zehent dehein An-
„sprach

„sprach fürbas haben. Daridas daß stet be„liebe, gib ich zeuge Herrn Chunraten von Ret„tenpach den Lantrichter zu Traunstein, Herrn „Christan von Tetilhaim, Herrn Engelprecht „von Tachinge, Herrn Hainrich den Pfahrer „von Chocheln, Herrn Chochoch den Zuchs„wert, Chunrat von Rettenpach, Chunrat „von Reithaimb, Heinrich der Sneider, und „andere seum Leite, und soll man disen Brüeff „versiglen mit des Lantrichters Insigl, und „Herrn Christan von Tetilheim, vnnd mit min„selben Insigl, und ist dieser Brüeff geschrie„ben in den Jar, da von Christes Burte war „tausent Jar, zwaihundert Jar, und acht unt „neunzig Jar, an dem andern Tag nach Si„mons Tag.„ Hucusque litteræ reversales. An ista curia Ernstet sit eadem cum officio Ernsting, an vero nomen mutaverit, latis discerni non potost. Atque hæc sunt, quæ de anno 1298. primo post ipsius electionem specialiter facta, & notata fuisse invenimus.

VI. Anno 1299. fundatur anniversarius a quodam Friderico cive in Lauffen.

Progrediendum jam ad alia, quæ sequentibus annis acta, donata, empta, permutata, fundata, & locata fuerunt, prout eadem ex manuscriptis, & registris authenticis, vel ex ipsis exstantibus instrumentis originalibus eruimus. Anno 1299. civis quidam in Lauffen, nomine Fridericus Cophelman pro perpetuo anniversario fundavit 60. Den. ex curia sua Lintach annuatim in festo S. Ruperti ecclesiæ nostræ solvendos, ut habent litteræ donationis, aut potius fundationis exstantes in parva schedula membranea cum parvo sigillo munita sequentis tenoris:

„Ich Friderich Chopelman Purger von Lauf„fen, verzihe, und tun kunt an disem „Brüeff, allen den, di In sehent, oder hörent „lesen, das min Vodern auff dem Hof ze Lin„tach gegebent, und gechauffet habent ze einem „ewigen Selgrat dem Erwenigen Gottshauß „dats Sant Peter ze Saltzpurch, Sechzig „Pfenning Saltzpurger, und wer den vorge„nannten Hoff Inne hat, ich selbe, oder mir „nachchunft, di Schüllen die vorgeschriben „Pfenning an Sant Ruprechts Tag in dem „Herwest dem offt genanten Gottshauß geben, „an allen Chriege. Das das stet belibe, und „unzebrochen, das gib ich dem Ehrwenigen „Gottshauß diesen Brüeff versigelten mit minem „Insigel. Das ist geschehen, da von Chris„stes Burte waren tausend Jar, zwaihundert „Jar, In dem Neun und Neunzigisten Jar, „an dem Achten tag des gueten Herrn Sant „Ruprechts.„ Exstat etiamnum hæc curia Lindach in officio nostro Ehing, & servit monasterio, ad quod spectat dominium directum.

VII. Et eodem anno inita quædam confœderatio cum monasterio Ossiacensi.

Eodem anno etiam inita fuit spiritualis confœderatio inter monasterium antiquissimum Ossiacense in Carinthia, & nostrum monasterium, eo ferme modo, immo arctiori amicitiæ vinculo, ac supra dictum fuit de confœderatione cum monasterio celeberrimo canonicorum regularium ad S. Nicolaum prope Passavium. Litteræ in originali exstantes legi, & hic inseri merentur:

„Cum psalmista spiritu sancto preuentus „ suis sacris dictis toti catholice ecclesie in „salutem protulerit: ecce! quam bonum, „& quam jucundum habitare fratres in u„num, cujus salutaribus monitis fulciti, ac „intimis visceribus annuentes Reverendi vi„ri Domini Hermanni Prioris dilecti confra„tris sui digno dulcique consilio freti nos Dit„marus abbas diuina miseracione ecclesie „Ozziacensis communi consensu nostri ca„pituli, piaque intentione ob salutem ani„marum nostrarum inter conuentum Domi„norum & fratrum monasterii S. Petri Salz„burgensis ecclesie, & inter conventum ca„pituli Ozziacensis cœnobii vere, ac inti„me charitatis fraternitatem perhenniter in „Domino confirmamus, tali videlicet con„ditione, quatenus in futurum omnium no„strorum fidelium orationum, ac universa„rum pietantium, & eleemosynarum parti„cipes in Domino misericorditer existatis. „Nosque vice vestra vestrarum devotarum „orationum, & eleemosynarum subsidio in „perpetuum feliciter gaudeamus. Ad ma„joris etiam intersignum fraternitatis pre„senti pagina declaramus, quod si quispiam „fratrum, & dominorum vestri conventus „capituli litteras sui abbatis ad nos nobis„cum conversando detulerit, fraterne, vo„luntarieque pro sustentationis formula re„cipiatur, & si, quod absit, aliquis vestrum „in indignationem sui abbatis inciderit, „& ad nostrum cenobium recurrerit, chari„tative per omnia sustentetur, quousque ab„bati suo valeat reconciliari. Et nos idem„ptidem circa vestrum collegium fraterni„tatis indubitabiliter participamus. Et ut „presentis instrumenti contractus roboris „obtineat firmitatem, presentem paginam „nostrorum sigillorum munimine jussimus „communiri. Acta sunt hec anno Domini „MCCLXXXXVIIII. in vigilia Joannis Ba„ptistæ.„ Hucusque litteræ confœderationis, quæ tamen rursus mortuorum suffragia tantum non tangit, prout sunt omnes confœderationes modernæ, sed solummodo fuerunt specialia amicitiæ spiritualis pacta, & mutuæ piorum operum participationes.

VIII. Anno 1300. accepit Rupertus abbas ab Ottone de Oberndorf prædium Knaunsperg.

Sequuntur jam & illa, quæ ad initium sæculi juxta computum æræ christianæ decimi quarti ab anno 1300. usque ad annum obitus, qui erat 1313. sub regimine abbatis Ruperti acta fuerunt circa monasterii incrementum tam spirituale, quam temporale. Anno 1300. milites de Oberndorf erexerunt altare S. Achatii in capella S. Viti juxta sepulturam suam, ubi unicus tantum lapis marmoreus hodie adhuc visitur cum sepulchrali inscriptione: anno MCCC. XVIII. Cal. O. Chunradus de Oberndorf: hujus filius Otto de Oberndorf dedit monasterio prædium Knaunsperg, aut forte Haunsperg partim pro remedio animarum Patris sui, &

Matris ſuæ, partim ex ſpeciali devotione erga monaſterium noſtrum, quam & ipſe & Parentes, & tota cognatio ipſius ſemper erga noſtram eccleſiam oſtendit. Litteræ fundationis non quidem originales exſtant, reperiuntur tamen annotatæ in antiquo, & authentico regiſtro fundationum membraneo ſub Ruperto IV. fol. 3. n. 5. & lectu omnino dignæ ſunt in ſequenti tenore: „Ego Otto de Oberndorf tenore preſentium „profiteor, quod pro ſalute, & remedio „anime kariſſimi patris mei Chunradi de O„berndorf pie memorie apud monaſterium „S. Petri civitatis Salisburgenſis ſepulti, „propter devotionem etiam, quam ego, & „progenitores ac parentela mea gerimus, „ad eccleſiam jam predictam do, dedi, tra„do, tradidi, dono, atque donavi libere, „ſimpliciter, & preciſe predium, ſeu poſ„ſeſſionem meam dictam Knaunſperh ſol„ventem annuatim ſolidos tres denariorum „Salzburgenſium cum omnibus ſuis perti„nenciis, cultis, & incultis, queſitis, & „inquirendis, quocunque nomine cenſean„tur ad altare beati Petri monaſterii ſupra„dicti proprietatis jure perpetuo ac irrevo„cabiliter adhæſuram, de conſenſu libero, „& ſpontaneo Domine Liebhardis matris „mee, Chunradi fratris mei, ac quatuor „ſororum mearum, quem pariter, & ſin„gulariter donacioni preſate adhibuerunt, „ac ſolempniter preſtiterunt, renunciantes „ex nunc, & in tempora quelibet poſt futu„ra omni juri, actioni, ſeu queſtioni pro me, „Matre, fratre, & ſororibus antedictis „ipſis mandantibus hoc idem pro me fieri, „que nobis competunt ad preſens, & poſ„ſent competere in futurum in prefata poſ„ſeſſione Knaunſperch, & ejusdem attinen„tiis, quibuscunque, predictumque monaſterium, abbates & conventum quoad „tenutam, & poſſeſſionem predii memorati „defendam pro viribus, atque poſſe meo, „quantum de jure potero, ac debeo. Igi„tur, ut hec firma permaneant, atque ra„ta, preſentem chartam ſigilli mei muni„mine feci roborari. Teſtibus etiam, qui „preſate donacioni interfuerunt, per no„mina ſubnotatis, videlicet Domino Fride„rico Plebano de Pueſendorf, Karulo de „Neukirchen, Eckardo de Aichaim, Her„manno de Turri, Friderico de Teſchen„bach, Eberhardo de Jochming, Hainri„co judice de Reute, & aliis quamplurimis „fide dignis. Acta ſunt hec anno Domini „MCCC. in craſtino beati Andreæ apoſtoli.„ Ex his tamen litteris donationis non liquet, in quonam officio ſerviat monaſterio hoc prædium, niſi ſorte hæc fundatio ſit eadem cum quadam decima Oberndorfenſi dicta, quam monaſterium habet infra montem Haunſperg in paræcia Berndorfenſi, quod tamen rurſus non veroſimile videtur, eo quod jam Richerus abbas anno 1249. decimam in Oberndorf, & Mondigel cuidam Walchuno officiali S. Petri ad dies vitæ pro 20. talentis locaverit.

Multa etiam pro monaſterii bono emit Dominus abbas Rupertus, ut per ordinem, ſervando chronologiam dicemus. Et primo quidem anno 1301. a Chunrado Lamponis filio emit aliquod prædium Waſſergang dictum in officio noſtro Weildorf ſitum cum conſenſu Illuſtriſſimi Domini Chunradi Archiepiſcopi hujus nominis IV., cujus feudum erat prædium iſtud. Litteræ confirmationis in originali exſtant, & ſigillo pendulo archiepiſcopali roboratæ ſunt, & ſequentem continent ſenſum: „Nos Chun„radus Dei gracia ſancte Salzburgenſ. eccle„ſie archiepiſcopus, apoſtolice ſedis lega„tus, tenore preſentium publice profite„mur, quod venditioni predii Wazzergang „dicti per Chunradum juniorem filium Lam„ponis tenentis ipſum olim a nobis in feudo, „ac poſtea reſignantis, facte dilectis in „Chriſto Rudberto abbati, totique con„ventui monaſterii S. Petri in Salzburga or„dinis S. Benddicti conſenſimus, & teſti„monio preſentium ſigilli noſtri roborata„rum munimine conſentimus. Datum Salz„burch anno Domini milleſimo trecenteſimo „primo in vigilia nativitatis Marie Virginis „glorioſe.„ Ita litterarum tenor. Hoc prædium Waſſergang mutato nomine hodie communi vocabulo haberland dicitur, & ſitum eſt in ſupradicto officio Weildorf.

IX. Et anno 1301. ipſe L. abbas aliquod prædium Waſſergang emit in officio Weildorf.

Porro ab anno 1302. usque 1309. idem Dominus abbas varia partim per fundationem, partim per donationem accepit. Anno namque 1302. Otto de Goldek, & ſoror ejus Gertrudis fundarunt anniverſarium, & dederunt duo prædia in Ensthall ſita unum Winchwelle, & alterum Halleſau, cum conditione, ut quamdiu ipſe vivat, dentur de iisdem prædiis 25. caſei, poſt ipſius mortem autem prædicta prædia cum omnibus juribus monaſterio cedant ſine omni contradictione: exſtant de hac fundatione duo inſtrumenta membranea de anno 1302. & 1310., & rurſus duo alia parva, per quæ Otto de Goldek fundat anniverſarium, & remittit jus advocatiæ in prædiis Vichlehen, Leiten, & Surnau; item de prædiis haſenbach, & ſurnau anno 1308. inter fundationum documenta ſub n. XX., pro quibus de Goldek in menſe Januario cantatur Requiem, & leguntur duæ miſſæ. Vigore litterarum de anno 1306. ceſſit, & donavit monaſterio noſtro Domina Gertrudis relicta vidua Chunradi Stræler omne jus ſuum, & prætenſiones, quas habuit ad prædium Rudlikaim, ſeu Rudilchaim, quod ſitum eſt in officio noſtro Ehing; unde abbas noſter Rupertus IV. de novo ejusdem Dominæ Gertrudis viduæ tribus hæredibus Otten, Eſpeten, & Gertraud mediam huebam Rudlichaim pro vitalitio cum venerabilis conventus conſenſu conceſſit pro annuo cenſu 12. nummorum Salzburgenſium, ut fidem facit inſtrumentum in ſæpe citato manuſcripto vetuſto ſub n. 16. in copia allegatum. Anno 1309. donarunt monaſterio noſtro duo Germani fratres Hainricus, & Wilhalm

X. Ab anno 1302. usque ad 1309. partim per fundationem, partim per donationem varia accepit;

halm de Staufeneche ſuum jus proprietatis in ſuam curiam in Steten ad Raschenberg in officio noſtro Weildorf ſitam, ut legitur in litteris erectis die S. Vincentii anno 1309., quæ continentur in ſæpedicto manuſcripto n. 3. Legimus etiam, quod anno 1311. Wernhardus epiſcopus Paſſavienſis conceſſerit abbati noſtro Ruperto ad dies vitæ ſuæ liberam a teloniis ſuis vini vecturam per ditiones ſuas. Sic docemur ex MS. R., ubi ſequentia leguntur pag. 141.: „Anno 1311. „Wernhardus epiſcopus Patavienſis conceſ„ſit libertatem victualia, & ſexaginta cup„pas ſalis majores Salisburgo in Auſtriam, „& inde retrorſum vini dolia aliquot absque „telonio circa ſuas mutas in Obernberg, & „navigio prætervehendi traditis litteris de„ſuper ad dies vitæ ſuæ tantum valituris.„ Ita MS. R. recentius quidem, ſed ex documento magis vetuſto hanc notitiam accepit, originales tamen litteras hactenus non vidimus vel reſtitutæ, vel deperditæ fuerunt.

XI. Tres quoque confœderationes ab anno 1305. usque ad annum 1308. cum tribus monaſteriis iniit.

Præter hæc, quæ hactenus expoſuimus, Dominus Rupertus abbas etiam tres alias cum tribus monaſteriis confœderationes ſpirituales iniit ab anno 1305. usque ad annum 1308. videlicet cum monaſterio S. Pauli in Carinthia, cum monaſterio ad S. Michaelem Buræ, & cum monaſterio Seeonenſi. Litteræ relatu dignæ ſunt, & quidem primo de monaſterio S. Pauli in Carinthia:

„Nos Rudolfus Dei gracia abbas S. Pauli „in valle Lavant cum univerſitate noſtri conventus univerſis patere volumus „inſpecturis, quod nos voto, & voluntate „unanimi dominum venerabilem Patrem „Rudbertum eccleſie S. Petri Salzburge „cum univerſitate ſui conventus in plenam „fraternitatem receperimus, ipſos noſtro „conſortio adjungentes, ita cum aliquem, „vel aliquos ad nos venire contigerit ex ipſis, „plena fraternitate gaudeant in receptione „chori, refectorii, dormitorii, nec in hiis „minus eis ſolaminis exhibeatur, quam ali„cui ex nobis, ſed in omnibus tanquam no„bis eis fiat. Eadem etiam plena fraterni„tatis gratia a Reverendo Domino Patre „Rudberto abbate monaſterii S. Petri, & ab „ejus conventu facta nobis eſt e converſo, „prout ipſius conventus litteræ patentes lu„cide proteſtantur. In hujus rei teſtimo„nium, & fraternitatem perhennem pre„ſentes litteras ſigilli noſtri conventus robo„rari fecimus, & conſignari. Acta ſunt „hec anno Domini MCCC. quinto, pridie „nonas Martii.„ Similes litteræ fuerunt vice verſa erectæ in monaſterio Michaelburano anno 1307. tenor ſequens eſt: „Vene„rabilibus in Chriſto Dominis, & confratri„bus R. venerabili abbati, totique conven„tui eccleſie S. Petri Salzburge Al. Dei gra„tia abbas, totaque univerſitas monaſterii „Pewrenſis cum devotis orationibus indiſ„ſolubile vinculum charitatis. Ut calum„niandi deſit materia, expedit ea, que ge„runtur in tempore, ſcripture, ac ſigillo„rum teſtimonio roborari. Quare cum ex „adoptione eccleſie veſtre filii dignoſcamur, „quod & per ipſius diffinitionem plenius „colligitur: eſt enim adoptio extranee per„ſone in filium, vel nepotem legitima aſ„ſumptio, & effectus ejus eſt, quod, qui „adoptatur, per omnia quaſi filius habea„tur. Adoptatos igitur vos in confratres, „& filios eccleſie noſtre nos efficimus, & „plena, & mera participatione bonorum „omnium, que in eccleſia noſtra ſiunt, hoc „eſt, ut, ſi quis de veſtro conventu deceſ„ſerit, univerſa ſibi fiant animarum reme„dia, que & jure confratri noſtro fieri con„ſueverunt. Inſuper, cum & ſinguli ve„ſtrum litteris prelati veſtri ad nos acceſſeri„tis, & ſtallum in ordine, ac locum in dor„mitorio, ac refectorio, & in omni nobis „impenſo ſolatio partem vos habere nullo „modo heſitetis, quoad usque recipiamini „ad matricem. Dantes vobis ſuper eo pre„ſens inſtrumentum confectum multa ſollici„tudine ad cautelam, & imragabilem me„moriam ſucceſſorum. Acta ſunt hec anno „Domini MCCCVII. in die S. Georii Marti„ris.„ L. S.„ In his litteris per litteram R. intelligendus eſt Rupertus noſter, & per duas litteras Al. Albertus abbas ad S. Michaëlem Buræ. Similes litteræ etiam confectæ fuerunt cum monaſterio ad S. Lambertum in Seeonn, ubi tunc abbas Petrus præfuit. Litteræ eundem plane ſenſum habent cum præcedentibus, nili quod hæ poſteriores datæ fuerint anno MCCCVIII. in die S. Scholaſticæ Virginis.

XII. Et non tantum alias ab anno 1303. usque 1313. fecit locationes, & permutationes,

Inſuper ſæpedictus vere bonus, & ſollicitus paterfamilias abbas Rupertus non tantum multas alias ab anno 1303. usque ad annum 1313. fecit locationes, & permutationes, verum etiam idem Dominus abbas usque ad finem vitæ multa bona monaſterio comparavit. Anno 1303. conceſſit abbas noſter Rupertus ad preces, & inſtantias Chunradi archiepiſcopi hujus nominis IV. Domino Chunoni de Teyſingen quandam vineam noſtram in Arnſtorf ſuis vineis vicinam, & contiguam, ſed ſolummodo ad tempus vitæ ſuæ, non autem hæredum ſuorum, ita, ut poſt mortem ipſius vinea prædicta libere, & ſine omni contradictione revertatur ad monaſterium. Reverſales leguntur in ſæpe citato manuſcripto membraneo ſub Ruperto IV. conſcripto, vel paucis poſt illum annis ſub n. 11. Relatu digna eſt quædam permutatio facta cum epiſcopo Chiemenſi Alberto; huic enim Reverendiſſimo Domino Epiſcopo D. abbas noſter conceſſit aliquod ſpatium pro horto ad ſuam aulam in Salisburgenſi civitate ex illo loco, ubi fuit olim hoſpitale noſtrum in Chayn, & ubi etiamnum eſt hortus aulæ Chiemenſis: Dominus epiſcopus autem loco ſpatii ſibi conceſſi dedit abbati, & monaſterio nonam partem fructuum ſibi in noſtro prædio Tamerſpach in officio noſtro Pinzgeu ſito, competen-

petentem. Damus litterarum tenorem, prout habentur in quodam Urbario Pinzgovienſi anno 1525. conſcripto fol. 11. ubi ſequentia leguntur: „Omnibus Chriſti fideli„bus Albertus Dei gratia epiſcopus eccleſie „Chyemenſis ſalutem in Domino. Ad no„titiam veſtram tenore preſentium deduci„mus, quod nonam partem frugum, quæ „non in omnibus, ſed in quibusdam agris „curie in Tanerſpach ſita ſuper lacum in cel„le, & adtinenti monaſterio ſancti Petri in „Salzburch, noſtre eccleſie competebat, „cauſa amplicationis viridarii noſtri domum „noſtram Salzburgenſem a parte meridiana „reſpicientis cum venerabili Domino noſtro „Domino Rudberto abbate ejusdem mona„ſterii S. Petri pro terra nobis, & eccleſie „noſtre neceſſaria pro ampliatione predicta „conſiderata utilitate ſepedicti monaſterii, „& noſtra permutamus, & permutationis „nomine tradimus perceptionem frugum „predicte none omnino, renunciantes pre„fato Domino noſtro & ſuo monaſterio paci„fice, & perpetuo poſſidendam. Teſtes „hujus rei ſunt Dominus Ceſarius Capella„nus in Nunneburch, Dominus Walchu„nus Plebanus Teusdorf, Hainricus de Pri„ming, Andreas officialis noſter de Chyem„ſee, Heinricus Nachſteiner, Hertnidus „officialis in Nochſtein, Ulricus Ruffus co„quinarius S. Petri, Chunradus carpen„tarius, & alii quamplures fideles Chriſti. „In cujus rei teſtimonium damus ſibi pre„ſentes litteras noſtri ſigilli robore commu„nitas. Datum & actum anno Domini „MCCCXIII. III. Kal. Aprilis.„ Hucusque litteræ epiſcopi Chyemenſis, quæ & in originali adſunt: exſtant & alia quædam documenta de variis locationibus tantum ad dies vitæ, quibus, cum magnæ conſiderationis non ſint, ſuperſedemus.

XIIII. Verum etiam idem Dominus abbas ab anno 1306. usque ad finem vitæ multa bona monaſterio comparavit.

De illis, quæ Rupertus abbas ipſemet emit pro monaſterii utilitate, jam aliquam in præcedenti num. IX. mentionem fecimus, ubi dictum fuit, quod cum approbatione illuſtriſſimi archiepiſcopi Chunradi IV. emerit a filio Lamponis aliquod prædium Waſſergang in officio Weildorf. Exſtant autem adhuc alia acta, ex quibus probari poteſt, multa alia a Domino Ruperto abbate fuiſſe empta: anno 1306. emit huebam Drum in Wietting a quodam Nicolao Gerolz de Eberſtein pro 6. marcis argenti cum omnibus ad eandem huebam attinentibus rebus, & juribus. Probat id inſtrumentum extraditum, cujus copia etiam legitur in ſæpe citato manuſcripto P. n. 209. Anno 1307. recepit Dominus abbas curiam noſtram in Obermoos dictam, ſitam in Bavaria, & officio noſtro Mülldorf cum molendino a Domino Ortlieb de Walde miniſteriali Ducis Bavariæ, quam ei abbas noſter Dietmarus anno 1270. pro annuo cenſu 12. denariorum conceſſerat, quam curiam prædictus D. Ortlieb ſponte monaſterio noſtro ceſſit, & & reſignavit. Litteræ ceſſionis datæ ſunt anno 1307. in die S. Oswaldi, & leguntur in eodem MS. P. n. 205. Eodem anno emit Rupertus abbas ab Henrico de Halbenwanch ſilvam, & pratum apud Halbwanch pro 9. libris nummorum Salzburgenſium, ut patet ex litteris datis dicto anno in die S. Urbani, & habentur in eodem codice num. 206. Rurſus eodem anno emit a Chunrado de Oberndorf pro 10. nummis Salisburgenſibus prædium Windtebach in Pinzgovia vigore litterarum, quæ datæ ſunt in die S. Viti, & notatæ ſunt c. l. n. 207. Anno ſequenti 1308. iterum quandam huebam in Wietting comparavit monaſterio, & quidem in illo diſtrictu, qui proprie vocatur Wietting leiten, ex quo loco defluit rivulus ille, qui vocatur Wietting, vocabaturque hueba illa, quam ab Ulrico de Eberſtein emerat tunc temporis poſſeſſore, Ottanold hueben, ob quam prædicto Domino Ulrico de Eberſtein Dominus Chaloch tunc temporis prepoſitus Wiettinganus nomine Domini Ruperti abbatis obtulit tres marcas argenti. Litteræ datæ ſunt zu Eberſtein in dem Dorffe die lunæ poſt feſtum S. Urbani. Hic expliciunt præcipua acta, & geſta abbatis de monaſterio bene meriti Ruperti hujus nominis IV., qui, prout n. I. dictum fuit poſt laudabile 16. annorum abbatiale regimen VII. Idus Julii anno MCCCXIII. ſupremum vitæ diem clauſit, ſepultus in capella S. Viti. Optimus hic abbas perennem atque indies reſonantem ſui memoriam apud nos reliquit, eoquod in turri eccleſiæ campanas quinque, ut ſupra num. I. relatum eſt, fieri curaverit, a quibus præter alias utilitates in dies ad officium divinum excitamur, atque toties humanæ mortalitatis admonemur.

CHUNRA-

CHUNRADUS II.

ABBAS XLVIII.

AB ANNO 1313. USQUE AD ANNUM 1346.

I. Post præliminarem de Chunradi II. regimine, vita, & morte synopsin,

Quamvis successorem Ruperti IV., qui annis omnino triginta duobus abbatiæ nostræ præfuisse, omnes conveniant scriptores nostri antiquiores, & recentiores domestici: attamen tam brevi filo pertexunt acta prædicti abbatis, ut, nisi ex aliis fontibus, urbariis, libris, & litteris fundationum, & donationum plura colligere licuisset, vix aliquot lineis abbatis per tot annos tam bene meriti vita & gesta charis posteris potuissent adumbrari. Vetustus codex sæpe citatus membraneus K., qui continet chronicon a primo anno Christi Domini nostri Salvatoris usque ad annum 1390. diverso charactere scriptum, ubi & multa de rebus Salisburgensibus & nostri monasterii inserta sunt, dum ad annum dicti Chunradi, quo obiit, pertingit, hæc pauca verba notavit: *Chunr. abbas Sci. Petri Salz. O.* id est, obiit, *pro quo primus Otto hujus nominis in abbatem eligitur.* In manuscripto B. & R., quæ sunt ferme eadem, & nihil aliud, quam chronicon Martini abbatis toties citatum, sequentia leguntur, & quidem in MS. R. a pag. 456. sparsim: „Rudperto abbate ex hac luce per mortem „sublato Cunradus in abbatem electus & or„dinatus est anno 1314., & a Weichardo „archiepiscopo confirmatus. Iste Chunra„dus construxit altare SSS. Trinitatis in ec„clesia S. Petri in medio ejus ad columnam „versus meridiem & dotavit X. tt. ex annuo „censu ecclesiæ in Abbtenaw anno 1326.: „eodem anno prefatum altare consecratum „est in die S. Benedicti a Reverendo in Chri„sto Patre, & Domino Domino Friderico „sanctæ Salzpurgens. ecclesiæ archiepisco„po, apostolicæ sedis legato, principaliter „in honore S., & individuæ Trinitatis, & „gloriosissimæ Virginis Mariæ & beatorum „apostolorum Petri, & Andreæ, & Bene„dicti.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

„dicti. Dedicatio ejus anniversaria cele-„bratur in die S. Georgii. Iste Chunradus „jussit fundi campanam majorem, quæ mo-„do in turri ecclesiæ nostræ adhuc pendere conspicitur. Anno Domini 1346. 13. Cal. „Junii supranominatus Dominus Chunradus „abbas sepultus in ecclesia nostra juxta la-„tus sinistrum altaris sanctæ Trinitatis. „Rexit abbatiam annis triginta duobus“. Hæc manuscriptum citatum, quocirca notandum, quod loco 1314. debuerit notari annus 1313., qui error sequitur ex eo, quod aliqui annum mortis Ruperti IV. scribunt fuisse annum 1314., qui tamen ex testimonio lapidis sepulchralis, cui major adhibenda fides, fuit annus 1313. Insuper admodum parce scribunt de Chunrado II. Albertus abbas in suo catalogo anno 1646. impresso, & Mezgerus in sua historia Salisburgensi, ibi enim hæc pauca legimus. „Rudberto e vivis sublato eligitur in abba-„tem Chunradus anno 1314. & confirma-„tur ab archiepiscopo Wichardo. Obiit an-„no 1346. 13. Calend. Junii, sepultus in „ecclesia S. Petri juxta latus sinistrum S. „Trinitatis, nunc Divæ Virginis sub titulo „Scapularis de monte Carmelo, cum rexis-„set annis 32“. Hæc catalogus Albertinus. Author historiæ Salisburgensis sequentia habet pag. 471. „Anno 1346. post strenue „32. annis gubernatum clavum defunctus „est Conredus II. abbas, sepultusque in ec-„clesia juxta latus sinistrum altaris SSS. Tri-„nitatis, quod nunc beatæ Virginis titulo „S. Scapularis de monto Carmelo indigita-„tur“. Hæc & non plura noster historiographus Josephus Mezgerus.

II. Exponitur primo: quod obtinuerit varia privilegia, & quidem anno 1313. a Friderico Duce Austriæ liberam vini vecturam:

Ut autem post præmissam notitiam præliminarem de vita & morte Chunradi abbatis circa ejus gesta ordinate procedamus, primitus exponemus varia, quæ obtinuit, privilegia: secundo: varias, quæ sub ipso initæ fuerunt, confœderationes: tertio, diversas fundationes factas a fidelibus: quarto, aliquas donationes, quinto & sexto emptiones, locationes, & permutationes vigore litterarum roboratas. Primo statim regiminis abbatialis anno Chunradus abbas obtinuit a Friderico Austriæ Duce (qui fuit filius Alberti, & nepos Rudolfi I. Imperatorum) renovationem privilegiorum circa vina nostra ex Austria Salisburgum evehenda: litteræ originales exstantes ita sonant:

„Fridericus Dei gratia Dux Austriæ, & „Styriæ universis suis officialibus, mutariis, „judicibus, ceterisque presentium inspe-„ctoribus per Austriam & Styriam consti-„tutis gratiam suam, & omne bonum. Cum „nos libertatem venerabilium virorum ab-„batis, & conventus monasterii S. Petri in „Salzburga de quadraginta carratis vini „per districtum Dominii nostri in terris, vel „in aquis sine muta libere deducendis sibi „ab antecessoribus nostris indultam audive-„rimus, & perspexerimus diligenter, vo-„lumus, & fidelitati vestre precise manda-„mus, quatenus ipsos, aut suos nuncios „in eadem libertate, seu gratia sibi facta „non presumatis aliquatenus impedire pre-„sentium testimonio litterarum. Datum „in Salzburga anno Domini millesimo, tre-„centesimo, tertio decimo Kal. Decembris“. Ex quibus litteris colligitur, quod Fridericus Dux Austriæ Salisburgi illo tempore fuerit moratus.

III. Anno 1323. ab Archiepiscopo Friderico III. aliquam exemptionem dominii directi:

Anno 1323. Fridericus de Leibnitz hujus nominis III. archiepiscopus, qui, sicut in multis occasionibus se ostendit valde benevolum erga nostrum monasterium, ita dicto anno prædium Holz in Talgeu ab obligatione feudali liberavit, quod prædium D. Petrus Keutzl civis Salisburgensis pro lumine ad sepulchrum ipsius accendendo nobis dedit. Litteræ reperiuntur in quodam MS. membraneo antiquo pag. 21. aversa, ubi & aliæ diversæ fundationum litteræ continentur, & sequentem habent tenorem: „Fridericus Dei gracia sancte Salz-„burgen. ecclesie archiepiscopus, apostoli-„ce sedis legatus ad perpetuam rei memo-„riam. Habet quorumdam hominum non „improbanda devotio progenitorum suorum „sepulturas, suorum ac aliorum fidelium „defunctorum certis insigniis decorare, ut „ex hoc transeuntes ad orationem, & alia „earundem animarum suffragia propensius „excitentur. Sane, quod discretus vir Pe-„trus dictus Chäuzel civis noster Salzbur-„gens., cujus progenitores apud monaste-„rium S. Petri sunt sepulti, ubi etiam ipse „cum suis posteris intendit in antea sepeliri „pro habendo in cimiterio ejusdem mona-„sterii perpetuo lumine, quod singulis no-„ctibus ardeat, dimidium prædium situm „in loco ‘ qui dicitur in den Holz, in quo „nunc Leupoldus residet, a strenuo milite „Dietmaro de Veldenpach & fratribus, & „sororibus suis propria pecunia compara-„tum, quod idem Petrus a nobis, & no-„stra ecclesia tenuit titulo feodali monaste-„rio antedicto ad usus prefatos donavit. „Nos ad devotam ipsius instantiam, & pre-„cipue propter Deum proprietatem, sive „directum dominium, quod nos, & prefa-„ta nostra ecclesia in sepedicto predio ha-„buimus, donamus, & tradimus libere „monasterio memorato. In cujus rei te-„stimonum presentes mandavimus sibi dari „litteras sigilli nostri appensione munitas. „Datum Salzburge XVI. Kal. Januar. anno „XXII“. nimirum post millesimum trecen-tesimum. Similes litteræ extant de anno 1333. VIIII. Kalend. Jan., quarum vigore archiepiscopus Fridericus III. confirmavit aliquam fundationem factam a quodam Henrico de Lampoting, qui monasterio dedit centum, & duodecim libras Salisburgensis monetæ, uti dicetur infra de fundationibus.

IIII. Anno 1326. a Joanne XXII. SS.

Anno 1326. circiter, ad humillimam instantiam obtinuit abbas Chunradus II. a Summo

Pontifice confirmationem omnium privilegiorum:

Summo Pontifice, qui tunc juxta quosdam non erat Joannes XXII., uti in quibusdam „legitur manuscriptis nostris recentioribus, sed juxta alios scriptores Pontificum Joannes XXI. vulgo tamen apud plerosque dicitur Joannes XXII., confirmationem nostrorum privilegiorum sequentibus terminis. „Joannes episcopus Servus servorum „Dei dilectis filiis abbati, & conventui monasterii Sancti Petri Salzburgensis Ordinis „sancti Benedicti salutem, & apostolicam „benedictionem. Solet annuere sedes apo„stolica piis votis, & honestis petentium „precibus favorem benevolum impertiri. „Eapropter dilecti in Domino filii vestris „justis postulationibus grato concurrentes „assensu omnes libertates, & immunitates „a predecessoribus nostris Romanis Pontifi„cibus, & aliis Christi fidelibus rationabili„ter vobis, & monasterio predicto indul„tas, sicut eas juste, & pacifice obtinetis, „vobis, & per vos eidem monasterio au„thoritate apostolica confirmamus, & pre„sentis scripti patrocinio communimus. „Nulli ergo omnino hominum liceat hanc „paginam nostre confirmationis infringere, „vel ei ausu temerario contraire. Si quis „autem hoc præsumpserit ademptare, in„dignationem omnipotentis Dei & beato„rum Petri & Pauli apostolorum ejus se no„verit incursurum. Datum Avenionis sex„to Idus Aprilis pontificatus nostri anno de„cimo". (L.S.) Hucusque litteræ pontificiæ Joannis vulgo XXII., qui anno 1316. ad pontificatum venit, consequenter anno circiter 1326. ista confirmatio emanavit.

V. Et rursus ab anno 1325. usque 1344. a variis varios favores expertus est:

Rursus ab anno 1325. usque ad annum 1344. varios a variis expertus est favores. Cum quidam voluissent monasterio nostro disputare jus proprietatis in curiam Tetten, sive Tedenbach, aliaque bona prope Mauerkirchen sita, hinc Dominus abbas noster ab Episcopo Passavienſi Alberto testimonium petiit, & impetravit, quod curia Tettenbach pertineat ad monasterium. Hoc rescriptum in lingua latina emanavit Patriæ anno 1332. in die S. Georgii Martyris. Specialis favor etiam anno 1325. exhibitus fuit abbati, & monasterio nostro per sereniſſimum Ducem Bavariæ Henricum, quod mandaverit suis officialibus, ut nostri coloni in Bavaria tempore belli non molestentur, aut exactionibus obruantur. Litteræ leguntur in antiquo Urbario Milldorfensi pag. 64. quæ dignæ sunt, ut de verbo ad verbum hic inserantur.

„Wir Heinrich von Gottes Gnaden, Pfalz„graf zu Rhein, Herzog zu Bayern, ent„biethen unserm Vitzthum, Richtern, allen un„sern Amtleuthen, und gemeiniglich allen den, „die in unserm Lande gesessen seynd, unsere „Huld, und alles Gutes. Wir lassen euch „wissen, daß wir dem Ehrsamen Abbt, und „dem Gotshaus von St. Peter zu Salzburg „die Gnad haben gethan, daß, obwollen für„bas zwischen des Ersamen Erzbischoff von „Salzburg, und unseren, oder der unseren, „oder der seinen jeht Krieg, oder Auflauf wur„de, das derselbig Krieg und Auflaufe der ob„genannte Abbt, und sein Gottshaus an ihr „Leuthen, und Gütern unentgolten sollen blei„ben. Darum wollen wir, und gebiethen euch „allen vestiglich bey unseren Hulden, daß ihr „denselben Abbt, und seinem Gottshaus die„selbe Gnad stets habt, und sie darüber mit „nichten beschwäret, weder an ihren Leuthen „noch Gütern, noch in dieselben Genadt mit „nichten iberfart, mit kainerlei Klag oder An„sprach, als ir unser ware Ungnad vermeiden „wollet. Und darüber zu einen Urkund geben „wir in diesem Brief versiglten mit unserem In„sigl, der ist gegeben zu Landshuet, da von „Christi Geburt waren tausend Jar, drei „hundert Jahr, und darnach in finf und zwan„zigsten Jar in den Sunwenthtag". Merentur etiam adduci litteræ Ortolphi archiepiscopi de anno 1344. quarum robore curiam quamdam in Deisendorf, quam abbas Chunradus II. a duobus fratribus de Chuchel, emerat, ab omni feudali obligatione exemit, & totum dominium directum remisit. Damus litteras copiales, quæ in antiquo quodam urbario Weildorf pag. 8. cum sensu, ut videtur, nonnihil imperfecto, fors per incuriam scribentis, leguntur: „Wir „Ortolff von Gottes Gnaden Erzbischoff zu „Salzburg, Legat des Stuels zu Rom urrin„chen offenbar an diesem Brief, daß wir einen „Hof gelegen zu Teisendorf in dem Markt, „der von uns, und unserem Gottshaus Lehn „ist, und ehemalen Joansen, und Chunrad „der Reitter gewesen ist, nach unser getreuer „Chunrad, und Handunis Gebrüder von Ku„chel beide dem Gottshaus das St. Peter ge„legen zu Saltzburg geeignet haben. Urkund „dieses Brief, der geben ist zu Salzburg an „aller Seelentag nach Christi Geburt Drei„zehenhundert Jar, darnach in vier und zwan„zigisten Jar".

VI. Secundo: quod confœderationes reciprocas contraxerit, & quidem anno 1317. cum Cistercio, & monasterio Raitenhaslach;

Inter istos a variis pro bono temporali monasterii acceptos favores non intermisit Chunradus abbas quasdam, prout illo tempore receptam hanc consuetudinem viguisse videtur, spirituales confœderationes inire cum aliis sacris ordinibus, & monasteriis, & primo quidem probant litteræ originales datæ apud Cistericum anno 1317., quod ad instantiam Domini Chunradi abbatis nostri ad Dominum abbatem Raitenhaslacensem sacri ordinis cistercienſis directam, & ab eodem in pleno capitulo generali a sacro hoc ordine celebrato Wilhelmus abbas generalis plenariam nostro monasterio dederit participationem omnium bonorum spiritualium, quorum dictus sacer ordo Deo adjuvante se participem reddit. Litteræ sequentes sunt: „Frater Wilhelmus abbas „Cystercii totusque conventus abbatum capituli generalis. Venerabiiibus in Christo „Domino Conrado abbati, totique conven„tui monasterii sancti Petri Salisburgi Or„dinis sancti Benedicti salutem, & oratio„num

„num ſuffragium ſalutare. Exigente pre „devotionis affectu, quem ad ordinem no- „ſtrum accipimus vos habere, petitionem „veſtram nobis per venerabilem coabbatem „noſtrum de Raitenhaslach oblatam beni- „gno concurrentes aſſenſu concedimus vo- „bis plenariam participationem omnium bo- „norum ſpiritualium, que fuerint, ac de „cetero fient in ordine noſtro Domino con- „cedente in vita veſtra, pariter & in mor- „te; ita, quod cum obitus veſter noſtro ge- „nerali capitulo fuerit nunciatus, ibidem, „ſicut unus noſtrum abſolvendus, omnium- „que miſſarum, & orationum, quas in ipſo „capitulo noſtro generali ſingulis annis pro „fratribus noſtris injungimus faciendas, „efficiemus participes, & conſortes. Da- „tum apud Cyſtercium anno Domini „MCCCXVII. tempore capituli generalis". Hic tenor litterarum, quæ in parvo ſchedíasmate membraneo cum parvo ſigillo pendulo munitæ exſtant. Hoc autem ipſo anno 1317. etiam ſimilis confœderatio erecta fuit inter ſupra dictum monaſterium S. Ordinis Ciſtercienſis Raitenhaslacenſe, de qua pariter parvum exſtat membraneum inſtrumentum, cujus tenor non minus legi meretur: „Quoniam citharizante citharedа „David in citharis ſuis tam ſuave, quam „jucundum eſt habitare fratres in unitate fi- „dei, & amoris, eo quod ubi fratres mu- „tua dilectione, ac alterutra deprecatione „Deum glorificandum duxerint concordi- „ter, & amandum, illic benedictionem „ſuam largifluam, & vitam perpetuam pla- „ne mandet. Eapropter nos frater Ilſun- „gus abbas, & humilis conventus mona- „ſterii in Raitenhaslach conſtare cupimus „univerſis hanc litteram inſpecturis, quod „exigente pie devotionis affectu reverendi „Patris Domini Chunradi venerabilis abba- „tis eccleſie ſancti Petri in civitate Salz- „burgen. nobis efficienter humilium precum „ſuarum inſtantia, & beneficiorum frequen- „tia exhibito & expreſſo plenam eidem, „ſuoque ſacro collegio noſtram fraternita- „tem, & participationem omnium bono- „rum, que per nos, noſtrosque ſucceſſores „in domo noſtra perpetualiter tam in divi- „nis officiis miſſarum, vigiliarum, horarum, „orationumque peculiarium, quam in ce- „teris exercitiis ſpiritualibus jejuniorum, „eleemoſynarum, diſciplinarum, ac aliis „obſervantiis regularibus univerſis operari „dignabitur clementia Salvatoris: conce- „dimus in vita pariter & morte, ita ut ſin- „gulis annis duabus vicibus, videlicet cir- „ca feſtum S. Agathæ virginis, & martyris „tres miſſe pro defunctis eisdem noſtris con- „fratribus ab unoquoque noſtri collegii ſacer- „dote, a miniſtris vero duo pſalteria infra „unius anni ſpacium ex integro perſolvan- „tur. Inſuper cum obitus cujusvis eorun- „dem noſtrorum confratrum noſtro fuerit „capitulo nunciatus, ibidem tanquam unus „noſtrum a preſidente abſolvetur, & ſingu- „lares orationes pro ipſo ab omnibus dicen- „de inibi ſtatuentes. In hujus rei memo- „riam firmiorem huic cartule ſigilli noſtri „Karacterem appendentes, eoquod recipro- „ca dilectione per ipſorum deſiderabilem „confraternitatem in vita pariter, & in „morte conſimilibus beneficiorum ſuffragiis „incunctanter nos credimus, & confidimus „adjuvari. Datum & actum anno Domini „MCCC ſeptimo decimo". Utraque hæc obligatio valeat, quantum valere poteſt. Cæterum de prima nihil amplius conſtat, altera adhuc viget quidem, ſed alio modo inter ſtipulata defunctorum ſuffragia nunc obſervantur.

VII. Anno 1319. cum monaſterio Admontenſi, & 1337. cum monaſterio Lunælacenſi:

Haud abſimiles confœderationes ſpirituales contraxit pius abbas Chunradus II. ſequentibus vitæ annis, & quidem anno 1319. cum monaſterio admontenſi, anno 1337. cum monaſterio Lunælacenſi, anno 1339. cum monaſterio Aſpacenſi in Bavaria, & anno 1344. cum monaſterio ad Scotos Viennæ benedictino. Nos de originalibus litteris exhibemus copias lectu digniſſimas: anno 1319. Engelbertus abbas cum ſuo conventu celeberrimi monaſterii admontenſis vigore ſequentium litterarum conceſſit participationem bonorum ſpiritualium tam inter vivos, quam defunctos: „Vene- „rabili in Chriſto Patri, & Domino ſpeciali „Chunrado abbati eccleſie S. Petri Salz- „burge Engelbertus Dei gratia abbas, to- „tusque conventus eccleſie admontenſis „cum devotis orationibus in Domino ſin- „cere vinculum charitatis. Quam chari- „tatem fraternitatis unice diligere apoſto- „lus precipit, atque monet, & precipue „inter ejusdem religionis conſortes longius „propagare, & latius ipſius propagines di- „latare, quo leciores, & laciores ejus fru- „ctus perveniant ſalutares. Nos veſtris „Deo acceptabilibus, & nobis plurimum „gratis precibus, atque votis alacribus, & „feſtivis deſideriis concurrentes, ecce per- „ſone veſtre vobis non immerito venerande „Pater, & dilecte plenum fraternitatis no- „ſtri conventus conſortium, & participa- „tionem fraternam ſuffragiorum, & oratio- „num concedimus, & tribuimus per pre- „ſentes vivo pariter, & defuncto, nullate- „nus dubitantes, imo firmiter ſperantes, & „tenentes, quod nos, & noſtros confra- „tres, & conventum mutue, & fraterne „charitatis debito & obſequio, & beneficio „proſequi, & fovere curetis inceſſabili ſtu- „dio, & affectu. Actum & datum in no- „ſtro capitulo admontenſi. Anno Domini „milleſimo, trecenteſimo, nono decimo in „die beati Jacobi Apoſtoli". Sequuntur litteræ confœderationis a monaſterio Lunælacenſi nobis vicino in auſtria ſuperiori datæ:

„Honorabili in Chriſto Patri ac Domi- „no Chunrado abbati eccleſie ſancti Petri in „Salzpurg, Rudolfo Priori, ſalubrique ejus- „dem conventui Chriſtianus divina miſera- „tione

„tione abbas monaſterii in Manſe, Ruge-
„rus Prior, totusque conventus ibidem o-
„rationes cum charitate in Chriſto fraterna.
„Quia ſcriptum eſt, quanto bonum com-
„munius, ſive ſit mortale, ſive ſpirituale,
„tanto divinius, & tum omnes nobis eſſe
„unum Patrem celi, & terre credamus,
„unamque fidelem matrem eccleſiam - - -
„in Chriſto fratres eſſe dicimur, & tene-
„mur. Quam ob rem, ut hec felix noſtra
„fraternitas, expreſſa voce, perficiatur o-
„pere, ejusdemque tanquam rivuli ſcatu-
„rientis divinitus plurificentur; quare ſa-
„lutifere ſuſcipiant incrementum veſtris re-
„quirentibus petitionibus piis, & devotis
„humiliter vos vivos, hos etiam, qui de
„corporis ergaſtulo tranſierunt, omnium
„bonorum actuum, videlicet vigiliarum, o-
„rationum, jejuniorum, cunctorumque,
„quos facere largitur nos ſalvationis gra-
„cia, tanquam eque fructum ferentes, par-
„ticipes nobis reddimus, & equales, ſin-
„gulariter tamen, ſi diſceſſus unius veſtrum
„nobis fuerit intimatus. Paulo ad hoc nos
„hortante: alter alterius onera portate, &
„ſic adimplebitis legem Chriſti, eundem
„creatori ſuo recommittemus ſui exequias,
„ſicut decet, ut uni fratrum noſtrorum ce-
„lebrando. Et ut evidentia hujus facti cla-
„reat, preſentes munimine ſigillorum no-
„ſtrorum vobis porrigimus communitas.
„Datum dominice incarnacionis anno mile-
„ſimo ſexcenteſimo ſeptimo trigeſimo in die
„translationis S. Benedicti confeſſoris".

VIII. Anno 1339. Cum benedictinis in Aſpach, & anno 1344. cum monaſterio ad Scotos Viennæ,

Tenor litterarum de monaſterio S. Matthæi in Alſpach inferioris Bavariæ ita legitur: „Venerabilibus, & dilectis in Chriſto
„fratribus Dominis, & amicis Domino
„Chunrado venerabili abbati, & Domino
„Rudolfo Priori, totique conventui apud
„ſanctum Petrum Salzburge. Udalricus
„divina miſeratione abbas, Frater Wernh.
„Prior, totusque conventus eccleſie S. Mat-
„thei in Aſpach divinis affectibus incaleſ-
„cere, & tandem quantitate & robore du-
„cere ad perfectum. Cum cuncta ſacra e-
„loquia plena divinis ſint preceptis, unum
„tamen inter cetera precipitur ſingulariter
„obſervandum, videlicet, ut in charitate
„radicati nos invicem diligamus, quia per
„charitatem peccatorum rubigo conſummi-
„tur, & homo ad divinum amorem ferven-
„tius incitatur. Hac igitur pia conſidera-
„tione allecti dilectiſſimis in Chriſto patri-
„bus, & Dominis eccleſie S. Petri in Salz-
„burga jus, & debitum confraternitatis
„noſtre veſtre ſinceritati porrigimus vobis
„participium, ſeu communionem conce-
„dentes, miſſarum, orationum, vigiliarum,
„abſtinentiarum, omniumque bonorum,
„que a nobis, noſtrisque perpetuo fiunt ſuc-
„ceſſoribus, & noſtro monaſterio tam vi-
„vis, quam mortuis, adjicentes etiam, quod
„dictorum Dominorum & fratum tam pre-
„ſentium, quam futurorum obitus diem,
„cum nobis nunciatus fuerit, ſolemniter cum
„vigiliis & miſſarum ſolemnitatibus, ac cum
„compulſatione companarum in conventu
„noſtro publice peragemus. Volumus etiam
„ut quicunque neceſſitate, ſeu ſolatii cauſa
„aliquibus ex vobis placuerit loca noſtra
„requirere, vel viſitare, quia jam non eſtis
„hoſpites, & advene, illos velut cives, &
„domeſticos, imo veluti monaſterii noſtri
„confratres excipiemus miniſtrantes eis pre-
„bendam vel in menſa abbatis, vel in infir-
„maria, ſicut infrmi poſt egritudinem refi-
„ci conſueverunt. Ad quod nos, & noſtros
„ſucceſſores perpetuo obligamus. Acta
„ſunt hec in capitulo noſtro anno Domini
„MCCCXXXIX. in vigilia B. Andree a-
„poſtoli". Longiores, & non minori charitatis affectu plenæ ſunt litteræ confœderationis, quas nobis dederunt DD. abbas, & venerabilis conventus in inclyto S. Ordinis noſtri cœnobio ad Scotos Viennæ in Au-Auſtria inferiori. Adſunt litteræ originales de anno 1344. quarum tenorem damus de verbo ad verbum:

„Reverendo in Chriſto Patri, ac Do-
„mino Domino Chunrado venerabili abbati,
„fratri Rudolpho Priori, totique conventui
„monaſterii S. Petri Salzburge Ordinis S.
„Benedicti, Nicolaus Dei gratia abbas. nec
„non totus conventus S. Marie Scotorum
„in Wienna ejusdem ordinis Patavienſis
„Dieceſis cum orationum ſuffragiis hic fe-
„licitet vivere, ac etiam in futuro gloriam
„poſſidere. Quoniam multum valet depre-
„catio juſti aſſidua, & per hoc jubente a-
„poſtolo, cum ſimus omnes fratres in Do-
„mino, & alter alterius membra, orare
„tenemur pro invicem, ut ſalvemur. Hac
„conſideratione veſtra diligens circumſpe-
„ctio, que veſtra, & veſtrorum confratrum
„ſalute hominis utriusque tam ferventer,
„quam ſalubriter intendendo, & prudentius
„attendendo, quod id, quod ſingulariter
„ſingulis non conceditur, divine probita-
„tionis abundantia multiplicatis interceſſo-
„ribus elargitur, noſtre confraternitatis
„ſpeciale conſortium, nec non ſuffragio-
„rum, orationum, & bonorum operum,
„que in noſtro monaſterio predicto Domino
„inſpirante fiunt pro vivis patiter, ac de-
„functis, curavit a nobis, & a noſtro col-
„legio ſolliciter poſtulare. Nos itaque pia,
„& ſalubri veſtra devotione condigne medi-
„tationis intuitu penſata confraternitatis
„noſtre conſortium vobis, & veſtro vene-
„rando collegio in his ſcriptis offerrimus,
„& inviolabiliter obſervandum in perpe-
„tuum confirmamus. Cujus quidem com-
„municationis ſuffragiorum, & bonorum
„articuli declarantur, quod ſtatim, ut ali-
„cujus veſtrorum confratrum obitus nobis
„certius fuerit intimatus, privato die pro-
„xime ſuccedente vigilie, & miſſe defun-
„ctorum cum nota, & compulſatione ſo-
„lemni faciamus decantari, & nihilominus
„omnium miſſarum, orationum, predicatio-
„num, jejunorum, abſtinentiarum, vigi-

„larum, laborum, ceterorumque bonorum, „que per fratres monaſterii antedicti, & per „univerſos generalem, & ſpecialem con„fraternitatem nobiscum habentes, opera„ri dignabitur Salvatoris clementia parti„cipationem vobis tenore preſentium con„cedimus in vita pariter, & in morte. Vos „quoque hujusmodi confraternitatis unio„ni, quam vobis tam liberaliter, quam li„benter, ut permittitur, offerimus, grati„tudine, ac ſancta viciſſitudine occurren„tes, veſtris nos litteris ad veſtre confra„ternitatis conſortium dignemini devotius „& firmius in benedictionibus alterne dul„cedinis invitare, quatenus ſic multiplica„to ſuffragiorum preſidio Deus, & pater „omnium, qui abundantia ſue pietatis me„rita ſupplicum excedit & vota, nos ejus „amore nedum ex mutue confraternitatis „contractu, verum etiam ex eque religio„nis reſpectu in unum, idemque fraterne „charitatis, & dilectionis vinculum, in„diſſolubile colligatos, poſt hujus vite fe„licem tranſitum ſuo vultu deſiderabili ſa„tiet, ubi vera ſunt gaudia in eterni lumi„nis claritate. In cujus confraterniatis te„ſtimonium vobis has tradimus litteras ſi„gillorum noſtrorum appenſione munitas. „Datum ibidem XIII. Calend. Maji anno „Domini milleſimo trecenteſimo, quadra„geſimo quarto, indictione XII". Hæc de præcipuis confœderationibus ſub Chunrado II. abbate noſtro.

IX. Tertio: quod ſub hoc abbate variæ factæ fuerint fundationes ab anno 1316. & ſequentibus:

Agendum nunc de non vulgari liberalitate, quam a variis beneſactoribus per fundationes, & donationes monaſterio noſtro factas, & collatas expertus eſt Dominus abbas noſter: & primo quidem anno 1316. quidam Ulricus de Truchſatz pro ſe, & pro genitoribus ſuis fundavit anniverſarium, pro quo dedit in vico Wals 27. libras in pecunia, duas gallinas, & triginta ova, & rurſus alias 24. libras pecuniæ cum quatuor gallinis pro celebrando anniverſario, uti patet ex litteris datis in die S. Sebaſtiani anno MCCCXVI. Anno 1320. quidam Echkardus Parochus in abbatis augia fundavit anniverſarium cum majori, ſeu longiori vigilia, pro quo monaſterio dedit curiam Clingenhof in abbatisaugia ſitam, quam paulo ante ab eodem monaſterio emerat pro 22. libris denariorum ſalisburgenſium. Adſunt litteræ in lingua latina ſcriptæ, & datæ quinta idus aprilis in die Mariæ Ægyptiacæ anno 1320. Rurſus anno 1324. fundavit Bertha Teiſingerin in noſtra S. Petri eccleſia anniverſarium cum majori vigilia celebrandum pro ſua, & Ottonis parentis ſui, conjugis quoque, ac filii ſui anima, & ut eo die in pauperes diſtribuantur eleemoſynæ in frumento, pro quibus datum fuit monaſterio molendinum in Tragaſſen hic in civitate Salzburgenſi. Adſunt deſuper litteræ reverſales de anno MCCCXXIIII. in die der aiedlef tauſend Magt tag, id eſt, in feſto S. Urſulæ & undecim millium virginum. Quomodo autem hoc molendinum haud dubie etiam cum onere a monaſterio tranſierit ad vicinam cummunitatem, neſcitur. Anno 1332. alius Chunradus Teuſinger fundavit anniverſarium in Eccleſia noſtra cum vigilia pro ſua, ſuorumque parentum animabus, pro quo ad oblaiam noſtram dedit monaſterio prædium Schutz apud Flederbach ſerviens mediam libram nummorum Salisburgenſium. Anno 1333. fundat Heinricus de Lampoting protonotarius archiepiſcopi Friderici miſſam in capella S. Catharinæ, & anniverſarium cum vigilia, & compulſatione campanarum, pro quibus monaſterio dedit 112. libras Salzburgenſis uſualis monetæ, ut patet ex inſtrumento deſuper erecto anno MCCCXXXIII. in die S. Martini epiſcopi, & confeſſoris. Anno 1338. civis quidam Salisburgenſis nomine Petrus Keutzl fundavit anniverſarium, & lumen nocturnum ad ſuam, ſuorumque ſepulturam, pro qua fundatione dedit prædium Holz in Talgeu ſitum. Litteræ datæ ſunt in die S. Gregorii dicto anno. Wulfingus de Goldech fundavit anniverſarium pro ſe, & ſuis progenitoribus cum majori vigilia, & pulſatione campanarum, & dedit monaſterio prædium Schwaighof apud Gottenſtein in Pongeu cum omnibus attinentiis in ſilvis, & pratis. Anno 1345. Dominus Ulricus Chalcholſperger nobilis miles de novo erexit, & dotavit altare ſanctorum apoſtolorum in eccleſia S. Petri, & fundavit perpetuam miſſam pro ſe, & pro genitoribus ſuis, datis eapropter ad oblaiam quibusdam bonis, & prædiis, Heuſing in Gaſtuna, Od in Enſthall, Aichprun in Seekirchen, Tundorf in Waildorf cum 120. libris pecuniæ. Litteræ datæ ſunt in feſto S. Matthæi dicto anno MCCCXLV.

X. Specialiter a quodam epiſcopo Chiemenſi Chunrado ann 1343.

Non ultimam etiam memoriam meretur fundatio facta a quodam D. epiſcopo Chiemenſi Chunrado anno 1343., qui fundavit in eccleſia noſtra anniverſarium, & dedit Rudolfo Priori noſtro ad oblaiam quatuor bona, ſeu prædia in Pongovia, quæ etiamnum poſſidet monaſterium dominio directo. Litteræ fundationis, ſicut lectu dignæ ſunt; ita etiam adduci merentur.

„In nomine Chriſti: Amen! Quoniam, „ut ait apoſtolus, omnes ſtabimus ante tri„bunal Chriſti, recepturi, prout in corpore „geſſimus, ſive bonum, ſive malum fuerit, „oportet nos diem meſſionis extremæ no„ſtræ operibus prævenire, ac æternorum „intuitu ſeminare in terris, quod reddente „Domino cum multiplicato fructu recolli„gere debeamus in cœlis. Nos itaque Chun„radus Dei gratia epiſcopus Chiemenſis ec„cleſiæ, ſani corpore, ſcientes, nos mor„talitati ſubjectos, & quoscunque moritu„ros, in noſtræ, & præceſſorum noſtrorum „animarum ſalutem donationem, & ordi„nationem inferius annotatam apud mona„ſterium ordinis ſancti Benedicti in Salzbur„ga fecimus, & conſtituimus, & ordina„vimus

„vimus perpetuo valituram. Donavimus „enim Priori Rudolfo, totique conventui „fratrum ibidem Deo fervientium, & fuc„ceſſoribus ſuis bona inferius annotata: pri„mo unum bonum dictum Palven, quod „ſervit ſex ſolidos denariorum Salzburgen„ſium; in paſcha, agnum unum, in inſti„tutione pullos duos, ova triginta. Item „unum bonum dictum Schelhorn ſerviens „denariorum Salzburgenſium ſolidos quin„que, & euxenia ſicut jam dictum bonum. „Item unum bonum dictum Schweiglehen, „quod ſervit denariorum 80., & in inſtitu„tione pullos duos, & iſta tria bona ſita „ſunt in majori Arel. Item unum bonum „dictum Maizz, ſitum in Parochia S. Viti; „quod ſervit denariorum Salzburgenſium „libram dimidiam, & in inſtitutione dena„rios tres, in paſcha denarios quinque; & „iſta 4. bona jam dicta empta ſunt per nos „a nobili viro Wulfingo de Goldekk: pro„mittentesque illam donationem non revo„care nec in vita, nec in morte, neque oc„caſione ingratitudinis, ſeu aliqua quavis „cauſa. Verum cum quilibet in traditione „rei ſue poſſit opponere pactum legibus non „improbatum, volumus, & ordinamus, ut „predicti Prior & conventus in die obitus „noſtri, vel quam cito de hoc certificati „fuerint, & in die VII. & XXX., nec non „deinceps perpetuo infra octavam beati Y„politi exequias nobis peragant cum vigi„liis, miſſis defunctorum, miniſtris adſtan„tibus, & compulſatione campanarum „precedente, prout aliis epiſcopis peragere „conſueverunt, dapetumque cum quatuor „candelis ardentibus veſpere, & mane an„te altare S. Crucis in medio eccleſiæ more „ſolito ordinetur. Ut autem laborantes in „exequiis hujusmodi ultra ſpem retribu„tionis eterne aliqualem conſolationem tem„poralem exſpectent, volumus & ordina„mus, ut oblaiarius eorum, qui pro tem„pore fuerit, prefatos 18. ſolidos denario„rum in die exequiarum omnibus confra„tribus, qui ipſis exequiis preſentialiter in„terfuerint, condividat, & diſtribuat juxta „numerum perſonarum. prout ſue conſcien„tie, quantum in hoc ſpecialiter oneramus, „ſalubrius videbitur expedire, & ſi for„te predicti Prior, & conventus, quod „abſit ſue ſalutis immemores prefatas exe„quias diebus annuis, & ordine ſuperius „annotatis peragre non curaverint, tunc „officii noſter ſucceſſor, qui pro tempore „fuerit, intromittat ſe libere de antedictis „redditibus, tanquam ſint ſue menſe com„plicati. Et quia non decet officium ſuum „alicui eſſe damnoſum, volumus, ut ob„laiarius pro ſuo labore retineat prædiorum „enxenia præmiſſorum. In quarum teſti„monium omnium, atque robur perpetue „firmitatis preſentes litteras ſcribi fecimus „ſigilli noſtri appenſione munitas. Actum, „& datum Salzburge anno a nativ. Domini „MCCC quadrageſimo tertio VIII. Id. A„prilis“. Hucusque inſtrumentum. Atque hæ ſunt præcipuæ fundationes factæ ſub Chunrado II., quæ vel adhuc in ſuo vigore perſiſtunt, vel poſt legitimam & authoritate Ordinarii factam moderationem permutatæ, reductæ, vel cum fructibus & oneribus ad alios translatæ fuerunt, ut ſaltem poſt varias temporum viciſſitudines ſubſtantia fundationum ejusmodi antiquarum ſemper permanſerit illæſa, ut ſuo loco de ejusmodi antiquivis fundationibus plura dicemus.

XI. Quarto: quod idem D. abbas quædam per donationem acceperit;

Nec defuerunt, qui, quamvis pauci, ſub Chunrado abbate ſine ulla obligatione aliqua bona donaverunt monaſterio noſtro. Ita legitur in quodam manuſcripto teſtimonium aliquod Domini Leonis canonici, & Plebani Salzburgenſis, quod vir quidam honeſtus Gundacherus de Screlheim zelo charitatis inductus dederit nobis quosdam annuos fructus ſuæ domus cis pontem, ubi aſcenditur ad eccleſiam S. Joannis. Teſtimonium donationis ita habetur in citato manuſcripto, quod ſignatum eſt n. 24. pag. 21. „Ego Leo canonicus, & Plebanus Salzbur„genſ. tenore preſentium conſtare volo uni„verſis, quod vir honeſtus Gundacherus „de Screlheim zelo charitatis inductus de „conſenſu capituli Salzburgen. & favore „uxoris ſue, ac puerorum ſuorum bona vo„luntate fabricam ſuam ſolventem ſolidos „denariorum Salzburgen. VII. ſitam ex al„tera parte pontis Salzburgen. in pede mon„tis, ubi fit aſcenſus ad capellam beati Joan„nis ob remedium anime ipſius, ac ſuorum „progenitotum liberaliter donavit, & tali con„ditione legavit, ut ſingulis annis, quicun„que fuerit plebanus Salzburgen. in feſto S. „Ruperti in autumno de fabrica predicta Do„minis canonicis Salzburgen. denarios Salz„burgen. 60. Dominis ad S. Petrum 60, Ec„cleſiæ parochiali Salzburgen. 60. S. Joanni in „monte 30. omni ambiguitate excluſa ſol„vet, & miniſtret. Si autem, quod abſit, in „eorum fabrica ignis per voraginem aut „alio quocunque periculo fuerit deſtructa, „tunc premiſſi Domini canonici eccleſie Salz„burgen. Domini ad S. Petrum, eccleſia Pa„rochialis, nec non capella S. Joannis in „ſolidum tenetur, ipſam fabricam de ſuis „poſſeſſionibus in ſtatum priſtinum integri„taliter reformare. In cujus teſtimonium „preſentes ſigillo eccleſie Parochialis feci „roborari Datum anno Domini MCCCXXII. „V. Calend. Auguſt“. De hac tamen domo & fructibus annuis hodiedum nihil conſtat. Similiter, prout litteræ exſtant in eodem MS., quidam Otto civis Salisburgenſia monaſterio noſtro ſingulis annis in perpetuum ad feſtum S. Ruperti in autumno ex ſua domo, quam hic poſſidebat in civitate in foro ſita dimidiam libram Salzburgenſis monetæ donavit, ut ſine omni contradictione etiam hæredes ſolvant. Litteræ datæ ſunt anno 1337., de hoc tamen annuo cenſu determinate nihil amplius conſtat. Huc etiam ſpectare videtur, quod

anno

anno 1339. Dominus Heinricus Schondorfer dederit, seu potius renunciaverit omni juri, liti, & controversiæ, quam hactenus habebat cum monasterio nostro ad S. Petrum ratione prædii Steinhalz spectantis ad dominium nostrum Braitenau, cum omnimoda contestatione, quod nec ipse, nec hæredes velint amplius monasterio ulteriori prætensione molesti esse. Litteræ signatæ sunt in die S. Ruperti in autumno anno 1339.

XII. Pariter & quinto mula per emptionem monasterio comparaverit.

Non pauca etiam sunt, quæ sub Chunrado II. abbate, mediante fideli ipsius administratione titulo emptionis monasterio nostro accesserunt. Anno 1518. emit Chunradus abbas jus advocatiæ in pago nostro Wietting in Carinthia a quatuor nobilibus fratribus Germanis de Horenberch, nimirum Hermano, Nicolao, Meinharto, & Ainolte, qui eandem advocatiam nostro abbati Chunrado cum consensu Hainrici Regis Bohemiæ, & Ducis Carinthiæ pro septem marcis nummorum Frisacensium vendiderunt. Litteræ in originali exstant, & datæ sunt anno 1318. in die S. Gertrudis. Anno 1322. titulo emptionis comparavit Dominus abbas aliqua bona in Eusthall in Styria ab Ulrico Scholch cive Schladmingensi pro 35. libris Salzburgensis monetæ, ut exhibet instrumentum venditionis datum die post festum S. Magdalenæ dicto anno. Vocantur in litteris venditionis hæc bona Heizenlehen, Rauner, Penching, Duephen, Tenn, Prein, Teuffenbach, Dunchelbach, Sepach, & unum in Auwe. Copiæ litterarum habentur in MS. P. antiquo, sæpius citato sub n. 214., & rursus aliæ duæ huc spectantes sub n. 215. & 216. Rursus in eodem officio emptum fuit ad nostram Oblajam, quæ tunc temporis habebat fructus separatos, prædium apud Ek, quod vocatur Burglehen in Parochia Hausiana infra Stetenech a Domino Wolfingo de Goldek pro 35. libris Salzburgensium nummorum, ipsum autem prædium serviebat annuatim 8. Schillingos Salzburgensis monetæ, ubi patet ex litteris venditionis datis anno 1338. in die S. Blasii. Anno 1344. comparavit duo bona apud oppidum Teisendorf, quamdam curiam in ipso pago, & prædium Pabenlehen a Chunrado, & Hartneid fratribus germanis Chuchel cum omnibus juribus, & attinentiis, uti probant duo instrumenta, unum, quod datum est in die Sabbathi post festum SS. Simonis & Judæ, alterum eodem anno 1344. ab Ortolfo archiepiscopo, qui primam curiam ab obligatione feudali exemit, cujus tenorem dedimus supra n. V. Denique penultimo anno, id est, anno 1345. emit Chunradus, & Conventus noster quoddam prædium apud Palding vocatum Aigen in officio nostro Tittmoning: litteræ datæ sunt in die S. Margarethæ anno XLV., nimirum post millesimum trecentesimum. Ultimo autem anno 1346. emit, & comparavit monasterio duo prædia in officio Pongeu, nimirum Reit, & Offenlehen ab Ulrico Truchsäz pro 40, libris nummorum Salisburgensium. Litteræ venditionis datæ sunt dicto anno in die S. Ruperti in Quadragesima. Atque hæc sunt bona, quæ providus paterfamilias Chunradus II. monasterio adjecit, quorum pleraque quoad dominium directum monasterio subjecta sunt, & ex quibus annui canones, subinde valde exigui, solvuntur.

XIII. Et denique sexto mulcta locaverit, concesserit, aut permutaverit:

Exstant etiam quædam monumenta, & litteræ, quod varias locationes, & concessiones fecerit D. Abbas Chunradus, sed plerasque ad dies vitæ, quarum longiorem narrationem exponere, cum jam post tantum lapsum temporis omni effectu careant, & aliqua bona penes monasterium non amplius sint, haud opus ducimus. Sic legitur in litteris in MS. P. n. 222., quod Dominus abbas anno 1316. concesserit denovo Domino Chunrado de Cuchel, & ejus filio ad dies vitæ tantum prædium Chaltenbrune, de quo prædio sub hoc nomine jam nihil constat. Eidem Chunrado concessit etiam ad dies vitæ quandam vineam in Arnstorf anno 1318., de qua concessione litteræ reversales adsunt in manuscripto P. n. 223. Anno 1322. concessit Domino Dietrico Speiser curiam nostram in Abbstorf in austria inferiori, quam tamen curiam jam per duo ferme sæcula non amplius monasterium possidet. Eodem anno Domino Chunrado Plebano in Hallein concessæ fuerunt ad quatuor annos decimæ nostræ in Salina, seu Halla pro prædio, & prato in Camp, seu Campanif, pro quo prædio D. abbas noster eidem Domino Chunrado Plebano dedit 18. libras Salzburgensis monetæ cum decima. Et legitur desuper duplex instrumentum in MS. P. n. 212. & 213. Anno 1323. Concessit quædam bona, seu Gilten in Halla divite sita, & spectantia ad officium nostrum Vihusen cuidam Ulrico Ulrainer ad dies vitæ pro annuo censu in certa salis quantitate, prout testantur litteræ reversales, quæ leguntur in quodam antiquo Urbario Vihusen fol. 14. & 15. Anno 1326. sæpedictus Dominus abbas, & conventus curiam nostram Dornbacensem, prope Viennam in Austria, sitam cuidam civi Viennensi Bertholdo Chramer cum certis conditionibus locavit, ut ipse statis temporibus illa præstet, quæ de illa curia sunt solvenda sine damno, & onere monasterii, cujus locationis litteræ leguntur in manuscripto P. n. 221. Non minus anno 1340. concessum fuit Domino Chunrado Velbar, præfecto in Liechtenberg aliquod feudum, & molendinum apud Rugazin & Golinpach pro annuo censu 32. nummorum Salisburgensium in festo S. Hypoliti solvendorum, prout exhibent reversales litteræ in eodem MS. P. n. 225. Denique eodem anno vigore aliarum litterarum, quæ leguntur in eodem codice n. 226. a D. abbate, & toto conventu cuidam Andreæ Pondernperger civi

clvi Salisburgenſi conceſſum fuit molendinum in Porris, quod poſt varias mutationes etiamnum ſervit monaſterio tanquam Domino directo. Ex his autem, & aliis locationibus pro illo tempore multas acceſſiſſe monaſterio utilitates, indubium eſt, quod merito induſtriæ, & prudentiæ Domini Chunradi abbatis adſcribimus.

XIIII. Vixit ab anno 1313. ſub 4. archiepiſcopis, & obiit anno 1346.

Vixit bonus abbas noſter Chunradus annis triginta duobus in abbatia ſub quatuor archiepiſcopis Salisburgenſibus, primo ſub Weichardo de Pollheim, qui ab anno 1312. usque ad annum 1315., ſecundo ſub Friderico III. de Leibnitz, qui ab anno 1315. usque 1338., tertio ſub Henrico de Pierbrun, qui ab anno 1338. usque ad annum 1343. & demum ſub Ortolpho de Weiſſeneck, qui ab anno 1343. usque ad annum 1365. archiepiſcopali ſedi præfuerunt. Sub Wichardo archiepiſcopo anno 1315. calend. Auguſti ſacrum D. Ruperti monumentum apertum, & eductis, quas continebat, ſacris exuviis in primis corpus S. Ruperti Præſulis cum capite, deinde SS. Martini epiſcopi Turonenſis, Vincentii, Hermetis, Chryſanti, & Dariæ, nec non Giſilarii, qui erat diſcipulus S. Ruperti, ſacræ reliquiæ repertæ fuerunt. Has omnes archiepiſcopus Wichardus in feſto natæ Virginis collætanti populo in publica ſolennitate ſpectandas exhibuit, & demum in feſto translationis S. Ruperti, ſub ara ejusdem S. Epiſcopi & fundatoris recens ædificata, & dedicata honorifice depoſuit. Idem honoris etiam reliquiis S. Virgili impendit, nam in feſto translationis, id eſt, die 26. Septembris altare novum, quod anteceſſor archiepiſcopus Conradus ſancto Virgilio exſtruxerat, conſecravit, ac ſub illo corpus ſacrum decentiſſime recondidit. De hac ſacrarum reliquiarum apertione, & translatione, quæ facta eſt ſub Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Archiepiſcopo Wichardo anno 1313., dum hoc anno in noſtro monaſterio erat abbas Chunradus II. exſtat in hodiernum usque diem inſigne monumentum, lapis nimirum marmoreus coævus, qui videtur in noſtra eccleſia ad S. Petrum, vel potius in quædam capella S. Spiritus dicta, quæ eccleſiæ proxima eſt, in quo lapide characteribus illi ſæculo correſpondentibus hæc inſcriptio legitur: *Anno Domini MCCCXV. VIII. Kal. Octobris recondite ſunt hic hee reliquie a Domino Wichardo archiepiſcopo Salzburg. Sanctus Rupertus, ſanctus Martinus, ſanctus Hermes, ſanctus Vincentius Chryſanthus, ſancta Daria.* Videantur ea, quæ diximus ad ſæculum noſtrum IIII. in vita Heroldi archiepiſcopi X. & abbatis noſtri XX. n. IV., quo anno autem, & quomodo lapus iſte ad noſtrum monaſterium pervenerit, legi poſſunt ea, quæ in vita S. Ruperti primi epiſcopi, abbatis, & fundatoris noſtri num. marg. XXIII. notavimus.

OTTO I.

ABBAS AD S. PETRUM XLIX.

AB ANNO 1346. USQUE AD ANNUM 1364.

I. Hujus abbatis gesta non tantum scriptores nostri antiqui

Abbatem de monasterio nostro sat bene meritum exponere aggredimur, Ottonem de Admunta, hujus nominis primum, cujus gesta non tantum scriptores nostri antiqui, verum etiam recentiores non sine vulgari encomio deprædicant, an vero, quia locus originis Admunta, & ipse ex monacho Admontensi ad nostram abbatiam assumptus fuerit, prout quidam scriptores nostri firmiter persuasi erant, ex ponderosis motivis, infra allegandis, merito dubitamus. Antequam vero gesta quædam in particulari, & calamo susiori exponamus, ea primitus recensemus, quæ generatim in quibusdam chronicis nostris, & abbatum catalogis leguntur. In membraneo codice K. sæpius jam citato, sæculo elapso, id est, decimo tertio, vel omnino prius scribi cœpto, & ultra medium hujus sæculi, in quo versamur, decimi quarti continuato sequentia legimus notatu digna: „Anno „MCCCXLVI. Chunradus abbas S. Petri „Salzburge O., pro quo primus Otto hujus „nominis in abbatem eligitur, qui sui regi- „minis tempore monasterium suum prædi- „ctum non solum a debitorum oneribus li- „berans, & preservans, verum & illud in „refectorii, domorum, & aliorum commo- „dorum ædificiis, & structuris, aliisque „fructuosis impendiis adeo decenter, & uti- „liter exaltavit, sacrarium suum nihilomi- „nus pretiosis ornatibus ditavit, nec non „monasterii, & prælatorum futurorum ho- „nores per impetrationem usus dalmaticæ „subtilis, & aliorum specialium insignio- „rum adeo augmentavit, unde ipse pius „Pater, atque secundus fundator non im- „merito esset nuncupandus“. Ita manuscriptum citatum. Antiquioribus etiam monumentis ferme accedit, præsertim pro ætate hujus abbatis manuscriptum B. & R., seu chronicon Martini abbatis ad finem sæculi

culi decimi sexti ex variis antiquis documentis collectum, ubi in ordine abbatum hæc leguntur: „Otto abbas hujus nominis „primus monachus admontensis in abba„tem Sancti Petri postulatur, & eligitur an„no 1346. incuria tamen scriptorum non est „adnotatum, an eo tempore, quo postula„tus est, abbas, aut adhuc privatus frater „sui monasterii fuerit. Sed nota, quod „non fuerit abbas. Hic multa laudabilia „gessit pro monasterio S. Petri, illud non „solum a debitorum oneribus liberans, & „præservans, verum etiam illud in refecto„rii, dormitorii, & aliorum commodorum, „& necessariorum structuris, aliisque fru„ctuosis impendiis decenter, & utiliter ex„altavit, nec non ab Innocentio Papa VI. „privilegium impetravit anno 1352. ut ipse „& successores sui infra missarum solemnia „uti possint perpetuis temporibus dalmati„ca subtili, & Sandaliis, solennemque po„pulo elargiri benedictionem. Anno Do„mini 1350. emit Dominus Otto abbas do„mum retro parochiam a quodam cive de „Landshuet, de qua serviebantur eo tem„pore quinque libræ, & quatuor schillingi, „quod servitium pro celebrando sibi anni„versario ad oblaiam fratrum contulit. Idem „dominus Otto abbas capellam in dormito„rio fratrum conventus nostri exstruxit, ut „ex descriptione tabulæ sequentis cernitur, „quæ sic habet: *anno Domini MCCCLIX. „Dominica, qua cantatur Judica hec capella „novo in dormitorio conventus S. Petri Salz„burg. per venerabilem Patrem Dominum Ot„tonem dictum de Admunda abbatem ejusdem „monasterii S. Petri erecta funditus, & dota„ta a Reverendo in Christo Patre Domino Pe„tro episcopo Lavantino de licentia & consensu „Reverendissimi in Christo Patris, & Domini „Domini Ortolphi venerabilis sancte Salzbur„gensis ecclesie archiepiscopi A. S. L. cum suo „altari consecrata, & dedicata est in honore S. „& Individ. Trinit. victoriosissim. crucis, & „beate Virginis gloriose Marie, precipue tamen „in veneratione S. Bartholomei apostoli, ac bea„te Virginis Margarethe*". De isto venerabili Ottone abbate pergit ulterius idem chronici compilator: „Est fide dignorum senio„rum nostræ congregationis Patrum conti„nuata relatio, quod mira authoritate ab „obsessis dæmones mediante tamen con„sueto ecclesiæ exorcismo fugaverit. Præ„fuit gubernationi abbatiæ octodecim an„nis, sepultus in cripta ante altare beatæ „Virginis, ubi eo tempore fuit chorus fra„trum ab antiquo„. Hæc in suo chronico Martinus abbas, qui ex illis verbis in tabula relatis, quod Otto abbas fuerit dictus *de Admunta*, in erroneam probabilius opinionem inductus fuit, quod ante sui in abbatem nostrum electionem fuerit monachus admontensis professus. Cæterum tabula illa superius allegata haud dubie in antiquo ædificio tempore Martini abbatis integra adhuc exstitit, de qua tamen nunc nullum habemus vestigium.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

Hoc chronicon D. Martini abbatis magis, quam vetustum illum codicem membraneum K. secuti sunt scriptores nostri recentiores, videlicet D. Albertus abbas in suo abbatum catalogo anno 1646. impresso, & P. Mezgerus historiæ Salisburgensis auctor, qui in eandem eunt sententiam, quod Otto primus fuerit monachus admontensis, de quo etiam sequentia referunt huic chronico nostro pro meritis inserenda. Et quidem in catalogo Albertino notantur sequentia. „Otto monachus admontensis in ab„batem S. Petri eligitur anno MCCCXLVI. „hic multa laude digna gessit: debita, qui„bus tunc monasterium graviter erat onera„tum, dissolvit, diversa ædificia, uti re„fectorium, & dormitorium partim exstru„xit, partim restauravit, & ampliavit, a„liasque pro commoditate religiosorum mul„tum utiles expensas fecit, concurrentibus „ad id subditis suis, a quibus cum permis„sione, & consensu archiepiscopi contri„butionem exegit. Hæc ille, & postquam „litteras concessionis, quas nos in ordine „infra adducemus, allegat, in fine sic per„git: Hanc singularem hic abbas habuisse „gratiam ex antiqua traditione Patrum scri„bitur, quod mediante consueto ecclesiæ „exorcismo ab obsessis dæmones fugare „consueverit. Ab Innocentio Papa VI. ob„tinuit privilegium pro se, suisque succes„soribus in perpetuum, infra missarum so„lemnia utendi dalmatica subtili, & sanda„liis, solemnemque populo elargiendi bene„dictionem. Obiit anno MCCCLXIV. cum „præfuisset annis XVIII. In eundem sen„sum paulo aliis verbis scribit Mezgerus no„ster in sua historia Salisburgensi, ubi pag. „472. sic habet: Electus (id est post Chun„radum II.) deinde in antistitem loci Otto „monachus admontensis insignis œcono„mus. Is multa digna laude & posteritatis „fama gessit: æs alienum, quo cœnobium „ex superiorum temporum difficultatibus „adhuc laborabat, exsolvit: ædificia mo„nasterii partim restauravit, partim nova „adjecit, usus ad hæc gratia Ortolphi ar„chiepiscopi, cujus annutu, & concessio„ne a subditis cœnobii moderatum quod„dam subsidium, seu contributionem, ut „vocant, petiit, accepitque. Donationem „a Gertrude vidua Burgravii Garsensis pro „annuo sacro factam ipse Orthollius sua au„thoritate stabilivit. Singulariter illa e „cœlo gratia Ottoni concessa memoratur, „quod exorcismis ecclesiæ consuetis facili „opera dæmones ex obsessis fugare sit soli„tus. Innocentius VI. summus Pontifex „privilegio eundem honoravit, ut, quod „antea abbates, etiam mitrati, nondum „poterant, dalmatica subtili, & sandaliis „pontificum more sub rei divinæ solenniis „uteretur, solennemque populo bene pre„cationem impertiretur. Obiit anno 1364, „uno anno Ortolphum (id est archiepisco„pum hujus sedis) præveniens". Hæc Mezgerus. Aliquam etiam paucis verbis de

II. Verum etiam recentiores non sine magno elogio deprædicant.

Ottone noſtro primo memoriam facit in ſuo erudito opere hiſtorico Salisburgenſi Marcus Hanſizius in vita Ortolphi archiepiſcopi pag. 457. n. XII. hæc adnotans. „Eodem anno 1356. (Ortolphus archiepiſcopus) dedit abbati ſancti Petri Ottoni per „litteras poteſtatem, penſum extraordinarium a ſuis ſubditis exigendi in ſubſidium „novi operis, quod abbas moliebatur. Datum Salisburgi feria 6. ante S. Pancratii „anno dicto". Ita auctor citatus. Atque hæc ſunt, quæ in antiquioribus, & recentioribus ſcriptoribus noſtris legimus de geſtis Ottonis abbatis noſtri, & hujus nominis primi.

III. Monachus autem profeſſus admontenſis hic abbas noſter non fuit:

Quamvis autem D. abbas Martinus in ſuo citato chronico, quod bona fide ſecuti fuerunt abbas Albertus in ſuo catalogo, & hiſtoricus noſter Mezgerus in ſuo opere hiſtorico-Salisburgenſi, palam aſſerat, hunc abbatem noſtrum Ottonem I. fuiſſe monachum profeſſum admontenſem: attamen nullo ſolido argumento convinci poſſumus, hunc abbatem ex monaſterio admontenſi, ubi profeſſus fuiſſe ſcribitur, ad noſtram abbatiam fuiſſe poſtulatum. Unicum hoc aſſerendi motivum, a quo etiam D. Abbas Martinus in ſuo chronico inductus fuit, videtur, ſuggerere tabula illa ſuperius adducta, & olim in antiquo dormitorio ſuſpenſa, ubi Otto I. dicitur de Admunta. Verum per hoc probari ſolummodo poteſt, quod fuerit Admunta locus originis, & nativitatis; ſic enim illis temporibus conſuetudo obtinuit, quod cognomen nunquam, vel nonniſi raro, plerumque autem locus nativitatis fuerit expreſſus; ſic ſequentibus annis, quando ſchedæ profeſſionis ſcribi cœperunt, ut alia ſimilia teſtimonia taceamus, legimus aliquem fratrem Joannem Sin de Admont, qui anno 1499. ſub abbate Virgilio in monaſterio noſtro expreſſe fuit profeſſus. Sane, ſi ex monaſterio inclyto admontenſi fuiſſet aſſumptus ad noſtram abbatiam, non tacuiſſet æſtimatiſſimus codex membraneus K. ſupra citatus, qui longiori encomio geſta, & electionem Ottonis abbatis, de quo agimus, deſcribit: quod autem maxime ſtabilit opinionem noſtram, quod videlicet Otto I. hujus nominis abbas nunquam fuerit in monaſterio admontenſi profeſſus, maximi roboris argumentum eſt, quod D. Amandus abbas noſter, qui omnia acta admontenſia exactiſſime fuit ſcrutatus, in ſuo chronico admontenſi, libro juſti folii ſub ſigno WW. ſæpius a nobis citato, nec verbo quodam dubitante ullam de hoc Ottone fecerit mentionem, qui non intermiſit recenſere, quod Reginbertus ex Priore admontenſi, & Bertholdus abbas admontenſis ad noſtram abbatiam fuerint poſtulati. In hoc manuſcripto WW. agit Dominus collector primo de vita B. Gebhardi fundatoris ejusdem monaſterii; in parte ſecunda exponit ſecundum ordinem chronologicum omnes DD. abbates admontenſes, & demum in tertia parte ſecundum ordinem alphabeticum enarrat geſta omnium monachorum, qui ſpeciali laude erant digni, ubi ſub littera O. pag. 270. octo leguntur Ottones, de nullo tamen, quod fuerit ad abbatiam S. Petri poſtulatus. Nos eapropter, dum pro veritate hiſtorica ſcribimus, honori tam celebris monaſterii utique nihil derogamus, a quo alios ſupradictos præclariſſimos viros ad abbatiam noſtram accepimus, videlicet Reginbertum, ſeu Reinbertum poſtea epiſcopum Brixinenſem, & Bertholdum antea abbatem admontenſem, in noſtro vero monaſterio primum infulatum præſulem.

IIII. Ab Innocentio Papa VI. uſum Dalmaticæ ſubtilis & aliorum pontificalium,

Jam ad alia exponenda progrediamur, quæ ſub regimine Ottonis abbatis acciderunt, & notatu digna ſunt. Primo ſane loco recenſeri merentur duo reſcripta pontificalia Innocentii ſanctiſſimi Patris VI. qui Ottoni abbati uſum dalmaticæ ſubtilis, ſandaliorum, & benedictionis ſolennis ſuper populum, & veroſimiliter etiam eodem anno aliam gratiam de reſtituendis a monaſterio alienatis bonis, ac decimis impertiri dignatus eſt. Exſtat utrumque reſcriptum in originali ſigillo plumbeo conſueto, atque ex filis ſericis pendulo roboratum. Primum ſic legitur.

"Innocentius epiſcopus ſervus, ſervo"rum Dei dilecto filio Ottoni abbati mona"ſterii Sancti Petri Salzburgens. Ord. S. Be"nedicti ſalutem, & apoſtolicam benedictio"nem. Expoſcit tue devocionis ſinceritas, "& religionis promeretur honeſtas, ut tam "te, quem ſpeciali favore proſequimur, "quam monaſterium tuum Sancti Petri Salz"burgens. Ord. S. Benedicti dignis honori"bus attollamus. Cum itaque, ſicut ex"hibita nobis nuper tua petitio continebat, "tu & predeceſſores tui dicti monaſterii ab"bates, qui pro tempore fuerunt, divina "in dicto monaſterio exercendo officia, mi"tra, annulo, & baculo paſtorali hactenus "uſi fueritis ex indulto ſedis apoſtolicæ ſpe"ciali. Nos volentes te, & monaſterium "predictum premiſſorum intuitu ampliori "proſequi gratia, in hac parte tuis ſuppli"cationibus inclinati, ut tu, & ſucceſſores "tui abbates dicti monaſterii, qui erunt pro "tempore, dalmatica ſubtili, ſandaliis, ce"terisque pontificalibus cum predictis inſi"gniis officia predicta exercendo, uti libe"re, quodque tam in dicto monaſterio, "quam Prioratibus, quam immediate ſub"jectis parochialibus, & aliis eccleſiis ad "te pertinentibus benedictionem ſolemnem "ſuper populum poſt miſſarum, veſpera"rum, matutionorum ſolemnia, dummo"do in benedictione hujusmodi aliquis an"tiſtes, vel ſedis apoſtolice legatus preſens "non fuerit, elargiri poſſitis, felicis recor"dationis Alexandri Pape IIII. predeceſſo"ris noſtri, que incipit: abbates, & aliis "quibuscunque conſtitutionibus in contra"rium editis, nequaquam obſtantibus, tibi, "&

"& ejusdem successoribus auctoritate apo-"stolica de speciali gratia tenore presentium "indulgemus. Nulli ergo omnino homi-"num liceat, hanc paginam nostre conces-"sionis infringere, vel ei ausu temerario "contraire. Si quis autem hoc attentare "presumpserit, indignationem omnipoten-"tis Dei, & beatorum Petri & Pauli apo-"stolorum ejus se noverit incursurum: da-"tum apud villam novam Avinionens: II. Id. "Julii pontificatus nostri anno primo". Huc-usque tenor rescripti, in quo quidem an-nus pro illo more non est designatus, fuisse autem annum Christi 1352. ex eo colligitur, quia scribitur, id factum fuisse anno ponti-ficatus primo, qui cum dicto anno coinci-dit, quo juxta doctiores scriptores, & chro-nologos in pontificem electus fuit Innocen-tius VI.

V. Nec non mandatum de restituendis bonis, ac decimis obtinuit.

Eodem anno aliam gratiam a prædicto Patre sanctissimo obtinuit Otto abbas noster aliud videlicet rescriptum æquali auctorita-te munitum, in quo sanctissimus Papa In-nocentius VI. mandatum direxit ad Domi-num Præpositum cathedralem Salisburgen-sem, ut sub censuris ecclesiasticis urgeret iniquos detentores decimarum ad monaste-rium nostrum spectantium, ut restituantur, quales illo tempore plures erant, qui simi-lia jura se a monasterio accepisse præten-debant. Tenor rescripti pontificii ad D. Præpositum ecclesiæ Salisburgensis tan-quam constitutum sententiæ executorem sequens est:

„Innocentius episcopus, servus servo-„rum Dei, dilecto filio Præposito eccleſie „Salzeburgens. salutem, & apostolicam be-„nedictionem.

„Ad audientiam nostram pervenit, quod „tam dilecti filii abbas, & conventus S. Pe-„tri Salzeburg. Ordinis Sancti Benedicti, „quod predecessores eorum decimas, ter-„ras, domos, vineas, possessiones, pis-„charias, prata, nemora, grangias, mo-„lendina, jura, jurisdictiones, & quedam „alia bona ipsius monasterii datis super hoc „litteris, confectis exinde publicis instru-„mentis, interpositis juramentis, factis re-„nunciationibus, & penis adjectis, in gra-„vem ejusdem monasterii lesionem nonnul-„lis clericis, & laicis, aliquibus eorum ad „vitam, quibusdam vero eorum ad non „modicum tempus, & aliis perpetuo ad fir-„mam, vel sub censu annuo concesserunt, „quorum aliqui super his confirmationis lit-„teras in forma communi a sede apostolica „impetrasse dicuntur. Quia nostra interest „super hoc de opportuno medio providere, „discretioni tue per apostolica scripta man-„damus, quatenus ea, que de bonis ipsius „monasterii per concessiones hujusmodi ali-„enata inveneris illicite vel distracta non ob-„stantibus litteris, instrumentis, juramen-„tis, renunciationibus, penis, & confir-„mationibus supradictis ad jus, & proprie-„tatem ejusdem monasterii legitime revoca-„re procures, contradictores per censuram „ecclesiasticam appellatione postposita com-„pescendo, testes autem, qui fuerant no-„minati, si se gratia, odio, vel timore sub-„traxerint, censura simili, appellatione „cessante compellas veritati testimonium „perhibere. Datum Avenion. IIII. Non. „Julii pontificatus nostri anno primo". An, & qualem vero effectum pro bono monaste-rii hoc rescriptum habuerit, in particulari nobis non constat.

VI. Eidem abbati DD. Ortolphus archiepiscopus anno 1346. bonum Hollenbach a feudali obligatione exemit.

Amplissimos etiam favores Dominus ab-bas noster, de quo agimus, a DD. Ortol-pho archiepiscopo Salisburgensi accepit: & in specie quidem notari meretur, quod al-tefatus Reverendissimus Dominus archie-piscopus sæpe dicto abbati anno 1346. ali-quam exemptionem de bono Hollenbach dederit. Anno 1350. quamdam permuta-tionem bonorum, quæ inter monasterium & duos fratres de Hader circa duas Schwai-gas intercessit, confirmaverit. Quod anno 1355. favorabilem contractum in conseren-da tertia parte expensarum, quæ singulis annis in reparando, & conservando alveo abbulæ fieri solent, tam cum venerabili ca-pitulo metropolitico, quam & nostro mona-sterio injerit. Quod anno 1356. abbati no-stro Ottoni pro colligendo apud subditos di-screto subsidio ad reparandum, & restau-randum monasterium nostrum per litteras authenticas licentiam contulerit. Anno 1358. fundatum ab Ottone abbate anniver-sarium archiepiscopali auctoritate confirma-rit, & rursus quod anno 1361. aliqua bona a feudo archiepiscopali exemerit. Nos de his singulis litteras dabimus partim ex ori-ginalibus, partim ex antiquis urbariis, & authenticis manuscriptis fideliter trans-sumptas. Litteræ, per quas bonum Hol-lenbach a feudo archiepiscopali fuit exemp-tum, ex antiquo quodam urbario officii Weissenbach fol. 20. desumptæ sic habent:

„Wir Artolf von Gottes Genaden Erzbischoff „zu Saltzburg, Legat des Stuels zu „Rom. Verjehen offenbar, daß unser ge-„treuer Seybott von Nopping mit unser Gunst, „und Willen gegeben hat ze einen Auswexel „unsern lieben in Gott Otten den Apt, Ru-„dolfen den Prior, und dem Convent, daz „Sand Peter ze Saltzpurch ein Guet genannt „Hollenpach gelegen enhalb des Halleins mit „all dem, und darzu gehört, besuecht, und „unbesuecht, wi das genannt is, und haben „wir dasselb Guet, das von uns, und unsern „Gottshaus Lehen, was dem vorgeschriebenen „Kloster daz Sand Peter geaignet, ewig „leihen, mit Urkund diz Brüeff versigelt, mit „unserem, auch angehengten Insigl, der ge-„ben ist ze Saltzpurch am Samstag vor Dio-„nisien Tag nach Christes Geburt dreizehen „hundert Jar, darnach in dem sechs, und „vierzigsten Jar.

VII. Anno 1350. aliquam bo-

Per alias litteras, prout leguntur in ali-quo antiquo urbario officii Pongeu fol. 12. idem

norum permutationem in Pongeu confirmavit.

idem DD. archiepiscopus confirmavit aliquam permutationem bonorum circa duas Schwaigas, quæ inter monasterium, & duos nobiles fratres Wernhardum, & Fridericum de Hader anno 1350. intercessit, sequentibus terminis: „Ortolfus Dei gratia „Sancte Salzburgens. ecclesie archiepisco„pus, apostolice sedis legatus, universis „presentium inspectoribus salutem in Domi„no. Porrecta nobis dilectorum in Christo „Ottonis abbatis, Andree Prioris, totius„que conventus monasterii S. Petri Salz„burg. & discretorum virorum Wernhardi, „& Friderici fratrum de Hader concors pe„titio continebat, quod, cum ipsi certa sua „predia, videlicet curiam unam sitam in „Mauerkirchen in den Tattenpach, & pre„dium unum in monte, & predium in pede „montis prope ecclesiam cum areis sitis in „Mauerkirchen ad dictum monasterium per„tinentibus, de quibus fratres predicti vi„ginti solidos annuatim dicto monasterio „servire, & solvere consueverunt, pro dua„bus Schwaigis, unam videlicet in Schne„kenhausen, & partem suam in Schwaiga „sita in Chapelln prope ecclesiam Sancti „Laurentii, quas dicti fratres ab ecclesia „nostra tenuerunt titulo feodali, desiderent „permutare: nos permutationi hujusmodi „consensum nostrum adhibere, ipsamque „ratificare, & confirmare de benignitate „solita curaremus. Nos igitur utilitate, & „commodis memorate ecclesie Sancti Petri, „& dictorum fratrum votiva sustantia soli„cite consideratis, permutationi predicte in „forma petita consensum nostrum adhibe„mus, ipsamque ratificamus, & tenore „presentium confirmamus, ita tamen, quod „dictarum Schwaigarum proprietas apud „sæpedictum monasterium, & directum do„minium supradicte curie in Mauerkirchen, „arearum, & prediolorum predictorum pe„nes ecclesiam nostram Salzburgensem, „utile vero dominium apud Wernhardum, „& Fridericum fratres predictos, & eorum „heredes absque pensione, & omnibus qui„buslibet debeant perpetuo remanere. In „cujus rei testimonium presentes damus lit„teras sigilli nostri munimine roboratas. Da„tum, & actum Salzburge in die beati An„tonii. Anno Domini MCCC. & quinqua„gesimo.

„Wir Ortolf von Gottes Gnaden Erzbischoff „ zu Saltzburg, Legat des Stuels ze „Rom, verjehen offenbar an diesem Brüeff, „das wür mit unser lieben in Gott Eberhardes „Thomprobst, Gerhohes Dechants, und un„sern ganzen Capitels, Otten Apts, Andres „Prior des Convent da zu Sand Peter zu „Saltzpurch willen, und Gunst ainen Prun „in rören durch das Lueg, da die Alb durch„gehet, her von Weingarthen in unseren Hoff „gefihret haben, der vorgenannten Klöster „Rechten, und Gewohnheiten, die sie an den „vorigen Lueg, und Alben herbracht haben, „ewige Leihen an schaden, undt sollen gleicher „purde an des Perg Besserung mit ihnen tra„gen, dieweil wir die rören, und den Prun „führen, oder Nutzen wollten, was wir an „der Besserung an unseren rören, oder sie an „ihren Wasser theten, das von des Berges „wegen nichts wäre, das sollen wir an ihr, „undt sie an unser Hilff, undt schaden thuen, „und verhaissen infür uns, und unser Nach„kommen, ob sy ainen Schaden von den vor„genannten rören nammen, das wir, oder „unser Nachkommen, wan wir oder sy des „beweist werden in gar, und gänzlichen Ab„thuen sollen, und darüber geben wir in disen „offen Prüeff fir uns, und unser nachkom„men mit unseren anhangenten Insigel versigel„ten, der geben ist ze Salzpurch an Monntag „nach den brechentag nach Christi Geburth „dreizehenhundert Jar, darnach in dem finf „und finfzigsten Jar". Et ita in hodiernum usque diem observatur, quod expensæ, quæ crescentibus annis semper magis, & magis augentur, a tribus partibus circa annuam reparationem albulæ solvantur, videlicet ab archiepiscopali camera, a capitulo metropolitico, & a nostro monasterio.

IX. Anno 1356. pro restaurando monasterio a subditis colligendi subsidii facultatem concessit.

Sed neque tacendum, quod archiepiscopus Ortolphus exigente necessitate ad reparandum monasterium nostrum abbati Ottoni concesserit facultatem discretum aliquod subsidium a subditis suis colligendi, quæ facultas data fuit abbati nostro per litteras archiepiscopales patentes, in membrana scriptas, & sigillo archiepiscopali ex litteris pendulo roboratas, quas litteras etiamnum ad manus habemus in originali, ex quibus hanc genuinam copiam subnectimus.

VIII. Anno 1355. propter fluvium albulam favorabilem contractum iniit

Memorabilis etiam est contractus, quem Ortolphus archiepiscopus iniit cum Reverendissimo suo capitulo, & nostro monasterio sub abbate Ottone anno 1355. Postquam enim fontem ex fluvio albula, qui antea ad solum capitulum metropoliticum, & monasterium nostrum spectabat, ad curiam suam archiepiscopalem deduceret, obligavit se tertiam partem expensarum solvere mediantibus hisce litteris reversalibus, quas legimus in quodam manuscripto transsumptorum pag. 56. sequentis tenoris:

„Wir Ortolf von Gottes Gnaden Erzbischoff „ ze Saltzpurch, Legat des Stuels ze „Rom. Verjehen offenbahr mit disem Brüeff „das wür unseren lieben in Gott Otten Apten „datz Sand Peter ze Saltzpurch erlaubt ha„ben, und günnen, das er von allen seinen „Urbarleüthen in unser Herrschafft gesezzen ze „disem mal ein beschеüden newe Stewer nach „seiner Gewissen abgenehmen mag zu den Pau, „das er ietzu in seinen vorgenannten Closter „tut. Und entpfelhen allen unseren Richteren, „Amptlaüten, und andern unsern Pflegern, „wi di genannt sind, das si in daran fürdern, „und

„und nit gestatten, das in daran khain sein „Urbar Man ungehorsam seie, oder das ie„mand anders daran irre. Urkhund ditzs „Briefs, der geben ist ze Saltzpurch an Drei„tag nach Sand Pancrazii Tag nach Christi „Geburth dreizehen hundert Jahr, darnach in „dem sechs und finfzigisten Jahr. (L.S.)

Hucusque tenor litterarum, quas etiam per extensum adducit in suo chronico sub regimine Ortolphii archiepiscopi perillustris Dominus Franciscus Dickerus. Aliquam etiam hujus concessionis mentionem facit Marcus Hansizius, ut supra dictum n. II. ad finem.

X. Anno 1358. aliquam fundationem a sæpedicto abbate factam,

Non minus etiam idem DD. archiepiscopus Ortholphus anno 1358. aliquem ab Ottone I. fundatum anniversarium approbavit per litteras emanatas, quas infra adducemus. Fundavit ipse dominus abbas aliquem anniversarium pro se, & sua familia in capella beatæ Virginis in choro fratrum, qui tunc temporis ibi fuerat, ubi & sepulturam suam elegerat, pro qua fundatione dedit ad oblaiam nostram, quæ illo tempore habebat distinctos redditus, domum quamdam juxta ecclesiam parochialem sitam & quia istæ litteræ, quas erexit ipse Dominus abbas, sunt ad ædificationem, illæ etiam adduci merentur, prout leguntur in quodam manuscripto sign. n. 24. pag. 22. & 23.

„Otto Dei gratia abbas monasterii Sancti „Petri Salzburgens. Ordinis Sancti Be„nedicti omnibus in perpetuum. Quoniam „omnes morimur, & tanquam aque dilabi„mur super terram, sicque nihil incertius „hora mortis, sancta, & salubris est cogi„tatio hominibus in hoc mundi pelago flu„ctuantibus ordinare, & disponere, que „carnis debito persoluto orationum suffra„gia pro eorum peccatorum remissionibus, „& animarum remediis fundantur altissimo „creatori. Hac igitur consideratione cu„pientes de rerum transitoriarum affluentia „seminare in terris, quod reddente Domi„no cum multiplicato fructu recolligere de„beamus in celis, ut saltem aliqualis ope„rum nostrorum bonitas nos sequatur, do„mum unam in civitate Salzburgens. juxta „parochialem ecclesiam, & domum Chal„cholspergarii sitam, olim a quodam cive „Lantzingaio comparatam, & deinde ex „incendio ignis desolatam, ac postea reedi„ficatam, & diversorum possessorum ejus „manibus ad usus nostri monasterii finaliter „nunc reductam cum edificiis, hortis, & o„omnibus usibus, suis fructibus, juribus, & „pertinentibus, quesitis, & querendis quo„cunque nomine censeantur, de consilio, „consensu, & petitione dilectorum in Chri„sto Andree Prioris, & totius conventus „monasterii nostri supradicti, prehabito su„per hoc eis in capitulo tractatu diligenti, „& matura deliberatione, interveniente e„tiam consensu, & licentia Reverendi in „Christo Patris, & Domini nostri, Domini „Ortolfi venerabilis sancte ecclesie Salzpur„gensis archiepiscopi, apostolice sedis le„gati eisdem nostris fratribus, & conven„tui nobis semper diligendis considerantes „ipsorum vitam religiosam, conversationem „honestam, devotionis fervorem, ac alia „probitatis merita, quæ ipsis divino numi„ne suffragantur, pro speciali consolatione, „ac devotionis incitamento donavimus, ap„propriavimus, tradidimus, & assignavi„mus, ac liberaliter donamus, & assigna„mus presentibus ad ipsorum oblaiam com„munem perpetuo spectaturam. In cujus „quidem donationis recompensum, & gra„tam vicissitudinem dicti fratres nostri, no„strorumque progenitorum, benefactorum, „predecessorum, ac successorum, & omnium „fidelium remedio animarum anniversariam „diem nostram ex nunc in die S. Vincentii „martyris per vigiliam mortuorum cum no„ta in sero, & in crastino ejus missam de„functorum in mane super altare sancte Ma„rie Virginis in choro dicti monasterii nostri „juxta quod nostram elegimus sepulturam „cum ministris, & pulsatis campanis, affi„xis candelis quatuor ardentibus, & obser„vatis aliis solennitatibus consuetis exhibe„ri nostris predecessoribus, vel prelatis aliis „decantandum, devotione debita annis sin„gulis seperacturos perpetuo absque cujus„libet ministerii alterius, ad quod alias te„nentur, diminutione, & detrimento pro „se, suisque successoribus unanimiter pro„miserunt, ita tamen, quod si dies Sancti „Vincentii incideret in sabbatum, quo non „est solitum in sero vigilias, & missam de „functorum in dominica decantari, vel si „eadem die adesset funus tam solemne, „quod ipsi fratres illius exequias non possent „cum decentia evitare, aut si aliud legiti„mum impedimentum peragendi ea die di„ctum anniversarium occurreret, ex tunc „die proxime precedente, vel immediate „sequente diem sancti Vincentii dicti fra„tres memoratum anniversarium cum vi„giliis, missis, & aliis solemnitatibus de„bitis, ut premittitur, devote peragere de„bebunt occasione qualibet procul remota. „Hac etiam conditione, seu pena adjecta, „quod, quandocunque dicti fratres, & eo„rum successores predictas vigilias, & mis„sas, vel ipsarum aliquam, quod absit, „negligenter omiserint, ut superius est ex„pressum, ex tunc dicti fratres eo ipso ab „omni jure ipsis in prefata domo, vel ejus „pertinentiis competenti quomodolibet „absque alia juris, vel hominis sententia „cadant penitus, atque illo privati existant: „ipsaque domus cum suis pertinentiis ad „nos & successores nostros quoad possessio„nem, & proprietatem integraliter & libe„re revertatur, ad ipsos fratres ab inde nul„lo tempore reditura. In cujus rei testi„monium sigilla nostra, videlicet abbatis, „& conventus predictorum presentibus sunt „ap-

„appensa. Datum Salzburge in die S. Marga-
„rethe virginis anno Domini MCCCLVIII.„ Ex quibus litteris equidem patet, quod boni spiritus fuerit Otto I. hujus nominis abbas noster, attamen ejusmodi fundatio, & contractus, præsertim modernis temporibus, dum omnia monasterii bona & abbati, & conventui quoad jus proprietatis sunt communia, nullius plane esset ponderis, nec ullam, nisi arbitrariam, involveret obligationem.

XI. Idem altefatus archiepiscopus Ortolphus approbavit:

Stantibus tamen illis circumstantiis hanc fundationem altesatus archiepiscopus Ortolfus sequentibus litteris approbavit: „Ortolfus Dei gratia sancte Salzburgens. ecclesie archiepiscopus, apostolice „sedis legatus omnibus in perpetuum. Oblata nobis ex parte dilectorum in Christo „Ottonis abbatis, Andree Prioris, ac totius conventus monasterii sancti Petri Salzburg. Ordinis sancti Benedicti concors petitio continebat, quod cum inter eos super hoc in capitulo tractata diligenti, & matura deliberatione prehabitis, predictus abbas Otto domum unam in civitate Salzburgens. juxta parochialem ecclesiam, & domum Chalcholspergarii sitam, olim a quodam cive Lanzingaio comparatam cum suis pertinentiis quibuscunque predictis suis fratribus Priori, & conventui pro speciali consolatione liberaliter donasse ad ipsorum oblaiam perpetuo spectaturam, ipsique fratres in dicte donationis compensam, & gratam vicissitudinem pro predicti abbatis, suorumque progenitorum, predecessorum, successorum, & omnium fidelium remedio animarum anniversarium diem dicti abbatis ex nunc in die sancti Vincentii martyris per vigiliam mortuorum cum nota in sero, & in crastino ejus missam defunctorum in mane super altari sancte Marie Virginis in choro monachorum sancti Petri cum solemnitatibus consuetis exhiberi prelatis aliis decantandam, se peracturos perpetuo pro se suisque successoribus promisissent, prout ipsorum litteris patentibus hinc confectis plenius est expressum. Nos predicte domus donationem, ac etiam prelibati anniversarii peractionem modis omnibus & formis, quibus inter eos conventum & tractatum est, admittere, adprobare, & confirmare authoritate ordinaria dignaremur de gratia speciali. Cupientes igitur justis predictorum petentium votis annuere ad ipsorum commendandum in hoc parte proposito favore benevolo promovere predicte domus donationem, anniversarii peractionem, totiusque tractatus predicti conventionem cum universis capitulis, & clausulis suis sub modis, & formis in ipsorum expressis litteris roboramus, & admittimus, ac ipsis, sicut provide facte sunt, & inite inter eos, authoritate ordinaria tenore presentium confirmamus. Datum Salzburge prid. Id. augusti anno Domini MCCCLVIII.„ Hucusque litterarum archiepiscopalium tenor, quæ leguntur in vetusto manuscripto sign. n. 24. pag. 20. Litteras tamen originales nec de his, nec de illo hactenus vidimus.

XII. Et rursus anno 1361. aliqua bona a feudali obligatione liberavit.

Denique anno 1361. DD. Ortolphus archiepiscopus etiam aliqua bona ab obligatione feudali liberavit. Empta fuerunt, ut infra dicemus ad nostram oblaiam quatuor bona, seu prædia a Domino Hartneid de Chuchler præfecto tunc temporis in Ttitmoning, quæ bona vocabantur Vorsthueb, situm in Tallgeu, duo in Seidenfelden, & quartum vocabatuv Waitzing, quæ bona ab obligatione feudi liberata fuerunt per sequentes litteras, quæ in sæpecitato manuscripto n. 24. pag. 19. leguntur his verbis:

„Wir Ortolf von Gottes Gnaden Erzpischoff
„ze Saltzpurch, Legat des Stuls ze Rom.
„Verjehen offentlich mit diesem Brüeff umb
„drei Guet, die hernach geschriben sein, di un-
„ser getreuer Hartneid der Chuchler von uns,
„und von unseren Gotteshauß vor her ze Lehen
„gehabt hat, di er ze kauffen geben hat den
„Herrn Datz Sand Peter in in oblay, diselben
„Gut hat Er uns aufgesant bey unseren getreuen
„Chunraden den Chuchler seinen Prueder, die
„haben wir aufgenommen, und haben si geaig-
„net, und sir recht aigen bestätt den vorigen
„Herrn Datz Sand Peter, wan uns der vori-
„ge Hardneid der Chuchler aufgeben andere
„Guet, di sein aigen gewesen sind, und hat di
„von uns, und unseren Gottshauß ze rechten Le-
„hen empfangen, und sind daß di Chuet, di
„wir dem vorigen Herrn . . . Sand Peter
„geaignet haben in dem Gericht ze Tallgew,
„ein guet haist Vorsthueb, und zwai Guet
„das Saidenvelden in dem Gericht, das En-
„gendorf, ain guet haist Waitzing in dem Ge-
„richt, das halbenwang, ain Guet haist zint-
„ling. Urkhundt diz Brüeff, der geben ist an
„Sand Pauls Tag, als er bekhert ward an-
„no LXI.„ id est post annum MCCC. Atque hi sunt præcipui favores, quos a DD. Ortolpho archiepiscopo accepit abbas noster Otto I.

XIII. Sub hoc abbate diversæ factæ sunt a fidelibus fundationes.

Quandoquidem vero annorum octodecim spatio, quo temporis decursu, Otto, primus hujus nominis abbas rexit abbatiam, varia acciderunt notatu digna, factæ nimirum a fidelibus fundationes, bona cum aliis permutata, aut de novo comparata fuerunt, hinc etiam de singulis saltem in compendio agendum esse opus ducimus. Anno 1349. Ortel, seu Ortolph Aichamer vigore litterarum existantium in originali cum quatuor sigillis, quæ litteræ datæ sunt in die sancti Galli anno supradicto, fundavit anniversarium cum vigilia, & missa defunctorum, pro qua fundatione dedit ad oblaiam monasterii prædium Tall apud Halbenbeck prope Waging cum omnibus attinentiis. Anno 1352., ut testatur erectum instrumentum die ante festum S. Bartholomæi, Ulricus Chalcholsperger, ejus uxor, &

& omnes hæredes fundarunt anniversarium cum perpetuo lumine ad altare sanctorum apostolorum, pro qua fundatione dedit quatuor bona, seu prædia in Ensthal, quorum nomina sunt Then, Ober, & Niderhagmos cum Rynne, uti patet ex litteris fundationis, quas legimus. De anno 1358. exstant litteræ membraneæ cum duobus sigillis pendulis, per quas Udalricus Ochelhom, & Chunrad frater ejus fundant anniversarium pro defuncto Joanne Veslar, quondam parocho in Radtstadt, pro qua fundatione datum fuit monasterio prædium Reut in Jochberg. Per similes litteras eodem anno erectas, & duobus sigillis roboratas Christianus de Wens fundavit pro solatio defuncti Domini Joannis Veslar in capella sancti Spiritus perpetuum lumen, ob quam fundationem datum fuit prædium Brundenberg in Pinzgoia, quam fundationem etiam Archiepiscopus Ortolphus anno supradicto confirmavit. Anno 1361. fundavit quidam Martinus Spehar anniversarium, & perpetuum lumen, deditque monasterio duas libras pecuniarum ad prædium, dictum Walklein, prope Hallingam, item 75. libras ad Aigen in Empach. Fuit hic Martinus Spehar civis Salisburgensis, prout colligitur ex parvo instrumento membraneo erecto in die S. Michaelis anno supra dicto. Et istæ sunt præcipuæ fundationes, quas a fidelibus sub Ottone I. abbate nostro factas fuisse legimus, pro quibus etiam sive in toto, sive in parte post legitimam reductionem justa persolvuntur.

XIIII. Aliqua non minus bona permutata cum consensu anno 1347. & anno 1350.

Permutavit etiam Otto abbas noster pro majori utilitate, non tamen sine consensu archiepiscopali aliqua bona anno præsertim 1347. & anno 1350. Anno priori permutavit D. abbas cum Dominis de Chuchel prædium Visching vocatum apud Abbtsee, & accepit duo prædia in Pinzgeu, Hinterpurgl, & Daxlehen, vigore litterarum, quæ datæ sunt dicto anno ante festum sanctæ Magdalenæ, quæ leguntur in antiquo urbario Pinzgoviensi fol. 8., ubi etiam mox adjungitur confirmatio archiepiscopalis Ortolphi relatu digna, quæ ita habet:

„Wir Ortolf von Gottes Gnaden Ertzpischoff
„ze Saltzpurch, Legat des Stuels zu
„Rom. Verjehen offenbar an diesem Brüeff,
„das unser liebe in Gott Ott der Apt, Andree
„den Prior, und den Convent des Closters datz
„Sand Peter ze Saltzpurch einen ires Gotts-
„haus Hof genant Vischingen gelegen bey den
„Aptsee ausgewexelt habent mit unserem ge-
„treuen Chunraden, und Hartneiden Priedern
„von Chuchel um ein Guet ze Hinterpurgl, und
„um ein Guet ze Dachslehen, die gelegen sein
„in dem Pinzgau, di wir demselben Gottshaus
„datz Sand Peter von sondern Gnaden geaig-
„net haben: denselben Wexel bestätten wir in al-
„ler Maße, als ir Brüeff sagent, di si dariber
„gegen einander gegeben habent. Urkhund di-
„ses Brüeffs, der geben ist ze Saltzpurch an
„Sand Jacobstag in dem Schnitt nach Chri-
„stes Geburth dreizenhundert Jar, und dar-
„nach in dem siben, und vierzigsten Jar.„
Ita litteræ confirmantes. Similem permutationem interceſſisse circa bonum Hollenbach prope Hallam, dictum fuit supra n. VI., ubi etiam copiam litterarum confirmationis adduximus, quamvis ipsæ litteræ permutationis cum prædicto Domino Seibotto de Nopping ad nostras manus nondum pervenerint. Denique etiam D. abbas anno 1350. a nobilibus fratribus de Hader accepit duas Schwaigas in Pongovia pro curia Tettenbach apud Mayrkirchen, uti testantur litteræ de anno dicto die post festum natæ virginis: hanc ipsam autem permutationem approbatam fuisse ab Ortolpho archiepiscopo jam supra n. VII. a nobis relatum fuit.

XV. Et quædam nova monasterio variis annis adjecta, nec non aliis utiliter elocata.

Ut autem majorem adhuc sollicitudinem ostenderet bonus hic paterfamilias, Otto abbas, non pauca etiam bona de novo monasterio comparavit, nec non aliqua ad monasterii utilitatem ad censum locavit. Sic anno 1347. per emptionem ad monasterium venit prædium Rorach in Pongeu situm in parochia sancti Viti, quod Dominus abbas emit a Laurentio de Rorach cum consensu sui Domini directi Wulfingi de Goldek, prout testantur litteræ datæ feria tertia post festum sancti Urbani, & de domino directo consensus feria secunda post festum sancti Urbani. Anno 1350. empta fuit illa domus juxta parochialem ecclesiam a quodam cive Lanzingaio, de qua domo jam plura præmisimus n. X. Anno 1357. emptum fuit prædium Peunt in officio nostro Seekirchen prope sanctum Wolfgangum in præfectura Hittensteinensi a Domino Neunhofer vigore litterarum in die sancti Viti, anno ut supra, datæ. Anno 1359. emit Dominus abbas a Domino Chunrado de Chuchel tunc temporis capitaneo Salisburgensi quatuor prædia in Dirnberg pro 130. libr. nummorum Salisburgensium; nomina autem prædiorum sunt hæc: Voderramsau, Angerl, Vispeint, & molendinum bemernus testantibus litteris, quæ datæ sunt die mercurii nach den Brechentag anno prædicto. Rursus ad oblaiam nostram emitur prædium Madreit in Pinzgoia ab Ulrico, & Jacobo Senthoser: litteræ emptionis confectæ fuerunt in die sancti Georgii anno 1362. Anno præcedenti ad eandem oblaiam quatuor bona, de quibus jam n. XII. mentio facta fuit, empta fuerunt, quæ bona vocantur Vorsthueb, Seidenvelden, Waitzing, Zintling a Domino Hartneido de Chuchlern, tunc temporis præfecto in Tittmoning. Litteræ datæ sunt in die conversionis sancti Pauli anno jam allegato. Currente hoc anno pariter ad præposituram nostram Wiettingensem in Carinthia emptum fuit prædium Drumb, non procul ab ipsa præpositura dissitum, 13. marcis, a quodam Ulrico fabroferrario tenore litterarum, quæ datæ sunt anno 1361.

die ſancti Georgii. His emptionibus ab Ottone abbate factis adjungi etiam poſſunt non paucæ elocationes, quas utique non ſine monaſterii utilitate factas fuiſſe legimus in variis litteris exſtantibus: ſic anno 1349. conceſſit Dominus abbas Chunrado de Notleith, ejusque uxori hæreditario jure curiam Sprait cum omnibus appertinentiis ſpectantem ad officium noſtrum Spital pro annuo cenſu 10. Schillingorum libræ Salisburgenſis, & cum adjectis quibusdam conditionibus, uti probant litteræ reverſales, datæ ſupra dicto anno in die ſancti Gregorii. Anno ſequenti conceſſa fuit licentia Domino Hartnido de Chuchel aperiendi januam ex domo ſua in hortum noſtrum Trongarten, cum certis tamen interpoſitis conditionibus, quæ in litteris expreſſæ fuerunt ſub dicto anno 1350. in die S. Ægidii. Anno 1358. elocata fuit domus illa parochialis retro parochialem eccleſiam ſita Domino Friderico Schaltdorfer Parocho in Zell in valle Zilleriana pro annuo cenſu 3. librarum nummorum Salisburgenſium tenore litterarum in vigilia aſſumptionis B. V. Mariæ anno ut ſupra. Eodem anno elocatum fuit quoddam pomarium apud Rennpichl ſitum cuidam Friderico Vraunſtötter pro annuo cenſu 6. Schillingorum nummorum Salisburgenſium qui ſolvi debuerant in feſto translationis S. Ruperti, prout patet ex litteris datis feria ſecunda poſt feſtum S. Jacobi. Anno 1360. conceſſit Dominus abbas cum conventu cuidam civi Salisburgenſi Frizelchamlin propter varia ſervitia, monaſterio noſtro præſtita, & adhuc præſtanda, prædium noſtrum Fürberg, quod ſitum eſt in Pirgl apud Pors, certis tamen conditionibus, ut ſingulis annis ad feſtum translationis S. Ruperti 3. Schillingos nummorum Salisburgenſium, & pro ſteura 60. nummos, & octo nummos pro aliqua recognitione dare teneatur, & ſi ille anno omittat, debeat ſolvere anno ſequenti Schillingos decem, & ſi tertio anno neglexerit, tunc omne jus ad præfatum prædium amittat. Litteræ datæ ſunt feria tertia nach den Prechentag anno ut ſupra. Anno 1361. cum conſenſu abbatis cuſtos oblaiæ prædium quoddam Taching in officio Seekirchen conceſſit ad dies vitæ cuidam mulieri Elspet Ortolfs de Taching viduæ pro annuo cenſu unius libræ nummorum Salisburgenſium, ita, ut, ſi vel uno anno cenſum ſolvere omittat, cadat ab omni jure: ita teſtantur litteræ, quæ datæ ſunt anno dicto feria ſecunda nach den Prechentag. Eodem anno prædium Waizing in officio Seekirchen a monaſterio noſtro locatum fuit cuidam colono Geblein vocato ad dies vitæ pro annuo cenſu ad oblaiam noſtram, præſtando in feſto ſancti Georgii 3. Schillingorum nummorum Salisburgenſium cum gallinis & ovis, & ſi non præſtiterit uno anno, hoc ipſo jus ſuum amittat: litteræ reverſales erectæ fuerunt in feſto ſanctæ Luciæ. Atque hæc de potioribus emptionibus, & locationibus, quas nimirum Otto abbas non ſine monaſterii utilitate, vel ſaltem pro bono ſubditorum, tempore regiminis ſui abbatialis ſuſcepit, comparavit, & ratificavit: nec non univerſim de ipſius geſtis dicta ſufficiant. Neque etiam in particulari plura nobis conſtant, quam quæ ex ſcriptoribus noſtris antiquis non minus, ac recentioribus in limine n. I. & II. allegavimus. Obiiſſe anno 1364. uno anno ante archiepiſcopum Ortolphum, ſub quo omnes octodecim abbatialis regiminis annos conſumpſit, conveniunt omnes, diem autem obitus non legimus, bene autem locum ſepulturæ ante altare beatæ Virginis in crypta.

JOAN-

JOANNES II.
ABBAS AD SANCTUM PETRUM L,
AB ANNO 1364. USQUE AD ANNUM 1375.

I. Quamvis Joannes II. non prorsus æqualem laudem ferat cum anteceſſore ſuo Ottone I.,

Non æqualem laudis ſortem cum anteceſſore Ottone hujus nominis primo a ſcriptoribus noſtris adeptus eſt ſucceſſor Joannes hujus nominis II., cognomento dictus Roſſius, qui in locum defuncti anno 1364. ſucceſſit ex cuſtode oblaiæ noſtræ in abbatem electus. Quamvis antiqui chronici (quod eſt manuſcriptum K.) continuator ad annum 1364. de neo electo abbate Joanne adnotaverit, quod ille ſanctimonialibus monaſterii ſui bona muſicalia comparaverit, easdemque prima vice in cantu chorali informari fecerit, ad annum tamen 1375., ſeu poſt obitum hujus abbatis ſequentia in prædicto codice leguntur: „Anno domini milleſimo CCCLXXV. XIV. Kal. „febr. obiit Dominus Joannes Roſſes venerabilis abbas hujus monaſterii, pro quo „Dominus Otto Chalcholſperger hujus no„minis ſecundus canonice, & concorditer „eligitur nonas februarii. Hic invenit mo„naſterium in magnis debitis.„ Novioris chronici collector Dominus Martinus abbas in ſæpe citato manuſcripto R. in vita & actis Joannis II. hæc notat: „Iſte Joannes multa „debita contracta poſt ſe reliquit, ut ex qua„dam pergamena littera exſtante licet cer„nere.„ Et poſt pauca: „Quæ autem „cauſa tanti æris alieni faciendi fuerit, non „eſt aſſignatum. Urgentem autem, & ma„gnam certe aliquam neceſſitatem, quæ „abbatem tanta debita oppignoratis etiam „clenodiis contrahere compulit, interceſ„ſiſſe cogitandum eſt.„ Ita citati chronici collector. Genuinam tot debitorum contractorum cauſam, prout ex actis in ordine referemus, & ſimul benignam excuſationem allegat Dominus Albertus abbas in ſuo catalogo impreſſo pag. 51. inter alia de Joanne II. hæc referens: „Superſtite adhuc „Joanne, ait, controverſia exorta eſt inter „monachos S. Petri, & canonicos regula-

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

„res impedire volentes ſepulturam ad S. Pe„trum, parochianorum ſuorum, aliorum„ve abbati, ut prpprio Parocho non ſubje„ctorum. Lis denique Romam devoluta „eſt, ubi attentis monaſterii juribus, con„ſuetudine recepta, atque poſſeſſione actua„li hominum memoriam ſuperante ipſum „prævaluit. Joannes hic debita ſat ma„gna (forte neceſſitate compulſus ob litis „prænominatæ deductionem Romæ) con„traxiſſe notatur.„ Ita catalogus Albertinus. Satis eſt pro abbate noſtro Joanne hujus nominis ſecundo, ſi verum eſt illud, quod infra ipſius antiquam effigiem paucis verbis notatur: *Joannes abbas plus pietati, quam œconomiæ ſtuduit.* Satis eſt, quod fuerit ſollicitus vindex, & defenſor jurium monaſterii ſui; non enim ſua approbatione caret relatio hiſtoriæ Salisburgenſis, ubi ejusdem auctor Mezgerus pag. 476. ſequentia refert: „Ottoni anno 1364. defuncto per „electionem ſubſtitutus eſt Joannes dictus „Roſſius, monachus & cuſtos noſter ſanct„petrenſis, utilis in domo Dei œconomus; „ſub quo multa bona eccleſiæ S. Petri vel ob „debita, vel ob alias neceſſitates & poten„tiorum nonnunquam, ut illa tempora fe„rebant, occupante manu, alienata, ſum„mus Pontifex Urbanus V. mandato apoſto„lico deſuper dato præpoſito Salzburgenſi, „ſunt monaſterio reſtituta, licet non omnia. „Subnata, abbate Joanne, lis de ſepultura „inter Dominos canonicos metropoliticos, „& monachos ſancti Petri, illis neganti„bus, his aſſerentibus ſibi jus liberum reci„piendi omnes, qui ad S. Petrum tumulum „ſibi eligerent. Illis patrocinabatur jus „commune, his privilegium Conradi I. ex „antiquiori jure, & poſſeſſione deductum, „& hactenus conſuetudine firmatum. Lis „diu Salisburgi fuit ventilata, denique Ro„mam delata eum finem habuit, ut cœno„bio S. Petri integra ſteterit antiqua poſſeſ„ſio, & libertas, prout & hodie nemine „contradicente ſalva manet.„ Hæc auctor citatus de Joanne II., nos de ſingulis plura ſecundum ordinem, more hactenus recepto; & ſicut in actis reperiri potuerunt, agemus.

II. Multa tamen geſta notari merentur, & quidem primo, quod obtinuerit duplex mandatum de reſtituendis bonis;

Quamvis Joannes abbas, hujus nominis ſecundus, non prorſus æqualem laudem ferat cum anteceſſore ſuo Ottone I., attamen multa notari merentur, quæ ſub ipſius regimine ſpatio undecim annorum accidebant. Obtinuit ab Urbano ſummo Pontifice hujus nominis V., & a Gregorio XI. ſimilem confirmationem bonorum, & mandatum de bonis alienatis reſtituendis per bullas in originali exſtantes, ſicut ab Innocentio VI. prædeceſſor ipſius abbas Otto I.: mandatum autem in hac cauſa ad Dominum præpoſitum Salisburgenſem tanquam executorem a ſummo Pontifice directum ſequens eſt:

„Urbanus epiſcopus ſervus ſervorum Dei. „ Dilecto filio præpoſito eccleſie Salze„burgenſis ſalutem, & apoſtolicam benedi„ctionem. Ad audientiam noſtram perve„nit, quod tam dilecti filii abbas, & con„ventus monaſterii S. Petri Salzburgenſis „Ordinis ſancti Benedicti, quam prædeceſ„ſores eorum decimas, vineas, terras, „domos, gangrias, piſcarias, prata, pa„ſcua, ſtagna, lacus, nemora, minera, „molendina, redditus, poſſeſſiones, jura, „jurisdictiones, & quedam alia bona ipſius „monaſterii datis deſuper hoc litteris, con„fectis exinde publicis inſtrumentis, inter„positis juramentis, factis renunciationibus, „& penis adjectis in gravem ejusdem mona„ſterii leſionem, nonnullis clericis, & lai„cis, aliquibus eorum ad vitam, quibus„dam vero ad non modicum tempus, & „alias perpetuo ad firmam (*ſubintellige poſ„ſeſſionem*) vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, „quorum aliqui dicuntur ſuper his confirma„tionis litteras in forma communi a ſede a„poſtolica impetraſſe. Quia vero noſtra in„tereſt ſuper hoc de opportuno remedio pro„videre, diſcretioni tue per apoſtolica ſcri„pta mandamus, quatenus ea, que de bo„nis ipſius monaſterii per conceſſiones hu„jusmodi alienata inveneris illicite vel di„ſtracta, non obſtantibus litteris, inſtrumen„tis, renunciationibus, juramentis, penis, „& confirmationibus ſupradictis ad jus, & „proprietatem monaſterii legitime revocare „procures, contradictores per cenſuram ec„cleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, com„peſcendo. Teſtes autem, qui fuerint no„minati, ſi ſe gratia, odio, vel timore ſub„traxerint, cenſura ſimili, appellatione „ceſſante, compellas teſtimonium perhibe„re. Datum Viterbii VI. nonas octobris „pontificatus noſtri anno quinto.„ *Id eſt anno Chriſti* 1367. Rurſus ſimile reſcriptum emanavit a ſummo Pontifice Gregorio XI., datum ad Dominum Decanum eccleſiæ Salisburgenſis hiſce verbis:

„Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum „ Dei, dilecto filio Decano eccleſie „Salzburgenſis ſalutem in Domino: dile„ctorum abbatis, & conventus monaſterii „ſancti Petri Salzburgenſ. Ordinis S. Bene„dicti precibus inclinati preſentium tibi au„toritate mandamus, quatinus ea, que de „bonis ipſius monaſterii alienata invencris „illicite vel diſtracta, ad jus, & proprieta„tem ejusdem monaſterii legitime revoca„re procures, contradictores ejusdem mo„naſterii per cenſuram eccleſiaſticam appel„latione poſtpoſita compeſcendo. Teſtes au„tem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio, „vel timore ſubtraxerint, cenſura ſimili ap„pellatione ceſſante compellas teſtimonium „veritati perhibere. Datum Avenione XII. „Kal. Maji, pontificatus noſtri anno ſecun„do.„ Poſt hæc mandata apoſtolica fuiſſe quidem aliqua bona reducta ad monaſterium, dicemus infra in vita Ottonis II., qui rurſus ſimile mandatum a ſede apoſtolica impetravit.

Non

III. Secundo: quod sub ipsius regimine a fidelibus plures factæ fuerint fundationes:

Non paucæ sub hoc abbate Joanne II. a fidelibus factæ fuerunt fundationes, & quidem anno regiminis primo, id est 1364. duo fratres Hartnidus, & Petrus Teusinger dederunt ad oblaiam nostram unam libram pecuniæ, redditus annuos ex mercatura suæ domus in foro, hac intentione, ut singulis annis pro eorum defuncto fratre Chunrado Teissinger celebretur anniversarius circa festum S. Thomæ apostoli, de qua fundatione adsunt litteræ cum pluribus sigillis de anno supradicto. Notabilis etiam est fundatio, quam anno 1366. fecit D. Magister Joannes canonicus Passaviensis, Parochus ad sanctum Laurentium, & Cancellarius Salisburgensis, qui nobis dedit prædium in Dachebn situm in Pangovia, quod anno præcedenti a feudo archiepiscopali exemit archiepiscopus Ortolfus, tenore bini instrumenti, quod tam de fundatione, quam de exemptione legi & inseri meretur: litteræ fundationis ita habent:

„Ich Maister Hans der Chorherr zu Pazzau, „Pfarrherr ze Sand Laurentzen in dem „Murtzthall, und ze den Zeiten Cantzler des „Hofs ze Saltzpurch, vergihe, das ich angese„hen han die Treu, und Lieb, di mir di erba„ren Gaistlichen Herrn, Herr Hardnid Prior, „und der ganz Convent des Chloster detz Sand „Peter ze Saltzburg gezaigt habent, besonder„lich, datz sie mir versprochen habent mit irem „Brüeff ein ewigen Jartag mit Vigili, und mit „Mezz ze singen bei minen lemtigen Zeiten an „Sand Gertrauden Abent, oder den nächsten „Tag nach Sand Gerdruden Tag, und da„rumb hab ich in, und iren vorigen Gotteshaus „geben ewiglich ze besitzen, und ze nietzen ein „Gut haist in der Dacheben, gelegen in Sand „Veit Pfarr, datz dient acht Schilling Gelts „guet wiener Pfenning, datz ich gekauft han „von Hainrichen den Grafen, ze den Zeiten „Probsts ze Werfen, und das immer mein gue„diger Herr Herr Ortolf Ertzpischoff zu Saltz„burg im geaugnet hat, als sein Brüeff sagt, „den ich den vorigen Herrn auch darumb geben „kann, und dariber ze einen Urchund der War„heit gib ich in den Brüeff versigelt mit minem „anhangenten Insiegel, der geben ist an Sand „Matthey Abbentd anno LXVI.„ id est, ut tunc erat scribendi stylus MCCC.; hunc enim annum præsignificabant litteræ archiepiscopales Ortolphi, qui hoc sæculo, & illo tempore adhuc præfuit sedi Salisburgensi, anno nimirum 1365., quo anno hoc prædium sequentibus litteris exemit.

„Wir Ortolf von Gottes Genaden Ertzpischoff „ze Saltzpurch, Legat des Stuels zu „Rom, verjehen offenbar mit dem Brüeff, datz „wir durch vleitzig Pet, und getreier Dienst „willen, die unts untzer lieber in Gott Maister „Hans Chorherr in Pazzau, und ze den Zei„then Cantzler unsers Hofs zu Saltzpurch ge„tan hat, im geaignet habent lediglich, und „gentzlich das Guet auf den in dern Dacheben, „da Hainrich der Vogel aufgesezzen ist mit al„lem dem, datz daß zugehöret, wie daß ge„nannt ist, das von untz, und untser Gotts„haus zu Lehen ist gewesen, daß weilent Hans „der Pötsch, und darnach Hainrich der Graf „ze den Zeiten Propst ze Werfen von unts, und „von unserem Gottshaus zu Lehen gehabt ha„bent, und daß der vorige Maister Hans von „den egenannten Herrn den Grafen gechauft „hat, also das Wir die Lehenschaft lediglich „daran aufgeben haben, und mag der vorige „maister Hanß seinen Frum darmit geschaffen, „als mit seinen freuen aygen Guet, und dar„ber geben wir zu Urchund disen Brüeff versigle„ten mit unseren, und mit unseren getraien „Chunrads von Cuchel ze den Zeiten Haubtman „ze Saltzburg anhangenden Insigeln, der ge„ben ist des nächsten Tags nach Sand Phi„lipps, und Sand Jacobs Tag anno LX. „quinto„ nimirum supra MCCC. Rursus anno 1366. vigore prolixi instrumenti membranei etiamnum exstantis Dominus Chunradus abbas S. Pauli in Carinthia percelebri monasterio in valle Lavantina quondam religiosus professus in nostro monasterio, & ad prædictam abbatiam postulatus, dictus Neuhofer, fundavit in nostra ecclesia anniversarium pro se, suisque propinquis persolvendum, pro quo nobis ex sua hæreditate dedit curiam in Aygen in officio Abersee, & in præfectura Hittenstein, & litteræ datæ sunt dicto anno in die S. Georgii. De hoc Chunrado Neuhofer, in catalogo abbatum S. Pauli in Carinthia pag. 1206. histor. Salisb. sequentia leguntur: „Conra„dus II. Neuhofer e monasterio S. Petri as„sumptus in abbatem S. Pauli, disciplinam „bellorum injuria labantem reformavit, „claustri ædificium igne absumptum repara„vit, cum Tegernseensibus, Altachensi„bus, & Oberndorfensibus confraternita„tis fœdus iniit, mortuus anno 1301.„ Hæc catalogus: in quo tamen chronologia, si non forte in annis antecessoris Henrici II., & Udalrici II. error typi circa annum 1388. irrepsit, non bene respondet; nam litteræ originales Chunradum abbatem jam anno 1366. abbatem fuisse testantur, & in catalogo antecessorem Henricum anno primum 1388. obiisse legitur. His fundationibus etiam accedunt aliæ, quæ factæ fuerunt sub Joanne abbate; anno enim 1369. fundavit Wernherus Truchsatz in ecclesia nostra anniversarium proxime post festum B. V. M. nativitatis celebrandum cum vigilia, missa cantata, & quatuor candelis ardentibus, pulsu campanarum, pro quibus omnibus ad oblaiam nostram dedit prædium, Gasteig dictum, situm in officio Spital, & Judicatu Raschenberg. Eodem anno fundavit Joannes, Pirlar Parochus in Altenmildorf anniversarium in nostra, & monialium nostrarum ecclesia celebrandum, pro quo constituit dari ex quadam domo sua in Hallein annuatim unam libram nummorum nobis ad S. Petrum, & mediam libram monialibus, de qua fundatione exstant litteræ originales

datæ dicto anno in die S. Urbani. Anno 1371. fundavit Dominus Martinus Parochus sancti Cyriaci in Werfen anniversarium in utroque nostro conventu, & dedit quinque libras nummorum in quadam domo sua hic Salisburgi in Chai sita, vigore litterarum, quæ datæ sunt feria tertia post festum S. Margarethæ. Denique anno 1373. sub abbate Joanne ultimam fundationem unius anniversarii in ecclesia nostra ad S. Petrum peragendi ordinavit Gotfridus Fluschart Scriba capitanei Salisburgensis dando unam perpetuam libram nummorum Salisburgensium ex domo suo in Abbtgassen additis quibusdam conditionibus inter quas etiam una est, quod voluerit in nostro ambitu intra monasterium sepeliri. Et hæc de fundationibus.

IIII. Quod multa bona per emptionem monasterio comparaverit:

Ad non vulgarem laudem Joannis abbatis nostri pariter commendari meretur, quod quamplurima bona ad monasterii utilitatem sub ipsius regimine fuerint comparata. Anno namque 1365. tenore litterarum, quæ datæ sunt dominica post diem S. Jacobi emit Dominus abbas tria bona in Ensthall, dicta Vorihach, Prawinim, & Vialehen, nec non quadraginta nummos in Claus in Ensthall cum omnibus juribus, & utilitatibus a Nicolao Wenger pro quadraginta libris viennensium nummorum. Eodem anno a Domino Wilhelmo Alberto de Zuchthal emit jus emptitium, seu Kaufrecht in prædio Kitsch, quod est in præpositura nostra Wiettingana, pro 56. nummis seu Guldenpfenning, remittendo etiam eidem annuum censum quem a quatuor annis debuisset solvere. Instrumentum emptionis datum est feria secunda ante festum conversionis S. Pauli dicto anno. Iterum anno sequenti idem Dominus abbas comparavit pro Wiettinga aliquam Schwaigam, seu bonum aliquod a Grineberg a Nicolao Hornberger pro 40. libris bonorum nummorum Viennensium, ut patet ex litteris datis Frisaci in die S. Margarethæ: de hoc tamen bono, ejusque nomine his temporibus nihil constat, ut adeo verosimiliter ad alias manus pervenerit, vel quomodocunque permutatum fuerit. Anno 1367. ad oblaiam nostram emptum fuit prædium quoddam in aygen situm in judicatu Hittenstein, & in officio nostro Aberssee, quod annuatim serviebat sex schillingorum nummos: item ager dictus a possessore suo Vasolt, qui servit triginta, & unum nummos: item alius ager vocatus Plümel, serviens similiter id, quod ager præcedens. Ista bona empta fuerunt a Jacobo Atnat, ut testantur litteræ datæ supradicto anno in die Palmarum. Inter alias autem emptiones eo notatu digna est, quod anno præcedente, id est, anno 1366. dominus abbas emerit jus advocatiæ a nobili Domino Marchardo de Perchaim in illis bonis, & prædiis, quæ præfatus Dominus possessor habebat in Seekirchen; quæ emptio facta fuit cum consensu DD. Pilgrini archiepiscopi tunc regnantis cum certis conditionibus, prout patet ex litteris confirmationis etiamnum in originali exstantibus, & sigillo archiepiscopali pendulo sane miro artificio elaborato, & ceræ rubræ impresso roboratis, quarum tenor relatu dignus est. Titulus exterior ita habet: „Ain Bestätt Briefl des Chauffs „der Vogtay auff etlächen unseres Godtshaus „Güetern". Contextus in ipso diplomate, parvo quidem, sed membraneo, & authentico sic legitur:

„Wir Pilgrin von Gots Genaden Ertzbi-
„schoffs zu Saltzpurch, Legat des Stuels
„zu Rom verjehen öeffentlich mit diesem Brüeff,
„und thuen chund, das wür durch besonder Bet-
„te willen, unsern lieben in Gott Apt Johanns:
„und des Conventes des Gotshaus zu Sand
„Peter zu Salzpurch, und auch von besundern
„Genaden demselben Apt Johannsen, und dem
„Convent erlaubet haben zu chauffen von un-
„seren getreuen Marchtzanten von Perchhaim, di
„Vogtay, di er auf allen iren, und des Gottshaus
„zu Sand Peter Güetern, wie di genannt sint,
„gehabt hat, und di von untz, undt uuserem
„Gottshaus Lehen ist, mit allen Eren, Nu-
„tzen, und Gewohnhayten, di darzu gehören,
„wie sen genandt sint, und haben auch in, und
„ihrem Gotshaus denselben chauff bestattiget,
„und bestatten auch mit diesem Brüeff mit sol-
„cher Beschaidenhait, wenn wür, oder unsere
„Nachkommen dieselbe Vogtay von in, oder
„wer zu den Zeithen Apt zu sand Peter ist, chaufe-
„sen, und wieder ledigen wollen um so viel Gel-
„tes, als sen die von dem Perchhaimer gechaufft
„habent, des solle sen uns gunnen, und statt
„tun, und uns, oder unseren nachkommen di
„gentzlich zu lesen geben, an all widerred mit
„all nutzen, eren, und Gewonhayten, di darzu
„gehörent, als forgeschriben stet, wen, oder
„zu welcher Zeit in dem Jar, die von uns, o-
„der unserem Nachkommen an sie geforderd wirt.
„Urchunt diz Brüeff, geben zu Saltzpurch nach
„Christes Gepurd dreitzehenhundert Jar, dar-
„nach in dem sechs, und sechszigsten Jare, an
„Freitag vor aller heiligen Tage". Hucusque tenor confirmationis archiepiscopalis: ipsæ litteræ autem emptionis datæ fuerunt eodem anno an dem Abent unser lieben Frauen Schiedung, id est, decima quarta augusti. Denique etiam ultimis vitæ suæ annis, anno videlicet 1372. in officio Traunstein emit aliquod prædium Loo appellatum a D. Joannne Tachinger judice Traunsteinensi pro decem libris, & sexaginta nummis monetæ viennensis, quod tamen prædium rursus eodem anno locatum fuit pro annuo censu quinque schillingorum testibus litteris datis in die S. Viti. Iterum anno 1373. empta fuerunt duo bona in Lungau apud Mauttendorf pro 30. libris, & quatuor schillingis monetæ Viennensis, quæ tamen bona apud monasterium haud amplius exstant. Atque istæ sunt præcipuæ emptiones, quæ factæ sunt sub Joanne II. abbate, ejusque regimen posteritati dilaudant.

Quando-

V. Alia ad utilitatem monasterii locaverit, & permutaverit.

Quandoquidem vero etiam locationes, & permutationes bonorum in monasterii utilitatem cedunt, hinc etiam de illis, quæ sub Joanne abbate nostro acciderunt, breviter erit agendum; sic enim legimus, quod anno 1368. Dominus abbas locaverit Joanni Engelschalco, civi in Lauffen, decimas nostras in Heiningin pro annuo censu 20. schaffarum frumenti, & viginti de avena, nec non pro duabus partibus straminis, & hoc tantum ad dies vitæ testibus litteris reversalibus, quæ datæ fuerunt dicto anno in die S. Vincentii. Eodem anno intercessit quædam permutatio inter nostrum monasterium, & Dominum Ulricum Chalcholsperger, qui dedit nobis quandam domum cum horto in monte monachorum pro quodam prædio in Oberalm, quod a monasterio nostro accepit, tenore litterarum permutationis, quæ erectæ fuerunt in vigilia S. Bartholomæi. Anno 1369, recepit abbas noster Joannes rursus ad utilitatem monasteriii molendinum, vulgo Steinmüll, in suburbio Geigl situm, a quodam Laurentio pistore cum omnibus juribus, & utilitatibus, quod molendinum forte prius pro annuo censu habuerunt a monasterio, uti colligitur ex litteris, quæ in antiquo urbario Spital fol. 2. leguntur, & ita incipiunt: „Ich Laurentz der „Peckch Puriger zu Saltzpurch, min Hauß„fraw, und alle unsere erben, und nachkommen „vergehen, und tüen chunt oeffentlich an disem „Brüeff allen den, di in sehent, oder hörent „lesen umb die Stainmühl in der Geigl zu „Saltzpurch, di wür gehabt haben von unseren „Herren von Sand Peter zu Saltzpurch" ꝛc. ꝛc. Anno 1372. in die S. Britii prædium Loo in officio Traunstein supra dictum post emptionem jure vitalitio datum fuit cuidam subdito pro annuo censu quinque schillingorum. Anno eodem D. abbas locavit Domino Joanni de Liechtenstein de Nicolspurg p.t. Alberti archiducis Austriæ moderatori ad dies vitæ curiam nostram in Dornbach, quæ in litteris vocatur Hofmarch, quam locationem, ad dies vitæ tantum initam, confirmarunt duo sereniſſimi Austriæ archiduces Albertus, & Leopoldus datis desuper litteris.

VI. Specialiter, quod notabilem controversiam circa liberam sepulturam cum plebano Salisburgensi,

Verum, dum ita laborabat Dominus abbas pro monasterii emolumento tam spirituali, quam temporali (*plus enim fluduit pietati*, prout testantur antiqua monumenta, *quam œconomiæ*, quamvis & hanc non videatur neglexisse) sortem minus gratam experiri, & a qua haud dubie sine omni culpa sua ad contrahenda non vulgaria debita pro tuendis monasterii juribus, etiam invitus, præcipitari debuit. Nam anno 1368. non obstantibus clarissimis reservatis, & concordatis in diplomate Conradi I. archiepiscopi expressis, & authoritate pontificia confirmatis, plebanus quidam ecclesiæ parochialis Salisburgensis, cujus nomen ex reverentia subticemus, nescio, quo litium, & discordiarum Spiritu perductus antiquum jus sepulturæ nostræ impugnare cœpit, ita quidem, ut non sine scandalo funera, quæ ad nostrum monasterii cœmeterium deferebantur, publice fuerint impedita, & quasi per vim sublata. Nos longiorem telam hujus discordiæ, & exortæ inde graviſſimæ controversiæ consulto his tranquillis temporibus, quibus jus liberæ sepulturæ haud jam amplius, nisi in quibusdam casibus rariſſimis, qui ad rei substantiam non spectant, impugnatur, nonnisi synoptice referimus, ut aliqualis saltem hujus historiæ habeatur notitia. Postquam dicto anno, ut testatur instrumentum authoritate notarii erectum, restitutionem funeris delegatus monasterii petiit, respondit D. Plebanus, quod funus ablatum restituere non velit, sed potius omnes defunctos in suo cœmeterio sepelire intendat; circa hanc petitionem, responsionem, & protestationem dicto anno quarto mensis Junii erectum fuit instrumentum publicum membraneum exstans in originali, & roboratum cum sigillo sequenti testimonio: „Et „ego Dietmarus quondam Bietmari Bau„schingi clericus, Salzburgensis diœcesis, „authoritate imperiali notarius, qui præ„dictis, requisitioni, responsioni, protesta„tioni, ac omnibus & singulis præmissis di„ctis, ut præmittitur, fierent, & ageren„tur cum testibus prænotatis præsens inter„fui, eaque sic fieri vidi, & audivi &c". Præter hoc instrumentum, quod est primum, alia tria instrumenta membranea cum authoritate notarii fuerunt erecta, & per secundum die 24. mensis Junii eodem anno constitutus fuit procurator in causa appellationis contra Dominum Plebanum: per tertium appellatio fuit interposita ad sedem Romanam, per quartum insinuatio facta fuit, quod appellatum fuerit ad curiam Romanam. Quod autem jam prius instantia fuerit facta apud Reverendissimum DD. Pilgrinum tt: archiepiscopum, & ordinarium, eo minus dubitatur, quia exstat copia prolixi libelli supplicis a Joanne abbate ad altosatum DD. archiepiscopum cum multis querelis directi. An & quomodo illo tempore vel Salzburgi, vel Romæ hæc causa fuerit decisa, vestigium nullum exstat; verosimilius in pace hac controversia sopita fuit, cum ab affectu constet, nobis jus liberæ sepulturæ inviolatum permansisse usque ad alia tempora, de qua resuscitata lite sæculo sequenti in ordine fiet mentio, post cujus compositionem non minus penes monasterium nostri possessio stetit.

VII. Et rursus aliam anno 1370. cum D. Plebano in Hallein circa decimas composuerit.

Vix finita fuit, & ut non dubitamus amicabiliter composita controversia ratione sepulturæ cum D. Plebano Salisburgensis ecclesiæ alio anno 1370. suborta est cum Domino Plebano in Hallein, qui prætendebat decimas in Puech, Oberalm, & Campanif, quæ in certa quantitate spectabant, & etiamnum spectant ad monasterium. Fuit autem hæc lis composita per sequentes litteras

teras stylo admodum crasso, qui currenti fæculo correspondebat:

„Wir Joannes von Gottes Genaden Abpt, „Albrecht Prior, und aller Convent das „sand Peter ze Saltzpurch vergehen, und tuen „chunt offentlich mit dem Brüeff, das wür von „unsern, undt unsers Gotshaus wegen an ai„nen Tail, und Herrn Johanßen wegen Pfar„rer daz den Hallein an den anderen Tail, „etleich Mißhellung, und Stozz gehabt ha„bent von einen zehents wegen, den er meint „zu haben, und ze nommen von seiner Pfrünt „wegen in untzeren zehenten, di wir haben „bay der chirchen ze Alm, ze Puech, und ze „Campanif, undt von den unwraiten daselbs, „desselben chriegs sayn wir paiden halbs gan„gen hinder den Erwirtigen unrsern lieben „freind, und herrn herrn Friederichen ze Chiem„see, und hinder herr Ulrichen Pfarrer ze See„chirchen, hinder Chunraden Schraiber daz „dem Hallein, und hinder Gotfriden ze den „Zeiten unsern hällinger, gantzlich, und gar, „was sey dariber sprechen, das schollen und „wollen wir statt haben. Die habent nach Güe„ter Bedachtnuß gesprochen, daz der forge„nanndte herr hannß Pfarrer ze den Hällein, „noch sain nachchommen chainley recht haben „scholl, noch hat ichts zu nennen in den rechten, „Velden ze Alben, ze Puech, undt ze Cam„panif, nach was ze recht von alter zu den Vel„den ze Alben, ze Puech, undt ze Campanif, „nach was ze recht von alter ze den Velden da„selbs gehert auf den Trattveld, als wenig, „als auf den gesaten Velden, ob darauf ichts „gepauet wurd, es wer waitz, rocken, ger„sten, oder haber. Was aber anders darauf „gesäet wurd, es wer prein, harib, hanf, oder „welicherlai chlains Ding, das ist, das scholl „er daselb nemmen, als er anderswo nimmt, „und von alten her genommen hat, und was „ausserhalb der rechten Veld ist von Newrai„ten, oder auf der Gmain, da scholl der Pfar„rer das dritail nemmen, allerlai Traid, undt „alles, was da wird. Wurd aber ze chraing, „was die rechtern Veld waren, oder darzu ge„hört, da scholl man zunemmen die elteſten, „undt die pesten, die darum gesessen saind, undt „auch den vor alter gewißen ist, undt was die „darum sprechen, da scholl es pey beleiben, „und ze urchunt, das der spruch also geschehen „ist, undt ewiglich alzo statt beleiben scholl, ge„ben wür den vorgenanndten Pfarrer zu Hal„lein, und sinen Nachchommenden den Brüeff „versigelter mit unzerem ehegenanndten Abpt „Johanßen anhangenten Insigel, der geben „is des nächsten Tags nach sand Lamprechtstag „nach christi Gebürd iber dreitzenhuntert jar, „darnach in den drei undt sibentzigsten Jar".

Hæ litteræ ita leguntur in antiquo quodam urbario officii Weisenbach fol. 34. Atque his non tantum præcipua gesta abbatis nostri Joannis hujus nominis II., verum etiam totum monasterii nostri sæculum VIII. usque ad paucos annos concludimus, quos juxta ordinem ad longævum regimen Ottonis abbatis hujus nominis pariter secundi transferendos esse opportunius judicamus. Cæterum rexisse abbatiam per annos undecim, & obiisse Joannem nostum anno 1375. XIIII. Kalend. Febr. jam supra ex antiquo manuscripto, & chronico membraneo K. n. I. relatum fuit.

SÆCU-

SÆCULUM NONUM

AB ANNO 1382. USQUE AD ANNUM 1482.

OTTO II.

ABBAS LI.

AB ANNO 1375. USQUE AD ANNUM 1414.

I. Post synopticam actorum de Ottone II. ex manuscriptis, & auctoribus domesticis narrationem,

Si in nuce actorum Iliadem exponere volumus de Ottone abbate nostro hujus nominis II., sat provide nos acturos esse credimus, si primitus chronica nostra, manuscripta, & auctores domesticos consulamus, & quid illi posteritati in compendio reliquerint, id pariter & nos referamus fideliter, quibus præmissis ad specialia procedendum erit. Chronicon Domini Martini abbatis in MS. R., ex antiquis documentis collectum, sequentia refert in ordine abbatum: „Otto II. abbas, dictus Chalchol-„sperger, militis, seu equitis aurati, uti „nunc vocant, filius, monachus S. Petri „in abbatem dicti monasterii concordi o-„mnium voto est electus nonis Febr. anno „1375. Hic invenit monasterium magnis „debitis oneratum, quorum summa ad sex „millia florenorum ad minus taxabatur, ex-„ceptis usuris, & damnis, quorum summa „ad mille tt. excurrebat: quæ ipse postea „infra paucos annos per bonum regimen, „& providentiam Deo prosperante omnia „persolvit: insuper & alia multa bona pro „utilitate monasterii fecisse legitur. Fratri-„bus, & sororibus hujus monasterii ad ob-„laiam eorum plurima ad eorumdem susten-„tationem de abbatiæ proventibus, qui tunc „separati erant ab oblaia, contribuit, ve-„luti in speciali libro annotatum est. Im-„petra-

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

„petravit a Bonifacio IX. pro se, & suis „successoribus calices, patenas, vestimen- „ta sacerdotalia, aliaque ecclesiæ ornamen- „ta sui monasterii, & aliarum subjectarum, „& unitarum ecclesiarum benedicendi fa- „cultatem, litteræ super his datæ sunt 13. „Cal. Mart. 1396. Procuravit etiam in- „dulgentias septem annorum perpetuas ab „eodem Bonifacio IX. Comparavit ad Sa- „cristiam magnam crucem argenteam ha- „bentem puri argenti marcas triginta duas, „quæ omnibus computatis constitit quin- „gentas libras denariorum. Item imagi- „nem B. Mariæ Virginis habentem argenti „marcas novem, & constat septuaginta de- „nariorum libras. Item duas monstrantias „majores, quarum unam quadraginta octo „libris, alteram triginta tt. denariorum e- „mit. Similiter brachium argenteum 30 tt., „item curvaturam minoris baculi constant. „48. tt., & calicem pro missa publica 48. „libr. & alia plura. Pro ecclesia emit ta- „bulam cum Sarcophago, & imaginibus „inclusis super altare S. Crucis constan. 60. tt. „denariorum. Item organum magnum fieri „fecit de novo, ædificavit turrim ecclesiæ, „quæ omnibus computatis constabat plus „quam septingentas denariorum libras, & „alia plura, quæ pro ornatu ecclesiæ fieri „fecit". Hæc manuscriptum R. & rursus post alia, ad synopsin vitæ, & regiminis non immediate pertinentia, de dicto Ottone legitur". De Ottone II. abbate inter cætera retulerunt seniores hujus monasterii „Patres, quod quadam vice, uno ex fratri- „bus celebrante missam in altari SSS. Tri- „nitatis, in elevantione dominici corporis „viderit in manibus ipsius Sacerdotis ho- „stiam, & sub hostia puerulum pulcherri- „mum, & ideo devotione ductus circa idem „altare sibi sepulturam elegit. Obiit anno „Domini 1414. undecimo Kalend. Novembr. „postquam summa cum laude huic nostro „monasterio triginta novem annis præfuis- „set, sepultus ad dextrum latus altaris S. „Trinitatis in muro cœmetrii". Pauciori- bus verbis, sed in idipsum consentientibus describit regimen abbatiale, & merita sa- ne amplissima Dom. Albertus abbas in suo authentico, & anno 1646. impresso ab- „batum catalogo pag. 52. „Unanimi vo- „to, ait, post mortem Joannis eligitur in „abbatem Otto dictus Cacholsperger, mo- „nachus S. Petri, de quo multa laudabilia „habentur: nam ab onere æris alieni, quod „ad summam sex millium florenorum se ex- „tendebat, monasterium totaliter, idque „ob singularem in œconomia administranda „industriam, & dexteritatem intra paucos „annos liberavit; crucem argenteam 32. „marcarum, imaginem divæ Virginis 9. „marcarum, aliaque multa ad sacram su- „pellectilem pertinentia, quæ in antiquis „annalibus speciatim enumerantur, fieri ex „argento curavit; organum notabilis ma- „gnitudinis, sumptibus suis factum, tem- „plo imposuit; turrim ecclesiæ in majorem „altitudinem erexit, aliaque plura constru- „xit pro ecclesiæ ornatu, & monasterii com- „moditate. Impetravit privilegium a Bo- „nifacio IX. PP. pro se, suisque succesio- „ribus consecrandi, & benedicendi calices, „patenas, vasa sacra, aliaque sacerdota- „lia & ecclesiastica indumenta, & ornamen- „ta, anno MCCCLXXXXVI. Calend. Mar- „tii, obtinuitque a Papa Joanne XXIII. con- „firmationem omnium libertatum, & im- „munitatum monasterii, cujus & redditus „non parum ampliavit, emptis a D. Jaco- „bo de Turn anno MCCCLXXXXIX. vi- „ginti duobus colonis: & cum rexisset ec- „clesiam S. Petri feliciter annis XXXIX., „obiit anno MCCCCXIIII. undec. Calend. „Novembris, sepultus ad dextrum latus „altaris Trinitatis in muro cœmeterii". Hæc supradictus impressus catalogus, ex quo, sicut ex aliis antiquioribus manuscriptis suam quoque hausit notitiam historiæ Salis- burgensis auctor, noster Mezgerus, qui in suo opere pag. 476. ad finem Cap. XXXV. Lib. IV. hæc de nostro abbate præsenti no- tavit. „Post mortem Joannis anno 1376. „ex Cacholspergeriorum nobili tunc familia „ortus ad claves S. Petri pervenit. Is mul- „ta gessit præclare, & laudabiliter: inpri- „mis æs alienum ab antecessoribus contra- „ctum expunxit, ædificia ecclesiæ, & cœ- „nobii partim restauravit, partim auxit, „organum novum templo imposuit, turrim „altius eduxit, sacrarium sacra supellectile „pretiosa decenter instruxit, & cum tanta „procurraret, emptis insuper novis colonis „redditus domesticos ampliores fecit. Tan- „tum potuit industria, & dexteritas optimæ „œconomiæ. Impetravit a Bonifacio IX. „Papa, pro se, suisque successoribus facul- „tatem consecrandi vasa sacra, breve da- „tum est anno 1396; demum, cum in an- „nos 39. felix & prudens regimen produ- „xisset, anno 1414. e vita migravit, reli- „cto suo non modico sui desiderio. Sepul- „tus ad dextrum latus altaris SSS. Trinita- „tis in ecclesia S. Petri majori requiescit". Hæc Mezgerus, quem etiam præivit per- illustris D. Dückerus in sua historia pag. 193. pariter laudabilem referens mentionem de Ottone abbate monasterii nostri hujus no minis secundo.

II. Proceditur ad specialia: & quidem I. quod anno 1376. a Gregorio XI. per legatum confirmatio- nem in sua abbatia.

Constat jam in genere ex hac synoptica actorum descriptione, quam suppeditant manuscripta nostra domestica, nec non au- ctores probati, typis impressi, quis fuerit Otto II. abbas noster, quod annis abbatiam rexerit, quam multa pro monasterii bono, & presertim pro ornamento ecclesiæ præ- stiterit, ut adeo dignum, & justum sit ad specialia procedere, quo anno quælibet actitata fuerint, exponere, & quæ me- moria digna sunt, litteris, & documentis roborare. Nos primo loco ea privilegia, & singularia beneficia in medium afferen- da esse censemus, quæ Dom. Otto abbas noster

noſter a quibusdam ſummis pontificibus, Ducibus Auſtriæ, & Archiepiſcopis Salisburgenſibus variis annis accepit. Vivebat, & protrahebat annos abbatialis regiminis ſub ſeptem ſupremis eccleſiæ capitibus, nimirum ſub Gregorio XI., Urbano VI., Bonifacio IX., Innocentio VII., Gregorio XII., Alexandro V., & Joanne XXIII., ex quibus a ſanctiſſimo Patre Gregorio XI., Urbano VI., Bonifacio IX., & Alexandro V. per bullas ſequentes accepit jurium noſtrorum confirmationes, privilegia, & licentias, & quidem I°, quod a Gregorio XI. per miſſum in germaniam nuncium apoſtolicum confirmationem in ſua abbatia, exemplo in precedentibus, & poſterioribus temporibus plane inuſitato, acceperit; quod anno 1386. ab Urbano VI. bullam privilegia noſtra confirmantem, anno 1396. licentiam conſecrandi calices, & patenas a Bonifacio IX., & bullam bonorum alienatorum revocatoriam ab Alexandro V. obtinuerit. Miſſus fuit illo tempore a ſummo Pontifice Gregorio XI. aliquis legatus apoſtolicus, ut omnes prælatos eccleſiæ, qui minus canonice fuerunt electi, aut omnino per ſymoniam ingreſſi, abſolveret, & in ſua dignitate ſtabiliret. Noſter Dom. abbas ſine ulla cauſa ex nimia conſcientiæ teneritudine ductus, præſertim, quod ipſius electio non fuerit ſedi Romanæ inſinuata, & ab eadem confirmata, quamvis memoria hominum ſciatur, id nunquam fuiſſe factum, attamen ſe nuncio apoſtolico ſtitit, & pro majori ſecuritate confirmationem petiit, quam & cum multis elogiis obtinuit, uti teſtantur litteræ originales membraneæ grandes de anno 1376., in quibus litteris ipſemet nuntius apoſtolicus fatetur, quod in ipſius electione nullam culpam invenerit, neque unquam conſuetum fuerit, ullam electionem abbatis S. Petri fuiſſe inſinuatam ſedi apoſtolicæ, aut ab hac confirmatam, *quia tamen*, ſunt verba formalia, *timere culpam, ubi non eſt, eſt mentium optimarum, idem dictus Otto nobis humiliter ſupplicavit*, ut nimirum diſpenſari poſſit, & in ſua dignitate confirmari, quæ confirmatio etiam per patentes litteras ſecuta fuit, & in forma inſtrumenti roborata anno 1376. vigeſima ſecunda Maji.

III. Ab Urbano VI. anno circiter 1385. bullam contra turbatores bonorum per judices conſtitutos,

Memorabiles ſunt etiam litteræ originales membraneæ ab Urbano VI. ſummo Pontifice, anno pontificatus ſui ſeptimo, id eſt 1384. vel 1386. emanatæ, quarum vigore judices conſtituuntur contra turbatores, & invaſores bonorum noſtrorum, atque ut illa, ſi alienata fuerint, denuo reſtituantur. Tenor bullæ ſequens eſt:

„Urbanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, „dilectis filiis abbati monaſterii S. E„merani Ratisponenſ., & Patavienſ. & S. „Bartholomæi Fryſacen. Salzburgenſis die„ceſis, decanis eccleſiarum ſalutem, & a„poſtolicam benedictionem. Militanti ec„cleſie licet immeriti diſponente Domino „preſidentes circa curam eccleſiarum, & „monaſteriorum omnium ſolertia reddimur „indefeſſa ſolliciti, ut juxta debitum paſto„ralis officii eorum occurramus diſpendiis, „& profectibus divina cooperante clementia „ſalubriter intendamus. Sane dilectorum „filiorum abbatis, & conventus S. Petri Sal„zeburgen. Ordinis S. Benedicti conqueſtio„ne percepimus, quod nonnulli archiepiſ„copi, aliique eccleſiarum prelati, & cle„rici, ac eccleſiaſtice perſone tam religio„ſe, quam ſeculares, nec non Duces, Mar„chiones, comites, Barones, nobiles, mi„lites, & laici communium civitatum, uni„verſitates oppidorum, caſtrorum, villa„rum, & aliorum locorum, & alie ſingu„lares perſone civitatum, & dieceſ., & alia„rum partium diverſarum occuparunt, & „occupari fecerunt caſtra, villas, & alia lo„ca, terras, domos, poſſeſſiones, jura, & „jurisdictiones, nec non fructus, cenſus, „redditus, & proventus dicti monaſterii, „& non nulla alia bona mobilia, & immo„bilia, ſpiritualia, & temporalia & abba„tem, & conventum, & monaſterium pre„dictos ſpectantia, & ea detinent indebite „occupata, ſeu ea detinentibus preſtant au„xilium, conſilium, vel favorem. Nonnulli „etiam civitatum, & dieceſ., & partium „predictarum, qui nomen Domini in va„cuum recipere non formidant, eisdem ab„bati, & conventui ſuper dictis caſtris, „villis, & locis, aliis terris, domibus, poſ„ſeſſionibus, juribus, & jurisdictionibus, „nec non fructibus, cenſibus, redditibus, „& proventibus eorumdem, & quibuscun„que aliis bonis mobilibus, & immobilibus, „ſpiritualibus, & temporalibus, & aliis „rebus ad abbatem, & conventum, ac mo„naſterium predictos ſpectantibus multipli„ces moleſtias, & injurias inferunt, ac ja„cturas. Quare abbas, & conventus pre„dicti nobis humiliter ſupplicarunt, ut, cum „eisdem valde reddatur difficile pro ſingu„lis querelis ad apoſtolicam ſedem habere „recurſum, providere eis ſuper hoc paterna „diligentia curaremus. Nos igitur adver„ſus occupatores, detentores, preſumpto„res, moleſtatores, & injuriatores hujus„modi illo volentes eisdem abbati, & con„ventui remedio ſubvenire, per quod ipſo„rum compeſcatur temeritas, & aliis adi„tus cemmittendi ſimilia precludatur, diſ„cretioni veſtre per apoſtolica ſcripta man„damus, quatenus vos, vel duo, aut unus „veſtrum per vos, vel alium, ſeu alios, „etiamſi ſint extra loca, in quibus deputa„ti eſtis, conſervatores, & judices abbati „& conventui ac monaſterio predictis effi„cacis defenſionis preſidio aſſiſtentes, non „permittatis eosdem ſuper his, & quibus„libet aliis bonis, & juribus ad abbatem, „& conventum, ac monaſterium predictos „ſpectantibus ab eisdem, vel quibusvis a„liis indebite moleſtari, vel eis gravamina, „ſeu

„seu damna, vel injurias irrogari, facturi „dictis abbati & conventui, cum ab eis vel „procuratoribus suis, seu eorum aliquo fue„ritis requisiti de predictis, & aliis personis „quibuslibet super restitutionibus hujusmodi „castrorum, villarum, terrarum, & alio„rum locorum, jurisdictionum, jurium, & „bonorum mobilium, & immobilium red„dituum quoque, & proventuum, & alio„rum quorumcunque bonorum, nec non „de quibuslibet molestiis, injuriis, atque „damnis presentibus, & futuris, in illis „videlicet, que judicialem requirunt inda„ginem summarie, & de plano sine strepi„tu, & figura judicii, in aliis vero, prout „qualitas eorum exegerit, justicie comple„mentum occupatores, seu detentores, „præsumptores, molestatores, ac injuria„tores hujusmodi, nec non contradictores „quoslibet, & rebelles cujuscunque digni„tatis, status, ordinis, vel conditionis ex„stiterint, quandocunque, & quotiescun„que expedierit, auctoritate nostra, per „censuram ecclesiasticam, appellatione post„posita, compescendo, invocato ad hoc, si „opus fuerit, auxilio brachii secularis. „Non obstantibus tam felicis recordationis „Bonifacii Pape VIII. predecessoris nostri, „in quibus continetur, ne aliquis extra „suam civitatem, & diecesim, nisi in certis „casibus, & in illis ultra unam dietam a „fine sue diecesis ad judicium evocetur, „seu, ne judices, & conservatores a sede „deputati predicta extra civitatem, & die„cesin, in quibus deputati fuerint, contra „quoscunque procedere, sive alii, vel aliis „vices suas committere, aut aliquis ultra „unam dietam a fine diecesis eorumdem „trahere presumant, dummodo ultra duas „dietas aliquis auctoritate presentium non „trahatur, seu, quod de aliis, quam de „manifestis injuriis, & violenciis, ac aliis, „que judicialem indaginem exigunt, penis „in eos, si secus egerint, & in id procu„rantes adjectis conservatores se nullatenus „intromittant, quam aliis quibuscunque „constitutionibus a predecessoribus nostris „Romanis Pontificibus tam de judicibus „delegatis, quam de conservatoribus, quam „personis ultra certum numerum ad judi„cium non vocandis, aut aliis editis, que „nostre possent in hac parte jurisdictioni, „aut potestati, ejusque libro exercitio quo„modolibet obviare. Seu si aliquibus com„muniter vel divisim a predicta sit sede in„dultum, quod interdici, suspendi, aut ex„communicari, aut extra vel ultra certa lo„ca ad judicium evocari non possint, per „litteras apostolicas non facientes plenam, „& expressam, ac de verbo ad verbum de „indulto hujusmodi, & eorum personis, lo„cis, ordinibus, & nominibus propriis „mentionem & qualibet alia dicte sedis in„dulgentia generali, vel speciali, cujus„cunque tenoris existat, per quam presen„tibus non expressam, vel totaliter non in„fertam nostre jurisdictionis explicatio in „hac parte valeat quomodolibet impediri, „& de qua cujusque toto tenore de verbo „ad verbum in nostris litteris habenda sit „mentio specialis. Ceterum volumus, & „apostolica auctoritate decernimus, quod „quilibet vestrum prosequi valeat articulum, „etiam per alium inchoatum, quamvis i„dem inchoans nullo impedimento canoni„co fuerit impeditus, quicunque sit, vo„bis, & unicuique vestrum in premissis o„nibus, & eorum singulis ceptis, & non „ceptis presentibus & futuris perpetua po„testas, & jurisdictio attributa, ut eo vigo„re, eaque firmitate positis in premissis o„mnibus ceptis, & non ceptis presentibus „& futuris, & pro predictis procedere, ac „si predicta omnia & singula coram vobis „cepta fuissent, & jurisdictio vestra, & cu„juslibet vestrum in predictis omnibus & „singulis per citationem, vel modum alium „perpetuata exstitisset constitutione predi„cta super conversatoribus, & alia qualibet „in contrarium edita non obstante presenti„bus post quinquennium minime valituris. „Datum apud castrum civitatis---XIIII.Kl. „Decembr. pontificatus nostri anno se„ptimo". (L.S.)

„De Montella.

IIII. Et a Bonifacio IX. nec non ab Alexandro V. alios favores obtinuerit:

Non minus etiam referri merentur duæ bullæ, una a Bonifacio IX. & una ab Alexandro V. per primam obtinuit Dominus abbas facultatem benedicendi calices, & sacra ornamenta, per alteram conservantur jura monasterii, & constituitur judex, ut si aliqua bona alienata fuerint, rursus restituantur. Hæc secunda bulla adest in originali, prima vero in copia, quia bulla originalis missa fuit Romam in quadam causa anno 1710. ventilata: hujus tenor est sequens:

„Bonifacius episcopus, servus servorum „Dei dilecto filio abbati monasterii S. „Petri Salisburg. ordinis sancti Benedicti sa„lutem & apostolicam benedictionem. Sin„ceræ devotionis affectus, quem ad nos, & „Romanam geris ecclesiam, promeretur, ut „petitiones tuas, quantum cum Deo possu„mus, ad exauditionis gratiam admitta„mus. Hinc est, quod nos tuis, & di„lectorum filiorum conventus tui monaste„ri in hac parte supplicationibus inclinati, „ut tu, & successores tui abbates ipsius mo„nasterii pro tempore existentes, calices, „patenas, vestimenta sacerdotalia, & alia „ornamenta ecclesiastica ad monasterium „predictum ac Prioratus, & loca alia eccle„siastica ab eodem monasterio dependentia, „vel ei unita, aut alias subjecta pertinentes, „seu pertinencia non benedicta benedicere „libere, & licite valeatis, quibuscunque con„stitutionibus apostolicis contrariis nequa„quam obstantibus, tibi & ipsis successori„bus auctoritatate apostolica tenore presen„tium indulgemus; nulli ergo omnino ho„minum

„minum

„minum liceat hanc paginam noſtre con-
„ceſſionis infringere, vel ei auſu temerario
„contraire. Si quis autem hoc attentare
„preſumpſerit, indignationem omnipoten-
„tis Dei, & beatorum apoſtolorum Petri,
„& Pauli ſe noverit incurſurum. Datum
„Romæ apud S. Petrum 13. Calend. Martii,
„pontificatus noſtri anno ſeptimo". Id eſt circiter 1396.

N. de Fregona. „Jo. de Lyns.

Bulla autem Alexandri V. Summi Pontificis, per quam Dom. Decano Salisburgenſi datur mandatum in ſavorem monaſterii in vindicandis bonis alienatis ita legitur de verbo ad verbum:

„Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum
„Dei: Dilecto filio decano eccleſie Sal-
„zeburgens. ſalutem, & apoſtolicam bene-
„dictionem. Ad audientiam noſtram per-
„venit, quod tam dilecti filii, abbas, &
„conventus Sancti Petri Salzeburgens. or-
„dinis ſancti Benedicti, quam predeceſſo-
„res ipſorum, qui pro tempore fuerint, de-
„cimas, cenſus, redditus, terras, poſſes-
„ſiones, domos, vineas, caſalia, prata,
„paſcua, nemora, molendina, jura, ju-
„risdictiones, & quædam alia bona ipſius
„monaſterii datis ſuper hoc litteris, con-
„fectis exinde publicis inſtrumentis, inter-
„poſitis juramentis, factis renunciationi-
„bus, & penis adjectis in gravem ipſius
„monaſterii leſionem nonnullis clericis, &
„laicis aliquibus eorum ad vitam, quibus-
„dam vero ad non modicum tempus, &
„aliis perpetuo ad firmam, vel ſub cenſu
„annuo conceſſerunt, quorum aliqui dicun-
„tur ſuper his confirmationis litteras in for-
„ma communi a ſede apoſtolica impetraſſe.
„Quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de op-
„portuno medio providere, diſcretioni tue
„per apoſtolica ſcripta mandamus, quate-
„nus ea, que de bonis ipſius monaſterii per
„conceſſiones hujusmodi alienata invene-
„ris illicite, vel diſtracta. Non obſtanti-
„bus litteris, inſtrumentis, juramentis, re-
„nunciationibus, penis, & confirmationi-
„bus ſupradictis ad jus, & proprietatem
„ejusdem monaſterii legitime revocare pro-
„cures. Contradictores per cenſuram ec-
„cleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, com-
„peſcendo. Teſtes autem, qui fuerunt no-
„minati, ſi ſe gratia, odio, vel timore
„ſubtraxerint, cenſura ſimili, appellatio-
„ne ceſſante, compellas veritati teſtimo-
„nium perhibere, datum piſtorii II. Non.
„decembr., pontificatus noſtri anno primo. Id eſt anno 1409.

Loc. Sigilli plumbei penduli, in quo ex una parte ſunt effigies ſanctorum Petri, & Pauli, ex altera autem parte Alexander PP. V. Poſt hoc mandatum Dominus Decanus Salisburgenſis, ut infra dicemus, ad executionem proceſſit, & aliqua etiam bona iterum revocata fuerunt.

V. Secundo: quod eidem abbati Leopoldus Dux Auſtriæ anno 1378. licentiam colligendi ſteuras Wiettingæ,

Secundo: Dom. abbas noſter Otto II. gratias, & favores a quibusdam ducibus auſtriæ ſuit expertus, nam Leopoldus dux auſtriæ, dictus probus, & hujus nominis III. anno 1378. eidem Dom. abbati aſſiſtebat in colligendis quibusdam Wiettingæ neceſſariis ſteuris, qua de cauſa duas litteras dirigebat ad ſuum caſtellanum in caſtro Oſterwitz in Carinthia, quæ litteræ veroſimilius in originali ad nos non pervenerunt, utpote ad nos non immediate directæ, leguntur tamen in authentico libro variarum copiarum, quæ ſcriptæ fuerunt ſub Ottone II. ubi fol. 7. duæ ejusmodi litteræ inſertæ ſunt, & hunc tenorem habent:

„Wir Leupolt von Gottes Genaden, Her-
„zog ze Oeſterreich, ze Steier, ze
„Karntden, und ze Krain, Graf ze Tiroll,
„erbiethen untſerem getreien, lieben Niclaſen
„den Schenken von Oſterwitz untſer Genad,
„und alles guet. Als wir den erbahren, und
„gaiſtlichen dem Apt ze ſand Peter ze Saltz-
„purch erlaubt habent, ein genannt Summ
„Gelts ze nemmen von ſeinen Laithen ze Wiet-
„tinge, dariber wir Vogt ſain, und dets er
„ze Hilf, und ze Steier woll bedarf, empfel-
„chen wir dir, und mannen ernſtlich, dats
„du ſi diſelben Steier geben, und richten haitzeſt
„an alles verzichen, in all Weiſe, als wir vor
„Brüeff darumb gegeben haben, weliche aber
„dets nit gehorſam weren, dats du di detzue
„nóteſt von unſeren wegen. Geben ze Wien
„an Sunntag vor unſer frauen Tag ze Liecht-
„meß anno LXXVIII." His ſubnectuntur aliæ ſimiles litteræ in eodem loco.

„Wir Leupolt von Gottes Genaden Herzog
„ze Oeſterreich ꝛc. entbiethen unſeren ge-
„treien lieben Niclaß dem Schenken von Oſter-
„witz unſer Genad, und alles guet; wir em-
„pfehlchen dir, und wellen ernſtlich, welich
„Laith ſich aus der Vogtai ze Wiettingen hin-
„ter ander Herrn vertaydingt habent, dats du
„mit den ſchaffeſt, das ſi unverzigentlich di
„thaydung ablaſſen, und wider gen Wiettin-
„gen warten, und dienen, als vor, welich der
„wider weren, daß du di darzu nóteſt, wan
„wir woll unterwaiſet ſain, das unſer lieber
„Herr, und Vater Herzog Albrecht ſälig vor-
„mallin in der Landt ze Kärndten mundlaut
„verbotten hat. Geben ze Wien ꝛc." Ut ſupra.

VI. Albertus autem, & Wilhelmus duces auſtriæ certam vini quantitatem ſine telonio evehendam conceſſerint,

In eodem copiarum libro, ſub Ottone II. abbate conſcripto, leguntur duæ litteræ conceſſionis, per quas Albertus Dux auſtriæ anno 1394. & Wilhelmus ſucceſſor, dictus animoſus, anno 1396. prædicto abbati certam vini quantitatem ſine ſolutione telonii evehendam conceſſerunt. Damus tenorem litterarum, & primo quidem de Alberto:

„Wir Albrecht von Gottes Genaden Herzog
„ze Oeſterreich, ze Stafer, ze Kerndtn,
„end ze Krain, Graue ze Tyroll ꝛc. entbiethen
„unſeren getreien allen untſeren Mauthnern,
„und ander untſern Ambtlaithen, den diſer

„Brüeff wirt gezaiget, untſer Genad, und „alles guet. Wir haben den gaiſtlichen Lai„then, dem Apt, und dem Convente dats „ſand Peter ze Saltzpurch erlaubt, und gegun„net dits gegenwertigen vir und neinzigſten „jars ſibentzig dreiling weins hinauf gen Saltz„purch durch unſer Lande ze ihrer ſelb notdürft, „und ſpeiſung ze füren, darumb ſchaffen wir „Eu, und wellen ernſtlich, dats ier ſi di alſo „fray, und an all ander irrung laſſet für firen. „Geben ze ſand Gilgen an Eberſee bai ſand „Wolfgang an ſambſtag nach unſer frauen „Tag nativit. anno Domini MCCCLXXXX. „quarto". Ita habet tenor litterarum Alberti ex domo habſpurgica, hujus nominis tertii, qui anno ſequenti fatis conceſſit. Litteræ autem Wilhelmi ſucceſſoris eundem ferme ſenſum continent his verbis:

„Wir Wilhalm von Gottes Genaden Hertzog „ze Oeſterreich, ze Staier, ze Kerndten „und ze Krain, graue ze Tyroll, entbiethen „untſeren getrai allen untſeren maůtneren, und „Zollnern, und auch anderen Ambtlaithen, „und unterthanen, den der Brüeff würd ge„zaigt, untſer Genad, und alles guet. Wir „empfelchen aich ernſtlich, und wellen, dats „ir den erbahren, und gaiſtlichen untſeren ge„traien, und beſonders lieben Otten dem Apt, „und dem Convent ze ſand Peter ze Saltzpurch „dits gegenwertigen ſechs und neinzigiſten jar „auf den nächſten Herbeſt ire Wein ſechzig „Vas ze ire ſelbſt ſpeiſung maut fray, und „an all ander irrung an untſern Mautſtätten „laſſet firfüren, und in daran chain irrung, „noch hinternuß thuet, als ſi auch di andern „jar nach ir Brüeff ſag habent gefiret, das „manen wir. Geben ze Wien an Manntag nach „JohannBaptiſt anno &c. MCCCLXXXXVI. Hucusque tenor utriusque conceſſionis, de qua tamen miramur, & dolemus, quod iſtæ litteræ in originali non exſtent, & vel perierint incuria, aut alibi lateant, cum tamen ejusmodi diplomata ducentis annis antiquiora in ſua originali puritate illæſa exiſtant, & conſerventur.

VII. Tertio: quod etiam ab archiepiſcopis aſſiſtentiam in tuendis juribus tam ab archiep. Pilgrino II. anno 1386,

Amplius & tertio in tuendis juribus non vulgarem aſſiſtentiam expertus eſt abbas noſter Otto II. a Reverendiſſimis Dominis archiepiſcopis, ſpeciatim D. Pilgrino II: & Dom. Gregorio Schenkio. Vixit Dom. abbas ſub tribus archiepiſcopis; electus enim fuit ſub Pilgrino II. qui altefatus archipræſul per annos triginta & unum, ab anno videlicet 1365. usque ad annum 1396. metropolitanæ ſedi præfuit, quem ſecutus eſt Dom. Gregorius Schenkius de Oſterwitz, qui tantum per ſeptemnium huiatem ſedem rexerat: & demum ſub Eberhardo III. qui ab anno 1404. usque ad annum 1423. metropolita fuit, circa medium hujus archiepiſcopalis regiminis ſæpedictus abbas ſupremum vitæ diem clauſit. In libris copiarum leguntur litteræ compulſoriæ editæ ad inſtantiam abbatis Ottonis a Dom. Pilgrino II. archiepiſcopo, ut nimirum bona a monaſterio alienata reſtituantur, & decimæ ſine tergiverſatione ſolvantur. Litteræ ſunt ſequentes:

„Pilgrinus Dei gratia ſancte Salzburgen„ſis eccleſie archiepiſcopus, apoſtolice „ſedis legatus univerſis, & ſingulis eccle„ſiarum rectoribus, ad quos preſentes per„venerint ad noſtram dieceſim conſtitutis, „ſalutem in Domino. Conqueſtus eſt no„bis dilectus in Chriſto abbas monaſterii S. „Petri Salisburga, quod nonnulli plebiza„ni veſtri ipſorum agros, & campos, olim „ubertate frugum refertos, nunc permit„tunt degenerare in paſcua, ſive prata ſub „tali forſitan conjectura, ut ab eis de hujus„modi pratis nulle decime exigantur, „quod tamen equitatis ratio non permittit; „nonnulli etiam de terris, & agris cultis, „& fructuoſis decimas de jure debitas non „ſolvant, ut tenentur, in ipſius monaſte„rii grave diſpendium, & ſuarum pericula „animarum, petivitque dictus abbas, ut „tam monaſterio, tam ſibi curaremus de „opportuno providere remedio ſuper eo. „Quocirca devotionem veſtram requirimus „preſentibus, & monemus in virtute ſan„cte obediencie, ut ſub pena ſuſpenſionis „ab officiis; vobisque precipientes firmiter, „& diſtricte, quatenus univerſos, & ſin„gulos hujusmodi decimarum detentores, „cujuscunque ſtatus, vel conditionis exi„ſtent, quos in plebe veſtra decimatores, „ſeu officiales ipſius abbatis nobis duxerint „nominandos, & earumdem decimarum „ſolutionem debitam de pratis, agris & „campis, aliisque fructibus ſibi, ut juſtum „eſt, integritate plenaria faciendam moni„tione canonica premiſſa, auctoritate no„ſtra diſtricte arceatis, & compellatis am„pliori diligentia, quam hucusque, vos„que in compulſione hujusmodi ſic habea„tis ſtudioſos, quod negligentiam veſtram „in premiſſis corrigere forſitan non contin„gat. Dat. Salzburge feria quarta ante „Urbani anno Domini milleſimo, tricente„ſimo, octuageſimo ſexto". Hucusque litteræ compulſoriæ Pilgrini II. quas tamen pleno effectu caruiſſe vel inde colligi poteſt, partim quia ſucceſſor in archiepiſcopatu Gregorius Schenkius rurſus pro ejusmodi mandato fuit requiſitus, partim quia abbas Otto ab Alexandro V. ſummo Pontifice bullam bonorum revocatoriam petiit, & obtinuit, ut ſupra dictum eſt n. IIII.

Eundem ſenſum etiam continent litteræ Dom. Gregorii archiepiſcopi his verbis emanatæ.

VIII. Quam a Gregorio Schenkio archiepiſcopo Salisb. anno 1398. expertus fuerit:

„Gregorius Dei gratia archiepiſcopus Salz„burgenſis apoſtolice ſedis legatus uni„verſis, & ſingulis abbatibus, prepoſitis, „decanis, archidiaconis, parochialium ec„cleſiarum Rectoribus, aliisque eccleſiaſti„cis perſonis per dieceſin noſtram conſtitu„tis, quocunque nomine cenſeantur, ad „quos

„quos presentes pervenerint, salutem in „Domino. Quia ex veridica relatione, & „valido clamore nobilium, & ignobilium, „religiosorum, & ecclesiasticarum persona„rum didicimus, quod nonnulli plebezani, „seu subditi vestri ipsorum agros, & cam„pos olim ubertate frugum refertos, nunc „permittunt degenerari in pascua, & prata „sub tali quadam conjectura, ut ab eis de „hujusmodi pratis, & pascuis nulle deci„me exigantur, quod tamen equitatis ratio „non permittit; nonnulli etiam de certis „terris, & agris cultis, & fructuosis deci„mas de jure debitas non curant solvere, „ut tenentur; in omnium & singulorum hu„jusmodi decimas de jure recipientium gra„ve dispendium, & suarum pericula ani„marum. Nos igitur requisiti volentes su„per eo, prout tenemur ex debito nostri „officii de oportuno remedio providere, de„votionem vestram, & quemlibet vestrum, „qui presentibus requisiti fuerint, aut fue„rit requisitus, monemus, & in virtute „sancte obedientie, & pena suspensionis ab „officio precipientes firmiter, & districte, „quatenus universos, & singulos hujusmo„di decimarum detentores, cujuscunque „status, vel conditionis existant, quos in „plebe vestra, & cujuslibet vestrum tam „officiales, seu decimatores vestri, quam „aliorum, quorum interest, decimas hujus„modi recipiendi, vobis, & cuilibet vestrum „duxerint nominandos, & earundem solu„tionem debitam. De pratis, agris, & „campis, aliisque fructibus, prout justum „fuit, integritate plenaria, monitione pre„missa canonica, authoritate nostra per „censuram ecclesiasticam districte arceatis, „& compellatis, seque in hujusmodi com„pulsione sic exhibeat studiosum, quod ne„gligentiam in premissis nos religiosius cor„rigere forsitan non contingat. Dat. Salz„burge mensis Julii die 24. anno Domini „MCCC. nonagesimo octavo". Hucusque litteræ altesati Dom. archiepiscopi, quæ in genere omnibus favere videntur.

IX. Qui Dom. archiepiscopus etiam anniversarium in nostra ecclesia anno 1398. fundavit.

De hoc ipso Domino archiepiscopo Gregorio Schenkio in hodiernum usque diem grata apud nos in monasterio quot annis memoria revocatur, eoquod anno 1398. fundaverit singulis angariis anniversarium, pro quo dedit certam pecuniæ quantitatem, qua emptum fuit dominium directum quorumdam bonorum, quæ in litteris sequentibus, & in originali existantibus leguntur. Litteræ sunt hoc tenore scriptæ: „Wür „Gregori von Gottes Genaden Ertzbischoffe ze „Saltzpurch, Legat des Stuels ze Rom be„khennen, als wür durch untser aller untser „vorvorderen nachkhommen seelen hail willen „hinfir ewiglich alle jar jarleich dats St. Pe„ter in untser Stath ze Saltzpurch ze ieder „quatember ze Begen ain jartag gestifft, und „gemacht haben, nach lauth der Brüeff, di „wir in untser chammer darumb haben: also „hat der Prior, und das Convent daselbst die „nachgeschriebene Güether, die von uhts, und „untserem Gottshaus lehen saind, mit untse„ren Geld gekauft, das wir in der Stifft ge„ben haben, und aigen in diselben nachge„schribene Giether wisentlich mit dem Brüeff „ir oblag ewiglich mit aigen guten willen, und „saind die Giether also genannt. Von erst „ain guet Puebenwankh, dient vierzehen schil„ling Pfenning, item ain guet, haist chuchler, „dient ain Pfund pfenning, gelegen in aigen„dorfen Gericht, und zwai guet genannt Waith, „dient ain Pfund pfenning gelögen in Seekir„cher Gericht. Urchund ditz Prüeff versigelt „mit unserem anhangenten insigel. Geben ze „Saltzpurch am Pfingstag vor sand Thome „Tag apostoli, anno Domini MCCC. nona„gesimo octavo. (L.S.)

Hucusque tenor litterarum Gregorii archiepiscopi erga monasterium nostrum valde benefici, de quo etiam legimus in Urbario, quod anno 1566. Dom. Benedictus abbas conscripsit, ab altesato archipræsule a feudo archiepiscopali fuisse exemptam Schwaigam Gugler alben, seu Cameralben in Gugler dictam in officio Ensthall, quam Schwaigam Dom. abbas noster Otto II. a quodam cive Radstattensi Nicolao Triesen anno 1401. pro monasterio comparavit. Similes litteræ fundationis membraneæ originales etiam exstant de anno 1401. quarum vigore Gregorius archiepiscopus apud sorores congregationis nostræ illo tempore existentes singulis angariis anniversarium fundavit, atque pro eo bona quædam assignavit.

X. Quarto exponuntur non tantum variæ fundationes, quæ a fidelibus sub hoc abbate fuerunt factæ;

Præmissis hisce favoribus, & gratiis Ottoni abbati, hujus nominis secundo, concessis tam a summa sede, quam a ducibus Austriæ, & archiepiscopis Salisburgensibus ad tuenda jura monasterii concrediti, ordo actorum sub tam diuturna administratione abbatiali exigit, ut & procedamus ad alia, quæ relatu digna æstimari possunt, qualia sunt fundationes, emptiones, venditiones, & permutationes, litium, & controversiarum compositiones, & quæ his annexa sunt, de quibus omnibus synopticam, sufficientem tamen ex actis notitiam dabimus, & quidem, quantum fieri potest, juxta ordinem chronologicum. Anno 1376. vigore parvi instrumenti membranei, quod datum est in festo S. Ruperti in autumno Christianus Nerar civis Salisburgensis fundavit anniversarium, & dedit ad oblaiam unam libram cum duabus gallinis solvendam ex prædio Hirneinlechen apud Hallam. Anno 1377. Udalricus plebanus in Seekirchen, ut testantur litteræ cum sigillis, fundavit duplicem anniversarium, pro quo dedit monasterio certam pensionem apud prædium Schaubuarn, & anno 1394. fundavit anniversarium apud moniales, & lumen perpetuum in choro, deditque prædium Neunhofen. Anno præcedente 1376. Chunradus Tauschind fundavit anniversarium cum designatione sepulturæ, & certi lu-

luminis facta, pro qua fundatione idem Chunradus, qui fuit judex ſalisburgenſis, monaſterio dedit duo prædia Millbach, prope Werfen, & Oed in hemdorf. Anno 1385. ut habet inſtrumentum parvum membraneum cum tribus ſigillis, tres fratres Chuchler fundarunt lumen, & dederunt pratum, dictum firmiſſel in Chuchlerthal. Anno 1386. probantibus tribus inſtrumentis membraneis originalibus Reverendiſſimus Dom. epiſcopus Lavantinus in ordine juxta communem computum Lavantii decimus, Henricus de Chrapf (aliqui hiſtorici legunt Krafft) fundavit eleemoſynas, & certas miſſas, pro qua fundatione data ſunt monaſterio duo prædia in Oberweltz, Weylern, & Pierach, quæ erant feuda friſingenſia, & idem Dom. epiſcopus Lavantinus cum licentia DD. epiſcopi friſingenſis Bertholdi, quæ in originali exſtat de anno 1383. a quodam officiali friſingenſi per emptionem comparavit; ob quam fundationem in hodiernum usque diem certæ miſſæ per annum leguntur. Litteræ datæ ſunt Friſaci feria quinta ante diem S. Vincentii anno currentis ſæculi octuageſimo ſexto. Anno 1391. tenore litterarum, quæ datæ fuerunt in die S. Catharinæ, fundatus fuit anniverſarius a Gertrude Kitlerin, & ad oblaiam data fuit domus cum horto in monte monachorum prope turrim. Pro celebranda octava S. Catharinæ, & certo numero miſſarum, ut patet ex litteris de anno 1393. Andreas Klueghamer, qui erat religioſis ad S. Petrum, ex paterna hæreditate monaſterio dedit prædium Eſterlehen, quod eſt in officio Tittmoningano. Rurſus per tria inſtrumenta probatur, quod Virgilius Sapl civis Salisburgenſis, & margaretha uxor ejus fundaverint anniverſarium, & dederint hortum, dictum Paradeis, ſitum ad mœnia civitatis: ſecundo: quod voluerit, ut feſtum S. Annæ feſtivius celebretur, in quem finem monaſterio primitus dedit anno 1398. duo prædia, unum in Millbach, dictum Schranbach, alterum in Chuchelthall, dictum Gries, & iterum anno 1401. certam penſionem de domo, & horto in Miln apud alveum. Anno 1399. Philippus Angree, & anno 1410. uxor ipſius, ut exhibent litteræ originales exſtantes, fecerunt fundationem anniverſarii, pro quo dederunt monaſterio unam libram nummorum annuatim de domo ipſorum colligendam. Similiter anno 1401. per litteras parvas membraneas Leopoldus Landauer fundavit lumen pro una libra nummorum ad domum quamdam in civitate ſitam: erat autem hic Landauer civis Salisburgenſis. Præter has fundationes ſub Ottone II. a variis fidelibus ordinatas, exſtant adhuc quædam teſtimonia, & quidem ex parvis litteris cum duobus ſigillis eruitur, quod quidam Otto Hofpek, civis, fundaverit anniverſarium pro annua ſumma pecuniaria unius libræ nummorum de domo Oberleith de anno 1405. Miſſam perpetuam hebdomadariam fundavit quidam Michael Roſenſtingl, qui annuatim dare promiſit viginti duos ſchillingos nummorum de domo propria in foro, prout legitur in litteris anno 1407. ſignatis, & ſigillo roboratis. Per alias litteras fundavit Jacobus quidam monaſterii noſtri ædituus pro ſingulis angariis requiem in capella S. Margarethæ, qua de cauſa comparavit annuatim 4. ſchillingos nummorum de domo, & appertinentibus pratis in monte monachorum de anno 1411. Denique miſſam hebdomadariam ad altare S. Magdalenæ ordinavit Chunradus Chrapl, & monaſterio dedit viginti unum ſchillingos nummorum de domo ſua annuatim colligendas, ut docent litteræ anno 1412. erectæ. Atque hæ ſunt præcipuæ fidelium fundationes, quæ ſub Ottone abbate factæ fuerunt, de quibus etiam vel in noſtra eccleſia, vel in aliena, ad quam etiam fructus translati fuerunt, juſta debito modo perſolvuntur.

XI. Verum etiam illæ fundationes, quas ipſemet Otto II. abbas pro bono monaſterii ordinavit;

Dum vero hactenus egimus de illis fundationibus, ſaltem præcipuis, quas varii fideles ſub hoc abbate Ottone II. erigere conati ſunt, operæ pretium eſt, ut etiam de illis agamus fundationibus, quas ipſe abbas Otto ordinavit, atque per has circa ſuos ſubditos, nec non pro ſtructura eccleſiæ ſuæ haud vulgarem, eamque paternam ſollicitudinem oſtendit. Et primo quidem Dominus abbas fundavit certas miſſas, & anniverſarium, pro quibus dedit ad oblaiam curiam Weitelſchwank, in parochia Radſtadienſi ſitam, anno 1381. uti probat duplex inſtrumentum, in latina lingua ſcriptum; tenore prioris Dom. abbas hanc fundationem fecit, & vigore poſterioris D. Albertus Prior, & conventus, ut tunc illius ſæculi mos erat, acceptavit; nam redditus ad oblaiam erant ſeparati, quæ tamen ſeparatio ſequentibus annis per reformationem fuit abrogata. Secundo: idem D. abbas dedit ſex libras apud curiam Ahuſin prope Hallein, ut fratres, & ſorores ſolennius feſta S. Benedicti, & S. Agathæ poſſint celebrare, uti eruitur ex litteris originalibus, quæ datæ fuerunt in die S. Joannis Baptiſtæ anno 1380. Tertio, probant parvæ litteræ cum ſigillo, quod ſæpedictus abbas fundaverit lumen ad ſuum ſepulchrum, pro qua fundatione dedit, & aſſignavit monaſterio prædium quoddam, dictum Unterek, in parochia Chuchlar, & penſionem cujusdam domus in Hallein anno 1399. die lunæ poſt dominicam *invocavit* in quadrageſima. Quarto ex aliis litteris pariter originalibus de anno 1409. colligitur, quod bona quædam, & ſpeciatim duas domos in Hallein ordinaverit, ut ædificetur turris eccleſiæ, quam etiam, uti in dictis litteris legitur, ipſe Dominus abbas ultra tres contignationes elevavit; idem etiam de quibusdam ornamentis eccleſiæ, quæ ab eodem abbate fuerunt comparata.

Spe-

Specialiter etiam ſuam paternam ſollicitudinem oſtendit erga moniales noſtræ congregationis, nam, ut partim ex litteris originalibus, partim ex antiquis litterarum copiis, & regiſtris habetur, Dom. Otto II. abbas hujus nominis anno 1382. dedit dictis monialibus decem libras denariorum viennenſium, in hunc maxime finem, ut aliqua pro ornatu altarium in eccleſia fieri curent, pro qua promiſerunt celebrare anniverſarium cum vigiliis poſt diem obitus abbatis. Anno 1385. emit aliquot jugera vinearum in Arnſtorf, eaque aſſignavit monialibus, ut ſingulis feriis tertiis, & quintis per hebdomadam poſſint vinum bibere, pro qua gratia & ipſæ ſtatuerunt preces quasdam perſolvere pro hoc ſuo benefactore. Anno 1390. fecit ad domum quamdam in Hallein fundationem, ut ex annuis redditibus cuilibet moniali pro reficiendis veſtimentis dentur ſexaginta nummi ſingulis trienniis. Anno 1407. rurſus dedit monialibus aliquam pecuniæ ſummam, ut ſibi comparent bona quædam immobilia, quæ ſufficerent, ut in adventu, & quadrageſima illis diebus, quibus licebat de lacte comedere, pro melioratione victus ipſis apponatur hordeum cum lacte decoctum, & unicuique quatuor ova: litteræ datæ ſunt in vigilia omnium Sanctorum dicto anno, & ſub eodem dato litteræ monialium, per quas gratias agunt Domino abbati his verbis: „Ich Agnes die Grüneúglin zu den zai„ten Maiſterin, und aller Convent der Clo„ſterfrauen ze ſand Peter, ze Saltzburch, ver„iehen mit diſem Brúeff, allen den, die in „anſehent, hórent, und lóſent, das unts unt„ſer genádiger Herr, und Vatter Appt Otto „unter vilen anderen Guetat, di er unts getan „hat, auch geben hat unts, und untſeren nach„chommen ze peſſerung untſer Pfrients berats „gelt, darumb wúr di nachgeſchriben Gúeter „in unſer Oblag chauft haben". ꝛc. Denique Dominus abbas etiam ultimis vitæ ſuæ annis non ceſſavit benefacere utrique conventui; nam anno 1412. conſtituit litteris publice erectis, ut ſingulis annis tam fratribus, duam ſororibus ex vineis in Crembs unum vas vini advehatur ad eorum ſolatium, & meliorationem victus, uti legitur in litteris dicto anno in die S. Urbani ſignatis. Et hæc de fundationibus ſub Ottone abbate, & ab ipſomet ordinatis.

XII. Quinto: recenſentur non tantum illa bona, quæ per ipſum D. abbatem immediate, & principaliter,

Ut autem & in pluribus aliis ſe providum œconomum exhiberet abbas Otto, hujus nominis ſecundus, ad utilitatem monaſterii ſui quamplurima bona, maxime quoad dominium directum comparare per emptionem ſtuduit, ex quibus usque hodie pleraque ſerviunt monaſterio, aliqua autem rurſus vel véndita, vel permutata fuerunt, aut in aliam tranſierunt per tot annos denominationem. Nos horum bonorum, quæ Dominus abbas comparavit pro illo tempore, ex relictis authenticis veſtigiis in ſynopſi ſeriem damus. Anno 1381. emit abbas Otto II. a Carolo Trauner ejusque hæredibus curiam Wittelſchwank, in Parochia Radſtadienſi, & officio Enstahl pro octoginta libris nummornm Viennenſium, quam curiam, ut ſupra dictum eſt, dedit ad oblaiam pro fundatione miſſæ. Litteræ datæ ſunt in die S. Gertrudis, quarum initium damus: „Ich chárl Thrauner, mín „Hausfraw, und all unſer Erben vergihen, „und tun chund offentlich mit den Brúeff allen „den, di in ſehent, hórent; leſent, das wúr „chäufflich ze chauffen haben geben den erwirdi„gen gaiſtlichen Herrn Hn. Otten Abpt des „ſand Peter ze Saltzpurg untſern hof, gele„gen ze Witelſchwankh in Radſtather Pfarr, „der vornahlen des Chúler geweſen iſt, mit „allen eren, rechten, Nuzzen, und geſuechen, „ze haus, und ze hof, ze holtz, und ze Veld, „ze Waſſer, und ze waidt, und der erden, „und ob der Erden, und an aller ſtatt, nichts „ausgenommen, als wir in ſelben ingehabt ha„bent, und an allen chrieg, und Anſprach um „achtzig Pfund guter wiener Pfenning ꝛc. ꝛc. Anno 1384. emptæ fuerunt tres vineæ in Arnſtorf a quodam Udalrico ſcriba Arnſtorfenſi, prout legitur in litteris dicto anno datis in feſto S. Joannis Baptiſtæ. Anno 1387. emit a quodam cive Hallienſi Ruperto, ſuæ conditionis pellifice (cognomen enim raro fuit additum) aliquot Gulten, ſeu annuos cenſus ex domo quadam in Halla in der Wiſen annuatim colligendos vigore litterarum, quæ datæ fuerunt in die S. Martini. Rurſus ibidem in Halla anno 1388. emit D. abbas das Abthaus ab eodem cive, quæ domus olim ſerviebat ad coctúram ſalis, quæ poſtea ſub abbate Wolfgango unacum ſalis coctura DD. Leonardo archiepiſcopo Salisburgenſi cum certis reſervatis fuit vendita, unde hanc domum haud amplius poſſidet monaſterium. Iterum in eodem officio Weiſſenbach, ſeu Hallein anno 1389. emit aliquot agros, & prædia apud Ahauſen in parochia Chuchlenſi ab alio quodam cive, Ruperto Nater, ut probant litterarum copiæ in urbario Hallinenſi, datæ in die S. Urbani. Anno 1393. Domino abbati vendidit vidua quædam Eliſabetha Angerlin jus hæreditarium in prædium Feuchten apud Glan cum omnibus appertinentiis, utilitatibus, & juribus in officio noſtro Vihuſen, in cujus urbario litteræ leguntur fol. 16. & datæ fuerunt in die S. Leonardi. Aliud iterum jus hæreditarium emit Otto abbas anno 1394. in prædium Stetten a duobus fratribus Jacobo, & Wilhelmo de Petting, quod ſitum eſt in officio Weildorf. Emptio maxime notabilis facta fuit anno 1399. quando ſæpedictus præſul noſter ſimul & ſemel a Dom. Jacobo Thurner utiliter comparavit viginti duo prædia in præfectura Chuchel, Werſen, & Rauris, quorum poſſeſſores ſerviunt ſedecim libras denariorum, & ſexaginta duos denarios, libram unam computando pro florenis quadraginta duobus, prout hunc valorem aſſignat

gnat D. Martinus abbas in ſuo chronico ſub Ottone II. abbate. Bona autem numero viginti duo ſequentia ſunt, & ita vocantur: Schwerzenpach in monte, Gromech, Unterech, Fletſchen, Weniger, Arſtperg, Ferſteiger, duo bona, quæ vocantur Zull, & Wurzach, quæ bona ſita ſunt in parochia Chuchlenſi. Duo bona in der Fritz, quæ vocantur radſtatter, alia duo in der Clam, und in der Au, Niderclam, Maurach, Ortlehen, Tunten, Gſchwant, quæ bona ſunt in diſtrictu Werfenſi. Reliqua duo Langreit, & Reicholſperg ſita ſunt in Rauris. Hæc omnia bona comprehenſa ſunt in litteris emptionis, quæ erectæ fuerunt in die converſionis S. Pauli anno ſupradicto, & leguntur in aliquo antiquo urbario Weiſſenbach. fol. 39. Ab eodem Jacobo Turner, qui in litteris vocatur Turner de Neupaum, & ſupremus pincerna Salisburgenſis, anno 1404. iterum prædium aliquod, Ramſau dictum in officio Vager, & ſitum in præfectura Glanneggenſi; nec non eodem anno a quodam Nicolao Mader domus quædam cum duobus hortis apud Guggenwincl in Seekirchen proxime ad molendinum Scaufmil ſita per emptionem fuerunt comparata. Anno 1406. emit ſollicitus hic paterfamilias tria bona a Joanne Rambſauer, cive Salisburgenſi, in Pongeu ſita, quæ vocantur Tamerspach, Reichenpichl, & Au, quæ dedit ad oblaiam noſtram ad hunc finem, ut fratres in adventu illis diebus, quibus de lacte comedebatur, & in diebus dominicis bis, nec non poſt feſta natalitia Domini usque ad quadrageſimam apponatur hordeum lacte coctum, item pro ſacerdotibus quatuor, pro junioribus autem tria ova. Denique anno 1408. a quodam Nicolao Poch officiali monaſterii, & judice abbatis augienſi duo bona Niderwinterſtell, & Meſſenleithen, uti legitur in antiquo quodam abbatisaugienſi urbario pag. 20., nec non in ipſis litteris originalibus exſtantibus. Anno autem ſequenti jus hæreditarium, aut melius jus, ſeu dominium directum in emphiteutam boni Oderfeld in der Wiſen in Halla a quodam Ottone mercatore ejusdem loci comparavit, quod bonum idem poſſeſſor a Domino abbate jam antea in feudum acceperat. Atque hæ ſunt præcipuæ emptiones, quæ immediate Dom. abbati adſcribendæ ſunt pro illa monaſterii noſtri conſuetudine, quo tempore bona oblaiæ fuerunt ſuo modo, ut ſæpius dictum fuit, diſtincta, quamvis hæc, & alia ad monaſterium ſpectare dignoſcantur.

XIII. Verum etiam mediate per Priorem, & Conventum ad oblaiam monaſterii fuerunt per emptionem comparata:

Ut tamen morem geramus conſuetudini illius ſæculi, hinc etiam ſeparatim enumerare opus eſſe ducimus illa bona, quæ ſub Ottone abbate ad oblaiam per Priorem, & Conventum monaſterii fuerunt empta. Nos etiam de his ordine chronologico breviter agemus, prout nobis ex litteris, & monumentis conſtare poteſt. Anno 1377. Albertus Prior noſter a Conrado Berthaimer emit annuum cenſum duarum librarum pecuniæ ſolvendum ex curia Reſchenreit, uti legi poteſt in litteris, quæ notatæ ſunt in quodam antiquo manuſcripto ſub n. 24. pag. 39., & datæ dicto anno decima die in quadrageſima. Rurſus anno 1386. emit idem Albertus Prior noſter ad oblaiam prædium Gözenbenberg ſitum in Styria, & præfecturam Ensthall a quodam Paulo Föſchl cive in Girbining tenore litterarum, quæ datæ ſunt in feſto S. Ruperti in quadrageſima ex eodem manuſcripto citato pag. 41. Anno ſequenti a Dom. Joanne de Woldek præfecto in Lungau emit Prior noſter ſæpedictus prædium quoddam S. Martini dictum, uti teſtatur idem manuſcriptum pag. 57. Anno 1392. Eberhardus Wagner civis Salisburgenſis quatuor libras nummorum viennenſium vendidit ad noſtram oblaiam ex domo ſua tunc temporis prope portam S. Michaelis ſita, prout habetur in MS. ſæpe citato fol. 49., & litteræ datæ fuerunt in feſto S. Bartholomæi. Anno 1398. per eundem P. Priorem a Joanne Pöll cive Salisburgenſi, ejusdemque hæredibus ad oblaiam empta fuerunt quinque bona in officio Seekirchen cum duabus domibus ad colligendas decimas; bona autem ſic vocantur: prædium Reuth, Pubenwanch, Ohercuchlern, Eſch, & Daxach. Litteræ datæ fuerunt in vigilia S. Matthæi anno ut ſupra. Anno mox ſequenti emit Prior noſter Joannes a duobus fratribus Germanis Hileprando, & Caſparo Ebenauer prædium qnoddam in officio Seekirchen, Hag dictum, de qua emptione litteræ leguntur in antiquo urbario Seekirchen fol. 10., quæ ſignatæ ſunt in die S. Agnetis anno 1399. Eodem adhuc anno currente rurſus idem Joannes Prior emit aliud prædium ad oblaiam fratrum, quod dicitur Laitrating in officio Spital, a quodam Ulrico Straſſer, teſtibus litteris datis die mercurii poſt feſtum S. Luciæ. Denique anno 1404. idem Prior emit a quodam Engelberto Gerſteter tria bona in officio Pinzgeu, quæ bona vocantur Vetendorf, Grubarn, & Reit an Jochberg. Cæterum etiam legitur in quibusdam litteris in MS. n. 24. fol. 61,, quod etiam conventus ad S. Petrum, forte prioratu vacante, a Domina Gertrude Fluxartin vidua emerit quoddam prædium Hartweigsdorf ſitum in præfectura Mitterſillenſi in officio Pinzgovienſi, quæ tamen emptio jam facta fuit anno 1377.

XIV. Sicut pariter & illa, quæ moniales ad S. Petrum ſub hoc abbate titulo emptionis acceperunt.

Huc etiam ſpectant aliqua bona, quæ ſub regimine Ottonis abbatis empta fuerunt a monialibus noſtræ congregationis, maxime ex illis pecuniis, quas pro melioratione victus dedit Otto abbas, qui & preces quasdam anniverſarias fundavit. Ex his bonis aliqua adhuc ſunt penes monaſterium, quod tamen fructus horum bonorum in alios debet diffundere, ut ſuo loco dicemus, quando nimirum poſt duo ſæcula moniales omnes vel mortuæ, vel alio translatæ fuerunt. Pro notitia tamen ex antiquis regiſtris mentionem

nem facimus de illis bonis, quæ sibi monia-les sub hoc abbate comparabant. Sic in regi-stro abbatis nostri Ottonis II. de rebus mo-nialium, conscripto, legitur pag. 14. & 15., quod anno 1377. duæ moniales, scilicet Catharina de Leiblfing, & Osanna Fronauer-in ab Henrico Perner cive Hallensi emerint unam libram annui census perpetui ex do-mo sua in Haglau, in Officio Weissenpach colligendi, quæ litteræ sic incipiunt:

„Ich Hainrich der Alt Perner Purger ze der „Hallain, min Hausfrau, und all untse-„re Erben veriehen, und thuen chund offenbahr „mit dem Brüeff allen den, di in anhörent, „oder lesent, dats wir mit guten Willen recht, „und redlich, chauflaich zu chauffen haben ge-„ben den erbahren gaistlichen Frawen, Fra-„wen Cathrain der Leibolfingerinn, und Fra-„wen Osanna der Fronauerinn baiden Closter-„frauen in den Gottshaus des Sand Peter ze „Saltzpurch ain Pfund Pfenning ebiges Gelt „auf unser Haus, und Hofstath gelegen in der „Zaglau „ ꝛc. Nnno eodem magistra dicti monasterii emit a quodam judice Hallinensi dimidiam pecuniam libram solvendam ex domo Andreæ Schmid in Hallein, uti pro-bant litteræ in eodem registro fol. 11. Rur-sus ab eodem judice, qui vocabatur Chunts-mann, anno 1398. emit duas libras ex qua-dam domo in Hallein colligendas. Annis præcedentibus, videlicet anno 1393. emit Prioriſſa, seu Magistra hujus monasterii, Agnes Grünaugin, ab Udalrico Weibhaus dimidium prædium Stain versus Caaprunn in Pinzgovia, cujus emptionis litteræ, quæ datæ fuerunt anno dicta feria tertia post fe-stum S. Martini, sic incipiunt. „Ich Ulrich „Weibhaus, min Hausfraw, und all unsere „Erben, und nachchommen veriehen, und tuen „chund offentlich mit dem Prüeff allen den, die „in sehent, oder hörent lesen, das wir mit woll-„betachten Mueth, und guten Willen, mit „Rat, und Gunst miner lieben Prieder Nic-„laß, und Ortolfen, und ander unser Freind, „recht, und redlich, und unversprochentlich ze „chauffen haben geben der gaistlichen Frauen, „Frauen Agnesen der Grünauginn der Zeit „Maisterinn des Frauen chloster des sand Pe-„ter ze Saltzpurch, und allen Convent daselbs „unser halbes Guet, genannt auf den Stain, „und gegen Chaprunn iber in Pinzgeu, und „das recht ledig, freies aigen ist, und also ha-„ben wir in dasselb halb Guet redlich aufgeben, „inngeantwürtet, und richtig gemacht mit Ge-„richts Hand,„ ꝛc. Anno denique 1407. emit eadem Domina magistra Agnes ali-quot bona, & prædia in officio nostro Vihu-sen sita, quæ vocantur Leitharting, Gum-penhueb, Erlach, Predlehen, & Hamat a quadam vidua, uti colligitur ex litteris da-tis dicto anno in die S. Blasii, quæ litteræ in quodam urbario antiquo Vihusen fol. 13. le-guntur. Sunt etiam hæc bona quoad do-minium directum monasterio subjecta par-tim in officio Vihusen, partim in officio See-kirchen. Atque hæc de emptionibus sub Ottone abbate dicta sint.

XV. Sexto agitur de illis bonis, quæ D. abbas, & conventus vendide-runt.

Post emptiones bonorum veniunt debito ordine recensendæ venditiones, & quorum-dam bonorum permutationes; nam & tales contractus haud infrequenter cum magna utilitate suadentibus ita circumstantiis eri-guntur. Sic legitur in sæpe citato quodam manuscripto sub n. 24. fol. 30., quod anno 1376. per Albertum priorem nostrum cui-dam Nicolao Schweblein prædium nostrum Zintling, in officio Seekirchen situm, fue-rit venditum, cum certis tamen conditio-nibus, ut testantur litteræ, quæ datæ fue-runt in die S. Valentini. Anno 1377. ven-didit ipse Dom. abbas Ulrico Aygl civi Salz-burgensi spatium quoddam in horto nostro Frongarten circa domum, quam antea ibi-dem in platea Apt-, seu nunc Chirch-Gas-sen habuit, & Dom. Fluschart cum licentia Domini abbatis ædificavit, pro annuo cen-su additionis quatuor nummorum ad prio-res quindecim nummos purgrecht, qui ex eadem domo jam antea monasterio debue-runt præstari vigore litterarum ex nostro municipali, sub titulo Abbtsgassen, quæ signatæ sunt anno supra dicto in die S. Geor-gii. Notabilis etiam est illa oppignoratio, quæ inter Reverendissimum Dominum Jo-annem, hujus nominis III., vel omnino jam II., episcopum Gurcensem, & nostrum Dom. abbatem Ottonem anno 1380. inter-cessit circa præposituram nostram Wiettin-ganam in Carinthia, quæ, ut testantur lit-teræ de anno 1380. datæ in die S. Joannis Baptistæ, pro sexcentis nummis viennensi-bus prædicto Domino episcopo fuit ad 12. an-nos vendita, aut potius oppignorata, ita tamen, ut infra spatium horum annorum rursus possit redimi, sicut etiam testibus iis-dem litteris in die S. Gertrudis anno 1389. rursus redempta fuit, & monasterio penitus restituta. Causa autem hujus oppignora-tionis fuit major monasterii utilitas, eo quod per multos annos Dom: abbas, & monaste-rium debito modo ex illa præpositura fru-ctus non potuerit percipere variis ex causis, & impedimentis, facilius forte a præfato DD. episcopo Gurcensi tollendis. Iterum anno 1396. cuidam civi Salisburgensi Aphal-tersperger quædam domus nostra in Fragas-sen prope Albulam fluvium vendita fuit pro annuo censu ad oblaiam nostram præstando, tenore litterarum, quæ datæ sunt in die S. Martini anno supradicto, uti legitur in an-tiquo nostro municipali fol. 14. & 15. Si-milis venditio facta fuit anno 1406., quan-do cum consensu abbatis Fridericus Leng-velder confrater, & custos noster vendidit bonum quoddam in Lungovia situm, quod vocabatur Pachau apud Knaufsperg, cum hac tamen conditione, ut emptor annua-tim solvat 20. schillingos nummorum. Ve-rum jam per plures annos, imo aliquot sæ-culis nihil in Lungovia exstat ad monaste-rium spectans.

XVI. Uti etiam de variis permutationum contractibus, qui sub hoc abbate erecti fuerunt.

Post varios emptionum, & venditionum contractus referri etiam merentur aliquæ permutationes sub Ottone abbate nostro initæ, inter quas una præcipua est, quæ interceſſit inter Reverendiſſimum capitulum Salisburgenſe, & noſtrum monaſterium in puncto decimarum vini in Arntorf, ſeu Kleinzehend; nam vigore litterarum originalium, quæ anno 1395. erectæ, & ſigillo roboratæ fuerunt, transactio facta fuit, quod ſupradictum metropoliticum capitulum loco hujus decimæ minoris pro futuro tempore monaſterio dare adpromiſerit 48. urnas vini cum vaſibus. Quoniam vero prædictum capitulum vineas nullas amplius poſſidet, ſed vel venditæ, vel permutatæ fuerunt cum archiepiſcopali camera, hinc loco hujus decimæ in hodiernum usque diem ab officiali archiepiſcopali in Arnſtorf transactæ urnæ numero 48. unacum vaſibus exacte ſingulis annis in natura nobis dantur. Eodem anno Dominus abbas cum duobus fratribus Martino, & Caſparo Sundinger permutavit prædium Rambſeiden, & accepit duo alia bona in Lantal, quæ etiamnum monaſterio ſerviunt in officio Pinzgeu, in cujus urbario antiquo pag. 1. & 2. litteræ permutationis leguntur, quæ datæ fuerunt dicto anno in die ſancti Michaelis. Anno 1400. facta fuit cum Dom. Thoma Tachner præfecto in Neumarkt permutatio curiæ noſtræ Michelnbach pro aliis duobus prædiis in officio Mildorf, quæ vocantur Obernrat, & Zandleinslehen, uti colligitur ex litteris datis dicto anno die Sabbathi poſt feſtum corporis Chriſti, quam permutationem, ut eædem indicant litteræ, fecit D. abbas, & conventus ad interceſſionem ſereniſſimi tunc regnantis Ducis Bavariæ. De anno 1402. legitur etiam in libro copiarum Ottonis abbatis pag. 33., quod cum Domino Floriano abbate celeberrimi monaſterii Garſtenſis in Auſtria ſuperiore fecerit permutationem quorumdam bonorum, quæ vocabantur Spitzgart ad Niderbuab, pro quibus abbas noſter, & conventus ab altefato Domino præſule (qui, ſi Buzelino credimus, fuit in ordine XX. abbas, & præfuit viginti quinque annis) accepit agros, & prata Perwinden in Parochia Puechirchenſi ſita, quæ bona verosi militer vel iterum permutata fuerunt, vel ſub alio nomine ſerviunt in officio Praitenavienſi, in auſtria ſuperiore, ad monaſterium noſtrum ſpectante.

XVII. Septimo: de compoſitis quibusdam contoverſiis, & quidem anno 1379. cum Da. abbatiſſa in Nonnberg.

Antequam geſtis de Ottone abbate, hujus nominis II. imponamus coronidem, agendum etiam eſt de quibusdam controverſiis, quæ ſub dicto abbate fuerunt compoſitæ. Primis ſtatim annis, quibus ad abbatiam vocatus fuit, anno nimirum 1379. exorta fuit quædam controverſia, ſecutaque deſuper actio judicalis cum D. Anna abbatiſſa Nonnenbergenſi, quæ de jure prætendebat ſepulturam cujusdam defuncti Presbyteri Joannis Murauer cum bonis relictis, eoquod fuerit ſubditus, aut uti illo tempore vocabatur, homo proprius, qui tamen ſepulturam apud nos elegit, & bona monaſterio per teſtamentum donavit. Hujus controverſiæ ſynopſin MS. R., ſeu D. Martinus abbas in ſuo chronico pag. 149. ita deſcribit: „Anno MCCCLXXIX. controver„ſia exorta fuit inter abbatem S. Petri, & „Annam abbatiſſam in Nunburck, occaſio„ne cujusdam Presbyteri Joannis Murauer, „qui, dum infirmaretur, elegit ſepulturam „in ambitu monaſterii ſancti Petri, & quia „is erat proprius monaſterii Nunbergenſis, „prætendebant eum, nec poteſtatem eli„gendi ſepulturam, nec liberam voluntа„tem bona ſua temporalia teſtandi, ſeu le„gandi habuiſſe, & abbatiſſa petiit tam cor„pus jam ſepultum in ſua eccleſia ſepelien„dum, quam bona per eundem derelicta. „Res tandem iſta ad Dominum Ortolfum De„canum, & officialem Salzburgenſem tan„quam commiſſarium a D. Domino Pilgrino „archiepiſcopo Salzburgenſi deputatum de„voluta, ubi per ſeptem menſes partibus „hinc inde ſua judicaliter producentibus a„gitata maximis fatigiis, laboribus, & ex„penſis partis utriusque. Tandem compro„miſſione facta in Dominum Joannem Præ„poſitum Patavienſem hoc totum negotium „ſublatum, & ſopitum compenſatio expen„ſis ſalvo cujusque partis in futurum jure, „& abbas retinuit cadaver ſepultum, & bo„na monaſterio ſuo donata, & teſtata.„ Hucusque MS. R. Cæterum de tota hac actione judiciali exſtat inſtrumentum membraneum oblongum inſolitæ longitudinis pedes ferme 30. aut amplius excedens cum ſigillo pendulo notarii publici ſubſcripti.

XVIII. Ab anno 1398. usque ad annum 1414. cum D. Andrea abbate, & conventu S. Viti O. S. B. in Bavaria:

Longiori tempore protacta fuit alia controverſia, quam anno 1398. reſuſcitavit D. Otto abbas noſter cum celebri monaſterio ad S. Vitum cis Rotham in provincia bavarica, ſed diœceſi Salisburgenſi, quæ lis usque ad ultima tempora Ottonis II., videlicet ad annum usque 1414. fuit continuata. Ad pleniorem hujus actionis judicialis per tot annos ventilatæ notitiam, reflexionem merentur illa, quæ in hac ipſa cauſa ſub abbate noſtro Richero n. X. ad annum 1253. dicta fuerunt, quo anno jam prima vice facta fuit compoſitio circa jus electionis abbatialis in monaſterio Elſenbacenſi, ſeu ad S. Vitum cis Rotham, quod aliquando competebat noſtro monaſterio, forte ob primam ibidem ex noſtro monaſterio anno 1031. factam plantationem, prout eruitur ex litteris in originali exſtantibus membraneis, & ſigillis roboratis. Quoniam vero vigore illarum litterarum de anno 1253. Meingottus abbas ad S. Vitum cum abbate noſtro Richero fecit hanc transactionem, quæ etiam a DD. Philippo archiepiſcopo fuit approbata, quod quidem ex gremio unum poſſint eligere, electus tamen debeat præſentari, & examinari, an idoneus ſit, a Domino abbate S. Petri, a quo demum neoelectus DD. Ordinario ad confirmationem præſentandus erit, &

& insuper propter bona quædam in Elsenbach ad monasterium nostrum spectantia singulis annis se obligaverit ad solvendos duodecim denarios Ratisbonensis monetæ: Domini successores autem abbates ad S. Vitum neque se præsentaverint amplius abbati ad S. Petrum, neque etiam denarios consuetos solverint, hinc prædictam litem excitavit, & acerrime promovit Dom. Otto abbas per erectum fide notarii publicum instrumentum anno 1414., quo anno transactio facta fuit, vel saltem dissimulatio usque ad obitum Domini Ottonis abbatis, postquam & hic abbas, & Dominus Andreas t. t. abbas ad S. Vitum litteris invicem scriptis sua jura propugnarunt. Exstat de his voluminosis actis, & agitatis per sexdecim annos præter originalia jam in vita Richeri abbatis n. X. allegata instrumentum in copia, cujus initium, & finem damus, eo quod longissimum sit, & non tantum dicta originalia, verum & litteras utriusque Domini abbatis insertas habeat, & pro hoc tempore nullum de hoc jure amplius exstet vestigium. Instrumentum, quod confectum fuit ad sanctum Vitum per notarium, ita incipit: „In „nomine Domini amen. Anno nativitatis „ejusdem millesimo, quadringentesimo, „quarto decimo, indictione septima, die „vero quinta decima mensis Julii hora vesperarum vel quasi, pontificatus sanctissimi „in Christo Patris ac Domini nostri, Domini Joannis divina providentia Papæ vicesimi tertii anno quarto, in mei notarii publici, ac testium infra scriptorum præsentia personaliter constituti venerabilis Pater, ae Dominus, Dominus Andreas abbas, & religiosi viri, Domini Prior, & „conventus monasterii S. Viti apud Rotham „Salzburgensis diœcesis ordinis S. Benedicti habens, & tenens idem venerabilis Pater in manibus suis quædam rescripta quarumdam litterarum præsentatarum tempore suæ confirmationis in civitate Salzburgensi anno Domini millesimo tricentesimo, nonagesimo septimo factæ, sibi a „venerabili in Christo Patre, ac Domino „Domino Ottone tunc temporis abbate monasterii S. Petri Salzburgæ traditarum, ut „unacum suo conventu deliberatus eo maturius super eisdem posset respondere, quæ „alta, & intelligibili voce legit, quorum tenor sequitur per omnia in hæc verba„ &c. &c. Sequuntur variæ, & copiosæ litteræ in utramque partem agitatæ, post quarum allegationem Dominus notarius ad finem sui instrumenti ita pergit: „Istis omnibus præmissis, motis, factis, & hinc inde secutis patienter usque ad obitum præfati Ottonis bonæ recordationis abbatis S. „Petri exspectaverunt, & ad ulteriora nec „strepitu, vel figura judicii processerunt, „cogitantes forte, quam injuste illos perturbarent, seu perturbassent, ab impetitione, & vexatione inceptis desistebant, tanquam eis per definitivam sententiam judicialiter perpetuum silentium fuisset imposi„tum. Volentes igitur præfati abbas, & „conventus S. Viti suos successores in his sacere præmunitos, & memoriale authenticum relinquere, præsens scriptum per me „notarium publicum petierunt sibi redigi in „publicam formam. Acta sunt hæc apud „S. Vitum in habitatione abbatis, anno, „die, hora, Pontificatu, quibus supra. „Præsentibus honorabilibus, & discretis viris Domino Ulrico dicto Tanner presbitero, „& rectore parochialis ecclesiæ in Aypach „Ratisbon. diœcesi., & Chunrado, dicto „Hammersperger Clerico, Frising. diœcesi., „& Henrico dicto Tugentleicht, & Friderico Tanner laicis testibus una mecum ad „præmissa vocatis specialiter, & rogatis.„ „Et ego Nicolaus Melkendorfer clericus, „Bambergensis diœcesi publicus imperiali „authoritate notarius &c.„ Igitur post hoc instrumentum erectum, & mortem Ottonis II. abbatis secutam, quantum nobis constat, ultra sæculum ferme omnia quieverunt, & licet post centum circiter annos aliqua lis ob manifestam, & claram D. Meingotti abbatis anno 1253. initam transactionem rursus mota fuerit, modernis temporibus, & ab immemoriali tempore nihil jam amplius movetur.

XIX. Et demum anno 1410. de ultima executione mandati apostolici de restituendis decim s.

Inter omnes alias autem compositas lites, & controversias una ex præcipuis fuit ultima executio mandati apostolici in causa restitutionis decimarum, & aliorum jurium monasterio competentium, quæ facta fuit anno 1410. & anno 1411. per D. Eberhardum decanum ecclesiæ Salisburgensis metropoliticæ, prout jam a nobis superius in vita hujus abbatis n. VI. ad finem mentio facta fuit. Damus copiam instrumenti, quod hunc continet tenorem:

„Eberhardus Dei gracia Decanus ecclesiæ „Salzburgensis Judex, sive executor „ad infra scripta authoritatibus ab apostolica, & ordinaria specialiter deputatus. Universis, & singulis plebanis, sive parochialium ecclesiarum rectoribus, seu loca „tenentibus eorundem, nec non Presbyteris curatis, & non curatis per diœcesin, & „civitatem Salzburgensem ubilibet constitutis, qui præsentibus fuerint requisiti, aut „fuerit requisitus, salutem in Domino, & „mandatis nostris hujusmodi apostolicis, & „ordinariis firmiter obedire. Dudum litteras apostolicas felicis recordationis Alexandri Papæ tunc in humanis agentis more Romanæ curiæ bullatas, sanas, & integras, omnique prorsus vitio, & suspicione carentes nobis præsentatas pro parte venerabilis Patris Ottonis abbatis, & „conventus S. Petri Salzburgæ Ordinis S. „Benedicti exequendas, cum ea, qua decuit, reverentia coram notario, & testibus recepimus per omnia in hæc verba: „Alexander episcopus &c. (ut supra n. IV.) „post quarum litterarum præsentationem,

„receptionem discretus vir Udalricus Har-
„ladauer procurator, & procuratorio nomi-
„ne dictorum Dominorum abbatis & con-
„ventus coram nobis ostendit quasdam pa-
„tentes litteras hujus tenoris: Pilgrinus
„Dei gratia sancte Salzburgensis ecclesie ar-
„chiepiscopus &c. (ut supra n. VII.) &
„Gregorius Dei gratia archiepiscopus Salz-
„burgensis &c. (ut supra n. VIII.) Præscri-
„ptis itaque litteris productis, & visis, ac
„examinatis supradictus procurator, nomi-
„ne quo supra, conquerendo exposuit,
„quod, licet nonnullæ personæ sæculares,
„quas factum hujusmodi tangere dignosci-
„tur, sæpius sint, & fuerint debite requisi-
„tæ, quatenus memoratis dominis abbati,
„& conventui decimas, de quibus in dictis
„litteris fit mentio, darent, & assignarent
„juxta præscriptarum litterarum mentem,
„ac tenorem, tamen personæ hujusmodi,
„& præsertim Hainricus Maricholzl, Hain-
„ricus Limprechtl, Christianus Widersatz
„de Noping, N. Majer de Linden, Paulus
„de Froshaim, & socius suus, ac Petrus
„Feiertag civis Salzburgensis se dictis litte-
„ris, & in eis contentis, nec non monitio-
„nibus, & juribus, de quibus supra fit men-
„tio, opposuissent, & opponerent recu-
„sando easdem decimas solvere, illasque
„præfatis Dominis, abbati, & conventui
„distraherent, & alienarent in animarum
„suarum periculum, ipsorum abbatis, &
„conventus præjudicium, & gravamen.
„Petiit igitur idem procurator prænomina-
„tis Dominis suis supra præmissis de reme-
„dio opportuno provideri, & eisdem per
„vos decerni contra prædictas personas, lit-
„teras, & processus pœnales, in talibus
„fieri consuetos, super quibus omnibus nos
„in debita instantia requisivit. Nos itaque
„Eberhardus Decanus, Judex, sive execu-
„tor præfatus reputantes dictam petitionem
„fore justam, & consonam rationi, ac vo-
„lentes mandata ordinaria, & apostolica
„exequi, præfatisque Domino abbati &
„conventui super præmissis justitiam mini-
„strare, & ut tenemur, vobis omnibus, &
„singulis supradictis, & cuilibet, dictis
„apostolica & ordinaria authoritatibus com-
„mittimus, ac in virtute sanctæ obedientiæ,
„& sub excommunicationis pœna districte
„præcipiendo mandamus, quatenus præ-
„nominatas personas, & ipsarum quamli-
„bet adhuc alia vice moneatis, & requira-
„tis ex parte nostra, quas nos etiam, &
„ipsarum quamlibet prædictis apostolica, &
„ordinaria authoritatibus requirimus, &
„monemus, primo, secundo, & tertio
„peremptorie, ipsisque, & cuilibet eorum
„sub dicta excommunicationis pœna, quam
„in eas, & ipsarum quamlibet ex nunc,
„prout ex tunc, ferimus, si non fecerint,
„quod mandamus, districtius mandantes
„eisdem, ut infra duodecim dies vestræ
„monitioni proximos, quem terminum eis
„peremptorie, nec non pro omnibus dila-
„tionibus, & monitione canonica assigna-
„mus, memoratis Dominis, abbati, &
„conventui, seu ipsorum officialibus ad hoc
„deputatis supradictas decimas integraliter
„persolvant, aut cum eis super his amica-
„biliter componant &c. in quorum omnium
„præmissorum fidem, & testimonium præ-
„sentes litteras exinde fieri, ac per nota-
„rium publicum infra scriptum subscribi, &
„publicari mandavimus, ac sigillo custo-
„diæ, quo utimur ad causas, jussimus ap-
„pensione communiri. Datum & actum Sa-
„lisburgæ in dormitorio nostro, ac fratrum
„nostrorum canonicorum ecclesiæ Salzbur-
„gens. communi sub anno domini millesimo
„quadringentesimo decimo, indictione ter-
„tia, die vero decima octava mensis Junii
„præsentibus discretis viris Domino Leo-
„nardo Froleich Presbytero, & Eberhardo
„Gettenpegk clerico, pluribusque aliis fi-
„de dignis testibus Salzburgens. & Patavi-
„ens. diœcesis, ad præmissa vocatis specia-
„liter, & rogatis.„ Et ego Georgius Hou
„de Pranau clericus, patavienſis diœcesis,
„publicus imperiali authoritate, ac consi-
„storii Salzburgensis notarius juratus &c.
„&c.„ Ex quo jam instrumento patet, quod efficaciter causa pro monasterio fuerit agitata, ut decimæ solvantur, & bona alienata restituantur, quod sane zelo, & industriæ Domini Ottonis, hujus nominis II. abbatis, in acceptis referimus.

LEONAR-

LEONARDUS.

ABBAS AD S. Petrum LII.
AB ANNO 1414. USQUE AD ANNUM 1416.

I. Biennio, quo abbatiæ præfuit Leonardus abbas,

Quadraginta annos, quos uno minus in abbatiali regimine ſolus, & unus abbas Otto, hujus nominis II. laudabiliter expleverat, ne quidem abbates immediate ſuccedentes numero quinque attigerunt, utpote qui nomini ad mediam cum paucis annis ſuperadditis tam longævæ adminiſtrationis, & paſtoralis curæ ætatem pertigiſſe in noſtris chronicis notantur. Nam Leonardus ſolummodo duas, Udalricus quatuor, Joannes hujus nominis III. octo, Georgius I. ſeptem, Erhardus unicam tantum, in ſumma omnes viginti duas in ſuo præſulatu ariſtas viderunt. Igitur Ottoni, hujus nominis IIdo, qui viceſima ſecunda octobris die naturæ debitum ſolvit, in abbatiali munere ſucceſſit die nobis incognita, cum nihil reperiatur in manuſcriptis, eodem haud dubie anno D. LEONARDUS cognomento PUTZNER monachus monaſterii noſtri, qui tamen nonniſi per duos annos monaſterio præfuit. Catalogi abbatum & manuſcripta chronica adeo parce ſcribunt de hoc præſule, ut, niſi ex quibusdam litteris, & documentis aliqua poſſent colligi, præter annum, & diem obitus nobis conſtaret nihil. Catalogus Albertinus impreſſus anno 1646. præter nomen, & cognomen, etiam locum ſepulturæ cum inſcriptione nobis manifeſtavit; ſequentia enim in dicto catalogo leguntur: „Ottoni ſucceſſit Leonhardus Putz„ner hujus monaſterii monachus, ſed duo„bus tantum anni abbatiali munere functus „obiit & ſepultus eſt in ſacello S. Viti. An„num, & diem obitus docet lapis ejusdem ſe„pulcro impoſitus his verbis: *Anno Domini „MCCCCXVI. III. Nonas Novembris obiit „Leonhardus venerabilis abbas monaſterii S.Pe„tri Salisburgæ*"; Hæc, & non plura legimus in omnibus illis manuſcriptis, quibus alias, velut noſtris cynoſuris fuimus uſi in pertexendo chronico noſtro.

II. Locata fuit abbate anno 1415.

Licet autem directe in antiquioribus abbatum catalogis nihil ſpeciale conſtet de hoc

curia in Arnstorf,

abbate nostro Leonardo, ejusque abbatiale regimen admodum breve fuerit, fors ne quidem annis duobus completis, attamen ex quibusdam litteris vestigia quædam exstant, fuisse Leonardum sollicitum pro incremento monasterii nostri patremfamilias, nam sub eodem anno 1415. locata fuit cuidam subdito curia in Arnstorf, eodem quoque anno locata fuere quædam prædia nostra in Seekirchen; composita etiam quædam lis inter nostrum Vicarium in Dornbach, & civem quemdam Viennensem. Nos de singulis exstantia dabimus vestigia: In copiis litterarum sub Ottone II. inceptis, & continuatis pag. 65. sequentia leguntur:

"Wir Leonhart von GOttes Genaden Abt ze sand Peter ze Saltzpurch, verichen, "und thuen chund oeffenleich mit dem Brief, "allen, den in sehend, oder hörent lesen, das "wür den Martrin Semblar, Jörgen, und "Micheln, seine zwey Sünne lassen, und ver"lihen haben unsern Hoff zu Oberarnstorf "mit allem dem darzugehört. Zumerst ein "Hausitz zu Hochstainranth, zwey halbe Joch "zu Zigelstull, ein Waingärtl, haist das Spe"tel, und ains haist das Captel, ain Pau in "Gürtl, haist der Stranker, zwey halbe Joch "acker, und ein Krautgarten, nur ze iren drey "leiben, und nit länger, mit der beschaiden, "das sy denselben Hoff, und was darzu ge"hört, wessentlich innen sullen haben, Pauen, "bessern, und widerbrüngen, und darauf sü"tzen ze den münsten der Leib einer. Sie sullen "auch das Weinhauß, und cheller innen ha"ben, und bessern, waillen sy lebent. Wan "es aber erger zu decken bedarf, das sullen wür "selb thun an ir schaaden. Sy sullen auch in "demselben Weinhauß, und cheller nichts ze "schaffen haben, dan was wür in, oder unt"ser Geschefft günnen. Die Stallung sullen sy "auch mauren, zimmern, und decken, als des "Nothdurft ist. Darnach sullen sy in den Hoff "pauen, und pessern nach irer dreien von iar ze "iar, das er pesser wirt, und nit letzer, also "das wür sayn, und auch sy ir nutz, und frum "haben, und auch dabay halten, das er icht "mehr abgee. Sy sullen auch unts, und den "untsern damit wartund sayn, und alle iar in "untseren Lesen zwaimal mit essen, und mit trin"cken, und in nacht Hey, und Fueder, und "wenn unser Pot ze Herbst ze in chumpt, dem "sullen sy geben die chost, das er unts Vas, "und Schaff plünt, und ander Ding tue, das "not say ze untserm Lesen. Sy sullen auch den "vorgenannten Hoff, nach iren recht darauf, "und was darzu gehört, das vorgenannt ist, we"der verchummern, verchauffen, noch versetzen, "um chain ir nothdurft an untser Gunst, und Wil"len. Und sullen in auch verrichten mit Burg"recht, und mit ⁂ pfenningen an unser "Schaaden, wenn auch die vorgenannten drai "Leib abgent, oder das sy den Hoff bay ihren "Lenbtdigen nit haben wollten, oder gehaben "mochten, so sullen sy in, oder was darzue mer "gehört, besserlaich, und pauleich ligen lassen. "Gieng aber nichts daran ab, das erbare Leuth "besprechen mochten, das sullen wür haben ze "iren traüen, und auf all ir hab, dii sii ha"bent, oder noch gewünnent. Geschach auch, "das nicht entgeb, das der Hoff verprunn, so "sullen sii Hoff, Hauß, Stallung, und was an"ders darzu ze pauen ist, pauen, und widerbrin"gen an untsern Schaadten, und wür das Wein"hauß, und cheller an iren Schadten. Es sull "auch nach ihren Doth chain Erb, Fraind, "oder nachchommen, noch iempt anderer von "ihren wegen auf den vorgenannten Hoff, noch "auf das, das darzegehört, nichts ze sprechen "haben, wann es unts und untserem Gotts"hauß damit frey und los ist. Yberfüeren sie "aber die vorgenannte Taiding, mit einerlai "Sach, also, das sy nit pauen, und pessern, "und alles das täten, das vorgeschrieben ist, "oder welcherley antichl sy überfueren, so saind "sy gevollen, und geschaiden von allen genaden "und rechten, dii sii auf den vorgenannten Hoff "und was darzue gehört, habent, oder gha"ben mochtend, also, das wür fürbas untseren "frum darmit schaffen megen, als mit anderen "untsern, und unseres Gottshaus aigner, und "freüer Hab. Und das uns, und in das alles "stätts, und unzerbrochen beleib, geben wür "in den Brief versigelten mit untserem anhan"genten Insigel. Der sach saind taidinger, und "und zaigen gewesen die erbar, weisen Fride"rich Nemperger, die zait meines Herrn von "sand Peter Urbar-richter, Ulreich der Moser, "Ott von Hausperg, Hanns der sün, und "und alle drey Purger zu Saltzpurch, und "andere erbare Leuth genung. Der Brüeff ist "geben nach Christus geburd vierzehenhundert "iar, darnach in dem finfzehentisten iar an "sand Magdalena tag". Hucusque tenor litterarum locationis, quæ præter antiquitatem non magnæ considerationis esse suapte dignoscuntur.

III. Eodem anno etiam locata quædam bona in officio Seekirchen:

Non majoris considerationis sunt aliæ litteræ, per quas Dom. Leonardus abbas ad dies vitæ aliqua bona locavit cum jure advocatiæ pro annuo censu sex librarum viennensium nummorum, præter alias obligationes, prout colligitur ex litteris reversalibus monasterio nostro datis, quæ in antiquo urbario Seekirchen fol. 21. ita leguntur:

„Ich Hannß Oeder, Friderich, und Caspar „min Prueder, und ich Rudolph Wis„pacher chund allen dem, dii in ansehent, o„der hörent lesen, das untser gnädiger Herr „Herr Leonhart Abbt ze sand Peter ze Saltz„purch sain, und saines Gottshauß guet, und „hof zu Hudich in Seechircher Pfarr, und Ge„richt gelegen mit samt den Guet zu Hilkers„haim, und dii Vogtay in Moos, und Prug„müll, und andere Vogtay, dii von Alter ze „den hof gehörent, mit aller sainer zugehörung, „das sain, und seines Gottshaus fraües!ai„gen ist, lassen hat ze freier Stift, und nicht „anders von ain iar zu den anderen, mit der „beschaiden, das wür untseren vorgenannten „Herrn seinen nachkommen, und sainen Gotts„haus järlich darvor dienen sollen ze rechter

Dienst-

„Dienstzait 6. ß. Wiener Pfennig, oder Müntz, „dii ze Saltzpurch gib, und gåb ist, und sul„len auch iårlichen untser ainer, inne habent „den hof, in ir Stift chommen, und 12. Pfenning „zerung. Wür sullen auch den Hof inne ha„ben alzait unser ainer, inne wesentlaich, und „pauleich legen zu hauß, ze hof, ze Veld, und „nichts daraus entfrembden, verchumern, ver„chauffen, noch versetzen an iren willen, und „Gunst, und wen wür das nit täten, das vor „verschrieben ist, das wir den Dienst nit gå„ben die Stift nit suchten, den hof, und was „darzue gehört, nit recht, und redlich inne hiel„ten, so megen sii uns vercheren, mit wem sii „wollen, so sullen, noch wellen wür weder Ge„walt nach, noch Pet, noch rechtens, noch „anders nichts geniessen, wir sollen, und wollen „trayleich darvon schaiden mit bericht, und an„ders, das darzue gehört nach traier Paulaith „rat an geverde. Und sullen auch wür, noch „jemant anders von unsertwegen weder Erben, „noch frait, andere Laith in sainen Gottshaus „den sainen, noch den, da er es mit Bestift „dester unwilliger nit sain, weder mit Wor„ten, noch mit wercken an geverde. Und ob „wir das nicht hielten, so haben sy sintz unts „alle die recht, die sie haben sintz anderen iren „holden, und vollen Gewalt uns darum ze „pfenten, und ze netten, als ander ir, und „irs Gottshaus hollen, und läuth, und sollen „des in chainer waiß darwieder sain, weder „mit recht, noch an recht, und im, und sain „Gottshaus alzait gehorsam sain, als andre „seine holden. Das daß alles stet, und unzer„brochen beleib, geben wür vorbenannte De„der, und Wispacher in den offen Brief be„siegelt mit der erbaren weisen Man Ulrichs des „Strassers, derzait Pfleger in den neihaus, „Martn Hohenchicher die zait Verweser der „Hauptmanschaft zu Saltzpurg. Echart der „Deder unsers lieben Vaters anhangenten in„sigeln versiegleten, die durch unser vleissige „Pett willen an den Brief gehangen haben in„und iren erben an schaden, wan wür in der „zait aigenn insigl nit gehabt haben, darunter „wür unts mit samt ainander unverschaident„lich verpunden, allen das stått zu halten, und „genzleich ze volfiehren, das oben an den Brief „geschrieben stet. Der Taidung, und gebet „um das insigl saind zaigen dii erbaren beschai„den Peter der hafler, Niclas der Wildorfer, „baid Purger ze Saltzburg, und chunrat De„der ze Pfongeu, und ander erbare Laith ge„nueg. Geben ze Saltzpurg nach christes ge„purd vierzehen hundert iar, darnach in den „fünfzehenten iare an sand Vaits abent". Ita ad orexin legentium & scribentium in suis litteris, & contractibus fabulabantur antiqui per ampliſſimas verborum ambages, quod brevi verborum compendio non minus solide exepediri potuisset.

IIII. **Composita pariter quædam lis inter nostrum] parochum Dornbacen-**

Exstat pariter aliquod instrumentum membraneum de anno 1415., ex quo colligi potest, quod haud dubie cura, & sollicitudine Domini abbatis Leonardi facta fuerit concordia inter nostrum tunc temporis parochum in Dornbach, religiosum monasterii nostri professum, & civem quemdam viennensem infra nominandum. Hoc instrumentum authoritate notarii publici erectum de verbo ad verbum hunc sensum habet: censem & civem Viennensem.

„In nomine Domini, amen: anno a nati„vitate ejusdem millesimo, quadringen„tesimo, quintodecimo, die vero lune, se„ptima mensis januarii, hora meridiei vel „quasi, indictione octava, pontificatus san„ctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, „Domini Johannis divina providentia Pape „vicesimi tertii anno V. in mei notarii pu„blici, testiumque subscriptorum presentia „personaliter constitutus venerabilis reli„giosus vir fr. Otto dictus Prachpech Prior „monasterii sancti Petri ordinis sancti Be„nedicti in Salzburga, qui de speciali man„dato, & commissione Reverendi in Chri„sto Patris Domini Leonhardi abbatis, & „conventus predicti monasterii sancti Petri „Salzburga, quemadmodum asseruit, & in „duabus litteris missivis discreto, & circum„specto viro Stephano Poll oppidano vien„nensi a prefato domino abbate destinatis „plenius continetur, pro parte fr. Ulrici, di„cti Haidelbech professi, & membri dicti „monasterii sancti Petri in Salzburga, & „Plebani in Dornbach, diecesis patavienſis, „de, & super expensis in, & ob litem per „prenominatum Stephanum Polli partem „principalem tunc presentem factis & rebus „eidem adjudicatis in sententiis duarum „causarum injuriarum ipsi fratri Ulrico ju„dicialiter motarum contentis, sponte, & „voluntarie iniit concordiam, & cum pre„libato Stephano Pöll de simplici, & pla„no concordavit. In cujus concordie signum „claves dicti fr. Ulrici ad res mobiles man„dato, & litteris honorabilis viri Domini „Michaelis de Atmanspach Licent. in de„cretis commissarii venerabilis Patris Do„mini Andree de Grillenberg officialis curie „Patavienſis ad instantiam sepedicti Ste„phani Pöll arestatas, eidem tradidit, & „assignavit, deditque sibi per hujusmodi „clavium traditionem plenam, & omni„modam potestatem dictas res, ut permit„titur, arrestatas alienandi, & vendendi ad „libitum voluntatis sue, quousque de ejus„modi rebus sic arestatis triginta duas li„bras denariorum viennensium pro expen„sis, & rebus, ut predicitur, adjudicatis, „& factis plene acceperit, & cum effectu. „Promiserunt mihi notario publico infra scri„pto, fide data, solenniter stipulantes, & „recipientes vice, & nomine omnium, quo„rum interest, vel interfit, seu interesse „poterit quomodolibet in futurum, preno„minati fr. Otto Prior monastarii S. Petri „predicti pro parte fr. Ulrici prelibati de „mandato, & commissione prefatorum Do„mini abbatis, & conventus, & Stephani „Pöll pacem, & concordiam, atque omnes „differentias, & discordias verbo, & fa-

„&to publice, & occulte inter ipsos fr. Ulri-
„cum, & Stephanum Pöll hinc inde habi-
„tas, & exortas, esse sopitas, & penitus
„nullas sine dolo, & fraude per amplius
„inter se mutuo conservare, & unus alte-
„rum promovere, atque omnia & singula
„rata, & grata supra, & infra scripta per-
„petua firma habere, ac tenere, ac non
„contravenire per se, vel alios aliqua ra-
„tione sive causa, de jure, vel de facto. Re-
„nunciat etiam Fr. Otto Prior pro parte Do-
„mini abbatis, & conventus, ac Fr. Ulrici
„prefatorum, & Stephanus Pöll pro utra-
„que parte hinc inde pro se, & suis in his
„& earum quolibet omnium juris canoni-
„ci, & civilis auxiliis, & defensionibus
„quibuscunque contra predicta venire non
„velle, seu se juvare, & defendere in ju-
„dicio, vel extra quovis quesito ingenio,
„vel colore. Presertim renuntiaverunt in
„premissis omnibus & singulis exceptioni-
„bus, consuetudinibus, usibus, statutis,
„& privilegiis ab homine, vel a juribus da-
„tis, vel dandis, concessis, vel concedend-
„dis, impetratis, vel impetrandis. Super
„quibus omnibus, & singulis prefati Fr. Ot-
„to Prior, & Stephanus Pöll per me nota-
„rium publicum subscriptum unum vel plu-
„ra, publicum, seu publica fieri petierunt
„instrumenta. Acta sunt hæc in atrio in
„Dornbach prædicte dices: patav. sub anno,
„mense, die, hora, indictione, & pontifi-
„catu, quibus supra, presentibus ibidem
„discretis viris D. Paulo rectore parochialis
„ecclesie in Harenals, fr. Marquardo con-
„ventuali domus fratrum carmelitarum
„Wienn. Haunoldo Schiechler oppidano
„Wiennens.: & Georgio dicto Scharf de
„Wien. presbiteris, & laicis prefate pata-
„vienlis diecesis, testibus, & pluribus aliis
„fide dignis ad premissa vocatis. (L. S.)
„Et ego Hainricus Ulrici de Mildorf Salz-
„burgens. diecesis publicus imperiali au-
„thoritate notarius, quia prædictis clavium
„traditioni, concordationi, renunciationi,
„omnibusque aliis, & singulis premissis,
„dum, sicut premittitur, agerentur, &
„fierent, unacum prenominatis testibus pre-
„sens interfui, eaque omnia, & singula
„promissa sic fieri vidi, & audivi: ideo hoc
„presens publicum instrumentum per alium
„fideliter scriptum exinde confeci, & in
„hanc publicam formam redegi, signoque
„& nomine meis solitis, & consuetis hic
„me manu propria subscribendo signavi ro-
„gatus, & requisitus in fide omnium, & sin-
„gularum premissarum". Quoniam vero post omnem adhibitam industriam haud aliud notatu dignum de brevi regimine hujus præsulis nobis occurrebat, hinc gestis, & actis D. Leonardi abbatis nostri quinquagesimi secundi, qui vixit sub Joanne XXIII. summo Pontifice, sub Sigismundo imperatore, & Eberhardo hujus nominis III. Salisburgensi archiepiscopo, coronidem imponimus.

UDALRICUS,

ABBAS AD S. PETRUM LIII.

AB ANNO 1416. USQUE AD ANNUM 1420.

I. Sub Udalrico incæperunt scripta religiosæ professionis testimonia, & spatio quatuor annorum

Sed neque de Udalrico, cognomine Plankenfelser, multa leguntur in chronicis, catalogis, & manuscriptis nostris. Post suprema vitæ tempora Leonardi Putzneri anno 1416., fuisse ex gremio nostro electum, quatuor tantum annis, sed laudabiliter, præfuisse, & anno 1420. huic sæculo mortuum, & in capella S. Viti ad latus sui antecessoris Leonardi fuisse sepultum, conveniunt omnes. Sic enim docemur ex catalogo impresso, qui ex antiquioribus manuscriptis, & chronicis anno 1646. collectus fuit, ubi hæc verba leguntur: „Post Leonhardum „eodem anno in abbatem eligitur Udalricus „Plankenfelser, monachus S. Petri, qui cum „præfuisset monasterio quatuor annis utili„ter, & laudabiliter, extremum vitæ suæ „diem clausit, & sepultus est juxta prædeces„sorem suum in capella S. Viti cum hoc „epitaphio: *anno Domini MCCCCXX. ipsis „nonis mensis aprilis obiit Ulricus venerabilis abbas monasterii S. Petri Salzburgæ*". Ita catalogus citatus. Ne tamen penitus destituamur notitia laudabilis regiminis, in quo equidem nonnisi quatuor annis stetit Udalricus, hinc ex variis vestigiis, manuscriptis sequentia damus, quæ Udalricum posteritati commendant. Præprimis notatu dignum est, quod sub hoc præsule, ipso haud dubie hortante, & ordinante, monachi monasterii nostri ad normam S. regulæ nostræ Cap. LVIII. scriptis testimoniis inceperint adnotare nomina illorum, qui ab hoc tempore in antiquo monasterio nostro religiosam professionem emiserunt; quamvis in illis primis schedulis (de antiquioribus enim nihil constat) non exprimatur cognomen, aut locus nativitatis prout in antiquis exemplaribus videri potest. Plura quidem antecedentium monachorum nomina hinc inde in antiquis manuscriptis reperiuntur, schedulæ autem antiquiores, ut jam supra dictum,

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

ctum, non exstant, nisi illorum, qui sub Udalrico abbate in monasterio nostro expresse fuerunt expressi. Suscepit autem Udalricus abbas quatuor religiosos ad sacram professionem, ex quibus unus vocabatur in ordine primus Fr. Ægidius, alter Fr. Petrus, tertius Fr. Emeramus, & quartus Fr. Thomas. De primo, tertio, & quarto, nihil constat, qui fuerint, qui egerint, aut quo anno obierint. Secundus vero Fr. Petrus haud alius est, quam Petrus Klueghamer, vir plane insignis, qui post abbatem Erhardum anno 1436. communi omnium fratrum, qui erant viginti sex, calculo, & consensu in abbatem electus fuit, in quo munere cum summa laude præfuit annis o-nino triginta, ut suo loco dicemus. Hæ primæ professionis schedulæ ferme omnes æquales, & nonnisi in charta scriptæ sunt: prima in ordine Fr. Ægidii est præ aliis parva, & propter antiquitatem adeo detrita, ut ferme ex serico confecta esse videatur, & certe ob simplicitatem non minus veneranda, quæ sequentem tenorem habet, atque a modernis religiosæ professionis testimoniis quoad substantiam non differt: „Ego fra„ter Egidius promitto stabilitatem, & con„versionem morum meorum, & obedien„tiam secundum regulam S. Benedicti co„ram Deo, & omnibus sanctis ejus in hoc „monasterio, quod constructum est in ho„norem sanctorum apostolorum Petri, & „Pauli, sanctique Rudberti confessoris, at„que pontificiis in presentia Domini abbatis „Udalrici &c. anno Domini MCCCCXIX. „sexta decima calende Junii". Ejusdem tenoris etiam sunt reliquorum fratrum testimonia professionis scripta.

II. D. abbas denuo recepit curiam in Minichhausen in officio Spital:

Quamvis autem Udalricus abbas noster quatuor tantum annis muneri suo præfuerit, attamen non pauca exstant documenta, ex quibus abunde probatur, quod hic Dominus abbas tam per emptionem, aut aliis modis bona quædam monasterio comparaverit, quam etiam ad monasterii utilitatem bona varia ad certum tempus aliis elocaverit. Quod anno 1416. denuo receperit ad monasterium curiam Minichhausen in officio Spital a Joanne Graul, & ejus filiis hæredibus: testes sunt litteræ de dicto anno in die S. Barbaræ Virginis erectæ, quæ ita sonant:

"Ich Hanß Graul von Minichhausen, Chri"stian, und Stephan, Michael, und "Pernhart, alle vier des obgenannten Graul "Sünn, verriehen für uns, unsere Hausfrauen, "und all unsere Eriben, dii wür habent, oder "noch hinfür gewinnent, und thuen chunt mit "dem Brüeff allen den, dii in ansehent, oder "hörent lesen, das wir von untseren genadigen "Herrn Herrn Ulrich Abpt ze sand Peter ze "Saltzpurch gehabt habent den Hoff ze Minich"hausen ze Freustift, und nicht anders von ain "iar zu den andern, darvon wür schaiden mit "unsern guten Willen ungenöt nach trauer Pau"laith rath, als des Landes recht ist ze Saltz"burch, und verzaihen uns auf des Hofes gänz "und gar mit dem Brüeff. Wir sullen auch, "noch chain unser Eriben chain Ansprach dar"auf niemer haben, noch jemant von unsert"wegen von des vorgenannten Hofs wegen, den "wür von untserem vorgenannten Herrn sain "Gottshaus gehabt haben, und wollen auch "chainerlai Ansprach, noch chrieg hienfir auf den"selbigen Hoff nit mehr haben, weder von Satt "wegen, noch von drittail wegen, wi das ge"nannt wer, weder mit recht, noch an recht, "geistlaich, noch weltleich, treulich an gevär. "Wer aber, das wür mit unsern vorgenann"ten Herrn, seinen Gottshaus, und nachchom"men ainerlai Ansprach anhueben, es wer mit "recht, oder an recht, wie das geschäch, das "haben wür, und all unsere Eriben an aller "statt verlohren, und der vorgenannte Herr, "sein Gottshaus, und nachchommen hinter uns "gehabt. Daß das alles stett, und unzerbro"chen beleib, das oben an dem Prief geschrie"ben stet, geben wir unserem vorgenanuten "genadigen Herrn den Prief versiegelten mit "der erbahren waisen Martan des hochenecher "der Zait Verweßer der haubtmanschaft zu "Saltzburch, und Jorg Putzenfüetl di zait "Stattrichter zu Saltzburch baiden anhangen"ten Insigeln versigelt, das seu durch unser "fleißiger Gebeth willen daran gehengt habent, "inn, und iren Eriben an schaden, und der ob"geschribenen Sach saind Purg, und Taidin"ger gewesen, die erbar, beschaiden Hans "Graul ob den Walsfeld, Jacob Prinner, "Chunrad Schilling aus der Gnügl, Hans "Trisinger, Hans Albel von Pirchhausen, "Maindl von Golds, darunter wir uns auch "mit unseren treuen unverschaidenlich miteins"ander verpindten alles des Statt zu ze halten, "das oben an den Prief geschrieben stet, der "geben ist ze Saltzburch nach Christi geburth "tausend iar, und vier hundert iare, dar"nach in den sechzehendten iar an sand Barba"ran Tag der heiligen Jungfrauen". Hucusque litteræ renunciationis per quas Dominus abbas iterum ad monasterium recepit curiam in Minichhausen.

III. Anno 1417. adjecit monasterio prædium quodam in officio Tittmoning:

Anno verosimiliter sequenti, id est, 1417. adjecit monasterio prædictus Dominus præful prædium, quod dicitur Herphelsheim in officio Tittmoning, quod quidam Fridericus Schenriph ultro dedit domino abbati propter remissionem alicujus pœnæ: testes litteræ sunt sequentes:

„Ich Fridr. der Schenrief, und Elsbet min „Hausfrau, wür verichen baide unver„scheidenleichen für uns, und für alle unsere E„riben, uud nachchommen offentlich mit den „Prief allen, den er firchomt, das wür mit „gütlichen unseren willen das guet, das Hel„pfertshaim, erbrecht, und Paurecht mit al„ler zuegehör aufgegeben haben untseren gena„digen Herrn Abbt Ulr., Abbt des Gottshaus „ze sand Peter ze Saltzburch im, und sainen „Gottshaus, und sainen nachchommen, das „wür, noch unser Eriben, noch yemand von „untser wegen auf das egen: gueth das Helpherz-

haimb,

„haimb, chain zuſpruch, noch forderung darauf „ewiglich nemmermer haben, noch gewünnen „ſullen, wenig, oder viel in chainerley weiß, „und mit wem uns egen genadiger Herr, er, „oder ſain anwald das egen: gueth beſtifft, das „iſt untſer güttlicher wüllen, dem ſullen wür „das wollgunnen, und darwieder nit thuen, „noch reden, und ſullen auch von den egen: guet „wegen, und von der Pänchnuß wegen, das „wür in Hanßen des Phlanbar ze ſand Veith „Landrichter in dem Pongeu Pänchnuß ſayn „geweſen, und in das egen. Herrn des Pänch„nuß ſain geweſen um die dreu, die wür gethan „hatten unſern egen. Herrn dem Abbt, und Ste„phan dem Tonnyger ſainen Amtman, der wür „nit gelangen mechten, das hat unts untſer ge„nadiger Herr der Abbt genadiglich vergeben, „und hat unts ſain Huld geben, alſo, das wür „baid untſer dreu gegeben haben Hanßen den „Phlaubar ze ſand Veith an ains Sarchen „geſchworn aitzſtatt fir uns, und fir all untſere „Eriben, das wür kain zuſpruch, noch vorderung „nyemermer haben ſullen noch gewünnen hin„ter untſeren genadigen Herrn den Abbt ze ſand „Peter ze Saltzburg, und ſeinen Gottshaus, „und ſain nachchommen, und ſullen auch chain „zuſpruch haben hinter Stephan den Tönninger, „ſain haußfraw, und allen ihren Eriben des e„gen. guets wegen, und Pänchnuß wegen, und „von allerlai ſach wegen, wi das genannt wer, „nichts ausgenommen, und haben darzue ze „ſammt uns guet Purigen geſetzet, das wür „das altſo feſtigleich halten ſullen, und wellen, „was der Prief laut, das iſt vonerſt Jorig Bi„ſchoff geſeßen auf den Harperg, und min Prue„der chriſtian, und hanß von Teüffenbach, alle „dray geſeßen an ſand Veits Pfarr, und ob „wür das brächen, das nit hüelten, das man „unts des iberwaißen möcht mit ain gewiſſen, „ſo hietten wür unſere Dräu iberfaren, und „zerprochen, und weren die Burigen verfallen, „dem Hauptman ze Saltzpurch zehen Pfund „Pf., und in ires gericht die egen. Burigen ſäſ„ſen, die weren demſelben richter verfallen finf „Pfund Pf., und das wür wider chriegten, „oder rechten, es wer geiſtlich, oder weltlich, „des hiellten wür unrecht, und an aller Statt „verlohren, und ſeu ganz, und gar behabt. Zu „einer urchund der Warheit gib ich egen. Fridr. „der Schrenipf, und mein hausfrau Elſpett fir „uns, und fir all unſere Eriben den offen Prief „untſern genadigen herrn Abbt Ulr. des Gotts„hauß ze ſand Peter ze Saltzpurch, und ſainer „nachchommen verſigelten mit des erbaren wai„ſen Mans hanßen des Plaubar Urbar-Rich„ter dats ſand Veith, und di zait Landrichter „in den Pongeu aigen anhangenten Inſigl, der „das an den Prief angehangen hat durch un„ſer Plaiſſiger bett willen im, und ſain Eriben „an ſchaden, darunter wür unts verbunden ha„ben mit unſeren traüen an aidsſtatt alles das „ſtätt zu haben, und ze vollfiren, was an den „Prief geſchraiben ſtet. Des Briefs, und der „Pleiſſigen Bett, um das Inſigel ſaid zeigen „di erbaren Planbar Purger ze ſand Vaith, „und hanß an der Täſchen, und ander erbar „Leith. Der Prief iſt geben, da man zalt nach „Chriſti geburd vierzehenhundert, darnach in „dem ſechzehenden iar an den heiligen zwelf pot„ten Tag ſand Philipp, und ſand Jacob".

In his litteris circa annum 1416. videtur error irrepſiſſe, nam dicto anno in menſe Maio, ſeu in die SS. Philippi, & Jacobi, in primam menſis Maji incidente, vixit adhuc Leonardus abbas, qui primum, uti ex epitaphio colligitur, menſe novembri ſupremum vitæ diem clauſit, niſi dicere velimus, Leonardum prius reſignaſſe, & illo anno Udalricum fuiſſe electum, quod tamen dicendi nullum ſuppetit fundamentum.

IIII. Anno 1418. comparavit molendinum in Pogwang in officio Seekirchen:

Ad annum 1418. legimus, quod per renunciationem Domino abbati Udalrico tradiderit Fridericus Reinperger, & uxor ejus Margareta cum omnibus juribus, & utilitatibus ſuis molendinum aliquod Pogwang dictum, in officio Seekirchen, adjecta hac conditione, ut molitor, qui illud pro tempore poſſidet, Domino abbati certam penſionem pecuniariam ſolvat, uti patet ex ſequentibus litteris:

„Ich Friderich Grinperger, ich Margret ſain „hausfrau, vergehen, und tuen chund mit „dem Prief allan den, den er firchompt, das „wür baide wülliglich, und wollbedachtleich, „und mit guter Vernunft, und gewiſſen, und „zu den Zaiten, da wür es woll getun moch„ten, aufgeben, und in geantwurt, und geaig„net haben unſeren genadigen Herrn Herrn Ul„richen die zait Abbt ze ſand Peter ze Saltz„burch in ſain abbtag, und allen ſeinen nach„chommen untſer Müll in der Powang gelegen „in ſand Gorigen Pfarr, und freüs rittermeßi„ges aigen iſt, mit allen eren rechten, nutzen „und geſuechen, als wür dieſelb ingehabt ha„ben, nichts ausgenommen, mit der beſchai„den, das der Müllner, der di egen. Müll ze „eebrecht innen hat, oder wer mit ſeinen, oder „ſainer nachchommen wüllen, und wiſſen dar„auf ſitzt, darſon raichen, und dienen ſoll al„le iar iärleich dem egenannten herrn, und ſai„nen nachchommen neinthalb ſchilling Pfenning „ewiger gült an abgang, und widerred; und „antwurten im auch di egenannte Müll, und „gült mit ſambt dem chaufprief, den wür dar„um haben von Chunrad den Oeder aus un„ſer nutz geweſen, und verzaihen uns auch der „der obgenannten Müll, und gült, mit aller „zugehörung ganzlich und gar mit chraft des „gegenwertigen Briefs alſo, das weder „wür, noch untſere Eriben, noch jemant an„der von untſert wegen weder häunt, noch hin„fir nyemermer chain Anſprach, und Vorder„ung darauf haben ſullen, noch gewünnen we„der mit recht, noch unrecht, geiſtleich, noch „weltleich in chainerlai waiß trülich, und an „gevär. Wann ich egenannter Friedarich di „obgeſchriben Müll, und gült, und gut chaufft, „und bezahlt hab von Chunrat den Oeder, als „ob er verſchriben iſt, das es alles dem vorge„nannten unſern herrn Ulrich Abbt ze ſand Pe„ter, ſainen gotshaus, und nachchommen alſo

„stätt, und unzebrochen beleib, geben wür ich „egenannter Fridareich Reinperger, und ich „Margareth sain Hausfrau fir uns, und all „unser Eriben, und nachchomen in dem Prief „mit minem des Fridereichs Reinperger aigen „anhangenten insigl, und darzue ze ainer Pes„seren sicherhait des erbarn, und vesten Erasm „des Trauner, die zait Pfleger ze glainech ai„gen anhangenten insigel versigelt, das er durch „unser baiden vlaißigrr Bett willen daran ge„hangt hat im, und sain Eriben an schaden, „darunter wür uns verpunden mit untserem „treüen ain aides statt alles das ze halten, und „ze volfiren, das der Prief innhalt, und aus „waist. Der Pett um das sigel saind zaigen „di erbarn, und festen Hanns Truchsass, „Chunrad Ebsan, Niclas Pehaimb, und „andere erbare Laith genueg. Geben ze Saltz„burch nach Christi Geburd vierzehenhundert „jar, und darnach in dem achtzehenten jar an „sand Thomas tag des hailigen zweilspotten.

V. Rursus anno 1419. emit aliquot bona, & census in Hallein.

Anno sequenti, id est 1419. emit D. abbas Udalricus aliquot bona, & annuos census in Halla a duobus fratribus germanis Chunrado, & Sigismundo de Tauschind. Nomina autem illorum bonorum, & censuum annuorum sunt in Platzenstain, Griming, Hunech, in Oed, in chalchgrueben, item in quinque hortis olerum, quæ omnia sita sunt circa montem S. Georgii in Hallein, ut patet ex sequentibus litteris emptionis:

„Ich Sigemund, und chunrad geprüder di „Tauschind veriehen fir uns, unsere Haus„fraiwen, und fir all unsere eriben offentlichen „mit dem Prief, und thuen chund allen den, „den er firchompt, das wür mit veraintem „wollbedachten muet, und mit gueter willen „recht, und redleichen chaufleichen ze chauffen „haben geben dem erwirdigen gaistleichen un„sern genadigen lieben herrn herrn Ulreichen „abts des gotshauß ze sand Peter ze Saltzburch, „sainen Convent, und allen iren nachchompen „unsere gült, dienst, und recht, di wür ge„habt han auf den hernach geschribenen Stü„cken, und güettern. Von ersten auf den guet „zu Platzstain bay den Puchlain, auf den guet, „das grimming, item auf den guet ze nächst „dabay, item auf dem guet zu hunechius, „item auf finf garten auf der Stiegen, item „auf den guet ze Oed, item auf den guet ze „chalich grueben, item auf den guet ze Platz„stain. Di vorferschriben stuch, und guter „saynd gelegen zu den Hallein auf sand Gori„gen Perg, besuecht, und unbesucht in allen „den eren, rechten, nutzen, und gesuechen, „und geraichen ungevärlichen, als wir dii in„nen gehabt, genossen, und unser vorfordern, „dii mit sampt uns herpracht habent an gevär, „altso haben wür in die aingeantwurtet, und „alle die Prief, die wir darumb gehabt han, „mit sampt den Prief ibergeben auß untser nutz, „und gewer in ir nutz, und gewer, als soli„ches chaufs, und Landesrecht ist angever. „Sy haben uns auch die vorgenannten unser „gült, dienst, und recht auf den genannten „güettern, und Stuchen allen ganz und gar „vergolten mit beraiten geld nach allen unseren „willen, und an allen unsern schaaden, da„ran uns jetzund, und auch hinfier woll be„gnüegt, altso in der beschaiden, das wir, „und alle unsere Eriben, und nachchompen, „noch jemand ander von unser wegen hinfier „ewigleichen mer darauf, noch darnach zu „reden, zu sprechen, schullen, wellen, haben, „weder gewünnen, noch mit recht, noch an „recht, gaistleichen, noch weltleichen, noch „mit chainen andern sachen, in chainerlay waiß, „getrailichen, und alles an geverde, wan wür „uns des alles ganz, und gar verziehen habent, „und verzaihen uns, sain auch wüssentlich in „chraft des gegenwertigen Priefs. Wir schul„len, und wellen auch des alles ir gewer, und „firstand sain, auch fir alle chrieg, invälle, „und ansprach, gaistleichen, und weltleichen, „und seu in aller statt vertretten, wo in des „not, und durft geschinht, als solches chaufs, „und Landesrecht ist, angevär. Tetten wir „des nit, was si dan des schaden nemmen, „wi der schad genant wurd, nichts ausgenom„men, denselben schaden allen schullen, und „wellen wir in gantz, und gar abtuen, und „widerchern, und das schullen sie alles ha„ben, dats uns unseren treüen, und darzue „auf alle unser hab, wi di genannt, und wo „di gelegen ist, nichts ausgenommen, vor al„len andern Leüthen, und geltern an gevar. „Auch ist ze merchen, ob hinfiricht elter Prief, „oder urchund firchommen, di über di vorver„schribenen unsere Recht, dienst, und gült „auf die vorgenannten Stuchen lauten, oder „sagten. Diselben Prief, und urchund all „schulen wider den gegenwertigen Brief ab, „und tod sain, und chain chraft darwider nit „mer haben, in chainerlay waiß ongevärlichen, „und des allen zu einen urchund der warhait „geben wir in den offen Brief versigelten mit „des waisen vesten unsers lieben Schwager „Gorigen des Peitzenfurter richter ze Saltz„burch, und mit unsers lieben vettern Mar„trin des aufnärs Purger daselben baider an„hangenten insigeln, di si durch unser vlaißi„ger pett willen daran gelegt hanent, in, und „allen iren eriben an schaden, darunter wir „uns mit unseren treüen unverschaidentlaichen „verpunden, alles dats stätts ze halten, das „der Brief laut. Des chaufs, und pett um „di insigeln saind zaigen di waisen vesten caspar „Planchenfelser, Friedereich Veinperger, und „di erbaren waisen friedreich zandl, di zalt „Purgermaister ze Saltzburch, Ruprecht Ve„nediger Purger daselben, und ander erbare „Laith genueg. Geben an Mittichen an den „H. auffart tag, da man zahlt von christi ge„burde vierzehenhundert jar, und darnach in „nainzehenten jare. Hucusque litteræ emp„tionis.

VI. Sub hoc tempus etiam aliqua bona, & de-

Non minus quædam vestigia exstant, quod Dominus abbas Udalricus varia bona, prædia, & decimas elocaverit, prout testantur litteræ exstantes. Quoniam vero

listæ

decimas ad certum tempus elocavit.

istæ elocationes tantum factæ fuerunt ad dies vitæ, aut ad certos annos, hinc notitiam superficialem damus absque litterarum tenore. Sic legimus in litteris datis anno 1416. in die ascensionis, quod Dominus Udalricus abbas elocaverit Erhardo Fürberger, ejusque uxori ad dies vitæ prædium nostrum Paumgarten, situm in officio nostro Traunstain, ita, ut præfatus Erhardus Fürberger, qui fuit civis Traunsteinensis, singulis annis præstet consueta servitia in urbario præscripta, & si uno anno reddere negligat, cadat ipso jure, quod habet in dictum prædium ipsi elocatum. In his litteris rursus emergit dubium chronologicum circa tempus: si enim anno 1416. mense majo, vel junio Udalricus abbas jam fuit electus, minus conformiter epitaphium Leonardi abbatis assignat mensem novembrem pro tempore obitus, nisi forte prius resignaverit Leonardus, ut supra dictum in fine n. III. Vigore aliarum litterarum, quæ datæ sunt anno 1418. feria secunda ante mediam quadragesimam concessit Dom. abbas cuidam Alberto Haus officium nostrum Ensthall, unacum ipsa curia in Neukirchen, seu, ut vocatur hodie, Pichl, adjecta conditione, ut singulis annis abbati rationem reddat de acceptis, & expensis, & consueta servitia solvat de ipsa curia, prout alii præstare solebant. Eodem anno Dominus abbas Udalricus locavit decimas nostras in Dirnberg Dom. Jacobo Hundlein, montis salinarii præfecto ibidem, margaretæ uxori, & duodenni filio ejus Georgio cum adjecta conditione, ut solvat, & serviat annuatim ad festum Sancti Ruperti in autumno decem Schillingos nummorum. Litteræ signatæ sunt die mercurii post festum S. Ruperti in quadragesima. Anno præcedenti 1417. concessit idem D. abbas Domino Chunrado Stepfer præfecto in Lebenau ad dies vitæ decimas nostras in Lebenau sitas hac adjecta conditione, & pacto, ut singulis annis serviat, & præstet monasterio nostro sex schaffas frumenti, & sex schaffas avenæ juxta mensuram Salisburgensem, & si hoc vel semel solvere omittat, ipso facto cadat jure suo. Et hæc de emptionibus, & locationibus factis sub Udalrico abbate.

VII. Memoriam etiam meretur synodus Salisb. de anno 1418. cui etiam hic abbas interfuit.

Ante finem actorum hujus abbatis nostri dignissimam memoriam meretur synodus illa celebris, quam anno 1418. sapientissimus archipræsul, & sollicitus Salisburgensis ecclesiæ pastor Eberhardus hujus nominis III. instituit, in qua non tantum fuisse præsentem abbatem nostrum Udalricum, verum etiam abbatem S. Petri cum D. abbate in Nideraltaich pro capitulis benedictinis constitutos fuisse præsidentes ex actis concilii clare colligitur. Nos historiæ hujus testem adducimus historicum Salisburgensem probatissimum R. P. Marcum Hansizium, qui in suo opere historico sub Eberhardo III. archiepiscopo pag. 468. a num. margin. VII. sequentia scribit: „Inter hæc "antistes (nimirum Eberhardus hujus no-"minis III.) egregiam intenderat curam pro "reformatione morum: ut primum est con-"stantiæ soluta synodus, operam dedit, ut "sanctiones ejus per provinciam explica-"rentur; ipseque pariter concilium Salis-"burgi coegit anno 1418. die octava post se-"stum S. Martini, ad quam Albertus Ra-"tisbonensis, Hermanus Frisingensis, En-"gelmarus Chiemensis, Ulricus Seccovien-"sis, Wolfhardus Lavantinensis cum ab-"batibus & prælatis accesserunt &c.", Et post pauca ad nostrum propositum n. IX. ita filum historiæ de hac synodo Salisburgensi prosequitur: „In hoc concilio damnatur "inprimis error Wiclefi, qui offendiculum "apud nonnullos pepererat, sacerdotem in "peccato mortali constitutum non posse con-"ficere corpus Christi, solvere a peccatis "&c. deinde renovantur decreta de cele-"brandis synodis, & capitulis, de visita-"tionibus diœcesium, & præcipue monaste-"riorum: indicitur que synodus proxima "Salisburgensis a festo S. Augustini proxime "futuro ad annum. Mandatur etiam suf-"fraganeis: ut synodus episcopales infra "hinc & festum S. Jacobi proxime ventu-"rum studeant celebrare, & sic in annos "singulos, secus ab officio suspendendi. Ca-"pitulis canonicorum regularium præsidere "jubet Præpositum Salisburgensem, cum "præposito Nuiburgæ, seu clauströneobur-"gensi. Capitulis Ordinis S. Benedicti ab-"batem S. Petri, & in Nideraltaich: &c." Denique, postquam prædictus auctor per longum recenset saluberrima statuta, quæ in hac synodo fuerunt condita, ad finem n. X. seriem historicam ita concludit: „Hæc "aliaque in prædicto concilio statuta sunt, "universim XXXIV. præstantissima sane, & "ad numeros omnes vigilantiæ pastoralis "exacta. Capite XXXII. sub anathemate "ipso facto incurrendo præcipitur, ne quis "hæresi Wiclefistarum, aut Hussitarum "infectum, aut de iisdem infamatum, & "suspectum ad prædicandum, aut docen-"dum admittat; jam enim quidam termi-"nos Salisburgensis provinciæ sub agni spe-"cie gerentes lupum, intraverant, quin "ordinat sub iisdem pœnis, ut ejusmodi, si "quos sciverint, statim superioribus denun-"cient: duces autem, judices, aliique "præfecti ad requisitionem episcoporum, "aut vicariorum tales incarcerent &c. qua "vigilantia factum, ut provincia servaretur "ab ea peste libera, & immunis. In hoc "ipso concilio gestum fuit illud singulare, "quod episcopi, aliique prælati inter se fœ-"dus injere contra laicos, a quibus clerici, "& ecclesiæ vexabantur: quod, ut ordine, "& efficaciter fieret, patres communi no-"mine gravamina sua exposuere Sigismun-"do Regi, & ejus auxilium in posterum in-"vocarunt. Rex eos per regias litteras jus-"sit de præsidio suo securos, quo proinde

"anti-

"antiſtites muniti edidere anno ſequenti ta-"bulas confœderationis, qua ſibi pollicen-"tur invicem aſſiſtere non ſacro duntaxat, "ſed etiam temporali gladio". Hucusque Hanſizius, qui & litterarum tenorem allegat, quæ datæ fuerunt anno 1419. dominica immediate ante feſtum S. Antonii, & dicit his litteris appenſa eſſe octodecim ſigilla, quibus litteris in extenſo allegandis, cum immediate ad hiſtoriam monaſterii non pertineant, conſulto ſuperſedemus, & ſimul, cum plura ſpecialia geſta de brevi abbatiali regimine Udalrici nobis non conſtent, narrationi noſtræ de dicto abbate, qui poſt 4. annos, ne quidem completos, die 5. Aprilis anno 1420. obiit, finem damus.

JOANNES III.
ABBAS AD SANCTUM PETRUM LIV.
AB ANNO 1430. USQUE AD ANNUM 1428.

I. Joannes hujus nominis III. abbatiæ per octo annos utiliter præfuit;

Defuncto abbati Udalrico per electionem ſucceſſiſſe in abbatiali munere JOANNEM NOTTENHAUSER, hujus nominis III. conveniunt omnes catalogi abbatum antiquiores, & recentiores. Licet autem de patria, & familia hujus abbatis certo nihil conſtet, creditur tamen ex temporum circumſtantiis, veroſimiliter illum fuiſſe Joannem, qui ſub Ottone II. abbate fuit Prior monaſterii, in quo officio adhuc erat anno 1409. quo tempore monaſterio multa bona comparavit, quæ ab Ottone II. abbate ad oblaiam fratrum, illo tempore adhuc ſeparatam pro melioratione victus donata fuere; quamdiu autem Prioris munus adminiſtraverit, certo aſſeri non poteſt. Sicut autem erat Prior de monaſterio bene meritus, ita multo magis, poſtquam anno 1420. in abbatem fuit electus, munus abbatiale ſumma cum laude, & ſtrenue adminiſtravit, quamvis regularis diſciplina jam fors ante collapſa reformatione ſecuta indiguerit. Fuit cœteroquin vir, ut referunt manuſcripta, & ex his auctor hiſtoriæ Salisburgenſis, abbas noſter Joannes, hujus nominis tertius, magnæ prudentiæ, & ingenii, bonus, & frugalis paterfamilias, in rebus agendis multa pollens dexteritate.

In-

Inter alia conſtruxit capellam S. Wolfgangi, quæ nunc S. Benedicti dicitur, ad ingreſſum eccleſiæ in latere ſiniſtro ſita; cellam etiam vinariam huic capellæ contiguam exſtructo fornice altiorem, & capaciorem reddidit. Multa, ut infra per allegandas probationes dicemus, ad monaſterii utilitatem comparavit bona, & prædia. Rexit abbatiam annis octo, & vixit ſub archiepiſcopis Eberhardo III. qui obiit anno 1427. & ſub Eberhardo IIII. Starenbergio, qui poſt duos annos, anno nimirum 1429. ſupremum vitæ diem clauſit. Ipſe abbas Joannes podagræ doloribus continuo afflictus XIIII. calend. Maij anno 1428. fatis conceſſit, in prædicta, quam exſtruxit, S. Benedicti capella ſepultus.

II. Specialiter anno 1421. jus vogteticum duorum bonorum in Traunſtein;

Fuiſſe autem Joannem abbatem induſtrium pro bono monaſterii patremfamilias probant variæ litteræ exſtantes, ex quibus eruitur, quod varia bona per emptionem comparaverit, aliqua, exigente majori utilitate, vendiderit, & permutaverit: rurſusque alia ad dies vitæ aliis elocaverit. Sic in ſpecie loquendo anno 1421. duo prædia, in officio Traunſtein ſita, ab eodem abbate empta fuiſſe teſtes ſunt ſequentes litteræ.

„Ich Hans Haleprucher vergich fir mich, fir „min Hausfraw, und all unſer Eriben, „und tuen chund offentleich mit den Prief, den „er firchumpt, das wir mit guten willen recht, „und chauflich ze chauffen geben habent dem er„wirdigen, und gaiſtleichen herrn herrn Jo„hanſen apt ze ſand Peter ze Saltzburch, und „ſainen Convent daſelbes unſer vogtrecht mit „aller ſainer zugehörung, als wir gehabt ha„bent von den vorgenannten gotshauß auf den „zwaien iren giethern, genannt ze grueb, und „Puechſtochen, die gelegen ſaind in mieſen„bach in Traunſtainer gericht mit allen eren, „rechten, nutzen, und geſuechen, als wir ſel„be inngehabt habent, und von alten herbracht „habent, und hat uns der benannt unſer herr „diſelbe unſere vogtrecht getreüleich vergolten „nach allen unſeren willen, und an allen un„ſeren Schaaden ꝛc. des ze urchuud der war„hait geben wir im den offen Brief verſigelten „mit minen des obgenannten Hans Holeprüch„ker aigen ſigel, und des ze ainer peſſeren ſi„cherhait des erbaren waiſen Saybott des Nop„pinger anhangänten inſigeln verſigelten, der „das durch min vlaißige pett willen daran ge„hengt hat, im, und allen eriben an ſchaden. „Das Inſigl ſaind zaigen dii erbaren, und „weiſen Friedereich Reinperger, und Jorg „Neulen, di zait hofmaiſter in dem Tuemb„hoff ze Saltzburch, und andere erbare Laith „genueg. Der Brief iſt geben, da man „zahlt nach Chriſti gepurd, vierzehenhundert „jar, und darnach in den ain und zwantzigſten „jare, an Pfingſttag vor ſand Lucien tag der „heiligen Jungfrauen.

III. Anno præcedenti, id eſt anno 1420. dictus Dominus abbas quandam domum, & hortum in Münichhauſen, ſitum in officio Spital, eodem anno jus advocatiæ in prædio Niderntraxel pariter in officio Spital, rurſus dominum directum in prædio Oed in officio Weiſenpach, & idem dominium anno 1424. in abbatis augia de prædio Rohrhof comparavit. Nos de ſingulis damus litteras cum ſuo tenore: & primo quidem emptionis contractus de domo, & horto in Munichhauſen ſic legitur:

Anno præcedenti 1420 domum quamdam, & hortum in Münichhauſen in officio Spital:

„Ich Hainrich, und Hans geprüeder die „Münichhauſer, baid Purger ze Saltz„burg, unſer Hausfrawen, und all unſer er„ben, und nachchompen vergehen offentleichen „mit den Brüef, und tuen chundt allen den, „den er firchumpt, das wir mit verainten woll„bedachten mueth, und mit gueten willen, und „ſunder von merchleichen unſer groſſen Not„durft wegen recht, und redleichen, chaufflei„chen ze chauffen geben haben dem erwirdigen „gaiſtlichen unſern genadigen lieben herrn herrn „Johanſen Abpt des gotshauß ze ſand Peter „ze Saltzburch ſainem Convent, und nach„chommen unſer Purgrechthaus, Hoffſtatt, „und Garten mit ſampt iren zugehörung, ſo „wir dan haben gelegen bay iren hof ze minich„hauſen beſuecht, und unbeſuecht mit allen den „eren, nutzen, und geſuechen, und geraichen „di ze recht, und von alter darzu gehörent, wi „di genannt ſind, nichts ausgenommen, altſo „wir das alles innen gehabt, genoſſen, und „unſer vorvordern dats mit ſampt uns her„bracht habent, an gevär. Altſo haben wir „in das alles aingeantwurtet aus unſer nutz, „und gewer in ir nutz, und gewer, und in das „anfgeben, und richtig gemacht mit des ge„richts hant, darinn das obgenannte Purg„recht alles gelegen iſt; als dan ſolches chaufs „Purgrecht, und Landsrecht iſt angevär. Sy „haben uns auch das vorgenannte Purgrecht „alles mit ſampt ſainer zuegehör ganz, und „gar vergolten mit beraiten gelt nach allen un„ſern willen, und an all unſern Schaaden, „daran uns ietzund, und auch hinfier woll ge„nüegt. Altſo in der Baſchaiden, das wir, „und all unſer eriben, und nachchommen noch „yemandt von unſert wegen hinfier ewigleichen „nichts mehr darauf, noch darnach ze reden, „ze ſprechen ſullen, wellen, haben, wed r ge„wünnen weder mit recht, noch an recht, gaiſt„lichen, noch weltlichen, noch mit chainen an„deren ſachen, in chainerlai waiß getraileich, „und an alles gevärde, wan wir uns des alles „ganz, und gar verzihen haben, und ſain „auch wiſſentleichen in chraft des gegenwertigen „Briefs. Wir ſchollen, und wollen auch des „vorgenannten Purgrecht alles haus, hoff„ſtatt, und garten mit ſampt irer zugehörung „in gewer, und firſtand ſain, auch fir alle „chrieg, invalle, und anſprach gaiſtlichen und „weltlichen, und ſie an ſtatt vertretten, wo in „des not, und durft geſchiecht, alsdann ſol„ches chaufs, und Purgrechts, und des Land„recht iſt an gevär. Tetten wir das nit, was „ſy den ſchaden nämmen, wie der ſchad ge„nannt

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

„nannt wurd, nicht ausgenommen, denselben schaden allen schollen, und wollen wir in „ganz abtuen, und widerchern, und das schullen sy alles haben dats unser treüen, und „darzu auf aller unser hab, wo wir die iberall „inder haben, oder noch hinfir gewünnen, und „hinter uns lassen, wi di genannt, und wo „die gelegen ist, inner, oder ausser Land, „nichts ausgenommen, vor allen Leüten, und „geltern an gevär. Auch ist ze merchen, ob „hinfricht elter Prief, oder urchund firchämen, „di yber das vorverschriben Purgrecht alles „lauten, oder sagten, diselben Prief, und urchund all schollen wider den gegenwärtigen „Prief ab, und tod sain, und hinfir chain „chrafft, nochmacht darwider nit mehr haben „in chainerlai waiß angevärlich, wer auch den „Prief mit iren gutleichen willen innen hat, „derselb, oder diselben habent alle die recht, „die daran geschrieben stent. Und des alles ze „ainen urchunde der warhait geben wir den ofsen „fen Prief versigelten mit des waisen vesten „gorigen des Pritzenfürter richter ze Saltzburch „aigen anhangenten insigl, der das durch unser vlaißigen pett willen daran gehengt hat, „im, und allen sainen Eriben an schaden, darunter wir uns, fir unser hausfrawen, und „fir all unser eriben, und nachchommen mit „unseren treüen unverschaidentleichen verpinden, „alles dats stets zu halten, und gar und ganzlichen ze volfiren, das an den Prief geschriben stet. Des chaufs, und pett um das insigl sind zaigen di erbaren beschaiden Engelschalch Reütter, chunrat Praun, hans eisenhuet von den neümarcht, und ander erbare Lait genug. Geben an sand Peter, und „Paulstag der heiligen zwelfpotten, da man „zahl von christi geburde vierzehenhundert jar, „und in zwanzigisten jar". Hucusque litterarum tenor, quem eum in finem dedimus in extenso, ut simul valeat pro litteris sequentibus, ubi tenor æqualis est.

IIII. Eodem anno jus advocatiæ in prædio Niderntraxel in dicto officio Spital:

Eodem anno 1420. Dominus abbas comparavit jus advocatiæ in prædio Niderntraxel in officio nostro Spital, quod emptum fuit a Domino Friderico Gausperger præfecto in Wartenfels, uti patet ex sequenti charta:

"Ich Fridereich Gauchsperger die zait Pfleger "ze wartenuels, min hausfrau, und all "unsere eriben, und nachchommen vergehen offentlichen mit dem Prief, und tuen chundt allen, der firchumpt, das wir mit verainten, "und wollbedachten muet, und mit gueten willen, recht, und redleichen, chaufleichen ze "chauffen haben geben dem erwirdigen gaistlichen unseren genadigen herrn herrn Johansen "Abpt des gotshauß ze sand Peter ze Saltzburch, sainen Convent, und gotshauß daselben, und allen iren nachchommen unser "Vogtay, di wir gehabt habent mit sampt "irer zugehörung auf den gueth zu niderntraxel "gelegen in radelcher Gericht, und in Perchaimer Pfarr, dient järlichen ain vogt fueder "hay, ain halbs schaff habern, zway hüener, "ain viertail wains, und an den andern jar "albeg achtzig pfenning. Dieselben vogtay wir "chauft habent vormals von dem edlen herrn "Eberharden den chuchler saliger gedachtnusse, "besuecht, und unbesuecht, mit allen den eren, rechten, nutzen, gesuechen, und geraichen, di ze recht, "und von alter ze der obgenannten vogtay gehörent, wie die genannt sind ꝛc. und des alles "ze ainen urchund der warhait geben wir in "den offen Brief versigelten mit mainer des obgenannten Fridereich des Gauchsperger aigen "anhangenten insigel, und ze ainer mereren, "und pezzeren sicherhait versigelten mit der waisen, vesten, und sunder liebenten freint Virgili des Ueberachers, der zait verweser der "haubtmannschaft ze Saltzburch, und Giligen des haider die zait Pfleger ze Radech, "auch baiden anhangenten insigel ꝛc. geben an "fraitag nach sand Martrinstag, da man zahlt "vor christi gepurde virzehen hundert jar, darnach in dem zwanzigsten jare.

V. Rursus emphiteusin in prædio Oed in officio Weissenpach:

Vigore litterarum sequentium, quæ datæ fuerunt anno prædicto feria quarta post festum S. Elisabethæ emptum fuit non tam dominium directum, quam, ut colligitur, ipsa emphiteusis in prædio Oed prope Hallein in officio Weisenpach ab Urbano Schutzing, & ejus fratre:

"Ich Urban Schutzing, ich Waltasar sain "Pruder, unser Hausfrauen, und all unser eriben, und nachchompen bechennen offentleich mit den Prief, und tuen chund allen, "den er firchumpt, das wir mit iren willen, "und woll bedachten mueth, und unversprechentlichen, recht, und redleichen, chaufleichen ze chauffen haben geben dem erwirdigen "unseren genadigen herrn Johansen Abpt des "gotshauß ze sand Peter ze Saltzburch, und "sainen Convent daselbs, und allen iren nachchommen unser eribrecht, und Paurecht, das "wir gehabt habent auf den gueth, genannt "Oed, gelegen pey den Hallain, und das unsers egenannten genadigen Herrn, und saines "gotshaus fray aigen ist, haus, und Peunt, "mit sampt der Peünten, da der gemauerte "Stadl innen stet mit all den eren, rechten, "und nutzen, gesuechen, und geraichen, di zu "den obgenennten guet gehörent, besuecht, und "unbesuecht, und hat uns das alles unser vorgenannter gnadiger herr gantzleich vergolten "mit beraiten gelt ꝛc. und das zu ainen urchund "der warhait geben wir in den offen Prieff versigelten mit der erbaren, weisen hausen des "Hincherlein, der zait Richter ze den Hallain, und Ulriechen des Plumlein Purger "daselbs baiden anhangenten insigeln ꝛc. ꝛc. darunter verpünt wir uns mit unserem treüen am "aids statt alles das stet ze behaben, und ze "volfieren, das der Prief lauth, der geben ist "des nächsten Mittichen nach sand Elspett tag "nach christi geburd vierzehenhundert jar, darnach in den zwanzigisten jare.

VI. Et simile dominium in prædio

Amplius sæpedictus abbas anno 1424. emit in abbatis augia simile dominium in prædio Rhorhof, uti probant litteræ membraneæ, & sigillo roboratæ: "Ich

Rohrhofin Abatisaugia anno 1424. comparavit.

"Ich Andre der Rorhoffer von Rohrhoff ge-
"ſeſſen in der Abbtenau vergih fir mich,
"main Hausfrau, und all unſer eriben, und
"chundt offentleich mit den Prief allen den, den
"er firchompt, das wir dem erwirdigen mai-
"nen genadigen herrn herrn Hanſen Abpt zu
"ſand Peter ze Salzburch, und ſainen nach-
"chommen, und gottshauß recht, und redleich
"chaufleich ze chauffen haben geben unſer erib-
"recht, das wir gehabt habent auf ſainen gueth,
"genannt Rohrhoff, gelegen in der Abbtenau
"mit allen rechten, eren, nutzen, und geſue-
"chen, die darzue gehörent, beſuecht, und un-
"beſuecht, als wir daſelbes inngehabt habent
"umb ain Summa gelts, die er uns berait
"geraicht, und bezalt hat an all unſeren ſcha-
"den, und daran uns woll begniegt, und ver-
"zaihen uns auch des obgenannten eribrechts
"mit dem Prief gentzlich, altſo, das wir, un-
"ſer eriben, nachchommen, noch yemant an-
"der von unſert wegen hinfiran ewigleich nichts
"darauf ze vorderen, ze ſprechen, noch ze mel-
"den haben, weder mit recht, noch an recht,
"gaiſtleich, noch weltleich, noch mit chainen
"anderen Sachen, und was wir hinfiran dar-
"wider ſuechten, chriegten, oder meldten, das
"ſollt der benannt unſer herr der Abbt ſain nach-
"kommen, und gotshaus mit den erſten, wo
"der Prief gezaigt, oder firbracht wird, be-
"habt haben, und wir gentzlich verlohren. Wir
"ſullen auch des benannten chaufs, ſain, ſai-
"ner nachkommen, und gotshaus gewer, und
"fürſtand ſein an aller ſtatt, wo, und als oft
"in das not geſchiecht, als erbrecht, und des
"Landes recht iſt. Tetten wir das nit, was
"unſer obgenannter herr der Abbt, ſain nach-
"kommen, und gotshauß ſchaden nämen, die
"ſullen ſy haben, und der bechemmen, das
"uns, unſeren treüen, und all unſer hab, wo
"wir die haben, oder noch gewünnen, nichts
"ausgenommen vor allen anderen unſern gel-
"tern, und Eriben an gevär. Das im, ſainen
"nachkömen, und gotshaus. Das alles ſtätt
"unzebrochen beleib, geben wir im den Prief
"mit des veſten virgili Yberacher, die zait ver-
"weſer der hauptmannſchaft ze Saltzburg an-
"hangenten inſigel verſigelt, das er durch mai-
"ner vlaißigen Pett wegen an den Prief ge-
"hangt hat, im, und ſeinen Eriben an ſcha-
"den, darunter ich mich egenannter Andre mit
"meinen treüen an eides ſtatt verpünt fir mich,
"mein hausfrauen, und all unſer eriben alles
"das ſtet ze halten, das an den Prief geſchri-
"ben iſt. Der Pett um das Inſigel ſaind zai-
"gen die erſamen herrn Jacob, die zait Pfar-
"rer in der Abbtenau, Chunrat die zait Schaf-
"fer in den Pfarrhof daſelbs, Leonhart Chleu-
"ber, und erbar lait genueg. Der Prief iſt
"geben, da man zalt nach chriſtes geburd vir-
"zehenhundert jar, und darnach in den vier
"und zwanzigſten jare an ſand Johannstag ze
"Sunnabenten". Ex his, & præcedenti-
bus litteris patet, pro utilitate monaſterii a Joanne abbate hujus nominis III. fuiſſe comparata varia bona.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

Aliqua etiam monaſterii bona a Domino abbate Joanne ad certum tempus, vel ad dies vitæ fuiſſe elocata, probant variæ litteræ, ex quibus notitiam damus. Primo quidem cum conſenſu Dom. abbatis frater Chunradus Lüttzer, cuſtos monaſterii domum quamdam in Halla conceſſit cuidam civi Hallinenſi, Joanni Chronmayr pro annuo cenſu quinque librarum, & trium ſchillingorum, nummorum, uti habetur ex litteris datis anno 1422. feria ſecunda pentecoſtes. Vigore ſimilium litterarum, quæ datæ fuerunt anno præcedente in die converſionis Sancti Pauli apoſtoli elocavit Dominus abbas cuidam Jacobo Steiner, ejus uxori, & quinque hæredibus curiam noſtram in Mülldorf ad dies vitæ cum pacto, ut ad reparandum illam curiam noſtram in Müldorf de ſuis ſubſtantiis contribuant centum libras monetæ Landishutanæ. Simili modo anno 1421. Ulrico Salmanleitner curia & officium in Praittenaw cum omnibus ſuis pertinentiis fuit conceſſum, erectis deſuper dicto anno litteris in die S. Marci evangeliſtæ. Rurſus anno 1422. locavit Dominus abbas quamdam domum cum horto in Mönchberg cum certis conditionibus cuidam Domino Joanni de Taxenhauſen, ut nimirum tribus proximis annis triginta libras nummorum impendat in ædificationem illius domus, atque ſingulis annis in feſto S. Ruperti duodecim ſchillingos nummorum ſolvat, prout teſtantur litteræ datæ in feſto purificationis beatiſſimæ Virginis Mariæ. Anno 1427. locatum fuit prædium Waldpichl in Gnigl in officio noſtro Sital cuidam venatori Gebhardo Hainreich vi litterarum, quæ datæ fuerunt in feſto inventionis S. Stephani. In eodem officio Spital locavit ſæpedictus abbas cuidam Chunrado Schilling, ejusque tribus hæredibus prædium noſtrum Rechenprun in Gnigl ad dies vitæ pro annuo cenſu duarum librarum nummorum, & pro ſteura viginti duos nummos; litteræ erectæ fuerunt anno 1427. in feſto ſanctorum apoſtolorum Petri, & Pauli. Dicto anno Joanni Maurer, & ejus quatuor hæredibus locatum fuit prædium Weingarten in Nonnthall pro annuo ſervitio novem ſchillingorum nummorum ad feſtum S. Michaelis, prout exhibent litteræ anno citato die non ſignata. Iterum eodem anno locavit, & conceſſit Dominus abbas Domino Petro Pechendorfer præfecto in Tulling, ejusque filio ad dies vitæ curiam noſtram in Abstorf in inferiori auſtria prope monaſterium Gottwicenſe ſitam, ut ſingulis annis præſtent monaſterio noſtro 36. libras nummorum, & ſi quis ex noſtris officialibus eo venerit, omnibus neceſſariis provideatur: quæ tamen curia jam dudum alienata fuit, & ad noſtrum monaſterium haud amplius ſpectat. Denique paulo ante mortem Joannis III. anno 1428. cuidam Petro Lettenhauſer ad dies vitæ conceſſa, & locata fuit quarta

VII. Aliqua etiam bona elocavit ad certum tempus.

pars prædii noſtri Chunhartſperg in officio noſtro Eching. Et hæc de locationibus, atque univerſim de præcipuis geſtis Joannis III. dicta ſufficiant, de quo etiam referunt manuſcripta, quod propter ipſius continuas infirmitates (ſed haud dubie jam per annos præcedentes) monaſtica diſciplina fuerit valde labefacta, ita, ut magna indiguerit reformatione, quæ etiam per ejus ſucceſſorem Georgium I. felici ſucceſſu, ut ſtatim pluribus dicetur, ad exoptatum finem perducta fuit.

GEORGIUS I.

ABBAS AD S. PETRUM O. S. B. LV.

AB ANNO 1428. USQUE AD ANNUM 1435.

I. Georgius I. ex zelo obſervantiæ reformationem monaſterii ſui procuravit.

Si unquam mira Dei benignitas, quæ in ſua diſpoſitione, ac providentia, omnia ſuaviter gubernante, non fallitur, monaſterio illuxit noſtro, eandem certe non ſine immenſa gratiarum actione metiri licet, dum eadem monaſterii neceſſitatibus, maxime ſpiritualibus, Joannis III. in abbatia ſucceſſorem ordinavit eodem anno GEORGIUM WALLER, hujus nominis I., qui equidem, ut teſtantur manuſcripta, & authenticus abbatum catalogus anno 1646. impreſſus, juvenis erat ætate, ſed maturus moribus, & diſciplinæ regularis valde amans. Languebat tunc temporis clauſtralis diſciplina non tantum, ut in vita Joannis prædeceſſoris retulimus, propter frequentes Domini abbatis infirmitates, ſed maxime, quia redditus monaſterii tunc temporis inter abbatem, & conventum ad inſtar capitulorum ſæcularium erant diviſi, non ſine multis exinde ſecutis proprietatis malis, aliisque corruptelis; cui acceſſit longior etiam conſuetudo, quod non niſi nobiles genere ad religionem, & monaſterium noſtrum fuerint ſuſcepti. His, aliisque malis paraturus medelam Georgius I., ut fundamentelis inſtituatur viſitatio, & collapſæ ferme clauſtralis diſciplinæ introducatur reformatio, non tantum utile, & proficuum, ſed etiam neceſſarium judicavit. In quem finem apud ipſum illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Dominum Ordinarium tunc tempo-

temporis regnantem Principem, & archiepiſcopum Salisburgenſem JOANNEM de REICHERSPERG, ut inſtituatur viſitatio, humiliter petiit, qui & alteſactus archiepiſcopus Joannes eandem viſitationem tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus in monaſterio noſtro ſuſcipiendam, atque per venerabilem DD. Leonadum celeberrimi, & exempti monaſterii Mellicenſis in Auſtria inferiori Abbatem inſtituendam ſaluberrime decrevit. Suſcepta, & peracta fuit hæc viſitatio anno 1431., & eodem anno die 28. menſis Junii finita, Statuta pariter ejusdem Domini abbatis Leonardi, & viſitatoris ſigillo munita, & confirmata abbati noſtro Georgio ſimul & conventui fuiſſe extradita probat exſtans in hodiernum diem inſtrumentum reformationis originale, cujus extractum infra dabimus. In his ſtatutis ſublati fuerunt redditus proprii, & Oblaia, ſimiliter etiam decretum inter alia plurima, ut poſthac etiam illi, qui non ſunt nobiles, ad monaſterium ſuſcipiantur. Fuit autem Georgius I. in hoc negotio a Religioſis qui libertatis, proprietatis que amantes erant, multas contradictiones, & adverſitates perpeſſus, quas tamen ad Dei gloriam, & animarum ſalutem invicto tulit ſpiritu, & fructibus adeo fœcundis, ut etiam noſtri monachi poſt introductam reformationem ad alia quoque monaſteria reformanda fuerint ablegati. Numerum religioſi cœtus in monaſterio noſtro ad ſanctum Petrum fuiſſe minutum valde poſt obitum Joannis III. tanto minus eſt dubitandum, cum infra duodecim annorum ſpacium quinque tantum inveniantur profeſſi, prout ſaltem ex relictis religioſæ profeſſionis teſtimoniis colligitur, quatuor nimirum ſub Udalrico abbate, & unicus ſub ejus ſucceſſore. Unde omnino erat neceſſarium, ut religioſa ſoboles augeretur, prout etiam in augmento boni gregis gaviſus eſt Georgius I., qui per octo annos, non completos, in abbatiali ſuo regimine ultra viginti ad ſacram profeſſionem religioſos ſuſcepit, qui currebant in odorem ex reformata clauſtrali diſciplina promanantem.

II. Quæ reformatio ex mandato DD. Joannis de Reicherſperg Archiepiſcopi Salisburgenſis

Ut autem de hac memorabili reformatione exacta habeatur notitia, qua nimirum ratione Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus DD. Joannes archiepiſcopus non tantum conſenſum dederit, ut ad petitionem Domini Georgii abbatis noſtri inſtituatur viſitatio, & ſuſcipiatur reformatio, verum etiam, quod D: Leonardo abbati in celeberrimo, & exempto monaſterio Mellicenſi in auſtria inferiori, ubi tunc præprimis vigebat religioſæ diſciplinæ fragrans odor, hanc viſitationem inſtituendi, & monaſterium reformandi dederit mandatum; hinc ex ipſo originali inſtrumento membraneo, quod & pendullo ſigillo D. Leonardi abbatis Mellicenſis roboratum eſt, hiſtoriæ ſeriem referimus, & quidem de conſenſu, & mandato Reverendiſſimi Domini D. Ordinarii ſequentia leguntur: „Quoniam (ita incipit inſtrumentum) ſa„cre religionis monaſtica diſciplina, que ad „perfectionem chriſtiane vite, viamque man„datorum Dei dulciter currendam a ſancte „eccleſie patribus ſalubriter inſtituta eſt, „queque diverſis temporibus non tamen di„verſis animis pro ſacre fidei robore felicia „ſacris ſanctorum Patrum inſtitutis, ac i„ſorum meritis incrementa ſuſcepit, pluri„bus in diverſis locis callidi hoſtis verſutia „ſuadente, cernitur deordinationibus ſub„jacere, ita, quod in quibusdam cœnobiis „ab omni vite regularis ordinatione deſtitu„ta ſit, quod pio compaſſionis oculo cernens „Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Do„minus Dominus Dominus Johannes ſancte „Salzeburgenſis eccleſie archiepiſcopus, ac „paſtorali cura intenta mente revolvens „quandam commiſſionem pro reformatione „venerabilis monaſterii ſancti Petri in civi„tate ſua Salzeburgenſi poſiti Ordinis S. Be„nedicti decrevit in hunc modum: Johan„nes Dei gratia ſancte Salzeburgenſis eccle„ſie archiepiſcopus apoſtolice ſedis legatus „dilecto nobis in Chriſto Leonardo abbati „monaſterii mellicenſis ordinis S. Benedicti „Patavienſis diæceſis ſalutem in ore o„mnium Salvatore. Quoniam ſenescente „hoc ruinoſo mundo, & malis temporibus „cottidie ſuccreſcentibus in plerisque reli„gioſis noſtrarum civitatis, dieceſis, & pro„vincie regularis obſervantie norma adeo eſt „depreſſa, quod igne charitatis in illo pror„ſus extincto aliquando vix reperitur ſcin„tilla, per quam oberrantium corda ad co„gnoſcendum, & precavendum ſupreme „ultionis judicia illuminari valeant, aut ac„cendi. Sane ex imminente nobis ſubje„ctorum noſtrorum cura, & ſollicitudine „circa illa precipue nos adhibere convenit „ſalutaris, ac vigilis providentie ſtudium, „quæ reformationis miniſterio indigere no„ſcuntur. Cum itaque de tua probata dili„gentia in hac parte multam concipiamus „fiduciam, dilectionem tuam hortamur in „Domino, & rogamus attente, tibique ni„hilominus preſentium tenore committimus, „quatenus ſolum Deum pre oculis habens „duobus, vel pluribus, moribus & vita com„probatis tui ordinis profeſſoribus, ac uno „decretorum doctore, quos ad id elegeris, „tibi adjunctis, in monaſterio Sancti Petri ci„vitatis noſtre Salzeburgenſis dicti ordinis „circa ſpiritualia, & temporalia, nec non in „capite, & membris utriusque conventus vi„rorum, & mulierum debite viſitationis of„ficium auctoritate noſtra hac vice duntaxat „inſtituas, exequaris. Nos enim tibi, & „illis, quos elegeris, ut perfertur, eadem „vice auctoritate predicta inquirendi, que „contra abbatem, & perſonas monaſterii, „& conventus utriusque predictorum, nec „non circa obſervantias hujusmodi videris „inquirenda, ac monaſterium ipſum, & per„ſonas ejus prout in ſpiritualibus, & tempo„ralibus, nec non capite, & membris ut„riusque ſexus predictis expedire noveris „reformandi, ipſasque perſonas, ſicut debi-

„tum fuerit, corrigendi, & penis congruis „puniendi, ac ab eorum administrationibus, „& officiis, si crimina culpe, aut etiam ne„gligentie ipsorum exegerint, vel si hoc pro „effectuali reformatione ejusmodi alias ex„pediens, & necessarium visum fuerit, eciam „ipsa vice amovendi, eosque a criminibus, „& excessibus per eos perpetratis eciam in „casibus nobis a jure, vel consuetudine spe„cialiter reservatis, nec non a penis, & cen„suris quibuscunque a jure communi, vel „statutis provincialibus, vel synodalibus, „aut ordinis beati Benedicti, seu monasterii „sancti Petri predictorum in illos, vel eorum „aliquem promulgatis, si hoc humiliter pe„tierint, vel pecierit predicta auctoritate ab„solvendi, contradictores quoque quoslibet „& rebelles per censuram ecclesiasticam, aut „quevis alia juris, aut ordinis prefati reme„dia compescendi. Omniaque alia, & sin„gula in premissis, & circa ea quomodolibet „necessaria, & oportuna exequendi, ordi„nandi, & disponendi plenam & liberam „concedimus tenore presentium facultatem. „Datum Salzburge mensis Aprilis quintade„cima, anno Domini millesimo quadringen„tesimo trigesimo primo". Hucusque tenor mandati, & facultatis archiepiscopalis in dicto instrumento originali insertus.

III. Per Dom. Leonardum Mellicensem anno 1431. susceptа fuit:

Ad mandatum igitur Reverendissimi Ordinarii Joannis de Reicherspers, archiepiscopi Salisburgensis, dicto anno hæc visitatio, & reformatio fuit suscepta per sæpedictum Dom. abbatem celeberrimi, & exempti monasterii in austria inferiori Mellicensis, nomine Leonardum, dictum Straubinger, qui in suo inclyto monasterio anno 1426. in abbatem electus, anno autem 1433. mortuus fuit, & de quo præter alia Mellicense chronicon editum anno 1702. pag. 369. n. LII. refert sequentia: „Nicolao monaste„rii Mellicensis primo reformatori successit „Leonardus dictus Straubinger, electus per„hibetur infra octavam epiphaniæ anno „1426., zelo conservandæ monasticæ dis„ciplinæ insignis, & promovendæ in aliis Lo„cis quoque exæstuans". Ostendit autem D. abbas Leonardus Mellicensis hunc suum disciplinæ monasticæ zelum in nostro ad S. Petrum monasterio, ubi ante actualem visitationem, ut habet contextus instrumenti, abbatem & religiosos monasterii nostri ita collocutus est: „Nos itaque frater Leonar„dus abbas mellicensis prefatus vigore com„missionis hujusmodis nobis facte coassum„ptis nobis religiosis viris fratribus Petro de „Rosenhaim, Friderico de Nirenberga, & „Kunrado de Mergethaim nostri monasterii „monachis professis, nobis in Christo caris„simis ad prefatum monasterium Sancti Pe„tri Salzburge personaliter accedentes, & „credite nobis visitationis officium inibi in„stituentes spiritualium, & temporalium „statum a singulis ejusdem monasterii per„sonis professis medio omnium juramento „ad sancta Dei evangelia manu corporali„ter tacta, & sub attestatione conscienciа„rum ipsarum ommium attente & diligenter „perquirendo, invenimus predictum mo„nasterium heu nimis collapsum, & tam in „spiritualibus, quam temporalibus, tam „etiam in capite, quam in membris refor„mationis ministerio multipliciter indigere, „propter quod ex injuncto nobis officio re„formanda, corrigendaque inibi ad lineam „rectitudinis statutis, ac ordinationibus re„ducere curavimus subnotatis". Ita, ut habet instrumentum, abbatem, & religiosos ante condita statuta alloquitur Dominus visitator abbas Mellicensis Leonardus. Porro autem hanc præfationem sequuntur longissima serie saluberrima pro illis temporibus statuta, ex quibus plerasque, eaque principalia in suo vigore illibata in hodiernum usque diem persistunt, aliqua autem per subsequas reformationes, & visitationes, maxime autem post introductam congregationem Salisburgensem exoleverunt. Hujus reformationis cum aliis historicis Salisburgensibus etiam meminit Marcus Hansizius in vita Joannis Reichenspergii archiepiscopi Salisburgensis in suo opere historico pag. 477. n. X. ita scribens: „Gratam ejus (id est Joannis II. archiepiscopi) „memo„riam retinent cœnobitæ sancti Petri ob „instaurationem observantiæ religiosæ, „quam ejus opera cœptam, promotamque „perhibent. Precibus enim Georgii Walle„ri ejusdem cœnobii abbatis adductus anno „1431. evocavit e monasterio Mellicensi „Leonardum abbatem, cui partes visitato„ris imposuit. Quo adnitente multa utili„ter constituta, resloruitque inde res tum „sacra monasterii, tum familiaris, sic, ut „quæ Divo Ruperto debetur instituti, Joan„ni archiepiscopo debeatur instaurati mo„nasterii gloria". Hæc auctor præcitatus. Nos pariter religiosi ad S. Petrum, sicut gratam memoriam habemus præprimis Reverendissimo Domino D. nostro Ordinario Joanni archiepiscopo, ita etiam eandem, quæ decet, gratitudinem, florentissimo, & exempto monasterio mellicensi, pro impenso nobis visitationis, & reformationis beneficio, jugiter conservamus.

IIII. Ob quam tamen reformationem non tantum multas expensas fecit,

Quamvis autem hæc visitatio, & reformatio felici successu fuerit finita, & fructus uberrimi exinde promanarint, attamen oportuit abbatem nostrum Georgium hujus nominis I. non tantum eapropter, præsertim ob necessitates monasterii jam antea non vulgares, magnas impensas facere, imo & bona quædam oppignorare, verum etiam multa adversa a contradicentibus, qui se reformationi subjicere noluerunt, sustinere. Utrumque colligimus ex antiquis documentis, & chronicis; sic enim legitur in MS. R., quod est chronicon Martini abbatis in lingua quidem latina, intermixtis tamen annotationibus in vernacula conscriptum:

„Vermerkt, das abbt Georg anno 1431.,
„als er die Reformirung geistlicher zucht,
„und

„und Ordnung angefangen, und aufgerichtet „hätte, die Probstay Wietting weilund Herrn „Hanßen, und Georg Laun von Haunstein Rit„tern, Leibgeding weiß, und nicht ferner um 900. fl. „verschrieben, und hinlassen hat. Welche Probstey „die gedachten Laun 31. Jahr inngehabt, und „darvon rant, und gilten eingenommen bis auf „1459. Jar, in welcher herr hans Laun seines „Leibgeding abgestanden, doch ihme sein Leben„lang järlich davon zu geben 120. fl., vorbehal„ten, solches aber nur ein iahr eingenommen, „und darauf mit Todt abgegangen. Die ge„dachten Laun habenden Ambthof zu Wietting, „so sie selbst aufgebauet neuen, zu haltung ei„nes ewigen Jahrtages dem Gottshaus zugeaig„net. Auch ist zu wissen, das die Nachbar„schaft zu Wieting Abbt Georgen, als er Re„formation anfieng 400. fl. geben haben, dar„neben sie zu ewigen Zeiten gefreit seyn sollen, „und keinen angehenden Prälaten kein weich„steuer schuldig, und verpflicht seyn zu geben. „Desgleichen hat gedachter Abbt Georg das „salzsieden zum Hallein Erzbischoffen Johann„sen um 600. fl. versetzet, welches hernach durch „Abbt Peter wiederum zum gottshaus haimge„löst worden. Aus dem mag man wohl ermes„sen, was Mühe, und Arbeit, Kost, und Zöh„rung daraufgehet, so man ein Kloster, das in „zeitlichen, und weltlichen Wesen in Abfall „kommt, wiederum restauriren, aufrichten, „in schwung, und zu früchten bringen". Huc„usque Dom. Martinus Abbas. De hac „oppignoratione Præpositurae Wiettinganae, „quae facta fuit fratribus Launiis de Haum„stein, non tantum ex stant litteræ conces„nis, datæ anno 1432. ultim: mensis Octo„bris a DD. Joanne archiepiscopo, verum „etiam ipsæ litteræ oppignorationis, quæ „traditæ fuerunt supradictis Launiis a D. ab„bate, & conventu monasterii nostri anno „ut supra datæ in die S. Galli: quoniam „vero hæc præpositura tantum ad tempus „fuit oppignorata, hisce, nullum vigorem habentibus, ut in extenso recenseantur, supersedemus.

V. Verum etiam multa adversa sustinuit abbas noster Georgius, qui anno 1435. obiit.

Tulisse autem multa adversa, optimum abbatem nostrum, non tantum in ejusmodi circumstantiis (quando agitur de restringenda libertate, tollendisque multis abusibus) valde credibile est, verum etiam ab antiquis notatum, nobisque ad doctrinam relictum fuit. In MS. sub signo QQ., quod est antiquum chronicon Josephi Grubeckii, scriptum circa annum 1502. sequentia de abbate nostro Georgio leguntur in terminis germanicis, non quidem adeo cultis: „Georg „der 56. Abbt ist erwehlt worden im 1428. iar, „ist ain waiser gaistlicher Vater gewesen; der„selbig hat dy obserwanz der hailigen Regul sand „Benedicten wiederbracht, dy bei seinen vorvor„dern in Abvall was kommen sye bei diesem „Kloster, darum er viel widerwärtigkeit erlit„ten hat syben Jahr, und in gevärlickeit gewe„sen ist seines Lebens. Deß er ain ewige löb„liche Gedächtniß syndter sein gelassen hat. Er „hat VIII. Jahr löblichen, und göttlichen re„giret, und ist in der Bruedr Capitl begraben". Ita vetustus catalogus, in quo ex persuasione erronea, quod Udelbertus, & Ludebertus fuerint duo distincti archiepiscopi, & abbates, abbas noster Georgius vocatur abbas quinquagesimus sextus, qui tamen juxta omnem saniorem chronologiam est quinquagesimus quintus, prout hunc errorem suo loco in vita Ludberti satis, superque ostendimus. Similiter de adversis, quæ tulit D. abbas Georgius I., in suo probato chronico sæpe citato sequentia refert D. collector abbas noster Martinus". In hoc re„formationis opere, ait, Dominus Geor„gius abbas ab inordinatis, & male regu„latis monachis suis, & eorum complicibus „multa adversa perpessus est. Sed Dei au„xilio, & piorum virorum opera ad felicem, „& optatum finem omnia perduxit, & col„lectione plurium juvenum, & numerum „fratrum adauxit, & observantiam nuper „restitutam studiose, quoad vixit, observa„vit, & promovit. Exstiterunt quidam in„ter fratres, qui, dum jugum dictæ reforma„tionis subire nollent, atque ut damnosam „libertatem retinerent, voluntarium exilium „eligentes e monasterio discesserunt". Ita compilator chronici de reformatione, & secutis inde adversis, quæ pro bono observantiæ tulit abbas Georgius, qui post multiplices fructus, quos Domino, & in propria conversatione, & aliorum copiosa ædificatione fructificaverat, anno dignitatis suæ septimo in Deo obdormivit quarto Calend. Decembr. anno Domini 1435. sepultus in antiquo capitulo cum sequenti inscriptione:

Hac est in tumba corpus patris venerandi
abbatis, meritique Georgii sic vocitati,
per quem erecta fuit Benedicti regula lapsa,
est quoque secunda de sobole multiplicata
octenis varias tulit ipse regendoque penas,
morte ferunt quarte nunc decembrisque
calende.
anno Domini MCCCCXXXV.

VI. Brevi tamen ante mortem ipsemet monasterium S. Michaelis in Beurn reformavit.

Ast nondum calamum sistimus de ennarrandis gestis Domini abbatis nostri Georgii, de monasterio nostro optime meriti, cujus vitæ, & mortis jam synopsin dedimus. Præterquam enim, quod brevi ante mortem, anno nimirum 1434. ipsen.et ex mandato repetito Reverendissimi Domini D. Joannis Salisburgensis archiepiscopi in monasterio ad S. Michaelem Buræ tam per se ipsnm, quam per suos religiosos jam reformatos, & ibidem ad negotium reformationis introducendæ constitutos idem visitationis opus perfecerit, sicut id factum fuisse legimus, & probavimus in nostro monasterio per D. abbatem Mellicensem, etiam de quibusdam emptionibus, locationibus, & fundationibus relicta testimonia exstant, ex quibus haud obscure patet, nostrum Dominum abbatem Georgium I. fuisse sollicitum de monasterio nostro patremfamilias, longiori certe vita dignissimum. De reformando monasterio S. Michae-

Michaelis in Beurn exſtant duo decreta archiepiſcopalia relatu digna, per quæ hujus viſitationis, & reformationis negotium Domino abbati noſtro fuit concreditum. Tenor primi mandati ſequens eſt:

„Johannes Dei gratia ſancte Salzburgen. „eccleſie archiepiſcopus, apoſtolice ſe„dis legatus, dilecto nobis in Chriſto Jodo„co Goſſold decretorum doctori, canonico „Auguſtenſi, nec non in ſpiritualibus vica„rio, ac officiali curie noſtre, & Georio ab„bati Sancti Petri Salzburgen. Ord. S. Bene„dicti ſalutem in Domino. Quia ex immi„nente nobis ſubjectorum cura, & ſollicitu„dine circa illa precipue nos adhibere con„venit ſalutaris, ac vigilis providentie ſtu„dium, que reformationis miniſterio indi„gere noſcuntur. Cum itaque de veſtra pro„bata diligentia in hac parte multam conci„piamus fiduciam, dilectionem veſtram hor„tamur in Domino, & rogamus attente, vo„bisque nihilominus preſentium tenore „committimus, quatenus ſolum Deum pre „oculis habentes uno vel pluribus, moribus, „& vita comprobatis ordinis ſancti Benedi„cti profeſſoribus, quos ad id duxeritis eli„gendos, vobis adjunctis in monaſterio S. „Michaelis in Peurn noſtre dieceſis, ac or„dinis ſupradicti circa ſpiritualia, & tempo„ralia, nec non in capite, & miebris de„bite viſitationis officium authoritate noſtra „hac vice duntaxat inſtituatis, & exequi„mini. Nos etiam vobis, & illi, vel illis, „quem, ſeu quos elegeritis, ut prefertur, „eadem vice authoritate predicta, que con„tra abbatem, & perſonas monaſterii pre„dicti, nec non circa obſervancias hujus„modi videritis inquirenda, ac monaſterium „ipſum, & perſonas ejus, prout in ſpiritua„libus, nec non in capite, & membris pre„dictis expedire noveritis, reformandi, ipſas„que perſonas, ſicut debitum fuerit, corri„gendi, & penis congruis puniendi, ac ab „eorum adminiſtrationibus, & officiis, ſi „crimina culpe, ſeu negligentie ipſorum id „exegerint aut ſi hoc pro effectuali hujus„modi reformatione alias neceſſarium, ex„pediens, ſeu utile vobis viſum fuerit, etiam „ipſa vice amovendi, eosque a criminibus, „& exceſſibus per eos perpetratis, etiam in „caſibus nobis a jure, vel conſuetudine ſpe„cialiter reſervatis: nec non a penis, & cen„ſuris aliis quibuscunque a jure communi, „vel ſtatutis provincialibus, aut ſynodali„bus, aut ordinis S. Benedicti, ſeu mona„ſterii S. Michaelis predictorum in illos, vel „eorum aliquem promulgatis, ſi hoc humi„liter petierint, eadem authoritate abſol„vendi, contradictores quoque quoslibet, „& rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, & „quevis alia juris, aut ordinis predicti re„media compeſcendi, omniaque alia & ſin„gula in premiſſis, & circa ea quomodo„libet neceſſaria, utilia, & opportuna exe„quendi, ordinandi, & diſponendi, ple„nam & liberam tenore preſentium conce„dimus facultatem. Datum Salzburge ſab„batho poſt feſtum S. Martini anno Domini „milleſimo, quadringenteſimo, trigeſimo „quarto". Hucusque tenor decreti, cui ex„terius inſcriptum eſt: *miſſiva Joannis Salzburgenſis archiepiſcopi occaſione reformationis in Peum* 1483.

VII. Et quidem vigore ſecundi decreti archiepiſcopalis ſolus cum ſuis religioſis.

Ex hoc equidem decreto colligitur, quod Domino abbati noſtro unacum Domino vicario generali hæc viſitandi, & reformandi provincia fuerit demandata: quoniam vero predictus D. Vicarius in ſpiritualibus, Jodocus Goſſoldus, & ſtatim dicetur, aliis usque gravioribus cauſis fuit impeditus, hinc aliud decretum archiepiſcopale emanavit, cujus vigore ſoli Domino abbati noſtro data fuerit poteſtas ſæpedictum monaſterium viſitandi, & reformandi: eſt autem ſecundi decreti ſequens tenor:

„Joannes Dei gratia ſancte Salzburgen. ec„cleſie archiepiſcopus. apoſtolice ſedis le„gatus dilecto nobis in Chriſto Georio abba„ti S. Petri Salzburge ordinis ſancti Benedi„cti ſalutem in Domino. Pridem dilecto no„bis in Chriſto Jodoco Goſſolt decretorum do„ctori, canonico auguſten., nec non in ſpiri„tualibus vicario generali, ac officiali curie „noſtre Salzburgen. ac tibi, ut uno, vel plu„ribus, moribus & vita comprobatis, ordi„nis ſancti Benedicti profeſſoribus, quos du„ceretis eligendos, officium viſitationis, & „reformationis in monaſterio S. Michaelis „in Peurn ordinis prefati, noſtre diœceſis in „ſpiritualibus, & temporalibus tam in capi„te, quam in membris, quod nunc a vobis „laudabiliter inchoatum exiſtit, commiſimus „& mandavimus, inſtituendi, & exequen„di, prout in litteris noſtris deſuper conſe„ctis plenius continetur. Cum autem me„moratus Jodocus officialis noſter viſitatio„ni, & reformationi ulterioribus apud di„ctum monaſterium neceſſario proſequen„dis aliis arduis negotiis prepeditus ad pre„ſens intendere nequeat, nos tibi Georio „abbati ſancti Petri prefato ſupradicte viſi„tationis officium circa dictum monaſterium „S. Michaelis in Peurn juxta primarum lit„terarum noſtrorum continentiam, vim, „formam, & tenorem in omnibus, & per „omnia authoritate noſtra ordinaria usque „ad revocationem noſtram plenarie ulterius „continuandam committimus, exequendi, „& proſequendi harum teſtimonio littera„rum. Datum Salzburge die menſis. no„vembris vigeſima, anno Domini triceſimo „quarto". Ita habet tenor utriusque mandati originalis. in quibus autem punctis dictum monaſterium fuerit reformatum, aut quæ leges conditæ fuerint, apud nos nullum habemus veſtigum. Ex quibusdam litterarum copiis colligitur, quod poſt finitam primam viſitationem religioſi noſtri ad ſtabiliendam ibidem reformationem aliquo tempore fuerint morati, quos ad patientiam, & fortitudinem in ſuſtinendis contradictionibus

nibus hortabatur ex nostro monasterio abbas GEORGIUS.

VIII. Sub hoc D. abbate duæ domus in Hallein anno 2431.

Quamvis vero anni abbatialis regiminis fuerint pauci, & Dominus præsul Georgius I. ne quidem octo annos compleverit, fuerunt tamen aliqua bona de novo comparata, aliqua utiliter aliis elocata, nec non a fidelibus factæ quædam fundationes, de quibus omibus, quantum sufficit, ex relictis monumentis notitiam damus. Primo quidem anno 1431. Dominus abbas Georgius emit duas domos in Hallein trans fluvium apud nostram coctu ram salis, Taching vocatam, a Matthæo Schmid cive Hallinensi, uti probant erectæ dicto anno in vigilia sancti Andreæ litteræ, in quibus emptionis litteris insolitus titulus datur abbati nostro, de quo colligere non possumus, quidnam hoc nomine, vel per modum substantivi, vel per modum adjectivi significare voluerint contrahentes, nos damus tenorem, prout in antiquis copiarum libris legimus. Est autem hic litterarum tenor:

„Ich Mathe schmit Purger zum Hallein, min hausfrau, und all unser Eriben, und nachchommen veriehen, offentlich mit den Prief, „und thuen chund allen, den er fürchumpt, das „wür unverscheidenleich mit guten willen, und „woll bedachten muet recht, und redlich chauf„leich zu chauffen haben geben dem erwirdigen „Firsten herrn Gorigen abbt des Gott-haus „ze sand Peter ze Sal:burch, und sainen Gotts„hauß untser zway höfstätt paid gelegen zum „Hallein pey einander enthalb des Pachs zwi„schen des syeden ze Taiching, und christian „Schutzins hauß mit allen den eren, rechten, „nutzen, gesuchen, und geraichen, die zu den „obgenennten zwenn Hofstetten von alter darzue„gehörent, besuecht, und unbesuecht, und hat uns „das alles der obgenannt erwirdig Firstherr Go„rig gentzleich vergolten, daran uns wohl ge„nüegt, mit der Beschaiden, das wir fürbaß ewig„leich chain Ansprach, noch Vorderung darauf, „noch darnach nyemermer haben, noch gewinnen „sollen, weder mit recht, noch an recht, gaist„lich, noch weltleich noch ander niemand von „untser wegen mit chainen Sachen angevär, „und verzaihen uns auch alles das gentzleich in „in chraft des gegenwertigen Brief. Wir ha„ben auch den egenannten erwirdigen Firsten „herrn Gorigen, und sainen benanten Gotts„haus ze sand Peter die egenannten zwo hoff„stätt mit aller irer ingehörigung aufgeben mit „gerichtshand zum Hallein. Darzu haben wir „inn eingeantwürtet, und ibergeben alle die „Brief, und urchund, die wir dariber gehabt „haben zu iren Frum aus unser nutz, und gewer „in ir nutz, und gewer in allen den rechten, als „wir es alles selb inngehabt haben. Wir schul„len, und wollen auch des alles ir gewer, und „firstand sain fir allen chrieg, infall, und An„sprach an aller Statt, wo in des not, und durft „geschicht, als der Stat zum Hellein, und Purg„rechts recht ist, an gewär. Ausgenommen ain „pfund pfenning ewiges Gelts, das das Gotts„hauß daz unser Frauen auf den Dürnberg auf „der oberen Hfstat auf dem pach hat: und des „alles ze ainen urchunt der Warheit geben wir „den vorbenannten erwirdigen Firsten herrn „Gorigen, und sainen Gotshaus ze sand Pe„ter den offen Brief versiegelten mit des vesten „waisen Walt des Aschacher, der zait Richter „ze den Hallein anhangenten Insigl, das er „durch unser vlaissiger Pett willen an den Prief „gehangen hat ze ainer zaignuß, im, und all „sainen eriben an schaaden, darunter verpünt „wür uns mit unseren treüen an aydesstatt alles „das stett ze haltrn, und ze volfüren, das der „Prief laut. Des chaufs, und der Pett um das „Instgl saind Zaigen Erasm Samphel, Er„hart Stampuchler, Jacob Haimel, andere „gelbart, Lienhart Ermet, und anderer erbar „Laith genng. Der Peief ist geben an sand „Andres nach christes Gepurd vierzehenhundert „iar, darnach in den ain und draissigisten iar". Hæc de emptione duarum domorum in Hallein.

IX. Et anno 1434. aliæ domus in Parsch fuerunt emptæ.

Similes emptionis litteræ exstant de quadam domo in Parsch, quam anno 1434. Dominus abbas comparavit monasterio a Stephano de Parsch. Tenor litterarum sequens est:

„Ich Stephan von Pors bechen für mich, „min Hausfrauen, und all untsere Eri„ben, und Nachchommen offentlich mit den Prief „allen, den er fürchumpt, das ich mit gueten „willen, und wollbedachten muet, und nach „rat erbergen Leuth chaufleich ze chauffen geben „hab, und auch gib in chraft des gegenwerti„gen Herrn herren Jorgen abbt ze sand Peter „ze Salburch, und seinen Gotshauß meines „Erbrecht, die ich gehabt hab af den Hauß ze „Pars zwischen den Wolfgater, und Klößner „Heüsern gelegen mit sampt den Garten dar„umb „gelegen, und mit ander sainer Zugehörung, „als ich es dan selb innen gehabt, und herbracht „hab, nichts ausgenommen, um ain summ „gelts, der ich von mainen genadigen herrn, „und sainen gotshauß ganz bericht, und bezalt „bin an allen Schaaden, daran ich haint, und „hinfir woll begnigt, und hab auch das altso „mainen egenannten genadigen herrn, sainen „gottshauß, und nachchommen das obgenant „hauß, und garten mit sammt sainer Zuege„hörung aufgeben, und aingeantwurtet aus „mainer nutz, und gewer in ir nutz, und gewer, „und mögen auch darmit handeln, tun, und „verchauffen, wen, oder wohin sy wollen nach „des gotshauß nothdurft an aller irrung, und „zuespruch, wan ich, min Haußfrau, unser „eriben, noch yemand anders von unser wegen „hinfir ewigleich zu den egemelten gueth chainer„lai zuespruch, recht, noch vorderung haben „schullen, noch wollen in chainerlai weiß an ge„vär. Des ze urchunt gib ich obgenant r Ste„phan fir mich, min haußfrau, und all unser „eriben mainen genadigen herrn von sand Pe„ter diesen offen Brief besigelten mit des edlen „vesten hausen Ottenberger anhangenten Insigel, „der das ze zaignuß der Sach durch unser vlais„sig Pett willen an den Brief gehangen hat, „und

„und seinen Eriben an schaaden. Darunten „ich mich, fir mich, min Hausfrau, und all „unser Eriben verpünt mit mainen Trey, alles „das stett ze halten, das der gegenwertig Brief „laut, und innenhalt. Der Sach, und Pett „um das Insigel saind zaigen die erbarn Silig „Fludermaister ze Saltzburch, Erasm Wer„der, und ander erbar Laith genug. Das ist „geschehen, da man zalt von Christi Gepurt „vierzehenhundert, und darnach in dem vier und „draißigsten jar am sambstag vor Sand Ja„cobstag.„ Ita litteræ emptionis de quadam domo in Parsch, quæ etiamnum servit in officio Spital.

X. Aliqua etiam bona elocata, aut in emphiteusin relicta:

Præter ista bona, de novo comparata, aliqua etiam utiliter elocavit sæpedictus Dominus abbas. Ita anno 1431. locatæ fuerunt decimæ nostræ in Grassenthall in officio Traunstein pro annua pensione 65. nummorum ad festum S. Ruperti solvenda, uti patet ex litteris datis dicto anno in die S. Jacobi apostoli. Anno 1432. locavit Dominus abbas cuidam Christan, Föll dicto, ejus uxori, & hæredibus prædium nostrum Weningerstetten appellatum, quod situm est in parochia, & præfectura Salisburgensi Lewenauensi, seu Lauffensi cum adjecta conditione, ut præstet diligenter illa servitia, quæ juxta urbarium præstare tenetur, alias a sua locatione movendus, prout colligitur ex litteris, quæ datæ fuerunt in vigilia S. Matthiæ. Anno sequenti, id est 1433. locavit Dominus præsul decimas nostras abbatisaugienses cuidam Leonardo Klauber, & ejus tribus filiis pro annuo censu, seu pensione octo librarum nummorum ad festum purificationis B. V. M. præstanda, uti habetur in litteris signatis in festo S. Apolloniæ. Iterum anno 1435. locata fuit cuidam viduæ quædam domus nostra cum horto, & prato adjacente in Gnigl, ut diligenter præstet servitium in urbario nostro Spital præscriptum, ut habent litteræ erectæ anno supradicto in prima septimana quadragesimæ. Eodem anno locatæ fuerunt decimæ nostræ in Vending nobili Domino Virgilio Uberacher, ut certam quantitatem frumenti deponat annuatim in granario nostro. Testes sunt litteræ datæ in festo S. Petri ante bacchanalia. His locationibus etiam accedunt quædam concessiones, nec non relictiones quorundam bonorum in emphiteusin: ita anno 1428. Dominus abbas civi cuidam Salisburgensi Martino Aufnar dedit licentiam faciendi ex sua domo januam in hortum nostrum Frongarten ad illius preces, & instantias, ita tamen, ut post obitum illius janua illa rursum obstruatur. Litteræ desuper fuerunt erectæ in die S. Udalrici anno prænemorato. Rursus anno 1435. concessit Dominus abbas noster Georgius cuidam Henrico Holzleutner jure precario prædium nostrum Nidernholzleuten in officio nostro Ehing cum obligatione, ut præter ordinaria servitia de hoc prædio juxta urbarium monasterio præstanda afferat annuatim duodecim nummos. Eodem anno concessa fuit cuidam Nicolao Wierth de Teissendorf quædam domus in officio Weildorf pro annuo censu octo schillingorum nummorum, & quindecim nummos pro steura, & laudemium ad mensam, vigore litterarum, quæ datæ sunt in die S. Galli: erat autem hæc domus in oppido Deissendorf sita. Similiter eodem anno concessit sæpefatus Dominus abbas prædium nostrum Gauspach in officio Seekirchen pro annuo censu cuidam viduæ Margarethæ Chunradi Gauspachers quondam uxori, ut probant litteræ, quæ datæ fuerunt in die S. Margarethæ. Non minus dicto anno concessa fuit in emphiteusin Joanni de Echk prædium nostrum Voglsang in præfectum nostra Praitenav situm pro annuo censu, ut patet ex litteris de anno 1435. in die S. Georgii datis. Denique eodem anno concessa fuit in eodem officio Praitenavensi hueba quædam Nidernvils cuidam Henrico Pauer cum adjecta conditione, ut annuatim pendat ad istam curiam certam quantitatem frumenti cum aliis præstandis, uti exhibent litteræ concessionis datæ in die S. Juliani. Hæ, & similes concessiones leguntur in exstantibus litteris antiquis tam in originali, quam in antiquis copiarum libris.

XI. Aliquot pariter fundationes factæ a fidelibus.

Legimus pariter sub Georgio I. abbate a fidelibus quasdam fundationes esse factas, & quidem primo anno regiminis, id est, anno 1428. fundavit Chunradus Kröpfl civis Salisburgensis, & postea in nostro monasterio frater conversus missam hebdomadariam, deditque certos annuos redditus ex ipsius domo cis pontem colligendos, uti colligitur ex litteris, ex antiquo quodam copiarum libro extractis, quæ datæ fuerunt in die S. Dorotheæ anno 1428. Iterum anno 1434. alius civis Michael Rosenstingel fundavit missam hebdomadariam in capella ecclesiæ nostræ, sanctæ Magdalenæ dedicata, pro qua fundatione assignavit viginti, & unum schillingos nummorum solvendos ex sua domo hic Salisburgi sita, ut probant litteræ datæ in die S. Ægidii anno supradicto. Ex quodam factæ solutionis testimonio per extensum allegando colligitur, fundationem quandam esse factam, cujus etiamnum memoria exstat, a Domino Liebhardo Türbinger, Parocho in Brixenthall: pro hac fundatione assignati fuerunt 44. florenorum ducati, quos monasterio solvit Dominus Fridericus Grenn decretorum Licentiatus tanquam executor testamenti, uti legitur in quodam antiquo copiarum libro, propter quam solutionem testimonium dedit Dominus abbas Georgius his verbis: „Venerabili „li Patri, ac egregio viro Magistro Friderico „Grenn Licentiato in decretis, ac Cancel„lario curie Salzburgensis, nec non Recto„ri ecclesie parochialis in Lauffen, Domino „suo favoroso. Nos frater Georgius Dei „gratia abbas, Johannes Prior, totusque „conventus monasterii sancti Petri Salzbur„ge Ordinis sancti Benedicti recognoscimus

„per

„per preſentes venerabilem virum Dominum „Fridericum Grenn, licentiatum in decre„tis, nomine ſuo, & collegarum ſuorum „executorum teſtamenti, ſeu ultime volun„tatis, quondam honorabilis viri Domini „Liebhardi Tyrlinger Rectoris parochialis „eccleſie in Brixenthall Salzburgenſ. diece„ſis pro anniverſario per nos juxta morem „monaſterii noſtri, & in eodem ſingulis an„nis in profeſto converſionis ſancti Pauli pro „remedio anime ejusdem Domini Liebhar„di, nec non animarum parentum, bene„factorum ſuorum, & omnium fidelium de„functorum perpetuo pagendo nobis tradi„diſſe, & aſſignaſſe de bonis relictis per „eundem Dominum Liebhardum in parata, „ac numerata pecunia 44. florenorum duga„tos boni, & legalis ponderis, ac auri. „Quapropter prefatum Dominum Frideri„cum, nec non collegas ſuos executores ſu„pradictos a ſolutione dictorum florenorum „quittamus, & abſolvimus, nec non quit„tatos, & abſolutos pronunciamus, pro„mittentes ſolenniter, & expreſſe, quod „anniverſarium prefatum peragere volu„mus, & tenemur ſingulis annis modo, ut „prefertur in antea, perpetuo, fraude, & „dolo quibuslibet procul motis harum teſti„monio litterarum ſigillo abbatiali monaſte„rii noſtri predicti impreſſo munitarum. Da„tum Salzburge ipſa die ſancte Juliane vir„gin. anno Domini MCCCCXXXV.„ Suf-ficiant hæc de Georgio abbate noſtro hujus nominis I., qui propter introductam primam reformationem, & ſublatos multos abuſus in noſtro monaſterio optimam memoriam meretur. Vixit ſub duobus archiepiſcopis Eberhardo IIII. Starenbergio, & Joanne II. de Reicherſperg, quo vivente, ut ſupra dictum, quo anno ætatis neſcitur, anno Chriſti 1435. 28. Nov., ſeu IIII. Caiend. decembr. in pace quievit, fors conſummatus in brevi non tam ob infirmitates corporis, quam animi, quas in arduo reformationis negotio eundem ſuſtinere oportuit.

ERHARDUS,

ABBAS MONASTERII SANCTI PETRI O. S. B. LVI.

AB ANNO 1435. USQUE AD ANNUM 1436.

I. Erhardus ex magistro scholæ ad S. Petrum anno 1434. fit monachus, sacerdos, & Prior.

Jam nova, eaque multiplici prole fœcundaverat monasterium nostrum GEORGIUS I., qui post introductam reformationem inter alios, quos suscepit religiosos, etiam immediatum suum successorem ad gremium traxit maternum, videlicet ERHARDUM de LOMPTZ (prout vocatur in originali scheda professionis, quamvis pleraque manuscripta, & catalogi eundem nominent Erhardum de Lainez) virum singulariter doctum, & devotum, qui in seculo erat discipulus famosi doctoris Nicolai Dinkelspillensis in universitate Viennensi professoris. Factus est autem Erhardus ex discipulo Magister artium liberalium insignis, & postquam per aliquot annos optimas merces exposuerat in schola antiqua S. Petri, ubi illo tempore non tantum prima elementa pro pueris, sed & severiores disciplinæ, prout illud sæculum ferebat, & speciatim theologiæ moralis fundamenta tradebantur; ex scholæ magistro, quod munus ante erectam hic Salisburgi universitatem erat honorificum, humilis factus religiosus anno 1433., & post sacram professionem intra anni unius spatium sacerdos, & Prior monasterii fuit constitutus; erat enim vir ætate, & moribus gravis. Sub Georgio I., antecessore suo in sacra vota juraſſe testatur exstans religiosæ professionis testimonium in membrana scriptum, cujus sequens est tenor: „Ego frater Erhardus de „Lompzt ad honorem omnipotentis Dei, & „beatissime virginis Marie, ac beatissimi Pa„tris nostri Benedicti, & omnium sanctorum „tenore presentium promitto stabilitatem, „& conversionem morum meorum, ac obedi„entiam secundum regulam sancti Benedi„cti coram Deo, & sanctis ejus, ad nomen „sanctorum Petri, & Pauli apostolorum, „sanctorumque confessorum, atque Ponti„ficum Ruperti, & Amandi, & aliorum „sanctorum, quorum reliquie in presenti ec„clesia sunt, in presentia reverendi in Chri„sto patris & Domini Domini Georgii abba„tis hujus monasterii Salisburgens. sancti Pe„tri, & coram vobis patribus, atque fra„tribus hic presentibus in nomine Patris, & „Filii, & Spiritus sancti amen: in cujus rei „testimonium presentem cedulam manu pro„pria scripsi in hoc venerabili loco S., anno „ab Incarnatione Domini MCCCCXXXIIII. „sedecima die mensis Septembris ipsa die „Eusemie virginis, & martyris.„

II. Et post annum ad abbatiam flens, & deprecans vocatur: cui tamen

Quoniam vero dotes ingenii, & virtutes in Erhardo erant plane eximiæ, hinc post Georgii abbatis suprema fata anno 1435. circa finem anni ad abbatiale regimen fuit vocatus, quod nonnisi inter lachrymas, prout testatur manuscriptum antiquum, in humeros suscepit, indignum se judicans, & imparem huic muneri gerendo. Unde sub onere abbatiali magis ingemiscebat, quam quod de hoc sibi oblato honore fuerit gavisus: ita testantur aliquot epistolæ, quas ad unum, & alterum amicum scripsit abbas noster Erhardus; speciatim in quadam epistola ad reverendum Magistrum de Helfeld, qui Erhardo ad obtentam abbatiæ spartam gratulabatur, sic scribit: „Plus „placeret planctus, quam plausus; intravi „enim domum luctus, & non convivii, cum „ad diversa negotia secularia, & mihi ni„mis periculosa, & alios labores, & diffi„cultates continuas me exposui.„ Et post pauca addit: „Estimo, & credo, quod „manus Domini hec permiserit, & purga„tionem peccatorum faciens erigar &c.„ Porro in alia epistola, ad Joannem Plebanum in Abentsperig, scripta sic suspirat: „Contremisco insuper in isto gravi laboris in„troitu, cogitans factam electionem Saul, „quem Dominus secundum complacentiam „cordis sui elegit in principio, & reproba„tum suis meritis exigentibus dereliquit in „fine.„ Et post pauca seipsum erigit per fiduciam in Deum, ad eundem amicum in dictis litteris ita scribens: „Dicam ergo, da„bis Domine servo tuo cor docile, ut judi„care possit populum tuum, & discernere „inter bonum, & malum, quin & vos in„stanter deprecor pro me orare.„ Exstant de hoc abbate & aliæ epistolæ, ex quibus insignem ipsius prudentiam, nec non magnam in omnibus sollicitudinem pro conservanda disciplina religiosa metiri licet. Scripsit etiam Erhardus, antequam in abbatem fuerat electus, expositionem non minus eruditam, quam devotissimam in psalmum duodecimum, quæ etiamnum exstat in nostra bibliotheca, ex qua expositione eruitur, quam solide in ascesi, & mystica theologia fundatus fuerit noster Erhardus. De hac expositione in psalmum XII. mentionem facit charissimus P. Bernardus Pezzius Mellicensis, celebris antiquitatum collector, & vir de sua eruditione notissimus in tom. II. anecdotorum in dissertat. Isagogica fol. 3. ubi dicit, quod de hac expositione in psalm. XII. ab Erhardo abbate nostro anno 1434. concinnata duos invenerit codices, unum in Bibliotheca Lunælacensi coæva manu exaratum in folio, alterum in Petrensi membraneum in forma octavi ab authoris ætate non admodum remotum. Et denique addit: apographum petrense libenter cum codice Lunælacensi contulissemus, nisi ratio nostri itineris, & longius locorum intervallum nobis volentibus obstitisset. Hæc Pezzius.

III. Ne integro anno præfuit, utpote anno 1436. mortuus.

De hoc præsule nostro Erhardo maxime dolendum, quod cumulata hujus viri munera triennio nondum finito post emissam sacram professionem præmatura mors post unicum abbatialis regiminis annum, & ne hunc quidem completum anno ætatis suæ circiter trigesimo octavo abstulerit, electus enim fuit Erhardus ad finem anni 1435., & regimen abbatiale cum vita finiit in festo SS. Crispini, & Crispiniani anno 1436., sepultus est in antiquo capitulo, & lateri appositus

tus sui anteceſſoris, ubi hæc inſcriptio ſepulchralis legitur:

„Anno Domini MCCCCXXXVI. in die „Criſpini, & Criſpiniani martyrum ob„iit Reverendus in Chriſto Pater, & „Dominus Erhardus AA. LL. Magi„ſter, & abbas venerabilis monaſterii „ſancti Petri Salisburgi, cujus anima „requieſcat in pace. Amen.„

Brevi, quo abbatiam rexit Erhardus, tempore, unicus tantum legitur profeſſus, & quidem frater Gaſpar Gerold converſus, natus hædicollenſis, qui ſacram profeſſionem emiſit anno 1436. in feſto ſanctorum martyrum Abdon, & Senen, id eſt, 30. Julii. Hic frater converſus neſcivit litteras, & ideo ſchedulam profeſſionis requiſitus ab illo frater Benedictus ſcripſit: quis autem fuerit hic Benedictus, cum nullus ex illis, qui ſub præcedentibus abbatibus fuerunt profeſſi, vocetur hoc nomine, plane non conſtat, ſuſpicandi tamen præbet argumentum, an non forte poſt ſacram profeſſionem jam emiſſam alia acceperint nomina, ac fuerint in ſcheda profeſſionis expreſſa.

PETRUS,

ABBAS AD S. PETRUM O. S. B. LVII.

AB ANNO 1436. USQUE AD ANNUM 1466.

1. Petrum Klueghalmer, cujus vitæ, & mortis ſynopſis ex monumentis domeſticis præmittitur,

Abierunt luſtra quatuor cum duobus annis, quo currente brevi temporis ſpatio quinque abbatum funera experiri, aut verius ingemiſcere cogebantur cœnobitæ monaſterii noſtri; ereptos enim materno gremio viderunt præſules Leonardum, Udalricum, Joannem III., Georgium I., & Erhardum toties absque patre facti orphani. Succeſſerunt autem poſt tot præmatura præſulum fata alii duumviri, abbates ob ſumma in monaſterium merita omni laude digniſſimi, qui annos, uno dempto, omnino ſexaginta in regimine ſuo abbatiali ſat felici expleverunt, quorum unus erat abbas PETRUS, alter RUPERTUS, hujus nominis V. Priusquam pro more, & viribus

noſtris tam ad hiſtoriam electionis, & confirmationis, nec non ad alia geſta, & merita abbatis Petri exponenda progrediamur, placet ex domeſticis noſtris documentis præmittere ſynopſin vitæ, & mortis præfulis hujus digniſſimi Petri, qui annis triginta monaſterio præfuit. Abbas noſter Albertus, hujus nominis III., in ſuo abbatum catalogo anno 1646. typis impreſſo ſequentia ſcribit de Petro abbate: „Anno „MCCCCXXXVI. Petrus, cognomine „Klueghamer, ex nobili familia natus, mo„nachus S. Petri, ejusdemque monaſterii „cellarius, communi omnium fratrum, qui „numerati fuerunt eo tempore viginti ſex, „voto, & conſenſu in abbatem eligitur. „Abbas conſtitutus officio ſuo magna cum „laude, & monaſterii bono toto regiminis ſui „tempore functus eſt. Nam inprimis mona„ſticam diſciplinam, & vivendi modum „juxta normam reformationis noviter in„troductæ non tantum ipſe ſedulus obſerva„vit, ſed obſervari quoque rigide a ſubditis „ſuis regularibus curavit; adeo, ut fama „ejus, congregationisque ſuæ bonus odor „in omnem terram exierit. D. Virginis cul„tui diu, noctuque deditus, ejusdem ca„pellanus communi titulo appellari meruit. „Monaſterii redditus notabiliter auxit, mul„ta in eccleſia conſtruxit, renovavit, & in„ſtauravit, uti chorum, tectum, organum, „& tabulatum, picturisque adornavit. Pa„tellam ſalinariam a Georgio abbate ſexcen„tis florenis Joanni archiepiſcopo oppigno„ratam redemit. Clauſtrum monialium „ordinis S. Benedicti, monaſterio S. Petri „annexum, & incorporatum, pæne totum „a fundamentis ædificavit, & fornicibus „munivit. Tandem ſenio, & multis infir„mitatibus, quas magna perpeſſus eſt pati„entia, enervatus carnis debitum ſolvit an„no Domini MCCCCLXVI. VI. Idus Fe„bruarii, ſepultus juxta anteceſſorem ſuum „in capitulo veteri, præfuit annis XXX.„ Hucusque catalogus Albertinus: in hiſtoria autem Salisburgenſi, quam ſcripſit noſter Joſephus Mezgerus L. IIII. pag. 497. ſequentia leguntur de Petro abbate noſtro: „Anno 1436 poſt Erhardi fatum claves ſu„ſcepit Petrus, nomine Klueghamer vir ad „nominis etymon apprime prudens, ſtre„nuus, ac in obſervantia ſacra fortis, & „accuratus, e cellario cœnobii omnium (vi„ginti ſex eligentes erant) ſuffragiis aſſum„ptus. Hic vitam in optima gubernatione „protraxit usque ad mortem pene archipræ„ſulis Burchardi, quem octo tantum die„bus obitu prævenit; nam ille octava Fe„bruarii, Burchardus decima ſexta ejus„dem menſis, & anni diem extremum ob„iit. Egit Petrus in B. Vitalis proceſſu non „tantum delegatum, ſed ſuſpenſo tantiſper „illo officio etiam teſtem. Monaſticam di„ſciplinam ad normam ſupra memoratæ re„formationis ſuo exemplo, & curâ tam ſe„dulo promovit, ut late virtutis odor ex „Petrenſi viridario diffunderetur. Una „dexterrime adminiſtrationem rerum tem„poralium gerens, & numerum, & cen„ſum eccleſiæ auxit; templum choro, or„gano, & tabulatis ſubſtructis inſtauravit, „ornavit. Patellam ſalinariam ab abbate „Georgio prius Joanni archiepiſcopo oppi„gnoratam ſuo ære redemit. Parthenon„nem virginum petrenſium e fundamentis „reſtituit, & fornicibus munivit. Tantum „prodeſt ſolers prudentia ætatis ſpatio ſuf„fulta. Sub ipſo prudentia, & doctrina „florebat Simplicius monachus, minime „Simplicianus, niſi obedientiam, & pati„entiam ejus ſpectares, ſacrorum canonum „apprime gnarus in gravibus negotiis egre„gie abbati, & monaſterio adſtitit, cujus „etiam Romæ, miſſus eo ab abbate Petro, „cauſam egit. Ejus induſtria enituit, ma„xime in duabus rebus, de quibus cum ar„chiepiſcopo Sigismundo, & Burchardo „tractatum. Cum priori quidem de coctura „ſalis in propria patella Salinenſi (Hallen „enim Salinam vocabant) ab antiquo cœno„bio conceſſa. Cum Burchardo vero de „horto dicto Fronngarten, cœnobio monia„lium olim annexo, ubi nunc ſtat ædificium „univerſitatis, de quo dicetur ſuo loco. In „utroque negotio ipſis archiepiſcopis aſſen„tientibus vicit Simplicius.„ Et poſt pauca: „Cæterum Petrus ſenio tandem, & „morbis, quos inſigni patientia pertulit feſ„ſus Atlas onus corporis, & muneris dimi„ſit, atque ad latus anteceſſoris ſui Erhar„di in atrio eccleſiæ S. Viti conquievit, cœ„leſtibus utique præmiis ditatus.„ Hucusque de Petro abbate Mezgerus, in cujus relatione tamen æque, ac in priori ex catalogo Alberti non bene notatum videtur, quod Petrus Klughamer ex cellario (quod officium forte prius geſſit) ſed verius ex monaſterii tunc temporis Priore fuerit electus, ut ex instrumento authentico colligitur.

II. Electum fuiſſe in abbatem anno 1436. ex inſtrumento electionis,

Libet jam inveſtigare, & fuſiori calamo deſcribere, quis fuerit abbas Petrus in ſuo abbatiali regimine, & præprimis, qua via, forma, & jure in abbatem electus, & poſtea a Reverendiſſimo Ordinario Joanne II. archiepiſcopo confirmatus fuerit. Hactenus enim de nullius abbatialis electionis, aut confirmationis exſtat aliquod inſtrumentum authenticum, vel, quod non fuerit conſuetudo, ejusmodi inſtrumenta de electione, & confirmatione abbatum conſcribendi, vel quod apud nos ſimile inſtrumentum aſſervatum non fuerit. Ut ergo ſciatur, qualis illo tempore in electione abbatiali ſervatus fuerit juris ordo, in copia allegamus tenorem inſtrumenti primitus de facta electione, quod inſtrumentum in grandi folio membraneo ſcriptum, ſigno notarii, atque pendulo conventus ad S. Petrum ſigillo roboratum, nec non ab omnibus eligentibus propria manu ſubſcriptum legitur de verbo ad verbum, ut ſequitur:

„Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & „Domi-

„Domino Domino Johanni, ſancte Salzbur-
„genſis eccleſie archiepiſcopo, apoſtolice
„ſedis Legato fratres Petrus Klueghaimer
„Prior, Placidus, Hermanus, Georgius
„Lebringer, Johannes Visler, Wolfgan-
„gus Altman, Georgius Schuterzinger,
„Stephanus, Georgius Sidelſtorfer, Joan-
„nes de Vorhaim, Joannes de Amberga,
„Urbanus, Romanus, Columbanus, Ge-
„orgius hangel presbyteri. Georgius Mo-
„ſer, Paulus, Anthonius, Maurus, Ulri-
„cus, Rudbertus diaconi, Chriſtophorus,
„Andreas, Simplicius, Amandus, Be-
„nedictus, & Henricus ſubdiaconi conven-
„tum monaſterii noſtri ſancti Petri Salzbur-
„ge Ord. S. Benedicti repreſentantes, veſtri
„humiles & devoti, reverentiam, & obe-
„dientiam tam debitas, quam condignas
„cum devota precum attentione promptitu-
„dinem famulandi. Cum nuper viceſima
„quinta die octobris proxime transacti per
„obitum bone memorie quondam Domini
„Erhardi prefati noſtri monaſterii ultimi, &
„immediati abbatis dictum monaſterium vi-
„duatum exiſteret, paſtorisque, & Patris
„foret ſolatio deſtitutum, corpore prefati
„Domini abbatis, prout decuit eccleſiaſtice
„tradito ſepulture, nos fratres ſupradicti,
„qui tunc preſentes eramus, capitulariter
„congregati in unum convenientes, ne di-
„ctum monaſterium viduitatis incommoda
„diutius deploraret, ac in ſpiritualibus, &
„temporalibus diſpendia pateretur, ad ele-
„ctionem futuri abbatis canonice celebran-
„dam, certam diem, videlicet feriam ſex-
„tam poſt feſtum S. Nicolai, quæ fuit ſepti-
„ma menſis Decembris proxime preteriti
„cum continuatione ſequentium dierum du-
„ximus ſtatuendum, omnibusque abſenti-
„bus, qui intereſſe electioni debuerunt, &
„potuerunt ad diem pretaxatam pro electio-
„ne facienda ſtatutam evocare fecimus, ter-
„minum hujusmodi eisdem canonice, & le-
„gitime intimare, quo adveniente nos fra-
„tres ſupradicti miſſam de ſpiritu ſancto de-
„vote decantantes, nobisque omnibus, &
„ſingulis confeſſis, & ſacramento Euchari-
„ſtiæ juxta formam & decretum ſacri Baſi-
„leenſis concilii communicatis, tandem ad
„locum capitularem monaſterii preſcripti,
„in quo omnes electiones fieri conſueverunt,
„congregavimus, & deliberatione prehabi-
„ta, per quam formam eſſet in electionis
„negotio procedendum, proteſtatione ta-
„men ſolempniter per nos premiſſa, quod
„ſi aliquis eſſet excommunicatus, ſuſpen-
„ſus, vel interdictus, aut alias inhabilis,
„ſicque electioni intereſſe non deberet, nec
„illum admittere intenderemus, ac quidem
„vox ipſius nulli preſtare ſuffragium, nec ali-
„cui afferre deberet nocumentum, placuit
„nobis omnibus, & ſingulariter ſingulis,
„nullo penitus diſcrepante, per formam
„procedere ſcrutinii, & compromiſſi mix-
„tam, & per hunc modum monaſterio no-
„ſtro de abbate providere; unde in ſeptem,
„videlicet in Reverendos, venerabilesque
„Patres, & Dominos, Joannem epiſco-
„pum Chyemenſem, Sigismundum Prepo-
„ſitum, & archidiaconum eccleſie Salzbur-
„genſ., Henricum de Flechen decretorum
„doctorem, ſacrique palatii apoſtolici cau-
„ſarum auditorem, vicarium in ſpirituali-
„bus generalem, & officialem curie Salz-
„burgenſ., ac Georgium Ophentaler ſacre
„theologie profeſſorem, nec non religioſos
„viros noſtros confratres Hermanum, Ge-
„orgium Schyteizinger, & Joannem de
„Vorhaim profeſſos monaſterii noſtri ſancti
„Petri convenimus, & compromiſimus,
„dantes, & concedentes eisdem plenam,
„generalem, & liberam poteſtatem, ut ſe-
„crete, & ſigillatim vota omnium noſtrum,
„& ſingulorum electioni intereſſe debentium
„diligenter ſcrutatis, inquiſitis, & in ſcri-
„ptis redactis collatione votorum inter ſe
„prehabita unus ex ipſis compromiſſariis
„ſuo, & collegarum ſuorum, ac omnium
„noſtrum vice, & nominibus, unum de
„gremio dicti monaſterii noſtri in abbatem
„eligendi, in quem omnia, aut plura, ſeu
„majora vota fratrum concurrerent, & no-
„minarent eligendum, eundemque tunc
„idem compromiſſarius in publico prefice-
„ret, eligeret, electumque pronunciaret,
„ac de perſona ejusdem nobis, & monaſte-
„rio viduato provideret. Compromiſſarii
„poteſtatem, & mandatum hujusmodi in ſe
„recipientes, & ad partem ſecedentem, i-
„pſisque primitus confeſſis, & ſacramento
„Euchariſtie ſecundum formam, & decre-
„tum ſacri Baſileenſis concilii communica-
„tis, vota noſtra ſingulariter ſingulorum ſe-
„crete, & ſigillatim diligenter inquiſierunt,
„& in ſcriptis redigerunt, recepto tamen
„primitus a nobis, & ſingulariter ſingulis
„juramento juxta decretum ſacræ Baſileen-
„ſis ſynodi, videlicet, quod quilibet no-
„ſtrum illum nominaret eligendum, quem
„in ſpiritualibus, & temporalibus utiliorem
„veroſimiliter ſciret &c. Quibus ſic ſcruta-
„tis ipſi compromiſſarii preſtito primitus ju-
„ramento, quod ſecundum formam eis tra-
„ditam, & ſuperius expreſſam eligerent in
„ſcrutinio, ut prefertur, concorditer no-
„minatum. Votis igitur noſtris revolutis,
„& recollectis reperiunt omnia vota fratrum
„noſtrorum in religioſum virum fratrem
„Petrum Klukhaimer, Priorem, virum u-
„tique providum, & diſcretum, moribus,
„& vita commendatum, in ſacerdotio, &
„in legitima ætate conſtitutum, regulam S.
„Benedicti expreſſe profeſſum, de legitimo
„matrimonio procreatum, in temporalibus
„& ſpiritualibus plurimum circumſpectum
„conveniſſe, & eundem nominaſſe eligen-
„dum, ac ipſum in communi elegerunt.
„Quem tandem venerabilis Pater Dominus
„Henricus de Flechen decretorum doctor,
„ſacrique palatii apoſtolici, cauſarumque
„auditor unus ex compromiſſariis de man-
„dato, & vice collegarum ſuorum ſuo & no-
„ſtro

„ſtro nominibus, nobisque preſentibus ele-
„git ſolempniter, & electum pronunciavit
„in hunc modum: quia vacante monaſterio
„preſenti per obitum bone memorie Erhardi
„abbatis ejusdem placuit fratribus omnibus
„& ſingulis eidem monaſterio per formam
„mixtam ſcrutinii, & compromiſſi provide-
„re, ac per unum ex noſtris commiſſariis,
„quem alii ad hoc eligerent, electionem i-
„pſam publicandi, & pronunciandi plenam,
„ac liberam poteſtatem dederunt. Nos ita-
„que compromiſſarii memorati ſcrutatis vo-
„tis ſingulorum ſecrete ſigillatorum finaliter
„divina clementia favente in fratrem Petrum
„Klukhaimer, in quem omnia, & ſingula
„vota fratrum in ſcrutinio eligendum unani-
„miter concurrebant, idcirco ego Henricus
„de Flechen decretorum Doctor vice mea,
„& dictorum collegarum meorum fratrem
„Petrum ad laudem Dei omnipotentis, &
„& glorioſiſſime Virginis Marie, & ſancti
„Petri apoſtoli eligo in paſtorem & abbatem
„preſentis monaſterii in nomine Patris, &
„Filii, & Spiritus ſancti amen. Electione
„vero hujusmodi ſic, ut premittitur, per
„venerabilem Patrem Henricum de Flecken,
„decretorum doctorem prefatum ſolempni-
„ter in communi facta, celebrata, & pu-
„blicata omnes unanimiter eandem recepi-
„mus, ratificavimus, & approbavimus,
„ipſamque ratam, gratam & acceptam ha-
„buimus, & habemus, mo ꝛque, & ſtatim
„ad predicti Domini Petri electi tunc ibidem
„preſentis conſenſum electioni de perſona
„ſua facte requiſivimus & aſſenſum, ipſe ve-
„ro Dominus electus divine voluntati reſi-
„ſtere nolens electioni de ſe facte humiliter,
„& devote conſenſit. Nos demum juxta
„conſuetudinem dicti monaſterii ymnum an-
„gelicum, videlicet Te Deum laudamus in-
„choantes decantavimus, & dictum Domi-
„num electum ad majus altare conduximus,
„& in cathedra abbatiali ibidem collocavi-
„mus. Tandem electionem ipſam per ve-
„nerabilem virum Magiſtrum Georgium A-
„thentaler prefatum clero, & populo feci-
„cimus publicari, & publicavimus, aſſi-
„gnando dicto noſtro electo nihilominus ſtal-
„lum in choro, prout mos eſt, in nomine
„Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Ea-
„propter Reverendiſſime paternitati veſtre
„tam humiliter, quam devote unanimi vo-
„ce ſupplicamus, ſedula prece, qua poſſu-
„mus, rogantes, quatenus electionem i-
„pſam ſic ſolempniter, ſic canonice celebra-
„tam approbare, ratamque & gratam ha-
„bere, ac eidem noſtro electo munus con-
„firmationis gratioſius impertiri dignemini,
„ut Deo authore nobis, noſtroque monaſte-
„rio, & ſingulis ad id ſpectantibus velut pa-
„ſtor ydoneus preeſſe valeat, utiliter & prod-
„eſſe, nosque & alii ejus ſubditi ſub ipſius
„regimine poſſimus altiſſimo. ſalubriter mi-
„litare. Ceterum, ut paternitas veſtra co-
„gnoſcat evidentius, nos in omnibus, &
„ſingulis predictis concordaſſe, ac in peti-
„tione hujusmodi unanimes eſſe, & con-
„cordes, preſens electionis noſtre decretum
„eidem paternitati veſtre transmittimus ad
„majorem cautelam, & fidem indubiam fa-
„ciendam per notarium publicum infra ſcri-
„ptum, in publicam formam redactum,
„noſtrique conventus ſigillo de mandato no-
„ſtro roboratum. Acta ſunt hec Salzburge
„in monaſterio ſancti Petri predicto in loco
„capitulari capelle S. Viti, alias beate Ma-
„rie Virginis ſub anno Domini milleſimo,
„quadringenteſimo, triceſimo ſexto, indi-
„ctione quarta decima, die vero veneris,
„ſeptima menſis decembris, pontificatus
„ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini
„noſtri Domini Eugenii divina providentia
„Pape IIII. anno ſexto, preſentibus ibidem
„venerabilibus viris, DD. Krafftone deca-
„no, Georgio Lembucher, Georgio Feych-
„ter canonicis eccleſie Salzburgenſ., Fride-
„rico Grenn Licentiato in decretis, Reve-
„rendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini
„Joannis archiepiſcopi prefati Cancellario,
„Petro Haitzinger decretorum Doctore in
„Salina, Joanne Coner, dicti Reverendiſſi-
„mi Patris Domini archiepiſcopi protonota-
„rii in Gmund, & Jacobo Ebſer in decretis
„Baccalaureo in Ezellis vallis Pintzgey ec-
„cleſiarum parochialium rectoribus clericis
„Salzburgenſ. dieceſis teſtibus ad premiſſa
„vocatis pariter, & rogatis.„

L. S. Notar.

„Et ego Conradus Schmauſ-
„ſer clericus Salzburgenſ.
„publicus imperiali authoritate,
„ac conſiſtorii curie Salzb. nota-
„rius juratus, quia preſcriptis
„compromiſſo, ac votorum ſcrutinio, & in-
„quiſitioni, eorumque publicationi, nec
„non dicte electionis pronunciationi, & con-
„ſenſus prefati, ipſiusque electionis publi-
„cationi, omnibusque aliis, & ſingulis
„premiſſis, dum ſic, ut premittitur, age-
„rentur, & fierent, unacum prenominatis
„teſtibus preſens interfui, eaque ſic fieri vi-
„di, & audivi; ideo hoc preſens electionis
„decretum per aliud fideliter ſcriptum ex-
„inde confeci, & in hanc publicam formam
„redegi, ac me hic manu propria ſubſcripſi,
„ſignoque, & nomine meis ſolitis, & con-
„ſuetis unacum appenſione ſigilli conventus
„prefati conſignavi rogatus, & requiſitus
„in fidem, & teſtimonium omnium ſingu-
„lorum & premiſſorum.„ Hucusque tenor inſtrumenti, in quo poſt hæc verba notarii omnes religioſi numero viginti ſex propria manu ſubſcripti ſunt, quorum nomina ad initium inſtrumenti fuerunt expoſita, & inſtrumento huic appenſum eſt majus ſigillum conventuale ex cera formatum.

III. Et a Joanne II. archiepiſcopo confirmatum ex inſtrumento confirmationis docemur,

Peracta hac electione Reverendiſſimus Dominus D. Archiepiſcopus Joannes hujus nominis II. non diſtulit neoelectum abbatem noſtrum confirmare dicto diplomate in membrana ſcripto, & archiepiſcopali ſigillo pendulo roborato, quod in originali etiamnum

tiamnum exſtat, & de verbo ad verbum ita ſonat:

„Johannes Dei gratia ſancte Salzburgen-
„ſis eccleſie archiepiſcopus, apoſtolice
„ſedis legatus. Dilectis nobis in Chriſto
„Priori, totique conventui monaſterii S.
„Petri Salzburge ordinis ſancti Benedicti
„ſalutem in Domino. Nuper abbatia ejus-
„dem monaſterii per mortem bone memorie
„Erhardi immediati veſtri abbatis vacante
„vos vocatis hiis, qui voluerunt, debue-
„runt, & potuerunt commode intereſſe ad
„electionem futuri abbatis procedentes ob-
„ſervatis ſolempnitatibus debitis, & con-
„ſuetis dilectum nobis in Chriſto Petrum
„Kluckhaymer presbyterum dictorum mo-
„naſterii, & Ordinis expreſſe profeſſum,
„vobis, veſtroque monaſterio in abbatem
„canonice elegiſtis; ipſe vero electioni hu-
„jusmodi de ſe facte humiliter, & devote
„conſenciens beneficium confirmationis ſi-
„bi per nos impendi cum reverentia debita
„poſtulavit. Nos vero, ne contra doctri-
„nam apoſtoli cito manus imponere videre-
„mur, in predicto monaſterio cridam, ſeu
„proclamationem debitam faciendam man-
„davimus, ac deinde electionem ipſam, &
„perſonam electam examinari fecimus di-
„ligenter. Tandem ſingulis in hujusmodi
„negocio recenſitis, & penſatis, cum nul-
„lum tam circa perſonam electam, quam
„eligentium, ſive alias appareret impedi-
„mentum, prefatam electionem confirman-
„dam duximus, & preſentibus confirma-
„mus. Devotionem igitur veſtram horta-
„mur, requirimus, & monemus, vobis-
„que nihilominus in virtute ſancte obedien-
„cie diſtricte precipiendo mandamus, qua-
„tenus predictum Petrum in abbatem, &
„Patrem veſtrum recipiatis, & ei tam in
„ſpiritualibus, quam temporalibus exhi-
„beatis debitam reverenciam, & honorem,
„alioquin contra inobedientes, & rebelles
„eidem per cenſuram eccleſiaſticam, & a-
„lia juris remedia, atque penas animad-
„verſione debita procedemus. Datum, &
„actum Salzburge menſis decembris die
„duodecima, anno domini milleſimo, qua-
„dringenteſimo, trigeſimo ſexto.

(L.S.)

Et hæc de electione, & confirmatione Domini abbatis Petri dicta ſint, quorum inſtrumenta authentica prima ſunt, quæ de negotio electionum, & confirmationum in archivio noſtro aſſervantur.

IIII. Sub hoc D. abbate nova reformatio de anno 1431. non tantum exacte obſervata;

De hoc monaſterii noſtri præſule non immerito cum aliis manuſcriptis, & documentis noſtris domeſticis teſtatur Albertus abbas ſupracitatus in ſuo abbatum catalogo, quod videlicet Petrus abbas monaſticam diſciplinam, & vivendi modum juxta normam reformationis per Dominum Leonardum abbatem Mellicenſem noviter introductæ non tantum ipſe ſedulus obſervaverit, ſed obſervari quoque rigide a ſubdidis ſuis regularibus curaverit, adeo, ut fama ejus, congregationisque ſuæ bonus odor in omnem terram exiverit. Profecto enim hæc nova reformatio ſub hoc Dom. abbate non tantum pro viribus obſervata, atque per novam viſitationem anno 1451. in monaſterio noſtro ſtabilita fuit, verum etiam per Petrum abbatem tanquam viſitatorem authoritate archiepiſcopali in alia quoque extera monaſteria variis modis, & mediis introducta. Quod diſciplina religioſa juxta reformationem ſub Georgio I. abbate introductam jam floruerit a principio electionis Domini Petri abbatis, haud fortius teſtimonium allegare poſſumus, quam, quod in charta originali peractæ in monaſterio noſtro anno 1451. authoritate apoſtolica viſitationis (de qua inferius plura dicentur) in terminis legitur; ſic enim formalia ſonant ad initium chartæ viſitationis: „Redemptor humani generis, qui vi-
„ſitavit nos oriens ex alto, quamvis com-
„munem vivendi modum per precepta do-
„cuerit dicens: ſi vis ad vitam ingredi, ſer-
„va mandata, modum tamen majoris per-
„fectionis non tacuit, cum dixit: qui vult
„venire poſt me, abneget ſemetipſum, &
„tollat crucem ſuam, & ſequatur me.
„Quem modum vivendi tandem ſancti Pa-
„tres diſtinctione habituum, & doctrinis re-
„gularum ſpiritu ſancto inſpirante intro-
„duxerunt, quorum non minimus eſt mo-
„dus vivendi ordinis ſancti Patris Benedi-
„cti, qui tamen ordo noſtris temporibus
„propter raritatem viſitationum in pluribus
„locis a primeva inſtitucione declinavit;
„quare beatiſſimus Pater noſter, & Domi-
„nus glorioſiſſimus, Dominus Nicolaus mo-
„dernus Papa V. ad partes transmiſit alle-
„manicas Reverendum in Chriſto Patrem
„Dom. Nicolaum titulo S. Petri ad vincula
„Presbyterum Cardinalem, ut ejus per
„ſollicitudinem, & induſtriam tam ſacra
„religio monaſteriorum in dictis partibus
„collapſa ſalubriter reviviſcat, quam mo-
„naſtica vita in locis reformatis in melius
„proficiendo laudabiliter perſeveret. Hinc
„nos fratres Martinus Scotorum Vienne, &
„Laurentius celle Marie monaſteriorum ab-
„bates, ac frater Joannes Schlitbacher pro-
„feſſus monaſterii Mellicenſis ſui abbatis vi-
„ces gerens ordinis ſancti Benedicti Patav.
„Dieces viſitatores monaſteriorum ordinis
„jam dicti utriusque ſexus per provinciam
„Salzburgenſem conſtituti per prefatum R.
„P. D. Legatum ad reformandum, corri-
„gendum, & ordinandum deputati, prout
„in litteris commiſſionis ejusdem plenius
„continetur, tenore preſentium notum fa-
„cimus, quod ad monaſterium ſancti Petri
„in Salzburga ordinis prefati ſancti Bene-
„dicti viſitandi gracia venientes reverenter
„ſuſcepti, & perhumaniter tractati ſumus,
„atque viſitationis opus illic exercentes ſpi-
„ritualium, & temporalium ſtatum a per-
„ſonis

„ſonis ipſius monaſterii profeſſis diligenter „perquiſivimus, & ipſum invenimus in ob„ſervancia regulari, & juxta ordinationes, „ac ſtatuta charte in primordio reformacio„nis archiepiſcopali authoritate per Reve„rendum in Chriſto Patrem Dominum Leo„nardum olim felicis recordationis abbatem „Mellicenſem dicti monaſterii viſitatorem „tradite cempetenter viguiſſe, in aliquibus „tamen pro humana fragilitate deliquiſſe „&c. &c.“ Hucusque formalia ex charta, ſeu receſſu viſitationis fideliter deſcripta. Ex quibus patet, jam ab initio regiminis Petri abbatis viguiſſe, ſi quosdam humanæ fragilitatis nævos excipias, regularem diſciplinam in eo vigore, quo per RR. PP. Mellicenſes ſub Georgio I. abbate anno 1431. in noſtro monaſterio fuit mediante nova reformatione introducta.

V. Verum etiam per aliam viſitationem anno 1451. ſicut in omnibus aliis monaſteriis,

Ut autem de hac viſitatione anno 1451. in noſtro monaſterio ſuſcepta, & per quam prima reformatio tanto magis ſtabilita fuit, exacta habeatur notitia, utpote quæ viſitatio ſub regimine D. Petri abbatis noſtri non vulgarem meretur memoriam, hinc ſciendum eſt ex hiſtoria, maxime Salisburgenſi, quod anno 1450. ſanctiſſimus Pater Nicolaus hujus nominis V. Friderico IIII. archiepiſcopo hujus ſedis, ex ſpeciali in eccleſiam Salisburgenſem affectu miſerit in Germaniam Eminentiſſimum Cardinalem epiſcopum Brixinenſem ſanctimonia vitæ pariter, & doctrina celeberrimum, qui poſtquam Salisburgum venit, concilio provinciali præſedit anno 1451. menſe Februario, in quo concilio inter alia ſaluberrime ordinata fuit reformatio diſciplinæ regularis per provinciam Salisburgenſem, eademque die octava Februarii, quando Cardinalis ſynodo præſidebat, mandatum ſcripſit ad Dominum Archiepiſcopum, & ſuffraganeos, quod incipit: „Archiepiſcopo Salis„burgenſi, & ſuffraganeis &c. Nicolaus mi„ſeratione divina titulo S. Petri ad vincu„la ſacroſancte Romane eccleſie Presbyter „cardinalis, apoſtolice ſedis per allema„niam legatus. Reverendiſſimo in Chriſto „Patri Domino Friderico archiepiſcopo „Salzpurgenſi, ac univerſis epiſcopis per „Salzpurgenſem provinciam ſalutem in Do„mino ſempiternam &c. &c.“ Cujus decreti longior tenor in extenſo legitur apud Marcum Hanſizium in ſuo hiſtorico opere de Salisburgo pag. 484. poſtquam autem Dominus Cardinalis Nicolaus Cuſanus abſoluto Salisburgi concilio Viennam ſe contulit, viſitatores nominavit pro viſitandis utriusque ſexus per Auſtriam, Styriam, Carinthiam, Salisburgum, & Bavariam monaſteriis alio deſuper edito decreto, & dato Viennæ decima tertia Martii eodem anno, cujus tenor apud eundem authorem c. l. habetur. Quamvis autem in hoc decreto primitus pro viſitatoribus nominati fuerint D. Martinus abbas ad Scotos Viennæ, Dom. Laurentius abbas ad cellam beatæ Virginis, & P. Stephanus Prior Mellicenſis: attamen huic ultimo Mellicii in abbatem electo ſucceſſit P. Joannes Schlitbather Mellicenſis, qui unacum DD. Præſulibus præmemoratis viſitationis negotium fuit auſpicatus, & quidem, ut teſtatur eruditus rerum auſtriacarum collector, vir venerabilis, nobis quondam perbene notus; P. Hieronymus Pezzius Mellicenſis Tom. II. Script. auſtria: a colum. 637. initium factum fuit a monaſterio Gottwicenſi; a quo viſitatis per auſtriam reliquis tranſierunt in Styriam, & Carinthiam, inde Salisburgum, demum in Bavariam per monaſteria facile duo ſupra quinquaginta utriusque ſexus.

VI. Ita et eodem anno hic ad S. Petrum ſuſceptam. de novo ſtabilita fuit.

Sicut ergo in aliis monaſteriis hæc viſitatio fuit inſtituta, ita pariter eodem adhuc anno 1451. menſe Novembri in die S. Eliſabethæ advenerunt ſæpedicti DD. viſitatores ad noſtrum monaſterium, ubi, ſicut & in monaſterio noſtrarum monialium tunc adhuc exiſtentium, nec non in Nunburga viſitationem dominica poſt feſtum S. Eliſabethæ inſtitutam continuarunt per dies omnino viginti. Nos ſynopſin damus totius hujus viſitationis in noſtro præſertim monaſterio peractæ ex quodam manuſcripto coævo (ſub titulo: collectanea vetuſta) hoc ipſo tempore, ſi non ab ipſo Domino Petro abbate, ſaltem ipſius juſſu a quodam ex monachis noſtris, illo tempore viventibus conſcripto, in quo manuſcripto circa medium leguntur ſequentia: „Anno Domi„ni 1451. in die S. Eliſabeth reverendi in „Chriſto Patres, & Domini, Dominus Mar„tinus Scotorum Wienne, Dominus Lau„rentius Mariecellenſis abbates, & frater „Joannes, dictus Slitpacher, in Mellico „profeſſus, apoſtolica authoritate viſitato„res, & reformatores ordinis S. Benedicti, „virorum, & mulierum monaſteriorum in „provincia Salzeburgens. conſtitutorum re„formationis, & viſitationis graciam no„ſtro monaſterio S. Petri Salzburge ordinis „Sancti Benedicti applicuerunt, & ita re„verenter ſuſcepti ſecundum conſtitutio„nem conſtantienſis concilii per omnia fue„runt, & ut dignum fuit, humaniter per„tractati“. Hæc de adventu DD. Viſitatorum citatus collector domeſticus, qui etiam omnia alia, quæ viſitationem antecedebant, & ſequebantur, imo totum proceſſum viſitationis peractæ per longum deſcribit. Quamprimum autem Domini viſitatores in monaſterio noſtro comparuerunt, unus ex noſtris longiori oratione illos excepit, quæ allocutio ita incipit: „Reverendi in Chriſto „Patres, & Domini Domini devotius co„lendi. Cum juxta ſententiam beatiſſimi „Patris noſtri Benedicti in regula Cap. LIII. „omnibus ſupervenientibus hoſpitibus, ma„xime domeſticis fidei, pauperibus, & „peregrinis cum ſollicita cura congruus de„beat honor exhiberi, in adventu autem

„tan-

„tantorum Patrum, & Dominorum fulci-„torum dignitatibus, & authoritatibus ex-„cellentiſſimis hujusmodi congruitatis re-„verentiam, & honorem, quomodo nos „parvuli exhibeamus? certe vires noſtras „excedit, & ſupergreditur, unde cum tre-„more, & humilitate aliud excuſationis „verbum dicere non valemus, niſi illud, „quod in preallegato capitulo Sanctus Be-„nedictus ſubjungit dicens: nam divitum „terror ſibi ipſi exigit honorem, preſertim „ſecundum apoſtolum: cum ipſi ſitis ſapien-„tes, libenter tamen ſuffertis inſipientes „&c. &c.“ Qua oratione exceptoria ſat longa in adventu DD. Viſitatorum præmiſſa, ipſi Domini viſitatores negotium viſitationis inchoarunt, & ut ſupra dictum, per viginti dies continuarunt in tribus monaſteriis: præprimis autem in noſtro monaſterio præmiſſa oratione, & invocatione Spiritus ſancti unus viſitatorum alloquendo Dominum Prælatum, & Conventum palam expoſuit, quod actum viſitationis velint in tres partes diſtinguere: & *primo* quidem a ſingulis privatim accerſitis inquirent, & in ſcriptis redigent, quæcunque neceſſaria, vel accommoda videbuntur pro reformatione, & manutenentia obſervanciæ regularis juxta traditionem ſancti Benedicti, & canonicas ſanctiones, in qua inquiſitione cuilibet plenam, & liberam audientiam dare adpromiſerunt: ut taliter *ſecundo* cuilibet, ſi altera vice conveniunt, proponi poſſit, & obiici, quæ de ipſo acta fuerunt, ita tamen, ut cuilibet detur facultas reſpondendi, vel culpam agnoſcendi, aut rationabiliter ſe excuſandi. In *tertia* autem viſitationis parte, eaque principali promiſerunt per chartam viſitationis, ſeu relicta ſtatuta, aut receſſum, ut vocari ſolet, dare ſententiam definitivam, & totius actus concluſivam. Hoc triplex propoſitum longiori, eaque prima exhortatione exponebat D. abbati, & conventui noſtro unus ex viſitatoribus, quæ exhortatio ſic incipit: „Aggreſſuri primam partem „principalem aviſamus vos Patres, & Fra-„tret chariſſimi, & in Domino ſinceriter ex-„hortamur, ut in ipſa inquiſitione privata „per vos a ſingulis facienda ſemper puram „veritatem in verbis, & veram ſervetis in „corde charitatem &c. &c.“ Secundæ autem exhortationis veroſimiliter, ut ex circumſtantiis colligi poteſt, poſt peractam viſitationem habitæ, & pariter ſat prolixæ ſequens legitur initium: „Duplex eſt viſi-„tatio, videlicet occulta, & inviſibilis, „alia manifeſta, & viſibilis. Occulta, & „inviſibilis eſt inſpiratio divina, qua homo „cognoſcit, & inclinatur ad bonum: de „iſta poteſt accipi illud pſalmiſtæ: quid eſt „homo, quod memor es ejus? & iſta eſt „valde neceſſaria juxta illud apoſtoli ad Co-„rinth. fiduciam habemus per Chriſtum ad „Deum, non quod ſufficientes ſumus cogi-„tare, & illam quotidie petimus in com-„pletorio, dicentes: viſita, quæſumus, „Domine, habitationem iſtam. Alia viſi-„tatio eſt manifeſta, & fit vice Dei per ſu-„periores majores, & de iſta ſunt plures „ſcripture, preſertim illud 1. Reg. 17. fra-„tres tuos viſitabis, ſi recte agant &c. &c. Finita hac viſitatione rurſus unus ex noſtris gratias egit DD. Viſitatoribus brevi oratione, & demum *charta viſitationis* innumeras continens leges, & ſtatuta, ab illis tamen de anno 1431. non multum diſcrepantia, Domino abbati, & conventui extradita fuit, quæ charta viſitationis in originali exſtat in libello membraneo, aliquot folia continente, ſcripta, duobus ſigillis pendulis ex rubra cera roborata, & anno 1451. die ſeptima decembris ſignata. Charta autem viſitationis pro monialibus noſtræ congregationis data eſt in lingua germanica feria tertia poſt feſtum S. Nicolai eodem anno 1451. Et hæc de viſitatione illa per plura monaſteria generali, & in noſtro ad S. Petrum monaſterio ſpeciali, quæ authoritate apoſtolica fuit ordinata, ſatis dicta ſint, per quam viſitationem, & relicta ſaluberrima ſtatuta regularis diſciplina jam anno 1431. ſub Georgio I. introducta, & hactenus bene obſervata adhuc majores radices egit in monaſterio noſtro.

VII. Poſt hanc viſitationem ipſe D. Petrus, abbas noſter, alia monaſteria viſitavit: & quidem anno 1455. Millſtadienſe,

Exiit autem regularis diſciplinæ fragrans odor in terras quoque alienas; nam poſt introductam anno 1431. novam monaſticam reformationem, eamque rurſus anno 1451. per prædictum viſitationis negotium ſtabilitam, Dominus abbas noſter Petrus etiam alia monaſteria viſitare, & reformare juſſus eſt, mandato deſuper ab archiepiſcopo, & DD. Ordinario noſtro accepto, de quo, uti & toto harum viſitationum in diverſis monaſteriis, negotio ex actis originalibus etiamnum exſtantibus documenta dabimus, quæ non tantum ædificant, verum etiam hiſtoriam monaſterii noſtri pro hoc ſæculo ut plurimum illuſtrant. Primum monaſterium, quod viſitare juſſus eſt Dom. abbas Petrus, erat monaſterium noſtri ſacri Ordinis Millſtattenſe in Carinthia, quod tamen dudum ſacer ordo noſter non amplius poſſidet. Ut autem brevis habeatur notitia de hoc monaſterio Millſtattenſi, pauca de eodem referimus tam ex aliis hiſtoricis, quam ex noſtris documentis. Milleſtadium, ubi non exigui nominis monaſterium erat noſtri ſacri Ordinis, oppidum eſt in ſuperiori Carinthia inter Dravum, Lyſeramque amnes ſitum, ad ingentem lacum, quem Rosbacus fluvius influit. Ipſi oppido a mille ſtatuis, a populo gentili olim cultis, nomen inditum fuiſſe, quidam exiſtimant, quamvis non ſine omni fundamento aliter ſentiat Hanſizius in ſuo opere hiſtorico-Salisburgenſi infra citandus. In hoc loco B. Domitianus Dux Carinthiæ poſt converſionem circa tempora noſtri S. Virgilii (qui in Carinthiam ad prædicandam Chriſti fidem B.

Modeſtum cum aliis monachis miſit) eccleſiam fundavit unacum conjuge ſua Maria, Meraniæ Ducis Tyrolenſis filia, atque, ut vult Megiſerus in annal. Carinth. ex bonis dotalibus conjugis ſuæ monaſterium Millſtadienſe condidit, idque religioſis Benedictinis, qui ibidem fidem Chriſti plantaverunt, conſignavit, ut & ipſi Deo ſervirent, & fides noviter plantata majores radices ageret. Quandoquidem vero hoc monaſterium per injurias temporum & combuſtum, & pene everſum fuit, illud Erbo princeps Carinthiæ ad initium ſæculi duodecimi, id eſt circa annum 1102. denuo reſtauravit, & monachos hujus ordinis denuo conſtituit, quibus circa annum 1140. Albertus epiſcopus Tridentinus abbatem conceſſit. Porro autem benedictini monachi durabant usque ad tempora Friderici III. Imperatoris, & quidem, ut chronologia ſervetur, tempora ultima; præfuit enim hic Imperator ab anno 1430. usque ad annum 1493. qui hunc locum tradidit Ordini equitum S. Georgii, quem ordinem idem Imperator inſtituit, monachis alio migrantibus. Verum poſtquam & hic ordo fuit extinctus poſt mortem tertii Ordinis magiſtri, quæ accidit anno 1541. & per aliquot annos locus iſte fuit adminiſtratus per miniſtros archiducum auſtriæ, Ferdinandus archidux poſtea ſub hoc nomine II. Imperator circa annum 1598. vel 1600. Milleſtadium Societati Jeſu in fundationem academiæ græcenſis adjecit, cujus ordinis religioſi illud etiamnum poſſident. De hoc Millſtadio citatus Hanſizius pag. 91. n. XXXIII. circa finem ſequentia notavit: „In „vicino civitatis Liburniæ Duces olim Ca„rantanorum habuere regiam, ſeu tuſcu„lum *Millſtadium*; uti traditur in actis S. „Domitiani e vetuſtis ejus monaſterii mo„numentis apud Bollandum Tom. I. febr. „pag. 693.; vocem tamen *Millſtadium*, ut „illud obiter hic adnotem, a *mille ſtatuis*, „ritu gentili ibidem cultis appellare nolim, „ſed potius e moletrina ad ripam laci exi„ſtente: unde a circumcolentibus, & per „lacum commeantibus dictum ſit voce teu„tonica Müllgeſtatt, ſeu ripa molendinaria. „Vidi locum, & rivum inde lacui ſe infun„dentem, & molendinum, hodieque exi„ſtens circa pomæria veteris monaſterii, „quo mihi vana omnino etymologia de *mil„le ſtatuis* ſemper eſt viſa". Et iterum idem auctor in cit. oper. hiſtor. pag. 797. n. XIV. præter alia huc non ſpectantia refert, quod Fridericus Imperator (IV. ille vocat, ſed verius III.) Milleſtadium equitibus S. Georgii tradiderit, ordine autem extincto poſt aliquot annos ad Societatem Jeſu devolutum fuerit.

VIII. Authoritate DD. Ordinarii Sigiſmundi I. archiepiſcopi Salisburgenſis.

Hoc itaque monaſterium Millſtadienſe circa medium ſæculi XV. adhuc ſub ordine Benedictino militans (a quo monaſterium noſtrum anno 1270. turbatiſſimis temporibus abbatem accepit omni exceptione majorem, virum præclariſſimum Dietmarum ut fuſius dictum in hoc chronico noſtro ad dictum annum, ſeu finem ſæculi noſtri VII.) ob collapſam per ſiniſtra fata regularem diſciplinam D. abbas noſter mandato, & authoritate DD. archiepiſcopi, & ordinarii noſtri illo tempore regnantis Sigismundi I. munitus, & ſub ſpeciali protectione Domini territorialis in Millſtatt, qui ipſemet hanc viſitationem, & reformationem expetiit, anno 1455. viſitavit, & reformavit. Hanc viſitationem in Millſtadienſi monaſterio factam fuiſſe a D. Petro abbate ex mandato DD. archiepiſcopi, & ordinarii noſtri clementiſſimi probant ſequentes litteræ ex ſuo originali fideliter deſcriptæ:

„Sigiſmundus Dei gracia ſancte Salzbur„genſis eccleſie archiepiſcopus, apoſto„lice ſedis legatus. Dilecto nobis in Chri„ſto Petro abbati monaſterii ſancti Petri „Salzburge ordinis ſancti Benedicti, Ma„giſtro Georio Schrech de Scharding in de„cretis Licentiato, Fratri Rudberto Keutzl „fratri ordinis, & monaſterii predicti, & „Anſelmo Viereger archidiacono noſtro ca„rinthie ſuperioris ſalutem in Domino. Ad „omnium eccleſiarum, & monaſteriorum „noſtre dieceſis ſtatum ſalubriter dirigen„dum cura paſtorali officii noſtri intenden„tes, ad ea, cum deformata comperimus, „reformationi noſtre ſollicitudinis partes li„benter adhibemus. Cum itaque ex par„te dilectorum nobis in Chriſto abbatis, & „fratrum profeſſorum monaſterii Ordinis S. „Benedicti in mille ſtatuis noſtre dieceſis, „quod dolenter referimus, ad nos ſepius „deductum, quomodo in eodem monaſte„rio calcata regulari obſervancia, divina „officia pauca compleantur attentione, de„creſcat religio, aliaque apud eos prode„ant opera, quæ in gravem religionis of„fenſam ſint, & ſcandalum plurimorum. „Deinde, quomodo dictum monaſterium „ex negligenti adminiſtratione in tempora„libus gravibus ſit dampnis ſubjectum, que, „niſi citius ſuccurratur, ipſum ad feſtinam „tradant deſolationem, ſed licet a paucis „temporibus plereque fuerint viſitaciones „inſtitute illuc, nos tamen nihilominus & „preſenti per illuſtrem Dominum Principem „Ulricum Cileie, Sagorieque comitem &c. „adhortati, officioque noſtro nos plurimum „admonente iterum hoc tempore monaſte„rium prefatum, ne ſic labatur, in ſtatum „ſperamus reducere meliorem, & ideo tan„quam Ordinarius, & cujus intereſt, ne „ſaltem deinceps noxia graviora ſubintrent, „ad premiſſa deliberavimus congruam ad„hibere medelam. De veſtris ergo dilectio„nibus, religione, & induſtria plurimum „confiſi authoritate ordinaria tenore pre„ſentium vobis committimus, quatenus ad „dictum monaſterium in mille ſtatuis per„ſonaliter accedentes rore ſpiritus almifici „fecundati, & Deum ſolum pre oculis ha„bentes

„bentes in ipſo monaſterio circa ſpiritualia, „& temporalia in capite, & membris debi„te viſitationis officium hac vice duntaxat „inſtituere, & exequi nullatenus protele„tis. Nos enim vobis quatuor, aut ex vo„bis duobus, aut tribus, ſi unus vel duo im„pedimento prepediti intereſſe non valerent „vice, & authoritate noſtra ab ipſo abbate, „aut aliis, ubi opportunum foret, reddi„tuum, proventuum, & adminiſtrationum „dicti monaſterii rationem exigendi, & con„tra ipſorum quemlibet, prout expedire no„veritis, inquirendi, & reformandi, & ju„xta eorum criminum, & exceſſuum quali„tatem penis debitis eos percellendi; & „etiam dignitatibus, ſi cauſa requiſierit, „eos privandi, & deponendi plenam tribui„mus facultatem. Ad hec etiam dictos fra„tres, & ipſorum quemlibet a criminibus, „exceſſibus, & peccatis ſuis, nec non a pe„nis, & cenſuris quibuscunque a jure vel „ſtatutis provincialibus, ſynodalibus, aut „ordinis monaſteriorum prefatorum in illos, „vel eorum quemlibet promulgatis, in aliis„ve caſibus, nobis a jure, vel conſuetudine „ſpecialiter reſervatis, quos alteri veſtrum „aut ſubſtituto a vobis confitebuntur, dum „hoc humiliter petierint, cuilibet veſtrum „etiam ſubſtitutis a vobis in ſolidum in ea „parte predicta authoritatem noſtram con„ferimus abſolvendi. Conſtitutiones autem, „ordinationes, conſuetudines, & gravami„na quascunque obſervancie regulari adver„ſantes, quantum in eisdem fragilitas hu„mana admiſerit, tollendi, & immutandi. „Preterea omnia alia, & ſingula in premiſ„ſis, & circa ea vel neceſſaria, vel oppor„tuna, prout ſecundum Deum, & conſcien„cias veſtras bene, & recte informatas vi„deritis edendi, ſtatuendi, diſponendi, ac „ea debite exequendi plenam & liberam vo„bis in Domino tenore preſencium concedi„mus facultatem. Authoritatem tamen re„formacionis, atque ſtatutorum per vos, ut „perfertur, ſtatuendorum, aut edendorum „moderandi, declarandi, ſeu immutandi „facultatem nobis, & ſucceſſoribus noſtris „reſervantes. Ceterum, ne opus prefatum „auſu temerario, ſeu preſumptione cujus„cunque impediatur, omnibus, & ſigulis „tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus no„ſtre dieceſis ſubditis in virtute ſancte obe„diencie committimus, & ſub excommu„nicacionis pena diſtricte precipiendo man„damus quatenus prefato operi, & huic ne„ſtre commiſſioni per ſe, vel alios, ſeu alium „directe, vel indirecte nullum impedimen„tum, quodlibet preſtent, faciant, procu„rent, ſeu quantum in eis eſt, quovis mo„do fieri permittant, quinimo requiſiti in „omnibus ſupradictis conſiliis, & auxiliis „vobis opportunis aſſiſtant, faveant, & ob„ediant. Alioquin, ut eos tanquam con„tradictores, & rebelles eccleſiaſtica cen„ſura, ſeu etiam ſupradictorum ordinum re„mediis, & aliis juris penis compeſcere, „atque compellere poſitis, plenam hac vice „concedimus facultatem; ſpecialiter tamen „adjicimus, quod, ſi viſitatores ſupradictos „in dicte viſitationis negocio non omnes ad„eſſe contingeret, nihilominus tamen ce„teri hoc commiſſum viſitacionis negocium „absque prorogacione ad ſalubrem finem „proſequi valeant, eis ſimiliter preſentibus „facultatem elargimur harum teſtimonio „litterarum. Datum Salzburge die nona „menſis octobris anno Domini MCCCC „quinquageſimo quinto“

(L.S.) Hucusque litteræ archiepiſcopales credentiales pro commiſſariis ad inſtituendam in monaſterio in mille ſtatuis viſitationem.

IX. Et ſub protectione Domini territorialis Ulrici comitis de Cili &c.

Sicut autem iſta viſitatio fuit petita a Domino Principe & Comite Udalrico Domino Celeiæ, & illius territorii, vel advocate illius monaſteri ſic etiam præfatus princeps & Dominus jam antea litteras ſecuritatis miſit, ut nimirum pro futura viſitatione ſecure iter ſuum dirigere, atque in monaſterio Millſtadienſi pro exigentia rerum commorari valeant, quæ litteræ etiamnum in originali exſtantes de verbo ad verbum ita leguntur:

„Wir Ulrich von Gottes gnaden Graf zu Ci„li, ze Ortenburg, und in dem Seger „Ban zu Dalmatien, zu Croatien, und in den „Windiſchen Landten, bekennen, als der Hoch„würdig Firſt, unſer beſonder lieber Feindt, „Herr Sigmund Erzbiſchoff zu Salzburg, Le„gat des Stuels ze Rom ꝛc. nach unſern be„gern den erwürdigen geiſtlichen ⁎ ⁎ ⁎ den Abbt „zu ſand Peter daſelbs zu Salzburg geordnet „hat das Kloſter zu Milleſtatt unſerer Vogtey „zu viſitiren, darzu wir dann von unſertwegen „auch ze ſchickken vermainen, dardurch daſelb „Kloſter in guten ſtand pracht müge werden, „das wir denſelben Abbt, und ſeinen Dienern, „die alſo mit ihm reüten wellen, unſer gelaith, „und ſicherhait gegeben haben, und geben we„ſentlich mit dem Brief daſelbſt hir gen Müll„ſtat ze chomen, da ze ſein, als lang des not„durft erfordert, und dan wider an ir gwar, „angeverde. Darauf empfelchen wir unſern „lieben Ambtleiten, Burggraven, Pflegern, „Raitmaiſtern, Soldnern, Richtern, Bur„gern, Ambtleiten, und gemainiglich andern „unſern Dienern, und unterthanen, den der „Brief gezaigt wirdet, ernſtlich, und wellen, „das ſie die vorgemeldten Abbt zu ſand Peter „zu Salzburg, und ſein Diener pei ſolchen un„ſern Glaith, und ſicherhait veſtiglich halten, „und beleiben laſſen, und darwider nit anval„len, oder beſchweren, noch das yemand ze „thuen geſtatten in chainer weiß, das iſt genz„lich unſer Mainung mit Urchund des Briefs „unter unſeren gewohnlichen aufgedruckten Se„cret. Geben zu Cili an Sonntag ſand Ma„theus des heiligen zwelfpotten tag anno Do„mini &c. quinquageſimo quinto“.

(L.S.)

Ad relationem D. Friderici Abperger.

Hac itaque authoritate, & protectione instructus D. Petrus abbas noster prædictum monasterium in Millstatt dicto anno cum sociis suis pariter eadem authoritate delegatis visitavit, ubi etiam varias fecit ordinationes tam in spiritualibus, quam temporalibus, prout ex actis relictis clare colligitur, inter quæ pariter adest copia duplicis instrumenti, unius, in quo Dominus abbas Millstattensis Christophorus verosimiliter ultimus propter corporis, & animi deficientes vires abbatiam resignavit: alterius vero, quo religiosi Millstattenses renunciarunt electioni alterius abbatis pro illa vice; unde Dominus Visitator eisdem primitus constituit pro monasterii Priore nostrum professum P. Rupertum Keutzl in visitatione socium, qui tamen laborum pertæsus post aliquod tempus ad monasterium revocatus fuit, & Prioris spartam alteri confratri P. Simplicio reliquit. Verum non obstante hac laboriosa visitatione hoc monasterium Millstattense ad finem ejusdem sæculi sub Friderico III. Imperatore equitibus S. Georgii fuit traditum, sicque tristi fato ita extinctum, ut ejusdem amplius vix memoria superst. Ast longe feliciores erant visitationes D. abbatis Petri in duobus aliis monasteriis, quorum unum floret in Carinthia, alterum fulget in Styria.

X
Quo anno adhuc jubetur visitare monasterium S. Pauli in Carinthia.

Eodem anno DD. Sigismundo archiepiscopo, & ordinario nostro monasterium S. Pauli in valle Lavantina in Carinthia visitare jubetur abbas noster litteris desuper eodem anno ad finem, vel circa æquale tempus cum visitatione in Millestatt tam ad DD. Thyebaldum, tunc temporis episcopum Lavantinum, quam ad nostrum abbatem, nec non Georgium de Scharding editis, quæ litteræ credentiales etiamnum exstant in originali, quamvis autem annus exprimatur supranotatus, attamen circa diem mensis charta ita corrosa est, ut colligi non possit. Istæ litteræ mutandis ferme coincidunt cum præcedentibus, & ita incipiunt". Sigismundus Dei gracia sancte Salzburgensis ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus. „Venerabili fratri amico nostro charis„simo Domino Thyebaldo episcopo Lavanti„no, & dilectis nobis in Christo Petro abbati „monasterii sancti Petri Salzburge ordinis san„cti Benedicti, & Magistro Georgio de Schar„ding in decretis Licentiato salutem in Do"mino".&c. Breviores sunt litteræ securitatis etiamnum exstantes, sed in lingua germanica scriptæ, & Domino Petro abbati tam ad visitandum monasterium Millestattense, quam ad monasterium S. Pauli in valle Lavantina extraditæ, quæ ita leguntur: „Wir Sigmund von gottes gnaden Erzbischoff „zu Salzburg, Legat des Stuels zu Rom, „embietten allen und jeglichen unsern Haubt„leiten, Vitzdomen, Pflegern, und andern un„sern unterthanen, und getreven, den dieser „Brief fürchumpt, unsern gruetz bevor. Wir „senden jetzund unsern lieben in Gott ⁂ den „Abbt zu sand Peter hir zu Salzburg zu den „zwain Clöstern gegen Müllstatt, und gen sand „Paul in Laventhall dieselben also ze visitiren „und in pessern stand zu bringen. Darauf em„pfelchen wir euch, und eüer jeder besonder, „ob derselbe Abbt in seinen solcher geverdte icht „irrung gewun, und euch dariber anlangen „wurde, ain Baistand ze thun, wan das be„schehe, das ir im alsdann beiständig, und fie„derlich seyt, damit er solch sein geverde or„dentlich volbringen, und nit geirret werde. „Daran thuet ir, und eyer ieder unsern wil„len, und gefallen. Geben zu Saltzburg an „freitag nach sand Dionysien Tag anno Do„mini &c. quinquagesimo quinto". Et quibus litteris patet, quod eodem tempore & in eodem itinere Dominus Petrus abbas noster utrumque monasterium cum suis commissariis visitaverit, nimirum Millestadiense in Superiori Carinthia, & monasteriam S. Pauli in valle Lavantina.

XI
Anno autem 1462. ex mandato Burchardi archiepiscopi monasterium Admontense in Styria,

Post aliquot annorum lapsum, anno videlicet 1462. ad initium dicti anni, quo tempore jam Burkardus de Weispriach ex præposito neoelectus regnabat archiepiscopus, sæpe dictus abbas noster Petrus cum aliis duobus abbatibus ad monasterium S. Blasii admontense in Styria, ut ibidem quædam controversiæ inter Dominum abbatem, tunc temporis existentem, Andream, & Priorem dicti monasterii exortæ amice componerentur, ablegatus fuit cum litteris credentialibus in originali existentibus, quarum initium, & finem damus; habent enim pariter in quibusdam aliquam conformitatem cum litteris præcedentibus, in eo tamen diverso sunt, quod regularis disciplina, sicut in Millestadiensi, non lapsa fuerit, sed hæc visitatio ad majorem pacem, & concordiam in dicto monasterio ordinata. Litterarum tenor hic est in exordio: „Burchardus Dei „gracia electus & ut Præpositus, Hadmarus „Decanus, totumque capitulum ecclesie „Salzeburgensis. Dilectis nobis in Christo „Petro S. Petri Salzburge, N. Lambacensi, „& N. in cellis beate Marie monasteriorum „abbatibus, & Magistro Ulrico Trinchgelt, in „decretis Licentiato, salutem in omnium „Salvatore. Quoniam inter dilectum An„dream abbatem ex una, & N. Prio„rem, & conventum monasterii Admon„tensis ejusdem ordinis Salzburgen: die„cesis partibus ex altera, prout ad nos de„ductum est, graves differencie suborte sint, „que, nisi citius per debita rationis media „amputentur, formidandum est, ne ex his ma„jora mala inter easdem partes subingre„diantur &c. datum Salzburge die quinta „mensis Januarii anno Domini MCCCC „sexagesimo secundo". Non autem hanc visitationem fuisse optimo effectu destitutam, eo certius credendum, quia præditus Præsul Andreas fuit abbas plane insignis, quem virtutum genere, & nobilissima stirpe progenitum fuisse asserunt manuscripta admontensia, quo in suo chronico admon-

admontenſi manuſcripto ſigno WW. noſter DD. abbas Amandus collegit, & de hoc Andrea nomine Slethamer inter abbates trigeſimo ſexto in cit. lib. §. 40. pag. 164. ſequentia ſcribit: „Andreas Georgio reli„gnanti ſucceſſit anno 1420., quem virtu„tum genere conſpicuum, & nobiliſſima ſtir„pe progenitum aſſerit manuſcriptus liber I. „n. 65., qui laudabiliſſime rexit monaſte„rium per quadraginta ſex annos". Denique poſt enumerata ſumma in monaſterium ſuum merita pergit idem antiquitatum admontenſium collector; „Tandem poſt qua„draginta ſex annorum regimen, quo uti„liſſime præfuit, & profuit monaſterio, ſe„nex grandævus ſeptuaginta ſeptem anno„rum optimus Præſul, & Paterfamilias ſæ„culo valedixit, ſepultus in capella divæ „Virginis, quam renovaverat, anno ſalutis „1466". Hucusque dictus author, & nos de viſitatione in monaſteriis virorum, ad quæ abbas noſter authoritate Ordinarii fuit ablegatus.

XII. Pariformiter etiam tria monaſteria monialium viſitavit idem D. abbas noſter.

Pariformiter etiam tria monaſteria monialium noſtri S. Ordinis diverſis annis a Domino Petro abbate noſtro, ſuperiori authoritate munito, fuiſſe viſitata ex relictis actis, licet non omnibus completis colligimus. Primo quidem viſitare juſſus eſt Petrus abbas a DD. Friderico Archiepiſcopo monaſterium monialium ad S. Georgium in Lengſee in Carinthia anno 1452. Exſtant deſuper originales litteræ credentiales datæ Salisburgi die 5. menſis Martii dicto anno, quas DD. Fridericus archiepiſcopus hujus ſedis extradidit Domino abbati noſtro, quæ ita incipiunt: „Fridericus Dei gracia ſancte „Salzburgenſis eccleſie archiepiſcopus, apo„ſtolice ſedis legatus. Dilecto nobis in Chri„ſto Petro abbati monaſterii S. Petri civita„tis noſtre Salzburgen: Ordinis ſancti Bene„dicti ſalutem in Domino. Etſi ſalubrem „omnium monaſteriorum noſtre dieceſis ſta„tum deſideremus ſalubriter dirigi, amplius „tamen ad ea intendimus, que propter ſe„xus fragilitatem labilia ſunt, majoremque „requirunt pro ſua ſubſiſtentia refocillatio„nem: ut enim monaſteria hujusmodi bo„num ſortiantur ſtatum, noſtre ſollicitudi„nis partes libenter adhibemus. Hinc eſt, „dum alias dilecti in Chriſto NN. viſitatores „monaſteriorum ordinis ſancti Benedicti per „noſtram provinciam deputati &c. hic pro„xime in Salzburga exſtiterunt, inter alia „de ſtatu monaſterii ſanctimonialium S. „Georgii in Carinthia quamplurime retuliſ„ſent de ſuſcepta obediencia ſororum in con„ventu videlicet reformationis proſequende „non parvam in ea complacentiam habui„mus &c". Reliqua paucis immutatis conveniunt ferme cum mandatis archiepiſcopalibus ad viſitanda virorum monaſteria ſupra notatis. Secundo etiam viſitare juſſus eſt eodem anno 1452. a Cardinale DD. Cuſano per germaniam Legato apoſtolico monaſterium Geiſenfeldenſe in Bavaria, quod colligimus ex litteris requiſitorialibus a prædicto DD. Nicolao Cuſano ad noſtrum D. abbatem directis ſub 3. Maji dicto anno, quarum tenor brevis eſt, ſed allegari meretur ex originali deſcriptus": Venerabili Patri abbati S. Petri Salzburg. ſalutem. „Venerabilis Pater. Illuſtriſſimo „Principe Domino Alberto duce Bavarie „nos devote pulſante pro reformatione mo„naſterii monialium in Geiſſenveld Ratis„pon. dieceſis. Deliberavimus hoc pium „onus committere paternitati veſtre, veli„tis igitur Dei intuitu hoc onus ſubire. Da„mus igitur hac littera manu noſtra ſcripta „paternitati veſtre actualem noſtram lega„tionis facultatem pro hoc tam ſancto o„pere in Dei nomine feliciter expediendo. „Datum in Brunech III. die Maji 1452. „N. Card. S. Petri ap. ſedis per Alem: Legatus.

Tertio colligimus ex quadam epiſtola die 14. Julii anno 1455. ad congregatos quosdam in monaſterio, noſtri quondam Ordinis, Eberſpergenſi abbates, & forte in negotio viſitationis & reformationis occupatos ſcripta, quod ex mandato DD. epiſcopi Brixinenſis viſitare debuerit, vel ſaltem negotium viſitationis inchoare in monaſterio Sonnenburg in Puſterthall monialium ordinis noſtri, quamvis ad optatum finem hæc viſitatio non proverierit, de qua etiam acta quædam ſpecialia non exſtant, ſicut nec de duabus viſitationibus præcedentibus in monaſterio ad S. Georgium in Carinthia, & in monaſterio Geiſenfeldenſi in Bavaria ſuſceptis.

XIII. De quo amplius exponitur primo: quod ſollicitus fuerit pro decore domus Dei tam in noſtro,

Agendum nunc de inſigni ſollicitudine, quam Dom. Petrus abbas, & optimus paterfamilias exercuit in ſuo monaſterio tam circa bona ſpiritualia, quam temporalia, & qualiter eadem conſervare, augere, & ſtabilire ſtuduerit. Inter primas curas recenſeri meretur ſollicitudo pro honore, & decore domus Dei tam in noſtro, quam & in monialium noſtræ congregationis monaſterio. D. Martinus abbas noſter (qui electus fuit anno 1584.) in ſuo chronico ſæpe citato, ſeu MS. R. teſtatur, quod D. Petrus abbas chorum fratrum elevaverit, & totam eccleſiam renovaverit, & inſtauraverit, ſe legiſſe pariter fatetur, & vidiſſe oculis quorumdam verſuum inſcriptionem, qui viſebantur ſcripti majusculis litteris ſupra chorum fratrum, qui verſus, licet nec ſenſum habeant, nec pedibus ſubſiſtant, propter antiquitatem hic inſeri merentur:

Annis millenis quadringentis quadraginta
Ac uno Domini pro tunc currentibus illis
Hanc tunc eccleſiam totam noſcas re-
novatam
Taliter atque chorum tunc ſcias eſſe va-
riatum
In medio fabrice tunc transverſe fabricatus
Facta ſub eſt cripta, quo non nimis ampla-
que ſtricta
Unacum teſtudine cancellis beneficata.

Ad

Ad finem ultimi verſus legebatur *Petrus abbas* & videbatur utrumque conſuetum inſigne, monaſterii, & abbatiale. Similiter ſupra altare majus in choro fratrum per circulum tabulati ſequentes verſus pariter majoribus litteris erant expreſſi.

Nomina ſi quorum vis, picturasque videre
Invenies clare, ſi reſpicis retro altare,
Pontificis ſancti tenet ara hec corpus Amandi
Corpora pontificum ſeptem ſtipant ſimul illud.

Fuerunt autem hi verſus a D. Martino abbate anno 1595., quando novum altare fuit extructum, penitus aboliti, ſicut & de illa ſub Petro abbate facta eccleſiæ renovatione nec veſtigium amplius poteſt colligi. Præter alia, pro honore, & decore domus Dei ornamenta non amplius exſtantia, qualia tunc temporis erant in magno numero paramenta, ſtatuæ, calices, & alia altarium decora, uti ex quodam antiquo regiſtro colligimus, Domino Petro abbati adſcribendi ſunt duo pretioſi lapides ſepulchrales, qui ſepulchrum S. Ruperti, & S. Vitalis exornant, ſi enim iſti ſecundum antiquitatis notas examinantur, nec antiquiorem, nec recentiorem habent authorem, ut diximus in noſtra introductione ad chronicon n. XVII., quam Petrum abbatem: unde nos non defendimus, quod hic lapis, præſertim ſancti Ruperti natales ſuos numeret a B. Anſologo immediato SS. Ruperti, & Vitalis in pontificali, & abbatiali munere ſucceſſore, quo non obſtante teſtis eſt nihilominus magna authoritate dignus, ut ex eo, ſi non penitus probetur, ſaltem ut plurimum adjuvetur antiquitatis Salisburgenſis veritas. Honorem Dei in ſuis Sanctis etiam promovere ſtatuit pro viribus Dom. Petrus abbas in negotio canonizationis S. Vitalis, quod a Burchardo II. de Weispriach archiepiſcopo Salisburgenſi inceptum, & cum ſummo fervore anno 1462. continuatum fuit. Quoniam vero nos integram rei ſeriem ex actis authenticis dedimus in vita S. Vitalis a n. XVII., hic tantum obiter notaſſe ſufficiat.

XIV. Quam in nobis vicino monialium noſtræ congregationis, & ordinis monaſterio.

Inſuper ex eodem manuſcripto R., ſeu Chronico Martini abbatis habetur, quod D. Petrus abbas etiam clauſtrum monialium renovaverit, ſpeciatim vero chorum monialium in alium locum eccleſiæ transtulerit; & quia hæc translatio multis controverſiis, & difficultatibus erat obnoxia, neceſſarium etiam fuit requirere conſenſum Reverendiſſimi DD. Ordinarii, & ſimul reverſales litteras extradere ex parte abbatis, & conventus noſtri. Ut autem de hac translatione chori aliqualis habeatur notitia, initium allegabimus conſenſus archiepiſcopalis DD. Sigismundi I. archiepiſcopi Salisburgenſis (qui ab anno 1452. usque ad annum 1461, huic Metropoli præfuit) quem dedit Domino abbati ad novum chorum ædificandum. Initium litterarum ſequens eſt: „Sigismundus Dei gracia ſancte „Salzburgenſis eccleſie archiepiſcopus, a„poſtolice ſedis legatus ad perpetuam rei „memoriam. Licet vigili cura quibuslibet „dieceſis, & provincie noſtre perſonis, ut „puro corde, ac animi tranquillitate ſince„ra ſibi mutua caritate uniantur, ad pro„videndum ex officio noſtro debitores nos „eſſe conſideremus, plus tamen ad perſo„nas religionis pariter & SS. Patrum ad„ſcriptas, & eas precipue, que ſub noſtris „alis, ac lateribus, ac bone memorie pre„deceſſoribus noſtris fundate ſunt, que in „Dei militant laudibus, & quos in Dei viſ„ceribus velut ordinis ſancti Benedicti ju„bar, & ſpeculum precipue diligimus, & „fovemus, merito dirigimus oculos noſtros. „Sane, cum diebus preteritis, ut nobis ex„poſitum exſtitit ex certis tractatibus habi„tis inter dilectos nobis in Chriſto Prepo„ſitum, & Capitulum eccleſie noſtre Salz„burgenſis, & Syndicos eccleſie parochia„lis beate Marie Virginis, ac abbatem, & „conventum ordinis S. Benedicti monaſterii „S. Petri civitatis noſtre Salzburgen. con„cluſum fuiſſet, ut abbas ipſe dicti mona„ſterii S. Petri dilectis in Chriſto ſanctimo„nialibus conventus ſororum ejusdem mo„naſterii in eadem eccleſia noſtra parochia„li, & in abſide ejusdem dextera chorum „novum ſecundum formam in eisdem ſibi „tractatibus datam pro divinis per easdem „moniales complendis officiis conſtrueret, „preſertim ſub hac forma, quam preſatus „abbas nobis expoſuit, & quam, prout ſe„quitur, duximus ſpecificandam &c". In fine autem ſequentia leguntur: „Nos etiam „omnem divinum cultum, ad quem in ve„teri choro dicte ſanctimoniales exercendum „tenebantur, trenore preſentium in novum „illum conventualem erectum chorum „transtulimus, transferimus etiam per pre„ſentes exercendum fraude cuncta ſemota. „Harum teſtimonio litterarum ſigilli noſtri „majoris appenſione munitarum. Datum „Salzburge triceſima die menſis Januarii an„no Domini MCCCCLVIII". Sub eodem anno, & die datæ ſunt etiam litteræ reverſales D. Petri abbatis, Amandi Prioris, & totius conventus, quod videlicet ſe obligent, ut pariter ſine ulla diminutione in novo choro erecto a monalibus laudes divinæ compleantur. Reliqua relata haud digna ſunt, utpote de monaſterio non amplius exiſtente, & jam ducentis ferme abhinc annis aliis religioſis extradito, de cujus monaſterii monialium extinctione ſuo loco, & ordine plura dicenda occurrent.

XV. Secundo: quod plures erexerit confœderationes: & quidem anno 1446.

Præter hunc zelum pro decore, & honore domus Dei tam in noſtro, quam in monialium monaſterio, etiam defunctorum confratrum non immemor exiſtit Dominus abbas Petrus, in quorum ſolatium cum variis monaſteriis noſtri & aliorum ſacrorum ordinum

cum monasterio Ranshofiensi:

ordinum diversis annis pias confœderationes erigi curavit. Vix sub ullo tot cum monasteriis confœderationes fuerunt erectæ, quam sub regimine Præsulis, de quo agimus, pro impetrandis, in solatium fidelium, suffragiis maxime solliciti, & quamvis istæ confœderationes cum modernis, quæ præstari solent, suffragiis, non penitus concordent, quia tamen litteræ confœderationis, in originali exstantes, ob stylum antiquum & humilem sine ædificatione legi haud possunt, ideo operæ pretium duximus tenorem harum litterarum chronologico ordine per extensum benignis lectoribus cummunicare. Ita anno 1446. cum duobus inclytis monasteriis Ordinis S. Augustini canonicorum regularium, nimirum Ranshoviensi in Bavaria, & Voraviensi in Styria similem confœderationem fuisse initam, sequentibus litteris docemur, quarum primæ sunt ex canonia Ranshoviensi, secundæ ex Voravienli ejusdem pariter S. Ordinis collegio:

„Reverendo in Christo Patri, Domino--- „abbati, virisque religiosis Dominis-- „Priori, ac toti conventui monasterii sancti „Petri Salzburge ordinis sancti Benedicti „fratribus nobis in eodem devote colendis. „Frater Fridericus prepositus, Ulricus de„canus, totusque conventus monasterii san„cti Pangratii in Ranshoven patavienſis die„cesis, ordinis sancti Augustini canonico„rum sinceram in Domino Jesu charitatem. „Attendentes propensius, quod, qui a fra„terna societate secernitur, divine charita„tis participatione privetur; itaque tenen„da est cum viris sanctis unitas charitatis, „ut, quantum se quisque subtrahit mundo, „tantum necesse est, se associet bonorum „consortio, frater enim, qui juvatur a fra„tre, quasi civitas firma, ut ergo dilectio „fraterne caritatis, quam vicissim ex divino „precepto exhibere tenemur, non decidat, „& algescat, imo verius passim succrescat „ad perfectum, omnisque prorsus exciden„di occasio tollatur, amoris vincenda est „funiculis, & mutuis beneficiorum exhibi„tionibus irrigata, confovenda, quibus tan„quam quibusdam nutrimentis vegetata ir„refragabiliter perseveret. Nos proinde, & „successorum nostrorum nomine omnibus, „& singulis vestri monasterii professis fratri„bus vivis, & mortuis, presentibus, & fu„turis confraternitatem, communionem o„mnium bonorum, que fuerint per nostrum „monasterium, aut que fieri possunt in per„petuum, in missarum videlicet celebratio„nibus, orationibus, vigiliis, predicatio„nibus, jejuniis, hospitalitatibus, eleemo„synis, ac aliis bonis ad animarum vestra„rum salutare remedium in Domino confe„rimus, adjicientes subscripta nihilominus „adminicula, ut si quempiam ex vobis no„mine vestri malitiæ temporis, aut occasio„ne licita, seu qualibet compellente neces„sitate cum litteris vestris premissarum e„videntiam causarum continentibus ad no„strum monasterium venire contigerit, nos „eundem tanquam ex nobis unum in victu, „vestitu, aliisque consolationibus quibus„libet ad tempus, quo bene possibile fuerit, „debebimus fraterne sustentare. Statuen„tes quoque, quod, cum obitus unius, aut „plurium simul ex nobis per vos denuncia„bitur, pro anime refrigerio vigilias, & „missam defunctorum, ceteris apud nos so„litis junctis ceremoniis die persolvemus „opportuno ipsiusque nomen nostro inser„tum catalogo curiu annuo fratrum in ca„pitulo commendabitur orationibus. Ha„rum solido litterarum testimonio sigillo „prepositure, & conventus communitorum. „Datum in dicto nostro monasterio Rans„hoven anno Domini millesimo, quadrin„gintesimo quadragesimo sexto. In die S. „Magni confessoris".

XVI. Et eodem anno cum Voraviensi ejusdem Ordinis canonicor. regular. S. Augustini.

De confœderatione cum inclyta canonia Voraviensi in Styria eodem anno sub Petro abbate erecta sequenti docemur testimonio exitante:

„Invocato Christi nomine. Nos Andreas „Dei gratia prepositus, totumque ca„pitulum monasterii beate Virginis Marie, „sanctique Thome apostoli in Vorav. Ord. „S. Augustini canonicorum regularium Sa„lisburgensis diecesis. Cum juxta beatum „Augustinum charitas sit mentis affectus ad „Deum, & proximum ferventer, ordinan„terque porrectus, sitque sanctis animabus „in operimentum contra passiones tribula„tionum, in munimentum contra tentatio„nes peccatorum, & in ducatum, quan„tum ad operationes virtutum, & quanto „salutem proximorum queramus, tanto ma„gis profeciſſe noverimus. Hinc est, quod „scire volumus universos non carnali, sed „eadem nos in Christo charitate ardentis„sime, ordinanterque inflammante presen„tiqus publice profitemur, & recognosci„mus, & imposterum perpetuo promittimus „venerabilibus ac religiosis in Christo Patri„bus, & Dominis charissimis abbatibus, „Prioribus, totique conventui venerabilis „monasterii sancti Petri Salzburge ordinis „sancti Benedicti dicte diecesis veram, & le„gitimam inviolabiliter tam vivis, quam de„functis exhibere confraternitatem, ipsos„que participes omnium piarum operatio„nem nostrarum, quas per nos, & fratres „nostros clementia Salvatoris operari digna„bitur, intimo fecimus ex affectu in vita „pariter, & in morte. Videlicet, cum pre„dictorum Dominorum ac fratrum, aut so„rorum unius, aut plurium dies obitus no„bis fuerit intimatus, vigilias mortuorum, „missas, exequias cum reliquis superaddi„tis juxta a Deo nobis donatam devotionem, „& consuetudinem studiosius faciemus. „Ut autem hujusmodi confraternitatis com„promissio rata & firma pro presenti, & fu„turo tempore permaneat, presentes eis „damus litteras, sigillorum nostrorum ap„pensione munitas. Acta sunt hec sub an-

„no Domini milleſimo quadringenteſimo, „quadrageſimo ſexto, viceſima quarta die „menſis Auguſti, que dies fuit S. Bartho„lomei apoſtoli". Hucusque tenor litterarum originalium confœderationis in membrana ſcriptarum, quæ tamen primum anno ſequenti fuerunt miſſæ ad monaſterium noſtrum, uti ex aliis litteris in charta ſcriptis poteſt colligi, quæ non minus lectu dignæ ſunt, habent exteriorem titulum ad D. abbatem, qui ſic legitur cum ſequentibus in carta contentis:

„Reverendo in Chriſto Patri, ac Domino „Domino Petro abbati, venerabilibus, re„ligioſis Domino Georio Priori, totique „conventui monaſterii S. Petri Salzburge „Dominis, & fratribus noſtris aman„tiſſimis.

„Fraterne charitatis indiſſolubile vin„culum, & quidquid orationibus hauriri po„terit de fontibus Salvatoris ſalutis. Reve„rende Pater, Dominique, & fratres pre„ſtantiſſimi. Cum nuper in æſtivo tempore „per preſentium oſtenſorem fratrem Nico„laum nobis in Chriſto ſincere dilectum, „noſtrique monaſterii canonicum profeſſum „juxta commiſſionem ſibi factam fuiſſetis pe„titi, ut nos, noſtrumque monaſterium in „fraternitatis veſtre conſortium aſſumere „dignaremini, illud, ut, dicto fratre refe„rente, didicimus, grato volentique ani„mo feciſtis, plurimaque humanitatis, & „charitatis beneficia eidem exhibentes, pro „quibus ſingulis veſtris immenſis charitati„bus humiles referimus gratiarum actiones. „Poſtremo etiam humili, ac devota inſtan„tia ſupplicaſtis a nobis aſſumi reciproce in „fratres, quod tanto facimus libentius, quan„to id veſtre merentur pie devotiones, & „noſtre exinde creſcit ſalutis profectus, un„de talismodi fraterne aſſumptionis trans„mittimus chirographum ſub noſtre prela„ture ſigillo minori, quia majus tunc non „habuimus ad manus, quod petimus non „egre fieri, ac capituli noſtri ſigillo, ut „etiam a ſucceſſoribus noſtris iſtiusmodi ini„te fraternitatis fedus eo plus magni penda„tur, petimus littere veſtre nobis tradite ſi„gilla veſtra appendi, orationibusque ve„ſtris inſtantius adjuvari. Datum in mona„ſterio noſtro Vorau die ſancte Agnetis Vir„ginis anno domini .... quadrageſimo ſe„ptimo.

„Andreas prepoſitus, totusque „conventus in Vorauu.

XVII. Anno 1449. cum canonia Ord. S. Auguſtini in Ror diæceſis Ratisbonenſis.

Similis confœderatio erecta fuit inter celebrem canoniam ordinis S. Auguſtini canonicorum regularium in Ror provinciæ Bavaricæ, & diæceſis Ratisbonenſis. Litteræ originales membraneæ teſtantur, quod anno 1449. monaſterio noſtro adpromiſſa, aut potius jam erecta in authentico inſtrumento transmiſſa fuerit confœderatio, per alias autem litteras brevi ſubſequentes etiam a nobis hanc confœderationem modeſtiſſimus litteris expetierint. Nos & harum, & illarum litterarum tenorem damus, & primo quidem de ipſa confœderatione:

„In nomine Domini amen.

„Credimus, firmiterque ſperamus chari„tatis opera inter ſancte eccleſie membra pio affectu communicata animarum, „corporumque ſaluti multipliciter profutura, ac ea apud omnipotentis Dei preſen„tiam divine miſerationis reſpectu nullate„nus in oblivionem iri: quin potius larga, „Deficiaque rerributione apud ipſum mi„ſericordem patrem miſericorditer remini„ſci. Enimvero charitas omnium virtutum „forma ſingula queque opera in ſe commu„nicata ſingulis multipliciter facit eſſe com„munia. Proinde nos frater Petrus Pre„poſitus, Criſtanus decanus, totusque con„ventus monaſterii beate Virginis Marie in „Rhor ordinis ſancti Auguſtini canonicorum „regularium Ratisbonenſis diecelis matura „deliberatione prehabita fraternitatem con„trahimus cum venerabilibus in Chriſto Pa„tribus, ac Dominis Domino Petro abbate, „Priore totoque conventu monaſterii ſancti „Petri ordinis ſancti Benedicti Salzburgenſ. „dieceſis ejusdem, decernentes, ut preſa„ti Domini, ac fratres prenominati mona„ſterii, ac ſucceſſores ipſorum participes „ſint in vita pariter, & in morte miſſarum, „orationum, abſtinentiarum, vigiliarum, „eleemoſynarum, omniumque aliorum bo„norum operum, que in præfato monaſte„rio noſtro per preſentes, & poſteros no„ſtros divina dignabitur clementia operari. „Et nihilominus nunciato nobis obitu ali„cujus prefatorum, quem Deus felicem fa„ciat, die competenti ſecundum conſue„tudinem monaſterii noſtri vigilias cum miſ„ſarum ſolemniis, ceterisque ceremoniis, „apud nos ſolitis, & conſuetis perſolvemus, „& nomen ipſius noſtro necrologio an„notabitur, & ſingulis annis eodem die in „capitulo per devotarum orationum ſuffra„gia Deo habebimus recommendatum. Et „ſi obitus plurimorum fratrum uno tempo„re nobis intimatus fuerit; tantum facie„mus pro iis in plurali, quantum pro uno „ſolo facere decrevimus in ſingulari. Ut „autem hec ipſa fraternitas noſtra perenni „memorie reſervetur, eandem preſentis ſcri„pti teſtimonio, ac ſigillorum noſtrorum pre„poſiture videlicet & conventus ſtuduimus „appenſione muniri. Acta ſunt hec anno „Domini milleſimo quadringenteſimo qua„drageſimo nono in die S. Pauli eremite". Porro has litteras confœderationis comitabatur ſequens epiſtola:

„Reverendo in Chriſto Patri, ac Domino „Domino Petro abbati, nec non hono„rabilibus, ac religioſis viris Domino N. „Priori, totique conventui monaſterii ſan„cti Petri Salzburge, Dominis ac fratribus „nobis ſinceriter dilectis. Orationes utinam „devotas cum indiſſolubili vinculo charita„tis

„tis

»tis, Reverende in Chriſto Pater, nec non »honorabiles, religioſique fratres, ac Do»mini in eodem ſinceriter predilecti. Hoc »ſumme providencie arbitramur, ſi in vita »preſenti nobis talia media prevideamus, »eaque ſollicite procuremus, per que in fu»turo non ſolum liberemur a penis debitis, »ſed etiam citius ad felicem viſionem creato»ris noſtri perveniamus. Attendentes igi»tur, quod juxta ſententiam S. Pauli apo»ſtoli Deus frequenter exaudiat preces mul»torum, & preſtet id, quod ab eo petitur, »qui hoc non preſtaret ad preces unius; nam »ſi idem beatus apoſtolus ad impetrandum »ſibi a Deo hoc bonum, quod ab eo opta»bat, accipere ſe credebat, aliorum juſto»rum precibus adjuvari, nec de ſuis tantum »meritis ſperare audebat, quanto magis »nos, qui ipſi apoſtolo vita, & meritis lon»ge impares ſumus. Idcirco pariter deli»beravimus, & nobis omnibus nemine ex»ceptis placuit vobiscum inire fraternita»tem ſpecialem juxta tenorem litterarum »noſtrarum, quas vobis ſigillatas cum pre»ſentibus transmittimus, quam ob rem o»mnes nos veſtram paternitatem concordi»ter, & unanimiter rogamus, & obſecra»mus in Domino, quatenus & veſtra con»gregatio veneranda nobis in hac parte con»ſentire dignetur, ac nobiscum talis modi »fraternitatem inire. Confidimus, quod »hanc peticionem noſtram libenti animo ex»audiatis, preſertim, cum ejus impletio »non ſolum nobis, ſed etiam veſtre paterni»tati videatur optanda. Altiſſimus Deus »dignetur veſtras perſonas venerandas con»ſervare incolumes per tempora longiora. »Datum Rhor feria quinta ante feſtum puri»ficationis beate Marie Virginis anno &c. »XLVIIII.«

Frater Petrus Prepoſitus, totusque conventus beate Marie Virginis in Rohr.

XVIII. Anno 1453. cum monaſterio Cremiſanenſi diœceſis Patavienſis.

Præter has confœderationis litteras, & alias veneramur ſub Petro abbate erectas, & quidem a duobus inclytis monaſteriis in Auſtria ſuperiore, & uno in inferiore, iſis Cremiſanenſi, & Lambacenſi, iſto Melicenſi. Anno 1453. ex celebri Cremiſanio miſſæ fuerunt ſequentes confederationis tabulæ:

»Venerabilius, ac Religioſis in Chriſto Pa»tribus, ac fratribus Domino Petro ab»bati, Georgio Priori, totique conventui »monaſterii S. Petri Salzburge, nec non de»votis, ac religioſis ſponſis Chriſti ſanctimo»nialibus Barbare Prioriſſe, ceterisque ibi»dem virginibus profeſſis prefato monaſte»rio S. Petri immediate ſubjectis ordinis S. »Benedicti Salzburgenſis dieceſis, nos fra»ter Jacobus abbas, Oſuualdus Prior, to»tusque conventus monaſterii ſancti Agapiti »Martyris in Crembsminſter ordinis ſancti »Benedicti Patavienſis dieceſis cum ſincere »charitatis affectu ſalutem in Domino peren»niter adipiſci. Quia mediante charitate, »que vinculum perfectionis ab Apoſtolo pre»dicatur, membra ſingula in corpore ſancte »eccleſie ſibi invicem conjunguntur, & Chri»ſto ſuo capiti ad percipiendum per ipſum, »& in ipſo gratiarum ſpiritualium influen»tiam uniuntur, tanto liberius, atque li»bentius ſinum charitatis in ampliande con»fraternitatis conſortium dilatamus, quan»to ad participationem fructus hujusmodi »ferventius anhelamus. Unde veſtrarum »charitatum utriusque ſexus tam fratrum, »quam ſororum precibus, & religioſitate »moti matura deliberatione prehabita plene »confraternitatis, bonorum ſcilicet omnium »conſortium, & communionem in miſſis, »& orationibus, eleemoſynis, & abſtinen»tiis, vigiliis, & aliis virtutum exercitiis, »que divina clementia per preſentes nos ſuc»ceſſoresque noſtros in dicto noſtro mona»ſterio Crembsmunſtrenſi dignabitur opera»ri, vobis, ac ſucceſſoribus veſtris utrius»que ſexus, ut prefertur, tenore preſen»tium libere concedimus, adjicientes, »quod, cum obitus unius fratris, vel ſoro»ris, aut plurium eorumdem utriusque ſe»xus predicti monaſterii veſtri profeſſi, vel »profeſſorum nobis intimatus fuerit, vi»gilias, & miſſas de unctorum juxta conſue»tudinem monaſterii noſtri perſoluemus. »Sed & ſinguli ſacerdotes, miſſas legentes, »ſingulas miſſas, clerici vero, miſſas non »legentes, officium defunctorum totum, »veſperas ſcilicet, & vigilias novem lectio»num cum laudibus. Converſi quoque cen»tum Pater noſter cum totidem Ave Maria »in refrigerium animarum earumdem di»cent, in quorum omnium teſtimonium, & »robur hanc paginam, ſigillis noſtris muni»tam, prefatis fratribus, & ſororibus no»ſtris tradere decrevimus. Datum in mo»naſterio noſtro Crembsminſtrenſi anno Do»mini milleſimo, quadringenteſimo, quin»quageſimo tertio, tertio idus decembris in »die Damaſi Pape, & Thaſſilonis fundato»ris noſtri anniverſario.«

XIX. Eodemque anno cum monaſterio Lambacenſi ejusdem diœceſis, & utroque in Auſtria ſuperiore.

Eodem anno ſimilem confœderationem inierunt Reverendi Patres Lambacenſes ſequenti litterarum tenore:

»Venerabilibus in Chriſto Patribus, & fra»tribus Domino Petro abbati, Georgio »Priori, totique conventui monaſterii ſan»cti Petri Salzburge, nec non devotis, ac »religioſis ſponſis Chriſti ſanctimonialibus, »Barbare Prioriſſe, ceterisque ibidem Vir»ginibus profeſſis, prefato monaſterio ſan»cti Petri immediate ſubjectis ordinis ſancti »Benedicti Salzburgenſ. dieceſis. Nos fra»tres Thomas abbas, Joannes Prior, totus»que conventus monaſterii noſtri ſancti Ki»liani Mart. in Lambaco ordinis S. Benedi»cti dieceſis patavienſis cum ſincere charita»tis affectu ſalutem in Domino perenniter »adipiſci. Quia mediante charitate, que »vinculum perfectionis ab apoſtolo predica»tur,

„tur, membra ſingula in corpore ſancte ec-
„cleſie ſibi invicem conjunguntur, & Chri-
„ſto ſuo capiti ad percipiendum per ipſum
„gratiarum ſpiritualium influentiam uniun-
„tur, tanto liberius, atque libentius ſinum
„charitatis in ampliande confraternitatis
„conſortium dilatamus, quantum ad parti-
„cipationem fructus hujusmodi ferventius
„anhelamus, unde veſtrarum charitatum
„utriusque ſexus tam fratrum, quam ſoro-
„rum precibus, & religioſitate moti, ma-
„tura deliberatione prehabita plene confra-
„ternitatis, bonorum ſcilicet omnium con-
„ſortium, & communionem in miſſis, & o-
„rationibus, eleemoſynis, & abſtinentiis,
„vigiliis & aliis virtutum exercitiis, que di-
„vina clementia per preſentes nos, noſtros-
„que ſucceſſores in dicto monaſterio Lam-
„bacenſi dignabitur operari, vobis, ac ſuc-
„ceſſoribus veſtris utriusque ſexus, ut pre-
„fertur, tenore preſentium libere concedi-
„mus, adjicientes, quod, cum obitus u-
„nius fratris, aut ſororis, aut plurium eo-
„rundem utriusque ſexus predicti monaſte-
„rii veſtri profeſſi, vel profeſſorum nobis in-
„timatus fuerit, vigilias & miſſas defuncto-
„rum juxta conſuetudinem monaſterii noſtri
„perſolvemns, ſed & ſinguli ſacerdotes,
„miſſas legentes, ſingulas miſſas, clerici
„vero, miſſas non legentes, officium de-
„functorum totum, veſperas ſcilicet, & vi-
„gilias novem lectionum cum laudibus, con-
„verſi quoque centum Pater noſter cum to-
„tidem Ave Maria in refrigerium animarum
„earundem dicent, in quorum omnium te-
„ſtimonium, & robur hanc paginam ſigillis
„noſtris munitam prefatis fratribus, & ſo-
„roribus noſtris transmittere decrevimus.
„Datum in monaſterio noſtro Lambacenſi
„anno Domini milleſimo, quadringenteſi-
„mo, quinquageſimo tertio in die S. Thome
„apoſtoli.„ Ita litteræ confœderationis membraneæ, præter quas & aliam epiſtolam in charta ſequenti tenore ſcriptam ad monaſterium noſtrum direxerunt prædicti colendiſſimi DD. Confœderati:

„Reverendo in Chriſto, honorabilibus, ac
„religioſis Patribus, & fratribus Do-
„mino Petro abbati, Georio Priori, toti-
„que conventui monaſterii S. Petri Salzbur-
„ge. Cum ſincere charitatis affectu animum
„complacendi ſemper paratum. Reveren-
„de in Chriſto, honorabiles, religioſique
„Patres Domini, fratres, atque ſorores in
„eodem Salvatore noſtro Jeſu Chriſto ſince-
„riſſime peramandi. Quia veſtris piis cha-
„ritatibus ſancte, ac pie devotionis affectu
„placuit nos in ſue fraternitatis conſortium
„ſuſcipere, pro quo humillimas, quantas
„poſſumus veſtris paternitatibus utinam di-
„gnas referimus gratiarum actiones, ad que-
„vis mandatorum, & beneplacitorum ge-
„nera paratos nos offerentes, & ne ingrati-
„tudinis notam aliquatenus incurrere vi-
„deamur, fama veſtre ſacre religionis ac vi-
„te ſanctitate permoti, id ipſum veſtris pa-
„ternitatis, & charitatis prefatis gratitudi-
„nis viciſſitudine proni curavimus exhibere
„beneficium. Ut igitur talis modi nobis ac-
„ceptabilis, & peroptati contractus apud
„vos, & ſucceſſores veſtros inviolabilis per-
„maneat, & irremiſſibiliter obſervetur me-
„moria, litteras noſtras deſuper confectas,
„ſigillorumque noſtrorum appenſione robo-
„ratas, & conſuetudine noſtri monaſterii
„hactenus in tali obſervata, qualem ex ſcri-
„ptis veſtris, etiam apud paternitates ve-
„ſtras obſervari conjecimus, plenius expri-
„mentes juxta tenorem veſtrarum petitio-
„num transmittere curavimus, ad ea nihil-
„ominus, que litteris veſtris inſerta recepi-
„mus, perficienda hilares nos, atque
„promptiſſimos offerendo. Ceterum perſo-
„nas veſtras incolumes, ac omnia vobis ſe-
„cunda jubemus, ac vivere in Chriſto feli-
„citer. Datum in Lambaco viceſima ſepti-
„ma die Januarii anno Domini - - - quin-
„quageſimo quarto„

„*Frater Thomas abbas, Joannes*
„*Prior, totusque Conventus mo-*
„*naſterii Lambacenſis, fratres ve-*
„*ſtri.*

XX. Anno autem 1454. cum monaſterio Mellicenſi in Auſtria inferiore.

Eundem ferme tenorem etiam habent litteræ confœderationis originales a celeberrimo, & exempto monaſterio Mellicenſi ad nos transmiſſæ:

„Venerabilibus, & religioſis in Chriſto Pa-
„tribus, ac fratribus, Domino Petro
„abbati, Georgio Priori, totique monaſte-
„rio ſancti Petri Salzburge, nec non & de-
„votis, & religioſis ſponſis Chriſti ſanctimo-
„nialibus, Barbare Prioriſſe, ceterisque
„ibidem virginibus profeſſis prefato mona-
„ſterio S. Petri immediate ſubjectis, ordinis
„ſancti Benedicti dieceſis Salzburgenſ.: Nos
„fratres Joannes abbas, Thomas Prior, to-
„tusque conventus ſancti Petri, & Pauli in
„Mellico ordinis ſancti Benedicti patavienſis
„dieceſis, Romane curie immediate ſubje-
„cti, cum ſincere charitatis affectu ſalutem
„in Domino perenniter adipiſci. Quia me-
„diante charitate, que vinculum perfectio-
„nis ab apoſtolo predicatur, membra ſingu-
„la in corpore ſancte eccleſie ſibi invicem
„conjunguntur, & Chriſto ſuo capiti ad per-
„cipiendum per ipſum, & in ipſo gratiarum
„ſpiritualium influentiam uniuntur, tanto
„liberius, atque libentius ſinum charitatis
„in ampliandæ confraternitatis conſortium
„dilatamus, quanto ad participationem fru-
„ctus hujusmodi ferventius anhelamus; un-
„de veſtrarum charitatum utriusque ſexus
„tam fratrum, quam ſororum precibus, &
„religioſitate moti, matura deliberatione
„prehabita plene confraternitatis, bonorum
„ſcilicet omnium conſortium, & communio-
„nem in miſſis, & orationibus, elemoſynis,
„& abſtinentiis, vigiliis, & aliis virtutum
„exercitiis, que divina clementia per pre-
„ſentes nos, ſucceſſoresque noſtros in dicto
„noſtro monaſterio Mellicenſi dignabitur
operari,

„operari, vobis, & ſucceſſoribus veſtris u-„triusque ſexus ut prefertur, tenore preſen-„tium libere concedimus, adjicientes, quod, „cum obitus unius fratris cum ſororis aut „plurium eorumdem utriusque ſexus predi-„cti monaſterii veſtri profeſſi, vel profeſſe, „profeſſorum, vel profeſſarum nobis inti-„matus fuerit, vigilias, & miſſam defun-„ctorum juxta conſuetudinem noſtri mona-„ſterii perſolvemus, ſed & ſinguli ſacerdo-„tes, miſſas legentes, ſingulas miſſas, cle-„rici vero, miſſas non legentes officium de-„functorum totum, veſperas ſcilicet, & vi-„gilias novem lectionum cum laudibus, con-„verſi quoque centum Pater noſter cum to-„tidem Ave Maria in refrigerium animarum „earumdem dicent. In quorum omnium „teſtimonium, & robur hanc paginam ſigil-„lis noſtris munitam prefatis fratribus, & „ſororibus noſtris tradere decrevimus. Da-„tum in monaſterio noſtro Mellicenſi in die „S. Rudberti epiſcopi & confeſſoris, anno „dominice incarnationis milleſimo quadrin-„genteſimo, quinquageſimo quarto.„

XXI. Et denique diverſis annis alias vel renovaverit, vel novum fœdus inierit:

Denique idem Dominus abbas præter has jam recenſitas confœderationes diverſis annis alias quoque vel prius initas renovavit, vel cum quibusdam novum fœdus iniit, ex quibus tamen aliquæ rurſus exoleverunt. Sic anno 1453. rurſus renovata fuit confœderatio cum celebri monaſterio Lunælacenſi in Auſtria ſuperiore, qualis jam ſub Chunrado II. abbate noſtro anno 1337. facta fuit. Anno 1454. vigore litterarum, in die S. Priſcæ Virginis, & Martyris erectarum, confœderatio inita fuit cum monaſterio S. Sebaſtiani in Eberſperg, quondam ordinis noſtri, quod tamen jam dudum, ante duo ferme ſæcula ad alios translatum eſt religioſos, nimirum Patres Societatis: abbas illo tempore vocabatur Eberhardus, Prior autem Wilhelmus. Eodem anno cum inclyto noſtri S. Ordinis monaſterio Tegernſeenſi in Bavaria teſtantibus tribus litteris, quarum una in membrana, & reliquæ duæ in charta ſcriptæ ſunt ſub D. Caſparo abbate, & Bernardo Priore confœderatio fuit inita, aut potius renovata, legimus enim jam anno 1287., & anno 1329. tale fœdus ſpirituale interceſſiſſe. Rurſus litteræ ex canonia DD. canonicorum regularium in nova cella Brixinenſis diœceſis anno 1455. ſub Domino Præpoſito Caſparo, & Joanne Decano erectæ ſimilem probant confœderationem, quæ ſequentibus annis, nimirum anno 1669. rurſus ſuit renovata. Anno Domini 1457. 23. Martii religioſi Patres, & fratres in monaſterio S. Michaelis Weichenſtephanenſi datis litteris tale fœdus inierunt, & anno 1458. confœderatio cum colendiſſimis vicinis noſtris reverendis Patribus, & fratribus Michaelburanis jam prius inita iterum renovata fuit. Quoniam vero omnes recenſitæ confœderationes in litteris, exceptis pauciſſimis, quæ neceſſario mutationem exigunt, prorſus æquales ſunt cum litteris præcedentibus ex monaſteriis Cremifanenſi, Lambacenſi, & Mellicenſi, hinc iisdem per extenſum allegandis ſuperſedemus, & ad alia pergimus.

XXII. Tertio: quod obtinuerit confirmationem variorum privilegiorum anno 1446. a Nicolao V. circa liberam ſepulturam;

Memorabiles ſunt plures litteræ, Pontificiæ, Regiæ, archiducales, & archiepiſcopales, per quas Dominus Petrus abbas varias privilegiorum confirmationes obtinuit. Primum locum ſibi vendicat Bulla SS. PP. Nicolai V. de anno 1446., per quam de novo confirmatum fuit jus noſtræ liberæ ſepulturæ, nec non facultas omnia oblata, & donata percipiendi. Incidit enim Dominus abbas, de quo agimus, in ejusmodi tempora, quod noſtra libera ſepultura jam feſtive reſervata, a DD. archiepiſcopis Conrado, & Eberhardo tot editis diplomatibus confirmata, & jam præcedentibus annis irrito ſemper conatu impugnata, rurſus ad forum contentioſum deducta fuerit, quæ controverſia ab anno 1439. usque ad annum ferme 1487. fuit extenſa, quo tempore ultro a lite pars contraria deſtitit. Nos damus tenorem bullæ in originali exſtantis.

„Nicolaus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, „dilecto filio Vicario, venerabilis fra-„tris noſtri epiſcopi Patavienſis in ſpirituali-„bus generali ſalutem, & apoſtolicam be-„nedictionem. Rationi congruit, & con-„venit honeſtati, ut ea, que de conceſſione „Romani Pontificis proceſſerunt, licet ejus „ſuperveniente obitu littere apoſtolice ſu-„per illos confecte non fuerint, ſuum con-„ſequantur effectum. Dudum quidem feli-„cis recordationis Eugenio Pape IIII. Pre-„deceſſori noſtro pro parte dilectorum filio-„rum abbatis, & conventus S. Petri Salz-„burgenſ. ordinis S. Benedicti expoſito, „quod, licet multi cives, ac nobiles utrius-„que ſexus civitatis Salzburgenſ. devotionis „cauſa ſepulturas in clauſtro, & cimiterio „ejusdem monaſterii, quod retro actis tem-„poribus laudabiliter conſtructum, & fun-„datum exiſtit, elegiſſent, & poſt eorum „vite curſum corpora ſua ibidem humata „fuiſſent, & humarentur in dies, ipſique „cives, & nobiles eidem monaſterio dona-„ciones, & legata quandoque feciſſent, ex „quibus monaſterium ipſum in ſuis ſtructu-„ris, & edificiis hactenus inſtauratum, & „conſervatum fuerit, tuncque inſtaurabatur, & conſervabatur, ac prefati abbas, „& conventus in eo devotum, ac ſedulum „exhibuerunt, & exhibebant altiſſimo fa-„mulatum, tamen dilecti filii, capitulum, „& canonici eccleſie Salzburgenſ. neſcitur, „quo ſpiritu moti, certas fecerant, & fa-„cere preſumebant inhibitiones, ne quis „amplius in eodem monaſterio, vel illius „cimiterio, vel diſtrictu ſepulturam elige-„tet, aut in ſuis, vel parentum ſuorum ſe-„pulturis ſe humari facere auderet in gran-„de dictorum abbatis, & conventus, ac „monaſterii prejudicium, atque damnum, „unde pro parte dictorum abbatis, & con-„ventus

„ventus prefato predeceſſori noſtro fuit hu-
„militer ſupplicatum, ut eis in premiſſis
„opportune providere de benignitate apo-
„ſtolica dignaremur, prefatus predeceſſor
„de premiſſis certam noticiam non habens
„hujusmodi ſupplicationibus inclinatus vo-
„luit, & conceſſit, videlicet tertio decimo
„Kalendis Martii, pontificatus anno quin-
„to decimo dari certo judici in mandatis,
„ut vocatis capitulo, & canonicis predictis,
„& aliis, qui forent evocandi de premiſſis
„omnibus, & ſingulis, ac eorum circum-
„ſtanciis univerſis authoritate dicti prede-
„ceſſoris ſe diligenter informaret, & ſi ita
„eſſe, quodque alias nobiles, & cives pre-
„dicti ſepulturas eligere conſueviſſent, &
„corpora humare nec non legata, & do-
„naciones hujusmodi feciſſent, reperiret
„prefatis abbati, & conventui, ut omnes,
„& quascunque perſonas utriusque ſexus
„cujusvis ſtatus, gradus, vel conditionis
„forent, in cimiterio, clauſtro, ſeu di-
„ſtrictu hujusmodi ſepeliri, & humari fa-
„cere, & id permitteret, nec non legata,
„ſeu donata hujusmodi recipere, & illis in
„judicio, & extra per ſe, vel eorum pro-
„curatorem, prout aſſeruerunt, a longiſ-
„ſimis temporibus conſueverant, jure ta-
„men eorum curati, ſub quo degunt, ſem-
„per ſalvo absque dictorum capituli, ſeu
„canonicorum conſenſu, vel licentia com-
„parere valerent, plenam, & liberam li-
„cenciam apoſtolica authoritate concederet
„non obſtantibus conſtitutionibus, & ordi-
„nationibus apoſtolicis, & inhibitione pre-
„miſſa, nec non eccleſie, monaſterii, &
„ordinis predictorum juramento, confirma-
„cione apoſtolica, vel quavis alia firmitate
„roboratis, ſtatutis, & conſuetudinibus,
„ceterisque contrariis quibuscunque. Ne
„autem abbas, & conventus predicti vo-
„luntatis, & conceſſionis predeceſſoris hu-
„jusmodi, pro eo, quod ejus ſupervenien-
„te obitu littere apoſtolice ſuper his confe-
„cte non fuerunt, fruſtrentur effectu, vo-
„lentes, & apoſtolica authoritate decer-
„nentes, quod voluntas, & conceſſio dicti
„predeceſſoris perinde a dicta die tertio de-
„cimo Kalend. Martii ſortiantur effectum,
„ac ſi ſuper illis ejusdem predeceſſoris litte-
„re ſub prefate diei dato confecte fuiſſent,
„prout ſuperius enarratur, quodque pre-
„ſentes littere ad probandum plene volun-
„tatem, & conceſſionem predeceſſoris hu-
„jusmodi ubique ſufficiant, nec ad id pro-
„bationis alterius adminiculum requiratur,
„diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta man-
„damus, quatinus ſi, & poſtquam voca-
„tis capitulo, & canonicis predictis, ac
„aliis, qui fuerunt evocandi de omnibus,
„& ſingulis expoſitis hujusmodi tibi legiti-
„me conſtiterit, eidem abbati, & conven-
„tui, ut absque predictorum capituli, &
„canonicorum licentia in eisdem monaſte-
„rio, clauſtro, ſeu diſtrictu corpora qua-
„rumcunque perſonarum hujusmodi ſepeli-
„re, ac legata, & donata hujusmodi reci-
„pere, nec non pro illis in judicio, & ex-
„tra comparere valeant, plenam, & libe-
„ram licentiam juxta voluntatem, & con-
„ceſſionem predeceſſoris hujusmodi autho-
„ritate noſtra concedas, non permittens
„abbatem, & conventum predictos per ca-
„pitulum, & canonicos hujusmodi ſuper
„permiſſis quomodolibet moleſtari. Con-
„tradictores per cenſuram eccleſiaſticam ap-
„pellatione poſtpoſita compeſcendo, non
„obſtantibus omnibus ſupradictis, aut ſi
„capitulo, & canonicis privatis, vel qui-
„busvis aliis communiter, vel diviſim a ſe-
„de apoſtolica ſit indultum, quod interdici,
„ſuſpendi, vel excommunicari non poſſint,
„per litteras apoſtolicas non facientes ple-
„nam, & expreſſam, ac de verbo ad ver-
„bum de indulto hujusmodi mentionem.
„Datum Rome apud S. Petrum anno Incar-
„nationis dominice milleſimo, quadringen-
„teſimo quadrageſimo ſexto, quarto decimo
„Kal. april. Pontificatus noſtri anno primo.

L. Sigilli plumbei.

XXIII. Anno 1437. exemptionem de quadam prætenſione in Dornbach ab Alberto V. duce Auſtriæ,

Anno 1437. Albertus hujus nominis V. Dux Auſtriæ monaſterium exemit ab aliqua prætenſione, quam fecit quidam nobilis Joannes de Eberſtorf circa jus advocatiæ in domo noſtra Dornbacenſi prope Viennam, & ſubditos eo ſpectantes. Litteræ etiamnum exſtantes, & in membrana ſcriptæ cum ſigillo archiducali pendulo ex cera formato ſic habent:

„Wür Albrecht von Gottes Gnaden Herr-
„zog ze Oeſtereich, ze Steyr, ze Kernd-
„ten, und ze Krain, Markgraf ze Merhn,
„und Grave zu Tiroll ꝛc. bekennen von der
„zürſpruch wegen, ſo unſer lieber getreüer Hans
„von Eberſtorf Obriſtkammer in Oeſtereich ge-
„habt hat zu dem erſamen geiſtlichen, unſern
„lieben andächtigen . . . den Abbt von ſant
„Peter ze Salzburch von der Vogtey wegen
„des Hofs, und der Leüth ze Dornpach, da-
„rump wür bayden yetztgenannten Tailn Teg
„für uns beſchaiden, und Si geneinander ver-
„höret haben. Daß wür mit guter betrach-
„tung darump geſprochen haben, und ſprechen
„auch wiſſentlich mit dem Brief, daß der ege-
„nannt von Eberſtorf ſoll den obgenannten
„Abbt, und ſain Gottshaus hinfür von der-
„ſelben Vogtey wegen ze Dornbach ungeirret,
„und unbekümmert laſſen, wann wür uns
„diſelb Vogtay ze unſeren Handten haben vor-
„behalten. Mit urchunt des Briefs. Geben
„zu Wienn am Sonntag vor der aindleftau-
„ſend Maid tag nach Chriſtes gepurde vierze-
„henhundert jar, und darnach in dem Siben,
„und dreyßigſten jare.

(L.S.)

XXIV. Anno 1445. a Friderico III. Rom. Imp. confirmationem

Anno 1445. vigore pretioſi diplomatis in grandi forma ſcripti, & ſigillo imperiali muniti auguſtiſſimus Imperator Friderici III. & archidux Auſtriæ confirmavit va-

„rias

variarum fundationum, & donationum,

rias donationes monaſterio noſtro factas tam a quibusdam ducibus Auſtriæ, quam etiam a nonnullis DD. archiepiſcopis Salisburgenſibus, quorum donationes, & privilegia huic diplomati inſerta leguntur per extenſum. Nos initium, & finem damus ex originali hujus imperatoriæ confirmationis:

„In nomine ſancte, & individue trinitatis „ feliciter. Amen, Fridericus Dei gra„cia Romanorum Rex ſemper auguſtus, Au„ſtrie, Styrie, Karintie, & Carniolie Dux, „Dominus marchie Sclavonice, ac portus „novus, Comes in Habſpurg, Tyrolis, „Pheretis, & in Kyburg, Margraphius „Burgonie, & Landgravius Alſacie ad per„petuam rei memoriam. Notum facimus „tenore preſencium univerſis: inter varias „cogitationes, quibus mens noſtra quoti„diana ſollicitudine hinc inde diſtrahitur, il„la nobis occurret potiſſime, atque interno „fervore ſtimulat, ut ſacra monaſteria, & „perſonas inibi degentes in Chriſto Domi„no noſtro mundicia vite jugi deſiderio fa„mulantes commendatas ſuſcipiamus: nunc „eis eorum antiquas gracias, libertates„que roborando, nunc collapſas relevando. „Tunc enim divina clementia haud dubie „nobis pro directione cunctarum rerum no„ſtri imperialis regiminis adjutricem, pro„pitiamque non diffidimus, ſi ejus mini„ſtros divino cultui deditos, & mundana„rum implicationum expertes benigne in„tuemur, eisque gracioſo preſidio ſumus, „qui pro nobis, & ſalubri ſtatu reipublice „apud altiſſimum aſſiduis precibus interce„dunt. Quidquid enim altiſſimo Deo no„ſtro in opportuna proviſione religioſorum „virorum ſervicii exhibemus, id eſt, quod „ſucceſſus noſtros felicitat, nobisque per „hoc theſaurum immarceſcibilem in celeſti„bus indubie comparamus. Sane noſtre „majeſtatis accedens preſenciam venerabi„lis Petrus abbas monaſterii ſancti Petri „Salzburge devotus noſter dilectus humili„ter nobis ſupplicavit, quatenus ſibi, & „conventui prefati monaſterii ordinis ſancti „Benedicti quedam privilegia, donacio„nes, & libertates eidem monaſterio per „divos Romanorum Imperatores, & Reges, „predeceſſores noſtros, nec non aliquos „preſules, & principes, aliosque Chri„ſti fideles datas, & conceſſas de ſolita „pietatis noſtre clemencia approbare, rati„ficare, & innovare gratioſius dignaremur, „quorum quidem privilegiorum aliquorum „tamen tenores de verbo ad verbum „hic inſeri juſſimus, & ſunt tales“. Sequuntur privilegia, & variæ exemptiones nobis datæ: 1. fundatio miſſæ ad ſanctam Catharinam a Leopoldo Duce Auſtriæ anno 1215. 2. Exemptio advocatiæ in Dornbach ab Alberto V. anno 1437. de qua ſtatim in numero precedenti dictum. 3. Donationes a Chonrado archiepiſcopo Salisburgenſi de anno 1141. 4. Donationes, & confirmationes Eberhardi archiepiſcopi Salisburgenſis, hujus nominis II. de anno 1231. & 5. donatio Wiettingana ab Eberhardo I. archiepiſcopo confirmata anno 1147. Poſt harum litterarum tenorem, quem nos ſuis in locis ordine chronologico dedimus, ſequitur jam confirmatio Friderici Imperatoris in dicto diplomate hiſce verbis: „Nos itaque ſupplicationibus prefati Petri „abbatis favorabiliter inclinati, attenden„tes etiam celebrem, vetuſtamque funda„tionem monaſterii illius, quod novercan„te fortuna, ac inſolentia multorum, pro„curante nedum jam diu in ſuis bonis, & „poſſeſſionibus diminutum, ſed quaſi peni„tus exſtinctum jacuit, quodque jam, Deo „auxiliante, & interveniente opera, & ſtu„dio prefati Petri abbatis, illorumque re„ligioſorum virorum, qui ſua vita, & reli„gione illud apud altiſſimum meruerunt, „& ad bonum ſtatum reductum eſt, & quo„tidie magis, ac magis illorum ſtudiis, & „precibus refloreſcit, volentesque ipſis e„tiam, quantum in nobis eſt, preſidio, „promotioneque non deeſſe, ut apud om„nipotentem Deum ſuorum meritorum par„ticipes effici mereamur, eidem abbati, „conventui, & monaſterio ſupra inſerta, „nec non alia privilegia, libertates, dona„tiones, & gratias quascunque ipſis per di„vos predeceſſores noſtros Romanorum Im„peratores, & Reges, Preſules, Princi„pes, aliosque fideles Chriſti ipſis datas, „& conceſſas, nec non decimas, feuda, „oppida, villas, agros, prata, ſilvas, piſ„cationes, paſcua, nec non univerſa eo„rum bona, & poſſeſſiones, que, & quas „de preſenti poſſident, aut Deo favente in „futurum juſtis poſſent titulis adipiſci, om„nesque eorum litteras in omnibus ſuis te„noribus, punctis, articulis, clauſulis, & „ſententiis, prout rite, & rationabiliter „preceſſerunt, animo deliberato, ſanoque „principum, nobilium, fideliumque, no„ſtro conſilio accedente, & ex certa noſtra „ſcientia approbamus, ratificamus, con„firmamus, innovamus, & authoritate Ro„mana Regia de plenitudine poteſtatis no„ſtre gratioſius roboramus, decernentes, „& volentes, quod omnia hujusmodi pri„vilegia hic inſerta, nec non alia perpetuis „temporibus inviolabiliter obtineant robo„ris firmitatem, ipſique abbas, conventus, „& ſucceſſores eorum illis quiete, & libere „frui, & gaudere poſſint, ac debeant, im„pedimentis ceſſantibus quorumcunque. „Nulli ergo omnino hominum liceat hanc „paginam confirmationis noſtre, & inno„vationis infringere, aut ei quovis auſu te„merario contraire. Si quis autem hoc at„temptare preſumpſerit, indignationem no„ſtram, & ſacri Imperii penam in hujus„modi antiquis eorum privilegiis conten„tam, nec non ultra illam viginti marca„rum auri puri totiens quotiens contra fece„rit,

„rit, ſe noverit incurriſſe, medietatem hu„jusmodi pene noſtro erario; reliquam ve„ro partem prefato monaſterio, & abbati „irremiſſibiliter perſolvendam. Preſentium „ſub noſtre regalis majeſtatis ſigilli appen„ſione teſtimonio litterarum. Datum in „nova civitate vigeſima ſecunda die aprilis „anno Domini milleſimo, quadringenteſi„mo, quadrageſimo quinto, regni vero no„ſtri anno ſexto.

XXV. Anno 1461. & 1463. antiquam exemptionem a telonio, & novam a quadam advocatia ab Archiduce Alberto VI.

Anno 1461. Albertus archidux Auſtriæ hujus nominis VI. frater Friderici Imperatoris (qui in hiſtoriis Auſtriæ communiter dicitur Albertus prodigus, & inter ſumma cum Friderico fratre diſſidia ab anno circiter 1459. usque ad annum 1463. auſtriam inferiorem gubernabat) non tantum privilegia noſtra antiqua de evehendis vinis confirmavit, verum etiam per litteras de anno 1463. Dornbachium ab aliqua nova prætenſione advocatiæ liberavit. Litteræ de anno 1461. ſunt ſequentes:

„Wür Albrecht von Gottes genaden Erzher„zog ze Oeſtereich, ze Steüer, ze Kern„den, und ze Krain, Grave ze Tyroll ꝛc. be„kennen offentlich mit dem Brieve, das der „erſam geiſtlicher unſer lieber andächtiger ⁎ ⁎ ⁎ „der Abbt ze ſand Peter ze Saltzpurch uns „fürbracht, weilend unſer vorvordern Fürſten „von Oeſtereich löblicher gedächtn ß Brief, „darinn derſelbe Abbt, und ſein Gottshaus be„gabt ſeind, alle jar vierzig fueder Weins an „unſere Mauthen auf Land, und Waſſer maut„freü ze fürn demüthiglich bittend, daß wür „als Landsfürſte ſolche fraiheitt im, ſeinem „Gotteshaus, und irem nachkommen zu be„ſtatten gnedigklich geruehten. Alſo haben „wür angeſehen ſolch erbar bete, die wirdig zu „erheren, und haben dardurch im egenannten „Abbt, ſeinem Gottshaus, und iren nach„kommen ſolch ir fraihaitt gnediglich beſtett, „und beſtetten die auch wiſſentlich mit dem „Brief, alſo, das für alle jar vierzig fueder „Weins in allen unſern Mäütten, und Zol„len ze Land, und auf Waſſer zu iren gotts„haus nothdurft mauthfrai, und one andere „irrung füren ſullen, und mügen on geverde. „Davon gepietten wür allen unſern Hauptlai„ten, Pflegern, Richtern, Mauttern, und „Zollern gegenwertig, und kömpftig, den der „unſer Brief gezaiget würdet, und wollen „ernſtlich, das ſüe ſollen der benannten unſer „vorvordern fraihaitt, und die gegenwertig un„ſere Beſtettung ſtet halten, und darwider nit „thuen, noch des ymand zu tuen geſtatten in „kainwegs. Das maynen wür mit urchund „des Briefs. Geben ze Lynntz an des heiligen „Creiztag erfindung nach Chriſti gepurde vier„zehen hundert, und in dem ains und ſechzig„ſten jaren". (L.S.) Hucusque litteræ Alberti VI. de anno 1461. confirmantes ſine telonio evehendi certam quantitatem vini privilegia antiqua. Porro autem anno 1463. aliæ litteræ emanarunt ab eodem Alberto archiduce, per quas liberavit Dornbachium noſtrum, & ſubditos ab aliqua pretenſione advocatiæ, quam ſibi arrogabat nobilis quidam de Maidburg, in ſequentibus terminis:

„Wir Albrecht von Gottes genaden Erzherr„zog ze Oeſtereich, ze Steüer, zu Kernd„ten, und zu Krain, Grave zu Tyroll ꝛc. „bekennen, als ſich der edel unſer lieber getreü„er Graf Michel von Maidburg, des Hofs, „und Laid zu Dornbach bai Wienn gelegen, „die dem gotteshaus ſandt Peter zu Saltzburch „zugehörent, zu Vogt unterwunden, und in „ſein Vogtay genommen hett, auſſerhalb un„ſer, und des erſamen gaiſtlichen, unſers lie„ben andächtigen ⁎ ⁎ ⁎ ⁎ ⁎ des Abbts daſelbs „zu ſandt Peter, darum wir dem gemeldten „von Maidburg geſchrieben haben, dyſelben „Leüth unangelangt, und unbekummert zu laſ„ſen, ob ⁎ ⁎ ⁎ aber icht widerredt darin hiet „im darum auf den nechſt vergangenen Mitti„chentag herfür uns geſetzt haben, ſo wollten „wir darinnen handeln nach einen pilleichen. „Da er nit fürchummen iſt, noch yemant ge„ſchickt hat, nun ſein wir durch unſer vordern „Brief unterricht, das der obberührte Abbt, „und ſein Convent kainen andern Vogt zu al„len iren güthern in unſeren Oeſterreichiſchen „Landen haben, dann ainen Landsfürſten, „oder wenn in ein Landsfirſt auf ir gebete ge„ben iſt. Darauf haben wir uns auch derſel„bigen Vogtai des gedachten Hofs, und „Laüth zu Dornpach mit ſambt andern allen „iren holden, und güttern zu unſeren Handen „unterwunden, und wellen ſy auch hinfür hal„ten, handhaben, und beſchirmen, als unſer „vordern haben getan ungevärlich mit urkundt „des Briefs. Geben zu Wien an unſer lieben „frauentag annunciationis nach Chriſti ge„purdt vierzehenhundert, und in dem drei und „ſechzigſten jare.

(L.S.)

XXVI. Anno 1447. a Friderico IIII. archiepiſcopo Salisb facultatem piſcandi in fluvio Ahen;

Anno 1447. ſæpeſatus abbas Petrus a Friderico archiepiſcopo Salisburgenſi hujus nominis IIII. obtinuit facultatem piſcandi in fluvio Ahen, ſequentibus litteris etiamnum in originali exſtantibus, & ſigillo archiepiſcopali pendulo munitis:

„Wir Fridreich von Gottes genaden Erzbi„ſchove zu Saltzburg, Legat des Stuels „ze Rome, dekennen fir uns, unſer nachkom„men offentlich mit dieſem Brief, als ſich etlich „paulaith in unſern Landgericht Altentan in den „waſſer, genannt die Ahen, ſo aus den Wal„lerſee fleüſſet untz an die brüggen bei Seekir„chen, ſo iber daſſelb waſſer gehet, mit Vi„ſcherey etwas aygenſchaft, und gerechtigkeit „wollten zuegezogen haben, darinn wür ein „mißfallen hätten, nach dem, und an dem, „und anderen endten unſeres Landes, wildban, „viſcherey nyemand billicher, dann uns, und „unſern gottshauß zuegehöret, und darumb, „das ſolch den bemeldten paulaiten füran nit „geſtatt, ſondern die bemeldt Viſcheray nach „unſern Willen gebraucht werde, haben wir

„an-

„angesehen den gebrechen, so unser lieber in „Gott der Abbt, und sein Convent Prüder „sand Benedict orden hie ze sand Peter ze Salz„burg, auch unser Pfleger zu Altan an vischen „haben, und haben den bemeldten Abbt, und „sein Convent von sundern genaden, auch um „ir andächtige pette, das sye uns, und unsers „Gottshaus glücklich wessen, und gueten „Stand zu Gott den Herrn mit vleiß thuen „sullen, die obgenannt vischerey von dem Wal„lersee untz zu der Pruggen halbe, und halbe „unserm Pfleger zu Altentan, wer der zu zei„ten ist, auch halben inführan zu gebrauchen „vergünnet, und gütlich verliehen, also, das „sye diselb Vischeray ewiglich miteinander ge„brauchen mügen, und nyssen sollen, und ir „ain Tail wieder den andern chainerley vor„theil darinn haben, suechen, noch in zuziehen „sull, getreylich, und angevärlich. Wir sul„len, noch wollen in auch hinfüran an der be„nannten Vischerey chain irrung nit tuen, noch „yemand von unsertwegen ze tuen gestatten in „chainerlay weiß, treülich, und ungevärlich, „urchund diß Briefs. Geben ze Saltzburch „an Pfingstag nach sand Franzisten tag nach „Christi geburde vierzehenhundert jar, und „darnach in dem siben und vierzigisten jare.

(L.S.)

XXVII. Et anno 1455. ab Udalrico episcopo Passaviensi confirmationem privilegiorum in Dornbach.

Huc etiam spectant litteræ in originali exstantes, & sigillo episcopali roboratæ, nec non pro illo sæculo eleganti charactere scriptæ, per quas Udalricus episcopus passaviensis anno 1455. omnia privilegia suorum antecessorum ecclesiæ nostræ in Dornbach prope Viennam concessa confirmat sequentibus terminis:

„Udalricus Dei, & apostolice sedis gracia „ episcopus Pataviensis ad universorum „deducimus noticiam per presentes, quod „constitutus in nostra presencia venerabilis „devotus in Christo dilectus abbas mona„sterii S. Petri Salzburge Ord. S. Benedi„cti nobis litteras predecessorum nostrorum „bone memorie Reinberti, Chunradi, & „Gebhardi episcoporum pataviensium pri„vilegia super juribus, & decimis capelle „in Dornbach nostre diecesis presentavit, „quorum tenores sequuntur, & sunt tales. Exin sequitur per extensum tenor litterarum Reinberti episcopi Patavienšis de anno 1139. de Chunrado episcopo de anno 1150. & de Gebhardo episcopo de anno 1226. quæ litteræ a nobis jam suo ordine relatæ sunt: post quas in suo diplomate ita pergit altesatus episcopus Udalricus Patavienšis: „In„super & alias litteras confirmatorias pre„missorum etiam bone memorie Bertholdi, „Georgii, & Leonardi predecessorum no„strorum exhibuit humili cum instantia sup„plicando, quatinus authoritate nostra or„dinaria omnia supradicta approbare, & „confirmare dignaremur, & cum desideriis „justa petentium facile prebere conveniat „assensum, nos visis, perlectis, manibus„que nostris contrectatis singulis litteris, & „privilegiis memoratorum predecessorum „nostrorum prefato abbati, & conventui „suo concessis, eadem privilegia omnia cum „omnibus, & singulis punctis, clausulis, „& articulis, in eisdem contentis, appro„bamus, ratificamus, confirmamus, & ex „certa nostra sententia approbavimus, ra„tificavimus, & presentium tenore confir„mavimus, in cujus rei testimonium pre„sentes litteras fieri, & nostri sigilli jussi„mus appensione communiri. Datum Salz„burge penultima die mensis aprilis anno „Domini millesimo, quadringentesimo, quin„quagesimo quinto". Atque hæ sunt præcipue gratiæ, quas Petrus abbas noster per varias litteras patentes altiori potestate roboratas pro bono monasterii tam spirituali, quam temporali obtinuit.

XXVIII. Quarto: quod sub hoc D. abbate plurimæ factæ fuerint fundationes:

Quoniam vero diuturnum, & laudabile regimen Dom. Petri abbatis ut plurimum illustrant variæ fundationes, quæ a fidelibus factæ fuerunt ipso vivente, nec non emptiones, & permutationes bonorum per eundem ad monasterii utilitatem initæ, hinc etiam de his breviter agendum erit. Et quidem, ut de fundationibus incipiamus, probant acta, pleraque adhuc in originali exstantia, quod anno 1437. qui fuit respective primus in regimine Domini Petri abbatis, quidam Dominus Henricus Flechen decretorum Doctor anniversarium fundaverit, & pro eo dederit quadraginta libras nummorum. Eodem anno DD. Joannes Ebser Episcopus Chiemensis emit a quadam Domina Dorothea Torringerin D. Caspari Torringer relicta vidua quandam curiam Teisenberg vocatam in præfectura Tittmoning, & parochia ghay sitam, quam anno sequente 1438. per testamentum monasterio nostro assignavit pro celebrando anniversario, & sepultura ipsius in capella S. Mariæ in ecclesia nostra. Anno 1441. D. Virgilius Uberacker fundavit anniversarium cum vigilia, & duabus missis, pro quibus monasterio dedit unam libram annuæ pensionis. Anno 1442. Conradi Fischer, civis Salisburgensis relicta vidua Anna ejusdem nominis in testamento ordinavit anniversarium in ecclesia nostra pro ipsius anima peragendum, pro qua fundatione assignavit unam libram pecuniæ, & duodecim nummos ex aliquo horto extra portam civitatis colligendos. Eodem anno studiosus quidam Vincentius Weilhamer pro anniversario dedit prædium Stadlfeld, quod adhuc monasterio servit in officio Tittmoning. Anno 1445. Christianus Yricher civis Salisburgensis Dom. abbati Petro, & P. Georgio t. t. Priori assignavit decem schillingos nummorum Salisburgensis monetæ, qui annuatim debent solvi ex quadam domo in Stain, pro qua oblatione petiit anniversarium circa festum S. Georgii peragendum. De Virgilio, & Anna Wagenkeufl in hodiernum usque diem quotidiana

diana ferme habetur memoria. dictus enim Virgilius, civis Salisburgenſis, cum uxore fundarunt miſſam ad altare SSS. Trinitatis dando curiam Lamprechtshauſen cum annexis, nec non 210. libras pecuniarum, quam fundationem ipſemet archiepiſcopus Fridericus IV. editis litteris die S. Bartholomæi anno 1447. ratificavit, & approbavit. Anno 1448. Ulricus Dankl pro fundato anniverſario dedit prædium Richlehen in officio Enſtall; & eodem anno Georgius Villmair pro certa pecuniæ ſumma pariter fundavit anniverſariam diem: erat autem iſte Georgius Villmair officialis in officio noſtro Pinzgeu: & rurſus dicto anno Ulricus Elſeenhaimer cum remiſſione annuæ penſionis ipſi ob quandam domum ad monaſterium ſpectantem debitæ talem anniverſarium ordinavit in utroque monaſterio noſtro fratrum, & ſororum. Similiter eodem adhuc anno currente duo Germani fratres Leonardus, & Eraſmus Rordorffer fecerunt fundationem, & dederunt prædium Strumech in officio Seckirchen. Anno 1452. Joannes Pfeher, civis Salisburgenſis, & Agnes uxor fundarunt miſſam hebdomadariam ſingulis feriis quintis legendam, pro qua fundatione obtulerunt quatuor libras annuæ penſionis ex domo quadam trans pontem colligendæ. Alius civis Salisburgenſis Ulricus Wörſch fundavit miſſam hebdomadariam in capella B. V. M. legendam, ob quam ordinationem dedit quinque libras annuæ penſionis ex quadam domo fabri ferarii in Traidgaſſen colligendas. Anno 1455. Rupertus Taufchind dedit nobis prædium Lepach in officio Seekirchen pro anniverſario; quod etiam fecit anno ſequenti 1456. Virgilius Eder civis Salisburgenſis, qui pro anniverſaria die nobis dedit prædium Pronſtatt in Abbatisaugia. Anno eodem pro anniverſariis Joannes Gartner tres ſchillingos nummorum, ſeu annuam penſionem æquivalentem ex prædio Reut in officio Seekirchen ſumendam; Chriſtophorus Noppinger unam libram pecuniæ pro emendo aliquo prato apud Mülldorf: & Leonardus Keubler unam libram pecuniæ ex quadam domo in Parſch, annuatim ſolvendam, dederunt. Denique anno 1458. fundavit Agatha uxor Joannis Chappler ex intentione primi mariti defuncti Joannis Röslar anniverſarium cum vigilia, & conſignavit monaſterio unam libram annuæ penſionis ex prædio Holzhauſen in Geigel. Atque hæ ſunt præcipuæ fundationes factæ ſub Domino Petro abbate, quæ etiamnum vel in toto, vel in parte poſt legitimam reductionem, aut permutationem, perſolvuntur:

XXIX. Quinto: quod idem D. abbas per emptionem non tantum comparaverit anno 1437. curiam in Krembs:

Inter bona, quæ per emptionem monaſterio comparavit D. Petrus abbas, ſicut ordine temporis, ita etiam primo ferme loco recenſenda venit curia in Krembs auſtriæ inferioris civitate, quæ per dictum D. abbatem pro bono monaſterii comparata fuit, & empta a quodam nobili Domino Joanne de Mayrs, Parocho in Gors, & cancellario Auſtriæ archiducis Alberti, uti probant litteræ membraneæ etiamnum exſtantes, & duplici ſigillo roboratæ in ſequenti tenore:

"Ich Hanß von Meyers Pfarrer zu Gors
"des durchleuchtigiſten hochgebohrnen Für-
"ſten, und Herrn Herzog Albrechten, Herzogen
"zu Oeſterreich, und Markgraven zu Mehrn,
"meines genedigen lieben herrn Kanzler, bekenn
"für mich, und all mein Nachkommen Pfarer
"zu Gors, und thuen chund offentlich mit dem
"Prief allen Leuten gegenwärtigen, und her-
"nach künftigen, das ich dem erwürdigen geiſt-
"lichen Herrn Abbt Petern, und ſeinen Con-
"vent daß ſand Peterze Salzburg verkhauft hab
"mein lediges Haus zu Krembs gelegen zu nächſt
"des von Paſſauer, und des jeni von Sachſen-
"dorf hauß mit der rechten, als es von Alter
"herkommen, und nicht mit der freihait ſo ich
"darauf gehabt hab, das von weilent Simoyeln
"dem Juden Joſeph Sunn von Leübs geſeßen,
"daſelbs zu Krembs an den egenannten meinen
"lieben genadigen Herrn kommen iſt, und mei-
"nen vorvordern herrn Andreen Canzler löblicher
"Gedächtniß, und an mich gefallen: das hab
"ich alſo mit des egenannten meines genedigen
"herrn gunſt, und willen verkauft, und geben
"wiſſentlich mit chraft des Briefs dem egenann-
"ten herrn von Salzburg um hundert, und acht-
"zig Pfunt Wiener Pfenning, der ich genzlich
"von in entraicht, und bezalt bin. Davon ſo
"ſullen, und mügen die egemeldten herrn von
"Salzpurch, und ir nachchommen dasſelb haus
"mit ſeiner Zugehörung, und Rechten, als das
"von alter herkommen iſt, um fürbaßer in kauf
"weyß innhaben, nutzen, und nieſſen, und ih-
"ren frummen damit geſchaffen, wie in das fie-
"get an menniglichs widerred, doch unvergreif-
"lich der dienſt, zinſe, und Burger Steuer,
"die man darein von alter davon gedient, und
"geben hat an geverd. Auch bin ich obgenann-
"ter Hans von Meyers der egenannten herrn,
"und ihrer nachchommen des egenannten Hauß
"mit ſeiner zugehörung, rechter, gewer, ſcherm,
"und fürſtand für all anſprach, als ſolches kauft,
"und Landes in oeſterreich, und pait ſtätt,
"Krembs, und Stain ſchermbs Recht iſt.
"Gieng in aber darvon icht ab, oder ſtuend
"in icht Krieg, oder Anſprach daranauf mit
"Recht, von wem das war, deß ſie zu ſchaden
"kämen, den ſull, und will ich in ausrichten,
"ablögen, und wiederchren an widerred, und
"ſie ſullen das haben, und bekommen hints mir,
"mein nachchommen, und hintz all dem Gut,
"das die vorgenannte mein Kirchen hat, nichts
"darinnen ausgenommen, ich ſei lebendig, o-
"der tod, und des zu Urkund gib ich in den Brief
"verſigelten mit meinen anhangenten inſigel, und
"die ſach haben bezaigt durch meiner vlaißiger
"petts willen die erbare weiſen der Richter, und
"der Ratte baider Stött Krembs, und Stain
"mit baiden Stött anhangenten grundinſigel,
"doch in, iren Eriben, und nachkommen, und
"baiden Stötten an ſchaden. Geben zu Wienn
"am ſonntag nach ſand Stephanstag inven-

tion,

"tion, nach christi gepurd vierzehen hundert "iar, und darnach in den siben, und dreißig- "sten iar". (L.S.) (L.S.)

XXX. Et quidem cum consensu totius Senatus in Krembs vigore litterarum;

Ut autem ista emptio majorem haberet authoritatem, etiam confirmatio, & approbatio hujus emptionis a toto senatu civico in Krembs accessit vigore sequentium litterarum etiamnum exstantium:

"Wir der Rath, und gemainiglich die Pur- "ger der Stadt zu Krembs pekennen für "uns, und all unser nachchommnn, und thuen "chund offentlich mit dem Brief allen, den er "furchumpt, als der erwurdig gaistlich herr herr "Peter Abbt, Peter Prior, und der ganz Con- "vent des gottshauß sand Peter ze Saltzpurch "sand Benedict orden von den ersamen, und "gelerten maister Hansen von Mairs Canzler "in Oesterreich, und Pfarrer zu Gors ain Haus "in der Stadt zu Krembs gelegen, das hin- "ten an des von Passau haus stösset, und ge- "gen des Slater, und Hainrichen Schilher "Brüder heüser über gechauft, solchen chauf "wir in vergunnet haben, und die vertigung des "chaufbriefs mit baiden Stött Krembs, und "Staia grund insigl beschehen ist, auf solche "mainung, das sen sich für sich, und all ihr "nachchommen gegen uns, und unsern nach- "chommen gegen uns, und unsern nachchom- "men verpunten haben wissentleich in Kraft des "Briefs, das sie von dem egenannten Hauß, "dieweil sie das haben, und in irer gewalt un- "verchauft beleibt, oder aber das um Zins a- "lassent zu sand Michaels tag iärlich für a'l "Steur, und ander Vorderung geben sullen "zway Pfund Wiener Pfenning, und durch "solcher gunst, und verhengnuß willen, so wir "in von des egenannten Haus wegen gethan "haben, dadurch habent sie uns mit guten wil- "len für sich, und all ir nachchommen der ege- "nannten ires gottshaus gült ein Pfunt Wie- "ner Pfenning gelts, das auf weilent Ulraich "des schwarzen haus ligt, und auf den garten "dabey gelegen auf den stattgraben gegen den "benannten haus über, und darzue all ir ge- "rechtigkeit, so sie darum gehabt, genzlich über- "geben, abgetretten, und eingeantwurt haben, "also, daß man uns, und unsern nachchom- "men dasselb Pfunt pfenning von den benannten "des schwarzen haus, und garten järlich rai- "chen, und geben sull, wer die verwest, und "inne hat an ihr, und iren nachchommen ir- "rung, und wiedersprechen, auch an sand Mi- "chaelstag, und auch darzue ir ödrecht, die "vor iaren an garten, und der waitzgarten ge- "nannt ist gewesen, auch darzue iren grunt auf "den Stattgraben daselbs zu Krembs, auf der "Hueben untz an die gemain Landgassen auf ze "nächst ir Peünt daselbs gelegen, untz gegen "den Hilibertor über, dieselben grunt mit sampt "den Veitz garten vorzeiten durch die Haupt- "leuth nach geschäfft der herrschaft zu einer La- "statt aller Landschaft, und zu einer Widstatt "gemacht sein, und geprauchț werden; auch "abgetretten, und ingeantwurtet haben mit "sampt den Pfunt Pfenning gelts, und weitz- "garten, als vor berürt ist, fürbas ewiglich an "abgang bei uns, und unsern nachchommen zu "beleiben, und darauf allen unseren nutz, und "frommen schaffen, und damit handeln, wie "wir wollen an ir, ir nachchommen, und an "meniglichs von iretwegen irung, und Hinder- "nuß. War aber das seu, oder ir Anwalt die "egenannten zwai Pfunt pfenning gelts von dem "benannten hauß zu den egenannten Tag nicht "bezalten, so mügen wir sie, oder ir Anwald "in den benannten iren gotshaus nöthen, und "pfenten, so lang uns sie uns darumb ganz ent- "richten. Auch sollen sie, noch ir innleuth kai- "nerlai Gewerb noch Handlung, als mit Wein- "schenken in derselben unser Behausung nit trai- "ben, sondern sie sullen, und mügen dieselben "ir Wein, in dieselb ire Behausung vassen, "und die darinn niederlegen, und die Verer "füren, und bringen an unsere Schaden, als- "dann etlich ander geistlich Laith tuent, die in "Burgfrid bei uns heüser habent. Sonder ist "beredt worden, was sie in Leuth in denselben "iren haus hetten, die sullen fir sich selbst in "Steüer, und wacht nach ihren Statten, und "nothdursten ausrichten, als ander innleuth "bei uns tunt angever. Mit urchunt des Briefs "besiegelt mit unsern der Statt zu Krembs gro- "ßen anhangenten Insigel. Geben zu Krembs "an sand Giligentag nach christi gepurd vier- "zehen hundert iar, und in dem siben und drei- "ßigsten iare". Hæc de domo nostra in Krembs intra civitatem, quam Dom. Petrus abbas de novo comparavit: interim ex actis antiquioribus habetur, quod jam ante aliquod sæcula extra muros civitatis possederit domum quamdam monasterium nostrum, quæ tamen domus per bella, vastationes, & injurias temporum sensim destructa, & in illo loco non amplius reædificata fuit, ut adeo necessitas postulaverit pro usu monasterii novam vel ædificare, vel per emptionem comparare, quod, ut hactenus vidimus, cum multa sollicitudine præstitit D. abbas Petrus.

XXXI. Verum etiam plura alia bona majoris, vel minoris considerationis, diversis annis:

Non minus alia vel majoris, vel minoris considerationis bona per dictum abbatem diversis sui præsulatus annis fuerunt comparata, quorum synopsin damus ex litteris exstantibus. Sic anno 1438. a Georgio Pluemel cive Hallinensi emptum fuit dominum directum ad molendinum Vischnech subtus montem S. Georgii situm in officio nostro Weissenbach, & ab eodem Georgio Pluemel anno 1440. empti fuerunt duodecim schillingi nummorum in Kappenhuf in abbatissaugia, quam emptionem litteris in originali exstantibus DD. Joannes Reichenspergius t. t. hujus sedis Archiepiscopus eodem anno feria quinta ante festum S. Katarinæ confirmavit. Anno præcedente, id est, anno 1439. sæpe dictus Dom. abbas emit a Dom. Virgilio Uberacher t. t. capitaneo civitatis Salisburgensis dimidiam curiam Rambstorf in officio Tittmoningensi situm, pro altera autem parte facta fuit permutatio cum eodem Domino capitaneo cui pro ista media

parte curiæ data fuit curia Chirchfending cum adjacente prædiola Vormach, uti colligi poteſt ex litteris emptionis, quæ datæ fuerunt anno ſupra dicto feria tertia poſt feſtum S. Margaretæ. Anno 1449. emit Petrus abbas a Romano Hocholtinger in Gankofen huebam quamdam in Nideraich ſitam in officio noſtro Mildorf in parochia Aich, & præfectura Biburg, de qua emptione erectæ fuerunt litteræ feria ſecunda poſt converſionem S. Pauli. Eodem anno emptæ fuerunt tres libræ monetæ Viennenſis ex prædio Witelſchwank in officio noſtro Enſthall ſolvendæ, quod prædium iam prius ad monaſterium pertinebat, comparatum ab Ottone II. abbate noſtro anno 1381. Rurſus eodem anno parata pecunia emit D. abbas Petrus a R. D. Joanne Elrichshauſer Parocho ad S. Georgium in Attergeu domum & hortum cœmeterio noſtro adjacentem unacum aquæ & albæ ductu ſubtus illam per montem fluentis cum omni ſua utilitate, quam emptionem etiam confirmavit DD. Fridericus IV. archiepiſcopus hujus ſedis vigore litterarum, quæ datæ ſuerunt feria quarta poſt dominicam reminiſcere in quadrageſima. Amplius anno 1453. emptæ fuerunt octo libræ annuæ penſionis cum variis ſervitiis ex curia Dirnberg præſtandis in officio Hallein, ſeu Weiſſenbach, quæ ſervitia Domino abbati vendidit Dom. Martinus Reuter præfectus in Radek. Anno 1455. venit ad monaſterii proprietatem prædium, ſeu potius pratum aliquod, vulgo Reichnerwiſen in Burgfeld in officio Milldorf, quod pratum emptum fuit a Thoma Reutner cive Milldorfenſi centum libris monetæ Landishutanæ teſtibus litteris in die S. Gregorii in quadrageſima datis anno ſupra citato. De anno 1456. exhibent litteræ emptionis in die S. Vincentii datæ, quod D. abbas a quadam vidua Eliſabeta Rubeinin emphiteuſin comparaverit de domo quodam & horto in Parſch in officio Spital pro quadam ſumma pecuniæ numeratæ. Rurſus anno ſequenti Dom. Chriſtanus Gramatſch ſacerdos ſæcularis, & tunc temporis parochus in abbatisaugia vendidit abbati noſtro quamdam domum, & hortum in Mouchberg, in qua domo monaſterium noſtrum jam antea ſingulis annis recepit ſex nummos Purgrecht, & quatuor ſchillingos annuam penſionem, uti patet ex noſtro antiquo urbario municipali. Ann 1460. emptum fuit quoddam pratum apud Erneſting in officio noſtro Ehing a Wenceslao Peterlechner, & denique anno 1464. ſimile prædium Peinting dictum in officio Vihauſen. Atque hæ ſunt pleræque emptiones, per quas ex ſollicitudine D. abbatis Petri aliqua bona monaſterio noſtro acceſſerunt.

XXXII. Qualia etiam per varias permutationes acquiſivit.

Merentur etiam pro honore Domini abbatis Petri aliquam reflexionem variæ bonorum permutationes, quæ in litteris relictis leguntur. Anno 1448. D. Petrus abbas cum ſupradicto D. Virgilio Uberacker capitaneo Salisburgenſi fecit bonorum permutationem; a monaſterio enim idem D. Uberacker accepit duo bona ſita in Reut in parochia Köſtendorfenſi: monaſterio autem extraditum fuit quoddam prædium in abbatisaugia dictum in Pluichen, & quidem cum conſenſu Friderici IV. archiepiſcopi Salisburgenſis. Anno 1453. facta fuit quædam permutatio cum Paulo Stain in Milldorf, qui monaſterio dedit jus advocatiæ in prædio in Pfaffenberg, ſito in parochia Milldorfenſi, & præfectura Meermoſenſi pro alio prædio Sunflech, ſito in Widern in parochia Peterchirchenſi, & præfectura Neumarchienſi. uti patet ex litteris in die S. Gertrudis datis anno ſupradicto. Huc etiam reduci poteſt venditio cujusdam alterius domus & vineæ antea ad monaſterium ſpectantis inter Stain, & Crembs ſitæ, quæ venditio non ſine emolumento monaſterii facta fuit utpote cum conſenſu & approbatione Sigismundi I. archiepiſcopi hujus ſedis & Ordinarii noſtri clementiſſimi, cujus conceſſionis litteræ ſequentem tenorem habent:

„Wir Sigmund von Gottes genaden Erzpi-
„ſchove zu Salzburch, Legat des Stuels
„zu Rom, bechennen fir untz, und unſer nach-
„chompen, als unſer lieber in Gott Peter Abbt
„des Cloſters zu ſand Peter hie zu Saltzburch
„von etwas pillicher urſach wegen, die er uns
„erzölt, einen wein, und baumgarten zwiſchen
„die Stadt Stain, und Crembs gelegen, und
„an unſers lieben in Gott unſers Thumbprobſt
„Paumgarten ſtoſſent, Hanſen Forſter Bur-
„ger zu Stain ze chauffen geben hat, alſo hat
„uns derſelbe Abbt mit dyemüthigen Vleiß ge-
„betten, das wir zu ſolchen chauf unſern Wil-
„len und gunſt genediglich geruheten ze geben,
„ſolche ſein Pette, und redliche Urſach wir an-
„geſehen, und zu den benannten chauf als Or-
„dinari unſern willn, und gunſt gegeben haben,
„den auch wiſſentlich mit dem Brief, als wir zu
„recht ſullen, und mügen angevärlich urchunt diß
„Briefs. dat. Salzb. anno MCCCCLVI“.

XXXIII. Denique plenus dierum infirmitatibus corporis, & animi conſumptus obiit anno 1466.

Inter tot, & plurima alia non vulgaris ſollicitudinis ſpecimina tandem optimus præſul in ſuo regimine abbatiali annos omnino triginta explevit, quibus expletis denique tam infirmitatibus corporis, quam animi conſumptus diem ſupremum clauſit die octava Februarii anno 1466., poſtquam vixit ſub quatuor archiepiſcopis Joanne II. Reichenſpergio, Friderico III. de Truchſen, & Emerberg, Sigismundo I. de Volkarſtorf, & Burchardo II. de Weisbriach, quem octo tandem diebus morte prævenit. Ex noſtris quidem chronicis, & manuſcriptis domeſticis habetur, quod gravibus, & diuturnis infirmitatibus laboraverit, & tanquam gravis ſenex ad mortem fuerit diſpoſitus: multas autem inſuper infirmitates animi acceſſiſſe vix dubium eſt; nam multa quoque adverſa ſuſtinuit Dominus Petrus abbas, qui ferme continuis litibus, & controverſiis tam circa liberam ſepulturam, quam circa

ca coctura salis in Halle, circa locum Frongarten, & plura alia in & extra monasterium fuit involutus. Præcipuas sane animi infirmitates ultimo quinquennio sustinuit abbas noster sub Burchardo II. de Weisbriach archiepiscopo: nos ad confirmationem dictorum non tam documenta nostra domestica, quam exteros authores, & historias Salisburgenses pro testibus damus; & primo quidem D. Burchardus archiepiscopus sub prætextu erigendi novi gymnasii voluit cœnobitas sancti Petri, primos hujus civitatis incolas, ex civitate transferre in locum Gredich, duabus circiter horis Salisburgo distantem; adimere etiam voluit hortum Frongarten, ut ibidem ad augendam urbis frequentiam novæ domus ædificarentur: & denique laborans quidem zelo pro honore S. Vitalis ad sanctificationem, hoc tamen antiquum, & sacrum pignus per translationem nobis eripere voluit. Audiri meretur de hac re probatus historicus Salisburgensis Marcus Hansizius in vita Burchardi archiepiscopi pag. 515. num. marg. IX. & X. ex perillustri Domino Francisco Dückero uno ex præcipuis historicis Salisburgensibus, atque aliis documentis ita scribens: „Sed & aliud novum meditabatur „antistes (Burchardus II.) nam referente „Dückero monasterium sancti Petri trans„ferre cogitabat ad locum Credich, ac pro „eo Salisburgi fundare gymnasium: in eo „quoque minus æquus cœnobitis, quod iis „ademit hortum (Frongarten, ubi nunc est „ædificium universitatis) eo consilio, ut ibi„dem ad augendam urbis frequentiam æ„dificarentur ædes pro novis inquilinis. Ve„rum nemo erat, qui sustineret ædificium „isthic facere, quo præsul compulsus hor„tum monasterio reddidit. Egregium sane, „quod exequi studebat, erat consilium de „beato Vitale sanctorum honoribus exor„nando &c". Et post pauca: „Assensus est „pontifex, decretum dedit de consecrando „Vitale, deque corpore transferendo, cum „quo nuntius domum reversus, curam ta„men iis, qui a consiliis Burchardi erant, „injecit, ne exemplo aliorum, qui trans„lationem corporis attentaverant, divinitus „plecterentur: igitur negabant, se velle esse „auctores suscipiendæ translationis, nonne„mo etiam magistrorum Stephanus Schrötl „archiepiscopum compellans: *Reverendissime Pater*, inquit, *quid vultis facere? nolite mit„tere manum in sanctum Vitalem, vere dico „vobis, ipse se defendet, & de domo sua non „patietur se transferre.* Consternati erant cœ„nobitæ sancti Petri, qui, quantum de gloria „beati viri gaudebant, tam acerbe ferebant „sibi tot sæculorum depositum eripi. Denique „ipso præsule religione tacto a propositi exe„cutione cessatum est". Hucusque Hansizius, & similia ferme habet perillustris D. Franciscus Dickerus. De reliquo Petrum abbatem nostrum in antiquo capitulo fuisse sepultum ad latus sui Domini antecessoris supra diximus ex chronicis nostris domesticis, de inscriptione tamen aliqua sepulchrali nihil legitur.

RUPERTUS V.

ABBAS AD S. PETRUM LVIII.

AB ANNO 1436. USQUE AD ANNUM 1495.

I. Rupertus Keutzl monachus S. Petri ex Præpofito Wiettingæ in Carinthia:

Mortuus eſt abbas PETRUS, & quaſi non eſt mortuus; reliquit enim ſimilem ſibi poſt ſe, ſpiritualem filium, quem per ſacram profeſſionem religioni, & monaſterio genuit, Rupertum Keutzel, nobilis Patricii Salisburgenſis filium, ſub Petro abbate in noſtro monaſterio profeſſum, & poſt varia, quæ adminiſtravit officia, in abbatia immediatum ſucceſſorem, virum anteceſſori ſuo præſuli meritiſſimo in dexteritate regendi, zelo pro diſciplina regulari, & decore domus Dei per omnia æqualem, qui & pari modo annos abbatialis gubernationis usque ad trigeſimum ferme extendit; Petrus enim abbas electus anno 1436. ſeptima decembris die, & mortuus anno 1466. octava Febrnarii complevit annos in abbatia viginti novem, & duos menſes: Rupertus autem ſucceſſor electus ad initium menſis Martii eodem anno, naturæ debitum ſolvit anno 1495. octavo die decembris, ſicque pariter in ſuo munere ſtetit annis viginti novem, & novem circiter menſibus. Quod Dom. Rupertus, qui hujus nominis V. eſt, expreſſe fuerit profeſſus ſacrum ordinem in monaſterio noſtro, & quidem ſub Petro abbate, docet originalis etiamnum exſtans profeſſionis ſcheda, quæ manu propria in membrana ſcripta eſt, cujus tenorem ſequentibus damus:

„In Chriſti nomine, amen.

„Ego frater Rupertus Cheitzl ad honorem „omnipotentis Dei, & beatiſſime Virginis Marie, ac beatiſſimi Patris noſtri Be„nedicti & omnium ſanctorum tenore pre„ſentium promitto ſtabilitatem, & converſio„nem morum meorum, ac obedientiam ſe„cundum regulam ejusdem S. Benedicti co„ram Deo, & ſanctis ejus ad nomen SS. „Petri, & Pauli apoſtolorum, ſanctorum„que confeſſorum, atque pontificum Rupe„rti, & Amandi, aliorumque ſanctorum, „quorum reliquiæ in preſenti eccleſia ſunt,

in

„in presentia Reverendi in Christo Patris, „.& DD. Petri abbatis hujus monasterii S. „Petri Salzburgensis, & coram vobis patri-„bus, atque fratribus hic presentibus in no-„mine Patris, & filii, & Spiritus sancti: a-„men. In cujus rei testimonium presentem „cedulam manu propria scripsi in hoc vene-„rabili loco, scilicet anno ab Incarnatione „Domini millesimo, quadringentesimo, qua-„dragenmo tertio, quarto decima die men-„sis Junii". Ita habet authenticum emissæ professionis testimonium. Expleviſſe autem Rupertum nostrum partes boni religiosi vel inde colligi potest, quod Petrus abbas eun-dem anno 1555. non tantum pro socio iti-neris, & laboris assumpserit in illa visita-tione, & reformatione, quam ex manda-to DD. Ordinarii suscipere debuit in mona-sterio Millstadiensi in Charinthia, verum etiam ibidem pro Priore, & Superiore lo-cali in defectum abbatis ordinaverit; a quo tamen monasterio post aliquot annos rever-sus ad gremium, ibidem officium œcono-mi gessit circa annum 1460.; missus exin-de in negotiis ad monasterium Admontense, iisque peractis anno 1463. Wiettingam (quæ dominium est, & præpositura ad mo-nasterium spectans in Carinthia) abire ju-betur, ubi præpositus fuit constitutus, ibi-demque mansit usque ad tempora electio-nis in abbatem, ut infra pluribus dicetur. Ita conveniunt omnia manuscripta dome-stica, ex quibus D. Albertus abbas in suo approbato, & anno 1646. impresso abba-tum catalogo sequentia adnotavit: „Post „obitum abbatis Petri unanimi voto in ab-„batem eligitur Rudbertus cognomine „Keutzl, monachus sancti Petri Salisbur-„gensis Patricii filius. Agebat tunc tem-„poris præpositum & vicarium dominii, & „ecclesiæ Wiettingensis. Dominium istud „ex commissione abbatum administrari illis „temporibus solebat ab uno ex conventua-„libus S. Petri, adjunctis sibi duobus, vel „tribus fratribus". Hæc ille.

II. Anno 1466. In abbatem electus & confirmatus fuit a neo electo archiepiscopo,

Hæc igitur Rupertus Keutzl post fata suprema D. Petri abbatis, quæ, ut sæpius dictum, accidebant octava Februarii anno 1466., ex Præposito Wiettingæ electus, & confirmatus fuit in abbatem S. Petri. Ex de-fectu instrumenti electionis, quod forte in copia a nobis, ut alias fieri solet, non pe-titum, aut deperditum fuit, omni adhibi-ta industria dies determinata, qua Rupertus fuit electus, indagari non potuit, sicut & recentiora chronica nostra de die electio-nis, qualis fuerit, tacent: unam autem a nona februarii post mortem abbatis Petri certo fuisse usque ad diem septimam Martii docemur ex instrumento originali confirma-tionis membraneo, vigore cujus neo-elec-tus archiepiscopus Bernardus de Ror una-cum toto capitulo metropolitico electum ab-batem nostrum Rupertum confirmavit. Cum enim, ut in vita Petri abbatis dictum, post octo dies, nimirum decima sexta februarii post obitum Petri abbatis etiam Illustrissimus, & Reverendissimus DD. Burchardus de Weispriach supremum vitæ diem clausit, eodem adhuc mense, ut infallibili testimo-nio convincimur, vicesima quinta februarii in archipræsulem Salisburgensem electus fuit DD. BERNARDUS oriundus ex au-stria genere de Rhor, qui institutum ca-nonicorum regularium professus est in mo-nasterio S. Hypoliti in austria. „Egit hic, „ait in sua historia Salisburgensi Marcus „Hansizius pag. 517., aliquamdiu curionem „urbis Salisburgensis, quo in munere stu-„dia sibi multorum collegit ingenio beni-„gno, liberali, rerum etiam sacrarum stu-„dioso, inde non sine laude ejus memi-„nit auctor catalogi ad hoc usque tempus „perducti: *Bernardus*, inquit, *de Rhor ele-„ctus est in archiepiscopum anno Domini* 1466. „*in die sanctæ Walpurgæ virginis, utique ve-„rus amator cleri, & cultor sanctorum loco-„rum, humilisque obsecutor B. Mariæ Virgi-„nis gloriosæ: quem Deus atque his verbis ca-„talogus abrumpitur*". Hæc cit: author. Ab hoc ergo neoelecto archiepiscopo Bernar-do de Rhor abbas noster Rupertus confir-matus fuit, prout nos convincit instrumen-tum confirmationis membraneum authen-ticum, quod ad manus habemus, & de verbo ad verbum ita legitur:

III. Vigore existantis in originali instrumenti confirmatio-nis.

„Bernardus de Rhor electus, Fridericus „prepositus, & archidiaconus, Had-„marus Decanus, totumque capitulum ec-„clesie Salzburgen. dilectis nobis in Chri-„sto--- Priori, totique conventui monaste-„rii S. Petri, civitatis, & diecesis Salzbur-„gen. salutem in Domino. Nuper abbatia, „& prelatura dicti monasterii vestri per mor-„tem quondam Petri novissimi abbatis ejus-„dem vacante, vos vocatis his, qui volue-„runt, & potuerunt commode interesse ad „electionem futuri abbatis procedendo con-„venistis in unum, & dilectum in Christo „fratrem Rudbertum Keutzl vestri monaste-„rii professum in abbatem vestrum, & pre-„latum servatis servandis solemnitatibus de-„bitis, & consuetis, que servari debent, „canonice, & concorditer elegistis, qui e-„lectioni de se facte reverenter, & humili-„ter consentire curavit, vosque eandem e-„lectionem nobis presentastis, & petivistis „humiliter ac devote, quatenus nos tan-„quam hii, ad quos archiepiscopali sede va-„cante electiones confirmare, vel infirmare „de jure communi pertinet, eundem ele-„ctum confirmare dignaremur. Verum, ne „contra doctrinam apostoli manus ipsi ele-„cto cito imponere videremur, in ecclesia „Salzburgensi proclamationem, cridam, & „citationem mandavimus fieri generales, „quod, quicunque haberet aliquid opponere „contra electionem predictam, electionis „formam, vel personam electi, hodie, die „veneris, septima mensis hujus, hora ter-„tiarum coram nobis compararet, alioquin „eidem electo, prout justicia foret, ma-

nus

„manus confirmationis imponeremus, cu„jusquam abſencia non obſtante. Cum au„tem nulli apparerent oppoſitores, electio„nem ipſam, & perſonam electam per exa„minatores noſtros ad hoc deputatos exa„minari fecimus diligenter, qui eum nobis „tanquam ydoneum ad abbatiam, & pre„laturam veſtram preſentaverunt, humili„ter petentes, quatenus eidem munus con„ſtrmationis impendere dignaremur. Nos „igitur recepto primitus a dicto electo fideli„tatis juramento, conſideratis ipſius meri„tis munus confirmationis, quia hac vice „ex juris diſpoſitione potuimus, impendi„mus, eundem per annulum, ut mos eſt, „ipſum inveſtientes. Ad nos igitur remit„tentes eundem, devotionem veſtram mo„nemus, requirimus, & hortamur atten„te, vobis nihilominus ſub virtute ſancte „obediencie diſtricte percipiendo manda„mus, quatenus ſibi tanquam prelato, & „abbati veſtro obedienciam, & reveren„tiam debitam exhibeatis, & condignas „alioquin ſententias, quas in vos, ut re„belles rite tulerit, ratas habebimus, & „faciemus, autore Domino, inviolabiliter „obſervari. In cujus rei teſtimonium pre„ſentes litteras fieri, & ſigillo majori noſtri „capituli juſſimus appenſione muniri. Datum „Salzburge die ſeptima menſis Martii anno „Domini, milleſimo, quadringenteſimo, „ſexageſimo ſexto.„ Hucusque ipſum inſtrumentum, ex quo pendet inſtar ſcutellæ ex alba cera ſigillum, quod autem in cera rubra elegantiſſime expreſſum exhibet effigiem S. Ruperti cum circumſcriptione: *ſigillum capituli eccleſie Salzburgenſis;* fuit enim DD. archiepiſcopus Bernardus de Ror nondum confirmatus, ſed tantum electus, ut ſupra diximus. Quibus ſtantibus haud ſatis mirari poſſumus, quod nobilis quidam hiſtoricus Salisburgenſis in ſuo chronico impreſſo ſcripſerit, vacaſſe per duos annos poſt mortem Burchardi de Weispriach ſedem archiepiſcopalem, & DD. Bernardum de Ror primum anno 1468. fuiſſe electum, quem errorem manifeſtum etiam alius author anonymus in ſuo libello, cui titulus: *Noviſſimus ſtatus Salisburgenſis*, ad initium hujus ſeculi in lingua vernacula ſcripto ſecutus eſt. Hanc autem opinionem eſſe prorſus erroneam, convincit allegatum originale inſtrumentum, nec non omnia alia manuſcripta noſtra. Neque etiam Mezgerus, neque Hanſizius ullam mentionem faciunt, quod archiepiſcopalis ſedes tamdiu vacaverit; & quia unus error trahit alium, idem author etiam electionem D. Ruperti abbatis ad annum 1468. notavit, quod omnibus noſtrls chronicis repugnat.

IV. De hoc abbate primo exponitur, quod fuerit zeloſus pro diſciplina regulari.

De zelo, & regendi prudentia hujus præſulis, de larga benedictione in rebus omnibus tam ſpiritualibus, quam temporalibus, quam idem Dom. abbas ſenſit, tot, & tanta in manuſcriptis noſtris domeſticis exſtant veſtigia, ut quaſi copia nos inopes reddat. Ne autem in conſueto, & hactenus obſervato ordine ſive hiſtorico, ſive chronologico perturbemur, primitus paucis exponemus, quod Rupertus abbas, hujus nominis V., fuerit zeloſus pro diſciplina regulari, quod eccleſiam noſtram, & altaria ſuppellectili ſacra, eaque copioſa, & pretioſa exornaverit, nec non pro decore domus Dei etiam nova ædificia ſtruxerit. Author catalogi abbatum de anno 1646. de hoc Ruperto abbate ſequentia ſcripſit: „Rudbertus hic prædeceſſoris ſui veſtigiis „inhærens ad promovendum monaſterii bo„num in omnibus totum adjecit animum, „prout ipſe, uti virtutis ſpeculum alios poſt „ſe ad regularis diſciplinæ obſervantiam „juxta ſub Georgio abbate introductam re„formationem attraxit, eamque inviolatam „conſervavit.„ Hæc author catalogi de zelo pro conſervanda diſciplina: non minus vero elogio zelum hujus præſulis extollit author hiſtoriæ Salisburgenſis Mezgerus noſter pag. 499, ita differens: „Anteceſſorem tam „in religioſæ obſervantiæ ſtudio, quam ad„miniſtrandi dexteritate æmulatus nulli pe„ne præceſſorum ſecundus fuit. Abunda„bant eo regente opes, quia & florebat re„ligio: veritate teſte, cum primum quæri„tur regnum Dei, & juſtitia ejus, illa adji„ciuntur cœleſti benedictione. Hæc mens „Ruperti, cujus ſymbolum ædificiis a ſe „conſtructis apponi ſolitum fuit:

„Initium ſapientiæ timor Domini
„Ruperti abbatis perſto ego juſſu ſuo.„

Hæc cum aliis Mezgerus. Viguiſſe autem in monaſterio noſtro diſciplinam regularem non vulgare argumentum eſt, quod ipſe Auguſtiſſimus Imperator Fridericus III. requiſiverit ad finem anni 1646. abbatem Rupertum noſtrum, ut ex conventu ſuo mittat religioſos ad monaſterium noſtri ordinis Obernburg in diœceſi Labacenſi, quæ litteræ relatu digniſſimæ ſunt:

„Friderich von Gottes Genaden Römiſcher Kaiſer, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs ꝛc.

„Erſammer, lieber, andächtiger. Als das „Kloſter zu Obernburg Sand Benedict ordens von wailand Pabſt Pio dem Piſthumb zu „Laybach unſerm Neunſtüft inngeleibt iſt, nach „lauth der päbſtlichen Bullen darumb ausgangen, hat uns der erwürdig Sigmund Biſchove daſelbſt zu Laybach, unſer Rath, und lieber andächtiger zu erkennen gegeben, wie er „an den Brüdern deſſelben Orths etwas Abgang habe, begere wir an dich mit ganzen „Vleiß, und ernſt, das du ain, oder zween „geordneter Brüder aus dem Kloſter daſelbſt „hin gen Obernburg ſchickeſt, damit an den „Gottsdienſt daſelbs nit abgang gewünne, ſo „würdet man ſie ordentlich, und als ſich|ge„bührt, halten, und fürſehen; daran thueſt „du uns gut Gevallen, und unſer Mainung. „Wir wellen das auch gen die mit Genaden erchennen.

»chennen. Geben zu Grotz an sunndag Sand »Andrees tag des H. zwelf Botten anno Domi»ni 1466.

Commiss. D. Imperat.

Titulus externus sequentem habet tenorem: »Dem ersamen, gaistlichen, unsern »lieben andächtigen dem Abbt zu Sand Peter »zu Salzpurg.» Pro confirmatione dictorum serviunt etiam duæ responsoriæ litteræ, quarum unam Dominus abbas noster anno 1470. in die S. Luciæ ad Serenissimum Dominum Ludovicum comitem palatinum, ducem superioris, & inferioris Bavariæ; alteram vero pariter ad Serenissimum Dominum Albertum ducem Bavariæ dedit epistolam responsoriam feria tertia ante reminiscere anno 1481.; ab utroque enim duce sereniſſimo requisitus fuit Dominus Rupertus abbas, ut ad quædam monasteria bavarica pro stabilienda religiosa disciplina quosdam monachos in subsidium mitteret ex nostro ad S. Petrum monasterio. Litteræ istæ responsoriæ leguntur in quodam crasso manuscripto, & libro copiarum de abbate Ruperto pag. 556. & 557., quamvis litteræ requisitoriales hactenus ad manus nostras non pervenerint, sicut illæ supra allegatæ Friderici Imperatoris.

V. Quod ecclesiam, & altaria sacra supellectili exornaverit,

Jam Petrus abbas ecclesiam nostram sacra supellectili, eaque valde pretiosa exornavit: verum hæc tanta cepit incrementa sub Ruperto abbate, accedente fidelium munificentia, & liberalitate, quæ illo tempore amplissima, & pro honore Dei studiosissima fuit, ut vere magnus fuerit in ecclesia nostra thesaurus, tam in vasis aureis, & argenteis, quam in pretiosis paramentis sacerdotalibus, quam etiam, & specialiter in magna gemmarum, pretioſoram lapidum, & unionum quantitate. Ita conveniunt omnes, quotquot de Ruperto abbate scripserunt, verum etiam ex quodam antiquo regiſtro, quod conscripsit ipsemet D. Rupertus abbas, clare colligi potest, & sane non sine admiratione leguntur. Verum pleraque pars hujus thesauri cum multis aliis rebus pretiosis, quæ tam ipse D. Rupertus abbas, quam & antecessores longiori industria colligere conati sunt pro futuris monasterii necessitatibus, absumpta fuit partim in illo infelici bello rusticano Salisburgensi anno 1525., quando DD. Cardinalis, & Archiepiscopus Matthæus Langius in arce Salisburgensi a propriis rebellibus subditis tenebatur, partim expensa, & applicata in subsidium christiani exercitus contra Turcam, qui anno 1529. urbem Viennensem obsidebat. Supersunt tamen adhuc quædam divitis pietatis Ruperti monumenta, inter quæ eminet grandis quidam, & spectabilis baculus pastoralis argenteus, & deauratus, in quo præter insignia Keutzliana, quæ ibidem videntur, sequenti versiculo pastoralis muneris officium inscriptum legitur:

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

Collige, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

Exstant argenteæ quædam figuræ Sanctorum, adsunt insulæ gemmis, & unionibus conspicuæ, quæ etiamnum a tanto tempore trecentorum annorum profusam liberalitatem pro exornanda ecclesia & altaribus, Ruperti abbatis nobis commendant.

VI. Et pro decore domus Dei etiam nova ædificia struxerit:

Sicut autem Dominus abbas magnos impendit sumptus pro augenda sacra supellectili aurea, argentea, & vere pretiosa, ita pariter nullis sumptibus pepercit in exstruendis novis quibusdam ædificiis honore, & decore domus Dei sic exigente. Fuit, & etiamnum est in medio cœmeterii nostri capella, seu potius ecclesia S. Margarethæ dicta, quondam a sancto Ruperto in honorem sanctorum Amandi, & Margaritæ condita; per tot autem secula sorte sæpius reparata, sed tandem penitus ad sui destructionem, & ruinam dispositа; qua ecclesia veteri, & squallida amota, novam a fundamentis exstruere cepit ab anno 1485., quam & tribus altaribus ornatam ita feliciter perfecit, ut anno 1492. a DD. Georgio Chiemensi episcopo octava die Julii fuerit consecrata, & denuo in honorem SS. Amandi, & Margaritæ dedicata, assistentibus DD. Consecratori in pontificialibus Domino Leonardo Keutschach, tunc temporis præposito Salisburgensi, & ipso abbate nostro Ruperto, quæ quidem ecclesia post annos trecentos non quidem exstructionem a fundamentis, notabilem tamen sui renovationem, & reparationem exspectat. Inter structuras, quas pro decore domus Dei fecit Dominus Rupertus abbas, ultimis nostris temporibus primum aliquod insigne patuit specimen, quod hactenus incognitum, atque in chronicis nostris nunquam legimus: dum enim anno 1754., necessitate sic urgente, turris templi valde ruinosa, imo periculo casus, ut merito artium periti cogitabant, erat exposita, eadem autem turris a dicto anno non tantum altius, sed etiam in aliam erecta fuit formam, atque cupro tecta, nona die mensis Maji anno supra notato cistula quædam plumbea fuit reperta cum hac in quatuor partibus incisa inscriptione:

Turris plumbo
tegitur Jussu
Ruperti abbatis
anno 1493.

Ex qua antiqua inscriptione plumbeæ cistulæ inserta authentice constat, quod turris templi nostri ab Ottone II. monasterii abbate, in ordine, quinquagesimo primo, altius quidem erecta, a Ruperto V. autem pro majori decentia plumbo tecta fuerit; & quoniam istæ laminæ plumbeæ non sine omni valore fuerunt, hoc præsentaneum subsidium, quamvis a longe expensas novas non adæquans, attamen minime spernendum, novissimus hujus turris restaurator

sæpe dicto abbati Ruperto grato animo debet.

VII. Secundo: quod a Sixto III. PP. anno 1477. privilegium de decimis novalium,

Huic zelo, quem pro disciplina regulari, & conservando decore domus Dei ostendit Dom. abbas, non minus junxit paternam sollicitudinem in variis rebus, quæ ad monasterii sibi concrediti, bonum tam spirituale, quam temporale spectare videbantur. Sic enim a sanctissimo Patre Sixto, Papa hujus nominis IIII. nobilissimum quoddam privilegium de decimis novalium anno 1477., & eodem anno incorporationem plenariam cum monasterio parochiæ Wiettinganæ in Carinthia, nec non ab aliis plures gratias, & favores obtinuit. De decimis novalium sequentem a Sixto IV. Pontifice inter cimelia nostra conservamus bullam, cujus copiam ex originali damus:

„Sixtus episcopus, servus servorum Dei: „ dilectis abbati, & conventui monaste„rii sancti Petri Salzburgens. ordinis sancti „Benedicti salutem, & apostolicam bene„dictionem. Cum a nobis petitur, quod „justum est, & honestum, tam vigor equi„tatis, quam ordo exigit rationis, ut id per „sollicitudinem officii nostri ad debitum per„ducatur effectum, eapropter dilecti in Do„mino filii vestris justis postulationibus gra„to concurrentes assensu presentium vobis „auctoritate concedimus, ut in hiis paro„chiis, in quibus veteres vobis decime sunt „concesse, novalium quoque decimas, de „quibus aliquis hactenus non percepit, pro „ea portione, pro qua veteres vos contin„gunt juxta declarationem a felicis recorda„tionis Alexandro PP. IIII. predecessore no„stro super hoc edita sine juris prejudicio a„lieni percipere valeatis. Nulli ergo omni„no hominum liceat hanc paginam nostre „concessionis infringere, vel ei ausu teme„rario contraire. Si quis autem hoc attem„ptare presumpserit, indignationem omni„potentis Dei, ac beatorum Petri, & Pau„li apostolorum ejus se noverit incursurum. „Datum Rome apud sanctum Petrum anno „Incarnationis dominice millesimo, qua„dringentesimo septuagesimo septimo, prid. „id. Februar. Pontificatus nostri anno se„ptimo.„ (L. S.)

„*B. de Capitaneis.*

Ex quo pretioso privilegio manifeste patet, quod monasterio nostro ad S. Petrum competant decimæ novalium in illis parochiis, ubi veteres decimæ, servata proportione, monasterio concessæ sunt; hinc in casu haud infrequenti, quando lites, & controversiæ emerserunt, post exhibitum privilegium hucusque in favorem monasterii juxta hanc cynosuram semper fuit judicatum.

VIII. Et ab eodem dicto anno incorporationem parochiæ in Wietting.

Ab eodem summo Pontifice eodem anno obtinuit Dom. abbas Rupertus V. confirmationem, & incorporationem parochiæ Wiettinganæ in Carinthia, quæ incorporatio, ut executioni detur, & stabiliatur, ex commissione, & authoritate summi Pontificis Sixti IIII. a Dom. Benedicto abbate Lunælacensi, Austriæ superioris, Ordinis pariter benedictini anno 1480. præmissis præmittendis fuit peracta. Nos præprimis damus copiam bullæ Sixtinæ in originali existantis, quæ de verbo ad verbum sequentem habet tenorem:

„SIXTUS episcopus, servus servorum Dei. „ Dilecto filio, & abbati monasterii S. „Michaelis in Mansee, Pataviensis diecesis, „salutem, & apostolicam benedictionem. „Sacre religionis, sub qua dilecti filii ab„bas, & conventus monasterii sancti Petri „Salzburgens, ordinis sancti Benedicti sedu„lum, & devotum Domino exhibent famu„latum, promeretur honestas, ut eorum „votis, illis presertim, per que eorum „commoditati consulitur, quantum cum „Deo possumus, favorabiliter annuamus. „Exhibita siquidem nobis nuper pro parte „abbatis, & conventus predictorum petitio „continebat, quod ipsi parochialem eccle„siam sancte Margarite in Wietting in Ca„rinthia Salzburgens. dioces. tanquam ipsi „monasterio unitam per monachos dicti mo„nasterii vel presbyteros seculares ad eorum „nutum amobiles a tempore, cujus con„trarii hominum memoria non existit, regi, & gubernari fecerunt. Quare pro parte ab„batis, & conventus predictorum nobis fuit „humiliter supplicatum, ut eis, quod di„ctam ecclesiam per monachos dicti mona„sterii, aut presbyteros seculares ad eorum „nutum amovibiles perpetuis futuris tem„poribus regi, & gubernari facere possint, „concedere, & alias in premissis opportune „providere de benignitate apostolica digna„remur. Nos igitur, qui de premissis cer„tam noticiam non habemus, hujusmodi „supplicationibus inclinati, discretioni tue „per apostolica scripta mandamus, quate„nus, si est ita, abbati dicti monasterii pro „tempore existenti, & conventui prudi„ctis, quod eandem ecclesiam per mona„chos ejusdem monasterii, vel presbiteros „seculares ad nutum eorum amovibiles per„petuis futuris temporibus regi, & guber„nari facere possint, ordinarii loci, & cu„juscunque alterius licentia super hoc no„mine requisita concedere auctoritate no„stra procures. Non obstantibus constitu„tionibus, & ordinationibus apostolicis ac „monasterii, & ordinis predictorum jura„mento confirmatione apostolica, vel qua„cunque firmitate alia roboratis ceterisque „contrariis quibuscunque. Datum Rome „apud sanctum Petrum, anno iucarnatio„nis dominice millesimo, quadringentesi„mo septuagesimo septimo. Octavo Id. Se„ptembris, pontificatus nostri anno septi„mo.„ (L. S.)

„*Timotheus.*

Hucusque tenor bullæ pontificiæ, per quam Dom. Benedictus abbas in Monsee authoritate apostolica judex, & commissarius in hac causa fuit constitutus

Has

IX. Quæ a D. Benedicto abbate in Monsee ex commissione apostolica anno 1480. fuit peracta, obtinuerit.

Has apostolicas litteras sæpedictus venerabilis D. Benedictus abbas in Monnsee, tanquam constitutus executor, & commissa, ea qua par est, decentia ad se recepit, & ad executionem hujus Bullæ se, tanquam filius obedientiæ processurum obtulit, uti etiam legitime processit. Exstant de hac causa duo instrumenta super receptione testium fide notarii roborata, specialiter autem instrumentum unitionis factæ auctoritate apostolica per Dom. abbatem in Monnsee, quod ex ipso originali fideliter descriptum in copia exhibemus:

„Universis & singulis presentes litteras inspecturis, visuris, & audituris Bene„dictus permissione divina abbas monasterii „sancti Michaelis in Monnsee, diocesis pa„taviensis, Ordinis sancti Benedicti, judex, „& executor unicus ad infra scripta a sede „apostolica specialiter deputatus, salutem „in Domino; & nostris hujusmodi, imo ve„rius apostolicis firmiter obedire mandatis, „& presentibus fidem indubiam adhibere. „Litteras sanctissimi in Christo Patris, & „Domini nostri, Domini Sixti divina pro„videntia Pape IIII. ejus vera Bulla plum„bea cum cordula canapi more romane cu„rie impend. bullatas, sanas siquidem, & „integras, non viciatas, non cancellatas, „nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni „prorsus vicio, & suspicione carentes nobis „per reverendum Patrem Dominum Rud„pertum eadem permissione abbatem mo„nasterii S. Petri Salisburgi ejusdem ordi„nis presentatas, nos cum ea, qua decuit, „reverentia noveritis recepisse sub infra scri„pta verborum forma:„ *Sixtus episcopus, servus servorum Dei &c.* sequitur textus integer bullæ præcedenti numero allegatæ usque ad finem. „Post quarum quidem litte„rarum apostolicarum presentationem, & „receptionem nobis, & per nos, ut premit„titur, factas, fuimus per prefatum D. ab„batem monasterii S. Petri Principalem in „eisdem apostolicis litteris principaliter no„minatum debita instantia requisiti, quate„nus ad executionem earumdem litterarum „apostolicarum, & contentorum in iisdem „procedere dignaremur juxta traditam, seu „directam ab eadem sede nobis formam. „Nos igitur Benedictus abbas judex, & exe„cutor prefatus attendentes requisitionem „hujusmodi fore justam, & consonam ra„tioni, volentes mandatum apostolicum „hujusmodi nobis directum reverenter exe„qui, ut tenemur super verificationem con„tentorum in dictis litteris apostolicis rite, „& legitime processimus, productis primi„tus coram nobis nonnullis fide dignis testi„bus, & informandum nos, & animum „nostrum de veritate omnium, & singulo„rum in preinsertis litteris apostolicis con„tentorum, illisque per nos rite, & legiti„me receptis, & in forma juris juratis, & „diligenter examinatis, & quia ex eorum„dem testium dictis, & depositione omnia & „singula in supra insertis litteris contenta, „& narrata veritate fulcri, ac fore vera com„perimus, idcirco authoritate apostolica, „qua fungimur, nobis in hac parte commis„sa D. abbati monasterii S. Petri predicto, & „suis successoribus dicti monasterii abbati„bus, & conventui ejusdem monasterii, ut „parochialem ecclesiam sancte Margarite in „Wietting Salzburgens. diocesis, quam ipsi „monasterio unitam, & incorporatam per „monachos ejusdem monasterii, aut pres„biteros seculares ad eorum nutum amovi„biles absque contradictione, & impedi„mento quocunque perpetuis futuris tempo„ribus regi, & gubernari facere possint, Or„dinarii loci, aut cujuscunque alterius li„centia super hoc minime requisita, autho„ritate predicta licentiam, & authoritatem „concessimus, & concedimus, & elargi„mur per presentes, mandantes nihilomi„nus, ac inhibentes vobis universis & sin„gulis supradictis in virtute sacre obedien„cie, quatenus eosdem abbatem, & suc„cessores suos dicti monasterii sancti Petri „abbates, & conventum ejusdem monaste„rii eandem ecclesiam parochialem in Wiet„ting in Carinthia Salzburgens. diocesis pre„misso modo regere, & gubernare permit„tatis, nec eosdem in premissis aut circa ea „quovis modo, molestetis, turbetis, seu „impediatis, aut per alium molestari, tur„bari, & impediri consentiatis, non obstan„tibus quibuscunque, que prefatus sanctis„simus Dominus noster in suis litteris voluit „non obstare. In quorum omnium, & sin„gulorum fidem, & testimonium premisso„rum presentes litteras, sive presens publi„cum instrumentum hujusmodi nostrum „processum in se continentes, sive conti„nens exinde fieri, & per notarium publi„cum infrascriptum subscribi, nostrique si„gilli jussimus, & fecimus appensione mu„niri. Datum & actum Salzburge in mona„sterio S. Petri predicto in stuba abbatiali ve„teriori ejusdem monasterii sub anno a na„tivitate Domini millesimo, quadringente„simo, octoagesimo, indictione decima „tertia, die vero lune quinta decima men„sis Maji pontificatus sanctissimi Domini no„stri D. Sixti Pape prefati anno nono, pre„sentibus ibidem venerabili, egregio, & „providis viris Domino Wiguleo Fröschl ca„nonico ecclesie pataviensis, ac Jacobo Col„man clericis Salzburgens. diocesis testibus „circa premissa constitutis, vocatis, roga„tis pariter, & specialiter requisitis.

„Et ego Joannes Vogelhueber clericus pa„taviensis diocesis publicus sacra im„periali autoritate, & in hujusmodi nego„tio per prenominatum D. Judicem, & exe„cutorem notarius deputatus, quia prein„sertarum litterarum apostolicarum presen„tationi, & receptioni, testiumque pro„ductioni, examinationi, & depositioni, „ac processus hujusmodi petitioni, & decre„to, omnibusque aliis, & singulis premis-

„sis, dum sic, ut premittitur, per prefa-
„tum D. Judicem, & executorem, & co-
„ram eo fierent, & agerentur unacum pre-
„nominatis testibus presens interfui, eaque
„omnia, & singula premissa sic fieri vidi, &
„audivi, ideoque hoc presens publicum in-
„strumentum manu alterius, me aliis oc-
„cupato negotiis, fideliter scriptum exinde
„confeci, subscripsi, publicavi, & in hanc
„publicam formam redegi, signoque, &
„nomine meis solitis, & consuetis unacum
„prenominati D. Judicis, & Executoris si-
„gilli appensione signavi in fidem, & testi-
„monium omnium, & singulorum premis-
„sorum rogatus, & requisitus". Et hæc dicta sufficiant de incorporatione parochiæ in Wietting cum monasterio nostro, quam sollicitudinem, ut vidimus, debemus abbati nostro, de quo agimus, hujus nominis quinto.

X. Tertio: quod anno 1470. confœderationem cum monasterio Gottwicensi in Austria,

Memoriam etiam merentur piæ quædam confœderationes, quas iniit D. Rupertus abbas cum quibusdam monasteriis, speciatim anno 1470. cum monasterio Gottwicensi in Austria, cum monasterio canonicorum regularium ad S. Magnum prope Ratisbonam. Tenor litterarum confœderationis de monasterio Gottwicensi sic legitur:

"Reverendo in Christo Patri & Domino
"Domino Rudberto abbati, totique con-
"ventui monasterii sancti Petri Salzeburge
"ordinis sancti Benedicti Salzeburgensis die-
"cesis. Nos fratres Laurentius abbas, An-
"dreas Prior, totusque conventus glorio-
"sissime Virginis Marie in Gottwico ordinis
"ejusdem pataviensis diecesis, cum oratio-
"num munere, utinam devotarum salutem
"in Domino perhenniter adipisci. Quia me-
"diante charitate, que vinculum perfectio-
"nis ab apostolo predicatur, membra singu-
"la in corpore sancte ecclesie sibi invicem
"conjunguntur, & Christo suo capiti ad
"percipiendum per ipsum, & in ipso gratia-
"rum spiritualium influentiam uniuntur,
"tanto liberius, atque libentius sinum cha-
"ritatis in ampliande confraternitatis con-
"sortium dilatamus, quanto ad participa-
"tionem fructus hujusmodi ferventius an-
"helamus, unde & vestrarum charitatum
"eminenti, & preclara generositate permo-
"ti, ut & nos in eadem amplius proficia-
"mus, & firmius perseveremus matura de-
"liberatione prehabita plene confraternita-
"tis consortium, bonorum scilicet omnium
"communionem in missis, orationibus, e-
"leemosynis, abstinentiis, & vigiliis, ac
"aliis virtutum exercitiis, que divina cle-
"mentia per presentes nos, & futuros suc-
"cessores nostros in dicto nostro monasterio
"Gottwicensi utriusque conventus digna-
"bitur operari, vobis, & successoribus ve-
"stris in utroque conventu fratrum videli-
"cet, & sororum tenore presentium libere
"concedimus, & impertimur in vita, pa-
"riter in morte, adiicientes nihilominus,
"quod, cum obitus fratris, aut sororis u-
"nius, vel plurium dicti monasterii vestri
"professi, vel professorum nobis intimatus
"fuerit, nomen, seu nomina eorumdem
"nostris annalibus mortuorum libris adscri-
"bemus, & vigilias ac missam defunctorum
"juxta consuetudinem nostri monasterii per-
"solvemus. Sed & singuli sacerdotes, mis-
"sas legentes, singulas missas, clerici ve-
"ro, missas non legentes officium defun-
"ctorum, vesperas scilicet, & vigilias no-
"vem lectionum cum laudibus, conversi ve-
"ro centum Pater noster cum totidem ave
"Maria; sorores autem juxta earum con-
"suetudinem in remedium anime, aut ani-
"marum earumdem dicent, atque persol-
"vent. In quorum omnium testimonium,
"& robur hanc paginam sigillis nostris mu-
"nitam vobis prefatis confratribus nostris
"tradere decrevimus, & exhiberi. Datum
"in monasterio nostro Gottwicensi vigesima
"septima die mensis Septembris, anno Do-
"mini millesimo, quadringentesimo, septua-
"gesimo. (L.S.)

XI. Eodem anno cum monasterio Rottensi ejusdem Ordinis in Bavaria,

Eodem anno inita fuit similis confœderatio cum monasterio sanctorum Marini, & Aniani in Rott cis Oenum in Bavaria ordinis sancti Benedicti diœcesis Frisingensis, ut patet ex sequentibus litteris e suo originali descriptis:

„In nomine Domini amen. Quia frater ad-
„juvans fratrem civitas firma sapientis
„sententia predicatur, & id inter fideles
„vinculo efficiat charitatis, ut quod per
„quemlibet eorum clemens Dominus ope-
„ratur, singulorum meritis tribuat incre-
„mentum. Proinde nos fratres Alexius
„abbas, Leonardus Prior, totusque con-
„ventus monasterii sanctorum Marini epis-
„copi & martiris, & Aniani confessoris in
„Rot cis Enum ordinis sancti Benedicti Fri-
„singensis diecesis matura deliberatione pre-
„habita fraternitatem contrahimus, tenore
„presentium roboramus cum venerabilibus
„ac religiosis in Christo patribus & fratribus
„Domino Ruperto abbate, Priore, totoque
„conventu monasterii S. Petri apostoli in
„Salzburg ejusdem ordinis, & diecesis Salz-
„burgens. decernentes, ut prefati Domini
„& fratres nostri participes sint in vita pari-
„ter, & in morte missarum orationum, ab-
„stinentiarum, eleemosynarum, omnium-
„que bonorum, que in prefato nostro per
„presentes, & posteros nostros divina dig-
„nabitur clementia operari, & nihilominus
„nunciato nobis obitu alicujus prefatorum,
„quem Deus felicem faciat, die competen-
„ti secundum consuetudinem monasterii no-
„stri vigilias, & missas defunctorum perso-
„vemus, & nomen ipsius nostro necrolo-
„gio adnotabitur, & singulis annis eodem
„die in capitulo per devotarum orationum
„suffragia Deo habebimus recommendatum.
„Et si obitus plurimorum fratrum uno tem-
„pore nobis intimatus fuerit, tantum faci-
„mus

„mus pro eis in plurali, quantum pro uno „solo facere decrevimus in singulari. In „quorum omnium testimonium & robur „hanc paginam sigillis nostris munitam pre„fatis fratribus nostris tradere decrevimus. „Datum in monasterio nostro antefato anno „Domini millesimo, quadringentesimo, „septuagesimo die quinta mensis aprilis".
(L.S.) (L.S.)

XII. Et anno 1474. cum monasterio S. Magni O. S. Augustini prope Ratisbonam injerit.

Similem confœderationem, sub hoc Ruperto abbate nostro initam, legimus cum monasterio Ordinis sancti Augustini canonicorum regularium ad S. Magnum Ratisbonæ vigore litterarum etiamnum in originali exstantium sequenti tenore:

„Reverendo in Christo, ac religiosis Do„mino Ruperto abbati, Priori, totique „conventui monasterii S. Petri Salzburge „ordinis sancti Benedicti Patri, ac fratri„bus plurimum nobis venerandis. Erhar„dus Prepositus, Conradus decanus, to„tusque conventus monasterii S. Magni Ri„pensis ecclesie ordinis Sancti Augustini ca„nonicorum regularium in suburbio Ratis„pone, ratisponens. dieceſis post omnium „obsequiorum benivolentiam per virtutum „incrementa, ac devotarum orationum suf„fragia vitam & gloriam consequi sempiter„nam. Cum jure divino lex mutue chari„tatis generaliter omnibus nos obliget, & „efficiat debitores, & quorum erga nos „charitatis, devotionisque affectum certis „experimur indiciis, merito per amplius „reddit obligatos eos quoque obsequiis cha„ritatis, quos fervore abundantius movet „prosequendos. Hinc est, quod vestre quo„que pie devotionis meritis exigentibus „plenam vobis, & successoribus vestris con„cedimus omnium spiritualium bonorum „monasterii nostri participationem, in vita „pariter, & in morte, videlicet missarum, „orationum, jejuniorum, eleemosynarum, „vigiliarum, disciplinarum, ceterorumque „exercitiorum spiritualium, que per nos & „successores nostros divina clementia digna„bitur operari. Nos quoque pari modo, „nostrique successores vestre confraternita„tis participationem sincere affectantes om„nium, & singulorum bonorum, que per „vos, vestrosque successores operari Domi„nus concesserit, participes fieri optamus, „& consortes, quatenus hinc inde per visi„cera misericordie Dei nostri ex multiplici „suffragiorum presidio, & hic a malis pro„tegi, & in futuro mereamur in eterna ta„bernacula introduci. Ut autem hæc ipsa „fraternitas nostra perhenni memorie reser„vetur, eandem presentis scripti testimonio „sigillorum nostrorum prepositure, & con„ventus studuimus appensione muniri. Da„tum in nostro monasterio prelibato sub an„no nativitatis Domini millesimo, quadrin„gentesimo, septuagesimo quarto, vigesi„ma nona quoque die mensis novembris.
(L.S.) (L.S.)

XIII. Nec non diversis annis varias a fidelibus factas fundationes acceptaverit.

Inter bona spiritualia, quæ Dominus abbas noster promovere conabatur, dignum sibi locum vendicant fundationes, quales non paucæ factæ fuerunt sub regimine Ruperti abbatis, ex quibus aliquæ legitime reductæ, aliquæ permutatæ fuerunt, aliæ in suo vigore persistunt. Nos primas damus, quamvis non ordine chronologico, DD. Joanni archiepiscopo hujus sedis, ejusdem nominis III. qui communiter Joannes Vitesius vocatur. Hic Reverendissimus Dominus archiepiscopus fundavit in ecclesia nostra anniversarium in quadragesima celebrandum, deditque monasterio centum viginti octo libras nummorum, fueruntque desuper erectæ prolixæ fundationis litteræ feria sexta ante festum sanctæ Luciæ anno 1489. quarum litterarum initium damus:

„In den Nammen der heilligen, und unge„tailten draifaltigchait. Amen. Wir Jo„hannes von Gottes genaden Erzbischoven zu „Saltzburg, Legat des Stuels ze Rom ꝛc. be„chennen, und thuen chund allen, und yegli„chen gegenwertigen, und zuekünfftigen zu evi„gen zeiten, das wir angesehen, und betracht „haben das churtz zeitlich, und zergänglich le„ben hie auf Erdten, und das ein yeder mensch „nach seinem Todt nichts mehr dannen bringt, „dan die gutthat, die er hie auf Erdte voll„bracht hat, und demnach so haben wir Gott „dem allmächtigen zu Lob, und der lobsamen „Kinigin Mariæ und allen Heiligen zu ere, und „um merung willen des Gottsdienst, auch „durch unßer, und unßern Vorvordern, und „nachkommen Sellen Hail willen und sunder „zu Trost allen glaubigen sellen ainen ewigen „järlichen jartag zu sand Peter hie in chloster „zu stüfften fürgenommen, stüfften den auch „wissentlich in chraft des Briefs, nemblich, „das unser lieber in Gott, Ruprecht Abbt, „Virgili Prior desselben chloster zu sand Peter „hie zu Salzburg, ir nachchommen, und das „Convent daselbs uns alljar ferlich, und ewig„lich ausrichten, und vollbringen sollen ꝛc."
Anno 1480. tenore prolixi instrumenti 13. Februarii cum fide notarii erecti R. D. Laurentius Paumgartner Parochus in Guttaring in Carinthia fundavit anniversarium, & monasterio dedit vineam Leibnitz in Styria, quæ tamen vinea dudum fuit vendita, & pro comparando alio bono permutata. Anno 1482. alius Dominus Parochus, & quidem in abbatis augia, nomine Ulricus Aczinger pro se, & fratre suo Joanne Aczinger ordinavit anniversariam sui memoriam per annuam missam cum vigilia defunctorum celebrandam circa festum S. Margaretæ, pro qua fundatione dedit prædium Schweinberg in officio Pinzgeu situm, ut patet ex litteris fundationis germanice scriptis, & roboratis dicto anno die cathedræ sancti Petri. Similiter R. D. Joannes Schorn parochus in Bischoffhoven legavit in testamento viginti octo libras denariorum monetæ nigræ pro annua missa, qui supre-

mum vitæ diem clauſit anno 1480. Alius Sacerdos fæcularis D. Matthæus Rein anniverſarium ordinavit in monaſterio monialium noſtri ordinis, quæ non procul habitabant, celebrandum, deditque anno 1477. unam pecuniæ libram ex quodam prato, Wolfkorb dicto, ſumendam, quod pratum erat in officio Spital. Anno 1476. Dominus Chriſtophorus Trauner fundavit lumen in capella Sanctæ Catharinæ, & quotidianum Salve Regina in quadrageſima, pro qua fundatione dedit monaſterio curiam Gorshaim in parochia Ottingen, & præfectura Tetlhaim in officio Weildorf, ut patet ex litteris datis ſupradicto anno feria quinta, poſt feſtum S. Eraſmi. De fundata miſſa a D. Joanne Preis in capella S. Wolfgangi, ſeu ut vulgo dicitur, S. Benedicti, in hodiernum diem exſtat memoria; legitur enim ſingulis feriis ſextis in dicta capella: fundatio autem facta fuit anno 1489. De aliis quoque factis fundationibus legimus, quod anno 1470. quidam Henricus Willdorfer in ſæpedicto monialium monaſterio fundaverit anniverſarium, & aſſignaverit unam libram pecuniæ ex aliqua domo in Gſtetten percipiendæ: quod eodem anno quidam Andreas Schwaiger fundaverit anniverſarium in eccleſia noſtra, & unam libram pecuniæ dederit ex aliqua domo in Chay annuatim colligendæ. Rurſus pro tali anniverſario civis quidam Salisburgenſis Joannes Zieglmaiſter anno 1482. dedit duas nummorum libras perpetui cenſus præſtandi ex quadam domo cis pontem. Anno 1485. alius civis, dictus Joannes Murauer, pro ſolatio animæ defuncti ſoceri ſui Georgii Glopitſcher aſſignavit duas libras pecuniæ ex quadam domo in via Noñbergenſi ſita colligendæ, uti patet ex litteris datis eodem anno feria quinta poſt feſtum S. Laurentii. Anno 1490. Nicolaus Heinrichſtorfer dedit nobis curiam ſuam in Perndorf adjacentem cœmeterio in officio noſtro Ehing, ſeu Lauffen, ut pro ipſo habeatur anniverſarius ad altare S. Joannis Baptiſtæ, & datæ ſunt litteræ in feſto S. Georgii. Pro Paulo Aigl ejus conſanguinei anno 1495. fundarunt anniverſarium, & lumen in eccleſia S. Margarethæ, & dederunt monaſterio duas libras nummorum annuatim ex quadam domo in Goldgaſſen pendendas. Anno 1472. Echardus, & Joannes Flamelspergii cum uxoribus, & familia fundarunt anniverſarium, & aſſignarunt in quadam domo trans pontem aliquam penſionem annuam duarum librarum nummorum. Et denique eodem anno Rupertus Schraiberger dedit decimas in Ranach, & voluit haberi anniverſarium, cujus etiamnum memoria exſtat, pro iſtis decimis autem nonniſi quinque ſolvuntur floreni. Atque iſtæ ſunt præcipuæ fundationes, quæ ſub Ruperto abbate factæ fuerunt, qui in promovendis bonis ſpiritualibus, ut hactenus dictum fuit, omnem ſollicitudinem impendit.

XIIII. Quarto: quod variis annis varia bona tam titulo emptionis,

Progrediendum nunc ſpecialiter ad illa, quæ temporalem monaſterii utilitatem ſpectant, quam omni conatu, accedente præprimis divina benedictione, per varios modos, emptiones, donationes, permutationes, locationes, & venditiones promovit hic paterfamilias ſumme induſtrius, Rupertus abbas. Non tantum ſcriptores noſtri in relictis manuſcriptis, aut impreſſis catalogis teſtantur, quod hic Dominus abbas multa prædia, & annuos cenſus monaſterio adjecerit, atque eapropter aliquot florenorum millia expenderit, verum etiam id teſtantur documenta authentica, litteræ emptionis originales, quarum ſynopticam notitiam lectoribus damus. Sic ex litteris datis feria ſexta poſt feſtum S. Urbani anno 1488. habetur, quod a Domino Georgio Wispek camerario Salisburgenſi hæreditario curiam, Titlprun dictam, ſeu Oberhof in parochia Pollingenſi, & præfectura Tittmoningenſi unacum quatuordecim domibus emerit, quæ emptio per litteras admodum prolixas deſcriptæ, & roborata eſt. Anno 1483. emit Dom. abbas duo bona, ſeu prædia in Pinzgeu, Vorfuſch appellata, a D. Salomone Chendler, quæ ſita ſunt in parochia Zellenſi, & præfectura Daxenbacenſi, uti legitur in litteris pariter longis, & datis feria quinta ante feſtum S. Bartholomæi anno, ut ſupra notatum eſt. Aliud prædium, dictum Au in Empach, in parochia Daxenbacenſi, in officio Pongeu, emit anno 1491. a Sixto Brunmeiſter, & Catharina ejus uxore, uti probant litteræ emptionis, quæ erectæ fuerunt in dominica Lætare. Iterum emit D. abbas prædium quoddam, Ebbing dictum in officio Milldorf, quod ſitum eſt in parochia Mettenhaimenſi, & præfectura Kraiburgenſi ab Urſula, nata Ziernbeegerin, & uxore Henrici Daxberger, qui & hanc emptionem ſigillo ſuo roboravit vigore litterarum, quæ datæ fuerunt anno 1491. feria quinta poſt feſtum S. Annæ. De eodem anno teſtes ſunt litteræ ſcriptæ, & roboratæ feria quarta ante dominicam paſchæ, quod a Ruperto Elſenhaimer cive Salisburgenſi hueba quædam empta fuerit, quæ dicitur Clebhaim, quæ eſt in parochia Tridofing, & præfectura Tittmoningenſi. Anno ſequenti, id eſt, 1492. ab alio Joanne Elſenhaimer cive Salisburgenſi aliqua prædia, in officio Seekirchen ſita, comparavit Dominus abbas, quorum prædiorum nomina ſunt Wilcherſchwand, Obernwis cum ſuo molendino, & Langenreith, prout leguntur in litteris emptionis, quæ dominica Reminiſcere in quadrageſima fuerunt erectæ. De anno eodem teſtantur emptionis tabulæ, quod monaſterio hoc titulo accreverit prædium Durlaching in officio Tittmoningenſi, quod Dom. abbati vendidit civis quidam Hallenſis Joannes Tallhamer. Anno 1495. iterato Dominus abbas comparavit monaſterio duo bona in officio Weiſſen-

seupach sita, quæ vocantur Ober-& Nidergeirspichl, sita in parochia Kuchlensi, & præfectura Gollingensi, quæ bona nostro monasterio vendidit Dom. Gabein Trauner, tunc temporis præfectus in Haunsperg tenore litterarum, quæ signatæ, & sigillo roboratæ sunt dicto anno sabbato ante festum corporis Christi. Eodem anno, qui fuit ultimus vitæ abbatis Ruperti V. emit prædium Grindleinsrott in officio Milldorf, situm in parochia Obernbergchirchen, & præfectura neoforensi in Bavaria a quodam Joanne Rotter, de quo, qualis conditionis fuerit, non exprimitur; litteræ autem datæ fuerunt Sabbato ante festum S. Antonii. Ad has emptiones, quæ magis præcipuæ sunt, spectant etiam quædam minoris considerationis, quæ annis præcedentibus factæ fuerunt, & quidem anno 1477. emit Dom. abbas a Casparo Laubinger, cive Salisburgensi, pratum aliquod Wolfharb prope Münichhausen, & Blaich, quæ emptio facta fuit in die S. Benedicti. Anno 1482. emptum fuit a Georgio Aigl dominium directum ad bonum Parsch. & anno 1488. a R. D. Joanne Schorn, Parocho in Bischoffhofen: emit aliquot agros, & prata, ut probant litteræ, sigillo roboratæ, & datæ dicto anno in die S. Viti. Emit etiam sæpedictus D. præsul in variis officiis nostris, ut ex antiquis urbariis colligimus, plurimos census annuales, qui monasterio debuerunt præstari, quibus tamen emptionibus, cum magnæ attentionis non sint, prolixius recensendis supersedemus.

XV. Quam titulo donationis, aut aliis modis comparaverit,

Præterquam autem, quod Dom. abbas titulo emptionis multa bona comparaverit monasterio, exstant pariter vestigia, & authentica documenta, quod etiam titulo donationis, aut aliis modis quædam utilitates accreverint, nec non providus Pater per concessiones in emphiteusin, aut locationes bonorum monasterii bonum promovere studuerit. Anno 1482. Chunigunda Althaimerin Stephani Althaimer, civis Salisburgensis, uxor, ex quadam gratitudine, propter accepta quædam a monasterio beneficia, donavit unam libram nummorum perpetui census colligendi ex quodam horto in monte monachorum, quem olim Rupertus Froschlmoser possedit, uti colligitur ex litteris dicto anno dominica Oculi, seu tertia in quadragesima datis; quæ tamen donatio aliquam obligationem duarum missarum habuit annexam. Anno 1488. D. Jacobus de Turn archidapifer Salisburgensis liberavit, & exemit ab obligatione feudali prædium nostrum Thierhaim in officio Vihausen, ut patet ex sequentibus litteris, quæ allegari merentur:

„Ich Jacob von Turn zu Neúpeúrn Erb-
„schench des Stúfts Salzpurch bechen of-
„fentlich mit dem Brieve fir mich, all mein er-
„ben, und nachchommen, und tuen chunt al-
„len, den er fürchumpt, das ich auf Anhal-
„ten, und Bette des erwirdigen in Gott Vat-
„ter, und Herrn Herrn Ruprecht Abbt zu sand
„Peter zu Salzpurch sand Benedict Orden,
„ime, seinen nachchommen, und Gottshaus
„das viertail, so im durch erb zuegestanden
„auf den Keserhof gelegen in Siezenhammer
„Pfarr, und Urbargericht, von mir, und
„meinen Name ze lehen ist, gefreüet habe, und
„hiemit freü solcher Lehenschaft dem bestimm-
„ten Gottshauß zu Nutz, auch mir, und mei-
„nen nachchommen zu ere, hilf, und belan-
„nung von Gott gantz abstehe, und verzeihe an
„sein, und ir nachchumpen nichts mehr zu spre-
„chen, noch zu suechen in chain weiß, mügen
„auch vormelts viertail gebrauchen nach ihrer
„Notdurft, wie ander ir, und des Gottshaus
„freü aigen güeter an meniglich irrung treülich
„angevár. Des zu urchunt gib ich den be-
„nannten Herrn, und seinen nachkommen die-
„sen Briev mit meinen aigen anhangenten in-
„sigl verfertiget, der geben ist an sand Andreas
„tag des heiligen zwölfpotten, als man zahlt
„nach christes gepurd vierzehenhundert, und in
„dem acht und achtzigsten jare". Hucusque litteræ a feudali obligatione eximentes. Iterum Dominus abbas titulo hæreditatis anno 1492. accepit prædium Prughof, quod situm est in officio Tittmonning, uti probant prolixæ litteræ, quæ datæ fuerunt dicto anno feria tertia ante festum S. Luciæ. Eodem anno accidit quædam bonorum permutatio, haud dubie utrique parti perutilis; nam Dominus abbas noster Domino Wilhelmo Graf de Schernberg t. t. præfecto in Radtstadt, ejusque hæredibus dedit quædam bona antea ad monasterium spectantia, videlicet molendinum Schwarzach cum omnibus annexis, nec non duas alpes Heikör, & Steinveld, quæ bona nullis oneribus ex parte dominii directi erant gravata: monasterium autem accepit alia bona, quæ vocantur Lintall, Mosatlehen, Chirchstein, & Millpach in parochia Bischoffofiensi, & præfectura Wersensi sita: ad officium autem nostrum Pongeu pertinentia, uti habetur in litteris, quæ datæ sunt in die S. Ambrosii.

XVI. Per concessiones in emphiteusin bonum monasterii promoverit, nec non

Huc etiam merito spectant quædam bonorum in emphiteusin concessiones, per quas Dominus abbas, tanquam Dominus directus novos emphyteutas constituit, & per hoc bonum monasterii promovit. Anno 1466. in emphyteusin dedit prædium Waltpichl, situm in Gnigl in præfectura Neuhaus in nostro officio Spital, Paulo de Haperg ejusque hæredibus, uti probant prolixæ litteræ, quæ datæ fuerunt in die S. Dionysii. Similis concessio facta fuit eodem anno Stephano Kuchelmeister civi Hallensi, ejusque uxori Annæ ex speciali gratia circa curiam Ahausen, quæ sita est in Kuchlthall. Anno sequenti, id est 1467. Margarethæ Hofkircherin in Obing concessit in emphiteusin prædium Hag in officio Milldorf, quod situm est in præfectura Ottingana. Anno 1473. datum fuit cum debitis

bitis præſtandis prædium Fürnberg prope Parſch, quod ſitum eſt apud Pirglein non procul a civitate, cuidam Nicolao Haidlberger (qui erat, ut habent antiquæ litteræ des gnedigen Herrn von Salzburg drumeter) & uxori ejus Erentrudi, quod tamen prædium modo apud monaſterium non amplius exſtat, ſub eodem autem abbate anno 1485. hoc idem prædium conceſſum fuit Domino Georgio Waginger conſuli Salisburgenſi: quo autem modo hoc bonum permutatum, aut venditum fuit, conſequenter a dominio directo avulſum, hactenus non conſtat. Rurſus anno 1478. accepit in emphyteuſin Leonardus Pabl, civis Salisburgenſis hortum quemdam prope Pergſtraſſen pro annuo cenſu ad feſtum S. Rudberti præſtando ſeptem ſchilligorum, & duodecim nummorum monetæ Salisburgenſis. Anno 1484. Jobſt Welzhofer, & hæredes dimidiam huebam, ſeu curiam in Pietting in officio Vihauſen: anno 1489. Chriſtian Lechner in Dirnberg curiam quamdam ſic vocatam, & Schwaigam Schwalberalm in officio Weiſſenpach pro annuo conſu trecentorum caſeorum, quorum unus quinque numinos bonæ monetæ Salisburgenſis in ſua æſtimatione habere debet; & anno 1492. Dominus Wolfgangus Klueghamer præfectus in Milldorf aliquot bona, & decimas in præfectura Landavienſi ſitas in emphytheuſes acceperunt. Ejusmodi conceſſiones etiam factæ ſunt anno 1493. Erhardo de Weildorf circa pratum Hernwiſen apud Schugen in officio noſtro Weildorf pro annuo cenſu dimidiæ libræ nummorum Salisburgenſis monetæ cum aliis annexis obligationibus, & anno 1494. cuidam Henrico Dicher molendinum noſtrum apud Parſch in officio Spital pro annuo cenſu ſex ſchillingorum nummorum cum aliis pro emphyteutis conſuetis obligationibus fuit relictum. Et hæc de conceſſionibus in emphyteuſin, in quibus tamen bonis tot annorum lapſu varias mutationes, & alienationes interceſſiſſe facile credi poteſt.

XVII. Varia bona ad certum tempus non ſine utilitate locaverit.

Locavit autem Dominus Abbas & alia bona ad certum tempus non ſine, ſaltem præſentanea, monaſterii utilitate. De anno 1460. exſtant in antiquo copiarum libro reverſales quædam litteræ Friderici Kollnitſch, ex quibus colligitur, quod eidem conceſſum fuerit jus, quod vocabatur Baumannsrecht, in prædium noſtrum Ainöden, & Tenkenreith in officio Pinzgeu. Anno 1474. locatum fuit cuidam Wolfgango Hopel domus cum horto, quæ dicitur Weingarten, non procul a civitate in Nonntal ſita, pro annuo cenſu novem ſchillingorum monetæ currentis, & uſualis. Tenore litterarum reverſalium D. Gabein Trauner præfecto in Haunſperg locatæ fuerunt ad dies vitæ duo prædia in Pabig in officio noſtro Ehing pro annuo cenſu trium ſchillingorum, & duodecim nummorum. Anno 1488. bonum noſtrum urbaricum liberum locatur Georgio Schwarz, uxori; & libris cum annuo cenſu quatuor librarum nummorum, nec non cum aliis annexis obligationibus, ſed nonniſi ad dies vitæ. Ad eundem terminum per locationem accepit Martinus Langboter curiam Caſperg in officio Seekirchen in parochia Henndorf, & præfectura Altentan ſitam. Similiter Paulus Tunchl civis Salisburgenſis cum uxore, & liberis ad dies vitæ accepit titulo locationis aliqua prædia ex curia Münichhauſen ſeparata, quæ vocabatur Zieglwisreut; & Voglſang pro annuo cenſu quinque librarum monetæ Salisburgenſis incluſa etiam decima. Minoris conſiderationis ſunt quædam domorum, hortorum, & vinearum locationes, quarum brevem notitiam damus. De anno 1489. adſunt reverſales litteræ a quodam Domino Henrico Rieger Licentiato, quod eidem locata fuerit ad dies vitæ domus ad ſanctam Magdalenam in Chay. In alio copiarum libro de anno 1484. legitur ſub titulo Vichhauſen, quod Joanni Klee Scribæ in Halla divite locatus fuerit hortus in Weideapach prope monaſterium ſancti Zenonis. Anno 1494. locavit D. abbas Domino Ludovico præpoſito in dicto monaſterio tunc temporis officiali Salisburgenſi aliquam domum, quæ olim prope eccleſiam parochialem hic ad monaſterium ſpectabat. Tenore prolixarum litterarum de anno 1469. Domino Chriſtophoro Trauner Marſchallo aulico, & præfecto in Haunſperg locatæ fuerunt decimæ in Ernſting, Oberndorf, & Sauldorf. Litteris datis in die Georgii anno 1471. fatetur Dominus Fridericus Waſeneker parochialis eccleſiæ in Aniff rector, quod ex ſingulari gratia eidem ad revocationem conceſſæ, & locatæ fuerint decimæ pro certo annuo cenſu. Similiter decimæ in Puech, & Oberalm locatæ fuerunt cuidam Joanni Schrotter in Puech, ut legitur in litteris datis anno 1476. in die S. Urbani. Hæ, & ſimiles aliæ locationes, maxime decimarum ad certum tempus, quæ vel inde exigui momenti ſunt, ſub regimine Ruperti abbatis ſunt factæ.

XVIII. Quinto: quod Præpoſituram Wiettingæ, cujus ſpecialem curam habuit,

Inter acta hujus præſulis, optime meriti, etiam recenſeri meretur, quod præpoſituram Wiettingæ, cujus ſpecialem curam habuit, non tantum a multis moleſtiis, quas paſſa fuit a quodam Greiſenechio, qui advocatiam prætendit, liberavit, verum etiam, dum præpoſitura 1480. a militibus hungaricis capta fuit, poſt decennium tandem redemerit. Erat Dominus abbas illo anno, videlicet 1466., quo erat in abbatem electus ipſemet præpoſitus Wiettingæ, unde poſt electionem ſuæ perſonæ anno adhuc currente de idoneo viro dictæ præpoſituræ providit, atque ſubditis per litteras ſequentes conſtituit P. Antonium Griesman, quæ litteræ in aliquo antiquo copiarum libro leguntur, & hujus tenoris ſunt:

„Unſern Grues bevor. Als wir nach Abgang „unſers Vorvordern Abbts Petern ſäli-

ger

„ger Gedachtnuß nach willen, und Ord„nung Gottes Herrn zu der Prelatur unseres „wirdigen Gotshaus sand Peter hie zu Salz„burch fürgenommen, und chommen sein, ha„ben uns andere merchliche Geschäfft verhin„deret, der Ursach haben wir bisher nit mach„ten ainen andeern Probst an unser Statt da„hin gen Wieting sezten. Nun haben wir, und „unser Convent ainträchtiglich fürgenommen, „und zu einen Probst unser Herrschaft Wiet„ting gemacht unsern lieben andechtigen Con„vent Pruedern Anthoni, den wir mit dem ge„genwertigen Brief zu eüch schüchen, darauf „befelchen wir euch allen, und yedlichen mit „ernst, und schaffen, daß ir denselben unsern „Prueder Anthoni für eüren Probst habt, eret, „und erkennet, im all ränt, und gilt, auch „alle Vordrung raichet, und zallet in allen sa„chen, als ir dan mit sambt eüren Vorvor„dern durch eüer Gelübt gepunden, und schul„dig seint, gehorsam tuet, und beweiset, dar„an tuet ir unseren willen, und erfüllet eüer „gelibd, unn was er hinwider als ein Probst „gegen ey tuen soll, hat er von uns in ernstli„chen Befelchen des alles willig zu seyn, wo „aber euch mangeln daran würd, so sein wir „allzeit willig, wan ir das an uns bringet, „fürderliche, und billige wendung darinnen „tuen. Ob aber eyer ainer, oder mer demsel„ben unsern Brobst nit billichen gehorsam tätt, „des wir nit getrauen, so müesten, und woll„ten wir denselben als einen ungehorsamen für„nemmen, und zu gehorsam, wie sichs gebürt, „bringen. Datum Saltzpurch feria VI. ante „Lucie anno Domini LXVI“ Post ita ordinatum novum præpositum variis modis bonum præposituræ promovere studuit. Ex quibusdam litteris datis eodem anno, & quæ in eodem copiarum libro leguntur, colligitur etiam, quod fratribus suis Wiettinganis scripserit, se proxime esse venturum ad inspicienda ratiocinia, ob quam causam necessarias dispositiones facere haud negligant. Dum ex mandato cæsareo illo tempore milites oportuit conscribere, anno videlicet 1470., & speciatim, id etiam fieri debuit in carinthia propter dictam præposituram nostram, non tantum suo Præposito has litteras cæsareas misit, verum etiam, ut pro hisce expensis steuræ a subditis colligantur, auxilium petiit a Domino Andrea Greisenecher, qui advocatus Wiettinganus, seu Dominus Vogteticus vocatur, a quo tamen, an opem tulerit? merito dubitatur.

XIX. Non tantum anno 1467. a variis molestiis liberaverit,

Nam ut copiosa exstant acta, inter hunc Dominum Andream Greissenechium, & abbatem Rupertum ob præposituram nostram Wiettinganam tot & tantæ fuerunt lites, & controversiæ, quæ Rupertum abbatem nostrum coegerunt apud Imperatorem augustissimum Fridericum III. patrocinium quærere, quod & abbas noster obtinuit, uti patet ex duabus litteris cæsareis, quarum tenorem damus, & quidem primæ litteræ cæsareæ ita habent: „Wir Friederich „von Gottes genaden Römischer Kaißer, zu „allen zeiten merer des reichs, zu Hungarn, „Dalmatien, Croatien ꝛc. König, Herzog ze „Oesterreich, ze Steüer ꝛc. entbüetten unsern „getreüen des ersamen geistlichen unsers lieben „andächtigen des Abbts zu sand Peter zu Salz„burg laiten und holden gemeiniglich in unser „Vogtay ze Wietting gehörent, den der Brief „gezaigt wird, unser Genad, und alles guets. „Wir lassen ey wißen, daß wir unseren getreuen „lieben Andreen Greisenecher, unsern rat, ietzt „geschrieben, und bevolchen haben, sich der „berührten unser Vogtay, so wir im untz auf „uns verer geschefft, und befelchen innezehaben, „und zu verwesen bevolchen haben, unverziehen „zu entschlagen, und firan damit nichts zu tuen, „noch ze schaffen ze haben nach laut unseres „Briefs darum ausgangen. Empfelchen wir „ey allen, und eyer jeden besonders ernstlich, „und wellen, das ir dem benannten Greissene„cher mit den Vogtrechten, robaten, und in „ander weg, so ir uns derselben Vogtay ha„ben ze raichen, und ze tuen schuldig seyd, hin„fir chain gehorsam nit tuet, noch im die rai„chet, sondern die inhaltet, und niemands an „unser sunder geschäft, und befelch gebet, und „und darinn nichts anders thuet. Das ist un„ser ernstliche Mainung. Geben in der Neyn„statt an mittichen nach Michelstag Anno Do„mini &c, LXVII. unsers Kaiserthums im „sechzehenten iar“.

„Commissar. Dom. Imerator mppr“.

Alterum mandatum anno sequenti directum fuit ad Dom. Præpositum in Wiettiug his verbis: „Wir Friederich von Gots „genaden römischer Kaiser ꝛc. ut supra: ent„büeten dem erbarn, geistlichen, unsern lieben „andächtigen ⁂ dem Brobst zu Wietting „unsere genad, und alles Guets. Als wir un„sern getraien lieben Sigemunden Kreützer un„sern Rat, und Verweser unser Hauptmann„schaft in Kernthen geschrieben, und bevolchen „haben unßer Vogtay zu Wieting von unsern „wegen inzehaben, und zu verwesen nach laut „unsers Briefs darum ausgangen, vernemmen „wir, wie unser getreyer Andre Greissenecher „unser Vogtrecht von den Leuten, und holden „dieselb unser Vogtay gehörent sin, und sin er„vordert, die von uns gerechtigkeit zu haben „mainet, empfelchen wir dir ernstlich, und wel„len, das du bei denselben Leuten, und holden „darob seyst, daß sie dem benannten Greissen„echer, noch andern dieselben unser Vogtrecht „nit geben, noch raichen, sondern die untz auf „unserer Verer geschesst, und Bevelchen inn„halten, und darinn nichts anders tuen ver„manet, dan derselb Greissenecher icht gerech„tigchait von uns ze haben, unß die alsdann „firbringe, so wellen wir die hören, und uns „darinn nach billichen halten. Daran tuest du „unser ernstliche Mainung. Geben ze Grätz „an freitag sand Matias abent des heiligen „zwölfpotten. anno Domini LXVIII. unsers „Kaiserthumbs in sechzehenten iar“.

„Commissar. Dom. Imperator“.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

XX. Verum etiam eandem a militibus per 10 annos poſſeſſam denuo redemerit.

Verum in aſperrima fata ſub abbate Ruperto V. incidit hæc præpoſitura Wiettingana, dum nimirum anno 1480. hungarici milites, incenſa domo, dictam præpoſituram occupabant, & per annos decem continuos cum omnibus redditibus poſſidebant non ſine magno monaſterii detrimento, quam denique ipſe Dominus abbas non ſine magnis expenſis finito decennio redemit. Ut autem hujus calamitatis, qua non tantum unus locus privatus, qualis erat hæc præpoſitura ad monaſterium noſtrum ſpectans, verum etiam magna pars provinciæ Salisburgenſis premebatur, plenior notitia habeatur, ſciendum eſt ex hiſtoria Salisburgenſi quod præſertim ab anno 1479., & ſequentibus ſub Domino Bernardo de Rhor, archiepiſcopo hujus ſedis, fuerint tempora admodum calamitoſa; poſtquam enim bonus archipræſul Bernardus variis ex cauſis offendit Fridericum III. Romanorum Imperatorem, omnium malorum iliadem tam ſibi, quam & provinciæ ſuæ invexit: ſummæ offenſæ radix fuit, quod Bernardus archiepiſcopus reſignationem muneris archiepiſcopalis Cæſari promiſſam retraxerit, quæ dignitas archiepiſcopalis jam tacite pro Joanne epiſcopo Strigonienſi deſtinata fuit. „Hæc ita geri", ait probatus hiſtoricus Salisburgenſis Marcus Hanſizius in vita archiepiſcopi Bernardi num. XIX., quod videlicet Dominus Bernardus archiepiſcopus omnia pacta, & promiſſa reſciderit, ad ſedem apoſtolicam, & ad Electores Imperii provocaverit, „quum viderent oratores „Cæſaris", pergit citatus author, „Majeſtatemque imperatoriam adeo deluſam, incaſſum ſtomachantes acta ſuperiora in medium producebant; ad extremum gravia „quæque comminati, verbisque probroſis „per procuratorem fiſcalem excuſſis receſſerunt. Imperator, ut erat ingenii cœteroquin ab ira, & armis alieni, tamen his rebus cognitis ultionem aggreſſus eſt; muniones omnes, & caſtra, quæ Salisburgenſium ſunt, per Auſtriam, & Styriam occupari mandavit: caſtra Tekenprun, & „Vonsdorf funditus evertit, vinum, & reditus alios intercepit, prohibuit, ne monaſteriis, vel aliis eccleſiis conſueti cenſus „penderentur: ne quisquam mercatorum „Salisburgenſium negotiaretur in Auſtria, „atque talia. Præterea juſſit occupari res „omnes, & fructus epiſcopi Seccovienſis „Chriſtophori Trautmanſtorfi, qui in ſuſpicionem venerat compoſiti cum Bernardo „conſilii. Mox injectæ manus a quodam „Seiſenekio auſtriaco in rem vinariam Salisburgenſem, aliaque deſignabantur in odium præſulis, ob quæ is primum vocato „ſuorum ordinum concilio, quid mentis adverſum ſe gerent, exquiſivit, audiebatque „cum gaudio potiores, quum dicerent, adverſum invaſores omnes, etiam contra Cæſarem præſto futuros. Suſpecti tamen erant cives Salisburgenſes, quorum ſermo „palam efferebatur, ſe nolle cum Cæſare „inimicitias ſuſcipere. Quare caſtrum civitatis novis operibus emunivit (nimirum „Bernardus archiepiſcopus) ibidemque per „potiſſimum anni ſpatium habitabat metu „oppidanorum, viamque inde averſam conſtravit, qua verſus vallem ſanctimonialium „vulgo Nunnthal, deſcenditur. Et quoniam „opes domeſticæ adverſus vim cæſaris haud „valebant, ingreſſus conſilium, periculi plenum, imploravit Mathiam Hungariæ Regem, quem advocatum, & protectorem „eccleſiæ ſuæ conſtituit, inito cum eo fœdere per tabulas ultro citroque firmatas, in „quibus illud maxime pactum erat, ut caſtra, & oppida, quæ Salisburgenſium ſunt, „Stiriam, & Carinthiam, regium præſidium „recipiant, ſic tamen, ut inde eccleſia nullum jurium aut utilitatum ſuarum detri„mentum capiat". Et poſt pauca interjecta, quæ ſcopo noſtro non ſerviunt, idem celebris hiſtoricus num. marg. XXI. hiſtoriæ ſeriem ita proſequitur: „Adventabant „jam copiæ Mathiæ Regis. Archiepiſcopus „ex pacto dimiſſis in Styriam, & Carin„thiam ſimul nunciis, & litteris mandavit, „locis omnibus Hungaros accipi. Primum „occurebat oppidum Petovienſe: id nuper „Burchardus de Weispriach archiepiſcopo „Germano ſuo Sigismundo, ac duobus ejus „filiis Andreæ, & Ulrico poſſidendum tra„diderat, ad hæc libras octingentas nigræ „monetæ, quoad vita ſuppederet, tollen„das". - - - Et poſt pauca: „Subinde ca„ſtris etiam Liechtenwald, & Landſperg ab „Rege manus militaris imponitur. Hæc „anno 1479. fiebant; deploratque anony„mus petrenſis etiam Wiettingam, qui lo„cus monaſterii S. Petri eſt haud procul Fri„ſaco, circa feſtum S. Luciæ in manus Un„garorum deveniſſe". Hucusque, & ſatis autor præallegatus ad noſtrum propoſitum: ex qua relatione, ſicut etiam ex noſtris antiquioribus, & novioribus chronicis conſtat, qua ratione præpoſitura Wiettingana, ad noſtrum monaſterium ſpectans in manus hungarici militis devenerit, quæ anno 1480. circa feſtum S. Joannis Baptiſtæ, uti manuſcripta noſtra perhibent, a militibus Matthiæ Regis, amici quidem D. Bernardi archiepiſcopi, fuit occupata, & quidem per decem annos, non obſtantibus multis precibus noſtris poſſeſſa, quam tandem noſter Rupertus abbas 1490. a Capitaneo hungarico libris denariorum ducentis redemit circa feſtum S. Michaelis anno ſupradicto, currentis ſæculi nonageſimo.

XXI. Denique poſtquam 16. annis ſub DD. Bernardo de Ror non ſine adverſis,

Præſul hic de monaſterio optime meritus univerſim, ut jam ſupra dictum, in gubernatione ſua abbatiali annos viginti novem, & quidem ſexdecim ſub Bernardo de Ror, reliquos autem tredecim ſub quatuor archipræſulibus complevit. Quis Dominus Bernardus de Ror in ſua ſede archiepiſcopali fuerit, ſatis loquuntur chronica Salisburgenſia impreſſa, ſpeciatim infelix ipſius regi-

regimen describit perillustris Dückerus, & fusius historicus Salisburgensis Marcus Hansizius in vita ipsius: unde admodum credibile, quod etiam abbas noster multa adversa tulerit ipso regnante, prout etiam dictus historicus speciales quosdam casus allegat, quos & nos pro veritate rei historicæ narramus de verbo ad verbum, prout descripti sunt in citato opere Hansiziano in vita DD. archiepiscopi Bernardi a n. marg. VIII.; sic autem incipit ejus narratio: „Quæ, „quum archiepiscopus pro officio foris age„ret, domi potestatem ultra, quam par erat, „explicuit: ex quo rebus deinceps parum „prosperis usus est. Refert anonymus pe„trensis non nulla, quæ in detrimentum mo„nasterii S. Petri fiebant. Rupertus Frötschl„moser civis Salisburgensis ex aquæ ductu, „qui in Albam defluit, aquam deducere do„mum suam instituebat per cannas subter„raneas. Quam ob rem perfodienda erant „fundamenda ædium, quæ in vico Tten„gassen sitæ sunt. Id consilium monasterio „Sancti Petri vergebat in fraudem: igitur „abbas Rupertus novum opus nunciat, in„terdictum edit, contra quem civis judicium „postulat. Constituuntur judices, quos ab„bas haud modica mercede e Bavaria evo„cavit consiliarii quidam Ducis. Hi senten„tiam secundum abbatem tulerunt manda„tum civi, ut ab incœpto desisteret: qui „minime adquiescens per homines quosdam „archiepiscopo gratiosos potestatem obtinet „ædificandi pro arbitrio, auditaque vox præ„sulis, se Dominum esse civitatis, posse fa„cere, quod liberet. Inde alienatis ani„mis (odimus enim fere quem læsimus) „potestatem omnibus fecit lignandi in silva „petrensi Lofer nuper exusta. qua venia ci„ves opulenti pariter, ac inopes usi strenue „sunt". Et post quædam interjecta n. X. ita narrationem suam historicam prosequitur sæpe citatus author. . . . „Neque Salis„burgi res erant pacatæ. Vitam anno 1474. „clauserat parochus in Salina, seu Hallein, „Udalricus Mantl die 25. Martii. Jus præ„sentandi ad abbatem sancti Petri spectabat: „ad hunc Bernardus quosdam e suo senatu „allegat, petituros, ecclesiam conferri „Georgio cuidam Priefero. Preces erant „ejusmodi, quæ repulsam non ferebant. „Abbas odoratus, quod res erat, causatus „morbum, nuntios non statim admisit. Cœ„nobita petrensis in chronico mentionem „haud facit morbi, chronicon tamen Salis„burgense ait, abbatem pro tunc graviter „ægrotasse, sic, ut pedibus consistere non „posset, portareturque in gestario. Nuntii „moram indignati redeunt ad præsulem, qui „se contemptum interpretans parochiam in „vestigio tradidit Georgio prædicto. Abbas „Erasmum Murauer, protonotarium con„sistorii, cui beneficium illud destinaverat, „ablegat Augustam Vindelicorum ad nun„tium apostolicum, Marcum Tit. S. Marci „Cardinalem, Patriarcham Aquileiensem, „qui tunc ibidem comitiorum gratia mora„batur. Is præsentationem abbatis, & con„ventus acceptat, mandatque Bernardo „Chiemensi, Joanni Arbonensi episcopis, „& Pancratio Pleisl Cellerario Augustensi, „ut laudatum Erasmum in id beneficium „instituant, amoto Georgio detentore. Et „Bernardus archiepiscopus iter adornabat „Augustam &c". Et post pauca: „Quod „autem erat de parochia Salinensi, senten„tiæ Patriarchæ neutiquam aquievit; sed, „causam detulit ad judicium Sixti IIII., qui „tunc ad ecclesiæ clavum sedebat, sed hic „rursum, contra quam vellet, causa ceci„dit. Erasmus per sententiam Rotæ in pa„rochia stabilitus est; sed cum archiepisco„pus & necessarios ejus adeo exagitavit, „ut demum ipse statueret abire loco, & be„neficium Georgio cedere, quod etiam fe„cit, accepta per gratiam Antistitis ecclesia „S. Andreæ in Daxenpach. Ad hæc ab„bati S. Petri ob contumeliam non admisso„rum nuntiorum dictata mulcta quingento„rum aureorum: quo ex tempore dies minime „lætos in adversis, & persecutionibus sem„per egisse scribit anonymus petrensis; cujus „fidei, quantum in causa domestica licet, „hactenus narrata relinquimus". Hucusque relatio Hansizii, quæ etiam nostris chronicis, & documentis manuscriptis est conformis. Quamvis autem iste procedendi modus merito possit omnibus displicere: attamen bene, & prudenter egisset abbas noster Rupertus, si in complacentiam sui Reverendissimi Ordinarii gratam ipsi personam, qualis erat Georgius Prieferus, prima statim vice ad dictum beneficium in Hallein admisisset, malorum consiliorum suasu id factum fuisse legimus in codicibus nostris.

XXII. Et 13. annis sub aliis quatuor archiepiscopis vixit, anno 1495. obiit.

Vixit autem abbas noster Rupertus V., postquam sexdecim annos non sine adversis, & calamitatibus tam publicis, quam privatis complevit sub DD. Bernardo de Ror, adhuc per annos tredecim sub quatuor subsequentibus archiepiscopis usque ad annum 1495., quo anno tandem obiit. Postquam Dominus Bernardus de Ror, invisus omnibus, quasi coactus fuit anno 1482. a munere archiepiscopali se abdicare, & Tittmoningæ admodum miserabiliter, & simillimus exuli, ut supradictus autor ex chronicis Salisburgensibus scribit, usque ad annum obbitus, qui erat currentis sæculi octogesimus septimus, morabatur, prædicto anno 1482. Salisburgensis ecclesia tradita fuit Joanni Strigoniensi, cum jam dudum hæc sparta a Cæsare Friderico fuit destinata, & hactenus interposita a Bernardo archiepiscopo remora tot litium, bellorum, discordiarum, & miseriarum fomes erat. Hic Joannes, hujus nominis III., quem alii Joannem Vitesium, alii Joannem Pekenschlager vocant, primitus administratorio nomine ecclesiam Salisburgensem gubernavit, & quidem inter summas calamitates, quia durabant in detrimentum nostræ provinciæ dissidia in-

ter Matthiam Regem, & Fridericum Cæsarem: anno autem 1487. post obitum Bernardi archiepiscopus fuit confirmatus, a qua confirmatione tantum duos in archipræsulatu exegit annos, & mortuus anno 1489. die decima quinta decembris non sine suspicione veneni. Huic successit Fridericus V. de Schaumberg, cui magna laus est in historiis nostris: sed nonnisi per quinquennium sedit: ejus autem successor Sigismundus II. de Holnek jurium doctor brevi admodum tempore hac dignitate usus est; fuit enim anno 1494. mense decembri, vel novembri (variant namque authores) electus, & anno 1495. Wormatia redux, ubi more majorum regalia de manu Regis accepit, Milldorfii infirmitate correptus ibidem supremum diem clausit. Hoc archipræsule vix humato septima Julii eodem anno 1495. Dominus Leonardus de Keutschach, tunc temporis Præpositus Salisburgensis per compromissum in archipræsulem fuit renunciatus; erat enim tanta ejus prudentia, dexteritas, & studium in rem communem, & publicam ecclesiæ, ut cuncti per eum res afflictas erectum iri confiderent; neque etiam spes in hoc archipræsule fefellit. Sub hoc Domino archiepiscopo (de quo saltem ultimis annis tanquam magno monasterii protectore in sequentibus plura dicenda occurrent) tandem viam universæ carnis ingressus est abbas Rupertus, præcedenti diuturna infirmitate dispositus, qui in sacra religione annos omnino quinquaginta tres computato novitiatu explevit, ordinis Jubilæus, in abbatia autem per annos viginti novem, & decem menses præfuit. Sepultus est in antiquo capitulo, cujus sepulchrum sequentes versiculos exhibet.

Aspice, Rudbertus cubat hic, venerabilis abbas,
Octava Andreæ, quæ tulit atra dies.
Et monet hoc saxum, precibus quod sedulus adis,
Scandat ut æthereos concitus ipse choros.



SÆCULUM DECIMUM

AB ANNO 1482. USQUE AD ANNUM 1582.

VIRGILIUS II.

ABBAS LIX.

AB ANNO 1459. USQUE AD ANNUM 1502.

LVIIII.

1. Post ortum, sæculi decimi anno 1495. P. Virgilium Pichler monasterii priorem.

Orientis sæculi decimi primordia jam abbas Rupertus vidit, eademque ad tredecim usque annos continuavit inter fata, amara potius, quam prospera. Ortus hujus sæculi, sicut toti provinciæ, ita & certe monasterio nostro calamitosus fuit; pacta namque archipræsulis, ut ex historia constat, cum Matthia Hungariæ Rege contra Cæsarem, & subditos, & denique ipsum antistitem in extremas conjecerunt angustias, ita, ut anno 1482., qui annus sæcularis erat, ab officio archiepiscopali se abdicare coactus fuerit. Nulla illis temporibus festiva emensi sæculi noni memoria in fastis legitur, sicut musica in luctu importuna narratio est. Sed neque hujus sæculi progressus pro monasterio nostro multum auspicatus erat, prout acta dabunt in vitis novem abbatum, qui hoc sæculo decimo præfuerunt, ventilanda. Porro sæculi currentis occasus monasterio nostro prope ruinam minitabatur, monasterium vero monialium sub directione abbatum S. Petri, aliquot sæculis feliciter gubernatum, penitus extinctum fuisse, dicemus. Igitur eodem anno, videlicet millesimo, quadringentesimo, nonagesimo quinto, quo electus fuit in archiepiscopum Salisburgensem DD. Leonardus de Keutschach, postquam Rupertus abbas noster septima decembris supremum vitæ diem clausit, eidem mense adhuc currente die vigesima secunda in abba-

abbatiali munere ſucceſſit religioſus P. Virgilius, monachus monaſterii noſtri, & Prior, in quo officio, Prioratus nimirum, per annos omnino ſexdecim ſtrenue partes omnes explevit. Fuiſſe in monaſterio noſtro expreſſe profeſſum, exſtans etiamnum nos docet religioſæ profeſſionis teſtimonium ſequentis tenoris:

„In Chriſti nomine, Amen. Ego Frater „ Virgilius Püchler de Salzburga ad ho„norem omnipotentis Dei, & beatiſſime Vir„ginis Marie, ac beatiſſimi Patris noſtri Be„nedicti, & omnium Sanctorum tenore pre„ſentium promitto ſtabilitatem & converſio„nem morum meorum, ac obedientiam ſe„cundum regulam ejusdem ſancti Benedicti „coram Deo, & ſanctis ejus ad nomen ſan„ctorum Petri, & Pauli apoſtolorum, ſan„ctorumque confeſſorum, atque pontificum „Rudberti, atque Amandi, & aliorum ſan„ctorum, quorum reliquie in preſenti ec„cleſia ſunt, in preſentia reverendi in Chri„ſto Patris, & Domini Domini Petri abba„tis hujus monaſterii Salzburgenſ. ſancti Pe„tri, & coram vobis Patribus, atque fra„tribus hic preſentibus, in nomine Patris, „& Filii, & Spiritus ſancti, amen. In cu„jus rei teſtimonium preſentem cedulam „manu propria ſcripſi in hoc venerabili loco, „ſcilicet ab Incarnatione Domini MCCCC. „ſexageſimo tertio, decima nona die men„ſis Auguſti, quæ eſt dies ſancti Magni mar„tyris.„ Ex hoc autem religioſæ profeſſionis authentico teſtimonio palam confutatur erronea quorumdam ſcriptorum noſtrorum perſuaſio, qui hunc Patrem Virgilium Pichler vocant Virgilium Schedel, hic error irrepſit in chronico Martini abbatis, quod eſt manuſcriptum R. & B. toties citatum, & quo errore etiam alii inducti fuerunt; in nullo enim inſtrumento authentico hoc cognomine Schedel vocatur Virgilius noſter, ſed potius Virgilius Pichler, prout etiam legitur in quodam inſtrumento ſuper receptione teſtium anno 1480 erecto, quando Dom. Benedictus abbas Lunælacenſis ex commiſſione apoſtolica negotium pro exponendis religioſis in Wietting ſuſcepit, primus inter alios teſtis vocatus eſt P. Virgilius Pichler monaſterii noſtri tunc temporis Prior.

II. Electum fuiſſe in abbatem ex authentico electionis inſtrumento

Quod autem memoratus P. Virgilius Pichler monaſterii noſtri religioſus profeſſus, & per tot annos Prior fuerit canonice electus in abbatem anno 1495. ex mandato DD. Leonardi archiepiſcopi, illo tempore abſentis, per conſtitutos commiſſarios, ex diplomate confirmationis originali docemur. Inſtrumentum electionis, prout illius temporis conſuetudo erat, authoritate notarii erectum, roboratum, & a ſingulis eligentibus ſubſcriptum de verbo ad verbum ita legitur ex originalibus litteris membraneis fideliter deſcriptum:

„In nomine Domini amen. Reverendiſſi„mo in Chriſto Patri, & Domino D. Le„onhardo Dei, & apoſtolice ſedis gratia „ſancte eccleſie metropolitane Salzburgen„ſis electo, & confirmato &c. &c. Domino „noſtro gratioſiſſimo Amandus, Joannes, „& Andreas fratres, ſeniores, totusque „conventus monaſterii ſancti Petri Salzbur„ge Ordinis ſancti Benedicti reverentiam, „honorem, & obedientiam tam debitas, „quam condignas cum orationibus aſſiduis, „utinam Deo devotis. Reverendiſſime Pa„ter, & Domine Domine gratioſiſſime, ad „veſtram reverendiſſimam Paternitatem de„ducimus per preſentes, quod, cum nu„per bone memorie venerabilis, & religio„ſus Dominus Pater Rudpertus preſati mo„naſterii noſtri abbas noviſſimus die lune, „ſeptima menſis Decembris anni jam cur„rentis, quod non ſine gravi animi turba„tione referimus, nature ſolvens debitum „ſpiritum ſuum altiſſimo reddiderit creato„ri, nos ipſius defuncti abbatis corpore ec„cleſiaſtice tradito ſepulture, eique mune„re exequiali impenſo, propterea conven„tualiter congregati, nolentes dictum mo„naſterium noſtrum patris ſolatio diutius eſ„ſe deſtitutum, quodque ex vacatione diu„tina in ſpiritualibus, & temporalibus di„ſpendioſa incommoda pateretur, diem „martis vigeſimam ſecundam menſis de„cembris predicti cum continuatione dierum „ſequentium, & horam ſeptimam, vel „quaſi de mane ejusdem diei ad providen„dum dicto monaſterio noſtro de futuro ab„bate, & paſtore per electionem canonicam „pro termino peremptorio, & competenti, „locum vero capitularem monaſterii noſtri „ſolitum, matura deliberatione prehabita „ſtatuimus, & præfiximus, litterasque no„ſtras citatorias ſub ſigillo noſtro conventua„li deſuper decrevimus, & illas contra o„mnes, & ſingulos ſua communiter, vel di„viſim intereſſe putantes in valvis dicti mo„naſterii noſtri publice affigi & legitime exe„qui demandavimus, ac ad diem & horam „præſcriptos citari fecimus, & evocari. „Die itaque ſtatuta advenientes in eccleſia „monaſterii noſtri convenimus, miſſam de „Spiritu ſancto inibi ſolemniter decantavi„mus, ac confeſſi, & contriti juxta men„tem conſtitutionis Baſileenſis venerabile „euchariſtiæ ſacramentum recepimus, & „dicto officio miſſæ finito, ad capitulum no„ſtrum, & locum electionis conſuetum nos „recepimus de electione futuri abbatis, & „paſtoris tractaturi, dictisque litteris cita„toriis in valvis eccleſie monaſterii noſtri de„bite executis, coram nobis reproductis, „& contumacia citatorum, non comparen„tium accuſata, ipſisque ſic citatis non com„parentibus per nos pro contumacibus repu„tatis, ac preſentibus omnibus, qui debue„runt, & potuerunt commode intereſſe, „qualiter autem, & ſecundum quam for„mam in negotio electionis hujusmodi pro„cedendum exiſteret, cepimus habere tra„ctatum, Tandem deliberatione prehabi„ta placuit nobis omnibus per formam com„promiſſi

„promiſſi limitati, ſive mixti, prout ſequi-
„tur, electionem hujusmodi celebrare,
„proteſtatione itaque, & amonitione in hu-
„jusmodi actu fieri ſolitis, & conſuetis pre-
„miſſis, nos itaque omnes, & ſinguli fra-
„tres conventuales nullo diſcrepante volun-
„tarie, & libere tres ex fratribus noſtris con-
„ventualibus aſſumpſimus, & nominavi-
„mus in ſcrutatores, & compromiſſarios,
„videlicet Andream ſeniorem, Joannem ſe-
„cundum, & Benedictum fratres conven-
„tuales, & monachos monaſterii noſtri ex-
„preſſe profeſſos dando eisdem plenam po-
„teſtatem, quatenus ſecreto, & ſigillatim
„inquiſitis, & examinatis votis omnium, &
„ſingulorum, primum tamen ſuis, deinde
„aliorum fratrum conventualium, & his
„votis exquiſitis, & in ſcriptis redactis il-
„lum, in quem major pars totius conventus
„conſentiret, in abbatem ſancti Petri mo-
„naſterii noſtri eligerent, & paſtorem, &
„poſtquam forent de perſona eligenda con-
„cordes, unus eorum de ſuorum collega-
„rum mandato vice ſua, & aliorum, & to-
„tius conventus perſonam eandem eligeret
„in communi, & ei electionem hujusmodi
„preſentaret, conſenſumque ipſius in eam-
„dem electionem peteret, atque electionem
„ipſam per ſe publicaret, aut per alium fa-
„ceret ſolemniter publicari, preſtito etiam
„a nobis omnibus, & ſingulis juramento de
„eligendo futuro abbate juxta formam in di-
„cto concilio Balileenſi traditam, compro-
„miſſarii vero, & ſcrutatores predicti hu-
„jusmodi poteſtatem ſibi traditam acceptan-
„tes, & ad interiorem partem noſtri capi-
„tuli unacum notario, & teſtibus infra ſcri-
„ptis ſe trahentes ſecreto, & ſigillatim in-
„quiſierunt, & examinaverunt diligenter,
„ſicut nobis poſtmodum retulerunt, primo
„ad invicem vota ſua, & noſtra poſtmodum,
„quibus quidem votis receptis, & in ſcri-
„ptis redactum compertum exſtitit, majo-
„rem partem totius conventus in venerabi-
„lem, & religioſum Patrem, fratrem Vir-
„gilium pro nunc Priorem monaſterii noſtri
„S. Petri direxiſſe vota ſua, virum profecto
„religioſum, providum, litterarum ſcien-
„tia preditum, vita, & moribus multipli-
„citer commendatum, in ſacerdotio, ac
„etate legitima conſtitutum, de legitimo
„matrimonio procreatum, in ſpiritualibus,
„& temporalibus commendabiliter circum-
„ſpectum, & alias idoneum ſecundum ca-
„nonicas ſanctiones, quem frater Andreas
„unus de tribus ſcrutatoribus, & compro-
„miſſariis vice ſua, ac de conſenſu, & vo-
„luntate collegarum ſuorum virtute compro-
„miſſi in eo per nos fratres conventuales ſa-
„cti, & de mandato noſtro, nobisque pre-
„ſentibus in ſcripto elegit, ipſam electio-
„nem pronunciavit, & ſolemniter publica-
„vit in hunc, qui ſequitur, modum. Ad
„laudem, & gloriam ſanctiſſime, & indi-
„vidue Trinitatis, Patris, & Filii, & Spi-
„ritus ſancti, beate Marie Virginis, & ſan-
„cti Petri apoſtolorum Principis, Patroni
„noſtri, ac totius celeſtis curie feliciter tri-
„umphantis; ego frater Andreas unus de
„tribus ſcrutatoribus, & compromiſſariis
„vice mea, ac de conſenſu, & voluntate
„collegarum meorum virtute compromiſſi in
„nos in conventum facti, invocata Spiritus
„ſancti gratia, venerabilem Patrem Virgi-
„lium pro nunc Priorem, in quem major
„pars conventus conſenſit, in abbatem hu-
„jus monaſterii eligo, & paſtorem, ean-
„demque electionem in his ſcriptis pronun-
„cio in nomine Patris, & Filii, & Spiritus
„ſancti, quam quidem electionem, ſicut
„premittitur, factam, & publicatam nos
„omnes unanimiter precepimus, approba-
„vimus, ratamque, & acceptam habui-
„mus, ipſumque electum ibidem preſen-
„tem, & electionem de ſe factam audien-
„tem debita cum inſtantia requiſivimus,
„quatenus ipſi electioni de ſe facte preſtaret
„aſſenſum, qui ad partem ſecedens, & ſe
„deſuper deliberans, ſeque non tam ido-
„neum ad tam grave onus aſſumendum exi-
„ſtimans, ſicut oportunitas exigeret, tan-
„dem tamen divine nolens reſiſtere voluntа-
„ti, hujusmodi electioni ad inſtantiam no-
„ſtram annuit, & ipſi tam humiliter, quam
„devote conſenſit, quo conſenſu ſuſcepto
„ipſum Dominum noſtrum electum de loco
„capituli noſtri, in quo, ut præfertur, ca-
„pitulariter congregati fuimus, in eccle-
„ſiam S. Petri monaſterii noſtri predicti ad
„ſummum altare ſancti Petri unanimiter de-
„duximus, & aſſociavimus, cantum Te
„Deum laudamus more ſolito integre altis
„vocibus decantavimus, pulſatis ad hoc
„campanis, electionem ipſam Clero, &
„populo ibidem in magna multitudine con-
„gregato fecimus ſolemniter publicari. Qua-
„propter Reverendiſſime Pater, & Domine
„gratioſiſſime Paternitati veſtre Reverendiſ-
„ſime devotiſſime, & humiliter, votoque
„unanimi ſupplicamus, quatenus eandem
„electionem predictam ſic ſolenniter, & ca-
„nonice celebratam authoritate veſtra ordi-
„naria confirmare, & eidem noſtro electo
„munus confirmationis, atque benedictio-
„nis paterne, & gratioſe impertiri deman-
„dare dignetur, ut idem electus munere
„confirmationis, nec non benedictionis ſibi
„impenio, Deo authore nobis, & monaſte-
„rio, ac omnibus ſubditis ſuis velut ydoneus
„Paſtor preeſſe valeat utiliter, & prodeſſe,
„nosque & alii ejus ſubditi ſub ipſius regi-
„mine poſſimus altiſſimo ſalubriter mili-
tare.

III. A ſingulis conventualibus ſubſcripto, & de notarii roborato:

„Præterea, ut paternitas ſua Reveren-
„diſſima evidentius cognoſcat, nos unani-
„mi conſenſu in prædictis omnibus, & ſin-
„gulis conveniſſe, & in hujusmodi petitione
„unanimes eſſe, preſens electionis decre-
„tum veſtre Paternitati Reverendiſſime
„transmittimus, manibus noſtris propriis
„ſubſcriptum, & roboratum, quod etiam
„ad majorem cautelam per notarium publi-
„cum

„cum infraſcriptum ſubſcribi, & in formam „publicam redigi, ac ſigillo noſtro conventua„li juſſimus, & fecimus appenſione commu„niri, & ſigillari. Celebrata vero, & fa„cta eſt electio predicta in prefato monaſte„rio noſtro S. Petri in loco capitulari ſub an„no a nativitate Domini milleſimo, qua„dringenteſimo, nonageſimo quinto, indi„ctione tertia decima, die vero martis vi„geſima ſecunda menſis Decembris ſupra„dicti, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto Pa„tris, & Domini noſtri D. Alexandri Pape „VI. anno quarto, preſentibus ibidem ve„nerabilibus, & egregiis viris Domino Ru„dolfo de Kuenberg canonico, & plebano „Salzburgenſi, magiſtris Henrico Rieger de „Pegnitz in Lauffen, Joanne Rublein, ma„giſtro camere curie Salzburgenſ. in Keſſen„dorf, & Joanne Wagiuger aſſeſſore officia„latus dicte curie Salzburgenſ. in Daxen„pach in decretis licentiatis parochialium „eccleſiarum Salzburgenſ. dieceſ. rectori„bus, nec non providis, & circumſpectis „viris magiſtris Erhardo Weiſcher Plebano „in Werfen, Nicolao Witzdumb predicato„re Salzburg., & Bertholdo Pirſtinger utrius„que juris licentiato, teſtibus ad premiſſa „electis, & vocatis, juratis, & ſpecialiter „requiſitis.„

„Ego frater Amandus Senior profeſſus „monaſterii S. Petri Salzburge In prefatum „P. Virgilium conſenſi, & conſentio &c.

„Ego frater Joannes primus &c.
„Ego frater Andreas Senior &c.
„Ego frater Leonardus primus &c.
„Ego frater Joannes ſecundus &c.
„Ego frater Joannes tertius &c.
„Ego frater Vitalis &c.
„Ego frater Benedictus &c.
„Ego frater Balthaſar &c.
„Ego frater Chriſtoforus &c.
„Ego frater Placidus &c.
„Ego frater Petrus &c.
„Ego frater Blaſius &c.
„Ego frater Wolfgangus &c.
„Ego frater Laurentius &c.
„Ego frater Virgilius &c.
„Ego frater Andreas ſecundus &c.
„Ego frater Paulus &c.
„Ego frater Udalricus &c.
„Ego frater Adam &c.
„Ego frater Leonardus ſecundus &c.

„Ego frater Symon profeſſus monaſterii „ſancti Petri Salzburgi in prefatum P. Vir„gilium conſenſi, & conſentio, & premiſſis „interfui, ideo me hic propria manu ſub„ſcripſi.„ Quæ, & ſimilia verba etiam in precedentibus leguntur.

Locus ſigilli notarii.

„Et ego Heinricus Pfaffenhofer Clericus „Patavienſis dieceſis publicus imperia„li authoritate, cauſarumque conſiſtorii cu„rie Salzburgenſis ſubſtitutus, & ad præ„miſſa notarius juratus, quia premiſſis, „congregationi, & deliberationi, proteſta„tioni, ſcrutatorum, & compromiſſario„rum deputationi, poteſtatis dacioni, ju„ramentorum preſtationi, votorum ſcruta„tioni, electionis pronunciationi, & publi„cationi, conſenſus ratificationi, introdu„ctioni, omnibusque aliis, & ſingulis, dum, „ſicut premittitur, per ſupradictum venera„bilem conventum fierent, & agerentur, „unacum prenominatis teſtibus electis, & „juratis preſens interfui, eaque ſic fieri vi„di, & audivi, ideo ex mandato prefati „conventus preſens electionis decretum, ſi„ve publicum inſtrumentum per alium fide„liter ſcriptum confeci, ſubſcripſi, & in „hanc publicam formam redigi, ſignoque, „& nomine ſolitis, & conſuetis unacum ſi„gilli dicti conventus monaſterii S. Petri ap„penſione ſignavi in fidem, & teſtimonium „omnium & ſingulorum premiſſorum roga„tus, & requiſitus.„ (L. S.)

IIII. Confirmatum vero ex mandato, & commiſſione DD. Leonardi archiepiſcopi anno 1496.

Quandoquidem vero illo tempore, dum iſta electio fuit peracta, & confirmatio electionis a Reverendiſſimo Domino D. Leonardo archiepiſcopo petita, altefatus Reverendiſſimus DD. Ordinarius ob metum peſtis, illo tempore graſſantis, Friſaci morabatur in Carinthia, hinc ſequentibus litteris poteſtatem aliis dedit, neoelectum abbatem noſtrum confirmandi, quæ litteræ non in membrana, ſed in charta ſcriptæ ſunt, & etiamnum exſtant:

„Leonardus Dei gratia, electus, & con„firmatus eccleſie ſancte Metropolitane „Salzburgenſ. dilectis nobis in Chriſto Ru„dolfo Kienberger canonico, ac plebano „eccleſie noſtre Salzburgenſ., Henrico Pe„gnitz, & Joanni Waginger in decretis li„centiatis conſiliariis noſtris ſalutem in Do„mino. Decreto electionis de perſona dile„cti nobis in Chriſto Virgilii, Prioris mona„ſterii S. Petri Salzburge ordinis S. Benedi„cti per dilectos in Chriſto ſeniorem, & con„ventum ejusdem monaſterii concorditer „celebrate, nobis preſentate, ut hujusmo„di electionem confirmare dignaremur, hu„militer nobis fuit ſupplicatum. Nos, ne „contra doctrinam apoſtoli cito manus im„ponere videremur ipſi electo cridam per di„lectum nobis in Chriſto Henricum Pfaffen„hofer clericum patavienſis dieceſis, conſi„ſtorii curie noſtre Salzburgenſis notarium „ſubſtitutum in dicto monaſterio ſolemniter „proclamavi, & publicari demandavimus, „& quia dictus electus propter diſcrimina „viarum, tum & prolixa itinera, aliaque „ſua negotia, ut coram nobis deductum eſt, „perſonaliter coram nobis hic comparare „nequivit, nos, ut nihil de requiſitis de ju„re, & conſuetudine pretermitteretur, vo„bis committere decrevimus, committi„musque vobis omnibus, & cuilibet ve„ſtrum in ſolidum, & mandamus, quate„nus crida per nos decreta, legitime exe„cuta, & coram vobis reproducta, nec non „decreto prefato exhibito, & per vos dili„genter proſpectis, ſi electionem ipſam ca„nonice celebratam, & perſonam electam „ſufficiſ-

„ſufficientem, ut Ydoneam inveneritis, „ſuper quo veſtras, & cujuslibet veſtrum „oneramus conſcientias, authoritate noſtra „ordinaria ſupradictum electum hac vice „dumtaxat in abbatem dicti monaſterii per „annuli traditionem, & alias conſuetas ſo„lempnitates confirmetis, curam, & ad„miniſtrationem tam ſpiritualium, quam „temporalium eidem committendo, nec non „ſeniori, & conventui monaſterii predicti „in virtute ſancte obedientie diſtricte pre„cipiendo mandantes, quatenus prefatum „Virgilium in abbatem eorum recipiant, „eique tam in ſpiritualibus, quam in tem„poralibus debitas obedientiam, reveren„tiam, & honorem exhibeant, alioquin „contra inobedientes, & rebelles eidem per „cenſuram eccleſiaſticam, & alia juris re„media, atque penas animadverſione con„digna, & debita procedatis, omniaque „alia, & ſingula faciatis, que circa hec „neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet op„portuna. Recepto etiam ab eodem electo „fidelitatis, & obedientie juramento ad „ſancta Dei evangelia per eum corporaliter „preſtando juxta formam ex camera noſtra „tradendo, facientes, quod decreveritis, „ab omnibus, quorum intereſt, per cenſu„ram eccleſiaſticam firmiter obſervari, te„ſtes vero, qui ſe gratia, odio, vel timore „ſubtraxerint, ad perhibendum veritati te„ſtimonium, cenſura ſimili compellatis; nos „enim ſententias, ac cenſuras a vobis juſte „prolatas ratas habebimus, facientes au„thore Domino eas inviolabiliter obſervari. „Harum teſtimonio litterarum ſigillo noſtro „a tergo impreſſo munitarum. Datum in „oppido noſtro Friſacenſi die ſecunda men„ſis Januarii anno Domini milleſimo, qua„dringenteſimo, nonageſimo ſexto.

(L.S.)

V. A deputatis commiſſariis fuiſſe, ex originali diplomate confirmationis docemur.

Hoc mandato archiepiſcopali ad confirmandum abbatem noſtrum neoelectum muniti Domini Commiſſarii in actu confirmationis conſueta forma proceſſerunt, prout docemur ex diplomate confirmationis originali, & membraneo, nec non tribus ſigillis pendulis roborato.

„Rudolfus Kuenberger canonicus eccleſie „archiepiſcopalis. & plebanus civita„tis Salzeburgens. Henricus Rüger de Pe„gnitz in Lauffen, & Joannes Waginger in „Deſchenpach Salzburgens. dieces. eccle„ſiarum parochialium Rectores, Licentia„ti in decretis, commiſſarii, & executo„res in ſolidum ad infra ſcripta per Reve„rendiſſimum in Chriſto Patrem, & Domi„num Leonhardum electum, & confirma„tum prefate archiepiſcopalis eccleſie Sal„zeburgens. Dominum noſtrum gratioſiſſi„mum ſpecialiter deputati juxta commiſſio„nis litteras deſuper emanatas, & per to„tum conventum monaſterii Sancti Petri or„dinis ſancti Benedicti civitatis Salzebur„gens. nobis exhibitas, & preſentatas, qua„rum quidem tenorem in fine harum litte„rarum noſtrarum inſeri fecimus, honora„bilibus, & religioſis Patribus fratri A„mando ſeniori, totique conventui mona„ſterii ſancti Petri Ordinis ſancti Benedicti „antedicti ſinceram in Domino charitatem „omni cum ſalute. Vacante nuper abbatia „ejusdem monaſterii veſtri per obitum quon„dam felicis memorie Rudberti prelibati „monaſterii ad ſanctum Petrum ultimi, & „immediati abbatis, vos his, qui potue„runt, voluerunt, & commode debuerunt „intereſſe, legitime vocatis ad electionem „futuri abbatis procedentes, obſervatis ſo„lemnitatibus de jure debitis, & conſuetis, „venerabilem, & religioſum virum fratrem „Virgilium, tunc Priorem ejusdem mona„ſterii Sancti Petri expreſſe profeſſum, in „veſtrum, & monaſterii veſtri abbatem ca„nonice elegiſtis, nobisque tanquam pre„dicti Reverendiſſimi Domini noſtri electi, „& confirmati eccleſie Salzburgens. execu„toribus, & commiſſariis inſtantius ſuppli„caſtis, quatenus hujusmodi electionem „authoritate ejusdem Domini noſtri gratio„ſi electi, & confirmati, hac vice per ipſum „nobis tradita, confirmare dignaremur. „Sed quia idem Dominus noſter electus, & „confirmatus Reverendiſſimus eccleſie Sal„zeburgens. a civitate ſua Salzeburgens. „tunc in negotiis eccleſie ſue longe abſens „fuit, volens quoque indemnitati antedicti „monaſterii ſancti Petri proſpicere, nobis „vices ſuas ad confirmandum prefatum ele„ctum ordinaria authoritate ſua hac vice „nobis commiſit, atque cridam, ſive pro„clamationem, ne contra doctrinam apo„ſtoli cito manus imponere videretur, de„crevit, quam per honorabilem, & cir„cumſpectum virum Heinricum Pfaffenho„fer clericum pataviens. dieces. ac conſiſto„rii Salzeburgenſis ſubſtitutum notarium „publicum in prefato monaſterio, & illius „valvis ſolemniter publicari mandavit, que „quidem littere commiſſionis unacum cri„da, ac decreto electionis coram nobis pro„ductis per dictum ſeniorem fratrem Aman„dum, & totum conventum monaſterii S. „Petri antedicti fuimus debita cum inſtan„tia requiſiti, ut ad executionem preſata„rum commiſſionis litterarum juxta earum „continentiam procedere authoritate nobis „commiſſa dignaremur. Nos igitur litteras „easdem cum ea, qua decet, reverentia „accepimus, illisque parere, & obtempe„rare tanquam filii obedientie ad requiſitio„nem hujusmodi ad executionem dicte „commiſſionis procedere obtulimus, cum„que reproducta coram nobis crida per ſyn„dicum ejusdem conventus, & per nota„rium nominatum legitime executa, nemi„ne quoque, qui contra formam electionis, „perſonam electi, ſeu perſonas eligentium „ſe opponere vellet, comparente electio„nem ipſam diligenter examinari fecimus, „atque de ydoneitate perſone electi ſuffici„enter

„enter informati, ſingulisque aliis in hujus-
„modi electionis negotio, actis diligenter
„recenſitis, & penſatis, cum nullum tam
„circa electionis formam, quam electi, &
„eligentium perſonas appareret impedimen-
„tum, prefatam electionem de perſona di-
„cti Domini Virgilii, ut premittitur, fa-
„ctam, ad instantias veſtras authoritate
„dicti Reverendiſſimi Domini noſtri electi,
„& confirmati ordinaria nobis conceſſa,
„confirmandam duximus, & tenore preſen-
„tium confirmamus, eundemque Dominum
„Virgilium per annuli traditionem inveſti-
„mus, curam animarum, & adminiſtratio-
„nem ſpiritualium, & temporalium ejus-
„dem monaſterii S. Petri ſibi committendo,
„adhibitis ſolennitatibus in his adhiberi ſo-
„litis, & conſuetis. Devotiones igitur ve-
„ſtras authoritate memorati Reverendiſſimi
„Domini noſtri electi, & confirmati horta-
„mur, requirimus, & ad hec virtute obe-
„dientie ſancte diſtrictius precipiendo man-
„damus, quatenus ſupradictum Dom. Vir-
„gilium in veſtrum recipiatis abbatem, &
„Prelatum ſibi tam in ſpiritualibus, quam
„in temporalibus obedientiam, & reveren-
„tiam debitas, & condignas exhibituri,
„alioquin contra inobedientes, & rebelles
„per cenſuram eccleſiaſticam, ac alia juris
„remedia, & penas condignas procedere
„authoritate dicti Reverendiſſimi Domini
„noſtri Salzburgens. non omittemus. Tenor
„vero commiſſionis per ſepedictum Domi-
„num noſtrum Reverendiſſimum electum,
„& confirmatum archiepiſcopalis eccleſie
„Salzeburgenſis nobis, ut premittitur, ſa-
„cte de verbo ad verbum ſequitur, & eſt ta-
„lis: Leonhardus &c. &c. - - - - Sequi-
tur totum mandatum, quod num. imme-
diate precedenti retulimus usque ad finem.
„In cujus rei teſtimonium evidens preſen-
„tes litteras fieri, noſtrorumque ſigillorum,
„quibus uti Plebani locorum antedictorum,
„unacum ſubſcriptione notarii fecimus com-
„muniri. Datum, & actum Salzeburge in
„aula archiepiſcopali Salzeburgenſi die de-
„cima octava menſis Januarii anno a nati-
„vitate Chriſti milleſimo, quadringenteſi-
„mo nonageſimo ſexto.

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

VI. Hic Dominus abbas utiliter præfuit abbatiæ, ſed tantum per ſeptem annos.

Rectus hiſtoricæ narrationis ordo jam exigit, ut inquiramus, quis abbas Virgilius fuerit, quot annis abbatiæ præfuerit, & quæ tam circa ſpiritualia, quam temporalia utiliter præſtiterit? an religioſa diſciplina cœperit incrementa, quales religioſi in monaſterio tunc vixerint? Jam ſuperius priusquam de electione hujus abbatis documenta dedimus, mentio facta fuit, quod officium Prioris per ſexdecim annos continuos zeloſe egerit P. Virgilius, ubi ſuperaddendum venit, quod in hoc munere conſtitutus anno 1494. loco Domini abbatis, tunc ægrotantis, electioni archiepiſcopali interfuerit, in qua per ſuam dexteritatem plurimum effecit, ut tandem DD. Leonhardus de Keutſchach fuerit electus. Brevi poſt & ipſe vocatus ad abbatiam, in hac ſtatione non minus, ac ejus anteceſſor gregi commiſſo non tantum verbo eruditionis, ſed etiam exemplo ſanctæ converſationis præfuit. In abbatum catalogo impreſſo laudatur, ſicut & antiquioribus documentis conforme eſt, quod ab Alexandro VI. confirmationem privilegiorum, & a Maximiliano Imperatore confirmationem privilegii de vinis evehendis obtinuerit; quod quædam bona a D. Wolfgango de Nusdorf, & quædam a D. Chriſtophoro Straſſer emerit, & monaſterio adjecerit, de quibus tamen, ut infra ſuo ordine ſpeciatim agamus, & acta originalia recenſeamus, operæ pretium eſſe ducimus. Præter alia bona, a ſupra memorato Dom. de Nusdorf emit nobilem illam curiam cum ſuis pratis, & ſilvis Attlſtetten dictam anno 1499. quæ tamen anno 1509. miris modis ad alienas manus perveniſſe ſcribitur. Sub hoc D. abbate perduravit etiamnum, poſtmodum (neſcitur ex qua cauſa) neglecta conſuetudo ſingulis diebus dominicis in parochiali eccleſia colligendi voluntariam oblationem pro eccleſia ſancti Petri haud dubie in ſignum gratitudinis antiquæ Matri, & Parochiæ debitæ, quam pecuniam toto anno collectam parochus ſimul, & ejus cooperatores poſt octavam ſanctorum Petri, & Pauli ad eccleſiam S. Petri detulerunt, tradideruntque abbati, convivio mox ab eo excepti. Septem ſolummodo annis abbatiæ præfuit, ſed ferme in continuis turbationibus, & infortuniis; neque enim ipſum Reverendiſſimum DD. Ordinarium ſibi propitium habuit, quæ fata adeo corpus ſimul, & mentem affligebant, ut ſomnum, & ſtomachi digeſtionem naturalem perdiderit, ſicque tandem in morbum incidens ſexagenarius quidem finem fecit vitæ ſuæ die nona decembris anno 1502. ſepultus in capella S. Viti juxta altare, quod dictum fuit ſancti Mauri, & ab ipſomet fuit conſtructum. Ejus tumulo ſequentia fuerunt inſcripta: „Anno 1502. 9. die Decembris obiit Reve-
„rendus in Chriſto Pater, & Dominus Vir-
„gilius abbas monaſterii ſancti Petri Salis-
„burge, cujus anima felix vivat in vita
„æterna.

VII. Quo tempore non tantum bonis religioſis inſtructum erat monaſterium;

Sedente ad regimen abbatiale Virgilio, de quo agimus, hujus nominis II. floruerunt in bona diſciplina in monaſterio noſtro viri non pauci, doctrina, & pietate inſignes, fuitque non minus monaſterium monialium ſub directione abbatis noſtri optime gubernatum. Audiri hic meretur relatio Domini abbatis noſtri Martini in ſuo Chronico, quod eſt manuſcriptum R. & B. ſæpius citatum, ubi in vita dicti abbatis Virgilii II. hæc notatu digna annotavit: Anno 1510. (id eſt ante obitum Virgilii abbatis) „in conventu noſtri monaſterii fuerunt octo-
„decim presbyteri, tres diaconi, quatuor
„novitii, & quinque converſi. In conven-
„tu

„tu monialium noſtrarum eodem anno fue-
„runt ſorores profeſſæ decem, & ſeptem,
„novitiæ tres, & novitiandæ tres; ſumma
„utriusque conventus perſonarum quinqua-
„ginta tres, quæ omnes ſufficienter, & lar-
„ge, monaſterio nullum inde defectum pa-
„tiente ſuſtentatæ fuerunt. Dum nimi-
„rum obſervantia regularis hic viguit, non
„potuit monaſterium nec in perſonis, nec
„in rebus temporalibus, accedente inpri-
„mis Dei gratia, ac tandem etiam diligen-
„ti, & ſedula abbatum cura, penuriam
„ſuſtinere. O utinam ſic perpetuo iſta per-
„duraſſent, nec talis, & tanta, ut infra
„patebit, ſubſecuta fuiſſet metamorphoſis.
Ita Dominus Martinus abbas, qui anno 1584. poſt infelix regimen ſui anteceſſoris hanc dolendam metamorphoſin ſatis ſuperque fuit expertus, & monaſterium noſtrum ferme ad incitas redactum vix per annos triginta, quibus præfuit, quaſi ex luto extrahere potuit. Porro autem inter religioſos, ſub abbate Virgilio florentes, maxime commendari merentur duo, Placidus, & Petrus, qui ambo ad reformandum monaſterium, nunc celeberrimum, & florentiſſimum noſtri ſacri Ordinis ad Scotos Viennæ in Auſtria fuerunt miſſi, ex quibus Placidus aſſumptus eſt in abbatem dicti monaſterii, ubi tertiodecimo Kalendis May anno 1501. & ipſius coadjutor in opere reformationis Petrus Presbyter, & monachus monaſterii noſtri eodem anno nono Calend. May in Domino obierunt: uti teſtatur rotularis, ut vulgo vocari ſolet, ſeu funebris epiſtola, quæ miſſa, & ſubſcripta fuit a Virgilio abbate, & Joanne Priore feria VI. quartæ dominicæ poſt paſcha. Legitur etiam in quodam urbario jam ſub Petro abbate conſcribi cœpto ſuper bona noſtra in Grembs ſequens annotatio hiſce verbis: „factus eſt „liber iſte anno Domini 1489. per fratrem „Placidum poſtea abbatem Scotorum.

VIII. Verum etiam ipſe D. abbas tales non paucos ad ſacram profeſſionem ſuſcepit.

Sicut autem ſub abbatiali regimine Domini Virgilii abbatis præter bonam diſciplinam monaſterium noſtrum copioſa prole ſpirituali erat repletum, & quidam floruerunt viri graves, & prudentes, ita, & ipſe Dominus Virgilius abbas monaſticum hoc viridarium novis plantis inſtruxit, & numerum religioſorum non minuit, ſed auxit potius; legimus enim ex relictis profeſſionis religioſæ teſtimoniis, quod undecim in manus Virgilii abbatis hoc brevi temporis ſpatio, & in tali congregatione minus numeroſa in ſacra vota juraverint, obedientiam, & ſtabilitatem loci in noſtro monaſterio adpromiſerint. Inter hos ſubſequis temporibus eminuerunt quidam & inprimis Gregorius Sinn, qui anno 1500. profeſſus ſub abbate Virgilio vir præclarus tam quoad pietatem, quam quoad prudentiam œconomicam evaſit. Exſtat quædam epiſtola, quam noſter quidam religioſus Chilianus anno 1511. ſcripſit, ubi hic titulus legitur: „Sacræ religionis militiæ propugna-
„tori vigilantiſſimo P. Gregorio Cœnobitæ
„S. Petri Salipolenſis, jam Wiettingæ mo-
„ras agenti. In qua epiſtola multis aliis titulis, & ſpecialiter propter ſuum ſpiritum rectitudinis, & fidelitatis laudatur; fungebatur enim in monaſterio munere œconomi, & redituum conqueſtoris, miſſus quoque in hoc officio mox Wiettingam, mox Dornbachium, ſimiliter Pratenavium, & Enſitalam, in quibus locis monaſterii negotia induſtrie geſſit. Optima memoria dignus eſt quidam Maurus, antea Joannes dictus, ut ex ſcheda profeſſionis colligitur; hic enim anno 1502. profeſſus, quamvis cum aliis confratribus in illa controverſia Romæ agitata hic loci multa adverſa ſuſtinuerit, attamen, quia multa pollebat dexteritate in gerendis negotiis tam ſpiritualibus, quam temporalibus ab ipſomet Domino D. Matthæo Langio archiepiſcopo, & Cardinale, nec non abbate noſtro Chiliano dignus fuit æſtimatus, ut monaſterio Michaelburano primitus quidem tanquam adminiſtrator, & demum etiam ut abbas præficeretur, in qua dignitate etiam ibidem fuit mortuus, & ſepultus die decima octava Julii anno 1541. quod ipſum etiam teſtatur hiſtoria Salisburgenſis in catalogo abbatum Michaelburano, ubi fol. 1186. hæc leguntur: „XXXIII. abbas Maurus Sa-
„lisburgo e monaſterio S. Petri evocatus
„Buræ primum adminiſtratorem egit, ab
„anno dein 1530. usque ad annum 1541.
„abbatem“. Veroſimiliter etiam ſub abbate Virgilio ſacram profeſſionem emiſit Vitalis Rubrævallenſis, haud dubie ſic dictus a loco originis ſuæ, quamvis ſaltem ſub hoc nomine ſcheda profeſſionis non reperiatur; legitur tamen ſubſcriptus ſub hoc nomine in inſtrumentis electionum abbatum Wolfgangi, Joannis Staupitzii, Chiliani, Georgii II. & Ægidii. Hic Vitalis Rubrævallenſis fuit vir omni exceptione major, & quamvis cum aliis ſuis confratribus æquales tulerit adverſitates, propter ſuam tamen doctrinam, & pietatem, prout teſtantur antiqua manuſcripta, in diverſis officiis ſtetit: erat cuſtos, confeſſarius monialium in Nonnberg circa annum 1517. zeloſus erat pro diſciplina monaſtica, & officium Prioris per multos annos ſtrenue geſſit ſub abbatibus omnino quinque, videlicet Simone III. Joanne Staupitzio, Chiliano, Georgio, II. & Ægidio, ſub quo tandem in pace quievit in plenitudine meritorum, & haud dubie etiam in gravi ſenectute. Hæc de ſtatu monaſterii, & quibusdam præcipuis religioſis partim ſub abbate Virgilio viventibus partim ſub eodem profeſſis.

IX. Hoc brevi temporis ſpatio ab Alexandro VI. confirmationem

Hoc ſat brevi temporis ſpatio, quo abbatiæ præfuit Virgilius, ab Alexandro VI. ſummo Pontifice obtinuit confirmationem privilegiorum monaſterii noſtri anno 1498. ab Imperatore Maximiliano I. renovationem gratiæ de evehendis vinis, aut potius om-

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

omnium possessionum anno 1498. & anno 1499.

omnium privilegiorum, quæ ab antecessoribus data fuerunt, in genere anno 1499. a DD. Leonardo archiepiscopo accepit mandatum pro confirmatione abbatissæ in Lengsee, & ut interesset electioni novæ abbatissæ in Goss, atque in utroque hoc monasterio visitationem regularem instituat, qualis visitatio etiam facta fuit a Virgilio abbate in monasterio nostri ordinis Ossiacensi in Carinthia. Nos de his singulis agemus in actis, plerisque in originali exstantibus. Et primo quidem de anno 1498. confirmatio pontificia Alexandri VI. ex ipso originali membraneo descripta ita de verbo ad verbum legitur:

„Alexander episcopus servus servorum Dei, „dilectis filiis, abbati, & conventui „monasterii sancti Petri Salzeburgen. ordinis sancti Benedicti salutem, & apostolicam „benedictionem. Quoniam a nobis petitur, „quod justum est, & honestum, tam vigor „equitatis, quam ordo exigit rationis, ut „id per sollicitudinem officii nostri ad debi„tum perducatur effectum. Eapropter di„lecti in Christo filii vestris justis postulatio„nibus grato concurrentes assensu personas „vestras, & locum, in quo divino estis ob„sequio mancipati cum omnibus bonis, que „in presentiarum rationabiliter possidebitis, „ac in futurum justis modis prestante Do„mino poteritis adipisci sub beati Petri pro„tectione suscipimus, atque jura, omnes „quoque libertates, & immunitates a præ„decessoribus nostris Romanis pontificibus „sive per privilegia, vel alia indulta vobis, „& monasterio vestro concessas, nec non li„bertates, exemptiones, secularium exactio„nes a regibus, & principibus, ac aliis Chri„sti fidelibus vobis, & eidem monasterio ra„tionabiliter indultas, specialiter autem de„cimas, terras, vineas, possessiones, do„mos, prata, pascua, nemora, silvas, pi„scarias, & alia bona ad dictum monaste„rium spectantia, sicuti ea omnia juste, & „pacifice possidetis, vobis, & per vos eidem „monasterio authoritate apostolica confir„mamus, & presentis scripti patrocinio com„munimus, salva in predictis decimis mo„deratione concilii generalis. Nulli ergo „omnino omnium hominum liceat hanc pa„ginam nostre susceptionis, confirmationis, „& communitionis infringere, vel ei ausu „temerario contraire. Si quis autem hoc „attentare presumpserit, indignationem o„mnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & „Pauli apostolorum ejus se noverit incursu„rum. Datum Rome apud S. Petrum anno „incarnationis dominice millesimo, quadrin„gentesimo, nonagesimo octavo, quarto „nonas Junii, pontificatus nostri anno „sexto".

„J. de Vice comitibus",

confirmationem privilegiorum, quæ ab antecessoribus fuerunt data.

vationem antiqui privilegii nostri de evehendis ex Austria vinis obtinuit, quod in lingua germanica scriptum, nec non sigillo cæsareo roboratum est in sequenti verborum tenore:

„Wir Maximilian von Gottes genaden Rö„mischer Künig, zu allen zaithen merer „des raichs, zu Hungern, Dalmatien, Croa„tien ꝛc. Künig, Erzherzog zu Oesterreich, Her„zog zu Burgundt, zu Brabant, zu Gheldern ꝛc. „Grave zu Flandern, zu Tyroll ꝛc. bekennen „offentlich mit diesem Brief, und tuen kundt „allermenniglich, daß uns der ersam gaistlich, „unser lieber andechtiger der abbt zu sand Pe„ter zu Salzburch sand Benedicten Ordens „durch sein erbare Pottschaft demuetiglichen hat „biten lassen, das wür Im, und seinen Con„vent all und yeglich ir gnad, fraiheit, recht, „brief hann duest, und Begabung dannt sy von „unsern Vorfaren Römischen Kayserm Küni„gen, und Herzogen von Oesterreich ꝛc. ꝛc. löb„licher Gedechtnüß begnadt, und fürgesehen we„ren in allen irn innhaltungen, und begriffun„gen als regierenter herr, und Land-fürst ge„nediglichen zu bestetten geruehten, haben wir „angesehen des gemeldten Abbts diemütig, und „vleißig bette, auch den löblichen Gottsdienst, „so in demselben gottshauß teglichn on unter„laß vollbracht wirdet, des wir auch tailhaftig „zu werden verhoffen, und Ir dardurch und „von sondern gnaden die gemeldten ir gnad, „fraiheit, brief, recht, privilegia, handvest, „und begabung bestett wissentlich mit dem Brief, „was wir in daran von rechtens wegen bestet„ten sullen, also das diemallen iren puncten, „und articln darinnen begreiffen in aller Maße, „als ob die von wort zu worten hierinnen ge„schrieben weren, genzlich bei kräften bleiben, „und die genanndten Closter Leüth sich der ge„brauchen, und genüssen mügen, und von nie„mands darwieder gedrungen, noch beschwert „werden sullen ungeverlich. Und gebiethen da„von den edlen unsern lieben getreüen, allen „unseren Haubtlaithen, Landmarschalker, Gra„ven, Freüen, Herrn, Rittern, und Knech„ten, Verwesern, Vitztumben, Pflegern, „Burggraven, Landrichtern, Burgermaistern, „Richtern, Burgern, gemainden, und allen „andern unsern ambtlaithen, unterthanen, und „getreüen gegenwärtigen, und kumpftigen, ernst„lichen, und wellen, das sy di vorgenanndten „Klosterlaith, und ir nachkompen bey dem ob„bestimmten Irn Gnaden, freihaiten, rechten, „briefen, Privilegien, handvesten, und bega„bungen, auch dieser unser Bestettung verüb„lich, und on irrung beleiben, der gebrauchen, „und geniessen lassen, und sy dawider nit drin„ge, noch beschwern, noch des nyemands an„deren zu tunen gestatten, als lieb ainen yede „sey unsere schwere ungnad, und Straffe ze „vermaiden, das ist unser ernstliche Maynung. „Mit urkund des Briefs. Geben an Monn„tag nach sand Michaelstag nach Christi ge„burde, vierzehenhundert, und im neun und „neunzigsten, unserer Reiche des römischen im „vier-

X. A Maximiliano I. Imperatore

Non minus pretiosum est diploma augustissimi Imperatoris Maximiliani I., per quod anno 1499. Dom. abbas noster reno-

„vierzehenten, und des hungarischen in zehen„ten iaren".

(L. S.) „Commissar. Dom. Regis in Consi.

Hucusque tenor litterarum Maximiliani I. Romanorum Regis, quæ pro illo tempore charactere elegantissimo scriptæ sunt.

XI. Et a Leonardo archiepiscopo Salisb. mandatum obtinuit, ut neo electam abbatissam in Lengsee confirmet:

Annis præcedentibus 1496. a Domino Leonardo archiepiscopo pro monasterio monialium in Lengsee, quod monasterium est in Carinthia, & monialium Göss, quod est in Styria speciale mandatum accepit abbas Virgilius noster, & quidem ut anno 1496 neoelectam abbatissam in Lengsee confirmet vigore sequentis mandati archiepiscopalis etiamnum in originali exstantis:

„Leonardus Dei gratia sancte Salzebur„gen. ecclesie archiepiscopus, & a„postolice sedis legatus dilectis in Christo Vir„gilio abbati monasterii sancti Petri hic Sa„lisburge ordinis sancti Benedicti, & Ma„gistro Jacobo Haushaymer in decretis li„centiato consiliariis nostris salutem in Do„mino. Nos de resignatione abbatisse mo„nasterii sancti Georgii in Karinthia ordinis „sancti Benedicti, & electione dilecte nobis „Barbare Lembsetzerin concorditer, & ca„nonice in locum ejus electe legitime cer„tificati, ac ut hujusmodi electionis confir„mationem aliquibus fide dignis committe„re dignaremur, nobis humiliter fuit sup„plicatum. Nos ne contra doctrinam apo„stoli manus cito imponere videremur, qui„buscunque presbyteris, curatis. & nota„riis per diecesim nostram ubilibet constitu„tis, qui requisiti fuerint, cridam solenni„ter publicari, & proclamari demandavi„mus. Et quia dicta electa propter discri„mina viarum, tum ob prolixa itinera, alia„que sua negotia, ut coram nobis deductum „est, personaliter coram nobis hic compa„rere nequivit, nos, ut nihil de requisitis, „de jure, & consuetudine pretermitteretur, „vobis committere decrevimus, committi„musque vobis, & cuilibet vestrum in soli„dum, & mandamus, quatenus crida per „nos decreta legitime executa, & coram „vobis reproducta, nec non decreto prefa„to exhibito, & per vos diligenter perspe„ctis, si electionem ipsam canonice celebra„tam, & personam electam sufficientem, & „ydoneam inveneritis, super quibus vestras, „& cujuslibet vestrum oneramus conscien„cias, auctoritate nostra ordinaria supra„dictam electam hac vice duntaxat in ab„batissam dicti monasterii per annuli tradi„tionem, & alias consuetas solennitates con„firmetis, curam, & administrationem tam „spiritualium, quam temporalium eidem „committentes, nec non prioriisse & senio„ribus conventualibus predicti monasterii „in virtute sancte obediencie districte preci„piendo mandantes, quatenus prefatam „Barbaram in abbatissam earum recipiant „eique tam in spiritualibus, quam in tempo„ralibus debitas obedientiam, reverentiam, „& honorem exhibeant, alioquin contra „inobedientes, & rebelles eidem per cen„suram ecclesiasticam, & alia juris reme„dia atque penas animadversione condigna „& debita procedatis omniaque, & singula „facientes, que circa hec necessaria fuerint, „seu quomodolibet opportuna, recepto et„iam ab eadem electa debite fidelitatis, & „obediencie juramento ad sancta Dei evan„gelia per eam corporaliter prestando juxta „formam ex camera nostra, quam transmit„timus cum presentibus, facientes, quod „decreveritis, ab omnibus, quorum inter„est per censuram ecclesiasticam, firmiter „observari. Testes vero, qui se gratia, o„dio, vel timore subtraxerint ad perhiben„dum veritati testimonium, censura simili „compellatis, nos enim sententias, & cen„suras a vobis juste prolatas ratas habebi„mus, facientes auctore Domino eas in„violabiliter observari. Harum testimo„nio litterarum secreto nostro a tergo im„presso munitarum. Datum Salzburge die „tertia mensis Septembris anno Domini - - „nonagensimo sexto". Ita mandatum archiepiscopale. ut abbas noster Virgilius pro hac vice confirmet neoelectam abbatissam ad S. Georgium in Lengsee.

XII. Utque interfit electioni abbatissæ in Göss, illamque pariter post electionem confirmet:

Simile, sed longe amplius, majorique potestate instructum mandatum ab altefato DD. Leonardo archiepiscopo accepit abbas noster sæpedictus Virgilius, ut non tantum pro hac vice interfit novæ electioni abbatissæ in Göss, verum etiam, ut illam post electionem confirmet, & insuper ibidem visitationem regularem instituat. Damus ex originali tenorem decreti:

„Leonardus dei gracia sancte Salzeburgen„sis ecclesie archiepiscopus, apostoli„ce sedis legatus dilecto nobis in Christo „Virgilio abbati monasterii sancti Petri Sal„zeburge salutem in Domino Vacante ab„batia monasterii monialium in Goss nostre „diecesis per obitum quondam Ursule ulti„me, & immediate ejusdem monasterii ab„tisse, Priorissa, & Conventus nobis mor„tem prefate Ursule significarunt, exponen„tes, ne diuturna monasterii vacatio dispen„dium monasterio in spiritualibus, & tem„poralibus afferret, ipse future abbatisse „diem statuissent ad undecimam diem men„sis decembris proxime futuri, nobisque sup„plicarunt, ut hujusmodi statutam diem „admitteremus, per nosque, aut nostros com„missarios electioni hujusmodi interesse, & „preesse, ac munus confirmationis gratiose „impendere dignaremur. Nos itaque, ut „nostro incumbit officio predicti monasterii „saluti, & indemnitati providere, in eodem„que monasterio nostris temporibus divinum „cultum ampliari cupientes, ad vices no„stras supplendas, ac ad omnia ea facienda

„que ipſi, ſi perſonaliter intereſſemus, dicta „undecima die ad eligendum ſtatuta facere „poſſemus, tibi committimus, & manda„mus, quatenus electioni hujusmodi inter„eſſe, formasque, & modos, penasque ca„nonice non eligentium dedita opera expo„nere, ipſasque eligentes adhortari, & mo„nere, ut ſtudeant domum Dei, ac ſanctis „ejusdem monaſterii patronis in ſpirituali„bus, & temporalibus dignam, & provi„dam diſpenſationem perficere. Et poſt„quam tibi conſtiterit, electionem hujus„modi rite, & canonice, ut prefertur, ce„lebratam, & perſonam electam ſufficien„tem, idoneamque eſſe, ſuper quo tuam con„ſcientiam oneramus, antequam electionem „duxeris confirmandam, ne contra doctri„nam apoſtoli, canonicasque ſanctiones pre„fate Electe manus cito imponere videaris, „cridam, & proclamationes ſolemnes de „more fieri, & in valvis eccleſie monaſterii „predicti affigi decernas, ut, ſi qui ſint, „qui in formam electionis, vel perſonam e„lecte, ſeu eligentium dicere, ſeu opponere „voluerint, ad certam diem per te depu„tandam coram te compareant, dicturi, & „acturi, quod juſtitia ſuadet, & ordo expo„ſcit rationis, & eadem crida legitime exe„cuta, & coram te reproducta, decretoque „electionis diligenter perſpecto, ſi coram te „nemo comparuerit, qui ſe hujusmodi ele„ctioni opponere, aut eam irritare vellet, „ex tunc auctoritate noſtra ordinaria, atque „noſtro nomine pro hac vice duntaxat, ele„ctam ipſam in abbatiſſam dicti monaſterii „in Göſs per annuli traditionem, aliasque „debitas, & conſuetas ſolemnitates confir„mes, curam, & adminiſtrationem in ſpi„ritualibus, & temporalibus eidem com„mittendo. Nec non prioriſſe, & conven„tui monialium predicti monaſterii in virtu„te ſancte obediencie diſtricte percipiendo „mandes, quatenus electam ipſam in earum „abbatiſſam recipiant, eique in ſpirituali„bus, & temporalibus debitas obedienciam, „reverenciam, & honorem exhibeant alio„quin contra inobedientes, & rebelles ei„dem per cenſuram eccleſiaſticam, & alia „juris remedia procedas omniaque alia, & „ſingula facies, & procures, que circa ea „neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet op„portuna, recepto etiam ab eadem electa „debito fidelitatis, & obediencie juramen„to ad ſancta Dei evangelia per eam corpo„raliter preſtando". Ex hoc decreti tenore habetur, quod ad electionem novæ abbatiſſæ in Göſs, & ad illius confirmationem miſſus fuerit ab archiepiſcopo Leonardo abbas Virgilius noſter, quod vero inſuper ibidem ex mandato DD. Ordinarii viſitationem debuerit inſtituere, patet ex contextu decreti, qui ſequitur.

XIII. Atque inſuper in hoc monaſterio viſitationem

„Inſuper, cum ad dicti monaſterii ſta„tum, & regimen ſalubriter dirigendum ad„ſtringamur, tibi eadem auctoritate noſtra „ordinaria tenore preſentium committimus, „quatenus in eodem monaſterio circa ſpiri„tualia, & temporalia, tam in capite, quam „in membris debite, ac fidelis viſitationis, „ac inquiſitionis officium hac vice duntaxat „inſtituere, & exequi, prout de tua reli„gione, & induſtria confidimus, diligen„tius ſtudeas, reddituum, proventuum, & „adminiſtrationum ejusdem monaſterii ra„tionem debitam, ſi opportunum, ac ex„pediens fuerit, exigas, & recipias, cri„mina, & exceſſus debitis penis percellen„do, conſtitutiones, conſuetudines, ordi„nationes, abuſiones quascunque obſervan„cie regulari adverſantes tollas, & mutes, „faciendo, quod decreveris, ab omnibus, „quorum intereſt, per cenſuram eccleſiaſti„cam firmiter obſervari. Teſtes vero, qui „ſe odio, gracia, vel timore ſubtraxerint „ad perhibendum veritati teſtimonium, cen„ſura ſimili compellas; nos enim ſententias, „ac cenſuras a te in ſupradictis electionis, „confirmationis, & viſitationis negotiis ju„ſte prolatas ratas habebimus, facientes eas „auctore Domino inviolabiliter obſervari ha„rum teſtimonio litterarum. Datum Salz„burge die prima menſis decembris anno „domini - - - nonageſimo ſeptimo". Hucusque litteræ originales pro eligenda, & confirmanda abbatiſſa in Göſs, nec non de inſtituenda regulari viſitatione in eodem monaſterio. Quod autem & hæc viſitatio per Virgilium abbatem noſtrum ibidem fuerit peracta, probant prolixa ſtatuta ſpiritu diſcretionis, & noſtræ ſacræ regulæ plena, quæ etiamnum apud nos exſtant, atque dicto monaſterio relicta fuerunt. Nos ad propoſitum noſtrum ſolummodo damus initium, & concluſionem, prout in charta viſitationis ibidem peractæ de verbo ad verbum legimus, & inde fideliter deſcripſimus:

„In den hailigen Nahmen Jeſu ain Coron, „und Zier aller rainen Jungfrauen. Amen. „Wir Virgili von gottes genaden Abbte des „würdigen Gotshauß ſand Peter ze Saltzpurch „ſand Benedict Orden bechennen mit dieſer un„ſer gegenwertigen Geſchrift, und charten, und „tun chund zu chumpftiger anwaißung, ſonder „der erwirdigen, und den gaiſtlichen, andech„tigen, unſeren lieben in Gott der abbteßin, und „Convent des frauenkloſter Göß ſand Bene„dict orden: als wir nach Abgang weilend „Frauen Barbare Silberbergerin benanndten „Gottshauß Abbteßin auf fleißige firbitte be„nannten Convents uns in aigner Perſonn zu „irer wall ainer chümpftigen Frauen, und Abb„teßin gefüegt haben, ſeind wir auch dißfalls „aus Befelch des Hochwirdigiſten Fürſten, und „Herrn Herrn Lienhardt Erzbiſchove ze Saltz„purch, Legat des Stuels ze Rom als Ordi„nari mit vollmächtigen gewalt als Viſitator „erſchienen, bemeldts Gotshauß in gaiſtlichen, „und weltlichen Beſicht, aller manglen, und „Abgang, ſo gaiſtlicher Obſervanz, nnd Ord„nung widerwertig ſein, irchund, und was „ſträflich geweßen iſt, wendung darinn gethan, „und

„und ze merer unterrichtung etlich Mainumb, und Ordnung in Geschrift bey ir lassen, und „in chraft der Visitation, wie hernach volgt, „geben ꝛc.“. In fine hæc leguntur: „Zu bes„serer Gedächtnuß wollen wir, daß diese un„sere Satzung, und Ordnung mit sampt der vor„dern charten in Convent ze gewehnlichen Zai„ten gelesen werd, und bevelchen der Abteßin, „und Priorin, welche zu den Zaiten sein wer„werden, die zu behalden, die auch niemand „verandern, noch widerruffen sull, noch mag, „dan unser allergenadigster Herr, und Erzbi„schove ze Saltzburg, oder sain Anwald mit „sainer fürstlich genaden mandat, die wir dem „vorbemeldten Frauen Abbteßin, und Convent „zu Gezaignuß aller vorgeschriebenen sachen ge„ben unter unsern anhangendten Sigil. Be„schehen in vorgedachten gottshauß an sand Lu„ceintag nach Christi gepurdt vierzehen hundert, „und in den siben und neünzigsten iare“.

XIIII. Quæ visitatio etiam per Virgilium abbatem instituta fuit in monasterio monialium in Lengsee.

Anno præcedente 1469. similis visitatio regularis ex mandato Domini D. Leonardi archiepiscopi etiam suscepta fuit per nostrum Virgilium abbatem in monasterio monialium in Lengsee; & quamvis in mandato archiepiscopali superius num. XI. per extensum allegato solummodo de confirmatione abbatissæ, non autem de instituenda visitatione mentio fiat, attamen alia originalia acta probant, quod hæc visitatio fuerit suscepta, atque in hac visitatione sat prolixa, ast salùberrima statuta fuerint condita, ibidemque relicta: nos pro confirmatione dictorum damus initium chartæ visitationis, & finem:

„In dem Nahmen Jesu, der ein Bluem, co„ron, und zier der Jungfrauen ist: Amen. „Wir Virgili von gottes genaden abbte ze sand „Peter ze Saltzbnrch sand Benedicten orden, „Urban Gschier Doctor, und Jacob Hauscham„mer Licentiat in gaistlichen rechten bechennen „mit der gegenwertigen unseren charten, und „tun chund zu chumpstiger Anwaißung, sun„derlich den wirdigen, geistlichen, und andech„tigen unsern lieben in Gott der Abbteßin, und „Convent schwestern des Frauen Closter sand „Gorgen bei den Lengsee in Kärnthen gelegen „sand Benedict orden, und Saltzpurger Bi„stum. Als der großmechtig, durchlaichtig First, „und Herr Herr Maximilian Römischer Kö„nig ... die Klöster in sainen erblichen Landen „Salzpurger Bistumb aus sunder innbrünsti„ger Begier, damit saine königliche Majestett „zu gaistlicher Zucht, und Ordnung wohl ge„naigt ist, den hochwirdigsten Firsten, und „Herrn Herrn Lienhardten Erzbischove ze Salz„purch, und Legat des Stuels zu Rom schrift„lich ersuchet hat, die benanndten Klöster bey„der Geschlechts man, und frauen, als ir or„dinari, und geordneter Richter ze visitiren, und „ze besser gaistlicher Ordnung, und wesen ze „bringen, auf solche unser vorbenanndter gne„digster Herr von Salzburg uns obbenandt „commissari mit vollmächtigen gewald in das „Fürstumb Kerndten abgesendet, die Klöster „daselb sand Benedict, und anderer örden ze „visitiren, reformiren in Haupt und Gliedern, „ober, und unterthan, aus ursachen zu strafen, „auf, oder ab ze setzen, in ander Clöster ze schi„cken, und alles das handlen, was in zaitli„chen, und gaistlichen zu solchen sachen gebürth, „und die nothdurft erfordert, und so wir in das „gedachte Frauenkloster sand Gorgen kommen „sain, haben wir daselbs nach ordnung der „rechten visitation gehalten, in Haubt, und „Gliedern vercherung, ordnung, und wendung, „als es die merchlich not eraischet hat, getan, „und ze großen aufnemmen gaistliches Leben, „und Behaltung der H. Regel haben wir den „andechtigen, und gaistlichen Frauen der Abb„teßin, und Convent gemeltes Gotshauß sand „Görgen würdigen, und kimpftigen dise unsere „anwaißung charten, und Satzung nach Ge„legenhait der zait geben in Maaß, form, hier„nach volgendt ꝛc.“. Sequuntur Saluberrimæ leges de beneficio religiosæ vocationis, de officio divino, de sacra communione, & confessione, de silentio, & capitulo, de vitanda proprietate, de jejunio, & cura circa infirmas, de lectione mensali, de solitudine cellæ, de suscipiendis novitiis, de raro egressu extra clausuram, de custodienda monasterii porta, & aliis: in finem autem Dominus visitator officium suum ita concludit: „Wir wollen auch ernstlich, daß all un„ser obgeschriebene ordnung, satzung, gepie„ten, und verpieten, die wir zu amen Anfang „ains gaistlich clösterlichen Leben in den gegen„wertigen Gotshauß in dieser charten gemacht, „und verschrieben haben, ain jede Abbteßinn „des löblichen gotshauß sand Gorge vestiglich „halt in gaistlichen Leben, und ebenbild guter „werch, auch ihr Schwestern, und untertan „solchs ze halten darzu handhab ꝛc. ꝛc. zu Bes„stettigung, und urchund all unserer obberür„ten mainung haben wür vorgenanndt Virgili „abbte dise charten mit unseren anhangenten In„sigl bevestend, und versieglet, des wir vorge„dacht Urban Gschier Doctor, und Jacob „Haußhaimer Licentiat, als der sachen mithel„fer auch gebraucht. An sambstag vor Au„gustini nach Christi gepurde vierzehenhundert, „und in sechs und neünzigsten iare“. Hæc de visitatione per Virgilium abbatem nostrum peracta in Lengsee monasterio monialium nostri ordinis.

XV. Et in monasterio nostri ordinis Ossiacensi, utroque in Carinthia.

Eodem anno, & quidem prius ac prædictum monasterium monialium in Lengsee visitare etiam jussus fuit Virgilius abbas monasterium antiquissimum virorum nostri sacri ordinis ad beatam Virginem in Ossiach; id enim colligitur ex relictis visitationis chartis, & statutis ibidem auctoritate ordinarii conditis sub 16ta mensis Augusti die, anno supradicto 1496. Nos de longiori hac visitationis, & statutorum charta extractum damus, in quantum proposito nostro sufficiens est.

„ - - - Nos igitur Virgilius abbas, & „Jacobus haushaymer com„missarii, & visitatores predicti, absente „vene-

„ven rabili, & egregio decretorum doctore „Dom. Urbano Gschier collega nostro legi„time impedito, visitationis gracia in mo„nasterium sancte Marie in Olliaco Ordinis „sancti Benedicti venientes, reverenter su„scepti, & perhumaniter pertractati, in„venimus monasterium ipsum, quod non „sine cordis amaritudine referimus, ignis „voragine consumptum, & quasi in favil„villam redactum, nihilominus visitationis „officium instituentes spiritualium, & tem„poralium statum ex personis ipsis monaste„rii diligentius perquisivimus, & licet cartam „prioris reformationis auctoritate archiepis„copali quondam facte reperimus, quia ta„men pro temporis, & loci qualitate, eo „quod dictum monasterium tam in locis con„ventualibus, quam ecclesie structuris ca„ret, singula ad presens reformatione digna „reparare, & formare nequivimus, vene„rabilem Patrem Dominum Erasmum dicti „monasterii abbatem per viscera misericor„die Jesu Christi rogatum habuimus, sibi, „ac successoribus suis districtius committen„tes, quatenus dicti monasterii statum tam „in se, ut capite, quam in membris sibi „subjectis juxta cartam prescriptam, & no„stram hic annexam, in qua ordinationes „quasdam pro temporis. & loci qualitate, „& quodammodo pro incipientibus refor„mationem collegimus, conservet, facul„tatem omnium, & singulorum, per nos, „ut infra patebit, ordinationem moderandi, „declarandi, seu immutandi dicto Reve„rendissimo Domino Salzburgensi archiepis„copo, ac suis successoribus reservantes. „Cum ergo secundum evangelicam vocem, „ac beati Benedicti consonantiam primo „regnum Dei querere debeamus, utque „hujus loci fundatores spe sua minime „frustrentur. Statuimus, & ordinamus.... &c.“. Denique post varia reformationis statuta visitationis chartam ita concludit: „In premissorum omnium evidens testi„monium presentem nostre visitationis „chartam nos Virgilius abbas nostri sigilli „appensione curavimus munire, quo & ego „Jacobus haushaymer pro presenti utor. „Datum in Offiaco in monasterio sancte Vir„ginis anno domini millesimo, quadringen„tesimo, nonagesimo sexto, sexta decima „die mensis Augusti“. Hæc de visitatione monasterii Offiacensis ex nostris manuscriptis habemus, quæ etiam historiæ Offiacensis celeberrimi monasterii respondent; nam anno 1484. sub Leonardo, quadragesimo dicti monasterii abbate, *ipsa die sancti Leonardi periit totum cœnobium*, ut habet antiquum fragmentum illius temporis, *miserrimo*, & *calamitossimo incendio*, quod duo sequentes Domini abbates Offiacenses Daniel, speciatim vero Erasmus abbas quadragesimus secundus (de hoc abbate in adducto visitationis instrumento fuit facta mentio) restaurare conati sunt; sic enim habet annus Offiacensis millesimus anno 1749. recenter, & altera vice in lucem datus de Erasmo XLII. abbate: „Præterea abbatiam, refectorium, „& hospitum conclave per nuperum incen„dium devastatum feliciter perfecit“. Atque hæc de visitationibus, & commissionibus, quas abbas noster primis statim annis post electionem ex mandato archiepiscopali peregit, dicta sint, ex quibus sane prudentia, & gerendi dexteritas Virgilii abbatis nostri ut plurimum commendatur.

XVI. Idem Dom. abbas etiam monasterii bonum per acceptas fundationes,

Quamvis autem, ut jam superius mentio facta fuit, hic Dom. abbas noster Virgilius, hujus nominis II., septem solummodo annis rexerit abbatiam nostram, attamen non pauca restant, quæ ad ipsius commendationem recenseri merentur, speciatim, quod ope benefactorum per varias acceptatas fundationes, per emptiones novorum bonorum, nec non per varias bonorum permutationes variis modis bonum spirituale, & temporale monasterii sibi concrediti promoverit. Ex relictis plerisque litteris membraneis habetur, quod sequentes fundationes sub hoc abbate fuerint acceptatæ prout a fidelibus factæ fuerunt. Sic quidam Bartholomæus Falch civis Salisburgensis fundavit anniversarium, & ordinavit in suo testamento unam libram nummorum annui census ex domo cujusdam fabri ferrarii in Traidgassen præstandi, vigore litterarum, quæ datæ sunt anno 1496. feria sexta ante dominicam Lætare. Alius Bartholomæus, cognomine Wollmuth eodem anno pro anniversario dedit duas libras nummorum, quæ annuatim colligi debent ex quadam domo in Kaji, ut exhibent litteræ, quæ datæ fuerunt dicto anno feria quarta ante diem sancti Georgii. Anno 1498. a Petro Haslinger, & Barbara uxore pro duabus annuis missis ordinatæ fuerunt duæ libræ pensionis annuæ ex domo quadam trans pontem colligendæ. Quædam Margaretha Waschenhalsin dedit triginta libras nummorum, ut ex hoc pretio annua, & perpetua pensio unius libræ nummorum comparetur, eidem autem duæ missæ cum anniversario persolvantur. Quidam Erasmus Pichler pro se, & familia sua anno 1498. fundavit anniversarium apud monachos, & unum apud moniales sancti Petri, & tradidit monasterio annuam pensionem viginti sex librarum nummorum, quæ pensio ex variis domibus in civitate singulis annis erat colligenda. Anno 1501. Dominus Wilhelmus Charndner presbiter sæcularis duo anniversaria fundavit, pro quibus monasterio dedit octo libras nummorum colligendas ex prædio Töttenau in Bavaria in officio nostro Tittmoning, ut patet ex litteris dicto anno sabbato ante festum omnium Sanctorum erectis. De quodam Joanne Rubein legitur, quod pro anniversario ad monasterium quædam juris canonici volumina obtulerit. Et hæc de præcipuis fundationibus piorum fidelium sub abbate Virgilio, quorum vel in toto, vel in parte post legitimam reductionem

nem pia memoria in missis, & vigiliis habetur.

XVII. Per emptiones quorumdam bonorum, & censuum annualium,

De quibusdam bonis, quæ Virgilius abbas per emptionem monasterio adjecit, sequentia legimus in actis: & primo quidem anno 1496. emit a quodam Christophoro Strasser quasdam alpes in officio Ensthall, cujus emptionis litteræ extant scriptæ, & datæ sunt dicto anno feria sexta post nativitatem Domini. Nos initium litterarum damus.

„Ich Christoph von Straß zu Alm, bechenn „für mich, und all main Eriben/an dem of„fen Prief, und tun chund allen, den er fir„chumpt, daß ich woll bedächtlich, recht, und „redlich, chauflich verchauft, und zu einen stä„ten, und ewigen chauf zu chauffen geben habe, „gib auch hiemit wissentlich in chraft des Priefs „dem erwirdig in Gott Herrn Virgilium Abbt „des Gottshauß Sand Peter hier zu Saltz„purch, und allen sainen nachchommen zu des„selben Gottshaus handten main Alm, ge„nandt Purndech, Neudech, und Ursprung „ze nechst an des Gottshauß zu Sand Peter Alm „ursprung stossent, gelegen in Enstal hauser „Pfarr, und wolchenstainer Gericht mit aller „ihrer Zugehörung, die dan jezo Peter am „Stain, Michael von Grueb, Wolfgang „Handmütter anfm Norberg, und wandl von „chlauslehen jedes ain viertail an der bemeldten „Alm innhalten, und in jedes von sainem vier„tail järlich dient vier schilling Pfenning, bringt „von ganzer Alm zway Pfund Pfenning, „Stiftwain, und zween schreibpfenning, und „ist frey ledigs aigen, und freye Stift mit allen „eren, rechten, gilten, nutzen, nnd geraichen „an Holtz, Blumgesuch, wißmad, waid, „und allen zuegehörung ꝛc. ꝛc.„ Secundo, a quodam Friderico de Aichach eodem anno emptum fuit dimidium prædium Aichach, situm in officio nostro Weildorf, in Parochia Pettingensi, & Præfectura Raschenbergensi, ut patet ex litteris citato anno 1496. in die sanctæ Elisabethæ erectis, quarum initium ita habet:

„Ich Fridrich von Aichach in Raschenberger „Gricht gesessen, und ich Magdalena sain „Hausfrau bekennen unterschaidentlich für „uns ꝛc. mit diesen offen Prief, da wir aus ver„ainten guten Willen ze chauffen geben ha„ben ꝛc. dem erwirdigen in Gott Vater, und „Herrn Herrn Virgili Abbt, unsers gnedigen „Herrn, und convent des wirdigen Gotts„hauß Sand Peter zu Saltzburch, und iren „nachchommen, das Halbgietl zu Aichach mit „sampt den dray äckern, die an das Güetl „Kragsteneſt ligen, in Pettinger Pfarr, und „Raschenberger Gericht, so wir an jüngsten „chauflich in unsern Gewalt bracht haben ꝛc.„ Anno 1499. emit Dominus abbas nobile illud prædium, seu curiam Adlstetten a Domino Wolfgango de Nusdorf Mareschallo hæreditario archiepiscopatus Salisburgensis pro mille, & centum aureis Rhenensibus, quam curiam successor Virgilii Wolfgangus, ut in ipsius vita dicetur, postquam per ignem graviter læsa fuit, cum duobus aliis prædiis permutavit in Rordorf, ut pluribus dicetur in vita Wolfgangi abbatis. Legimus etiam, quod quidam Petrus Eckkl in Dirnberg vendiderit Domino abbati tanquam Domino directo annum censum unius libræ pecuniarum, ut exhibent litteræ, quæ datæ fuerunt anno 1499. in die annunciationis B. V., in quibus equidem per errorem loco Virgilii legitur nomen abbatis Ruperti, qui tamen anno 1495. jam supremum diem clausit. Similiter a quodam Balthasaro Pech, cive in Hallein, emit Dominus abbas duodecim schillingos nummorum, qui tanquam annuus census ex ipsius domo in Hallein ad festum S. Michaelis archangeli debuerunt deponi ad manus officialis monasterii ibidem existentis, quæ emptio facta fuit anno 1502.

XVIII. Nec non per quasdam permutationes, & locationes utiliter promovit.

Huc etiam spectant paucæ quædam bonorum permutationes, & locationes, quas fecit Dominus abbas, & per quas non minus, si bene, & prudenter fiant, bonum monasterii promoveri potest. Vigore litterarum, quæ datæ fuerunt anno 1496. in die S. Apolloniæ, Dominus abbas cum Domino Christano Dieter (forte Diker) qui erat præfectus in Glanegg, & possessor in Urstain, fecit quandam permutationem; iste enim remisit annuam pensionem pecuniariam cum certa quantitate salis, quæ eidem monasterium præstare debuit propter domum nostram in Hallein; Dominus abbas autem remisit prædicto Domino in Urstain decimas, quæ monasterio nostro debuerunt solvi. Anno 1501. permutavit Dominus abbas noster cum quodam Sebastiano Tünchel cive Salisburgensi aliquot annuos census in platea Abbtgassen, & ab eodem cive alios recepit in platea Traidgassen, ut exhibent litteræ de dicto anno in die sanctæ Margaretæ. Anno 1497. locata fuit D. Christophoro Mandl de Stainfels Doctori, & Cancellario Salisburgensi domus nostra prope ecclesiam parochialem, prout leguntur litteræ in officio municipali sub titulo Abbtgassen. Anno 1498. locavit abbas Virgilius Joanni Reichl, cive in Krembs, curiam nostram ibidem in urbe sitam cum annuo censu, & variis conditionibus. Anno præcedente 1497. concessit cuidam Ægidio Pfaffinger apud Ahausen emphyteusin unius partis illius prædii, Ahausen dicti, in officio nostro Hallein pro annuo censu 20. schillingorum nummorum. Anno 1502. locavit Dominus abbas noster cuidam Domino Georgio Erlbacher, qui illo tempore erat parochus ad S. Joannem in Leuchtentall, & in officio præfecti erat Salzburgi, curiam nostram in in Chay; quæ autem illa fuerit, aut quod nomen post tot annorum lapsum obtinuerit, vel quem possessorem nunc habeat, discerni non potest. Atque istæ sunt præcipuæ fundationes, emptiones, permutationes, & locationes bonorum, quæ factæ fuerunt

ſub brevi ſeptem annorum regimine, quibus abbas Virgilius utiliter præfuit monaſterio noſtro.

XIX. Biennio ante mortem ab Alexandro VI. incorporationis confirmationem eccleſiæ in Hallein impetravit.

Pro coronide actorum Virgilii abbatis, hujus nominis II., ſuperaddi meretur, quod biennio ante mortem ab Alexandro Papa, hujus nominis VI. (a quo ut ſupra num. IX. relatum, confirmationem omnium privilegiorum in genere pro noſtro monaſterio accepit) etiam confirmationem incorporationis eccleſiæ parochialis in Hallein impetraverit, tenore diplomatis pontificii etiamnum in originali exſtantis, cujus tenorem de verbo ad verbum ſequentibus damus:

„Alexander epiſcopus, ſervus ſervorum „Dei, ad perpetuam rei memoriam. In„junctum nobis deſuper apoſtolice ſervitutis „officium ad ea mentem noſtram excitat, & „inducit, per que monaſteriorum, & eo„rum regimini preſidentium ac perſonarum „in illis ſub ſuavi religionis jugo altiſſimo fa„mulantium commoditati conſulitur. Sa„ne pro parte dilectorum filiorum abbatis, „& conventus monaſterii ſancti Petri Salz„burgenſis, ordinis ſancti Benedicti nobis „nuper exhibita, petitio continebat, quod „ſi parochialis eccleſia S. Antonii in Helſen, „Salzburgenſ. dieceſis, que contigua eſt, „ſive redditibus monaſterii, ad cujus abba„tem pro tempore exiſtentem, ac conven„tum prefatos preſentatio perſone idonee „Ordinario loci ad ipſam eccleſiam, dum „pro tempore vacat, in illius Rectorem de „antiqua, & approbata, hactenusque pa„cifice obſervata conſuetudine pertinet, i„pſeque Rector pro tempore exiſtens eidem „abbati, & conventui ex indulto apoſtolico „eis conceſſo penſionem annuam triginta „duarum librarum denariorum monete illius „loci annis ſingulis in perpetuum dare, Ab„bas vero prefatus certis anni temporibus in „eadem eccleſia divina officia in pontificali„bus celebrare tenetur, prefato monaſterio „perpetuo uniretur, annecteretur, & in„corporaretur, ex hoc profecto abbatis, & „conventus predictorum commoditatibus „plurimum conſuleretur. Quare pro parte „eorundem abbatis, & conventus aſſeren„tium fructus, redditus, & proventus dicte „eccleſie duodecim marcharum argenti ſe„cundum communem extimationem, va„lorem annuum non excedere, nobis fuit „humiliter ſupplicatum, ut eccleſiam ipſam „eidem monaſterio perpetuo unire, anne„ctere, & incorporare, aliasque ſibi in pre„miſſis opportune providere de benignitate „apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui „dudum inter alia voluimus, quod petentes „beneficia eccleſiaſtica aliis uniri, teneren„tur exprimere verum valorem ſecundum „extimationem predictam, etiam beneficii, „cui unio fieri peteretur, & ſemper in unio„nibus commiſſio fieret ad partes vocatis, „quorum intereſſet, alioquin unio hujusmo„di non valeret, eosdem abbatem, & con„ventum, ac illius ſingulares perſonas a „quibuscunque excommunicationis, ſu„ſpenſionis, & interdicti, ac aliis eccleſia„ſticis ſententiis, cenſuris, & penis a jure, „vel ab homine quavis occaſione, vel cau„ſa, ſi quibus quomodolibet innodati exi„ſtunt, ad effectum preſentium dumtaxat „conſequendum, harum ſerie abſolventes, „& abſolutos fore cenſentes, dictique mo„naſterii fructuum, reddituum, & proven„tuum verum annuum valorem preſentibus „pro expreſſis habentes hujusmodi ſupplica„tionibus inclinati, eccleſiam predictam „cum omnibus juribus, & pertinentiis ſuis „eidem monaſterio auctoritate apoſtolica „tenore preſentium perpetuo unimus, an„nectimus, & incorporamus, ita, quod „cedente, vel decedente moderno dicte ec„cleſie rectore, ſeu eccleſiam ipſam alias „quomodolibet dimittente, liceat moderno, „& pro tempore exiſtenti dicti monaſterii ab„bati & conventui prefatis eccleſie, jurium„que, & pertinentiarum predictarum cor„poralem poſſeſſionem per ſe, & per alium, „vel alios propria auctoritate libere appre„hendere, & perpetuo retinere, ac eidem „eccleſie per presbiterum ydoneum regula„rem, vel ſecularem ad eorumdem abbatis, „& conventus nutu ponendum, & quoties „illis placuerit, amovendum, in divinis de„ſervire, ac curam parochianorum eorum„dem exerceri facere, nec non illius fru„ctus, redditus, & proventus in ſuos, ac „monaſterii, & eccleſie predictorum uſus, „& utilitatem convertere, dioceſani loci, „vel cujusvis alterius licentia ſuper hac mi„nime requiſita, non obſtantibus priori vo„luntate noſtra predicta, ac aliis conſtitu„tionibus, & ordinationibus apoſtolicis „contrariis quibuscunque. Aut ſi aliqui „ſuper proviſionibus ſibi faciendis de hujus„modi, vel aliis beneficiis eccleſiaſticis in „illis partibus ſpeciales, vel generales apo„ſtolice ſedis, vel legatorum ejus litteras „impetraverunt, etiamſi per eos ad inhibi„tionem, reſervationem, & decretum, vel „alias quomodolibet ſit proceſſum, quas „quidem litteras, & proceſſus habitos per „easdem, & inde ſecuta quecunque ad di„ctam eccleſiam voluimus non extendi, ſed „nullum per hoc eis quoad aſſecutionem be„neficiorum prejudicium generari, & qui„buslibet aliis privilegiis, indulgentiis, & „litteris apoſtolicis, generalibus vel ſpecia„libus, quorumcumque tenorum exiſtant, „per que preſentibus non expreſſa vel totali„ter non inſerta effectus eorum impediri va„leat quomodolibet vel differri, & de qui„bus, quorumque totis tenoribus habenda „ſit in noſtris litteris mentio ſpecialis, pro„viſo, quod propter unionem, annexionem, „& incorporationem predictas dicta eccle„ſia debitis non fraudetur obſequiis, & ani„marum cura in ea nullatenus negligatur, „ſed ejus congrue ſupportentur onera con„ſueta. Et inſuper ex nunc irritum decer„nimus

„nimus, & inane, ſi ſecus ſuper his a quo„quam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtre abſolutionis, unionis, incorporationis, voluntatis, & conſtitutionis infringere, vel auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum Rome apud S. Petrum anno incarnationis dominice milleſimo, quingenteſimo, quinto Kalendis Julii, pontificatus noſtri anno octavo.„

(L.S.) *Jo. de Turchis.*

Hucusque tenor genuinus bullæ pontificiæ ab Alexandro VI. emanatæ: quæ autem neceſſitas coegerit Virgilium abbatem, ut impetraret hanc confirmationem, cum tamen hæc eccleſia nobis jam a Chonrado I. archiepiſcopo data fuerit, ut ſuo loco vidimus, nobis non ſatis conſtat, hoc certum eſt, quod eandem confirmationem anno 1508. a Julio II. rurſus petierit, & obtinuerit ſucceſſor Virgilii Wolfgangus abbas, quæ tamen ſuccedentibus annis, ut debito ordidine dicemus, iterum per Clementem VII. anno 1533. ſublata, & loco eccleſiæ parochialis Hallinenſis monaſterio eccleſia parochialis abbatis augienſis per Paulum III. anno 1536. incorporata fuit.

XX. Et anno 1502. ſupremum vitæ diem clauſit nona decembris die.

Atque hæc de meritiſſimo Præſule Virgilio, hujus nominis II., dicta ſufficiant, qui, ut jam ſupra num. VI. mentio facta fuit, anno 1502. die nona decembris ſexagenarius ſupremum vitæ diem clauſit. Meretur etiam actis Virgilii abbatis inſeri epiſtola funebris, quam ipſius ſucceſſor, & venerabilis conventus poſt mortem more conſueto ad illa monaſteria direxerunt, inter quæ ſpiritualis pro defunctorum ſolatio confœderatio interceſſit. Epiſtola hæc, cujus copia nobis ex aliquo vicino monaſterio benigne communicata fuit, brevi, & humili ſtylo, a modernis epiſtolis mortualibus ut plurimum differenti, exarata eſt, & non ſine ædificatione legi poteſt ſequenti tenore:

„*Cum orationibus devotis ſinceram in Domino „Jeſu charitatem.*

„Reverendi, honorandi, ac religioſi Pa„tres, & fratres. Veſtris notificamus „devotionibus, quod quinto nonas decem„bris reverendus in Chriſto Pater, & Domi„nus Virgilius olim monaſterii noſtri pro„feſſus, ac abbas, religionis excultor pre„cipuus ſacramentis eccleſie rite premuni„tus viam univerſe carnis ingreſſus eſt. „Quare affectuoſius precamur, ut juxta fe„dus contracte nobis fraternitatis eidem Pa„tri ſolita exequiarum ſuffragia impendere, „nec non calendariis mortuorum ipſius no„men inſcribere velitis, prout viciſſim ve„ſtris pro defunctis ſoliti ſumus exhibere. „Datum Salzburge in monaſterio S. Petri die „Erhardi confeſſoris. Anno Domini 1503.

„*Wolfgangus abbas, Joannes Prior, „totusque conventus monaſterii S. Pe„tri Salzburge*„

WOLFGANGUS,

ABBAS AD S. PETRUM LX.

AB ANNO 1502. USQUE AD ANNUM 1518.

I. Post mortem Virgilii II. electum fuisse in abbatem Wolfgangum nostri monasterii professum,

Moriens Virgilius monasterii statum sat bonum reliquit; dum enim Virgilius præesset, reperiebantur in conventu religiosorum octodecim presbyteri, tres diaconi, quatuor novitii, & totidem conversi, seu fratres laici. In conventu vero sanctimonialium professæ Virgines septemdecim, novitiæ tres, & totidem tyrocinio destinatæ, personæ universim sacræ, quinquaginta duæ de penu abbatis sustentandæ. Pro successore (vix octiduo post suprema fata Virgilii finito) ad abbatiam promovendo destinata fuit dies octava conceptæ Virginis Deiparæ, in qua, ubi in suffragia eundum erat, ipse Illustrissimus, & Reverendissimus archiepiscopus Leonardus cum episcopo Chiemensi præsentiam suam exhibuit, protestatus, neutiquam se venisse, ut libertatem suffragiorum adimeret, sed potius in bonum successum animaret: Et ita evenit: magno consilio electus Wolfgangus Walcher, monachus loci, & monialium S. Petri sex annis confessarius, humili quidem genere oriundus, sed virtute religiosa nobilis, humanitate præcipue, mansuetudine, patientia, erga suos amore, unde omnium animos traxit, tulitque amores. Præplacuit pulchra concordia Leonardo, nec cunctatus reluctantem licet, electum manu prehendit, duxitque in ecclesiam, ubi hymno ambrosiano decantato laudes, & grates Deo dictæ. Electum deinde in vigilia D. Thomæ apostoli ipsemet archiepiscopus confirmavit, & benedictionem superaddidit in ipso monasterio, ubi & prandio frugaliter exceptus. Ita ferme de verbo ad verbum describit electionem Wolfgangi abbatis historicus noster P. Mezgerus pag. 520. quæ relatio etiam antiquiori chronico Martini abbatis ad finem ejusdem sæculi conscripto conformis est. Sed neque de electione Wolfgangi abbatis nostri penitus

tus tacet author exterus, ſed probatus, & celebris rerum Salisburgenſium hiſtoricus Marcus Hanſizius, qui in vita Leonardi archiepiſcopi num. XIV. ſequentia ſcribit circa finem: „Poſt exceſſum Virgilii, „quum iretur a cœnobitis in ſuffragia, præ„ter morem deceſſorum Leonardus ipſe ſcru„tinio aſſedit unacum epiſcopo Chiemenſi „Bertholdo, diſerte teſtatus, nihil officere „velle libertati votorum, quin potius com„modare. Tunc Wolfgangus mirifica con„ſenſione prodiit anno 1502. die poſt beatæ „Mariæ conceptum octava, quem Leonar„dus confirmavit in profeſto S. Thomæ, „inauguravit die ſancti Joannis apoſtoli". Ita Hanſizius de electione abbatis noſtri Wolfgangi, qui anno 1460. natus eſt in Köſching oppido quodam uno milliario diſtante Ingolſtadio, humili loco, & parentibus honeſtis; in noſtro autem monaſterio, ut exſtans probat religioſæ profeſſionis teſtimonium, ſub Ruperto hujus nominis V. abbate, duodecima Martii anno 1482. expreſſe fuit profeſſus.

II. Docet authenticum electionis abbatialis inſtrumentum: ſubſcriptione

Ut autem plenior de electione Wolfgangi, qui cognomine ſuo dicebatur Walcher, habeatur notitia, damus tenorem inſtrumenti electionis, quod in membrana ſcriptum ſubſcriptione eligentium religioſorum, & auctoritate notarii roboratum eſt:

„In nomine Domini, amen. Reverendiſ„ſimo in Chriſto Patri, & Domino Do„mino Leonhardo ſancte Salzburgenſis ec„cleſie archiepiſcopo, & apoſtolice ſedis „Legato, Domino noſtro gratioſiſſimo fra„ter Joannes Prior, Andreas Suprior, „Chriſtophorus Senior, totusque conven„tus monaſterii ſancti Benedicti reveren„tiam, honorem, & obedientiam tam de„bitas, quam condignas cum orationibus „aſſiduis utinam Deo devotis. Reverendiſ„ſime Pater, & Domine Domine gratio„ſiſſime, ad veſtram reverendiſſimam pa„ternitatem deducimus per preſentes, quod „cum nuper bone memorie venerabilis, & „religioſus Pater, Dominus Virgilius pre„fati monaſterii noſtri abbas noviſſimus die „veneris nona menſis Decembris anni jam „currentis; quod non ſine gravi mentis „turbatione referimus, naturæ ſolvens de„bitum, ſpiritum ſuum altiſſimo reddide„rit creatori. Nos ipſius defuncti abbatis „corpore eccleſiaſtice tradito ſepulture, ei„que munere exequiali impenſo, propte„rea conventualiter congregati, nolentes „dictum monaſterium noſtrum paſtoris ſo„latio diutius eſſe deſtitutum, quodque ex „vacatione diutina in ſpiritualibus, & tem„poralibus diſpendioſa incommoda patere„tur, diem Jovis, quintam decimam men„ſis decembris predicti cum continuatione „dierum ſequentium, & horam ſeptimam, „vel quaſi de mane ejusdem diei ad provi„dendum dicto monaſterio noſtro, de futu„ro abbate, & Paſtore per electionem cano„nicam pro termino peremptorio, & com„petenti locum capitularem monaſterii no„ſtri ſolitum matura deliberatione præhabi„ta ſtatuimus, & prefigimus, litterasque „noſtras citatorias ſub ſigillo noſtro conven„tuali deſuper decrevimus, & illas contra „omnes, ſua communiter, vel diviſim in„tereſſe putantes, in valvis dicti monaſte„rii noſtri publice affigi, & legitime exe„qui demandavimus, ac ad diem, & ho„ram preſcriptam citari fecimus, & evoca„ri. Die itaque ſtatuto, adveniente in ec„cleſia monaſterii noſtri convenimus, miſ„ſam de ſpiritu ſancto inibi ſolempniter de„cantavimus, ac confeſſi, & contriti juxta „mentem conſtitutionis concilii Baſileenſis „venerabile euchariſtie ſacramentum rece„pimus, & dicto officio miſſe finito ad ca„pitulum noſtrum, & locum electionis con„ſuetum nos recepimus de electione futuri „abbatis, & paſtoris tractaturi, dictisque „litteris citatoriis in valvis eccleſie noſtre „debite executis, coram nobis reproductis, „& contumacia citatorum non comparen„tium accuſata, ipſisque citatis non com„parentibus per nos pro contumacibus re„putatis, ac preſentibus omnibus, qui de„buerant, & potuerant commode intereſſe. „Qualiter autem, & ſecundum quam for„mam in negotio electionis hujusmodi pro„cedendum eſſet, cepimus habere tracta„tum; tandem deliberatione prehabita pla„cuit nobis omnibus per formam compro„miſſi limitati, ſive mixti, prout ſequitur, „electionem hujusmodi celebrare. Prote„ſtatione itaque, & admonitione in hujus„modi actu fieri ſolitis, & conſuetis premiſ„ſis, nos itaque omnes, & ſinguli fratres „conventuales nullo diſcrepante voluntarie, „& libere tres ex fratribus noſtris conven„tualibus aſſumpſimus, & nominavimus „in ſcrutatores, & compromiſſarios, vi„delicet Andream Supriorem, Andream „juniorem, & Iheronimum fratres conven„tuales; & monachos monaſterii expreſſe „profeſſos, dando eis plenam poteſtatem, „quatenus ſecreto, & ſigillatim inquiſitis, „& examinatis votis omnium, & ſingulo„rum, primo tamen ſuis deinde aliorum „fratrum conventualium, & his votis ex„quiſitis, & in ſcriptis redactis, illum in „quem major pars conventus conſentiret, „in abbatem monaſterii noſtri S. Petri eli„gerent, & paſtorem, & poſtquam forent „de perſona eligenda concordes, unus eo„rum de ſuorum collegarum mandato, vi„ce ſua, & aliorum, ac totius conventus „perſonam eandem eligeret in communi, „& ei electionem hujusmodi preſentaret, „conſenſumque ipſius in eandem electionem „peteret, atque electionem ipſam per ſe „publicaret, aut per alium faceret ſolem„niter publicari, preſtito etiam a nobis om„nibus, & ſingulis juramento de futuro „eligendo abbate juxta formam in concilio „Baſileenſi traditam. Compromiſſarii ve„ro,

„ro, & ſcrutatores predicti hujusmodi po-
„teſtatem ſibi traditam acceptantes, & ad
„interiorem partem capituli noſtri unacum
„notario, & teſtibus infraſcriptis trahentes
„ſecreto, & ſigillatim inquiſierunt, & ex-
„aminaverunt diligenter, ſicut nobis poſt-
„modum retulerunt, primo ad invicem
„vota ſua, & noſtra poſtmodum, quibus
„quidem votis receptis, & in ſcriptis reda-
„ctis compertum exſtitit, totum conven-
„tum in venerabilem, & religioſum fratrem
„Wolfgangum Walcher, profeſſum mona-
„ſterii noſtri S. Petri direxiſſe vota ſua, vi-
„rum profecto religioſum, providum, lit-
„terarum ſcientia preditum, vita, & mo-
„ribus multipliciter commendatum, in ſa-
„cerdotio, & legitima ætate conſtitutum,
„de legitimo matrimonio procreatum, in
„ſpiritualibus, & temporalibus commen-
„dabiliter circumſpectum, & alias ydoneum
„ſecundum canonicas ſanctiones, quem
„prefatus frater Andreas Subprior, unus
„de tribus ſcrutatoribus, & compromiſſa-
„riis vice ſua, ac de conſenſu, & voluntа-
„te collegarum ſuorum virtute compromiſſi
„in eos per nos fratres conventuales facti,
„& de mandato noſtro, nobisque preſen-
„tibus in ſcriptis elegit, ipſamque electio-
„nem pronunciavit, & ſolempniter publi-
„cavit in hunc, qui ſequitur modum: Ad
„laudem, & gloriam ſanctiſſime, & indi-
„vidue Trinitatis, Patris, & Filii, & Spi-
„ritus ſancti, beate Marie Virginis, & S.
„Petri apoſtolorum principis, Patroni no-
„ſtri, & totius celeſtis curie feliciter trium-
„phantis. Ego frater Andreas Senior unus
„de tribus ſcrutatoribus, & compromiſſa-
„riis vice mea, & de conſenſu, ac volun-
„tate collegarum meorum virtute compro-
„miſſi in nos per conventum facti invocata
„Spiritus ſancti gratia venerabilem P. Wolf-
„gangum, in quem totus conventus con-
„ſenſit, in abbatem hujus monaſterii S. Pe-
„tri eligo, & paſtorem, eandemque ele-
„ctionem in his ſcriptis pronuncio, in no-
„mine Patris, & filii, & Spiritus ſancti,
„quam quidem electionem ſic, ut premit-
„titur, factam, & in communi publicatam
„nos omnes unanimiter recepimus, appro-
„bavimus, ratam, & acceptam habuimus,
„ipſumque electum ibidem preſentem, &
„electionem de ſe factam, audientem de-
„bita cum inſtantia requiſivimus, quatenus
„ipſi electioni de ſe facte preſtaret aſſenſum,
„qui ad partem ſecedens, & ſe deſuper de-
„liberans, ſeque non tam ydoneum ad tam
„grave onus aſſumendum exiſtimans, ſi-
„cut oportunitas exigeret, tandem divine
„nolens reſiſtere voluntati hujusmodi ele-
„ctioni ad inſtantiam noſtram annuit, &
„ipſe tàm humiliter, quam devote conſen-
„ſit, quo conſenſu ſuſcepto ipſum Domi-
„num noſtrum electum de loco capitulari
„noſtro, in quo, ut prefertur, capitulari-
„ter congregati fuimus, in eccleſiam S.
„Petri monaſterii noſtri predicti ad ſummum
„altare S. Petri duximus, & aſſociavimus,
„cantum Te Deum laudamus, more ſolito
„integre altis vocibus decantavimus, pul-
„ſatis ad hoc campanis, electionem ipſam
„clero, & populo ibidem in magna mul-
„titudine congregatis fecimus ſolempniter
„publicari. Quapropter Reverendiſſime
„Pater, & Domine gratioſiſſime Paternita-
„ti veſtre Reverendiſſime devotiſſime, &
„humiliter, votoque unanimi ſupplicamus,
„quatenus eadem Reverendiſſima paterni-
„tas electionem predictam ſic ſolempniter,
„& canonice celebratam, auctoritate ve-
„ſtra ordinaria confirmare, & eidem noſtro
„electo munus confirmationis, atque bene-
„dictionis paterne, & gratioſe impertiri
„demandare dignetur, ut idem Dominus
„electus munere confirmationis, nec non
„benedictionis ſibi impenſo Deo auctore no-
„bis, & monaſterio noſtro, ac omnibus
„ſubditis ſuis velut ydoneus paſtor præeſſe
„valeat, utiliter & prodeſſe nosque, & alii
„ejus ſubditi ſub ipſius regimine poſſimus
„altiſſimo ſalubriter militare.

III. Eligentium, & auctoritate notarii publici roboratum.

"Præterea, ut paternitas veſtra reveren-
"diſſima evidentius cognoſcat, nos una-
"nimi conſenſu in predictis omnibus, & ſin-
"gulis conveniſſe, & in hujusmodi petitio-
"ne unanimes eſſe, preſens electionis de-
"cretum veſtre paternitati reverendiſſime
"transmittimus manibus propriis ſubſcrip-
"tum, & roboratum, quod etiam ad majo-
"rem cautelam per notarium publicum in-
"fraſcriptum ſubſcribi, & in formam publi-
"cam redigi, ac ſigillo noſtro conventuali
"juſſimus, & fecimus appenſione commu-
"niri, & ſigillari. Celebrata vero, & fa-
"cta eſt electio predicta in prefato monaſte-
"rio noſtro S. Petri in loco capitulari ſub
"anno a nativitate Domini milleſimo, quin-
"genteſimo ſecundo, indictione quinta, die
"vero Jovis, quintadecima, menſis decem-
"bris ſupradicti, pontificatus ſanctiſſimi in
"Chriſto Patris, & Domini noſtri D. Ale-
"xandri divina providentia Pape ſexti an-
"no undecimo, preſentibus ibidem Reve-
"rendo in Chriſto Patre, ac Domino Joan-
"ne Pramer, decretorum doctore, canoni-
"co, ac vicario in ſpiritualibus generali ec-
"cleſie, & officiali curie Salzburgens. nec
"non venerabilibus, & egregiis viris Domi-
"nis, & magiſtris Michaele Stathler cano-
"nico eccleſie patavienſis, Joanne Wagin-
"ger Plebano in Taxenbach aſſeſſore conſi-
"ſtorii curie Salzburgens. in decretis, Per-
"tholdo Pirſtinger Magiſtro camere ejus-
"dem curie, utriusque juris licentiato, Jo-
"anne Ernſt decretorum doctore in Gratz,
"Erhardo Wichſer procuratore generali di-
"cti conſiſtorii in Werfen, Sigiſmundo Türſs
"in Troſperg, alias Peterschirchen eccleſia-
"rum parochialium rectoribus, & Michae-
"le Harlander granatore dicte curie presbit.
"Salzburgens. dioces. teſtibus ad premiſſa
"vocatis, electis, juratis, & ſpecialiter
"requiſitis.

"Ego

"Ego frater Joannes Prior supradicti mo-
"nasterii sancti Petri prof. in vener. Fr. Wolf-
"gangum consensi, & consentio, & ideo
"me propria manu subscripsi.
"Ego fr. Andreas Subprior, ac Senior &c.
"Ego fr. Christophorus &c.
"Ego fr. Blasius &c.
"Ego frater Laurentius &c.
"Ego frater Virgilius &c.
"Ego frater Andreas junior &c.
"Ego frater Paulus &c.
"Ego frater Udalricus &c.
"Ego frater Adam &c.
"Ego frater Symon natione Illyricus Gar-
"chavetz cogn. &c.
"Ego frater Bernardus &c.
"Ego frater Vitalis &c.
"Ego frater Hieronymus &c.
"Ego frater Augustinus &c.
"Ego frater Gregorius &c.
"Ego frater Leonardus &c.
"Ego frater Maurus &c. consensi & con-
"sentio &c.

L. Sigilli notarii.

"Et ego Heinricus Pfaffenhofer clericus patavienlis dioces. publicus imperiali "auctoritate, causarumque consistorii curie "Salzburgens. substitutus, & ad premissa "notarius juratus, quia premissis congrega-"tioni, deliberationi, protestationi, scru-"tatorum, & compromissariorum deputa-"tioni, potestatis dationi, juramentorum "prestationi, votorum scrutationi, electio-"nis pronunciationi, & publicationi, con-"sensus ratificationi, introductioni, omni-"busque aliis, ac singulis, dum sic, ut pre-"mittitur, per supradictum venerabilem "conventum fierent, & agerentur, una-"cum prenominatis Dominis testibus ele-"ctis, & juratis presens interfui, eaque sic "fieri vidi, & audivi, ideo ex mandato pre-"fati conventus presens electionis decretum "sive publicum instrumentum per alium fi-"deliter scriptum confeci, subscripsi, & in "hanc publicam formam redegi, signoque, "& nomine meis solitis, & consuetis una-"cum sigilli dicti conventus monasterii S. Pe-"tri appensione signavi in fidem, & testimo-"nium omnium, & singulorum premissorum "rogatus, & requisitus". Hucusque in-strumentum electionis abbatis Wolfgangi: litteræ autem confirmationis vel non fue-runt erectæ, vel alio distractæ, ubinam pervenerint, nescitur.

IV. Sub hoc abbate patella salinaria anno 1506. a monasterio ad cameram archiepiscopalem fuit translata:

Sat multa in actis notata legimus, quæ de laudabili regimine Wolfgangi abbatis (qui annis quindecim, & dimidio præfuit) recenseri, & commendari merentur: & primo quidem, quod quarto post electio-nem anno, id est, anno 1506. patella sa-linaria in Hallein cum certis conditionibus ad majorem monasterii utilitatem a mona-sterio nostro ad cameram archiepiscopalem sub DD. Leonardo archiepiscopo fuerit translata. Quod ut melius intelligatur, primitus damus generalem de hac permu-tatione notitiam ex historia Salisburgensi Mezgeri nostri documentis antiquioribus conformem, quæ pag. 521. de verbo ad ver-bum ita legitur, cui narrationi etiam teno-rem instrumentorum ex actis pro confirma-tione nos superaddemus. „Grave ipsi (ab-"bati Wolgango) negotium cum Leonardo "(archiepiscopo) incidit, ita refert cit. Mez-"gerus, & ex ipso Hansizius pag. 556. de "patella salinaria, ut vocant Hallenses, de "qua ab origine quædam repetenda sunt; "decimas omnium patellarum salis in terra "Salisburgensi monasterium sancti Petri pos-"sederat ab iis adhuc temporibus, quo di-"gnitas Salisburgensis ecclesiæ hic reside-"bat, duravitque hoc usque ad Conradum "I. archiepiscopum. Cum vero collectio "decimarum illa difficilis, & onerosa esset, "Conradus ad preces nostrorum mutatio-"nem fecit, & decimis susceptis integram "patellam cum suis adpertinentibus, sump-"tibus cœnobii colendam tradidit. Post "hæc plures patellæ accesserunt; nam A-"dalbertus archiepiscopus, ut in privilegio "Eberhardi II. memoratur, addidit aliam "patellam, quam deinceps idem Eberhar-"dus II. archiepiscopus unacum patella, "quæ habebatur in prædio Vechen, mo-"nasterio confirmatam voluit, unamque "ipse superaddidit, cum onere, ut, dum "viveret, pro ipsius avunculo Dienthelmo "Constantiensi quondam episcopo, post mor-"tem vero suam pro se ipso anniversarius "dies celebraretur. Actum anno 1210. Ve-"rum successu temporis aliæ patellæ rursus "cœnobio decesserunt, & mansit usque ad "tempora Leonardi sola patella, quæ dicta "est a loco Tackingensis: & hanc anno "1431. Georgius abbas Joanni Archiepisco-"po pro 600. florenis pignori dedit, succes-"sor Petrus redemit. Eandem tamen rur-"sus desideravit Sigismundus archipræsul "pro congrua reddituum aliorum compen-"satione sibi tradi, sed tergiversante abbate, "conventuque a petitione destitit. Tandem "Leonardus id negotii perfecit, & tractatu "habito pro traditione patellæ constituit "annuos undecim asses salis (Alif Schilling "fueder, seu 300. fueder) opera præfecti "Hallensis monasterio sine illius expensis "quot annis assignandos, & advehendos. "Causæ permutationis in diplomate archie-"piscopali recensentur. Nec difficile cre-"ditu, salis coctura monasterio nonnun-"quam ob incuriam, vel infidelitatem mi-"nistrorum, & colonorum plus sumptuum, "& litium, quam emolumenti præstitisse: "etsi quidam abbates antecessores aliter sen-"serint. Exemplo petrensibus præivere "Nunnbergenses, & Raitenhaslacenses, "qui pro certa quantitate salis, ipsi quoque "patellas suas archiepiscopis Sigismundo, "& Bernardo cessere". Hucusque histo-riam de permutatione patellæ in Hallein texit probatus historicus Salisburg. auctor Mezgerus.

Nos

V. Teſtantibus litteris tam ex parte monaſterii cum certis conditionibus cedentis,

Nos pro confirmatione dictorum etiam ſuperaddimus litteras deſuper erectas tam ex parte monaſterii cedentis, quam ex parte Domini D. Leonardi archiepiſcopi cum certis conditionibus acceptantis. Litteræ ex parte monaſterii cedentis ita habent:

„Wir Wolfgang von Gottes gnaden Abbt, „Johannes Prior, und der gantz con„vent ſand Peters chloſter zu Saltzpurch ſand „Benedicti Ordens bechennen offentlich mit „dieſen Brief fir uns, und unſer nachchom„ben. Als unſer Saltzſieden zum Hallein, „genannt Taching, in abfall chommen, der„geſtalt, das wir an unſern, und unſers gots„hauß merchlichen ſchaaden dasſelb ſieden, fi„ran zu verlegen, und innzehaben nit vermü„gen, darumb haben wir aus gueter Vorbe„trachtung, und embſigen Rate zu vermaiden „mer coſt, und ſchaaden, ſo uns durch Ver„weßung bemelts ſaltzſieden begegnen mechten, „demüetiglich angerueft, und gebetten den „hochwirdigſten Firſten, und Herrn Herrn „Leonhardten Erzbiſchove zu Saltzpurch, und „Legaten des Stuels zu Rom, unſern gnadig„ſten Herrn, uns desſelden ſiedens halben „gnediglich ze bedenchen, der das alſo mit ſai„ner zuegehörung von ſunderen gnaden, und „um fürderung willen unſer, und unſers gots„hauß von uns, und denſelben unſern gots„hauß genediglich an ſich, und an ſain Stift „Saltzpurch ybergenommen, und darentgegen „zu ainer Verglaichung jarlicher nutzung fir „ſich, und ſain nachchommben genediglich ver„willigt hat, unß, unſern nachkommen fir un„ſer Mueß, Kuchl, und ſchwaigſalz alle jar „järlich zu ſand Michaelstag im Hallein ze ge„ben, und auf die Stoß ſtadt zeantwurten ain„lef ſchilling Fueder hörtz ſaltz maut freu, und „an entgeldt, und irrung, wie ander mueß ſaltz „ausgeen zu laſſen, alsdan ſainer firſtlichen „gnaden Brief ausgangen inhalt. Darauf „haben wir dem bemeldten, unßeren gnedig„ſten Herrn, ſainer f. g. nachkomben, und „Stift Saltzpurch das obberüert Saltz in dem „Taching mit aller ſeiner zuegehörung, was „zu Berg, zu Pfannhauß, und in allen an„deren rechten darzuegehört mit ſampt dray „Pfieslen, und Behaltern, oder Saltz gemä„chen zu Täching auch des Abbtshauß zum „Hällein mit ſeinen Pfieslen, das dan ganz „baufällig iſt aus unſer, und unſer nachkom„men nutz, und gwer in ir nutz, und gwer „fray lediglich ibergeben, auch das alles gantz „gar abgetretten, noch uns ichts darin vorbe„halten haben, ausgenommen das Hauß Tä„ching, das uns, und unſeren nachkommen „mit ſampt den hintern Stall, und ainsthails „des höflein daſelbs, nemlich von dem eyſſe„ren Pfieslein an das Pfannhaus goldech ge„legen bis durch das tor, dadurch die geſal„tzen Waſſer lait get, ſtoſſund an des michael „ſchefumler haus, wie es dan angezaigt iſt, „zu unſer notdurft vorbehalten, und ungeirrt „verbleiben; doch ſoll unſern genannten gne„digen Herrn, und dem ir firſtlich genaden das „ſaltzſieden Täching bevelchen werden, durch „dasſelb torzu notdurft des Pfannhauß daſelbſt „mit holtz, ſaltz, waſſer, und andere freye, „und offne durchfart allzeit vorbehalten ſain. „Wir geben auch Sr. fürſtlich gnaden, iren „nachkommen, und Stift bemelts Salzſieden „mit beſtimmter zugehörung hiemit ybergwiſſent„lich mit dieſem Brief, alſo das ſie hinfir da„mit handeln, tuen, und laſſen mügen, als „mit andern iren freüen, und ledigen güttern „an widerſprechen, und hindernuß unſer nach„kommen, und meniglichs von unſer wegen „an geverde, dan wir uns des fir uns, und „unſer nachchomben, und gotshaus ganz, und „gar verzigen haben, verzeihen uns auch der, „und geloben in chraft des Briefs darwider „nichts firan zu reden, zehandeln, noch ze „tuen, weder mit gaiſtlichen, noch weltlichen „rechten, noch ſunſt in chain waiß, ſonder wir „ſollen, und wellen, das ir gewer, und fir„ſtand ſein gen meniglich fir alle anſprach, wo „es not ſain wirdet, als ſolcher ybergab, und „Landsrecht iſt. Es ſoll auch unſer wald, „genanndt abbtswald dem bemeldten Berg, „und ſaltzſieden Täching mit Holz gewartend „ſain, wie vor geſchehen, und von alter her„chommen iſt, alles treülich, und an geverde. „Des zu urchunt geben wir dieſen Brief beſi„gelten mit unſers obgemeldten abbts, und „Convents anhangenten inſigeln. Beſchehen „zu Saltzburg ꝛc. Hucusque tenor litterarum ex parte monaſterii cedentis, ubi annus, & dies expreſſus non eſt, bene autem in litteris originalibus ex parte DD. Leonardi archiepiſcopi acceptantis dies, & annus exprimitur.

VI. Quam ex parte DD. archiepiſcopi Leonardi eodem modo acceptantis.

Igitur litteræ originales membraneæ archiepiſcopali, & quidem artificioſo pro more illius ſæculi ſigillo roboratæ ita leguntur de verbo ad verbum:

„Wir Leonhardt von gottes genaden Erzbi„ſchove zu Saltzpurg, Legat des Stuels „zu Rom. Bechennen, als in unſern zu Hal„lein das ſaltzſieden Täching, ſo unſern lieben „in Gott Wolfgangen abbt, und convent: „ſand Peters Cloſter hie zu Saltzpurg zuege„höret hat, in merklichen Abfall kommen iſt, „dermaſſen, das ſy an iren, und ires chlo„ſters ſchaaden daſſelb ſieden weiter zu verle„gen, und innzehaben nicht vermügen, und „haben uns darauf angerueft, und gebetten ſy „von wegen deſſelben Saltzſieden genediglich „zu bedenchen, und das mit ſampt ſainer zue„gehörung von in, und iren gotshauß iberze„nemmen, und firan innzehaben, als ander „unßer ſaltzſieden im Hällein, ſolch bette wir „angeſehen, und haben alſo das beſtimmbt „ſaltzſieden Täching mit ſeiner zuegehörung, „was zu Berg, zu Pfannhauß, und zu allen „anderen rechten darzue gehöret, mit ſaimbt „dreien Pfieſeln, und behaltern, oder Salz„gemächen daſelbſt, auch das abbthauß zum „Hällein mit ſeinen Pfieſeln, das dann gantz „baufällig iſt, von ſundern genaden, und „um firderung willen des benanndten abbts, „ſai-

„saines convents, und gotshaus, von innen „an uns, und unsern Stifte Saltzpurch ge„nediglich ibernommen laut des ibergaab Briefs „von im uns dariber gegeben, doch soll dem „bemeldten abbte, seinem Convent, und ihren „nachkommen zu iren gebrauch ungeirrt bleiben, „das Hauß Täching, und der hinter Stall an „dem Hauß mit sambt einem Taill des Höf„leins daselbs, nämblich von dem aüssern „Pfieseln an das Pfannhaus Goldeck gelegen, „bis durch das tor, dadurch die gesalzne was„ser lait geet, stossent an das Michael Schef„müllner Hauß, wie es dann ausgezaigt ist, „und durch dasselb tor soll uns, und den un„sern, den wir dasselb sieden bevelchen werden „zu nottdurft des Pfannhauß daselbst mit holz, „wasser, Salz, und anderen freie, und of„sene durchfart allzait forbehalten sein. Des„glaichen sul der abbtswald den bemeldten Ber„gen, und salzsieden Täching mit holz gewar„tund sein, wie vor beschehen, und von alter „her kummen ist, da entgegen zu ainer zymli„chen Verglaichung järlicher Nutzung haben „wir uns fir unß, und unser nachkommen ver„willigt, und zuegesagt, verwilligen, und zue„sagen auch hiemit wissentlich in chrafft dits „Briefs, das wir, und unsere nachkommen „durch unser Pfleger zum Hallein von dem be„stimbten Salzsieden Täching dem benannd„ten abbt, seinem Convent, und ihren nach„kommen fir ir mueß, Kuchl, und Schwaig„salz alle jar järlich zu sand Michaelstag im „Hallein geben, und an die Stoss Stadt ant„wurten sullen, und wollen ainlef schilling fue„der herts salz on abgang, und dasselb Salz „der ainlef Schilling fueder sul auch maut freü „und an entgelt, und ungeirt von Hällein aus„gehen, wie ander mueß Saltz, alles treülich, „und on geverde. Zu urchunt haben wir un„ser Insigl hier an gehangen, gechehen zu „Saltzpurch an fraitag nach sand Urbanstag „nach Chrisi unsers lieben Herrn gepurde fünf„zehenhundert, und in sechsten jar. (L.S.) Hæc de patella salinaria in Hallein, quæ dicto anno permutata fuit.

VII. Eodem pariter anno incorporatio ecclesiæ in Hallein per Julium II. confirmata.

De eodem anno legimus, quod iterato incorporatio ecclesiæ S. Antonii in Hallein per summum Pontificem Julium II. (sicut jam anno 1500. per Alexandrum VI. factum fuit) confirmata; rursus quod specialibus litteris archiepiscopalibus hæc ipsa ecclesia, quæ jam prius ad nos spectabat, in possessionem tradita; atque erectione instrumenti publici hæc traditio roborata fuerit. Nos singula documenta damus pro antiquarum rerum notitia, quamvis hæc ecclesia, ut suo loco dicemus, plus, quam ducentis annis ad nostrum monasterium haud amplius pertineat. Tenor bullæ pontificiæ in grandi folio membraneo scripto, & sigillo plumbeo munitæ est sequens:

„Julius episcopus, servus servorum Dei ad „perpetuam rei memoriam. Injunctum „nobis desuper meritis quamquam insuffi„cientibus apostolice servitutis officium „mentem nostram continua pulsat instantia, „ut ad illa debita sollicitudine attendamus, „per quæ ecclesiarum, & monasteriorum „omnium, ac personarum in illis sub suavi „religionis jugo, & regulari observantia di„vinis insistentium, necessitatibus per no„stre provisionis auxilium favorabiliter suc„curratur. Dudum siquidem omnia bene„ficia ecclesiastica cum cura, & sine cura „apud sedem apostolicam tunc vacantia, & „in antea vacatura collationi, & disposi„tioni nostre reservavimus, decernentes ex „tunc irritum, & inane, si secus super his „a quoquam quavis autoritate scienter, vel „ignoranter contingeret attentari. Cum „itaque postmodum parochialis ecclesia in „Hallen Salzburgensis diocesis per liberam „resignationem dilecti filii Joannis Pramer, „nuper ipsius ecclesie rectoris de illa, quam „tunc obtinebat, per dilectum filium Brie„tium Ebrauer clericum Jaurinensis diocesis „procuratorem suum ad hec ab eo speciali„ter constitutum in manibus nostris sponte „factam, & per nos admissam apud sedem „eamdem vacaverit, & vacet ad presens, „nullusque de illa preter nos hac vice di„sponere potuerit, sive possit, reservatione „& decreto obsistentibus supradictis, & si„cut exhibita nobis nuper pro parte dilecto„rum filiorum abbatis, & conventus mo„nasterii S. Petri Salzburg. ordinis sancti „Benedicti petitio continebat, si dicta ec„clesia eidem monasterio perpetuo uniretur, „annecteretur, & incorporaretur, ex hoc „profecto abbas, & conventus prefati one„ra eis incumbentia perferre commodius „possent, pro parte abbatis, & conventus „predictorum afferentium fructus, redditus, „& proventus dicte ecclesie decem marcha„rum argenti secundum communem exti„mationem valorem annuum non excedere; „ac alias felicis recordationis Alexandrum „Papam VI. predecessorem nostrum dictam „ecclesiam, certis bonis, sive redditibus „dicti monasterii contiguam, ac presenta„tionem persone idonee ad dictam eccle„siam, dum pro tempore vacat, loci ordi„nario de antiqua, & approbata, eatenus„que pacifice observata consuetudine perti„nere, ipsumque Rectorem pro tempore e„xistentem eisdem abbati, & conventui ex „indulto apostolico, eis concesso, pensio„nem annuam triginta duarum librarum „denariorum monete illius loci annis sin„gulis in perpetuum persolvere, abbatem „vero prefatum certis anni temporibus in „eadem ecclesia divina officia in pontifica„libus celebrare debere, eidem monasterio „perpetuo unisse, annexuisse, & incorpo„rasse, ita, quod cedente, vel decedente „dicto Joanne Rectore, seu ecclesiam pre„dictam alias quomodolibet dimittente li„ceret, tunc & pro tempore existenti dicti „monasterii abbati, & conventui prefatis „ecclesie, juriumque, & pertinentiarum „predictorum corporalem possessionem per

„se, vel alium, seu alios propria auctoritate „libere apprehendere, & perpetuo retinere, „ac eidem ecclesie per Presbiterum idoneum „secularem, vel regularem ad eorumdem „abbatis, & conventus nutum ponendum, „& quoties illis placeret, amovendum, in „divinis deservire, ac curam animarum pa„rochianorum eorundem exerceri facere, „nec non illius fructus, redditus, & pro„ventus in suos, ac monasterii, & ecclesie „predictorum usus, & utilitatem converte„re, diocesani loci, & cujusvis alterius li„centia, super hoc minime requisita, nobis „fuit humiliter supplicatum, ut ecclesiam „predictam eidem monastrio perpetuo uni„re, annectere, & incorporare, aliasque in „premissis opportune providere de benigni„tate apostolica dignaremur. Nos igitur, „qui dudum inter alia voluimus, quod pe„tentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, te„nerentur exprimere, verum annuum valo„rem secundum extimationem predictam „etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, „alioquin unio non valeret, & semper in „unionibus commissio fieret ad partes, vo„catis, quorum interesset, abbatem, & sin„gulares personas conventus hujusmodi a „quibuscunque excommunicationis, su„spensionis & interdicti, aliisque ecclesia„sticis sententiis, censuris, & penis a jure „vel ab homine quavis occasione vel causa „latis, si quibus quomodolibet innodati ex„istunt, ad effectum presentium duntaxat „consequendum horum serie absolventes & „absolutos fore censentes, nec non dicti „monasterii fructuum, reddituum, & pro„ventuum verum annuum valorem presen„tibus pro expresso habentes, hujusmodi „supplicationibus inclinati ecclesiam pre„dictam, sive premisso, sive alio quovis mo„do, aut ex alterius cujuscunque persone, „seu per similem resignationem dicti Joan„nis, vel cujusvis alterius de illa in Roma„na curia, vel extra eam, etiam coram no„tario publico, & testibus sponte factam, „aut constitutionem pie memorie Joannis „Pape XXII. etiam predecessoris nostri, que „incipit: Execrabilis, & affectionem al„terius beneficii ecclesiastici quavis aucto„ritate collati vacet, etiamsi tanto tempore „vacavit, quod ejus collatio juxta Latera„nensis statuta concilii ad sedem predictam „legitime devoluta, ipsaque ecclesia dispo„sitioni apostolice specialiter, vel alias ge„neraliter reservata existat, & super ea in„ter aliquos lis, cujus statum presentibus „haberi volumus pro expresso, pendeat, in„decisa, dummodo ejus dispositio ad nos „hac vice pertineat cum omnibus juribus, „& pertinentiis suis eidem monasterio au„ctoritate apostolica tenore presentium per„petuo unimus, annectimus, & incorpora„mus, ita, quod liceat eisdem abbati, & „conventui per se, vel alium, seu alios cor„poralem possessionem dicte ecclesie propria „auctoritate libere apprehendere, & perpe„tuo retinere illiusque fructus, redditus, & „proventus in suos, ac monasterii, & ec„clesie predictorum usus, & utilitatem con„vertere, ac eidem ecclesie presbiterum i„doneum secularem, vel regularem, ad „eorumdem abbatis, & conventus nutum „amovibilem, in divinis deservire, ac il„lius parochianarum animarum curam ex„erceri facere, diœcesani loci, & cujusvis „alterius licentia super hoc minime requi„sita, non obstantibus voluntate nostra pre„dicta, ac recolende memorie Bonifacii Pa„pe VIII., similiter predecessoris nostri, & „aliis constitutionibus apostolicis contrariis „quibuscunque, aut si aliquid super provi„sionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel „aliis beneficiis ecclesiasticis in illis parti„bus speciales, vel generales dicte sedis, „vel legatorum ejus litteras impetrarint, „etiam si per eas ad inhibitionem, reserva„tionem, & decretum, vel alias quomodo„libet sit processum. Quas quidem litteras, „& processus habitos per easdem, ac inde „secuta quecunque ad dictam ecclesiam vo„lumus non extendi, sed nullum per hoc „eis quoad assecutionem beneficiorum alio„rum prejudicium generari, & quibuslibet „aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris a„postolicis generalibus, vel specialibus, quo„rumcumque tenorum existant, per que pre„sentibus non expressa vel totaliter non inser„ta, effectus eorum impediri valeat quomo„dolibet, vel differri, & de quibus, quarum„que totis tenoribus de verbo ad verbum ha„benda sit, in nostris litteris mentio specia„lis proviso, quod propter unionem anne„xionem, & incorporationem predictas di„cta ecclesia debitis non fraudetur obsequiis, „& animarum cura in ea nullatenus negli„gatur, sed ejus congrue supportentur one„ra consueta. Nos enim, prout est, irri„tum decernimus, & inane, si secus super „his a quoquam quavis auctoritate scien„ter, vel ignoranter attentatum est, forsan „hactenus, vel imposterum contigerit at„tentari. Nulli ergo omnino hominum li„ceat hanc paginam nostre absolutionis, „unionis, annexionis, incorporationis, vo„luntatis, & decreti infringere, vel ei au„su temerario contraire. Si quis autem „hoc attemptare presumpserit, indignatio„nem omnipotentis Dei, ac beatorum Pe„tri, & Pauli apostolorum ejus se noverit „incursurum. Datum rome apud S. Petrum „anno incarnationis dominice millesimo, „quingentesimo octavo, pontificatus nostri „anno quinto".

VIII. Per litteras archiepiscopales DD. Leonardi in actualem possessionem tradita:

Huic bullæ pontificiæ accesserunt litteræ archiepiscopales, per quas DD. Leonardus archiepiscopus dictam ecclesiam Sancti Antonii in Hallein abbati, & conventui nostro in actualem possessionem tradidit. Tenor litterarum etiamnum originaliter exstantium est sequens:

„Leonardus Dei gratia Salzburgen. eccle„sie archiepiscopus, apostolice sedis „lega-

„legatus, ad perpetuam rei memoriam. Ju-
„ſtis petentium deſideriis dignum eſt nos fa-
„cilem prebere conſenſum, & vota, que a
„rationis tramite non diſcordant, favoribus
„proſequi opportunis, in illis preſertim,
„per que quieti, & tranquillitati Deo ſer-
„vientium conſulitur, & quo a ſede apoſto-
„ſtolica pro uberiori incremento monaſte-
„riorum liberaliter proceſſerunt, ut illa in-
„concuſſa maneant, nec valeant in futurum
„a quovis in diſceptionem venire, preſen-
„tis pagine tenore notum facimus univer-
„ſis, quod ad humiles preces dilectorum
„nobis in Chriſto Wolfgangi abbatis, Joan-
„nis Prioris, & conventus ſancti Petri no-
„ſtre civitatis Salzburgen. ordinis ſancti Be-
„nedicti, qui nuper a ſede apoſtolica eccle-
„ſiam parochialem S. Antonii apud Halla
„noſtre diœceſis, cujus jus patronatus, ſeu
„preſentandi perſonam idoneam vacatio-
„num temporibus ex antiqua, & approba-
„ta, hactenusque pacifice obſervata conſue-
„tudine ad dictos abbatem, Priorem, &
„conventum pertinuerat, & hodie pertinet,
„ac ipſa parochialis eccleſia eidem mona-
„ſterio antiquitus penſionata exiſtit, a ſede
„apoſtolica eidem monaſterio ſuo uniri, an-
„necti, & incorporari obtinuerit, ita, ut
„cedente, vel decedente moderno Rectore,
„ſeu Vicario perpetuo ejusdem eccleſie pa-
„rochialis S. Antonii, ſeu eccleſiam ipſam
„alias quomodolibet dimittente, corpora-
„lem Poſſeſſionem apprehendere, & perpe-
„tuo retinere, ac eidem eccleſie per Pres-
„biterum idoneum ad nutum eorum ponen-
„dum, & quoties eisdem placuerit, amo-
„vendum, in divinis ſervire, & animarum
„curam exerceri facere, fructusque in ejus-
„dem monaſterium, ſeu uſum, & utilita-
„tem convertere licite valeant, prout in lit-
„teris privilegii incorporationis a quondam
„Alexando Papa VI. felicis recordationis
„emanatis, & nobis exhibitis plenius vidi-
„mus contineri. Ex certa noſtra ſcientia, ani-
„moque deliberato liberato gratiam ſpecia-
„lem dictis abbati & conventui facere volen-
„tes, hujusmodi unioni, annexioni, & incor-
„porationi auctoritate noſtra benignum pre-
„ſtitimus aſſenſum, & tenore preſentium
„preſtamus, ac volumus, & ordinamus, ut
„eadem unio, annexio, & incorporatio ec-
„cleſie parochialis prefato monaſterio S. Pe-
„tri facta per nos, & ſucceſſores noſtros uti
„dioceſanos, pretextu alicujus juris, ſeu
„intereſſe, quod nobis in dicta eccleſia pa-
„rochiali ordinario jure competit, nullate-
„nus debeat, aut valeat infringi, ſeu quo-
„vis modo impugnari, ſed inconcuſſa, &
„illeſa perpetuis futuris temporibus perma-
„neat, ſalvis tamen conditionibus infra ſcri-
„ptis, quas preſcripti abbas, Prior, & Con-
„ventus in ſe receperunt, & pro ſe, ſuisque
„ſucceſſoribus, & presbiteris, quos ad di-
„ctam eccleſiam parochialem in Hellein re-
„gendam per eos pro tempore poni contige-
„rit, obſervare, & firmiter adimplere nobis
„promiſerunt, videlicet, quod quotiescun-
„que ipſi abbas, Prior, & Conventus pro
„tempore presbiterum ad dictam eccleſiam
„parochialem regendam ponere intendunt,
„illum nobis prius preſentare ad commit-
„tendam eidem a nobis curam animarum
„dicte plebis teneantur, qui quidem pres-
„byter preſentatus, ſi ydoneus ad hujus-
„modi regimen eccleſie parochialis, & cu-
„ram animarum exercendam compertus fue-
„rit, ex tunc eamdem curam animarum di-
„cte plebis per id tempus, quo ipſam ec-
„cleſiam de voluntate prefatorum abbatis,
„Prioris, & conventus exercuerit. ſive in-
„ſtitutione perpetua a nobis recipere, ac
„jura cancellarie noſtre in omnibus, & per
„omnia perſolvere teneatur, quemadmodum
„quondam rectores, & vicarii ejusdem ec-
„cleſie transactis temporibus ratione inve-
„ſtiturarum ſuarum perſolvere, conſueve-
„runt, Idem etiam presbiter curatus ſin-
„gulis annis auctoritatem in caſibus nobis
„reſervatis ad plebem ſibi commiſſam ex
„cancellaria noſtra recipere, & ratione di-
„cte eccleſie parochialis in Hellen nobis, &
„ſucceſſoribus noſtris in viſitando ad procu-
„rationem, nec non ad charitativum ſubſi-
„dium, & omnia alia jura epiſcopalia per-
„ſolvenda, ac in omnibus, & ſingulis quam
„diœceſana, quam ad jurisdictionis legem
„ſpectantibus, quemadmodum ceteri recto-
„res eccleſiarum noſtre diœceſis, uti ordi-
„nario loci obligatus, ac ſubjectus eſſe, ac
„nobis, antequam dictam parochialem ec-
„cleſiam gubernandam, & animarum curam
„inibi exercendam ſuſceperit, obedientiam,
„& reverentiam promittere debet. Dicti
„etiam abbas, Prior, & conventus eidem
„presbitero, cui prefatam eccleſiam regen-
„dam commiſerint, de fructibus, redditi-
„bus, & obventionibus ejusdem congruam,
„& competentem relinquere tenebuntur
„portionem, unde hoſpitalitas, & jura e-
„piſcopalia, & onera eccleſie conſueta ſup-
„portari valeant. Et ne eccleſia noſtra Salz-
„burgen. ex hujusmodi unione, annexio-
„ne, & incorporatione aliquod damnum
„ſentiret, dicti abbas, Prior, & Conven-
„tus in ſignum gratitudinis, & in viam
„cujusdam recompenſe quoddam pratum,
„dictum vulgariter die Zieglwißen, adjacens
„predio Boglſang prope caſtrum noſtrum
„Neúhauß ſitum, quod olim Joannes Pratzl
„a monaſterio prefato annuo cenſu tenuit,
„nobis, & ſucceſſoribus noſtris, ac eccleſie
„noſtre Salzburgen. pleno jure proprietatis
„perpetuo, & irrevocabiliter tradiderunt,
„prout hec in litteris, deſuper confectis, ab
„eisdem abbate, Priore, & Conventu no-
„bis aſſignatis continetur. In cujus fidem,
„& teſtimonium, & ut preſcripta inviolabi-
„liter cuſtodiantur, & obſerventur preſentes
„noſtras litteras prefatis abbati, Priori, &
„Conventui, ac poſteritati ipſorum tradi-
„dimus noſtro ſigillo appenſo roboratas. Da-
„tum Salzburge ſeptima die menſis Maji
„anno

„anno a nativitate Domini milleſimo, quin-
„genteſimo octavo". (L. S.)

IX. Atque inſuper inſtrumento notarii publici roborata fuit.

Quamvis autem hæc allegata documenta abunde ſufficere poſſe videantur, attamen his acceſſit erectio inſtrumenti ſuper traditione, & poſſeſſione actuali dictæ eccleſiæ ſancti Antonii in Hallein in ſequenti tenore:

„In nomine Domini amen. Anno a nati-
„vitate ejusdem milleſimo, quingente-
„ſimo octavo, indictione undecima quinta
„menſis octobris, Pontificatus ſanctiſſimi
„in Chriſto Patris, & Domini noſtri, Do-
„mini Julii divina providentia Pape ſecundi
„anno quinto in mei notarii publici, teſti-
„monioque infra ſcriptorum, ad hoc ſpecia-
„liter vocatorum, & rogatorum preſentia
„perſonaliter conſtitutis Reverendus in Chri-
„ſto Pater & Dominus D. Wolfgangus ab-
„bas monaſterii ſancti Petri Salzburge or-
„dinis ſancti Benedicti, habens, & tenens
„in ſuis manibus quasdam unionis, anne-
„xionis, & incorporationis de eccleſia pa-
„rochiali S. Antonii oppidi Helleyn dioce-
„ſis Salzburgen. patentes litteras, ſive bul-
„las apoſtolicas per quondam ſanctiſſimum
„in Chriſto Patrem & DD. Alexandrum Pa-
„pam VI. ſupradicto monaſterio S. Petri
„gratioſe conceſſas, ejusque ſigillo plumbeo
„fili rubei, croceique coloris impendenter:
„bullatas, & ſigillatas ſub anno incarnatio-
„nis dominice milleſimo, quingenteſimo
„quinto Calend. Julii, pontificatus ſui anno
„octavo, nec non certas litteras conſenſus,
„& mandati, ſeu inſtitutionis ſigillatas a
„Reverendiſſimo in Chriſto Patre & Domi-
„no D. Leonardo archiepiſcopo eccleſie Salz-
„burgen., apoſtolice ſedis legato &c. pro
„dictis D. abbate, & monaſterio ſuo de, &
„ſuper eccleſia parochiali emanatas de dat:
„ſeptimo menſis Maji anni - - - octavi, quas
„quidem litteras idem Dominus abbas ho-
„norabili viro D. Joanni Oeler ejusdem pa-
„rochialis eccleſie in Helleyn divinorum
„cooperatori, commiſſario, & executori in
„eisdem litteris mandati, ſeu inſtitutionis
„ſpecialiter deputato inſinuavit, & ad ma-
„nus ejus realiter tradidit, eumque vigore,
„& auctoritate earumdem litterarum, ut
„ipſum in corporalem, realem, & actua-
„lem poſſeſſionem dicte parochialis eccleſie,
„que ſibi, & monaſterio ſuo unita, annexa,
„& incorporata exiſtit, prout in eisdem lit-
„teris apoſtolicis plenius continetur, jurium-
„que, & pertinentiarum ipſius poneret, &
„induceret juxta illarum formam, & teno-
„rem debite requiſivit, qui quidem D. Joan-
„nes Oeller Commiſſarius, & executor pre-
„fatus receptis primo cum honore, & re-
„verentia, quibus decet, litteris, attendens
„requiſitionem hujusmodi vere juſtam, &
„conſonam rationi, ut & tanquam obedien-
„tie filius volens parere mandatis, dictum
„D. abbatem pro ſe, ſuisque ſucceſſoribus
„abbatibus in dicto monaſterio pro tempore
„exiſtentibus in corporalem, realem, actua-
„lem poſſeſſionem prefate parochialis eccle-
„ſie, juriumque, & pertinentiarum predi-
„ctorum per libri traditionem, nec non tactu
„cornue altaris majoris ejusdem nemine con-
„tradicente poſuit, & induxit. Inſuper eun-
„dem Dominum abbatem ſimiliter in, & ad
„dotem, ſive domum dicte parochialis ec-
„leſie introduxit, & in ſignum hujusmodi
„adepte, & recepte, ac quiete, ac pacifice
„poſſeſſionis claves ejusdem dotis ſibi Do-
„mino abbati ad manus tradidit, & alligna-
„vit, fecitque ſibi de prefate eccleſie fructi-
„bus, redditibus, & proventibus univerſis,
„ab omnibus, quorum intereſt, integre,
„quantum potuit reſponderi. Habitis tan-
„dem ſolennitatibus debitis, in his fieri ſoli-
„tis, & conſuetis, ſuper quibus omnibus, &
„ſingulis idem R. Pater Dominus abbas ſibi
„a me notario publico infraſcripto unum vel
„plura fieri, & confici petiit inſtrumentum,
„& inſtrumenta. Acta ſunt hec in oppido
„Helleyn apud eccleſiam parochialem pre-
„notatam, ſub anno, indictione, die, menſe,
„& pontificatu, quibus ſupra, preſentibus
„ibidem honorabilibus viris Domino Chri-
„ſtiano Zwürſchlag, Georgio Aigl, & Joanne
„Polan presbiteris Salzburgenſis dioceſis
„teſtibus ad premiſſa vocatis, rogatis, &
„ſpecialiter requiſitis. Et ego Mathias
„Schwaigkher, clericus patavienſis publi-
„cus ſacra imperiali auctoritate notarius,
„quia premiſſis omnibus, & ſingulis, dum
„ſic, ut premittitur, fierent, & ageren-
„tur, unacum prenominatis teſtibus pre-
„ſens publicum inſtrumentum manu mea
„propria ſcriptum exinde confeci, ſubſcri-
„pſi, & in hanc publicam formam redegi,
„ſignoque, & nomine meo ſolitis, & con-
„ſuetis ſignavi, in fidem, & teſtimonium
„omnium, & ſingulorum premiſſorum".
(L. S.)

Hæc de eccleſia ſancti Antonii in Hallein, quæ tamen poſt paucos annos rurſus cum alia permutata fuit, ut ſuo loco dicemus.

X. Non minus ſub hoc D. abbate variæ confœderationes erectæ:

Quandoquidem vero ſub hoc Domino abbate variæ cum monaſteriis confœderationes in ſolatium defunctorum erectæ, fundationes pariter a piis fidelibus ordinatæ, & a nobis acceptatæ, non pauca etiam bona per œconomicam induſtriam pro monaſterio de novo coempta, alia ad majorem utilitatem permutata, atque diverſæ controverſiæ compoſitæ fuerunt; hinc etiam de his quædam dici merentur in ſequenti ordine. Anno 1503. cum celeberrimo monaſterio Nideraltachenſi in Bavaria inferiori ſimilis confœderatio erecta fuit teſtibus litteris in die ſancti Mauritii datis, quarum exordium damus, quia in contextu ferme ſimiles ſunt præcedentibus ſuis locis ſub variis abbatibus adductis: „Reverendo in Chriſto Patri, venerabilibus „in Chriſto viris Domino Virgilio (*) abbati, „toti-

(*) Wolfgango.

„totique conventui monaſterii S. Petri Salz„burgen. ordinis ſancti Benedicti. Nos fra„tres Kilianus abbas, Andreas Prior, totus„que conventus monaſterii ſanctiſſimorum „thebeorum Mauritii, & ſociorum ejus in „altha inferiori ejusdem Ordinis patavien„ſis diœceſis cum ſincere charitatis affectu „ſalutem in Domino perenniter adipiſci &c. "&c". Eodem anno accepimus litteras confœderationis ad diem Sanctorum Mauritii, & ſociorum ejus ſignatas a Dominis canonicis Bertholsgadienſibus Ordinis ſancti Auguſtini regularibus; quæ litteræ ita incipiunt: „Nos Walthaſar Dei gratia Prepo„ſitus, & Archidiaconus, Hainricus Deca„nus, totumque capitulum S. Joannis Ba„ptiſtæ, & beatorum apoſtolorum Petri, & „Pauli in Berchtersgaden, venerabilibus „religioſis Patribus, & fratribus Domino „Wolfgango abbati, totique conventui S. „Benedicti Salzburgen. dioceſis fraternam, „& ſinceram in Domino charitatem &c. &c". Dicto anno de die ſancti Nicolai venerabilis clerus Hallinenſis cum noſtro monaſterio ſpiritualem confœderationem erexit ſequentibus litteris: „Reverendo in Chriſto Patri „Domino noſtro gratioſo Wolfgango abbati, „& venerabilibus, & religioſis Patribus „Johanni Priori, Andree Seniori, totique „conventui monaſterii ſancti Petri Salzbur„ge Pertoldus Pirſtinger, Vicarius perpe„tuus, omnesque, & ſinguli divinorum „cooperatores, beneficiati, ac capellani, „& ſacerdotes eccleſie parochialis ſancti An„thonii in Salina Salzburgen. dioceſis obe„dientiam condignam, & ſinceram in Do„mino caritatem. Quoniam vos, Domine „abbas reverende, & conventus veſter nos, „& ſucceſſores noſtros in veſtram excipere „fraternitatem dignati eſtis a canone docti, „quod presbiteros, quaſi filios, & fratres „benigne, ac fratrem debetis caritati fo„vere &c. &c.". Verum hæc, & præcedens confœderatio jam dudum exolevit; ſicut & confœderatio facto anno 1517. cum monialibus ciſtercienſis ordinis in Traunkirchen, qui locus in auſtria ſuperiori jam dudum ab ordine prædicto avulſus eſt. De confœderationibus autem, quæ etiamnum vigent, & ſub hoc abbate fuerunt initæ, teſtimonia exſtant de monaſterio Oberaltaichenſi ſub Georgio abbate ejusdem monaſterii de anno 1506. decima quarta menſis decembris. De inclyto capitulo Ordinis ſancti Auguſtini canonicorum regularium in Chyemſee ſub Ruperto præpoſito de anno ſupradicto 1506. ſeptima die menſis aprilis. De monialibus noſtri ordinis in Chyemſee ſub Urſula abbatiſſa vigore litterarum, quæ datæ ſunt anno dicto in die S. Michaelis. Rurſus cum monaſterio Priflingenſi ſub Georgio abbate, & Michaele Priore anno 1511. in die S. Martini. Cum monaſterio monialium noſtri Ordinis in Gôſs de anno 1515. ſub Margaretha abbatiſſa, & Hedwige Decaniſſa. Cum monaſterio ſimiliter ejusdem ordinis Nonnbergenſi ſub Urſula abbatiſſa eodem anno, ut ſupra dictum. Cum inclyta canonica Ordinis ſancti Auguſtini ad ſanctum Zenonem in Bavaria de anno 1517. ſub Wolfgango præpoſito, & Andrea Decano. Cum ſimili canonia, Polling dicta, ejusdem provinciæ ſub Joanne præpoſito, & Conrado Decano tempore eodem, ſcilicet anno 1517. Cum monaſterio noſtri ordinis in ſancto monte Andechs anno abbatis Wolfgangi ultimo. ſcilicet anno 1518. ſub Joanne abbate, & Chriſtophoro Priore. Legimus etiam aliquas renovationes pii fœderis cum aliis monaſteriis, inter quæ cum noſtro monaſterio jam præcedentibus annis confœderatio facta fuit. Tales renovationes leguntur cum monaſterio ad ſanctum Lambertum in Seeon anno 1512. ſub Franciſco abbate: cum monaſterio Oſſiacenſi in Carinthia anno 1517. ſub Wolfgango dicti monaſterii præſule, & Georgio Priore; Cum monaſterio canonicorum regularium Ordinis ſancti Auguſtini ad ſanctum Nicolaum prope Paſſavium anno 1516. ſub Michaele Præpoſito, & Georgio Decano. Et denique anno 1517. cum inclyto capitulo Gurcenſi in Carinthia ſub Wilhelmo Præpoſito, & Sigismundo decano, quæ ultima confœderatio tamen jam dudum exſpiravit. Et hæc de piis confœderationibus ſub abbate Wolfgango initis, aut renovatis dicta ſufficiant.

XI. Fundationes a piis fidelibus factæ, & a monaſterio acceptatæ,

Subnectimus etiam notitiam de variis anniverſariorum fundationibus, quæ ſub abbate Wolfgango ordinatæ, & acceptatæ fuerunt, quarum memoria poſt legitimam reductionem etiamnum exſtat. Ita legimus in litteris datis feria quinta ante feſtum ſancti Michaelis anno 1505., quod quidam Dominus Erneſtus de Grabn pro ſepultura in eccleſia ſanctæ Margarethæ, & anniverſario pro ipſius, & uxoris anima dederit dimidium prædium, Praitenbrunn dictum, quod eſt in parochia Berndorfenſi, & præfectura Matticenſi, nunc autem in officio noſtro Ehing. Anno ſequenti teſtibus litteris dominica ante feſtum S. Stephani datis R. D. Bartholomæus Volchmanſtoder canonicus in Mattſee fundavit miſſam hebdomariam apud altare ſanctorum apoſtolorum, pro qua fundatione dedit ducentos florenos Rhenenſes, & quinque libras annui cenſus ſolvendas ex curia Tamerſpach in Pinzgovia. Anno 1507. Dorothea Kuentzin fundavit pro defuncto conjuge Cuurado Wunderkircher anniverſarium, & dedit unam libram nummorum colligendam ex quadam domo in Stain cis pontem, ut habetur in litteris fundationis in regiſtro noſtro municipali comprehenſis. Anno 1513. vigore litterarum, quæ datæ fuerunt dicto anno in Dominica Lætare, fatetur Dominus Chriſtophorus de Straſs, quod ipſius uxor defuncta Urſula de Straſs nata Uberackerin, nobilis, ac ſtrenui equitis Domini Wolfharti Uberakers in Sighartſtein filia, fundaverit

verit in Eccleſia S. Margarethæ, ubi & ſepulta eſt, anniverſaria quatuor, pro qua fundatione aſſignavit medietatem boni, aut prædii cujusdam in parochia Taskirchen, & præfectura Schardinq, quod tamen bonum jam anno 1574. fuit cum alio permutatum: ejusdem autem Dominus maritus Chriſtophorus de Straſs vivente adhuc Wolfgango abbate anno 1518. feria quinta poſt epiphaniam etiam fundavit anniverſaria, & dedit monaſterio curiam Straſs, ſitam in parochia Lauflingana, & præfectura Tittmoningana; noſtro autem officio Weildorf inſertam. Denique una ex præcipuis fundationibus ſub abbate Wolfgango factis, & acceptatis eſt, quod R. D. Georgius Erlbacher Doctor jurium, & parochus in Keſtendorf, & ad S. Joannem in Leutal, nec non Magiſter cameræ Salzburgenſis fundaverit, & erexerit capellam S. Georgii in noſtra eccleſia, ubi etiam ſepulturam elegit. Bona, quæ aſſignavit, in varios domuum cenſus fuerunt aſſignata, ipſius autem memoria ſingulis menſibus celebratione unius miſſæ in dicta capella habetur. Et hæc de fundationibus ſub abbate Wolfgango.

XII. Varia nova bona ab eodem D. abbate empta:

Pariter non deſunt plurima documenta, ex quibus eruitur, quod Dominus abbas Wolfgangus per emptionem novarum poſſeſſionum monaſterii bonum promovere, & augere ſtuduerit. Sic anno 1505. emit a R. D. Wolfgango Lueger parocho ad ſanctum Laurentium in Pramberg, ejusdemque eccleſiæ præpoſitis cum conſenſu Ordinarii prædium Stochach in Pinzgovia tenore litterarum, quæ datæ fuerunt dominica poſt diem ſancti Georgii. Anno 1508. nobilis eques Mauritius Rimpf titulo emptionis dedit monaſterio duo bona apud Sitinsdorf, & Aicham in præfectura Lebenau, in noſtro officio Weildorf, quæ emptio facta fuit dicto anno feria ſexta poſt feſtum S. Matthiæ. Anno 1513. a ſæpe dicto abbate empta fuit dimidia curia in Taiskirchen a Domina Hedwige uxore nobilis Domini Rudolfi de Schondorf, cujus Domina Mater Urſula de Straſs, nata Uberackerin jam dimidiam curiam dedit pro fundatione anniverſarii, litteræ autem emptionis pro dicta dimidia datæ fuerunt dominica Lætare in quadrageſima. Simili modo dimidia pars prædii in Praitenbrunn (cujus media pars titulo fundationis monaſterio acceſſit) anno 1517. empta fuit a Domino Georgio Goldecher, qui ſe in litteris, feria quarta ante dominicam Lætare datis, vocat conſiliarium, & dapiferum cæſareæ majeſtatis. Paucis ante obitum menſibus anno 1518. comparavit abbas Wolfgangus a ſupradicta Hedwige de Schondorf, nata de Straſs prædium Fritzwang apud Straſs in præfectura Tittmoningana, & officio noſtro Weildorf, ut fuſius exhibent erectæ emptionis tabulæ feria ſecunda ante feſtum S. Matthiæ. Minoris momenti emptiones contraxit D. abbas, quando emit pratum Schiltwieſen cum adjacente domo in officio Spital a ſæpe nominato Domino Chriſtophoro de Straſs, ut probant litteræ, quæ datæ fuerunt anno 1508. feria quarta ante dominicam Judica in quadrageſima: quando aliquod pratum prope arcem in Tittmoning monaſterio proprium fecit vigore contractus emptitii cum quodam cive Petro Salinger initi anno eodem feria tertia poſt pentecoſten. Sic pariter anno 1503. emit jus, quod vocatur Paumannsrecht in curia Tammerſpach in Pinzgovia ab hæredibus Joannis Scheklins a Thanheim, ut habent litteræ eodem anno feria ſexta poſt feſtum ſancti Laurentii datæ. Rurſus dominium directum emit a molendini poſſeſſoribus in Mönchhauſen in officio noſtro Spital ab hæredibus Joannis Schirnbeck anno 1509. feria tertia poſt feſtum ſanctorum Innocentum; Item anno 1512. ab Oſwaldo Gutſchner jus vitalitium in molendino Obslauſen in officio eodem ſitum. Atque hæc præcipua ſunt, quæ de bonis ſub abbate Wolfgango noviter emptis annotari merentur, nonnullis aliis, quæ minoris conſiderationis ſunt, conſulto prætermiſſis.

XIII. Alia, & ſaltem pleraque ad majorem utilitatem permutata.

Non minori induſtria ſtuduit quidem Dominus abbas Wolfgangus bona quædam permutando monaſterii bonum promovere, aſt in unius præſertim boni permutatione ſe læſum fuiſſe, ſuo damno fuit expertus. Jam in vita abbatis Virgilii anteceſſoris mentio facta fuit, quod a Domino Wolfgango Nusdorfer provinciæ Marſchalco emerit nobilem ſedem Arlſtetten cum annexis, qui tamen locus anno 1509. igne fuit ut plurimum devaſtatus, a ſucceſſore autem Wolfgango non ſine magnis impenſis reparatus. Accidit autem, quod dictus Dominus abbas anno 1509. variis apparentibus motivis permotus hanc nobilem ſedem permutaverit cum quodam Domino Clemente Trauner, tunc temporis præfecto in Raſchenberg, qui monaſterio dedit aliquod prædium Ruedersdorf dictum prope Waging in officio noſtro Spital, aut potius dominium directum ad hanc villam. Quanta autem differentia ſit inter fructus, & redditus utriusque boni, relicta documenta deſcribunt; Dominus abbas Martinus ſpeciatim in ſuo chronico, quod eſt manuſcriptum R. ſæpiſſime citatum, nec non Dominus anteceſſor abbas Benedictus in ſuo Urbario anno 1566. conſcripto. Nos hæc intacta relinquimus, & ſolummodo adnotamus: quod litteras permutationis ſupradictus Dominus Clemens Trauner anno 1509. in vigilia S. Bartholomæi erexerit, & ſuo ſigillo roboraverit, ex quibus certi ſumus, hanc nobilem ſedem olim ad monaſterium ſpectaſſe. Alia, & minus nociva permutatio interceſſit inter monaſterium noſtrum, & inclytum monaſterium Ordinis S. Auguſtini canonicorum regularium ad S. Zenonem in Bavaria prope Salisburgum; ſic enim tenore litterarum, quæ datæ fuerunt anno 1507. feria ſecunda poſt feſtum S. Jacobi, habemus, quod Dominus

minus Oswaldus Præpositus, & Vincentius Decanus cum capitulo dederint monasterio nostro prædium Voglarn unacum quodam prato apud Arlstetten in parochia Ainhering, & in officio nostro Weildorf; a nostro autem monasterio acceperint cum duobus hortis prædium Weispach, & aliud pratum ob majorem utriusque partis commoditatem. Eodem anno etiam permutatio quædam fuit instituta cum illustri Parthenone in Chiemsee sub Ursula abbatissa, & Decanissa ejusdem nominis; a prædictis enim monialibus accepimus quædam bona in Pinzgovia, nos autem quædam assignavimus in Bavaria prope Traunstain sita, ut pluribus exsplicant litteræ permutationis, quæ datæ fuerunt feria secunda post dominicam Oculi in quadragesima anno supradicto. De quodam Joanne Pratzl in Radegg, tunc temporis teloneario in Traunstein exstant litteræ, quæ datæ fuerunt anno 1513. feria quarta post Reminiscere, quod illo monasterio dederit annuum censum unius libræ nummorum ex prædio Rabengasteig colligendum: ille autem acceperit a Wolfgango abbate tres schillingos nummorum annui census repetendi ex quodam prædio Reit in præfectura Neuhaus. Aliis minoris notæ permutationibus, uti & locationibus recensendis supersedemus, & ad alia progredimur.

XIV. Atque diversæ controversiæ fuerunt compositæ.

Præter recensitas industrias, quas Dominus abbas Wolfgangus adhibuit pro bono monasterii promovendo, etiam legimus in actis, quod aliquæ transactiones initæ, atque quædam controversiæ circa decimas, sylvas, pascua, & alia jura fuerint compositæ. Jam anno 1437. sub Petro abbate cum D. Wilhelmo Tirs præposito ad Stephanum Viennæ, & capitulo Viennensi propter decimas, & alia jura facta fuit aliqua compositio; quod autem rursus desuper aliqua difficultas fuerit exorta sub abbate Wolfgango, ex eo haud obscure conjicimus, quia dictus D. abbas illas litteras commpositionis de anno 1437. transsumi, & ut dicitur, vidimari fecit per Dominium Rudolfum Præpositum capituli metropolitici Salisburgensis, quæ etiamnum in originali exstant de anno 1508. Similiter Paulo ante ipsius obitum anno 1518. per Dominum Bertholdum episcopum Chiemensem nova authoritate roborari fecit litteras Udalrici & Chunradi episcoporum passaviensium propter decimas capellæ in Dornbach de anno 1152., per quas litteras idem D. episcopus confirmat, se etiam vidisse alias de successoribus episcopis Passaviensibus, quas litteras eidem in originali exhibuit Dominus abbas Wolfgangus. Rursus pacificam transactionem intercessisse anno 1510. inter inclytum hujus sedis capitulum sub Domino Rudolpho Kienburgico, & nostrum monasterium propter pascua, & terminos in Scheffau, & Struberg mediantibus delegatis arbitris, qui erant consiliarii archiepiscopales, probant ex registro officii abbatis augiensis prolixæ litteræ, quæ datæ fuerunt dicto anno feria sexta post festum sancti Udalrici. Per similes Dominos commissarios, seu aulici judicii consiliarios aliqua controversia fuit compolita cum Domino Ruperto Lasser propter decimas in prædiis Nideralm, & Anif tenore litterarum de anno 1513. sabbato post festum sanctorum Simonis, & Judæ. Longiores etiam litteræ feria secunda ante festum sancti Leopoldi anno 1515. Viennæ erectæ probant, quod diu ventilata lis inter monasterium monialium Ordinis sancti Dominici in Tuln in Austria inferiori, & præfecturam nostram Dornbacensem per Dominos Commissarios cæsareos (quorum unus vocabatur Georgius Peffer Jurium doctor, & cameræ cæsareæ advocatus, alter Ambrosius Wisent jurium provincialium assessor) fuerit unita, ob quam causam in hodiernum usque diem propter decimas in Paiten, præfectura dornbacensis certam quandam pecuniam pro decimis solvit Tulnensi monialium monasterio. Porro & alias transactiones initas, aut levioris momenti controversias pacifice compositas fuisse, haud dubium est, quibus tamen fusius enarrandis supersedemus.

XV. Insuper calamitatum turbines in & extra provinciam expertus.

Restat tamen, ut ad complenda acta Wolfgangi abbatis de eodem amplius exponamus, in quæ tempora inciderit? quæ alia bona nihilominus monasterio sibi concredito, exstructis præsertim novis ædificiis præstiterit? & denique quo anno, & inter quæ fata supremum diem clauserit? Ut verbis nostris tanto major accedat fides, ad ipsos etiam probatos historicos Salisburgenses tam domesticos, quam exteros oportet recurrere. Præprimis occurrit notanda non vulgaris illa civium Salisburgensium conspiratio, quæ tamen archiepiscopo Leonardo in tempore detecta fuit. Sperabant illi, & spirabant libertatem a jugo sui Principis, & per consilia clancularia more civitatum. Liberarum vivere moliebantur. Sed, ut rei seriem ex veris documentis antiquioribus Salisburgensibus describit Marcus Hansizius in sua historia Salisburgensi pag. 551. a num. XI.: „Leonardus (archiepiscopus tunc regnans) „insolentiam usu etiam præ„teritorum annorum corroboratam convel„lere aliquando decrevit, ac memorabile „severitatis exemplum edidit. Consulem „cum præcipuis quibusque“ (Serlingerus ait fuisse personas circiter viginti) „ad cer„tum diem invitat, veluti apud sese hono„ris ergo pransuros: ii, postquam convene„runt, improviso clauduntur palatii fores: „tum archiepiscopus ad eos ingressus pri„mum asperrimo sermone perfidiam expro„bravit, deinde abripi cunctos jussit in vin„cula, quibus excepti deducti sunt e vesti„gio ad arcem civitatis hyeme perfrigida. „Id adeo celeriter, & occulte fiebat, ut op„pidanos falleret, ad quos, ut primum ru„mor elatus est, concurrere plebs, & tu„mul-

„multum ciere; quem tamen auctoritas „præſulis brevi ſedavit, teſtatus, id cœ„ptum ad fontes jam comprehenſos pertine„re, nulli præterea noxæ fore. De capti„vis ii, qui principes conſpirationis erant, „exempti ſunt, perque januam arcis aver„ſam, quæ ad vallem monachorum ſpectat, „educti, bini, & bini corporibus averſis „inter ſe convincti ſtipante lictore trahis „impoſiti rapti ſunt ad arcem Werfenſem, „indeque Radſtadium urente ſupra modum „gelu, contra quod, utpote ad convivium „genialiter veſtiti ſe minime munierant, cal„ceolis ſubtiliſſimis, ut ſcribit Serlingerus, „induti. Decretum erat, eos Radſtadio de„duci Mautterdorffium, ibi ſententiam ca„pitalem excepturos. Id ſeu revera decre„tum, ſeu potius, quid eſſent ſupplicii pro„meriti, ad terrorem denunciatum, exci„tavit miſericordiam prælatorum, aliorum„que magnatum Salisburgenſium, ut com„munibus ſtudiis preces interponerent. E„piſcopi præſertim Chiemenſis Bertholdi, „& Wolfgangi Cœnobiarchæ ſancti Petri „enituit opera, qui ſatisfactionibus idoneis „compoſitis antiſtitem placaverunt. Stetit „itaque ſupplicium inter mulctam pecunia„riam, ademptis, præterea privilegiis non„nullis, quibus eatenus innixi cervicem „erigere cœperant, ſpeciatim uti deinceps „officium conſulatus diviſum eſſet in duos „more priſtino: nullum agerent conven„tum, contractum nullum clam Principe, „denique ſacramentis novis, & accuratio„ribus cautionum tabulis fidem, & obſe„quium obſtringerent. Ejus rei gratia præ„dictus epiſcopus cum abbate pro ſe, ſuis„que, quos in comitatu habebat, fiorenos „quatuor cum quindecim crucigeris expen„diſſe fertur memorabili documento, quam „levi tum viveret paratu, an potius, quan„to major eſſet apud ætatem illam præ no„ſtre pecuniæ valor“? Hæc Hanſizius, qui „poſt pauca etiam hæc ſubnectit: „Ita præ„ſul“, (nimirum archiepiſcopus Leonardus) „materiam litium, & contumaciæ in po„ſterum amputavit. Verum ii, qui per cle„mentiam Principis vitam e cuſtodia retu„lerant, brevi omnes valetudine tentati, „læſa videlicet per immane frigus extincti „ſunt. Res proditur geſta inter natalem Do„mini anno 1510., & purificationem Ma„riæ anni ſequentis“. Hucusque ad no„ſtrum propoſitum habet relatio Hanſizii, „quæ Duckero, Mezgero, immo, & aliis anti„quioribus annotationibus exacte confor„mis eſt. Extincta hac civium Salisbur„genſium conſpiratione, quæ equidem mo„naſterio damnum intulit nullum, alia, „pejor ſeditio ruſticorum contra Dominos „ſuos, & nobilitatem maxime in Illyrico, „Carinthia, Styria, & Carniolia facta ma„gnam turbationem, etiam in dominiis Sa„lisburgenſibus fecit; expugnatis complurimis urbibus, & arcibus, etiam præpoſitura noſtra Wiettiogana in Carinthia in rebellium poteſtatem venit. Contractis demum a principibus militaribus copiis armis exterminata, & ad quietem compulſa eſt ruſtica, & turbulenta progenies.

XVI. Graves etiam controverſias in monaſterio ſuo tam ob mutationem ſtatus DD. canonicorum.

Præter hos turbines, quos ſuo tempore in, & extra provinciam expertus fuit abbas Wolfgangus, atque præter alia fata ſatis aſpera, quæ ſubinde, ut ex relictis documentis colligimus, animum boni præſulis opprimebant, duabus præſertim ex cauſis prævidit graves controverſias in ſuo monaſterio, ſi non ipſo adhuc vivente, ſaltem brevi poſt obitum ipſius orituras. Prima cauſa reducitur ad illam mutationem ſtatus canonicorum capitularium Ordinis ſancti Auguſtini regularium hujus inclytæ ſedis metropoliticæ Salisburgenſis, de qua referimus in compendio ea, quæ in probatis hiſtoricis Duckero, Mezgero, & Hanſizio legimus: „Annus 1514 (ait Mezgerus, & „idem ferme Hanſizius) memorabilis eſt „mutatione ſtatus DD. Canonicorum ec„cleſiæ Metropolitanæ, qui pontificia au„thoritate per Matthæi Gurcenſis epiſcopi „& Cardinalis operam a regula Divi Auguſti„ni abſoluti, e regulari ad ſæcularium cano„nicorum ordinem tranſierunt. Trecenti no„naginta duo anni fluxerant, nempe ab an„no 1122., quo Conradus I. inſtitutum col„legium metropoliticum in familiam religio„ſam redegerat. Verum longe immutata „temporum ratio, & mos aliarum inſignium „cathedralium eccleſiarum vix amplius an„tiqua inſtituta patiebatur. Accedebat „paucitas candidatorum religionis, etſi mul„ti forent, qui dignitatis eſſe mallent. No„vem tunc ſupererant; Matthæus igitur, „ut gratiam iniret apud DD. Canonicos, „quippe qui jam faſtigium archiepiſcopale „meditabatur, gratiam a Leone X. Roma„no tunc Præſule hanc impetravit, ut ſolu„tis vinculis regularibus ſtatum liceret ca„peſſere, & impoſterum tenere, qui illu„ſtris nobilitatis, & tantæ eccleſiæ dignita„tem æquaret. Diploma pontificium da„tum viceſima ſecunda Septembris anni „præfati, quod eodem anno Salisburgi exe„cutioni mandatum.„ Hucusque Mezgerus, & ſimilia ferme Hanſizius in vita Leonardi archiepiſcopi num. XII., qui & Bullam Leonis X. num. XVIII. per extenſum allegat. Hoc itaque mutato vitæ genere Domini Capitulares ea ſibi privilegia conceſſa reputabant, quibus aliarum eccleſiarum cathedralium canonici gaudere ſolent; quare locum præcipuum in ſupplicationibus publicis aſſerebant ſibi contra noſtros religioſos ad S. Petrum, quibus ob prærogativam vetuſtatis locus ille ab antiquo conceſſus fuerat. Prævidere potuit ſequelas pius Præſul Wolfgangus in monaſterio noſtro non omni ex parte bonas; nam ipſo adhuc vivente, ſed jam morti propinquo ſubſequalis ſua auſpicia habuit, & brevi poſt ipſius obitum controverſia ventilata Romæ pro noſtro monaſterio tertia vice in favorem noſtrum deciſa fuit, in cujus ſententiæ poſſeſſio-

sessione (licet rursus, ut infra dicemus, sub D. Matthæo Langio vehementer infestata) monachi nostri usque ad tempora Domini D. Guidobaldi archiepiscopi permanserunt; anno namque 1657., ut suo loco dicetur, in vita Amandi abbatis nostri, transactio facta fuit, forte nunquam pœnitenda; nam præterea, quæ in transactionis instrumento legi possunt, ab illo tempore illustrissimos Dominos hujus sedis Canonicos, quos antea minus faventes fuimus experti, in hodiernum usque diem experimur patronos gratiosos, & benignissimos.

XVII. Quam propter discordias inter confratres exortas prævidit;

Altera causa, cur magnas tricas, & damna in suo monasterio eventura brevi ante mortem præviderit pius Præsul Wolfgangus, erant discordiæ inter confratres in proprio monasterio exortæ; inimicus nimirum homo seminavit zizania, nec aiia litium radix indagari potest, quam quod aliqui religiosi bonitate sui Præsulis fuerint abusi, & tanquam dilecti recalcitrare cœperint. Fuit enim abbas Wolfgangus optimus Paterfamilias, amator fratrum, qualem illa ætate, ut illius temporis referunt manuscripta, haud experti sunt, immo mortuus est magno apud suos relicto desiderio, & amore; quod tamen aliqui, licet non omnes, malevoli religiosi paternæ discretionis, & abbatialis benignitatis pertæsi turbas excitaverint, & fraternæ charitatis in religiosa communitate turbatores exstiterint, colligitur ex actis visitationis, quæ auctoritate Domini D. archiepiscopi Leonardi anno 1518. paulo ante mortem abbatis Wolfgangi ad tollendas lites, & simultates fuit instituta, cujus visitationis charta eleganti charactere in membrana scripta etiamnum in originali exstat, ex qua charta initium damus:

„LEONARDUS Dei gratia sancte Salzburgens. ecclesie archiepiscopus, apostolice sedis legatus &c. notum facimus vniuersis, cum non sine graui animi molestia „intellexissemus inter fratres monasterii sancti Petri ordinis sancti Benedicti ciuitatis „nostre Salzburgens. discordias quasdam, & „simultates fuisse subortas, e quibus inobedientia subditorum erga Prelatum succreuerat, prauis actibus via aperiebatur, „rancoresque, & odia inter fratres suscitabantur: quoniam discordia infœliciter exagitante nulla unquam tempora prospera „vel domi quieta dicuntur. Vnde religio „dicti monasterii a pristinis regularibus ordinacionibus, jam dudum inibi institutis, „partim dilapsa cernebatur. Ex officio itaque nostro pastorali, quod est, a subditis „euellere vicia, dissipare malos, bonosque „edificare mores, plantareque virtutes in „ipso monasterio sancti Petri de plano, & „simpliciter secundum regulares observancias, pristinasque chartas, seu institutiones, summariam visitationem personaliter „celebravimus, omnes, & singulos fratres „figillatim examinavimus, cuncta diligenter inquisiuimns, ac secundum ordinem „sufficienti legalitate discussimus, defectus „preterea, quos ibidem reperimus, in quantum illos militare adversus religionem monasticam conspexeramus, emendavimus. „Nihil autem noui extra dicti monasterii „chartas, seu ordinaciones veteres instituendo, vel innouando, sed eisdem, ac sacris canonibus, presertim regule sancti „Benedicti innitendo, quosdam articulos „in ipsis prioribus chartis, & ordinacionibus contentos, ubi sepedicti monasterii defectum invenimus, repetere, ac sedulo „extendere decrevimus, & in hunc, qui sequitur, modum declarauimus, prout hujusmodi defectus per presentes emandamus, declaramus, reintegramus, atque disponimus. „Imprimis repetimus decretalem Clementis V., qua instituit, ut monachis idoneus „teneatur magister, seu preceptor, qui eos „in primitiuis scientiis instituat diligenter, „& erudiat, ne eis in scientia profitendi via „oportuna delit: porro inter spiritualia pabula non minimum est, errantem ab erroris sui semita reuocare, ac deliquentes corrigere, deuiantesque in viam veritatis „perducere, quocirca statuimus, ut abbas „in corrigendo delinquentes, presertim obstinatos, seuerior sit, quam hactenus fuit; „dulcior namque est religiosa castigatio, „quam blanda remissio &c. &c.„ Hucusque ad propositum nostrum charta visitationis archiepiscopalis membranea, & sigillo pendulo roborata, quæ data fuit decima quinta May anno supradicto.

XVIII. Ipse autem nihilominus annis, & ultra bene præfuit, anno 1518. debitum naturæ solvens.

Inter hæc tamen fata Dominus Wolfgangus abbas spartam suam optime adornavit. Magna illi profectus tam spiritualis animarum, quam temporalis rerum cura fuit, ait Mezgerus noster in sua historia pag. 521., multa ædificavit, præsertim in præfecturis Austriæ, ubi & vineas ad meliorem culturam reduxit; templum pavimento marmoreo stravit, cellam vinariam excavavit in monte, & ex erutis lapidibus molendinum & pistrinum ad magnam exstruxit monasterii utilitatem. Pretiosam ecclesiæ supellectilem, bibliothecam, & annuos redditus auxit; ecclesias, & capellas monasterii, earumque altaria vetusta per Nicolaum episcopum Hyponensem, archiepiscopi vices gerentem magna ex parte consecrari, vel reconciliari curavit, eo quod de nonnullis de consecratione non constaret, alia autem temporum injuriis violata essent. Cæterum tanta charitate religiosos subditos devinxit, ut scriptum de eo reliquerint eximium abbatis elogium: „Singularis amator fratrum erat, ut nunquam nostra ætate similem ei viderimus, vel fama percepe„rimus, qui sic omnibus acceptus, & ho„norabilis haberetur.„ Manuscriptum R. seu Dominus Martinus abbas in suo chronico hanc facetam de Wolfgango abbate fecit

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

animadverſionem: „Habuit (nimirum Wolfgangus Præſul) „in ſuis inſigniis duas co„lumbas, quia vere ſimplex, ut columba, „neminem fefellit, modo etiam ſemper ha„buiſſet ſerpentinam prudentiam, quæ eum „aliorum dolos, & circumventiones cave„re, atque evitare docuiſſet; ſed nemo ex „omni parte beatus, nec omnibus omnia „data.„ Ita Dominus collector in ſuo chronico. Cum ergo taliter Dominus Wolfgangus abbas quindecim annis & medio, ut bonus paterfamilias, præfuiſſet, completo bono certamine viam univerſæ carnis ingreſſus eſt in feſto ſanctorum martyrum Marci, & Marcelliani, ſeu decima octava Junii die, anno milleſimo, quingenteſimo decimo octavo, cujus exanime corpus cum omni honore juxta latus ſui prædeceſſoris terræ mandatum fuit in capella ſancti Viti, ubi ſequens legitur ſepulchralis inſcriptio:

Abbas Wolfgangus dulcem dum caperet auram
hanc voluit pario ex marmore habere domum:
Ut ſemper trepidus mortis memor eſſet avaræ
tu dicas: requies ſit tibi ſumma; Vale.
Obiit 1518. 14. Calend. Julii.

Poſt obitum Domini Wolfgangi abbatis in religioſo conventu erant viginti ſeptem presbyteri, & unus diaconus, exceptis converſis, & novitiis, quos notatos non legimus. Inter hos autem von vulgaris orta fuit contentio, quisnam poſt ſuprema fata Wolfgangi Pii præſulis dignus conſtitueretur ſucceſſor, non ſine gravi animorum turbatione, & monaſterii diſpendio, exin ſecuto, ut pluribus dicemus in actis non adeo felicis ſucceſſoris poſt mortem Wolfgangi, qui erat Simon, hujus nominis Tertius.

SIMON III.

ABBAS AD SANCTUM PETRUM LXI.

AB ANNO 1518. USQUE AD ANNUM 1522.

Sicut

I. Post mortem Wolfgangi abbatis in circumstantiis valde periculosis,

Sicut longiorem maris malaciam haud infrequenter sequuntur turbines, & tempestates, ita in monasterio nostro ad sanctum Petrum idem plane accidit; nam (præter illas calamitates, quas primum post electionem subsequis annis experti fuerunt relicti orphani confratres nostri, justo Dei judicio propter contentiones ante, & in electione exortas merito castigati) post mortem Wolfgangi benigni Patris, & abbatis meritissimi non tantum in circumstantiis periculosis, verum etiam inter summas confratrum discordias, & nonnisi promotore D. Domino Leonardo archiepiscopo eligebatur prima Julii anno 1518. in abbatem Simon hujus nominis III., antea custos monasterii, qui tamen ob infelix regimen post quatuor annos officio suo privatus fuit. Iniquo fato periculosæ erant pro monasterio nostro circumstantiæ, quas, ut verosimilius colligimus ex actis, & documentis relictis magna ex parte aggravabant discordiæ inter ipsos eligentes, quos jam animis discordes per decreta visitationis, ut in vita abbatis Wolfgangi dictum fuit, brevi ante hujus præsulis mortem compescere oportuit. Ipsam electionis aleam summe periculosam reddebant rivales duo, qui hanc sponsam abbatiam sancti Petri intra Salisburgum, aut fructus potius, & dotem expetebant, unus alieligena, alter domesticus, & potens ecclesiæ Cardinalis. Erat Romæ quidam Gundisalvus de la casas decretorum doctor, qui post obitum Wolfgangi abbatis a summo Pontifice (quo jure, quibus viis, & mediis? plane nescitur) vel jam impetravit, vel impetrare vehementer conabatur collationem abbatiæ in monasterio nostro. Postquam autem intellexit, abbatem Simonem jam fuisse electum, & confirmatum, idem Gundisalvus eundem abbatem Simonem reconvenit in curia Romana coram Domino Hugone de Spina, sacri palatii apostolici causarum auditore, ubi etiam lis tota aliquamdiu agitata fuit ad annum usque 1522., qui erat ultimus abbatialis regiminis sub abbate, de quo agimus, Simone. Morabatur autem illo tempore in negotiis monasterii Pater Kilianus Prior noster, qui cum procuratore Gundisalvi ita transegit, aut potius Gundisalvus jure suo, quod prætendebat, in curia cecidit sub istis conditionibus, ut Gundisalvus pro omni tempore renunciet nostræ abbatiæ, quæ aliunde eidem non competebat, propter sumptus tamen, quos expendit vertente lite, *pro placamento*, ait Marcus Hansizius, quinquaginta aureos a monasterio recipiat. In manuscripto R., quod est sæpecitatum chronicon Martini abbatis, legitur, quod desuper etiam instrumentum fuerit erectum die vicesima septima Martii anno 1522., quod tamen nos hactenus non vidimus. Alter, & longe potentior adversarius in januis stabat, videlicet Dominus D. Matthæus Langius episcopus Gurcensis, coadjutor ecclesiæ cathedralis Salisburgensis, & titulo sancti Angeli Cardinalis, qui animum adjecit ad abbatiam nostram pro se in commendam a summo Pontifice impetrandam, & jam ferme impetravit, quod tamen actu regnans Dominus D. archiepiscopus Leonardus ægre ferens, ut actualem possessionem impediret, & monasterium tam antiquum commendæ eriperet, omnem movit lapidem, in hac causa pro nostro monasterio vere benignus, & sollicitus, cui certe constantem debemus gratitudinem.

II. Atque inter graves confratrum eligentium discordias,

In his itaque arduis, & summe periculosis circumstantiis, in quibus fors monasterii nostri vertebatur, altefatus Princeps, & archiepiscopus Leonardus die, ut colligitur ex subsequentibus, ultima Junii ipsus in persona monasterium accessit, adjunctis sibi quibusdam consiliariis, & medium nonnisi apparenter aggressus est violentum, quamvis bona intentione propositum, & cum solenni protestatione, quod nullum prorsus monasterio præjudicium emergere debeat, idque fiat in hunc solummodo finem, ut periculum, quod in mora esse videbatur, maturius præveniatur. Cupiebat enim bonus Princeps pro illa dumtaxat vice, ut imminenti periculo velocem medelam pararet, & ne fors per longiores moras invalescerent mala, certum quemdam, & in specie unum e conventu proponere, & nominare abbatem a conventu acceptandum, cui tamen proposito contradicebant singulariter aliqui reluctantes, & inter se quoque dissidentes, ita, ut re infecta e monasterio ad aulam non sine offensi, & indignantis animi signis regressus sit. De hac discordi ad electionem abbatialem præparatione notat etiam Dominus Martinus abbas in suo chronico, quod plerique ex conventu, quorum ferme triginta erant, parati fuissent Domini archipræsulis intentionem propositam adimplere, quatuor autem præsertim cum summa indiscretione, & imprudentia se opposueriut; cumque istorum quatuor religiosorum rigidum animum, & inflexibile propositum cerneret Dominus D. archiepiscopus Leonardus, multum se mirari dixit, quod adeo inordinate loquantur, & negotia monasterii sui tam indisciplinate agant in præsentia præsertim Principis, & Ordinarii sui. Unde indignabundus discessit, eos tamen exhortans, ut hoc negotium non furiose, sed rationabiliter exequerentur, & maturis consiliis desuper deliberarent, sibique in crastinum responsum darent, sicque pro illa die, re infecta, recesserunt omnes. Altera die familiares Principis ad monasterium venerunt, & scisitari cœperunt, an fratres eligentes jussis Principis obtemperare decrevissent? sed responsio data fuit, quod in priori sententia persistant; qui tamen exinde, ut infra fusius dicetur, in promeritam obstinationis suæ pœnam, quod sponte noluerunt, facere cogebantur inviti. Ast Princeps Illustrissimus contemptum se ab il-

lis existimans majori ira succensus fuit; misericordiam tamen exaltans judicio suorum consiliariorum, suasu permisit, ut eisdem libera eligendi facultas permittatur, accersitisque senioribus de conventu monasterii, ut, quem ipsi idoneum æstimarent, eligerent, Dominus D. archiepiscopus per suos consiliarios mandat. Ast prudentioribus, & senioribus, qui adhærebant Domino D. archiepiscopo, visum est, electionem differendam esse ad Illustrissimi Principis adventum. Interim nihil absque nutu DD. Ordinarii attentatum fuit, sed rogatus Illustrissimus Princeps, ut instanti electioni interesse dignaretur, se quantocyus venturum spopondit, atque omne auxilium pro concordi electione se laturum gratiosissime promisit.

III. Post seriam exhortationem jussu DD. Leonardi archiepiscopi factam,

Non multo post tempore, non sine bonorum confratrum solatio, die nimirum electionis, quæ erat prima Julii, rursus ad monasterium venit altefatus Princeps, & archiepiscopus clementissimus Leonardus, qui & a cunctis religiosis occurrentibus maximo, ut decebat, honore fuit susceptus. Ingressus cum eligentibus, & consiliariis suis ad antiquum capitulum, & perlecto, ut tunc moris erat, capitulo sexagesimo quarto sacræ regulæ de ordinando abbate jussu, & nomine Reverendissimi Domini D. archiepiscopi Dominus Joannes Jacobus Haushamer Doctor, & officialis insigni oratione ad concordem electionem præsentem conventum exhortabatur, quæ oratio, sicut gravis, & facunda, prudens, & discreta fuit, non tantum quoad omnes apices lectu dignissima est, verum etiam pro perpétua memoria chronico nostro inseri meretur. Nos illam damus fideliter descriptam a principio usque ad finem, prout illam legimus in manuscripto R., seu chronico Martini abbatis annotatam:

„Novit vestra dilectio, charissimi, & devotissimi Patres, & fratres per totam „fere Alemanniam sacræ prædicationis fluenta, & cœnobialis vitæ instituta, ac bene beateque vivendi normam, & præcepta regularia in circumjacentes provincias „ex hoc cœnobio tanquam a vivo fonte fluxisse, idque luce, ut ajunt, clarius liquere. Quod quidem monasterium B. Rudbertus, primus hujus loci antistes abbas „doctrina, & prædicatione, miraculorumque prodigiis, & sua corporali requie orbi „spectabile reddidit. Quantæ item revetentiæ, & quam charus, & amabilis antecessoribus nostris usque ad hæc tempora „locus iste fuerit, indicio sunt ampla donaria, latissimaque privilegia, ob quorum „venerationem non modo nos, verum & orbis totus locum istum colere, ut exaltare, „cæterisque locis religiosis præponere debet. Nos igitur prædecessorum nostrorum „vestigia gestientes cœnobium S. Petri ab „omnium mortalium jugo quietum semper, „ac liberum manere, & sub solius sanctæ Salispurgensis ecclesiæ defensione perpetuo „consistere vehementer peroptamus. Vestrum itaque erit caute prospicere, ut unanimem, & concordem celebretis electionem, ex qua Deus honoretur, religionis „status roboretur, bonaque vestri monasterii spiritualia, & temporalia indies augeantur; quoniam, ut ait veritas, omne „regnum in se divisum desolabitur, concordiaque res parvæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur. In summa, ut Cardinalis ipse, qui jam dudum possessionibus, „& proventibus inhians ad usurpandum ea „venire constituit, videns fratrum omnium „unanimitatem sibi obluctari confusus abscedat. Qui si votis suis potiretur, adeo vobis nihil tunc reliquum erit, nisi cum Hieremia lamentari, & dicere: servi, quos „in loco abbatis sedere faciet, dominati sunt „nobis, non est, qui eripiat nos de manu „eorum, & per hanc occasionem sæculariter vivere coarctabimini, vel foras cum magno dedecore expellemini. Quid autem „ex hac summa malorum conjicere possumus, nisi tunc periclitari statum monasterii, misceri omnia, atque confundi? postremo meminisse debetis, quantos vestri „gratia labores ipsi subivimus, ut discordia, „quæ authore diabolo inter vos hactenus „fuit, exstirparetur. Idcirco nisi nostram „indignationem experiri vultis, & pro amico vobis faventissimo investissimum habere „inimicum, illa jam finem accipiat, ne, „quod ad laudem Dei, & posterorum utilitatem statuitur, in litigium, rixamve vertatur. Facilius enim mallemus vitam cum „sanguine profundere, quam ut nostri juris „monasterium hujusmodi injuriis, & perturbationibus succumbere, & perditum „iri concederemus.„

Hucusque tenor orationis plane insignis, qua illo tempore haud digni erant confratres nostri in electione adeo discordes.

IV. Electus fuit in abbatem per viam compromissi prima Julii Simon, hujus nominis Tertius:

Post hanc admonitionem vere paternam finitam, ex capitulo procedebant omnes ad capellam sancti Viti, tanquam ad locum pro electione destinatum, ubi etiam electio canonica præsente Illustrissimo Principe fuit instituta, & quidem per scrutinium. Domini scrutatores, Dominus Jacobus Haushamer, D. Georgius Erlbach, Magister cameræ, & D. Eberhardus Englmair collata, & collecta vota deprehenderunt in duas partes scissa, quarum neutra tamen medietatem capituli excedebat, quod, ubi Dominus D. Leonardus archiepiscopus, qui præsens erat, audivit, non sine indignatione dixisse scribitur: lacum aperuerunt, & effoderunt, & inciderunt in foveam, quam fecerunt. Habito dehinc cum doctoribus suis consilio secreto, visum est illis vota eligentium secunda vice scrutanda fore, quod & factum est: electio autem canonica non fuit secuta, nec ex urna egressus, qui habilis

habilis videretur. Currebat interim tempus ab hora septima meridiana usque ad duodecimam, præsente semper illustrissimo Principe Leonardo, qui præter summam patientiam, quam hic palam ostendit, dixisse fertur: monasterium hoc non egrediemur, nisi abbate constituto. Tandem, cum eligentes diutius consultando tempus protraherent, mandavit, ut properarent, & concluderent. Ast fratres eligentes in tanta perplexitate eo conveniunt, ut multis precibus illustrissimum Principem rogarent, dignetur ipse unum nominare abbatem, & tali modo periclitanti monasterio sancti Petri subvenire. Dominus autem archiepiscopus Leonardus haud immemor pertinaciæ primitus contradixit, asserens, quod quorumdam versutiam compertam habeat, qui contra eum murmurassent, quod non canonicam, sed seditiosam, & violentam electionem attentare voluerit. Quo ordine injurias, certe cum magna benignitate, vindicare voluit Princeps clementissimus, palam protestans, severiori censura fore dignos, nisi ea, qua semper locum istum dilexerat, charitate teneretur. Tandem fratres pœnitentia ducti, quod in tam clementem Principem deliquerint, inevitabili necessitate compulsi in hoc concordes fiunt, ut plenum hoc electionis negotium supranominatis scrutatoribus committeretur, & quem ipsi in abbatem, nominarent, ipsi quoque eligentes ratum habere velint, & pro abbate agnoscere. Domini scrutatores primitus quidem hoc onus in se recipere recusarunt, victi tamen fratrum precibus; accedente etiam præcepto Domini D. archiepiscopi præsentis, acquieverunt. Igitur arrepta hac via compromissi (haud dubie ex voluntate, & suggestione ipsius Principis) nominatus, & promulgatus fuit Pater Simon nomine Garchanez, natione Illyricus de Reinitz, monachus sancti Petri, & tunc temporis custos, qui sub Ruperto V. abbate anno 1493. trigesima Septembris die sacram professionem emisit. Neoelectum Simonem hujus nominis III. Illustrissimus Princeps, & archiepiscopus Leonardus mox manu apprehensum ad ecclesiam deduxit, eidemque in sede abbatiali constituto curam monasterii commisit Calend. Julii anno 1518. tertia die a D. Domino archiepiscopo confirmatur, in die autem commemorationis sancti Patris nostri Benedicti, quæ est undecima Julii, benedictionem abbatialem in ecclesia sancti Petri, unacum neoelecto abbate Michaelburano Wolfgango per Dominum Bertholdum episcopum Chiemensem accepit.

V. Qui tamen post quatuor annos ab officio suo fuit depositus.

Tantæ molis erat pro monasterio nostro eligere abbatem: & tamen Simon abbas, sicut non admodum regulariter, & pacifice promotus, & electus, ita etiam, & quidem non sine culpa regimen breve, & hoc valde inquietum, atque infelix tenuit. Nos referimus narrationem collectoris chronici, seu manuscripti R. toties citati, quæ ita habet in vita Simonis abbatis: „Hanc ejus ele„ctionem quidam ægre nimis tulerunt, in„dignum judicantes, hoc monasterium tam „rudi, & inepto viro committi, sed Deo, „peccatis nostris exigentibus, sic permit„tente ita gesta sunt, quoniam irascente Deo „talem Rectorem populi suscipiunt, qua„lem pro peccato merentur.„ Hæc, & plura alia Martinus abbas in suo chronico, ex quo etiam, sicut ex aliis documentis habetur, quod Dominus Simon abbas vir majoris opinionis, & dignitatis, quam capacitatis, homo simplicis ingenii, & magis proprii judicii, quam boni consilii amans, premere potius, quam regere subditos voluerit; unde a suo conventu, sibi valde adverso, delatus, & accusatus apud Dominum Matthæum Langium archiepiscopum, qui etiam post multas institutas visitationes, & inquisitiones abbatem Simonem primitus ab officio suspendit, & demum etiam post aliquot menses anno 1522. circa festum S. Jacobi penitus ab officio abbatis deposuit. Rexit abbatiam quatuor annis, sed œconomia minus bona; post depositionem vixit adhuc usque ad annum 1525., quo anno pleuriticus obiit pridie Idus Julii, sepultus in capella sancti Viti. Unicum solummodo religiosum ad sacram professionem suscepisse legitur; viventes autem confratres sub ipsius regimine non vulgares calamitates fuerunt perpessi, ea præsertim ex causa, quod mandato D. Domini Matthæi Langii Cardinalis, & Archiepiscopi inobedientes exstiterint in revocanda ex curia Romana procuratore Patre Chiliano Priore nostro, qui in causa agitatæ controversiæ circa Reverendissimum hujus ecclesiæ metropoliticæ capitulum, & nostrum monasterium ob antiquam præcedentiam a Domino Simone abbate, & conventu Romam missus fuit anno 1519. die vigesima Augusti, ubi etiam per tres fermè annos morabatur, atque in favorem nostrum die decima quarta Octobris anno 1521. tertiam sententiam obtinuit, litteris executorialibus desuper ad Augustissimum Imperatorem Carolum V. concessis.

VI. Anno 1520. a Leone X. bullam pro facultate administrandi sacramenta obtinuit.

Quamvis autem abbatiale regimen Simonis abbatis, huius nominis Tertii, fuerit admodum breve, & insuper valde inquietum, & infelix, attamen aliqua acciderunt, quæ tam notatu digna sunt, quam etiam prædictum abbatem posteritati commendant. Dum Romæ procuratorem agebat P. Chilianus Pietricher, Prior monasterii, quem idem Dominus abbas, & conventus in illa nota causa ad Urbem ablegarunt anno 1519., eodem anno quarta Novembris dictus procurator a sanctissimo Patre Leone X. obtinuit facultatem dicendi officium; & missam vigesima Octobris die de sancto Vitale episcopo, abbate, & thaumaturgo patrono nostro, cujus bullæ tenorem per extensum dedimus in vita S. Vitalis num. XX.;

ficque eidem allegandæ ſuperſedemus. Alia bulla in originali exſtat, quæ data fuit Simoni abbati ab eodem Leone X. ſequenti anno, id eſt, anno 1520. per quas litteras monaſterio conceditur facultas adminiſtrandi ſacramenta pœnitentiæ, euchariſtiæ & extremæ unctionis ſcholaribus, familiaribus, & utriusque ſexus perſonis in utroque tam virorum, quam monialium monaſterio ſequenti tenore:

„L E O. PP. X.

„Dilecti filii ſalutem, & apoſtolicam Ben. „Exponi nobis nuper feciſtis, quod cum „in altero conventu, ſcilicet ſororum veſtri „monaſterii ſancti Petri Saltzeburgens. Ord. „S. Benedicti ſtricta, & perpetua ſit clau„ſura, & puelle nobilium, & generoſarum „perſonarum pro bonis moribus aquirendis, „vel religioſa vita aſſumenda quandoque „per plures annos illic deſtinantur, & ne „occaſio clauſuram non obſervandi alicui „detur, hujusmodi puellis, & ſervitrici„bus in eodem monialium conventu inclu„ſis ab immemorabili tempore, & ultra, „tempore paſchali, & aliis temporibus ſa„cramentis euchariſtie, abſolutionis, & „extremæ unctionis per confeſſorem dicta„rum monialium regularem per vos, & pro „tempore exiſtentes abbatem, & conven„tum monaſterii hujusmodi deputatum, „nec non ſcolaribus, qui in choro, & cha„pellis ejusdem monaſterii canere ſolent, „unacum familia utriusque ſexus ejusdem „monaſterii ſemper proviſum eſt ſacramen„tis confeſſionis & euchariſtie per presbi„terum ſecularem a te deputatum absque „requiſitione Plebani, ſeu Rectoris loci, „pro tempore exiſtentis, licet quandoque „officialis ordinarii licentia ſit petita, ſuper „qua antiquiſſima conſuetudine vos in futu„rum forſan absque noſtra, & apoſtolice ſe„dis licentia impediri poſſe dubitatis. Qua„re nobis humiliter ſupplicare feciſtis, ut „in premiſſis opportune providere de beni„gnitate apoſtolica dignaremur. Nos vos „ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi „volentes hujusmodi ſupplicationibus in„clinati, vobis, quod confeſſor regularis „illius monaſterii, & ordinis veſtri per vos „eisdem monialibus ſubordinatus etiam di„ctas puellas, & ſervitrices, inibi incluſas „in earum confeſſionibus audire, ac eucha„riſtie, ac extreme unctionis, ac alia ſa„cramenta miniſtrare poſſit, quotiens ne„ceſſarium fuerit, ne occaſio dictam lau„dabilem clauſuram frangendi cuique detur, „ac eorum ſcolares, & utriusque ſexus fa„miliam per presbyterum ſecularem vel re„gularem ab abbate iſtius monaſterii pro „tempore ſubordinacum juxta antiquiſſi„mam conſuetudinem in confeſſionibus au„diendis, qui euchariſtie ſacramento tem„pore paſcali provl.iere absque cujusvis li„centia ſive requiſitione (ſine tamen preju„dicio portionis, quæ eorum plebano, ſive „rectori debetur ſecundum conſuetudinem „veſtri loci) licentiam, & facultatem au„ctoritate apoſtolica tenore preſentium con„cedimus pariter, & indulgemus. Et ni„hilominus venerabilibus Cæſertan. in Ro„mana curia reſidenti, & Pataviens. & „Chiemenſi epiſcopis per preſentes commit„timus, & mandamus, quatenus ipſi vel „duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, „ſeu alios vobis in premiſſis efficacis defen„ſionis preſidio aſſiſtentes faciant auctorita„te noſtra, vos conceſſione, & indulto pre„miſſis pacifice frui, & gaudere, non per„mittentes vos per quoscunque, quavis „auctoritate fungentes, contra preſentium „litterarum tenorem moleſtari, turbari, aut „inquietari. Contradictores quoslibet in„obedientes, & rebelles per cenſuras ec„cleſiaſticas, & alia opportuna juris reme„dia, appellatione poſtpoſita, compeſcen„do, invocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, „auxilio brachii ſecularis. Non obſtanti„bus apoſtolicis, ac in provincialibus, & „ſynodalibus conſiliis editis, generalibus, „vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordi„nationibus, ac preſertim capitulo omnis „utriusque ſexus, ac juribus, nec non ſta„tutis, & conſuetudinibus, monaſterii, & „ordinis predictorum juramento, confir„matione apoſtolica, vel quavis firmitate „alia roboratis, privilegiis quoque indultis, „& litteris apoſtolicis in contrarium forſan „conceſſis, ceterisque contrariis quibus„cunque preſentibus, perpetuis, futuris „temporibus duraturis. Datum rome apud „S. Petrum ſub annulo piſcatoris die XVI. „decembris MDXX. Pontificatus noſtri an„no octavo.

(L.S.) Lud. Vicetinus.

VII. Aliquas etiam fundationes accepit, & bona quædam monaſterio adjecit.

Ad acta hujus abbatis Simonis III. ſpectat, quod quasdam fundationes a piis fidelibus factas acceptaverit, & quædam etiam bona monaſterio adjecerit. Exſtantes etiamnum litteræ, membraneæ cum ſigillo, probant, quod Joannes Pairhamer, qui erat præfectus in officio Seekirchen, fundaverit anniverſariam miſſam circa feſtum S. Urbani in eccleſia ſanctæ Margarethæ, & dederit aliquam ſummam pecuniariam. Hæ litteræ fuerunt expeditæ anno 1519. vivente autem adhuc abbate Wolfgango ſumma pecuniaria fuit ſoluta, ut ex actis colligimus. Alia duo inſtrumenta de anno 1520. quo tempore jam in abbatia fuit Simon III. docent, quod Regina Engelshaimerin pro duplici anniverſario in eccleſia ſanctæ Margarethæ ordinato, monaſterio dederit prædium Oberndperg, quod etiamnum in officio Seekirchen quoad dominium directum ſubjectum eſt monaſterio noſtro. Bona etiam quædam per contractum emptionis ſub Simone abbate fuiſſe monaſterio adjecta ex actis, & documentis habemus: anno 1518. vivente adhuc Wolfgango abbate

bate emptum fuit ab Udalrico Vochenberger in Gredich prædium Pitterlehen, qui tamen contractus poſt mortem Wolfgangi abbatis ſub Simone ſucceſſore fuit completus, litteræ enim emptionis, quæ in antiquo regiſtro officii Vihauſen leguntur, datæ fuerunt dicto anno feria ſexta poſt feſtum ſancti Regis Oſwaldi incidens in menſem Auguſtum, quo tempore Dominus Wolfgangus abbas jam erat mortuus. Anno 1519. ſæpedictus Dominus abbas Simon emit curiam Lintach, ſitam in officio Ehing, & parochia Lauffen a Sebaſtiano Pais apud Mitterberg vigore litterarum, quæ fuerunt erectæ feria tertia ante feſtum ſancti Sebaſtiani. Anno 1521. emptum, & in ſolutum pro debitis datum fuit monaſterio a quodam Georgio Renner prædium Altmanſteig, ſeu taſerna in Gnigl, in officio noſtro Spital, teſtibus litteris, quæ datæ fuerunt feria quinta ante domiuicam Lætare. Anno ſequenti emit Dominus abbas dominium directum in prædio Chraxnerlechen, quod ſitum eſt apud Gredich a Marco Hagenpauer, ut legitur in litteris datis eodem anno in feſto Epiphaniæ. Hæc de Simone abbate noſtro, hujus nominis III. dicta ſufficere debent, præſertim, quod de ipſius electione, aut confirmatione nullum inſtrumentum authenticum, apud nos ſaltem, exſtet, & quia triſtem memoriam ob illam controverſiam, ob quam confratres noſtri ſub archiepiſcopo Matthæo Langio multa perpeſſi ſunt, conſulto renovare nolumus. Sub hoc abbate noſtro Simone vivebat, & anno 1519. in noſtro monaſterio mortuus eſt quidam Dominus abbas ex celeberrimo monaſterio Admontenſi noſtri ordinis in ſuperiori Styria nomine Michael Grieſauer, in ordine dicti monaſterii abbas quadrageſimus, qui anno 1501. electus quidem in abbatem pacifice, & vir erat bonæ converſationis, attamen, ut refert Amandus abbas noſter in ſuo chronico manuſcripto Admontenſi pag. 126. §. 44. perpetuis averſionibus ſuorum ſubditorum commotus poſt aliquot annos ſuam Admontenſem abbatiam ſponte dereliquit, & Salisburgum ad ſanctum Petrum abiit, ubi inter religioſos communem vitam egit, & tandem vigeſima octava Martii anno dicto ſupremum vitæ diem clauſit, & ſepultus fuit in medio eccleſiæ noſtræ infra gradus cum inſcriptione, nomen ipſius referente. Locus autem ſepulturæ noſtri, de quo egimus, Simonis abbatis, eſt capella ſancti Viti, ubi in aliquo ſaxo hæc verba leguntur: „Hic eſt ſepultus abbas Simon, „qui obiit pridie Idus Julii anno Domini „1525.

JOAN.

JOANNES IV.
Staupitzius.
ABBAS AD SANCTUM PETRUM LXII.
AB ANNO 1522. USQUE AD ANNUM 1524.

1. Joannes Staupitzius Ord. Eremitarum S. Auguſtini Prior, & Provincialis Lutheri,

Turbatæ erant res in monaſterio noſtro ſub abbate Simone, hujus nominis Tertio, ut in ejus vita retulimus, quam rerum perturbationem dum ita invenit Dominus D. Matthæus Langius, Cardinalis, & archiſipiſcopus hujus ſedis, occaſionem arripuit Joannem Staupitzium, Ordinis eremitarum ſancti Auguſtini religioſum, virum doctrinæ præſtantia clariſſimum, & tunc temporis eccleſiæ hujatis metropoliticæ prædicatorem ad vacantem in monaſterio noſtro abbatialem inſulam promovendi. Ut autem de hoc Joanne Staupitzio abbate noſtro amplior, & exactior habeatur notitia, per diſtinctos numeros pro more noſtro explanare opus ducimus, quis Joannes Staupitzius fuerit? qua occaſione Salisburgum venerit? & qualiter Roma diſpenſatus, ut ad noſtrum ordinem, & abbatiam tranſire poſſit, in abbatem noſtri monaſterii poſt depoſitionem Simonis III. electus, & confirmatus fuerit? præprimis ad meliorem rei notitiam ex hiſtoria illius ſæculi ſciendum eſt, quod, cum illa nota indulgentiarum promulgatio commiſſa fuit cuidam Joanni Tetzellio Ordinis prædicatorum religioſo, ea res aliquos ex ordine Auguſtinianorum adeo offenderit, qui opinione doctrinæ illo tempore multum florebat, præcipue vero Joannem Staupitzium Vicarium Generalem ejusdem Ordinis in Germania, & ipſum Lutherum Lectorem ordinarium, ut pravo conſilio inito inciperent publice contra easdem indulgentias in cathedris eccleſiaſticis, & ſcholaſticis concionari, & debacchari. Atque ita miſeranda hæreſis Lutherana ex tam parvo, & exiguo initio nec non infiniti propemodum

dum alii errores, & hæreſes in Germania noſtra exortæ fuerunt. Cum vero Lutherus præter intentionem Joannis Staupitzii ſuis doctrinis publicis paulatim plures hæreſes miſceret, præcipue conſcientiæ libertatem aſſereret, qua paulatim principes, ſubditique illecti a Romana fide defecere, permotus Staupitzius monuit Lutherum, ne latiùs in periculum ſanctæ fidei procederet, ſed fruſtra, & ſero nimis; jam enim primæ ſcintillæ in grande excreverunt incendium, quo non paucæ provinciæ brevi tempore non tantum a romana eccleſia, ſed etiam ſubditi a jugo ſuorum dominorum, & principum defecere, & ſeſe eximere voluere. Joannes tandem Staupitzius a Matthæo Langio, Leonardi in archiepiſcopatu Salisburgenſi ſucceſſore, ne totus depravaretur, & hæreſin cum Luthero propugnaret, cum notus eſſet Matthæo Langio, honoris ſpecie Salisburgum vocatus, & cathedralis eccleſiæ ſuæ Concionator conſtitutus eſt, qui deinde urgente, & totum negotium ita diſponente, dicto archiepiſcopo Matthæo Langio poſt obtentam diſpenſationem a ſummo Pontifice ad noſtrum ſacrum ordinem, & monaſterium tranſiit, ubi anno 1522. ut ſtatim pluribus dicemus, expreſſe profeſſus, & poſt duos dies in abbatem electus fuit.

II. Poſt diſpenſationem Romæ obtentam in monaſterio noſtro profeſſus prima Auguſti anno 1522.

Quod Joannes Staupitzius, ad inſtantiam Domini D. Matthæi Langii, Cardinalis, & archiepiſcopi a pœnitentiaria Romana non tantum in eo fuerit diſpenſatus, quod poſſit tranſire ab Ordine ſancti Auguſtini ad ordinem ſancti Benedicti, verum etiam, quod poſſit gaudere omnibus juribus, & privilegiis, vocis activæ, & paſſivæ beneficio, probant litteræ membraneæ duæ, quarum prima data ſexto Kalendis Maji, altera autem data decimo octavo Kalendis Julii explicatior eſt, & ita incipit, ac definit:

„Reverendo in Chriſto Patri Matthæo, „ miſeratione divina tit. S. Angeli Pres„bitero Cardinali Salzeburgens. Laurentius „eadem miſeratione tit. SS. quatuor Coro„natorum presbyter Cardinalis ſalutem, & „ſinceram in Domino charitatem. Ex par„te veſtra propoſitum fuit coram nobis, „quod licet dudum, poſtquam vos certis „honeſtis de cauſis moti, ſeu pro veſtra op„portunitate deſideraretis uni fratri, ſive „religioſo cujuscunque ordinis profeſſo, ſe „ad Ordinem ſancti Benedicti transferendi „licentiam concedere, poſſe vobis per ſe„dem apoſtolicam indulgeri. Nos auctori„tate Domini Pape, cujus penitentiariæ cu„ram tunc gerebamus, ac de ejus ſpeciali, „& expreſſo mandato ſuper hoc vive vocis „oraculo nobis facto, ut uni fratri, ſeu re„ligioſo cujuscunque etiam mendicantium „ordinis profeſſo, quem ad id duceretis eli„gendum, quod de ordine, quo profeſſus „eſſet, ad ordinem ſancti Benedicti ſe trans„ferre, & poſtquam translatus foret, om„nibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, in„dultis, & libertatibus, & exemptionibus, „quibus alii ipſius Ordinis ſancti Benedicti „fratres uterentur, potirentur, & gaude„rent, ſeu uti, potiri, & gaudere poſſent „quomodolibet in futurum, uti potiri, & „gaudere, vocemque tam activam, quam „paſſivam, & ad abbatialem dignitatem, „ſi poſtulatus foret, habere & licite poſſet, „& valeret licentiam, & facultatem con„cedere, ac deſuper cum eo diſpenſare &c. „&c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub ſi„gillo officii pœnitentiariæ XVIII. Kl. Julii „tempore aſſumpti apoſtolatus officii a Do„mino Adriano electo Romano Pontifice „anno primo". Hucusque tenor diſpenſationis: poſt quam impetratam in noſtro monaſterio Joannes Staupitzius anno 1522. die prima Auguſti expreſſe fuit profeſſus, uti probat teſtimonium religioſæ profeſſionis propria manu ſcriptum, etiamnum in originali membraneo exſtans, & ab eodem fideliter ita deſcriptum:

„In Chriſti nomine, amen. Ego Fr. Jo„hannes de Staupitz jam ordinis Eremi„tarum Divi Auguſtini, vocatus, & aucto„ritate apoſtolica diſpenſatus ad Ordinem „S. Benedicti. Ad honorem omnipotentis „Dei, & beatiſſime Virginis Marie, ac bea„tiſſimi Patris Benedicti, & omnium ſan„ctorum tenore preſentium promitto ſtabi„litatem, & converſionem morum meo„rum, ac obedientiam ſecundum regulam „ejusdem ſancti Benedicti coram Deo & „ſanctis ejus, ad nomen ſanctorum Petri, „& Pauli apoſtolorum, ſanctorumque con„feſſorum, ac Pontificum Ruperti, & A„mandi, & aliorum ſanctorum, quorum „reliquie in preſenti eccleſia ſunt, in pre„ſentia venerabilium Patrum Prioris, & „conventus hujus monaſterii S. Petri Salz„purge in nomine Patris, & Filii, & Spi„ritus ſancti, amen. In cujus rei teſtimo„monium preſentem cedulam manu propria „ſcripſi in hoc venerabili loco anno ab in„carnatione domini milleſimo, quingente„ſimo, viceſimo ſecundo, prima menſis „Auguſti, que eſt dies, ut ajunt, ſancti „Petri ad vincula". Ita habet teſtimonium profeſſionis propria manu Staupitzii ſcriptum, quod de verbo ad verbum non ſine ſpeciali reflexione hic inſerimus, quia invenimus quosdam dubitantes, an unquam Staupitzius, Prior ille, & Provincialis Lutheri fuerit in monaſterio noſtro profeſſus, & abbas.

III. Ut abbas fieri poſſit, per D. Matthæum Langium diſpenſatus.

Quoniam vero per Dominum D. Matthæum Langium conventus noſter ad ſanctum Petrum reſpective viduatus poſt reſignationem Simonis abbatis jam efficaciter fuit diſpolitus, & convincentibus motivis permotus, ut neminem alium pro abbate eligerent, quam predicatorem eccleſiæ metropoliticæ Joannem de Staupitz,

hinc etiam altefatus Princeps, & Ordinarius Matthæus grandi diplomate membraneo archiepiſcopali ſigillo, quod etiamnum in ſuo decore viſitur, roborato, in favorem Joannis Staupitzii diſpenſationem authoritate Ordinarii ſuperaddidit, quæ & digna eſt, ut faſtis noſtris inſeratur:

„Matheus miſeratione divina ſacroſancte „Romane eccleſie tituli S. Angeli Pres„byter Cardinalis, archiepiſcopus Salzbur„gen., apoſtolice ſedis Legatus &c. &c. „Dilecto nobis in Chriſto Joanni Staupitz, „ordinis fratrum heremitarum S. Auguſtini „profeſſo, & ſacre Theologie Magiſtro ſalu„tem in Domino ſempiternam. Cum inſti„tuta pridem per nos in monaſterio S. Pe„tri hic Salzburge Ordinis ſancti Benedicti, „& paulo poſt ingruentis peſtis pericula ſu„ſpenſa, nuper vero reſumpta, & denuo „incepta viſitatione dilectus nobis in chriſto „Simon, tunc dicti monaſterii abbas videns, „ſe ex nonnullis urgentibus, & rationabili„bus cauſis ejusdem monaſterii regimini, & „adminiſtrationi ulterius commode preeſſe „non poſſe, ideoque, ut monaſterii ipſius „utilitati, & indemnitati melius conſuli, & „de alio magis opportuno prelato, & abba„te provideri poſſit, dictam abbatiam ma„nibus noſtris, tanquam Ordinarii loci, per „dilectum nobis in Chriſto, Martinum Schal„ler juris Licentiatum procuratorem ſuum „ad id ab eo ſpecialiter conſtitutum ſponte „& libere reſignavit, illiusque regimini, & „adminiſtrationi, ac omni juri ſibi in ea, ſi„ve ad illam quomodolibet competenti ceſ„ſit, ac renuntiavit, nosque reſignationem, „ac ceſſionem, & renunciationem hujus„modi auctoritate noſtra ordinaria, acce„dente etiam ad hoc unanimi conſenſu, & „voluntate dilectorum nobis in Chriſto Chri„ſtopbori Senioris, & conventus ejusdem „monaſterii admiſimus verum expoſito quo„que nobis per eosdem Seniorem, & con„ventum, quod ipſi pro prefati monaſterii „honore, & utilitate, ac monaſtice in eo „diſcipline, & regularis vite incremento, „plurimum cuperent perſonam tuam, quam „Deus ipſe omnium bonorum fons, & lar„gitor religionis zelo, ac litterarum ſcien„tia, uiteque, ac morum honeſtate, & in„tegritate; aliisque multiplicium virtutum „donis inſigniter decoraverit, loco predicti „Simonis in eorum abbatem, ac Patrem, „& paſtorem eligere, ſeu poſtulare: ſed „quia hoc tam pium ipſorum in hac parte „deſyderium adimplere non poſſent, obſi„ſtentibus ordine, & profeſſione tua ſupra„dictis, nobis humiliter ſupplicarunt, ut „tibi deſuper & ad hunc effectum de oppor„tune diſpenſationis gratia providere digna„remur: nos igitur, quibus ex paſtorali of„ficio noſtro incumbit, ut eccleſias, mo„naſteria, & alia loca pia maxime in dio„ceſ. noſtra conſtituta, & cure noſtre com„miſſa, paterno foveamus affectu, & eo„rum opportunitatibus, quantum cum Deo „poſſumus, totis viribus conſulamus, ejus„dem monaſterii commoditatibus paterne „conſulere, & pio fratrum predictorum de„ſyderio hujusmodi ſatisfacere volentes, in„telligentesque tue perſone induſtriam, lit„teraturam, & integritatem, huic prelatu„re, Deo auxiliatore, abunde ſufficere, ma„xime cum videaris ad eam quodammodo „divinitus vocatus: idcirco ſufficienti ad id „per litteras apoſtolice ſedis facultate mu„niti, tibi, ut de ordine fratrum heremita„rum ſancti Auguſtini predicto, & quem, „ut prefertur, profeſſus es, ad ordinem S. „Benedicti, te transferre, & poſtquam ſic „translatus, ac ordinem S. Benedicti jam „dictum expreſſe profeſſus fueris, omnibus „& ſingulis privilegiis, gratiis, indultis, „libertatibus, & exemptionibus, quibus „alii ipſius ordinis S. Benedicti fratres, & „profeſſi utuntur, potiuntur, & gaudent, „ſeu uti, potiri, & gaudere, poſſent quo„modolibet in futurum, uti, potiri, & „gaudere vocemque tam activam, quam „paſſivam etiam ad dignitatem abbatialem, „ſi ad illam poſtulatus fueris, habere libe„re & licite poſſis, & valeas, plenamque „ac liberam licentiam, & facultatem con„cedimus, ac tecum auctoritate apoſtolica „ſupradicta, nobis in hac parte conceſſa de„ſuper diſpenſamus, non obſtantibus omni„bus hiis, que in ſupradictis litteris apoſto„licis conceſſum eſt, non obſtare, ceteris„que contrariis quibuscunque, harum te„ſtimonio litterarum ſigilli noſtri appenſio„ne munitis. Datum in civitate noſtra Salcz„burgen. die prima menſis Auguſti anno a „nativitate Domini milleſimo, quingente„ſimo, vigeſimo ſecundo". (L.S.)

IV. In noſtro monaſterio eodem anno die ſecunda Auguſti per electionem in abbatem aſſumptus,

His diſpoſitionibus præmiſſis confratres noſtri infra nominandi, qui quatuor abhinc annis adeo diſcordes fuerunt in eligendo ex gremio Matris confratre domeſtico, per multa præcedentia adverſa manſuetiores facti, concordi calculo eligere coacti fuerunt virum alienigenam, alterius ordinis, & provinciæ religioſum, & nonniſi per unicum diem in ordine, & monaſterio noſtro profeſſum ſupradictum Joannem Staupitzium, uti ex authentico, & etiamnum in originali exſtanti electionis inſtrumento docemur, cujus tenorem damus de verbo de verbum:

"Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & Do„mino D. Matheo miſeratione divina "ſacroſancte Romane eccleſie tit. S. Angeli "presbytero Cardinali, archiepiſcopo Sal"zeburgen. apoſtolice ſedis Legato &c. Do"mino noſtro gratioſiſſimo fratres Kilianus "Prior, Chriſtophorus Senior, totusque con"ventus monaſterii S. Petri Salzburge ordi"nis ſancti Benedicti honorem, & reveren"tiam cum orationibus in Domino devotis. "Reverendiſſime Pater, Domine gratioſiſſi"me, quoniam vacante nuper abbatia dicti "noſtri monaſterii per liberam ceſſionem re"verendi

"verendi Patris Domini Simonis ultimi, & "immediati ejusdem monasterii abbatis in "manibus vestre Reverendissime Paternita-"tis, uti loci Ordinarii factam, & per pa-"ternitatem vestram Reverendissimam ad-"missam, & postea per nos concorditer ac-"ceptatam, & ratificatam, nos considéran-"tes vacationem monasteriorum esse peri-"culosam, matura deliberatione previa diem "infra scriptam, & horam tertiam ejusdem "diei pro electione futuri abbatis celebran-"da statuimus, litteras quoque nostras ci-"tatorias contra omnes, & singulos sua com-"muniter, & divisim interesse habere putan-"tes. & qui de jure, vel consuetudine dicte "electioni interesse debuerunt & potuerunt, "emisimus, & in valvis monasterii nostri "publicari fecimus. Termino itaque adve-"niente nos Kilianus Prior, Christophorus "Senior, Laurentius, Virgilius, Andreas, "Paulus, Bernhardus, Vitalis, Jeronimus, "Gregorius, Joannes, Maurus, Rudber-"tus, Benedictus, Egidius, Stephanus, "Alexius, Ambrosius, Sebastianus, A-"chatius, Georgius, Martinus, Thomas, "Wolfgangus presbiteri, & Leonardus dia-"conus, qui electioni potuerunt, & debue-"runt interesse hora tertiarum ejusdem diei, "missam de spiritu sancto in ecclesia mona-"sterii nostri solenniter decantavimus, omni-"bus nobis sacramento eucharistie procura-"tis. Quibus peractis nullo alio interve-"niente actu eos ad locum nostrum capitu-"larem recepimus, & cum nemo ejusmodi "electionem impediturus appareret, nos de "electione futuri abbatis cepimus habere "tractatum, placuitque nobis universis & "singulis per viam compromissi mixti, seu "limitati ad electionem ipsam procedere. "Premissis itaque protestatione, ac ammo-"nitione in his necessariis, nos Kilianus, ac "alii prenominati fratres Paulum, Joannem, "& Thomam presbiteros confratres nostros "in scrutatores, & compromissarios elegi-"mus, dantes eisdem plenam potestatem o-"mnium nostrnm vota scrutandi, ac illum, "in quem major pars conventus consenserit, "nobis, & dicto monasterio nostro abbatem, "& pastorem eligendi, seu postulandi, aut "quocunque alio modo, quo id de jure me-"lius, & efficacius fieri potest, perficiendi, "ac nominandi, prestitis preterea tam per "dictos scrutatores, & compromissarios, "quam per nos omnes, & singulos hujusmo-"di solitis juramentis, iidem scrutatores, & "compromissarii in vim potestatis eis tradi-"te, & ad preces nostras adhibitis notario, "& testibus infra scriptis tam sua, quam o-"nium nostrum vota secrete, & singillatim "diligenter exquisierunt, & scrutati sunt. Vo-"tis itaque singulorum receptis, & in scri-"ptis redactis repererunt se, ac nos omnes, "& singulos nullo discrepante venerabilem "& religiosum Patrum Dominum Joannem "de Staupitz sacre theologie professorem in "sacerdotio constitutum, ac ordinem sancti "Benedicti expresse professum, confratrem "nostrum, virum eruditione, ac vita mul-"tipliciter commendatum, in abbatem, & "pastorem concorditer, & prout de jure me-"lius, & efficacius poterant elegisse, & po-"stulasse. Quem tunc dictus Paulus unus e "scrutatoribus, & compromissariis de con-"sensu, & mandato collega um al orum in "scriptis similiter elegit, postulavit, & no-"minavit, atque electionem hujusmodi pu-"blicavit in hunc modum: ad laudem Dei, "& sancti Apostoli Petri, Patroni nostri, ego "Frater Paulus unus de scrutatoribus, & "compromissariis a conventu hujus mona-"sterii electus de voluntate, & consensu col-"legarum meorum vice nostra, ac corum, "atque totius conventus, & ex potestate "mihi, & eis tradita, invocata spiritus san-"cti gratia venerabilem, & religiosum P. "Joannem Staupitzium sacre theologie pro-"fessorem, confratrem nostrum, a conven-"tu hujus nostri monasterii unanimi voto e-"lectum, & postulatum in nostrum, & di-"cti monasterii nostri abbatem, & pastorem "eligo, & postulo prout de jure melius, & "efficacius possum, eandemque electionem, "& postulationem in his scriptis pronuntio "in nomine Patris, & Filii, & Spiritus san-"cti amen. Quas quidem electionem, & "postulationem sic, ut premittitur, rite, & "canonice factas, nos omnes predicti una-"nimi consensu recepimus, approbavimus, "ac ratas, & gratas habuimus, prout ra-"tificamus, & approbamus per presentes, "quantum de jure melius, & efficacius pos-"sumus, & debemus, prenominatumque "Joannem de Staupitz electum ibidem pre-"sentem, quatenus electioni & postulationi "hujusmodi de se factis suum preberet assen-"sum, requisivimus. Qui, licet ex humi-"litate se oneri talismodi imparem, ac in-"sufficientem, & indignum reputaret, & ob "inde plurimum excusaret, nobis tamen "magis instantibus, prehabita deliberatio-"ne, divine nolens resistere voluntati pre-"cibus nostris annuit non minus humiliter, "atque devote. Quo consensu, sic per nos "recepto, ipsum electum de loco capitulari "ad summum altare monasterii nostri cum "decantatione cantus angelici Te Deum lau-"damus, duximus, atque electionem ipsam "coram dopulo publicari fecimus. Quare "vestre Reverendissime Paternitati unanimi "voto supplicamus, ut electionem, & po-"stulationem ejusdem dignetur gratiose re-"cipere, & admittere, & easdem auctori-"tate sua ordinaria, modo, quod id melius, "& validius potest, confirmare, & eidem "electo nostro munus confirmationis, & be-"nedictionis gratiosius impertiri, quatenus "idem electus noster sic confirmatus, & be-"nedictus, auctore Deo, nobis, & mona-"sterio nostro preesse possit, & prodesse, nos-"que & alii cure sue commissi sub ejus regi-"mine possimus Altissimo salubriter militare, "& ut vestra reverendissima paternitas a-"gnosce-

"gnoscere possit, nos premissis omnibus ita "consensisse, nos presens electionis decre-"tum sigilli conventus nostri appensione mu-"nitum, propriisque manuum nostrarum, "& notarii publici subscriptionibus subscri-"ptum mittimus per presentes. Acta sunt "hec Salzburge in dicto monasterio sub an-"no a nativitate Domini millesimo, quin-"gentesimo, vicesimo secundo, indictione "X. die vero sabbathi, secunda mensis Au-"gusti, pontificatus Domini Adriani VI. in "summum pontificem electi anno primo, "presentibus ibidem reverendis in Christo "patribus, & Dominis, Domino Berthol-"do episcopo Chiemensi, Joanne abbate in "Monsee, Andrea Decano, Vicario, & Of-"ficiali Salzburgensi, & Egidio Rem Jurium "doctore, Canonico Pataviensi testibus ad "premissa vocatis, & specialiter requisitis".

„Ego Frater Chilianus Prior supradictus „omnibus & singulis memoratis consentio, „& consensi, ac manu propria signavi, & „subscripsi.

„Ego Fr. Christophorus Senior &c.
„Ego Fr. Laurentius &c.
„Ego Fr. Virgilius &c.
„Ego Fr. Andreas &c.
„Ego Fr. Paulus &c.
„Ego Fr. Bernhardus &c.
„Ego Fr. Vitalis &c.
„Ego Fr. Hieronimus &c.
„Ego Fr. Gregorius &c.
„Ego Fr. Joannes &c.
„Ego Fr. Maurus &c.
„Ego Fr Rudbertus &c.
„Ego Fr. Benedictus &c.
„Ego Fr. Egidius &c.
„Ego Fr. Stephanus &c.
„Ego Fr. Alexius &c.
„Ego Fr. Ambrosius &c.
„Ego Fr. Sebastianus &c.
„Ego Fr. Achatius &c.
„Ego Fr. Georgius &c.
„Ego Fr. Martinus &c.
„Ego Fr. Thomas &c.
„Ego Fr. Wolfgangus &c.
„Ego Fr. Leonardus consentio, & consensi &c.

(L.S.)

„Et ego Leonardus Kummer, Pres-„biter Patavienlis, publicus sacris, aposto-„lica, & imperiali auctoritatibus, notarius, „ac consistorii, curie Salzeburgen. scriba ju-„ratus, quia prescriptis electioni, nec non „postulationi, ac ratificationi, omnibusque „aliis, & singulis, dum sic, ut premittitur, „per venerabiles Patres Dominos, Priorem, „Seniorem, & totum conventum fierent, „& agerentur, unacum prenominatis testi-„bus presens interfui, eaque sic fieri vidi, „& audivi, ideo presens electionis decre-„tum per me scriptum exinde confeci, sub-„scripsi, & in hanc formam redegi, signo-„que & nomine meis solit's & consuetis „unacum sigillo conventus dicti monasterii „sancti Petri appensione consignavi, rogatus, „& requisitus in fidem, & testimonium pre-„missorum". Hucusque instrumentum au-„thenticum de electione Joannis Staupitzii „abbatis in ordine nostri sexagesimi secun-„di, & hujus nominis quarti".

V. Et a DD. Ordinario vigore diplomatis archiepiscopalis confirmatus fuit.

Ita autem electus Dominus abbas Joannes Staupitzius vigore sequentis diplomatis archiepiscopalis etiam confirmatus fuit:

„Matheus miseratione divina tituli S. An-„geli sacrosancte Romane ecclesie „presbiter cardinalis, archiepiscopus Salz-„burgen. apostolicæ sedis Legatus &c. di-„lectis nobis in Christo Christiano Priori, „Christophoro Seniori, totique conventui „monasterii S. Petri ordinis S. Benedicti, „civitatis nostre Salzburgen. salutem in Do-„mino sempiternam. Quoniam nuper di-„lectus nobis in Christo Simon abbas dicti „monasterii, ex rationabilibus causis, ab-„batie, & monasterio, illiusque regimini, „cure & administrationi, ac omni juri sibi „in, & ad illas quomodolibet competenti, „in manibus nostris, ac quorumcunque il-„lam admittendi potestatem habentis, seu „habentium sponte, & libere coram notario „publico & testibus cessit, & resignavit, ac „nobis tanquam illis, ad quos electio, po-„stulatio, seu alia quævis dispositio abbatis „dicti monasterii, vacationis tempore tam „de jure, quam de consuetudine pertinere „dinoscitur, liberam & omnimodam pote-„statem eligendi, seu postulandi alium ejus-„modi monasterii abbatem dimisit, juxta „instrumentum publicum hujusmodi cessio-„nis, & resignationis desuper confectum. „Vos itaque volentes vobis de idoneo abba-„te, & pastore dicti monasterii vestri pro-„videre, post hujusmodi cessionem, & re-„signationem per prefatum Simonem ab-„batem, ut premittitur, factas, vocatis hu-„jusmodi, qui potuerunt commode, & de-„buerunt interesse ad diem electionis pre-„fixam ad hujusmodi electionem, seu aliam „dispositionem de abbate, & pastore futuro „faciendam conventualiter congregati ob-„servatis solennitatibus de jure debitis, & „consuetis dilectum nobis in Christo Joan-„nem de Staupitz, sacre theologie profes-„sorem, ac dicti monasterii professum in „abbatem ejusdem monasterii concorditer, „& unanimi voto elegistis, & postulastis, „qui quidem, divine nolens resistere voca-„tioni, hujusmodi electioni, & postulatio-„ni, de se facte, humiliter consensit, prout „hec & alia in quodam instrumento decre-„ti electionis vestre, nobis desuper exhibi-„to, plenius vidimus contineri, nobisque „humiliter supplicare fecist s, quatenus hu-„jusmodi electionem, & postulationem, ut „prefertur, factam, benigne confirmare di-„gnaremur, nos vero, ne contra doctrinam „apostoli prefato electo manus cito impo-„nere videremur eridam sive proclamatio-„nes mandavimus fieri generales; ut si qui „essent, qui in formam electionis, perso ne

„electe

„electe, seu eligentium dicere, seu oppo-„nere vellent, die sexta hujus mensis augu-„sti hic in aula nostra archiepiscopali coram „nobis compareant, dicturi, & allegaturi, „quod justicia suaserit, & ordo rationis di-„ctaverit, alioquin dicto electo, prout ju-„stum fuerit, munus confirmationis impen-„dere vellemus, citatorum contumacia, si-„ve absentia non obstante. Nos deinde ve-„nerabili fratri, amico nostro charissimo, „Domino Bertoldo episcopo ecclesie Chie-„mensis ob negotiorum nostrorum impedi-„menta in hujusmodi confirmationis nego-„tio vice nostra ulteriorem facere processum „commisimus, ut in dicto citationis termi-„no citatione legitime executa se de for-„ma, electione, ac de meritis, & condi-„tionibus personarum, tamque electi, quam „eligentium diligenter informaret, & si „compererit, electionem de predicto Joan-„ne canonice esse factam, eandem authorita-„te nostra ordinaria confirmaret. Adve-„niente itaque dicto termino, videlicet die „sexta hujus mensis Augusti, & prefato „Johanne coram dicto Domino Bertoldo e-„piscopo Chiemensi, commissario nostro in „aula nostra archiepiscopali prefata compa-„rente, & in hujusmodi confirmationis ne-„gotio ad ulteriora procedi petente, dicta-„que citatione, seu proclamatione legitime „executa, & coram eorum commissario re-„producta, nemineque, qui contra formam „electionis, personam electam, seu perso-„nas eligentium, quidcunque opponere vel-„let. comparente, idem Dominus Bertol-„dus episcopus electum predictum exami-„nari fecit, & tandem de idoneitate perso-„ne electe per ideneos testes sufficienter in-„formatus, singulisque aliis in ejusdem e-„lectionis negotio diligenter pensatis, cum „nullum tam circa electionis formam, quam „electi, seu eligentium personas, sive alias „canonicum appareret impedimentum, pre-„fatam electionem de persona dicti fratris „Joannis factam vice, & auctoritate nostra „ordinaria confirmandam duxit, & confir-„mavit, eumdemque Joannem electum per „annuli traditionem de eadem abbatia. in-„vestivit, administrationem spiritualium, „& temporalinm ejusdem abbatie sibi ple-„narie committendo, solennitatibus in his „adhiberi solitis, & consuetis. Nos itaque „premissa per prefatum D. Bertoldum epi-„scopum commissarium nostrum facta rati-„ficantes, & approbantes devotiones ve-„stras hortamur, requirimus, & monemus. „Vobisque nihilominus in virtute sancte ob-„ediencie auctoritate nostra ordinaria di-„stricte precipientes, mandamus, quate-„nus supradictum Joannem in abbatem ve „strum recipiatis, sibi tam in spiritualibus, „quam in temporalibus obedientiam, & re-„verenciam tam debitas, quam condignas „exhibituri, alioquin contra inobedientes, „& rebelles per censuram ecclesiasticam & „alia juris remedia, atque penas condignas „procedere non obmittemus. Harum testi-„monio litterarum sigilli nostri appensione „munitarum. Datum in civitate nostra „Salzburgen. die sexta mensis Augusti anno „domini millesimo, quingentesimo, vige-„simo secundo". (L. S.)

Atque hæc sunt, quæ originalia testimonia de professione, dispensatione, electione & confirmatione Domini Joannis Staupitzii, abbatis S. Petri, hujus nominis quarti, exhibent.

VI. Post duos annos, & quinque menses anno 1524. 28. decembr. æternitati adscriptus.

Quoniam vero Joannes Staupitzius haud dubie jam erat senex, utpote jam prius in diversis, & speciosis officiis constitutus, quamvis annus nativitatis nobis non constet, hinc non mirum est, quod duos tantum annos, & menses quinque in abbatiali dignitate explevert; obiit enim V. Calend. Januarii seu in festo innocentum anno 1524. non autem, ut per errorem in quibusdam catalogis legitur, anno 1525.; nam in octava innocentum, seu quarta Januarii anno dicto jam fuit electus successor Chilianus. Hoc temporis spacio curam rei familiaris sedulo administrasse scribitur, emitque duas vineas Ku-leiten, & Satz in Dornbach ex legato Michaelis Hafter curiæ nostræ Dornbacensis præfecti, interim alienavit, & vendidit prope Crembsium aliqua prædia, prata, pascua, decimas, cujus necessitas non constat. Obtinuit etiam a Serenissimo Principe Hispaniæ, & Austriæ archiduce Ferdinando anno 1522. confirmationem omnium privilegiorum vigore grandis instrumenti membranei, cui etiam antiquiora privilegia, quæ suo loco, & ordine chronologico adduximus, inserta sunt. Cæterum fœcundus Pater abbas Staupitzius non fuit, quia nullum filium spiritualem per sacram professionem in Christo genuit; non enim legitur ullus ab illo susceptus, vel sub illo professus; utinam non quibusdam filiis spiritualibus jam ante ipsum in monasterio existentibus incaute per hoc nocuisset, quod eisdem permiserit legere libros hæresi infectos, & suspectos, quos ipse secum attulerat, quales erant libri Lutheri, Urbani Regii, & Oecolampadii, Melanchtonis, & similium, ex quibus aliqui ut plurimum fuerunt seducti, ita quidem, ut subsequentibus annis partim a monasterio, partim a sacro ordine, & fide defecerint; ita refert manuscriptum R., seu chronicon Martini abbatis, qui Dominus abbas ad finem currentis sæculi electus, ut in ipsius vita dicemus, hos libros ex zelo, non omni ex parte discreto, in ignem conjecit. Addit et am dictus chronici collector, quod monasticæ conversionis fervor propter istam periculosam librorum lectionem plurimum diminui, ac labefactari cœperit. Duas præsertim fundationes legimus sub Joanne IV. Staupitzio factas annis 1522. & 1523., priori anno vigore litterarum fundavit Rupertus Lasser, & uxor Margarita anniversarium cum hebdomadaria missa, & anno 1523.

fundavit Georgius Keutzlin in capella ſanctæ Margaritæ anniverſarium, & aſſignavit ſummam pecuniariam decem ſchillingorum nummorum ad quamdam domum trans pontem; de qua utraque fundatione etiamnum memoria exſtat. Sepultus eſt Joannes Staupitzius in capella ſancti Viti cum ſequenti epitaphio:

Aſpice mortalis præſentia buſta jacentum,
Quid valeat faſtus, divitiæque, vide.
Arida comperies, exhauſtis oſſa medullis,
Fidere quid poſſis, ipſe videre potes.
Quem probitas, quem cana fides, quem cinxit honeſtum,
Qui tenuit, quidquid pagina ſacra docet.
Abbas Staupitzius tumulo requieſcit in illo
Sit, precor, huic requies in regione poli.

Obiit idem Doctor Joannes de Staupitz anno domini 1524. V. Calend. Januarii. Ipſo vivente, ſicut in tota Germania magni motus erant, ita etiam anno 1523. æqualem ſortem ob ſeditioſos cives experta fuit Salipolis. „Ordo ſacer“ (ait in ſua hiſtoria Salisburgenſi Marcus Hanſizius pag. 588. num. LII.) „per ſcripta Lutheri criminoſa in con„temptum adductus, poteſtas eccleſiaſtica „infra civilem depreſſa. Eo cives Salis„burgenſes, quorum forte nonnullos pruri„go novæ doctrinæ titillabat, tempus rati, „exonerandi ſe imperio clericorum cœpe„runt mordere frœna, & referre pedem ad „ſaxum, in quo jam nuper ſub Leonardo „ſuo malo offenderunt. Antiſtes (nimirum Dominus D. Matthæus Langius archiepiſcopus) „mature admonitus tale conſilium „cœpit: ſilentio profectus in Tyrolim, de„lectus quam occultiſſime inſtituit, ac cele„riter ſex vexilla collegit, ductore Leonar„do Völſio. Tum per vallem Oeni ad Hal„lam divitem, inde in Plain, ac demum „prope montem Unterſperg, & Glaneck „Grcdingam movit, ibi metatus caſtra ci„vibus, quid pararetur denunciavit, oſten„tatis etiam in arce catapultis, quibus li„brandis ſacerdotem Wilhelmum præfe„cerat, ob rei pyrotechnicæ peritiam ad„modum metuendum. Oppidani non diu „cunctati ad clementiam Principis ſe retu„lerunt miſſis obviam legatis ſupplicibus“. Hæc & plura Hanſizius, nec non alii hiſtorici Salisburgenſes, præſertim Dückerus, & Mezgerus. Fuit autem hanc civium ſeditionem ſecuta periculoſa, & ſeditioſa magis ruſticorum Salisburgenſium rebellio, quæ ipſum etiam Salisburgenſem archiepiſcopum Matthæum Langium poſt duos annos ex aula in arcem confugere juſſit, de qua ſeditione, quantum noſtro propoſito ſervit, pauca dicemus ſub Joannis Staupitzii ſucceſſore, quia fuit monaſterii noſtri Prior, de monaſterio ſumme meritus Chilianus Pietricher.

CHILIANUS,

ABBAS AD S. PETRUM LXIII.

AB ANNO 1525. USQUE AD ANNUM 1535.

1. Ex authenticis manuscriptis exponitur synopsis vitæ, atque regiminis,

Biennium, & aliquot menses in sua gubernatione abbatiali absolvit Joannes, hujus nominis IV., dictus Staupitzius; quo tempore in nostro cœnobio Priorio munere fugebatur Chilianus Pietricher, Romæ in nota illa controversia, superius relata, actor, vir vitæ candore, religionis cura, rerum gerendarum dexteritate conspicuus, privilegiorum, & immunitatum monasterii nostri imperterritus propugnator. Non pigeat in limine narrationis nostræ de hoc viro, antequam specialia ipsius gesta documentis pro more nostro illustremus, ex manuscriptis, & chronicis authenticis vitæ, & mortis epitomen exponere. Postquam Chilianus Pietricher patria de Waidhofen, loco illo haud ignobili, ut credimus, qui est in Austria inferiori, in nostro monasterio sub abbate Wolfgango, ut probat exstans religiosæ professionis testimonium, anno 1507. die vicesima prima Septembris sancto Matthæo apostolo, festiva, solenni ritu sacram emisit professionem, atque per plures annos ob insignem suam prudentiam, & doctrinam varia officia pertransiit. maxime autem Prioris, vivente adhuc abbate, a quo ad sacram religionem fuit susceptus, & in quo munere etiam Romam fuit missus ut procurator, post fata suprema Joannis IV. Staupitzii concordi calculo in abbatem fuit electus, & a Principe illustrissimo tunc regnante Matthæo Langio anno 1525. confirmatus, prout acta inferius dabimus ex instrumentis electionis, & confirmationis exstantibus. Decem annis, quibus abbatiæ præfuit Chilianus, varia, sed ferme continuo iniqua exagitabatur fortuna. Primis statim initiis ingens rusticorum tumultus contra Dominum D. archiepiscopum Matthæum Langium excitatus fuit, qui urbe ex improviso potiti, aulam (unde ipse illustrissimus antistes non sine periculo evaserat) tumul-

tumultuantes ingressi omnia diripuerunt, litteras, & instrumenta, quæcunque in cancellariis fuerunt reperta, dilacerarunt, & destruxerunt pessimi isti nebulones. Inde quoque monasterium S. Petri aggressi a Chiliano abbate nongentos florenos, qui illo tempore erant summa notabilis, expetierunt, secus ex integro monasterii spoliationem minati sunt, non obolum æstimabilem relicturi. Post numeratam pecuniam insuper statam quotidie annonam pendere jussus, aut potius coactus fuit afflictus abbas, quam alimenti provisionem, & vini in istos rebelles profusionem etiam continuare debuit a feriis pentecostes usque ad diem decimam quintam Augusti non sine magno monasterii detrimento. Pace cum rusticis facta eodem anno, videlicet 1525., Dominus archiepiscopus, & Cardinalis Matthæus Langius ab obsidione liberatus mutua quatuor florenorum millia ab abbate petiit, sed intellecto maximo damno, durante obsidione monasterio nostro illato, a petitione destitit. Anno postmodum 1529. a Turcis Hungariam, Austriamque vastantibus, & Viennam cum ingenti exercitu obsidentibus curia nostra, & pagus Dombacensis prope Viennam, excisis ubique vitibus, & arboribus incinerati fuerunt. Anno sequenti secuta fuit a Ferdinando Romanorum, & Hungariæ Rege pro belli subsidio grandis exactio, quæ non solum pecunias exhausit, sed etiam sacrarii opes contrivit; hoc enim tempore perierunt plurimi pretiosi uniones, sacri calices, aliaque vasa sacra argentea, & deaurata, quæ in hac extrema necessitate ad usus varios applicari oportuit. Sub hoc abbate Chiliano etiam accidit inæqualis illa commutatio, urgente Domino D. Matthæo Langio archiepiscopo, & Cardinale, cum ecclesia parochiali in Hallein, & cum ecclesia S. Blasii in abbatisaugia, quamvis ad hanc, nimirum abbatisaugiensem, jus patronatus cum tertia parte decimarum a tempore Conradi I. archipræsulis ab anno 1124. jam ad monasterium pertinuerit, ad illam vero propter longam, per aliquot sæcula, possessionem, & inde acceptam pensionem annuam plenum jus habuimus, uti in præcedentibus ex bullis pontificiis satis superque fuit probatum, Dictæ ergo ecclesiæ abbatisaugiensis sub Paulo III. anno 1536. decimo quarto Calend. Jul. plenariam unionem fieri curavit Matthæus Langius, quod tamen factum fuit monasterii sumptibus, ut adeo etiam hæc cessio parochiæ Hallinensis, factaque cum abbatisaugiensi permutatio satis caro nobis steterit, ut infra videbimus ex ipsis instrumentis authenticis per extensum allegandis.

II. Nec non tristis mortis Domini abbatis Chiliani, qui

Hisce dedimus synopsin vitæ meritissimi abbatis nostri Chiliani, qui inter tot ærumnas nihilominus monasterium provide gubernavit: sequitur etiam synopsis mortis, quæ sane tristis fuit; abbas enim noster Chilianus, qui certe longiori vita, & tranquilliori aura dignus fuisset, sicut vixit inter continuos adversitatum fluctus, ita etiam in fluctibus vitam absolvit, & mortem hausit. Res ita accidit; Fuit Chilianus abbas a Domino Andrea Hofmanno capitaneo provinciæ citatus Græciam propter controversiam, quam noster officialis, seu præfectus dominii in Enstall contra monasterium moverat, ubi memoratus Dominus abbas aliquo tempore morari debuit. Sub hoc tempore vineam in Leibnitz, quam parochus quidam in Guttaring prope Wiettingam in Carinthia legaverat, visitaturus fluvium Sulmonem conscendit nimia aquarum inundantia turgidum; ubi prævalentibus undis navigium rapitur, & invertitur, ipsique navigantes miserabiliter aquis sepeliuntur. Periit bonus abbas Chilianus cum viæ comite R. D. Wolfgango Porbeck, parocho Hallinensi; Georgius Oeller monachus S. Petri, & pariter socius, nec non Sacellanus abbatis Chiliani naufragus quidem fuit, sed evasit, atque corpus abbatis postea inventum, & ex aquis extractum deportavit Salisburgum, hic in monasterio nostro sepulturæ dandum, quod etiam tristissima fratrum corona capellæ S. Viti intulit. Idem vero Georgius, ut in ordine immediate sequenti dicemus, ab unanimi conventus suffragio abbatialem honorem velut officii, & filialis pietatis in Patrem Chilianum munus retulit, sed usu brevissimo; nam decimo quinto post electionem die forte ob horrorem in naufragio perpessum, pleuritide correptus, etiam ipse vitam posuit anno 1525. die decima septima Martii; Dominus Chilianus vero abbas die decima tertia Februarii anno eodem. Uno epitaphio mœsti filii honorarunt utrumque abbatem, quod in capella S. Viti legitur:

> Hic cubant ossa R. D. Chiliani abbatis hujus cœnobii, qui in fluvio Sulmone apud Lubentiam, alias Leibnitz, agnis extinctus interiit anno M.D.XXXV. die 13. Februar., cujus corpus successoris sui D. Abbatis Georgii pietate huc reportatum est. Qui R. D. Georgius hujus cœnobii abbas, cum congregationi undecim præfuisset diebus, pleurisi correptus, anno M.D.XXXV. die 17. Martii obiit; sub isto lapide sepultus.

Atque hæc est vitæ, & mortis synopsis abbatis nostri Chiliani, de cujus electione, confirmatione, aliisque in munere abbatiali gestis jam plura damus: & primo quidem:

III. Anno 1525. die quarta Januarii in abbatem electus,

Quod sæpedictus Chilianus unanimi confratrum suffragio canonice fuerit electus in abbatem nostri monasterii, probat authenticum instrumentum electionis, quod etiamnum exstat, & de verbo ad verbum ita legitur:

„Reverendissimo in Christo Patri, Princi-
„pi, & Domino Domino Matheo mi-
„seratione

„ferationę divina ſacroſancte romane eccle-
„ſie tituli S. Angeli Presbytero Cardinali ar-
„chiepiſcopo Salzeburgenſ. apoſtolicę ſedis
„legato &c. Domino noſtro gratioſiſſimo &c.
„Fratres Vitalis Prior, Laurentius Senior,
„totusque conventus monaſterii S. Petri
„Salzburge ordinis ſancti Benedicti reveren-
„tiam, honorem, & obedientiam tam de-
„bitas, quam condignas cum orationibus
„in Domino devotis. Reverendiſſime Pa-
„ter, Princeps, & Domine gratioſiſſime,
„cum die viceſima octava menſis decembris
„proxime preterita recolende memorie Do-
„minus Joannes de Staupitz abbas noſter
„carnis debitum exolvens ſpiritum ſuo red-
„didit creatori, nos ipſius corpore eccleſia-
„ſtice tradito ſepulture, nolentes monaſte-
„rium noſtrum Patris ſolatio diutius deſti-
„tutum, die infraſcripta, quam de ſcitu,
„& conſenſu veſtre R. D. ad hoc ſtatuimus,
„ut ad quam omnes & ſingulos ſua commu-
„niter vel diviſim intereſſe habere putantes
„per litteras noſtras, ut moris eſt, citari fe-
„cimus, mane hora tertiarum poſt decanta-
„tam de Spiritu ſancto miſſam, poſt quam
„divinarum miſſarum a nobis omnibus in
„eccleſia noſtra celebrationem in loco pre-
„ordinato convenimus, adjunctisque nobis
„Reverendo Patre, ac venerabilibus, &
„egregiis viris Dominis Baltaſare de Lam-
„berg, Canonico, Vicario, & officiali, E-
„berhardo Englmar utriusque juris doctore,
„& Martino Schaller decretorum Licentia-
„to conſiliariis veſtre R. D., quos eadem ve-
„ſtra R. D. ad preces noſtras ad hoc deputa-
„verat, nec non notario, & teſtibus infra
„nominatis in contumaciam citatorum non
„comparentium, ad futuram electionem
„abbatis per viam compromiſſi mixti, ſeu
„limitati procedendum duximus, & pre-
„miſſa proteſtatione, ac aliis in hoc actu ſie-
„ri conſuetis, & neceſſariis, tres ex nobis
„compromiſſarios, & ſcrutatores, videli-
„cet Paulum, Joannem, & Thomam de-
„putavimus cum plena poteſtate omnium
„noſtrum vota ſcrutandi, atque in quem re-
„pererint majorem partem conventus noſtri
„conſenſiſſe, eum nobis, & monaſterio no-
„ſtro in abbatem eligendi, atque electionem
„ipſam per unum ex eis publicandi, qui ſi-
„quidem compromiſſarii, & ſcrutatores vi-
„gore poteſtatis eis tradite, ſcrutatis primo,
„& receptis primo ſuis, & deinde omnium
„noſtrum votis reperierunt, ut nobis poſtea
„retulerunt, ſe, ac nos omnes, nullo di-
„ſcrepante, vota noſtra in venerabilem Pa-
„trem D. Kilianum confratrem noſtrum, in
„ſacerdotio, & legitima ætate conſtitutum,
„in ſpiritualibus, & temporalibus provi-
„dum, & circumſpectum direxiſſe, quem
„tunc dictus frater Paulus compromiſſarius
„de conſenſu, & voluntate collegarum ſuo-
„rum, ac ſua & totius conventus vice, &
„nomine in ſcriptis elegit, atque electionem
„ipſam ſolemniter publicavit in hunc mo-
„dum: ad laudem Dei omnipotentis, ac
„S. Petri apoſtoli Patroni noſtri ego frater
„Paulus unus de compromiſſariis, & ſcru-
„tatoribus, a conventu monaſterii noſtri ele-
„ctus de conſenſu, & voluntate collegarum
„meorum vice noſtra, ac eorum, atque to-
„tius conventus, & ex poteſtate mihi, &
„dictis noſtris collegis tradita, invocata Spi-
„ritus ſancti gratia venerabilem, & religio-
„ſum Patrem Kilianum confratrem noſtrum
„a conventu monaſterii noſtri concorditer,
„& unanimi voto electum, & nominatum in
„noſtrum, & ejusdem monaſterii noſtri ab-
„batem, & paſtorem eligo, electionemque
„ipſam in his ſcriptis publico, in nomine
„Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, amen.
„Quam ſiquidem electionem, facta ipſius
„publicatione, nos omnes ſubſcripti con-
„corditer recepimus, atque prefatum Pa-
„trem Kilianum, electum, ipſum preſen-
„tem, atque electioni eidem ad inſtantes
„preces noſtras non minus humiliter, quam
„devote conſentientem de loco capitulari ad
„ſummum altare monaſterii noſtri cum de-
„cantatione cantus angelici Te Deum lau-
„damus &c. duximus, pulſatis ad hoc cam-
„panis, fecimusque electionem ipſam, ut
„moris eſt, populo convolanti publicari.
„Supplicamus igitur veſtre R. D. concordi
„voto humillime, ut electionem hujus-
„modi ita canonice factam, dignetur au-
„ctoritate ordinaria confirmare, atque di-
„cto electo noſtro munus benedictio-
„nis impendere, quatenus, authore Deo,
„idem electus nobis, & monaſterio noſtro
„prodeſſe, nosque, & alii ejusdem ſubditi
„ſub ipſius regimine poſſimus altiſſimo falu-
„briter militare. Ut autem veſtra R. D. a-
„gnoſcat, nos premiſſis omnibus conſenſiſ-
„ſe, eidem veſtre R. D. preſens electionis de-
„cretum ſigillo conventus noſtri munitum,
„ac noſtris, & notarii manibus ſubſcriptum
„offerimus. Acta ſunt hec in monaſterio
„noſtro predicto anno a nativitate Domini
„milleſimo, quingenteſimo, viceſimo quin-
„to, in dictione tredecima, die vero Mercu-
„rii, quarta menſis Januarii, pontificatus
„ſanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini D.
„Clementis divina providentia Pape ſeptimi
„anno ſecundo, preſentibus ibidem venera-
„bilibus, & diſcretis viris Domino Lauren-
„tio Weis Doctore, Jacobo Fuerer Licen-
„tiato decretorum, & Caſparo Pruchmoſer
„notario publico teſtibus ad premiſſa voca-
„tis, rogatis, & ſpecialiter requiſitis.„

„Ego Vitalis Prior ſupradictus omnibus
„& ſingulis conſenſi, ac conſentio, ac ma-
„nu propria ſubſignam, & ſubſcripſi.
„Ego frater Laurentius &c.
„Ego frater Virgilius &c.
„Ego frater Andreas &c.
„Ego frater Paulus &c.
„Ego frater Bernardus &c.
„Ego frater Hieronymus &c.
„Ego frater Gregorius &c.
„Ego frater Johannes &c.
„Ego frater Maurus &c.
„Ego frater Egidius &c.

„Ego frater Alexius &c.
„Ego frater Ambrosius &c.
„Ego frater Sebastianus &c.
„Ego frater Georgius &c.
„Ego frater Martinus &c.
„Ego frater Thomas &c.
„Et ego Leonardus Kumer presbyter Pata-
„viensis publicus sacris apostolica, & impe-
„riali auctoritatibus notarius, ac Consisto-
„rii curie Salzeburgensis scriba juratus, quia
„premissis omnibus, & singulis, dum sic,
„ut prefertur, fierent, & agerentur una-
„cum prenominatis testibus presens inter-
„fui, eaque sic fieri vidi, & audivi, ideo
„presens electionis decretum manu mea
„scriptum exinde confeci, subscripsi, & si-
„gnavi, atque sigillo conventus predicti
„communivi, in fidem, & testimonium
„premissorum omnium rogatus, & requisi-
„tus.„ (L.S.) (L.S.)

Hucusque instrumentum electionis, ex quo etiam colligi potest, quantum differat numerus, religiosorum ab illo, qui fuit in electione abbatis Joannis Staupitzii, nam neque hic, neque ipsius antecessor Simon III., excepto unico converso, fuit sollicitus in augmentanda sobole religiosa, quia spatio sex annorum nullus legitur sub istis duobus abbatibus professus.

IV. Et decima nona Januarii a DD. Matthæo Langio archiepiscopo confirmatus fuit.

Fuisse autem hunc legitime electum abbatem, etiam auctoritate Domini D. Ordinarii confirmatum, docent archiepiscopales litteræ confirmationis in originali exstantes hoc verborum tenore:

„Matheus miseratione divina sacrosancte
„romane ecclesie tituli S. Angeli Pres-
„biter Cardinalis, Archiepiscopus Salze-
„burgensis, apostolice sedis Legatus &c.:
„dilectis nobis in Christo, Vitali Priori,
„Laurentio Seniori, totique conventui mo-
„nasterii S. Petri ordinis S. Benedicti civita-
„tis nostre Salzburgens. salutem in Domino
„sempiternam. Vacante nuper abbatia e-
„jusdem monasterii per obitum quondam Jo-
„annis de Staupitz ultimi, & immediati e-
„jusdem monasterii abbatis, & illius cor-
„pore, ecclesiastice tradito sepulture, vos
„his, qui commode potuerunt, ac debue-
„runt interesse, vocatis, ad electionem fu-
„turi abbatis procedentes, observatis so-
„lemnitatibus de jure debitis, & consuetis
„dilectum nobis in Christo Kilianum confra-
„trem vestrum, in dicto monasterio Ordi-
„nis S. Benedicti expresse professum, in ve-
„strum, ac monasterii vestri abbatem con-
„corditer, & canonice elegistis, qui qui-
„dem divine nolens resistere voluntati in hu-
„jusmodi electionem, de se factam, humi-
„liter consensit, prout hec & alia in quodam
„instrumento decreti electionis vestre nobis
„desuper exhibito plenius vidimus contine-
„ri, nobisque humiliter supplicari feciistis,
„quatenus hujusmodi electionem, ut pre-
„fertur, factam benigne confirmare digna-
„remur. Nos vero, ne contra doctrinam
„apostoli prefato electo manus cito impone-
„re videremur, cridam & proclamationem
„mandavimus fieri generales, ut si qui es-
„sent, qui in formam electionis, persone
„electe, seu eligentium dicere, seu oppo-
„nere vellent, die decima octava hujus men-
„sis Januarii hic in aula nostra archiepisco-
„pali coram nobis compareant, dicturi, &
„allegaturi, quid justitia suaserit, & ordo
„dictaverit rationis, alioquin dicto electo,
„prout justum fuerit, munus confirmationis
„impendere vellemus, citatorum contu-
„macia, seu absentia non obstante. Adve-
„niente itaque dicto termino, videlicet die
„decima octava hujus mensis Januarii, &
„prefato Kiliano coram nobis in aula nostra
„archiepiscopali prefata comparente, & in
„hujusmodi negotio confirmationis ad ulte-
„riora procedi petente, dictaque citatione,
„seu proclamatione legitime executa, &
„coram nobis reproducta, nemineque, qui
„contra formam electionis, personam ele-
„ctam, seu personas eligentium quidquam
„opponere vellet, se manifestante, nos ele-
„ctum predictum examinari fecimus, & tan-
„dem de idoneitate persone electe per ido-
„neos testes sufficienter informati, singulis-
„que aliis in ejnsdem electionis negotio dili-
„genter pensatis, cum nullum tam circa e-
„lectionis formam, quam electi, seu eligen-
„tium personas, sive alias canonicum ap-
„pareret impedimentum, prefatam electio-
„nem de persona dicti fratris Kiliani factam
„auctoritate nostra ordinaria confirmandam
„duximus, & confirmavimus, eundemque
„Kilianum electum per annuli traditionem
„de eadem abbatia investivimus, admini-
„strationem spiritualinm, & temporalium
„ejusdem abbatie sibi plenarie committen-
„do, adhibitis solemnitatibus in his adhi-
„beri solitis, & consuetis. Quare devotio-
„nes vestras hortamur, requirimus, & mo-
„nemus, vobisque nihilominus in virtute
„sancte obediencie auctoritate nostra ordi-
„naria districte precipientes mandamus,
„quatenus supradictum Kilianum in abba-
„tem vestrum recipiatis, sibi tam in spiritua-
„libus, quam temporalibus obedienciam,
„& reverenciam tam debitas, quam condi-
„gnas exhibituri, alioquin contra inobedi-
„entes, & rebelles per censuram ecclesiasti-
„cam, & alia juris remedia, & penas con-
„dignas procedere non omittemus. Harum
„testimonio litterarum sigilli nostri appen-
„sione munitarum. Datum in civitate no-
„stra Salzburgensi anno a nativitate Domini
„millesimo, quingentesimo, vigesimo quin-
„to.„ (L.S.)

Hic expliciunt acta de electione, & confirmatione Chiliani abbatis.

Præmissa vitæ, & mortis synopsi, quam dedimus superius n. I. & II. de Chiliano abbate; gesta etiam quædam special ia, & magis notabilia expendi, & documentis authenticis illustrari merentur. Maxime autem

V. Sub hoc abbate ecclesia Hallinensis cum abbatia augiensi permutatur:

tem notabilis est illa permutatio ecclesiæ Hallinensis cum ecclesia abbatisaugiensi, quam urgente DD. Matthæo Langio archiepiscopo, non obstantibus precibus, & demonstrationibus D. Chiliani abbatis, & conventus ad S. Petrum contra omnem nostram voluntatem inire oportuit. Quamvis enim jam a tempore Conradi I. ab anno 1124. & sequentibus annis utraque ecclesia Hallinensis, & Abbatisaugiensis quoad jus patronatus spectaverit ad nostrum monasterium, & insuper hoc sæculo currente anno 1500. sub abbate nostro Virgilio per Alexandrum PP. VI. & anno 1508. sub abbate Wolfgango per Julium II. Pontificem ecclesia S. Antonii in Hallein pleno jure cum singularibus expressionibus monasterio nostro fuerit non sine magnis expensis unita, & incorporata; attamen sæpedictus DD. Matthæus Langius, postquam sub ipsius antecessore patella salinaria ad cameram archiepiscopalem fuit translata, etiam cum ecclesia in Hallein interposita sua auctoritate permutationem fieri voluit. Nos damus præprimis copiam transactionis primæ, quæ facta fuit anno 1533. vivente adhuc Chiliano abbate, ex ipso originali exstante descriptæ hoc verborum tenore:

„Zu wüssen, daß zwischen den hochwürdigi„sten Fürsten, und Herrn Herrn Matheu„sen, der H. Römischen Kirchen Cardinalen, „Erzbischoffen zu Salzburg, Legaten des „Stuels zu Rom ꝛc. ꝛc. und den Erwürdigen „in Gott Herrn Kilian Abbt des gottshaus zu „St. Peter zu Salzburg von wegen der In„corporation beeder Pfarren Hällein, und „Abbtenau nachfolgente Abred, und Ver„gleichung gemacht, und beschlossen ist, aller„massen wie hernachfolget. Nemblich, das „berürter Abbt, und Convent zu sand Peter „zu Rom ainen Procurator constituiren sol„len, der daselbst zu Rom, oder sonst noth„dürftiglich consentire, das die bäbstliche in„corporation, so hievor das Gottshauß zu „sand Peter auf die Pfarre Hällein erlanget, „widerum dissolviret, cassieret, und aufge„hebt, und darnach solche Incorporation für „das Stift Salzburg erlanget werde, aller„massen als es für das Gottshauß zu sand Pe„ter geschehen ist. Und dieweillen das Gotts„haus zu sand Peter vor berürter incorpora„tion von alter her auf gedachter Pfarr Häl„lein zween und draißig Gulden Reinisch jähr„liche Pension gehabt, ist abgeredt, das die„selben noch darauf bleiben, und im fall, wo „dem gottshauß zu sand Peter von dem ein„kommen der Pfarr Hällein berürte zween „und dreißig gulden pension nit mehr geraicht, „was alsdann abgehen wurde, es wäre gar, „oder zum Theil, das solcher abgang aus „hochgedacht unsers gnädigsten Herrn Cammer „iedesmal erstattet werden soll, ohne abgang, „und kosten berürten gottshauß zu sand Peter; „doch soll Sr. Fürstlichen Gnaden bevorstehen „iber kurz, oder lang solche zween und drai„ßig Gulden pension dem gottshauß zu sand „Peter auf ainer anderen Pfarr, die solche „pension woll ertragen mag, zu verwaisen, „und aufzuzeigen, und so das geschiecht, als„dann solle die Pfarr Hällein solcher pension „halber dem Stüft Salzburg frei ledig zuste„hen, und das gottshaus zu St. Peter deste„halben nichts darzu zu sprechen, oder zu sue„chen haben. Dieweill aber das gottshaus zu „St. Peter von alten her, und vor der villge„meldten incorporation etlich zehent in der „Pfarr Hallein gehabt; desgleichen auch die „Pfarr Hallein auch etlich, damit dann hin„firan desthalben zwischen den gottshaus zu „sand Peter, und der Pfarr Hallein solcher „zehent halber kain irrung, oder Mißverstand „einfall, sondern ain jeder thail wüssen müg, „was ihme für zehent von alten her zugehörig, „so ist abgeredt, das dem gottshauß zu sand „Peter nachfolgente zehent unverhinderlich blai„ben sollen; nemlichen allenthalben auf den „Dürnberg zwen thail zehent, zu sand Elspeten „ganzer zehent, item zu Purch ganzer zehent, „ausserhalb des Lassers zwayen Ländern in sei„nem hof gehörig, so im Purchfeld gelegen sein, „wo die nit angebauet werden, wo sie aber an„gebauet werden, den dritten tail zehent, zu Häl„leinstain auf zweyen güttern zwai tail zehent: „item zu Preihausen auf zwayen güttern zwai tail „zehent; item zu Puchl von ainem vierl akhers „zwen tail zehents; und daselbs von Hansen „Pruner zwayen güttern, ains zu Puchl, und „das andere Bahenlung genanndt, ganzer ze„hent: item im Markht zu Oberalben auf al„len haüsern durchaus den drittail zehents, des„glaichen auf den höfen dem Nußdorfer, und „Wißpecken zuegehörig, ausgenommen der „Widemb gein Kallensperg gehörig, darvon „gibt man keinen zehent, darzue auf allen ge„pründten, so aus den güttern, und Veldern „zu Oberalben gebrochen, und für, und für „im frid ligen, den drittail zehent:

„So sollen der Pfarr zu Hällein nachfol„gente zehent bleiben, und zuestehen, nämlich „auf den Dürnberg der drittail zehent, item „von der Vager anzuheben, desglaichen im „Haslach bei Ebm bis zum Räschlhof, und „auf den Räschlhof, und dann am Dürnberg „allenthalben im Wißthall bis an Albe Steeg, „auch, was ausserhalb des Marktfelts Albm „ist, sambt des Haunspergers, und Kölders „höfen, und auf allen Pründten, und wisen „allenthalben den drittail zehent. Und dieweil „die Pfarr Hällein bisher auf allen tratpründ„ten im Marktfeld Oberalben, desgleichen auf „den zweien prünten die Pildgräfin, und Wei„tenprünt genannt, den drittail zehent gehabt, „ist abgeredt, daß nun hinfiran solcher drittail „zehent auf der unterprünten samt des Caing „Löderers Prünten, welche in das Markhfeld „Oberalben gehörig dem gottshaus zu sand „Peter zuestehen, und verfolgen soll. Dage„gen soll ain abbt zu sand Peter alle jahr jähr„lichen zu sand Marteinstag im Pfarrhoff zum „Hallein bezallen, und iberantwurten lassen „sechs Mezen habern hällinger Mess, und mit „der ersten bezallung auf Martini im vier, und „dreis-

VI. Vigore transactionis eodem anno archiepiscopali sigillo roboratæ.

„dreißigsten jahr sicherist kompstig anfahen. „Gegen dem allen, wie obstehet, soll unser „gnädigster Herr gleichergestallt bewilligen, „daß die Pfarr Abbtenau in aller form, und „innhalt, wie die incorporation der Pfarr „Hallein gewest, dem gottshauß zu sand Pe„ter auf sein des Gottshauß kosten durch bäbst„liche Heiligkeit incorporirt werde. Es soll „auch sein Fürstlich Gnaden solcher Erlangung „auch der ausständigen annaten halben das „gottshaus zu sand Peter durch Schrifften, „und in anderweeg zu Rom gnädiglich be„dern, und favorisiren. So dann also die „incorporation auf die Pfarr Abbtenau durch „das Gottshauß zu sand Peter erlangt würde, „als offt dan Abbt, und Convent zu sand „Peter durch absterben eines Vicarien, oder „sonst vigore bullæ zu der Pfarr Abbtenau „ainen anderen vicari aufnemmen werden. Des „Sii dann allzeit gut Macht haben, so sollen „sii jederzeit denselben vicarien, und solche „beschehene Verenderung Sr. Fürstlich Gna„den Cantzlei pro recognitione der bewillig„ten incorporation zween ducaten bezallen; „so soll auch ain jeder Abbt jährlichen in be„rürte Canzlei zu opfergelt zum neüen jahrstag „ain Gulden Reinisch bezallen, und dagegen „aus der Canzlei etwas zu nemmen nit schul„dig sein. Und dieweil die Wisen, Vogige„sang genanndt, vormahls von wegen der pos„sess Hällein dem Stift Saltzburg zugeaignet „worden, gegen welcher possess die possess der „Pfarr Abbtenau dem gottshaus zu sand Pe„ter nun hinfiran bleibet, so soll die gedacht „Wisen dem Stüfft Salzburg nachmahls blei„ben, es sollen sich auch Abbt, und Convent „für solche erste possess mit seiner Fürstlichen „Gnaden Cantzlei so wol pro semper verglai„chen, wie Sii des Statt haben, und sin„den mügen, aber sonst weiter semand, dan, „wie obstehet, und wie die Bull vermag, nichts „zu thuen schuldig sein. Desgleichen solle „auch in dem allen sonst, und ausserhalb der „gedachten Bullen, und ihres Innhalts Sr. „Fürstlichen Gnaden ordentlicher jurisdiction, „und Obrigkait solcher Pfarr derselben Bes„tzer, und vicarien halben, jetzt, und kompf„tiglich hirmit nichts benommen, und entzo„gen sein. Des alles zu wahren urkhundt sein „diser Vertrags-Brief zwen glaichslaut, un„ter hochgedachts unsers genädigsten Herrn an„hangenten secrete verfertiget, und ainer auf „Sr. Fürstlichen Gnaden Cammer, und der „ander dem Abbt, und Convent zu sand Pe„ter iberantwort, und zuegestellt worden. Be„schehen zu Saltzburg an Fraitag nach Dio„nysii den 10ten Tag des Monaths Octobris „nach Christi Geburth tausent fünfhundert, „und in drai und draißigsten jare. (L.S.)

Ita de verbo ad verbum habent litteræ transactionis de Parochia Hallinensi, & Abbatis augiensi.

VII. Quæ tamen permutatio

Post hanc transactionem constitutus fuit Romæ procurator, qui confirmationem per bullam obtineret, quæ tamen Bulla ferme post quadriennium anno primum 1536. mense Septembri fuit allata, quo tempore Chilianus jam erat mortuus, & abbatiæ præfuit secundus Chiliani successor Egidius. Bullæ tenor sequens est: post dissolutionem prioris incorporationis,

„Paulus episcopus Servus Servorum Dei „ ad perpetuam rei memoriam. Pasto„ris officii, meritis licet imparibus, nobis „ex alto commissi cura mentem nostram „continue pulsat, ut circa statum ecclesia„rum, & monasteriorum quorumlibet feli„citer, & prospere dirigendum sollicite in„tendamus, & personis in illis sub regula„ris disciplinæ observancia studio pie vite „altissimo famulantibus, ut onera eis in„cumbentia facilius perferre possint, con„grue subventionis auxilio favorabiliter mi„nistremus. Dudum siquidem felicis re„cordationis Alexandro Pap. VI. predeces„sori nostro pro parte tunc abbatis, & di„lectorum filiorum conventus monasterii S. „Petri Salzburg. Ordinis S. Benedicti ex„posito, quod si parochialis ecclesia S. An„tonii in Hellein Salzeburgens. diecesis, „que contigua erat certis bonis, sive red„ditibus dicti monasterii, ad cujus abba„tem pro tempore existentem, ac prefatos „conventum presentatio persone idonee Or„dinario loci ad ipsam ecclesiam, dum pro „tempore vacabat, in illius rectorem de „antiqua, & approbata, eatenusque pa„cifice observata consuetudine pertinebat, „& cujus rector pro tempore existens eisdem „abbati, & conventui ex indulto apostolico „eis concesso pensionem annuam triginta „duarum librarum denariorum monete il„lius loci annis singulis in perpetuum sol„vere, & in qua prefatus abbas certis an„ni temporibus divina officia in pontifica„libus celebrare tenebatur, prefato mona„sterio perpetuo uniretur, annecteretur, & „incorporaretur; ex hoc profecto abbatis, „& conventus predictorum commoditatibus „plurimum consuleretur, dictus Alexander „predecessor eorundem abbatis, & conven„tus in ea parte supplicationibus inclinatus „ecclesiam predictam cum omnibus juribus, „& pertinentiis suis eidem monasterio per „suas litteras perpetuo univit, annexuit, „& incorporavit, ita, quod cedente, vel „decedente dicte ecclesie Rectore, seu ec„clesiam ipsam alias quomodolibet dimit„tente liceret tum, & pro tempore existen„ti dicti monasterii abbati, & prefatis con„ventui per se, vel alium, seu alios corpo„ralem possessionem ecclesie, juriumque, „& pertinentiarum predictarum propria au„ctoritate libere apprehendere, & perpe„tuo retinere, ac eidem ecclesie per pres„biterum idoneum secularem, vel regula„rem ad ipsorum abbatis, & conventus nu„tum ponendum, & quoties illis placeret, „amovendum, in divinis deservire, & cu„ram dilectorum filiorum illius parochiano„rum

„rum

„tum exerceri facere, nec non illius fru-
„ctus, redditus, & proventus in suos, &
„monasterii, ac ecclesie predictorum usus,
„& utilitatem convertere, diecesani, vel
„cujusvis alterius licentia super hoc mini-
„me requisita. Et deinde pie memorie Cle-
„mens Papa VII. etiam predecessor noster
„ex certis tunc expressis sibi pro parte Ven.
„fratris nostri Mathei episcopi Albanensis,
„tunc tit. S. Angeli Presb. Card. qui etiam
„tunc ecclesie Salzeburgens. ex concessio-
„ne, & dispensatione apostolica preerat,
„expositis causis unionem, annexionem,
„& incorporationem hujusmodi, que suum
„plenarium sortite fuerant effectum, quon-
„dam Kiliani abbatis ipsius monasterii tunc
„in humanis agentis, ac prefatorum con-
„ventus ad id per certum procuratorem,
„ab eis specialiter constitutum, expresso
„accedente consensu per suas litteras dis-
„solvit, ac ecclesiam ipsam per dissolutio-
„nem hujusmodi tunc vacantem mense ar-
„chiepiscopali Salzeburgens. perpetuo uni-
„vit, annexuit, & incorporavit, prout in
„singulis litteris plenius continetur:

VIII. Anno primum 1536. a Paulo III. SS. PP. vi bullæ fuit confirmata:

„Cum autem parochialis ecclesia S. Blasii
„ in Abbtenau dicte diecesis per liberam
„resignationem dilecti filii Balthasaris Schle-
„gel nuper ipsius ecclesie rectoris, de illa,
„quam tunc obtinebat, per dilectum filium
„Quirinum Galler notarium rote procura-
„torem suum ad hoc ab eo specialiter con-
„stitutum in manibus nostris sponte factam
„& per nos admissam apud sedem apostoli-
„cam vacaverit, & vacet, ad presens, nul-
„lusque de illa preter nos pro eo, quod nos
„dudum omnia beneficia ecclesiastica cum
„cura, & sine cura apud sedem predictam
„tunc vacantia, & in antea vacatura col-
„lationi, & dispensationi nostre reservavi-
„mus; decernentes ex tunc irritum & ina-
„ne, si secus super his a quoquam quavis
„auctoritate scienter, & ignoranter contin-
„geret attentari. Et sicut exhibita nobis
„nuper pro parte dilecti filii Egidii moderni
„abbatis dicti monasterii, & prefatorum
„conventus petitio continebat, si dicta ec-
„clesia S. Basilii, que prefato Matheo Car-
„dinali, & pro tempore existenti archiepis-
„copo Salisburgensi tam in spiritualibus,
„quam in temporalibus subjecta existit, &
„cuivis, dum pro tempore vacat, collatio,
„& provisio ad abbatem, pro tempore exi-
„stentem, & conventum monasterii hujus-
„modi de simili consuetudine pertinet, ac
„cujus Rector pro tempore existens eidem
„abbati, & conventui pensionem annuam
„viginti florenorum annuatim persolvere
„consuevit, eidem monasterio perpetuo
„uniretur, annecteretur, & incorporare-
„tur, profecto ipsorum abbatis, & conven-
„tus pro faciliori onerum ejus incumben-
„tium supportatione, commoditati oppor-
„tune consuleretur, pro parte Egidii abba-
„tis, & conventus predictorum asserentium
„fructus, redditus, & proventus ipsius ec-
„lesie S. Blasii quatuor marcharum argen-
„ti puri secundum communem existimatio-
„nem valorem annuum non excedere, no-
„bis fuit humiliter supplicatum, ut eandem
„ecclesiam S. Blasii prefato monasterio per-
„petuo unire, annectere, & incorporare,
„ac alia in premissis opportuna providere de
„benignitate apostolica dignaremur. Nos
„igitur, qui dudum inter alia voluimus,
„quod petentes beneficia ecclesiastica aliis
„unire teneantur exprimere verum annuum
„valorem secundum existimationem predi-
„ctam, etiam beneficii, cui aliud uniri pe-
„teretur, alioquin unio non valeret, & sem-
„per in unionibus commissio fieret ad par-
„tes vocatis, quorum interesset, Egidium
„abbatem, & conventum prefatos ac eo-
„rum singulos, a quibus sine excommuni-
„cationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
„que ecclesiasticis sententiis, censuris, &
„penis a jure, vel ab homine quavis occa-
„sione, vel causa latis, si quibus quomo-
„dolibet innodati existunt, ad effectum pre-
„sentium dumtaxat consequendum harum
„serie absolventes, & absolutos fore cen-
„sentes, nec non fructuum, reddituum,
„& proventuum dicti monasterii verum an-
„nuum valorem presentibus pro expresso
„habentes hujusmodi supplicationibus in-
„clinati ecclesiam S. Blasii predictam, sive
„premisso, sive alio quovis modo, aut ex
„alterius cujuscunque persona, seu per si-
„milem resignationem dicti Balthasaris, vel
„cujusvis alterius de illa in romana curia,
„vel extra eam etiam coram notario publi-
„co, & testibus sponte factam, aut consti-
„tutionem recolende memorie Joannis Pap.
„XXII. similiter predecessoris nostri, que
„incipit. execrabilis &c. vel assecutionem
„alterius beneficii ecclesiastici quavis au-
„ctoritate collati, vacet, etiam si tanto
„tempore vacaverit, quod ejus collatio jux-
„ta Lateran. statuta concilii ad sedem pre-
„dictam legitime devoluta, ipsaque eccle-
„sia S. Blasii dispositioni apostolice speciali-
„ter, vel alias generaliter reservata exi-
„stat, & super ea inter aliquos lis, cujus
„statum presentibus habere volumus pro
„expresso, pendeat indecisa, dummodo
„ejus dispositio ad nos hac vice pertineat
„cum omnibus juribus, & pertinentiis suis
„eidem monasterio prefati Mathei Cardina-
„lis ad hoc per eundem Quirinum procura-
„torem suum ad hoc ab eo specialiter con-
„stitutum expresso, accedente consensu,
„authoritate apostolica tenore presentium
„unimus, annectimus, & incorporamus,
„ita quod liceat Egidio, & pro tempore
„existenti abbati, & conventui prefatis per
„se, vel per alium, seu alios corporalem
„possessionem ecclesie S. Blasii, juriumque
„& pertinentiarum predictorum propria au-
„ctoritate libere apprehendere, & perpe-
„tuo retinere, illiusque fructus, redditus,
„& proventus in suos, & monasterii, ac

„eccleſie S. Blaſii predictorum uſus, & uti-
„litatem convertere, nec non eidem ec-
„cleſie S. Blaſii per unum ex monachis di-
„cti monaſterii, ſeu alium presbiterum ydo-
„neum ad ipſorum abbatis, & conventus
„nutum ponendum, & amovendum in di-
„vinis deſerviri, & animarum curam di-
„lectorum filiorum illius, parochianorum
„exerceri facere, cujusvis licentia, ſuper
„hac minime requiſita, non obſtantibus
„priori voluntate noſtra predicta, ac Late-
„ranenſis concilii, noviſſime celebrati, unio-
„nes perpetuas, niſi in caſibus a jure per-
„miſſis, fieri prohibentis, ac pie memorie
„Bonifacii Pape VIII. etiam predeceſſoris
„noſtri, & quibusvis aliis apoſtolicis con-
„ſtitutionibus contrariis quibuscunque, aut
„ſi aliqui ſuper proviſionibus ſibi faciendis
„de hujusmodi vel aliis beneficiis eccleſia-
„ſticis in illis partibus ſpeciales, vel gene-
„rales dicte ſedis, vel legatorum ejus lit-
„teras impetrarint, etiamſi per eos ad in-
„hibitionem, reſervationem, & decretum,
„vel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas
„quidem litteras, & proceſſus habitos per
„easdem ad dictam eccleſiam S. Blaſii vo-
„lumus non extendi, ſed nullum per hoc
„eis quoad aſſecutionem beneficiorum alio-
„rum prejudicium generari, & quibuslibet
„aliis privilegiis, indulgentiis, & litteris
„apoſtolicis generalibus, vel ſpecialibus,
„quorumcunque tenorum exiſtant, per que
„preſentibus non expreſſa, vel totaliter non
„inſerta effectus earum impediri valeat quo-
„modolibet, vel differri, & de quibus,
„quorumcunque totis tenoribus de verbo
„ad verbum habenda ſit in noſtris litteris
„mentio ſpecialis, proviſio quoque propter
„unionem, annexationem, & incorpora-
„tionem noſtras, hujusmodi eccleſia ipſa
„S. Blaſii debitis non fraudetur obſequiis,
„& animarum cura in ea nullatenus negli-
„gatur, ſed ejus congrue ſupportentur one-
„ra conſueta; nos enim, prout eſt, irri-
„tum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper
„his a quoquam quavis auctoritate ſcienter,
„vel ignoranter attentatum forſan eſt ha-
„ctenus, vel impoſterum contigerit atten-
„tari. Nulli ergo omnino hominum liceat
„hanc paginam noſtre abſolutionis, unio-
„nis, annexionis, incorporationis, & de-
„creti infringere, vel ei auſu temerario
„contraire. Si quis autem attemptare pre-
„ſumpſerit, indignationem omnipotentis
„Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apo-
„ſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Da-
„te Rome apud S. Petrum anno Incarna-
„tionis dominice milleſimo, quingenteſi-
„mo, trigeſimo ſexto, quarto decimo men-
„ſis Junii, pontificatus noſtri anno ſecundo.
Hucusque tenor bullæ de incorporatione parochiæ abbatisaugienſis cum noſtro monaſterio.

IX. Idem D. abbas variis modis bo-

Notari etiam meretur de hoc abbate Chiliano, quod variis modis per acceptatas fundationes, per emptiones, & permutationes bonum monaſterii promoverit, ſpecialiter aliquam ſententiam in cauſa decimarum novalium anno 1532. obtinuerit, tandem vero inter continuas calamitates poſt decem annos, quibus monaſterio præfuit, miſere vitam finierit. num monaſterii promovit? Anno 1530. nobilis quidam Cyriacus de Polheim fundavit duplicem anniverſarium, unum in noſtro monaſterio ad S. Petrum, & alterum in monaſterio monialium contiguo, ubi erat filia ipſius, pro qua fundatione dedit mille ducentas libras nummorum. Eodem anno civis quidam Joannes Ramſperger fundavit anniverſarium, pro quo certam dedit ſummam pecuniariam, per quam comparata fuit annua quædam penſio viginti librarum nummorum ad domum quandam in Abbtsgaſſen. Rurſus dicto anno D. Laurentius Weiſſ Doctor, & parochus in Siezenhaim fundavit anniverſarium cum duabus miſſis, & dedit monaſterio quadraginta libras pecuniæ. Porro autem majori abbatis noſtri Chiliani induſtriæ adſcribendum eſt, quod aliqua nova bona per emptionem monaſterio comparaverit; ſic enim legimus in litteris emptionis, quæ datæ fuerunt feria quinta ante feſtum S. Catharinæ anno 1527. quod a quodam Nicolao Schnech emerit curiam Tamerspach in officio Pinzgeu, quam rurſus cuidam Leonardo Leninger ad Kolnpach in emphiteuſin vendidit pro certo annuo cenſu, & certis ſervitiis præſtandis. Eodem anno teſtibus litteris, quæ datæ ſunt die dominica poſt feſtum S. Jacobi a Leonardo Wiſſenauer emit ſylvam Zwerchenberg; anno autem 1532. emit a Georgio Langwarter apud Anif pratum Erlwiſen cum quercubus ibidem ſitis in officio Vihauſen vigore contractus initi dicto anno feria ſexta poſt feſtum aſcenſionis Domini. Aliæ emptionis tabulæ de anno 1528. feria ſecunda poſt feſtum S. Udalrici teſtantur, quod D. Abbati noſtro quidam D. Sebaſtianus Klueghamer, canonicus Ratisbonenſis cum duobus fratribus Chriſtophoro, & Caſparo vendiderit huebam Matichoven cum decimis, huebam in Tenkelin, prædium Jungholz cum domibus decimalibus ibidem contentis in officio Mildorf, circa quas tamen decimas, & bona a tanto tempore multæ interceſſerunt variationes, & permutationes. Non minus etiam induſtriæ, & ſollicitudini D. abbatis Chiliani debemus varia ſervitia in victualibus, quæ in hodiernum usque diem ex variis ſubditorum bonis, licet non in magna quantitate, præſtantur, monaſterii tamen neceſſitatibus ut plurimum deſerviunt. Sub hoc abbate etiam monaſterio acceſſit bonum Muntigl in officio Seekirchen titulo hæreditatis, prout fuſius explicant litteræ, quæ datæ fuerunt anno 1530. in die S. Andreæ, quo tempore adhuc vivebant ſub adminiſtratione abbatis ad S. Petrum moniales noſtri ordinis, ex quibus quædam, nomine Catharina Tunchlin, pro mater-

materna hæreditate dictum bonum accepit. Circa permutationes legimus in litteris officii municipalis, quæ datæ fuerunt in die S. Thomæ anno 1528. quod inter Reverendissimum DD. Mathæum Cardinalem, ac archiepiscopum ex una, & inter monasterium nostrum ex altera parte aliqua permutatio intercesserit; altesatus enim archiepiscopus remisit monasterio sexaginta nummos Burgrecht in nostro molendino, quod in suburbio Müllnensi quoad dominium directum fuit subjectum monasterio; pro hac autem remissione accepit archiepiscopalis camera census annuos ad tres alias domus in civitate, quæ in dictis litteris sunt contentæ. Rursus vigore litterarum permutationis de anno 1533. feria tertia post festum S. Bartholomæi interceßit ejusmodi contractus inter nostrum abbatem Chilianum, & D. Nusdorfer, præfectum in Tittmoning, qui dedit nobis domum cum horto Kalteck situm in Fridofing in officio nostro Tittmoning, a monasterio autem accepit triginta nummos Burgrecht, quos ex domo sua in civitate debuit singulis annis pendere monasterio. His, & aliis modis promovere studuit bonum monasterii, etiam in rebus temporalibus bonus præsul Chilianus.

X. Specialiter diffinitivam sententiam in causa decimarum novalium obtinuit,

Non defuerunt etiam controversiæ, & lites forenses, inter quas sua jura defendere debuit pro bono monasterii semper providus abbas noster. Gaudet monasterium nostrum speciali privilegio, quod obtinuit D. abbas noster Rupertus V. a summo pontifice Sixto IV. circa decimas novalium, uti a nobis relatum fuit num. VII. in vita dicti abbatis, quod videlicet in illis locis, ubi monasterium illo tempore jus decimandi jam habuit, circa decimas novalium capere possit duas tertias: & quoniam anno 1532. inter sæpedictum abbatem Chilianum & tunc temporis plebanum in Seekirchen D. Joannem Landsperger orta fuit aliqua controversia, quæ ad judicem ordinarium devoluta fuit, a quo pro monasterio sententia definitiva emanavit, quam sequenti tenore ex originali, & fide notarii roborato actorum registro fideliter descripsimus:

„Die mercurii secunda Julii (anno supra-
„dicto 1532.) comparentibus in judi-
„cio coram D. Decano, & officiali (qui
„erat D. Ambrosius a Lamberg) antedicto
„loco, & hora cusarum prescriptis pro tri-
„bunali sedentibus procuratoribus preme-
„moratis, ac instantibus, & petentibus
„idem D. Decanus, & officialis in hac cau-
„sa tulit sententiam definitivam in scriptis
„in hunc, qui sequitur, modum: Christi
„nomine invocato, pro tribunali sedentes,
„& solum Deum pre oculis habentes per
„hanc nostram sententiam definitivam,
„quam ferimus in his scriptis, pronuncia-
„mus, decernimus, & declaramus, duas
„partes decimarum novalium ex terris, &
„agris novalibus ad curiam Dachsperger
„Hof, oder Pau, nuncupatum plebis See-
„kirchen cultis crescentium, & provenien-
„tium; atque jus percipiendi, & levandi
„easdem decimas novales pro portione ve-
„terum decimarum a tempore, & per tem-
„pus suprascriptum, ad monasterium S.
„Petri Salzburgens. & reverendum D. P.
„D. Chilianum ipsius abbatem actorem pre-
„dictum spectasse, & pertinuisse, spectare-
„que, & pertinere de jure: sibique domi-
„no actori, & monasterio predicto dictas
„duas partes decimarum novalium ex agris
„novalibus antedicte curie Dachsperger hof
„excrescentium, & provenientium, atque
„jus easdem levandi, & percipiendi adju-
„dicandum fore, & adjudicamus. Ipsum
„vero Dominum Joannem Landsperger mo-
„dernum plebanum in Seekirchen reum
„prememoratum tempore suprascripto ad
„dictas duas partes decimarum novalium
„(sic ut prefertur) ex agris novalibus curie
„Dachsperger hof provenientium se intru-
„sisse, & de facto easdem occupasse, de-
„tinuisse, levasse, & precepisse, dictum-
„que monasterium, & Dominum actorem
„ab adipiscenda hujusmodi decimarum no-
„valium possessione repulisse, ad eaque fa-
„ciendа eidem Domino reo nullum jus com-
„petiisse, neque competere. Ipsius quo-
„que rei in premissis occupationes, deten-
„tiones, perceptiones, oppositiones, &
„perturbationes dicto monasterio, & domi-
„no abbati actori quomodolibet prestitas,
„& factas fuisse, & esse temerarias, illici-
„tas, iniquas, sibique hec facere, & atten-
„tare minime licuisse, neque licere, per-
„petuumque silentium sibi desuper impo-
„nendum esse, & imponimus, & propte-
„rea eundem Dominum reum ab occupa-
„tione, detentione, & preceptione hujus-
„modi duarum partium decimarum nova-
„lium, juriumque, & pertinentiarum,
„earumdem amovendum, repellendum,
„atque sibi interdicendum, & inhibendum
„prelibatum quoque monasterium S. Petri
„& Dominum Chilianum abbatem actorem
„predictum, in, & ad corporalem, rea-
„lem, & actualem possessionem, seu quasi
„earumdem duarum partium decimarum
„novalium ex supradicta curia Dachsperger
„Hof oder Pau provenientium, & proportio-
„ne veterum decimarum competentium in-
„ducendum fore, prout amovemus, repel-
„limus, interdicimus, inhibemus, & in-
„ducimus. Insuper etiam sepedictum Do-
„minum reum, ut monasterium, & Domi-
„num abbatem actorem prescriptum in, &
„ad dictam possessionem levandi, & perci-
„piendi sepedictas duas partes decimarum
„novalium admittat, nec eosdem in hujus-
„modi perceptione, & possessione de cetero
„quovismodo molestet, seu impedimentum
„prestet, condemnandum, cogendum, &
„compellendum fore, ac condemnamus,
„cogimus, & compellimus. Expensas ve-
„ro litis in hac causa legitime factas ex cau-
sis

„fis rationabilibus animum noſtrum moven-
„tibus ad invicem compenſantes. In no-
„mine patris, & filii, & ſpiritus ſancti a-
„men. Que quidem ſententia taliter erat
„ſubſcripta: ita ut ſupra pronunciamus nos
„Ambroſius a Lamberg decanus, vicarius-
„que generalis eccleſie, ac officialis curie
„Sálzeburgenſis". Hucusque ſententia de-
finitiva in ſupradicta cauſa ex inſtrumento notarii authentico transſumpta.

XI. Denique poſt continuas calamitates aquis ſubmerſus obiit.

Inter has, & ſimiles controverſias, immo longe majoris momenti calamitates tranſierunt decem anni, quibus præfuit, & pro viribus prodeſſe ſtuduit abbas noſter Chilianus. Fuit quidem pro conſervanda religioſa diſciplina dictus D. Præſul vere zeloſus, & introductam ſub Georgio I. reformationem ad exemplum ſuorum Dominorum anteceſſorum Petri, Ruperti V. Virgilii II. & Wolfgangi conſervare omni virium conatu adlaboravit. Verum incidit ille in fata ſatis aſpera, eo quod non pauci religioſi ex periculoſa illa librorum lectione ſub regimine abbatis Staupizii ut plurimum ſeducti, religioſæ diſciplinæ pertæſi vitam regularem deſeruerint, ad ſæculum profugi, & aliqui omnino a fide defecerint. Aliquos equidem ſicut paſtor ad gregem reducere conabatur pius abbas, uti ex quibusdam epiſtolis in copia relictis poteſt colligi, pauci tamen ad monaſterium fuerunt reverſi. Tandem adeo ſatur erat ærumnarum, & calamitatum bonus præſul, ut efficaciter intenderit per reſignationem hoc abbatiale onus deponere, in quem finem bimeſtri ante triſtem obitum anno videlicet 1534. in feſto S. Stephani illuſtriſſimo Principi Matthæo Langio libellum ſupplicem pro ratificanda reſignatione obtulit, cujus copia legitur in libro II. cop. Chiliani abbatis, ex qua reſignationis formula aliquem damus extractum, ut dignoſci valeat, quanto curarum mole preſſus fuerit pauper abbas, & quod non alio fine ad monaſterium venerit, niſi ut eo liberius relictis ſæculi curis Deo ſervire poſſit: poſtquam ergo aliquas cauſas gratioſiſſimo ſuo Ordinario propoſuit, quæ ipſum prudenter moverunt ad hoc conſilium, ita ſcripſit: „So bin ich „auch, gnedigiſter Herr, als ich mich von „dieſer Welt abgeſchaiden, und diß Kloſter „auserkohren, nit der Mainung geweſt, mein „Leben in weltlich Sachen, und zeitlicher Gü„ther zankhe, ſondern allein mit Gott zuzubrin„gen, wie ich dan noch des Willens bin, hab „mich auch nie geſendt, und viel weniger be„arbait nach ſolcher Abbtey; allain, das ich „ſolche von gehorſam, und embſig Bitt mei„ner Brüder angenommen, das mich aber „yber tauſendmahl, in der Wahrhait zu reden „gereüet ꝛc. ꝛc.". In fine ſupplicationis petiit, ut congrua ſuſtentatio eidem concedatur, & pro habitatione illud cubiculum, ubi habitavit usque ad finem vitæ ſuæ. Simon III. anteceſſor, qui pariter officio abbatiali per reſignationem ceſſit. Sed inſcrutabili Dei judicio ſæpedictus abbas anno immediate ſequenti, ne quidem bimeſtri elapſo Græciam, & inde Lubentiam profectus eſt, ubi concenſa navi naufragium paſſus, & abbatialis honoris, & vitæ fecit finem anno, ut ſupra notatum eſt, milleſimo, quingenteſimo, trigeſimo quinto, menſe februario. Quoniam vero jam num. I. & II. dedimus vitæ, & mortis ſynopſin de abbate noſtro Chiliano valde merito, hinc de ipſius geſtis & morte calamum ſiſtimus.

GEORGIUS II.
ABBAS AD S. PETRUM LXIV,
AB ANNO 1535.

I. Georgius II. aliquot tantum dierum abbas,

Quod honores haud infrequenter ſint vapor ad modicum parens, exemplo ſuo poſteritati reliquit Georgius Oeller græcenſis Styrus, qui in monaſterio noſtro ad S. Petrum ſub abbate Wolfgango anno 1510. die vigeſima ſecunda Junii, ut teſtatur exſtans religioſæ profeſſionis ſcheda, S. Benedicti ordinem expreſſe fuit profeſſus. Quantum conſtat ex quibusdam manuſcriptis, legitur, hunc Georgium ſub regimine abbatis Chiliani admotum fuiſſe officiis œconomicis circa annum 1528. unde ferme omnibus functionibus ad cancellariam ſpectantibus interfuit. Tandem proficiſcens cum abbate Chiliano, cujus comes, & Sacellanus erat in itinere, naufragium quidem paſſus, ſed morti ereptus fuit. Poſtquam vero abbatem Chilianum aquis ſubmerſum, & ex undis extractum advexit Salisburgum, ipſemet eodem anno ſecunda Martii in abbatem fuit electus. Sed proh dolor! aliquot tantum dierum abbas erat Georgius, hujus nominis II. cum enim ex undis pro ſe pleuritidis ſeminarium attulit, hujus morbi violentia poſt aliquot dies, cum abbatiale regimen quaſi per ſpeculum in ænigmate conſpexiſſet, vita ſpoliatur, & in ipſum anteceſſoris ſui ſepulchrum illatus quieſcit ſub una inſcriptione, quam ſupra dedimus num. II. in vita abbatis Chiliani. Aliquot tantum diebus præfuiſſe Georgium abbatiæ, conveniunt omnes noſtri ſcriptores domeſtici, & authentica probant inſtrumenta: de numero autem diverſimode ſcribitur; aliqui aſſignant dies tantum undecim, decepti ex teſtimonio epiſtolæ funebris, quam viduatus conventus poſt mortem utriusque abbatis Chiliani, & Georgii ad confœderata monaſteria direxit, ubi legitur,

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

quod Georgius II. undecima die poſt ſuam benedictionem fuerit mortuus; alii ſcribunt, præfuiſſe diebus quindecim, eoquod in lapide ſepulchrali fors per errorem legerint, Georgium II. obiiſſe decima ſeptima die Martii, quia ſecunda die ejusdem menſis, prout habetur in authentico electionis inſtrumento, in abbatem fuit electus. Nos certiora damus, & credimus, quod undecima die poſt benedictionem, quæ electionem, & confirmationem ſecuta eſt, ſupremum diem clauſerit; quoniam vero certum eſt ex inſtrumento electionis, quod anno 1535. ſecunda die Martii fuerit electus, & vigore Diplomatis archiepiſcopalis, inferius allegandi, die undecima Martii confirmatus, dies autem obitus in epiſtola funebri notatur fuiſſe octava Calendarum Aprilis, ſeu dies vigeſima quinta Martii; hinc a ſecunda die Martii, usque ad vigeſimam quintam, elapſi ſunt viginti quatuor dies, quos cum fundamento brevi regimini abbatis Georgii, hujus nominis II. poſſumus tribuere.

II. Legitime tamen electus ſecunda Martii.

Dominus autem abbati Chiliano aquis ſubmerſo per electionem canonicam ſucceſſiſſe præfatum D. Georgium Oeller probat authenticum electionis inſtrumentum in membrana ſcriptum fide notarii, & ſigillo, prout tunc moris erat, conventuali roboratum. Tenor inſtrumenti ſequens eſt:

„Reverendiſſimo in Chriſto Patri, Princi-
„pi, & Domino Domino, Domino Mat-
„thæo miſeratione divina, ſacroſancte Ro-
„mane eccleſie, titulo S. Angeli Presbyte-
„ro Cardinali, archiepiſcopo Salzeburgenſi,
„apoſtoliceque ſedis Legato, Domino noſtro
„gratioſiſſimo, frater Vitalis Prior, Lau-
„rentius Senior, totusque conventus mona-
„ſterii S. Petri Salzburge ordinis S. Benedi-
„cti reverentiam, honorem, & obedientiam
„tam debitas, quam condignas cum oratio-
„nibus in Domino devotis. Reverendiſſi-
„me Princeps! Pater & Domine gratioſiſ-
„ſime, cum die tredecima menſis Februa-
„rii proxime preteriti recolende memorie
„reverendus Pater Dominus Kilianus abbas
„noſter carnis debitum exſolvens ſpiritum
„ſuum reddiderit creatori, nos ipſius corpo-
„re eccleſiaſtice tradito ſepulture, nolentes
„monaſterium noſtrum paſtoris ſolatio diu-
„tius eſſe deſtitutum, die infra ſcripta, quam
„de ſcitu, & conſenſu veſtre reverendiſſi-
„me dominationis ad hoc ſtatuimus, & ad
„quam omnes, & ſingulos ſua communiter,
„vel diviſim intereſſe habere putantes per
„litteras noſtras, ut moris eſt, citari feci-
„mus, mane hora tertiarum poſt decanta-
„tam de Spiritu Sancto miſſam omnibus nobis
„ſacra miſſarum ſolemnia celebrantibus, ac
„ſacramento euchariſtiæ procuratis in loco
„preordinato convenimus, adjunctisque no-
„bis Reverendo in Chriſto Patre, ac venera-
„bilibus, & egregiis viris Dominis Ambro-
„ſio de Lamberg vicario, & officiali, Paulo
„Stadler canonico eccleſie, & Bernardo
„Schwarz, utriusque juris doctore, aſſeſſore
„conſiſtorii Salzeburgen. conſiliariis veſtre
„Reverendiſſime dominationis, quos ea-
„dem veſtra reverendiſſima dominatio ad
„preces noſtras ad hoc deputaverat, nec
„non notario, & teſtibus infra nominatis
„in contumaciam citatorum non comparen-
„tium ad electionem futuri abbatis per viam
„compromiſſi mixti, ſeu limitati proceden-
„dum duximus, ac premiſſis proteſtationi-
„bus, & aliis in hoc actu fieri conſuetis, at-
„que neceſſariis Reverendum Patrem, ac
„venerabilem egregium virum Dominos Am-
„broſium Decanum, & officialem, ac Pau-
„lum Stadler canonicum Salzburgen. ſupta
„nominatos, nec non Laurentium, Ambro-
„ſium, & Thomam Presbyteros confratres
„noſtros in ſcrutatores, & compromiſſarios
„elegimus cum plena poteſtate omnium
„noſtra vota ſcrutandi, atque in quem
„repererint majorem partem conventus no-
„ſtri conſenſiſſe, eum nobis, & monaſterio
„noſtro in abbatem eligendi, atque electio-
„nem ipſam per unum ex eis publicandi:
„promittentes nos ſic electum & nominatum
„habituros, & agnituros in prelatum, ac
„abbatem, qui quidem compromiſſarii, &
„ſcrutatores vigore poteſtatis eis tradite
„(preſtitis prius per eos, & nos debitis hinc
„inde juramentis) primo dictorum trium
„confratrum compromiſſariorum, & dein-
„de omnium noſtrum vota diligenter, & ſin-
„gillatim ſcrutati ſunt, & reperierunt, ut
„nobis poſtea retulerunt, nos omnes nullo
„diſcrepante vota noſtra in venerabilem fra-
„trem Georgium profeſſum monaſterii no-
„ſtri, & confratrem ſacerdotio, & legitima
„ætate conſtitutum, in ſpiritualibus, & tem-
„poralibus providum, ac circumſpectum di-
„rexiſſe, quem tunc dictus Reverendus Pa-
„ter Ambroſius decanus, & Officialis Sal-
„zeburgen. compromiſſarius de conſenſu, &
„voluntate collegarum ſuorum nobis omni-
„bus preſentibus, & audientibus in ſcriptis
„elegit, & nominavit, atque electionem ipſam
„ſolemniter publicavit in hunc modum. Ad
„laudem Dei omnipotentis, ac ſancti Petri
„apoſtoli patroni hujus monaſterii. Ego
„Ambroſius de Lamberg decanus, & offi-
„cialis Salzeburgen. unus de compromiſſa-
„riis, & ſcrutatoribus a conventu dicti mo-
„naſterii electus de voluntate, & conſenſu
„collegarum meorum vice mea, ac eorum,
„atque totius conventus, & ex poteſtate mi-
„hi, & dictis collegis meis tradita, invo-
„cata Spiritus S. gratia venerabilem, ac
„religioſum Patrem Georgium confratrem,
„profeſſum hujus monaſterii, a conventu
„ejusdem unanimi voto electum, ac nomi-
„natum in ipſius monaſterii abbatem, & pa-
„ſtorem eligo, electionemque ipſam in his
„ſcriptis publico, in nomine Patris, & Filii,
„& Spiritus ſancti amen. Quam ſiquidem
„electionem (facta ipſius publicatione) nos
„omnes ſubſcripti concorditer recepimus,
„atque prefatum Georgium electum ibidem
„preſen-

„preſentem, atque electioni eidem ad in-
„ſtantes preces noſtras non minus humili-
„ter, quam devote conſentientem de loco
„capitulari ad ſummum altare monaſterii
„noſtri cum decantatione cantus angelici
„Te Deum laudamus, duximus, pulſatis ad
„hoc campanis, fecimusque electionem
„ipſam, ut moris eſt, populo convolanti pu-
„blicari. Supplicantes igitur veſtre Reve-
„rendiſſime dominationi concordi voto hu-
„militer, ut electionem hujusmodi, ita ca-
„nonice factam, dignetur auctoritate ordi-
„naria confirmare, atque dicto electo noſtro
„munus benedictionis impendere, quatenus
„auctore Deo idem electus nobis, & noſtro
„monaſterio prodeſſe, nosque & alii ejus
„ſubditi ſub ipſius regimine poſſimus altiſ-
„ſimo ſalubriter militare. Ut autem veſtra
„reverendiſſima dominatio agnoſcat, nos
„premiſſis omnibus conſenſiſſe, eidem veſtre
„reverendiſſime dominationi preſens electio-
„nis decretum ſigillo conventus noſtri muni-
„tum, ac noſtris, & notarii manibus ſub-
„ſcriptum offerimus. Acta ſunt hec in mo-
„naſterio noſtro predicto ſub anno a nativi-
„tate Domini millesimo, quingenteſimo,
„trigeſimo quinto, indictione octava, die ve
„ro ſecunda menſis Martii, pontificatus ſan-
„ctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri
„Domini Pauli divina providentia Pape ter-
„tii anno primo preſentibus honorabili pro-
„vido ac honeſto viris, Dominis Lazaro
„Hueber Presbitero Salzeburgen. dioceſis,
„Magiſtro Sebaſtiano Jungwirth procurato-
„re generali, & Georgio Puechater ſubſti-
„tuto conſiſtorii Salzeburgen. teſtibus ad
„premiſſa vocatis, rogatis, & ſpecialiter re-
„quiſitis“:

„Ego frater Vitalis Prior ſupradictis o-
„mnibus & ſingulis conſenſi, & conſentio,
„ac manu mea propria ſubſcripſi, & ſignavi.

„Ego Frater Laurentius Senior &c.
„Ego Frater Paulus &c.
„Ego Frater Hieronymus &c.
„Ego Frater Egidius &c.
„Ego Frater Ambroſius &c.
„Ego Frater Sebaſtianus &c.
„Ego Frater Joannes &c.
„Ego Frater Thomas &c.
„Ego Frater Walthaſar &c.
„Ego Frater Wolfgangus &c.
„Ego Frater Stephanus &c.
„Ego Frater Martinus &c.
„Ego Frater Andreas &c.
„Ego Frater Bernardus ſupradictis o-
mnibus conſenſi &c. (L. S.)

„Et ego Joannes Kalſor clericus conju-
„gatus Salzburgen. dioceſis publicus impe-
„riali auctoritate notarius, quia ſupradictis
„electioni, & conſenſui, omnibusque & ſin-
„gulis aliis premiſſis, dum ſic, ut premitti-
„tur, fierent, & agerentur, unacum preno-
„minatis teſtibus preſens interfui, eaque ſic
„fieri vidi & audivi, ideo preſens electionis
„decretum manu alterius, me aliis legitime
„prepedito negotiis, fideliter ſcriptum ex-
„inde confeci, ſubſcripſi, publicavi, & in
„hauc formam publicam redegi, ſignoque
„& nomine meo ſolitis, & conſuetis unacum
„ſigilli conventus monaſterii prememorati
„appenſione conſignavi, rogatus, & requi-
„ſitus, in fidem, & teſtimonium omnium,
„& ſingulorum premiſſorum“.

(L. S.

Hucusque authenticum electionis inſtru-
mentum.

III. Et confirmatus undecima menſis ejusdem die.

Damnus etiam tenorem diplomatis mem-
branei, archiepiſcopali ſecreto muniti, per
quod dicta electio fuit confirmata in hunc
modum:

„Matheus miſeratione divina ſacroſancte
„eccleſie Romane tituli S. Angeli, Pres-
„biter Cardinalis, archiepiſcopus Salzebur-
„gen. apoſtolice ſedis Legatus &c. dilectis
„nobis in Chriſto Vitali Priori, Laurentio
„Seniori, totique conventui monaſterii S.
„Petri, Ordinis S. Benedicti civitatis noſtre
„Salzeburgen. ſalutem in Domino ſempiter-
„nam. Vacante nuper abbatia ejusdem
„monaſterii per obitum quondam Kiliani ul-
„timi, & immediati ejusdem monaſterii ab-
„batis, & illius corpore eccleſiaſtice tradito
„ſepulture, vos his, qui commode potue-
„runt, ac debuerunt intereſſe vocatis ad
„electionem futuri abbatis procedentes, ob-
„ſervatis ſolemnitatibus de jure debitis, &
„conſuetis dilectum nobis in Chriſto Geor-
„gium confratrem veſtrum in dicto mona-
„ſterio ordinem S. Benedicti expreſſe pro-
„feſſum, in veſtrum, ac monaſterii veſtri
„abbatem per viam compromiſſi mixti, ſeu
„limitati concorditer, & canonice elegiſtis,
„qui quidem divine nolens reſiſtere voluntа-
„ti in hujusmodi electionem de ſe factam
„humiliter conſenſit, prout hec & alia in
„quodam inſtrumento decreti electionis ve-
„ſtre nobis deſuper exhibito, plenius vidi-
„mus contineri, nobisque humiliter ſuppli-
„care feciſtis, quatenus hujusmodi electio-
„nem, ut prefertur, factam benigne confir-
„mare dignaremur. Nos vero, ne contra
„doctrinam apoſtoli prefato electo manus
„cito imponere videamur, cridam, & pro-
„clamationem mandavimus fieri generales,
„ut ſi qui eſſent, qui in formam electionis
„perſone electe, ſe eligentium dicere, ſeu
„opponere vellent, die undecima hujus
„menſis Martii hic in aula noſtra archiepiſ-
„copali coram nobis compareant, dicturi,
„& allegaturi, quod juſticia ſuaderit, & or-
„do dictaverit rationis, alioquin dicto ele-
„cto, prout juſtum fuerit, munus confir-
„mationis impendere vellemus, citatorum
„contumacia, ſive abſentia non obſtante.
„Adveniente itaque dicto termino, videli-
„cet, die undecima menſis Martii, & pre-
„fato Georgio coram nobis in aula noſtra
„archiepiſcopali comparente, & in hujus-
„modi negotio confirmationis procedi pe-
„tente, dictaque citatione, ſeu proclama-
„tione legitime executa, & coram nobis

„denuo reproducta, nemineque, qui con-„tra formam electionis, perſonam electam, „ſeu perſonas eligentium quidquam oppo-„nere vellet, ſe manifeſtante. Nos igitur „electum predictum examinari fecimus, & „tandem de ydoneitate perſone electe per „ydoneos teſtes ſufficienter informati, ſin-„gulisque aliis in ejusdem electionis nego-„tio diligenter penſatis, cum nullum tam „circa electionis formam, quam electi ſeu „eligentium perſonas, ſeu alias canonicum „appareret impedimentum prefatam electio-„nem de perſona dicti fratris Georgii factam „auctoritate noſtra ordinaria confirmandam „duximus, & confirmavimus eundem Geor-„gium electum per annuli traditionem de „eadem abbatia inveſtimus, adminiſtratio-„nem ſpiritualium, & temporalium ejus-„dem abbatie ſibi plenarie committendo, „adhibitis ſolemnitatibus, in his adhiberi „ſolitis, & conſuetis. Quare devotiones „veſtras hortamur, requirimus, & mone-„mus, vobisque nihilominus in virtute ſan-„cte obediencie auctoritate noſtra ordinaria „diſtricte precipientes mandamus, quate-„nus ſupradictum Georgium in abbatem ve-„ſtrum recipiatis, ſibi tam in ſpiritualibus, „quam in temporalibus obedientiam, & re-„verentiam tam debitas, quam condignas „exhibituri, alioquin contra inobedientes & „rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, & „alia juris remedia, atque penas condignas „procedere non omittemus. Harum teſtimo-„nio litterarum ſigilli noſtri appenſione mu-„nitarum. Datum in civitate noſtra Salze-„burgenſi die duodecima menſis Martii an-„no a nativitate domini milleſimo, quin-„genteſimo, triceſimo quinto".

(L.S.)

Hæc de electione, & confirmatione, nec non de breviſſimo aliquot dierum abbatiali regimine Georgii II. dicta ſufficiat.

ÆGIDIUS,

ABBAS AD S. PETRUM LXV.

AB ANNO 1535. USQUE AD ANNUM 1553.

Haud

I. Georgio II. præmatura morte sublato Ægidius Radlmair.

Haud equidem in exstantibus religiosæ professionis testimoniis ullus legitur, qui vocatur hoc nomine Ægidii Radlmair, neque inter professos sub abbate Wolfgango, & multo minus sub ejus successoribus: attamen hic Ægidius abbas, de quo agimus re bene examinata, haud alius est, mutato in religiosa vita post emissam professionem nomine, quam qui sub abbate Wolfgango anno 1504. vigesima quinta Januarii in nostro monasterio expresse fuit professus sub nomine sæculari Joannis Untenstorffensis; raro enim cognomen illo tempore fuit expressum, sed plerumque nomen, & Patria. Hoc autem asserendi fundamentum ex eo desumitur, quia in tribus instrumentis electionis, videlicet Joannis Staupizii, Chiliani, & Georgii II. subscriptus legitur, absque tamen cognomento, Ægidius: & quamvis, ut supra notatum, in schedа aliqua professionis hoc nomen expressum non sit, conferendo tamen unum eligentium catalogum cum altero, omnino eruitur, hunc abbatem fuisse illum Joannem natum de Untenstorf, qui hoc nomine vocatus erat in sæculo: prædictum locum vero, ubi est inclytum cœnobium Ord. S. Augustini canonicorum regularium, fuisse patrium solum Ægidii nostri, ex eo ferme convincitur, quod D. Ægidius abbas post duodecim a sui electione annos, scripserit epistolam ad D. Paulum Præpositum Untenstorfensem, eidemque commendaverit propinquos suos die Radlmair, cujus epistolæ copia habetur in Lib. 7. copiarum abbatis Ægidii pag. 76. Hic itaque Ægidius Radlmair vir jam (ut ex annis ætatis colligi potest, erat exin jam triginta annis professus) maturus, & gravis post varia officia, & ultimo quidem ex custode ecclesiæ nostræ post præmatura fata Georgii II. in abbatem monasterii nostri fuit electus vigore instrumenti electionis inferius allegandi sexta die Aprilis anno 1535., & confirmatus a Domino D. archiepiscopo Matthæo Langio undecima ejusdem mensis. Quamvis autem manuscripta, & chronica antiquiora pauca referant in particulari de hoc abbate Ægidio; attamen hoc insigne elogium reliquerunt, quod velut in nuce complectitur iliadem, fuisse nimirum Ægidium bonum œconomum, nec minus ad religionem, quam ad curam domesticam natum: abbatiali etiam muneri strenue, & cum magna laude præfuisse, multa pariter ad utilitatem monasterii ædificasse. Tandem, cum rexisset abbatiam annis octodecim cum dimidio, anno 1553. octava decembris vitam cum morte permutavit, atque in capella S. Viti sepultus est cum sequenti epitaphio: *Hoc saxo R. P. & D. Ægidius hujus cœnobii abbas quiescit, novissimam judicis tubam præstolans: obiit anno Domini MDLIII. Sexto Idus decembris.* Verum recentior quidam, & industrius de sæculo currente actorum, & gestorum collector fatetur, se plurima relatu digna inveniisse in Urbariis, ratiociniis, aliisque archivii scriptis de hoc abbate Ægidio, ex quibus & nos dabimus præcipua, postquam pro more nostro instrumenta authentica electionis & confirmationis per extensum fuerint exposita.

II. Per canonicam vigore instrumenti authentici electionem,

Successisse autem prædictum D. Ægidium Radlmair Domino Georgio II. in regimine abbatiali in nostro monasterio ad S. Petrum per electionem canonicam, sequenti docemur instrumento electionis authentico.

„Reverendissimo in Christo Patri, Princi„pi, & Domino Domino Matthæo mi„seratione divina sacrosancte Romane eccle„sie titulo S. Angeli Presbitero Cardinali, „archiepiscopo Salzburgensi, apostolice se„dis Legato &c. Domino nostro gratiosis„simo, fratres Vitalis Prior, Laurentius „Senior, & totus conventus monasterii S. „Petri Salzburge Ordinis S. Benedicti re„verentiam, honorem, & obedientiam tam „debitas, quam condignas cum orationibus „in Domino devotis. Reverendissime Pa„ter, Princeps, ac Domine gratiosissime &c. „cum nuper reverendus Pater Dominus „Georgius abbas noster ex hoc seculo sub„latus, corpusque ejus ecclesiastice tradi„tum fuisset sepulture, nos considerantes „diutinam vacationem ipsius monasterii fo„re periculosam, diem subscriptam de sci„tu, & consensu reverendissime vestre do„minationis pro electione futuri prelati ce„lebranda statuimus. Vocatis itaque his, „qui electioni voluerunt, debuerunt, & „potuerunt interesse commode, decantata „prius missa de Spiritu Sancto, ac omnibus „nobis respective sacra missarum solemnia „celebrantibus, & venerabili Eucharistie „sacramento procuratis, mane hora tertia„rum in loco preordinato convenimus, ad„junctisque nobis Reverendo in Christo „Patre, ac venerabilibus in Christo egre„giis viris Dominis Ambrosio de Lam„berg Decano, Vicario, & Officiali, Pau„lo Stadler canonico ecclesie metropo„litane, ac Bernardo Schwarz, utrius„que juris doctore, assessore consistorii Sal„zeburgen., consiliariis vestre Reverendis„sime dominationis, quos Reverendissima „dominatio vestra ad preces nostras ad hoc „deputaverat, nec non notario, & testibus „infra nominatis, in contumaciam citato„rum non comparentium ad negotium ele„ctionis procedendi duximus, ac premissis „protestationibus, & ordinationibus in his „fieri solitis placuit nobis omnibus, & sin„gulis, electionem ipsam per viam compro„missi mixti, seu limitati, tanquam viam „expeditiorem celebrare. Et ideo nos cete„teri Reverendum Patrem, ac venerabilem „egregium virum, Dominos Ambrosium De„canum, & officialem, ac Paulum Stadler „canonicos Salzburgen. supra nominatos, „nec non Laurentium, Ambrosium & Tho„mam confratres nostros in scrutatores, &

„compromiſſarios elegimus cum plena po-
„teſtate omnium vota ſcrutandi, atque in
„eum, quem repererint, majorem partem
„conventus conſenſiſſe, nobis, & monaſte-
„rio noſtro in abbatem eligendi, nominan-
„di, & electionem ipſam publicandi, promit-
„tentes nos, ſic electum, & nominatum
„habituros, & agnituros in abbatem, &
„prelatum. Qui quidem compromiſſarii in
„vim poteſtatis ſibi a nobis tradite, preſti-
„tis prius per eos, ac nos debitis hinc inde
„juramentis, omnium noſtrum vota dili-
„genter, & ſingillatim ſcrutati ſunt, & fa-
„cta collatione votorum, uti nobis poſtea
„retulerunt, reperierunt partem majorem
„conventus noſtri vota ſua in venerabilem
„fratrem Egidium, in ſacerdotio, & legi-
„tima ætate conſtitutum direxiſſe, atque in
„eum conſenſiſſe, quem tunc unus ex com-
„promiſſariis de conſenſu, & voluntate col-
„legarum ſuorum nobis omnibus preſenti-
„bus, audientibus, & intelligentibus in ab-
„batem elegit, nominavit, & publicavit in
„hunc modum: AD LAUDEM, & gloriam
„ſancte, & individue Trinitatis, ac ſancti
„Petri apoſtoli patroni hujus monaſterii e-
„go Ambroſius a Lamberg Decanus & of-
„ficialis eccleſie Salzburgen. compromiſſa-
„rius de conſenſu, & voluntate collegarum
„meorum a conventu dicti monaſterii ele-
„ctorum virtute poteſtatis nobis tradite, in-
„vocata Spiritus S. gratia venerabilem, &
„religioſum fratrem Ægidium Presbiterum,
„profeſſum hujus monaſterii, in quem re-
„perimus majorem partem conventus con-
„ſenſiſſe, in ejusdem monaſterii abbatem
„eligo, ac paſtorem, ac monaſterio de ipſo
„provideo, & electionem ipſam in his ſcri-
„ptis ſolenniter publico, atque pronuncio:
„in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti,
„amen. Quam ſiquidem electionem, (fa-
„cta ipſius publicatione) nos omnes, & ſin-
„guli ſubſcripti concorditer recepimus, at-
„que prefatum Ægidium electum, ibidem
„preſentem, atque electioni eidem ad in-
„ſtantes preces noſtras, non minus humili-
„ter, quam devote conſentientem de loco
„capitulari ad ſummum altare monaſterii
„noſtri cum decantatione cantus angelici:
„Te Deum laudamus &c. duximus, pulſa-
„tis ad hoc campanis, fecimusque electio-
„nem ipſam populo convolanti publicari.
„Supplicantes igitur veſtre Reverendiſſime
„dominationi concordi voto humiliter, ut
„electionem hujusmodi, ita canonice fa-
„ctam dignetur auctoritate ordinaria con-
„firmare, atque dicto electo noſtro manus
„benedictionis impendere, quatenus aucto-
„re Deo idem electus nobis, & monaſterio
„noſtro prodeſſe, nosque & alii ejus ſub-
„diti ſub ipſius regimine poſſimus altiſſimo
„ſalubriter militare. Ut autem veſtra Re-
„verendiſſima dominatio agnoſcat, nos pre-
„miſſis omnibus conſenſiſſe, eidem veſtre Re-
„verendiſſime Dominationi preſens electionis
„decretum, ſigillo conventus noſtri muni-
„tum, ac noſtris, & notarii manibus ſub-
„ſcriptum offerimus. Acta ſunt hec in mo-
„naſtrio noſtro predicto ſub anno a nativi-
„tate Domini milleſimo, quingenteſimo, tri-
„ceſimo quinto indictione octava, die vero
„ſexta menſis Aprilis, pontificatus ſanctiſ-
„ſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri
„Pauli divina providentia Pape tertii anno
„primo, preſentibus honorabili, provido,
„ac honeſto viris Dominis Lazaro Hueber
„presbytero Salzburgen. dieceſis, Magiſtro
„Sebaſtiano Jungwirth procuratore Gene-
„rali, & Georgio Puechater Subſtituto Con-
„ſiſtorii Salzburgen. teſtibus ad premiſſa
„vocatis, rogatis, & ſpecialiter requiſitis".

"Ego Frater Vitalis Prior ſupradictis
conſenſi &c.
"Ego Frater Laurentius &c.
"Ego Frater Paulus &c.
"Ego Frater Hieronymus &c.
"Ego Frater Ambroſius &c.
"Ego Frater Sebaſtianus &c.
"Ego Frater Joannes &c.
"Ego Frater Thomas &c.
"Ego Frater Walthaſar &c.
"Ego Frater Wolfgangus &c.
"Ego Frater Stephanus &c.
"Ego Frater Martinus &c.
"Ego Frater Bernhardus &c.
(L.S.)

"Et ego Joannes Kalbſor clericus con-
"jugatus Salzburgen. dieces. publicus im-
"periali auctoritate notarius, quia ſupra-
"dictis electioni, & conſenſu, omnibusque
"aliis, & ſingulis premiſſis, dum ſic, ut
"premittitur, fierent & agerentur, una-
"cum prenominatis teſtibus preſens interfui,
"eaque ſic fieri vidi, & audivi, ideo pre-
"ſens electionis decretum manu alterius me
"ſubordinante fideliter ſcriptum exinde con-
"feci, ſubſcripſi, publicavi, & in hanc for-
"mam publicam redegi, ſignoque, & nomi-
"ne meo ſolitis, & conſuetis, unacum ſigilli
"conventus monaſterii S. Petri predicti ap-
"penſione conſignam rogatus, & requiſitus
"in fidem, & teſtimonium omnium, & ſin-
"gulorum premiſſorum".

(L.S.)

III. Et ſubſequam a DD. Matthæo Langio confirmationem ſucceſſit.

Poſt hanc electionem canonice peractam Dominus electus abbas Ægidius poſt quatuor dies, videlicet decima Aprilis die, conſueto ritu a Reverendiſſimo, & illuſtriſſimo DD. archiepiſcopo Matthæo Langio confirmationem accepit, ut habet ſequens in membrana ſcriptum, & etiamnum in originali exſtans inſtrumentum confirmationis ſigillo archiepiſcopali, eoque artificioſe expreſſo, & in cera rubra, quaſi recens eſſet, formato, roboratum.

„MATHEUS miſeratione divina ſacroſan-
„cte romane eccleſie tituli S. Angeli
„Presbyter Cardinalis, archiepiſcopus Salz-
„burgen. apoſtolice ſedis Legatus &c. dile-
„ctis nobis in Chriſto Vitali Priori, Lauren-

tio

„tio Seniori, totique conventui monasterii „S. Petri Ordinis S. Benedicti, civitatis no„stre Salzburgens. salutem in Domino sempi„ternam. Vacante nuper abbatia ejusdem „monasterii per obitum quondam Georgii „ultimi, & immediati ejusdem abbatis, & „illius corpore ecclesiastice tradito sepulture, „vos his, qui commode potuerunt, ac de„buerunt interesse, vocatis, ad electionem „futuri abbatis procedentes, observatis so„lemnitatibus de jure debitis, & consuetis „dilectum nobis in Christo Egidium confra„trem vestrum in dicto monasterio Ordinis „S. Benedicti expresse professum in vestrum „ac monasterii vestri abbatem per viam com„promissi mixti, seu limitati per majorem „partem conventus & canonice elegistis: „qui quidem divine nolens resistere volunta„ti hujusmodi electionem de se factam ad in„stantes preces vestras humiliter consensit, „prout hec, & alia in quodam instrumento „decreti electionis vestre, nobis desuper ex„hibito, plenius vidimus contineri, nobis„que humiliter supplicari fecistis, quatenus „hujusmodi electionem, ut prefertur, fa„ctam, benigne confirmare dignaremur. „Nos vero, ne contra doctrinam apostoli „prefato electo manus cito imponere videa„mur, cridam, & proclamationem manda„vimus fieri generales, ut si qui essent, qui „in formam electionis persone electe, seu „eligentium dicere, seu opponere vellent, „die decima hujus mensis Aprilis hic in aula „nostra archiepiscopali coram nobis compa„reant, dicturi, & allegaturi, quod justi„tia suaserit, aut ordo dictaverit rationis, „alioquin dicto electo, prout justum fuerit, „munus confirmationis impendere velle„mus, citatorum contumacia, sive absen„tia non obstante. Adveniente itaque dicto „termino, videlicet die decima hujus men„sis Aprilis, & prefato Egidio coram nobis „in aula nostra archiepiscopali comparente, „& in hujusmodi negotio confirmationis ad „ulteriora procedi petente, dictaque cita„tione, seu proclamatione legitime execu„ta, & coram nobis denuo reproducta, ne„mineque, qui contra formam electionis, „personam electam, seu personas eligentium „quidquam opponere vellet, se manifestan„te. Nos igitur electum predictum exami„nari fecimus, & tandem de ydoneitate „persone electe per ydoneos testes sufficien„ter informati, singulisque aliis in ejusdem „electionis negotio diligenter pensatis, cum „nullum tam contra electionis formam, „quam electi, seu eligentium personas, sive „alias canonicum appareret impedimen„tum, perfatam electionem de persona dicti „fratris Egidii factam auctoritate nostra con„firmandam esse duximus, & confirmamus, „eundemque Egidium electum per annuli „traditionem de eadem abbatia investivi„mus, administrationem spiritualium & „temporalium ejusdem abbatie sibi plena„narie committendo, adhibitis solemnitati„bus in his adhiberi solitis, & consuetis. „Quare devotiones vestras hortamur, requi„rimus, & monemus, vobisque nihilomi„nus in virtute S. obediencie auctoritate no„stra ordinaria districte percipientes manda„mus, quatenus supradictum Egidium in „abbatem vestrum recipiatis, sibi tam in „spiritualibus obedienciam, & reverenciam „tam debitas, quam condignas exhibituri, „alioquin contra inobedientes, & rebelles „per censuram ecclesiasticam, & alia juris „remedia, atque penas condignas proce„dere non omittemus. Harum testimonio „litterarum sigilli nostri appensione muni„tarum. Datum in civitate nostra Salzbur„gensi die undecima mensis Aprilis anno a „nativitate domini millesimo, quingentesi„mo, trigesimo quinto.„ (L. S.)

IV. Sub hoc D. abbate aliqua quidem bona fuerunt vendita,

Jam in limine narrationis nostræ de hoc Ægidio abbate monasterii nostri dictum fuit, quod antiquiores chronicorum collectores nonnisi pauca debito ordine de hoc abbate quamvis satis merito, & provido patresamilias, annotaverint, ut adeo nonnisi ex dispersis annotationibus, quæ equidem sat copiosæ sunt, epitomen actorum Ægidii abbatis colligere oporteat. Legimus de hoc abbate, quod belli tempore, & pro sublevandis necessitatibus aliqua bona vendiderit, quæ monasterium possidebat in Lungau; attamen de ipso commendari meretur, quod plura bona, & viginti octo subditos comparaverit in Aberse, aliqua etiam bona majoris utilitatis, & commoditatis causa permutaverit. In urbario, quod immediatus successor Ægidii abbatis, nimirum Dominus Benedictus abbas anno circiter 1566. conscripsit, reperitur fol. 173. copia litterarum venditionis bonorum in Lungau sine die, & anno: nos initium damus harum litterarum, & finem:

„Wir Egidius von Gottes Genaden Abbte, „Wolfgangus Prior, und das gantz con„vent St. Peters Kloster in Saltzburg St. Be„nedict orden, bekhennen sammentlich, und un„verschaidentlich für uns, und all unser nach„khumen offentlich mit diesem Brief, und tun „chund meuiglich, daß wir um unser, und un„seres Gottshaus scheinperlich nuz, und allerley „ursach halben uns darzu be vegend mit zeitigem „Rath, und Vorbetrachtung eines stäten, ewi„gen, und unwiderruflichen Kaufs verkhauft, „und zu chauffen gegeben haben, thuen das auch „hiemit wissentlich in craft dieß Briefs; dem er„sammen, unsern besunder lieben Caspar Port„ner Burger zu Mauttendorf, und allen seinen „Erben, unser, und unsers Gottshaus hernach „beschribene Stück, Gült, und Gütter ꝛc.„; & post prolixam bonorum, quæ numero undecim sunt, descriptionem sequitur in fine hæc conclusio: „Alles getreulich, und unge„verlich, und des zu wahren urkhund geben „wir imme dem Caspar Portner diesen Brief mit „unserem obgemeldten Abbts Egidien, und un„seren des ganzen Convent anhangenten Insig„len

„len verfertiget, beschehen, und geben zu Saltz„burg ꝛc.„ Plura de istis bonis in Lungau divenditis hactenus non invenimus. Ex eodem motivo Dominus abbas Ægidius anno 1544. vendidit quinque bona in Heiming prope Triebenbach Domino de Alm, reservatis tamen monasterio decimis, de qua venditione in libro V. copiarum abbatis Ægidii fol. 20. & 24. leguntur littere sequentes, quarum initium damus: „Wir Egidius „von Gottes Gnaden Abbte, Wolfgangus „Prior, und das gantz Convent St. Peters „Gottshaus in Saltzburg St. Benedictorden „bekhennen sammentlich, und unverschaident„lich für uns, und all unser nachkhommen of„fentlich mit disem Brief, und thuen kund me„niglich. Nachdem der Edl, und vest Eu„stach von der Alm zu Hieburg, und Trieben„pach Erbtruchsaß des Erzstiffts, und der Zeit „Hofmarschalkh zu Saltzburg von wegen der „werch, und Schlachten an den Wasser Strom „der Saltzach neben, und bei seinen Sitz zu „Triebenpach, so er mit seinen merkhlichen dar„legen auf sein aigen kosten gemacht, zu uns, „und unseren Gottshaus spruch, und Verord„nung gesetzt, und vermaint hat, dieweil sol„che verwerchung nit allein ietzbenannten seinen „Sitz Triebenpach, und desselben zugehörigen „Güthern zu Gastaig, und Tachenhausen „samb den fünf Solden heußlen zu Villarn ge„legen, die dan uns, und unserem Gottshaus „mit Gruudherrschaft zuegehörig sein, zu Ver„sicherung, und Erhaltung derselben unser „Grund, und Blumengesnch zu sondern Nutz, „und Guten khembe, und daß wir derohalben „von angezogener unserer Güter wegen in den „unkosten, und Ausgab, so imme dem von der „Alm iber Marchung berirter werch, und „schlachten aufgeloffen, zum thail auch hulflich, „und mitleidig sein sollen, des wir uns aber da„mals in etlich weg beschwert zu sein vermaint, „und also auf sundern Befelch des Hochwirdi„gisten, Durchleichtigen, Hochgebohrnen Für„sten, und Herrn Herrn Ernsten confirmirten „zum Erzbischoffen des Stüfts Saltzburg, Le„gaten des Stuels ze Rom, Pfalzgrafen bei „Rhein, Herzogen in Ober, und Niderbairn ꝛc. „unseres gnedigisten Herrn die edlen, hochge„lehrten, und vesten Mathias Alber der Rech„ten Doctor, Canzler zu Saltzburg, und Pfle„ger zu Glanekh, und Hanß Münich Pfleger zu „Tetlhaim, und Halbenburg uns beeden Thai„len zu guethen sich der Sachen beladen, und so „viel vleißiger unterhandlung zwischen unser der „Theil gehaldten, daß wir uns doch zu lözst „unsers Thails (doch nicht ander gestald, dan „auf hochgedacht unsers gnädigsten Herrn von „Saltzburg, als Ordinarien, Herrn, und „Landfürsten zu geben, consens, und gnedige „Bewilligung) eingelassen, und bewilliget „haben gedachten von der Alm die angeregten si„ben Güther zu Heiming sambt den Burgrechts „Pfenning auf vorbemeldten unsers Gottshaus „fünf Häusern zu Villarn gelegen, in einen „landläuffigen Khauf folgen, und zustehen zu „lassen, alles mehrers, und lauters Innhalts „eines revers derohalben an Pfingstag S. An„tonien tag nächst verschünnen diß vier, und „vierzigsten jars unter vor hochgedacht unsers „gnedigsten Hern von Saltzburg Secret verfer„tigt, und aufgericht ꝛc. ꝛc.„ Et hæc de venditionibus factis sub Ægidio abbate, quæ alicujus majoris considerationis sunt. Legimus etiam, quod anno 1546. Dominus abbas vendiderit unam libram nummorum annui census ex quadam domo, & horto in Bergstrassen trans pontem, & rursus anno 1551. aliquod spatium ex prato Abbtwisen in Nonnthall, in favorem alicujus civis Joannis Eder, qui ibidem domum aliquam exstruxit.

V. Verum & alia rursus pro majori utilitate comparata,

Sicut autem Dominus Ægidius abbas hæc bona non vendidit in detrimentum monasterii, hinc omnino agendum est de bonis, & subditis, quos dictus Dominus præsul pro bono monasterii de novo comparavit. Memorlam, & sollicitudinem hujus abbatis ut plurimum commendant, quod a quodam nobili Domino Georgio de Nopping emerit viginti octo colonos in Aberse, aut potius dominium directum in eorum bona, & prædia: damus initium litterarum emptionis, quæ datæ fuerunt Salisburgi feria secunda post dominicam Quasi modo geniti &c.: quæ tunc incidebat in decimam tertiam Aprilis anno 1545.; sic enim leguntur: „Ich Georg von Nopping zu Perwang bekhen „für mich, und all meine Erben mit dem offen „Brief, wo der fürkhombt, daß ich mit guter „zeitiger Vorbetrachtung, und bedachten Muth „recht, redlich, und keuflich verkhauft, und „zu khauffen geben hab, verkhauf, und gib auch „hiemit zu khauffen aines stätten ewigen, und „unwiderruflichen Khaufs wissentlich, und in „chraft diß Briefs, wie ich es des von recht, und „Gewohnheit an kräftigsten tuen khan, soll, „und mag dem Hochwirdigen in Gott Vatter, „und Herrn Herrn Egidien Abbte St. Peters „Kloster in Saltzburg meinen gnedigen Herrn, „seiner Gnaden Convent, Gottshauß, und „nachkhumben meine Frau aigne Stück Gült, „und Güter hirnach genandt bei Abersee in Hüet„tenstainer Gericht, und St. Giligen Pfarr „gelegen, so frei aigen, auch aller Versatzung, „und Burden fray, und an mich von meines „Vaters weillendt Christophens von Nopping „sallingen gelassenen wittiben Frauen Sabina „geborn von Sonderdorf, anietz Degenhardten „röschl zu Marzoll ehelicher Gemahl durch ei„nen Vertrag, und Kauff kommen sein ꝛc. „ Ita incipiunt litteræ emptionis, quibus per extensum inserta sunt bona, numero viginti octo, quæ sunt in officio nostro Aberse, ubi jam a prima bonorum separatione aliquos accepimus subditos, qui etiamnum monasterio tanquam Domino directo serviunt. Constitisse autem hos subditos septingentas libras nummorum colligitur ex testimonio solutionis, quod nobilis Dominus de Nopping dedit Domino Ægidio abbati sub vicesima nona May anno supradicto, uti legitur in libro VI. copiarum Ægidii abbatis

fol. 17. ad finem. Non minoris, sed majoris fors considerationis est, quod Dominus abbas anno 1542. emerita duobus germanis fratribus Oefferl bonum Drummerlehen apud Parsch cum Schiltwisen, & adjacentibus sylvis, prout eruitur ex litteris originalibus duplici sigillo roboratis, quæ ita incipiunt. „Ich Herr Hans Laybriester, und ich „Ruprecht die Oefferl Gebrüder bekhennen für „uns, und all unser Erben mit dem offen Brief, „wo der fürkhumbt, daß uns der Hochwürdig „Herr Herr Egidi Abbt zu St. Peter in Saltz„burg unser gnädige Herr der Kauff Summa „benantlich vierzehenhundert Pfundt Pfenning „gueter Sältzburger werung von wegen den „Stuck, und Gütter genanndt das Drummer„lehen zu Pars, Schildwißen, und Holtzge„such daselbs zu Pars, welche wir iren Gna„den, und Gottshauß innhalt der aufgerichten „Kaufbrief derhalben ausgangen, zu Haus, „Hof, Veld, Wißmad, Aeckern, Peinthen ꝛc. „sambt der Varnuß Hab, und schier nichts „ausgenommen, zu kauffen geben, auf dato „des Briefs par berait an allen Abgang, und „Schaden entricht, bezalt, und begnügig ge„macht, die wir zu unseren sicheren Handen em„pfangen haben, daran wir, und unsere Er„ben ein gantz völliges Begnügen haben sollen, „und wollen ꝛc. ꝛc. zu Saltzburg beschehen an „St. Oswaltstag nach Christi Geburth fünfze„henhundert und in zwai- nnd vierzigsten jar ꝛc.„ Atque hæc sunt de emptionibus sub Ægidio abbate factis notatu maxime digna.

VI. Aliqua etiam bona cum aliis permutata fuerunt:

Hoc loco etiam recenseri merentur aliquæ permutationes, quas sub Ægidio abbate interveniisse legimus. Nos illis prætermissis, quæ minoris sunt considerationis, de illa solummodo mentionem facimus, quæ tribus ante obitum mensibus anno 1553. facta fuit cum illustrissimo, & Reverendissimo archiepiscopo Ernesto, cui pro molendino Geymüll dicto, in suburbio Millnensi, datum fuit molendinum aliud, Maltzmüll dictum, ibidem quoque situm. Litteræ permutationis relatu dignæ sunt, quæ & in originali exstant, & pariter in urbario officii nostri Spitall pag. 77. ita leguntur:

„Von Gottes Gnaden wir Ernst Confirmir„ter zum Ertzbischoffen des Stüfts Saltz„burg, Legat des Stuels zu Rom, Pfalzgraf „beim Rhein, Herzog in Ober, und Nider„bairn ꝛc. ꝛc. bekhennen für uns, gemeldts unser „Ertzstift, und nachkhommen, und thuen kund „meniglich mit gegenwertig offenen Brief, wo „der fürkhumbt, daß wir von Gelegenheit, und „Nutz wegen unsers Erzstifts Rechts werswеiß „auf ewig ibergeben, und verwechslet haben, „nemlich unser, und unser Ertzstift Saltzburg „Geymüll genanndt, die zu Mülln vor der statt „gelegen ist unser Hofmeisterey rechts aigen, „und Urbar, auch die järlich dient sechs Schaf „Roggen, die ietzo unser Rathe, und getreuer „lieber Pantaleon Kürner, beeden Rechten „Doctor, und sein ehliche Haußfrau Felicitas „Laßerin durch ainen Kauf, und Jacob Stol„legger Papiermacher erbrechtsweiß besitzen, „und innhaben, dem wirdigen unsern Rathe „lieben in Gott, und getreuen Egidi Abbt des „Gottshaus St. Peter zu gemeldter unser Stadt „Saltzburg desselben convent, und nachkhom„men, dieselb Geymüll wir demnach mit „Grund, und Boden, allen Rechten, Ge„rechtigkeiten, aigenthum, und allen irer zue„geherung gedachten Abbte, und Convent, al„ler irer nachkhommen Hand, Gewalt, Nutz, „und Gewerschaft in Maß, wie es unser Vor„farer hergebracht, ein, und ibergeantwurt, „also, das nun hinfüro, und von dato diß „Briefs gedachter Kürner, und sein Hausfrau „denselben, als iren rechten gründten unterwor„fen, gehorsam, zinsbar, und ihr urbars„leut aller Pflicht durch uns hiemit frei gezelt sein „solen; dargegen, und von wögen, das wir „neben obberirter Geymüll ihnen auch zu ver„gleichnuß ihres Werl aiu Aufgaab getan in „Gelt, benantlich aim hundert, und zwainzig „Pfund Pfenning, haben sie Abbt, und Con„vent uns, unsern Erzstüft, und nachkommen „ihr aigene Müll, genandt die Maltzmüll, en„halb des Bachs zwischen unser Pfister, und „Wolfgang Fagers Müllen gelegen, welche „järlich sechs Schaff Waitz zu Urbanstift dient, „mit allen erben, rechten, gerechtigkaiten, ai„genthumb, gebrauch, und gewer auf iberge„ben, darauf verzeichen, und begeben wir uns „obangezogener Geymüll, und aller derselben „zugehörung, wellen auch sambt unsern nach„kommen egedachten Abbts, convents, und „Gotshaus solches werl halben gewennlichen „fürstand tuen, und disen Werl, wie ob begrif„fen, ietzo und hinfüran stets behalten, treu„lich, ungeferlich. Des zu waren urkund wir „unser Secret an disen offen werlbrief zu hengen „bevolchen, und geben zu Saltzburg, Mitti„chen den 20ten Tag Monath Septembr., als „man zölt nach Christi unsers lieben Herrn ge„burt fünfzehen hundert und im 53ten jar.„

(L. S.)

Præter recensitas venditiones, emptiones, & bonorum permutationes legimus etiam unam, alteramve fundationem sub Ægidio abbate fuisse factam, & pariter confœderationem initam cum inclyto monasterio Attilensi in Bavaria. Anno 1538. D. Joannes Pleyer, qui se vocat consiliarium Principis Salisburgensis, & protonotarium, fundavit anniversarium cum duabus missis, qui monasterio dedit prædium Ruezenlehen in officio Weildorf in parochia Teissendorfensi, & præfectura Raschenberg; litteræ fundationis datæ fuerunt feria tertia post festum S. Martini anno superius notato. Anno 1544. Domina Anna Klözlin fundavit, ut singulis feriis sextis in quadragesima cantetur antiphona *Tenebræ &c.* pro qua fundatione assignavit monasterio aliquam certam pensionem ex domo salinaria in Reichenhall colligendam, quæ annuatim præstabatur decem florenis anno autem 1617. per aliud æquivalens hæc pensio permutata fuit. In

VII. Paucas fundationes, & unam confœderationem pariter sub eodem factas fuisse legimus.

hodiernum usque diem non tantum singulis feriis sextis in quadragesima, verum etiam per totum annum post officium conventuale cantatur a musicis, scholares autem, uti exprimitur in litteris fundationis, singulis feriis sextis in quadragesima aliquam eleemosynam pecuniariam accipiunt. De confœderatione cum celebri monasterio S. Michaelis in Attl Ord. S. Benedicti facta exstant sequentes litteræ confœderationis;

„Reverendo, venerabilibus, religiosis Pa„tribus ac Dominis percolendis, Do„mino Egidio abbati, N. Priori, totique „conventui monasterii S. Petri in Salzburg, „Benedictus abbas, Georgius Prior, nec „non universus conventus monasterii S. Mi„chaelis in Attl Ord. S. Benedicti Frisingen„sis dioceſis cum devotis orationibus fra„ternam in Domino charitatem. Quia ex „canonica beati Petri, bonum esse orare pro „invicem didicimus, quam ob rem de ipsius, „qui nonnunquam infirma mundi eligit, „largitate, & misericordia immensa, vo„bis, vestrisque confratribus, successori„bus, vivis, ac mortuis confraternitatem, „& omnium missarum, orationum, predi„cationum, jejuniorum, abstinentiarum, „vigiliarum, laborum, hospitalitatum, ce„terorumque bonorum, que per nos, & „successores nostros omnipotens fieri con„donaverit, presentium tenore participium „concedimus speciale, volumus etiam de„vote supplicando, ut post decessum anime, „vel abbatis, aut alterius cujuscunque fra„tris monasterii vestri supradicti nostro con„ventui intimando recommendetur, ut ex„equias illius fideliter exequamur, diem „depositionis ejus calendario nostri mortile„gii adscribendo. In cujus concessionis te„stimonium sigilla nostra, videlicet abba„tie, & conventus nostri predicti monaste„rii presentibus duximus appendenda. Da„tum in monasterio nostro Attl sub anno Do„mini millesimo, quingentesimo, quadra„gesimo septimo, die vero nona mensis „Marcii.„ (L.S.)

VIII. Suscepit multos ad S. professionem, & postquam

Laudabilem etiam de hoc præsule reflexionem meretur, quod religiosam sobolem in monasterio suo auxerit, & primo statim abbatialis regiminis anno facultatem obtinuerit a Legato apostolico Petro Paulo Vergerio Justinopolitano vigore alicujus rescripti etiamnum in originali exstantis sex religiosos juvenes post completum annum vigesimum primum ad omnes ordines etiam presbyteratum, & extra tempora promovendi. Spatio octodecim annorum cum dimidio, quo abbatiæ in omnibus sine querela præfuit, ad sacram professionem suscepit religiosos pariter decem & octo, inter quos in ordine quartus erat immediatus ejusdem in abbatia successor Benedictus de Brixina, seu Benedictus Obergasser, patria Tyrolensis, vir & abbas de monasterio nostro optime meritus, qui vigesima prima Augusti anno 1538. in manus abbatis Ægidii in sacra vota juravit. Legimus etiam de Ægidio abbate aliquam formulam resignationis, ubi & quasdam post suam resignationem conditiones servandas expetiit; in puncto decimo vocat se jubilæum, quod & omnino veritati consentaneum est, eo quod ab anno novitiatus 1503. usque ad annum 1553. quinquaginta annos in vita religiosa expleverit. Verum usque ad mortem oneri abbatiali non succubuit, sed in officio mortuus, ut superius a nobis dictum die octava decembris anno 1553., postquam sub duobus vixit archiepiscopis, videlicet sub Domino D. archiepiscopo Matthæo Langio, qui spatio viginti annorum, & decem mensium, quibus Salisburgensi præfuit ecclesiæ, quatuor confirmavit abbates ad S. Petrum, Joannem IV. Staupitium, Chilianum, Georgium II., & Ægidium, mortuus autem anno 1540. die trigesima Martii anno ætatis septuagesimo secundo; cui successit in archiepiscopali sede Ernestus Alberti sapientis Bavariæ Ducis, & Cunigundæ Austriacæ filius, a Salisburgensibus postulatus, postquam episcopatum Pataviensem in annum vigesimum tertium administrasset. Sub hoc archipræsule Ernesto quatuordecim ferme annos abbatialis regiminis explevit Ægidius abbas noster, qui anno præcedente ad finem, nimirum anno 1553. in gravi obiit senectute: anno autem sequente, videlicet 1554. Altefatus sapientissimus Præsul die decima sexta Julii dignitatem archiepiscopalem sponte abdicavit, seque transtulit in comitatum Glacensem, ubi post sex annos anno ætatis sexagesimo die septima Decembris pie in Domino obdormivit.

sub duobus archiepiscopis vixit, obiit anno 1553.

BENE-

BENEDICTUS,

ABBAS AD S. PETRUM LXVI.

AB ANNO 1554. USQUE AD ANNUM 1577.

1. Vacante abbatia administrator fuit P. Benedictus Obergasser.

Vacabat post mortem Ægidii abbatis, quæ accidit octava Decembris die anno 1553., sedis abbatialis in monasterio nostro per hebdomadas novem, quia præcessit visitatio per Commissarios Domini D. Ordinarii nostri suscepta, cujus tamen causa liquido non constat. Sicut autem, ut fieri amat, in ejusmodi circumstantiis usque ad futuram electionem Oeconomi, & administratores, authoritate Domini D. Archiepiscopi, & terræ Principis, solent constitui, ita hæc sors cecidit in Patrem Benedictum de Brixa, qui sub hoc nomine, de Patria sumpto, ut consuetudo tunc ferebat, ex testimonio schedæ professionis sub Ægidio abbate immediate præcedente anno 1538. die vigesima prima Augusti in monasterio nostro expresse fuit professus; & quamvis nec cognomen, nec patriæ locus sat clare in scheda professionis exprimatur, attamen manuscripta nostra eidem attribuunt cognomen Obergasser, patria autem fuisse Tyrolensem colligitur ex quadam epistola, quam vigesima sexta Octobris anno 1554. scripsit Domino Hieronymo Præposito Neocellensi prope Brixinam, in qua non tantum gratias agit pro votis ad abbatiam recenter obtentam, in eundem collatis, verum etiam propinquos suos eidem commendat. Ante sui electionem præfatus Benedictus in multis occasionibus monasterio fideliter inserviit; nam brevi post sacerdotium missus in abbatisaugiam in subsidium parochialium functionum, exin anno 1546. factus fuit Subprior: anno autem insequente promotus ad officium Prioratus: cui autem officio tempore obitus Ægidii abbatis præfuerit, non satis liquet, verosimilius vices gessit œconomi, in quo charactere simul, & administratoris stetit, abbatia post mortem Domini Ægidii abbatis vacante, ut jam in limine mentio fuit facta.

II. Qui & anno 1554. die nona Februarii in abbatem electus,

Elapso igitur longiori, ac tunc temporis erat moris, post mortem ultimi abbatis, termino, tandem nona Februarii dies pro electione novi abbatis fuit determinata, qua die concordi calculo in abbatem supradictus P. Benenedictus Obergasser eligitur. Quoniam vero de hujus electione aliquod instrumentum non exstat, & vero similius injuria temporum periit; hinc annotamus ea, quæ in manuscriptis chronicis invenimus, maxime autem, quam ipse neoelectus abbas in quodam suo registro de sui electione scriptum reliquit. In manuscripto R., quod est chronicon Martini abbatis, sequentia leguntur: „Anno Domini 1554. post novem „hebdomadas constituta est dies ad electio„nem futuri abbatis nona Februarii, in qua „frater Benedictus Obergasser Tyrolensis in „abbatem hujus monasterii est electus, post„modum vigesima octava Februarii confir„mationem, & quarta Martii benedictionem „a Domino Hieronymo episcopo Chiemen„si in nostri cœnobii templo accepit, con„vivio in die benedictionis Reverendissimus „archiepiscopus in propria persona adfuit". Ita manuscriptum citatum. Catalogus Albertinus impressus anno 1646. de electione, confirmatione, & benedictione sequentia notat: „Mortuo Ægidio post IX. he„bdomadarum interregnum anno MDLIV. „rite, & canonice in abbatem eligitur Re„verendus Dominus Benedictus Obergasser „Tyrolensis, confirmatur II. die Martii, „consecratur ejusdem mensis die quarto a „Hieronymo episcopo Chiemensi, præsente „archiepiscopo Michaele in ecclesia S. Petri". Verum hæc narratio merito criticam reflexionem patitur, præsentem nimirum fuisse Archiepiscopum MICHAELEM, nam ut testatur concors Salisburgensis chronologia, dictus Archiepiscopus Michael Kienburgicus eodem quidem anno 1554., sed primum vigesima prima Julii, sexta die post resignationem antecessoris Ernesti in archiepiscopum fuit electus, unde vel loco Michaelis debuisset exprimi nomen Ernesti, archiepiscopi tunc regnantis, vel si adfuit Michael tam in confirmatione, quam in benedictione, dignitate archiepiscopali nondum fulgebat; quod enim fuerit abbas noster Benedictus confirmatus ab Ernesto archiepiscopo, Superioris, & inferioris Bavariæ Duce, testatur authenticum instrumentum confirmationis sequenti numero allegandum, quod est signatum sub secunda mensis Martii eodem anno, videlicet millesimo quingentesimo, quinquagesimo quarto. Confirmat hæc omnia Ipse Dominus abbas Benedictus, de quo agimus, in quodam manuscripto, in quo manifestatur ejus insignis humilitas, firma in Deum fiducia, aliæque virtutes, ita enim scribit pientissimus abbas in quodam suo ratiociniorum libro: „Anno Domini 1554. nona Februarii post „obitum Reverendi P. Ægydii hujus cœno„bii abbatis, vacante abbatia novem he„bdomadis, tandem nona die februarii im„petrata est electio, & ipso die habita, in „qua pro dolor adiit mentem meam magna „angustia, coactus quasi ab omnibus, ac „fratribus acclamantibus, divinæ sic putans „non licere amplius resistere voluntati, qua„re, licet omnino invitus, consensum præ„bui, manum meam in manus Domini Chri„stophori de Lamberg Decani, & Officialis „curiæ Salisburgensis, & in hoc actu ele„ctionis commissarii principalis, adstipula„tus, sicque omnem meam insufficientiam „divinæ offerens gratiæ; nam sufficientia „nostra ex Deo est, in qua nunc vivo, & „spero, spes mea tota Christus est". Hæc Benedictus abbas, & post pauca subnectit hunc versiculum dimidiatum.

„Deus cunctipotens dabit hisquoque finem.

Post hanc electionem, de qua in particulari plura reperiri non potuerunt in actis, secuta fuit confirmatio vigesima octava Februarii, ut colligitur ex authentico instrumento. Instrumentum autem authenticum in membrana scriptum, & magno sigillo, instar scutellæ ex cera formatum, sequentem refert tenorem de verbo ad verbum;

III. Et vigesima octava Februarii a DD. Ernesto archiepiscopo confirmatus fuit.

„ERNESTUS Dei gratia confirmatus in „archiepiscopum ecclesiæ Salzburgen., „apostolicæ sedis Legatus, comes Palati„nus Rheni, Superioris, & Inferioris Ba„variæ Dux &c. Dilectis nobis in Christo „Augustino Priori, Ambrosio Seniori, to„tique Conventui monasterii S. Petri Ord. „S. Benedicti civitatis nostre Salzburgen. sa„lutem in Domino sempiternam. Vacante „nuper abbatia ejusdem monasterii per obi„tum quondam Ægidii ultimi, & immedia„ti eiusdem monasterii abbatis, & illius cor„pore ecclesiastice tradito sepulture vos his, „qui commode potuerunt, & debuerunt in„teresse, vocatis, ad electionem futuri ab„batis precedentibus observatis solennitati„bus, de jure debitis, & consuetis dilectum „nobis in Christo Benedictum confratrem „vestrum in dicto monasterio ordinis S. Be„nedicti expresse professum, in vestrum, ac „monasterii vestri abbatem per viam com„promissi liberi (accedente nostro consen„su, voluntate, & commissione) rite, & „canonice elegistis. Qui quidem divine no„lens resistere voluntati, in hujusmodi ele„ctionem de se factam humiliter consensit, „prout hæc, & alia in quodam instrumen„to decreti electionis vestre nobis desuper „exhibito plenius vidimus contineri; nobis„que humiliter supplicare fecistis, quatenus „hujusmodi electionem, ut prefertur, sa„ctam benigne confirmare dignaremur. „Nos vero, ne contra doctrinam Apostoli „prefato electo manus cito imponere vi„deamur, cridam, & proclamationem „mandavimus fieri generales, ut, si qui e„sent, qui in formam electionis, persone „electe, seu eligentium dicere, seu op-

ponere

„ponere vellent, die mercurii poſt do„minicam Oculi, quæ fuit ultima menſis „Februarii, hic in aula noſtra archiepiſco„pali coram nobis compareant, dicturi, & „allegaturi, quod juſticia ſuaſerit & ordo „dictaverit rationis. Alioquin dicto electo, „prout juſtum fuerit, munus confirmatio„nis impendere vellemus, citatorum con„tumacia, ſive abſentia non obſtante. Ad„veniente itaque dicto termino, videlicet „die ultima dicti menſis Februarii, & pre„fato Benedicto coram nobis in aula noſtra „archiepiſcopali prefata comparente, & in „hujusmodi negotio confirmationis ad ul„teriora procedi petente, dictaque citatio„ne, ſeu proclamatione legitime executa, „& coram nobis denuo reproducta; nemi„nemque, qui contra formam electionis, „perſonam electam, ſeu perſonas eligen„tium quidquam opponere vellet, ſe mani„feſtante. Nos igitur electum predictum „examinari fecimus, & tandem de ydonei„tate perſone electe per ydoneos, teſtes ſuf„ficienter informati, ſingulisque aliis, in „ejusmodi electionis negotio diligenter pen„ſatis; cum nullum tam circa electionis „formam, quam electi, ſeu eligentium per„ſonas, ſive alias canonicum appareat im„pedimentum, prefatam electionem de per„ſona dicti fratris Benedicti factam, autho„ritate noſtra ordinaria confirmandum du„ximus, & confirmamus. Eundemque Be„nedictum electum per annuli traditionem „de eadem abbatia inveſtimus, admini„ſtrationem ſpiritualium, & temporalium „ejusdem abbatie, ſibi plenarie committen„do. Adhibitis ſolennitatibus in his adhi„beri ſolitis, & conſuetis. Quare devotio„nes veſtras hortamur, requiribus, & mo„nemus, vobisque nihilominus in virtute „S. obedientie, auctoritate noſtra ordinaria, „diſtricte mandamus, quatenus ſupradictum „Benedictum in abbatem veſtrum recipia„ris, ſibi tam in ſpiritualibus, quam tem„poraltbus obedientiam, & reverentiam „tam debitas, quam condignas exhibituri, „alioquin contra inobedientes, & rebelles „per cenſuram eccleſiaſticam, & alia juris „remedia, atque pœnas condignas proce„dere non obmittemus. Harum teſtimo„nio litterarum ſigilli noſtri appenſione mu„nitarum. Datum in civitate noſtra Salz„burgen. ſecunda die menſis Martii anno „Domini milleſimo, quingenteſimo, quin„quageſimo quarto“.

(L.S.)

Hucusque tenor Inſtrumenti.

IV. Quis Benedictus abbas in ſuo regimine fuerit? ſynoptice exponitur;

Antequam ad ſpecialia deſcendamus, quæ de hoc Præſule Benedicto, de monaſterio noſtro optime merito, notari merentur, placet ſynopſin abbatialis adminiſtrationis ex actis, & documentis noſtris domeſticis præmittere. Omnia autem noſtra chronica, & abatum catalogi conſentiunt, quod abbas Benedictus fuerit vir multa pietate, religione, & devotione commendabilis, zelo animarum, prout in ſuo chronico ſcribit Martinus abbas, gregis ſibi commiſſi ferventer æſtuans largus, miſericors, diſpenſator fidelis, provinciam ſibi commendatam optime adminiſtrans, omnibus gratus, & charus. Cancellariam, & domum villicanam e fundamentis exſtruxit, urbarium de omnibus officiis ad monaſterium ſpectantibus ſingulari induſtria conſcripſit, quod etiamnum pro norma inſtar theſauri aſſervatur, & in perpetuo uſu receptum eſt. Cum anno 1571. peſtis Salisburgi crudeliter ſæviret a die trigeſima menſis Maji usque ad ſequentis anni diem quartum aprilis, civitasque pene eſſet deſerta, archiepiſcopus ipſe vitaturus periculum cum aula ſua Milldorfium, ſe receperat, canonici autem & alii ex primariis, & ditioribus vitæ ſalvandæ cauſa ad alias terras emigrarent, Benedictus abbas inſtans in monaſterio cum toto ſuo conventu permanſit, ac tanta providentia, & cura ipſum cuſtodivit, ut nemo fuerit mortuus excepto ædituo, qui clam in civitatem egreſſus, nec, cum rediret, intromiſſus, extra mox lue peſtifera contracta extinctus eſt. Non vulgares tulit in regimine ſuo afflictiones, & adverſitates, aquarum inundationes, bella impendentia, ſpeciatim experiri debuit, quod vina noſtra neceſſaria ex Auſtria adducta naufragium fuerint paſſa; quamvis aliqua dolia ab interitu vindicata ægerrime domum fuerint reducta. Propter hæreſin illo tempore in variis locis graſſantem, vix in parochiis Wiettingæ, & Dornbachii catholicos animarum paſtores adinvenire potuit, quæ difficultates, & ærumnæ adeo gravabant, & deprimebant animam boni Præſulis, ut ſæpius de mole abbatiæ deponenda cogitaret, ſi nactus fuiſſet, in cujus humeros citra monaſterii detrimentum onus reclinare potuiſſet. Tandem cum monaſterium viginti tribus annis complectis laudabiliter gubernaſſet, anno ætatis ſuæ quinquageſimo octavo, III. Idus Aprilis anno 1577. animam Deo reddidit, poſt varias præcedentes infirmitates, calculi præſertim acutos dolores. Reliquit magnam omnium rerum neceſſariarum, maxime vini, frumentique proviſionem, quæ tamen omnia poſt ejus obitum, teſtante eodem Chroniſta, ita brevi abſumpta fuerunt, quaſi nihil prorſus reliquiſſe videretur. Sepultus eſt in capella S. Viti, eodemque poſitum eſt ſequens epitaphium:

Hic conditus eſt Reverendus in Chriſto Pater, ac Dominus Benedictur hujus venerabilis, & antiqui monaſterii abbas bene meritus, religionis, & æquitatis amans, regularis vitæ cuſtos obſervans, erga pauperes eleemoſynarum diſtributor liberalis. Obiit anno Domini MDLXXVII. tertio idus Aprilis, anno vero ætatis, LVIII., cujus anima Deo vivat.

Viginti tribus annis, quibus paterna cura rexerat monaſterium noſtrum abbas Benedictus, religioſos tantum tredecim ſuſcepit ad ſacram religionem, & inter hos etiam ſuum immediatum ſucceſſorem ANDREAM, relictis veſtigiis minime inhærentem, & in regimine ſuo non ſine culpa valde infelicem, ut infra ſuo loco in ordine chronologico videbimus.

V. Specialiter autem referri meretur, quod anno 1562. in Concilio Tridentino procuratorem conſtituerit.

Reſtant autem non pauca notatu digna quæ de laudabili regimine abbatis Benedicti referri merentur, ſpeciatim, quod anno 1562. in Concilio Tridentino procuratorem conſtituerit; ſynodo Salisburgenſi ſub Archiepiſcopo Joanne Jacobo de Kuen bis celebrato interfuerit, aliaque laudabilia etiam inter multas calamitates pro bono monaſterii præſtiterit. Scimus ex hiſtoria, quod ſummus Pontifex Paulus III. ad omne hæreſum genus exterminandum concilium œcumenicum indixerit, quod anno 1536. Mantuam primum, dein Vincentiam anno inſequente: cum autem nec in hunc, nec in illum locum conſentirent Germaniæ Principes, anno 1542. Tridentum, quæ urbs eſt in Germaniæ, & Italiæ finibus, concilio celebranda aſſignaverit. In hoc Concilio (quod cœptum fuit anno 1545. imperante Carolo V., & cura ingenti trium ſummorum Pontificum Pauli III., Julii III., & Pii IV., tandem anno 1563. abſolutum imperante Ferdinando I. Imperatore) non tantum præſentes fuerunt Cardinales, Legati, Patriarchæ, archiepiſcopi, Epiſcopi, abbates, & Generales Ordinum, verum etiam epiſcoporum, & abbatum procuratores quamplurimi. Unde jam de abbate præcedente Ægidio, qui erat Anteceſſor Benedicti, de quo agimus abbatis, exſtant in actis aliqua fragmenta, quod & ipſe jam anno 1552. aliquem procuratorem in concilio conſtituerit, in quem finem D. Hercules Rettinger Doctor, & Canonicus Brixinenſis prædicto abbati copiam denominandi procuratorem transmiſit, qui D. Rettinger fors & ipſe in concilio ut procurator præſens fuit, quamvis colligi non poſſit, quisnam procurator fuerit a D. Ægidio abbate noſtro conſtitutus. Bene autem acta exſtantia, quæ ad manus habemus, probant, quod D. abbas Benedictus non tantum pro ſuo procuratore conſtituerit anno 1562. D. Felicianum a Morbinio, verum etiam ab eodem procuratore durante concilio de ſtatu, & progreſſu hujus œcumenici congreſſus plures epiſtolas, varias quoque propoſitiones, deciſiones, & articulos hujus concilii acceperit, etiamnum in originali exſtantes. Non piget referre copiam mandati, quod abbas noſter Benedictus dedit tempore concilii Tridentini præfato P. R. & Clariſſimo Viro Feliciano a Morbinio, qui erat Sacri Ordinis prædicatorum religioſus & tunc temporis illuſtriſſimi Principis, & Archiepiſcopi Salisburgenſis Theologus, & Conſiliarius eccleſiaſticus. Copia mandati in forma inſtrumenti erecti ſequentem habet tenorem.

VI. Vigore mandati, & inſtrumenti in hunc finem deſuper erecti;

„In nomine Domini, amen. Univerſis, & ſingulis præſentes noſtras litteras, ſive „præſens inſtrumentum inſpecturis, lectu„ris pariter, & audituris Benedictus Dei „gratia abbas monaſterii S. Petri Ordinis „divi Benedicti in civitate Salispurgenſi ſa„lutem in eo, qui eſt vera ſalus Quandoqui„dem ſanctiſſimus in Chriſto Pater, & Do„minus noſter Dominus Pius Quartus ſan„ctæ Romæ, & univerſalis eccleſiæ ſum„mus Moderator, & Pontifex ſacrum œcu„menicum generale concilium dudum per „feliciſſimarum recordationum Dominos „Paulum, & Julium Tertium prædeceſſo„res ſuos ad civitatem Tridentinam convo„catum, & feliciter in Domino auſpicatum, „ſed per eorundem obitum, aliaque impe„dimenta multa dimiſſum, & ſuſpenſum, in „eadem civitate Tridentina ſtatu, quo reli„ctum fuerat, reaſſumendum, & proſequen„dum eſſe certo ſtatuerit, & decreverit, eo„que reverendiſſimos Patriarchas, Prima„tes, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, „cœterosque prælatos eccleſiaſticos, atque „omnes, & ſingulos conciliis œcumenicis „& generalibus de jure, ſive conſuetudine „intereſſe debentes, denuo convocaverit, „nosque ex iis quoque cenſentes, qui hujus„modi ſacre convocationi perſonaliter com„parere debeant, idque pro filiali noſtra obe„dientia exhibere omnino in votis habue„rimus, & deſideraverimus, niſi adverſa „corporis valetudine, negotiisque, & oc„cupationibus maximis ad hoc iter Triden„tum usque ſuſcipiendum omnino impedi„remur, eapropter omnibus melioribus mo„do, via, & ordine, quibus jure poſſumus, „& debemus, procuratorem, actorem, & „factorem noſtrum generalem, & ſpecia„lem (ita tamen, quod generalitas ſpecia„litati non deroget (Reverendum, ac no„bilem virum Dominum Fœlicianum a Mor„binio prædicatorii ordinis, Sacræ Theolo„giæ Doctorem, & Reverendiſſimi Archi„præſulis, ac Principis noſtri Salisburgen„ſis Theologum, & eccleſiaſticum Conſilia„rium &c. abſentem, tanquam præſentem „per ſe, & in ſolidum per præſentes ordi„namus, conſtituimus, atque deputamus, „videlicet ad noſtro, & dictæ eccleſiæ no„ſtræ nomine inprimis prædictas noſtras ex„cuſationes (ſi opus fuerit) coram Illuſtriſ„ſimis, & Reverendiſſimis Dominis dicti „concilii Tridentini ſanctiſſimi Domini no„ſtri Domini Pii Papæ quarti de latere Le„gatis &c. ac Reverendiſſimis Dominis ejus„dem concilii præſidentibus, vel aliis qui„buscunque ad examinandas excuſationes „abſentium ſpecialiter deputatis, vel depu„tandis, viva voce preponendas, & alle„gandas, & ſi neceſſe fuerit, etiam jura„mento in animam noſtram proteſtando af„firmandas: Deinde eodem nomine omni„bus,

„bus, & ſingulis actibus, congregationibus, „& ſeſſionibus conciliariis intereſſendum, „cumque beatiſſimo Papa noſtro, vel ejus de „Latere Legatis, Reverendiſſimisque, & „reverendis Patribus prædictis concilio in„tereſſentibus, & interfuturis, ea, quæ ad „tollenda fidei, & religionis noſtræ ſacra„ſanctæ diſſidia, pacemque, & unitatem „eccleſiæ, & Chriſtiani populi reddendam, „& reſtituendam conducent, & neceſſaria „ſint tractandum, conſultandum, decernen„dum, abſolvendum, & conſentiendum, eo„que nomine, ſi opus fuerit, unum vel plu„res procuratores loco ſui ſubſtituendum, „eumque, vel eos pro arbitrio revocandum, „omniaque, & ſingula alia faciendum, di„cendum, allegandum, & procurandum, „circa præmiſſa quomodolibet opportuna, „& neceſſaria fuerint, etiamſi talia forent, „quæ ſpec alius mandatum exigerent, quam „præſenti expreſſum eſt, ſub fide dignitatis „noſtræ, ac ſub obligatione, & hypotheca„tione omnium, & ſingulorum bonorum „eccleſiæ noſtræ præſcriptæ preſentium, & „futurorum, promittentes inſuper pro nobis, „& eadem noſtra eccleſia ratum, gratum, „atque firmum habituros, quidquid idem „noſter procurator, actor, & factor, aut „ejusdem ſubſtituendi in præmiſſis procura„rint, egerint, ac fecerint, ſub eadem et„iam fide, & cautione aſſeverantes, quod „illos, & eorum quemlibet in omnibus, & „ſingulis, quæ præmiſſorum cauſa, & oc„caſione ipſis quomodolibet injuncta, & im„poſita fuerint, indemnes relevabimus, ex„preſſe renuntiantes omnibus, & ſingulis „exceptionibus, quæ nos, aut dictum no„ſtrum monaſterium in præmiſſis tueri aut „defendere poſſunt. In quorum omnium, „& ſingulorum fidem, & teſtimonium pre„ſentes noſtras litteras, ſive hoc preſens in„ſtrumentum confici, per notarium publi„cari, ſubſcribi & in hanc publicam for„mam redigi, ſigillique noſtri abbatialis juſ„ſimus, & fecimus appenſione communiri. „Datum & actum in dicto noſtro cœnobio „ſub noſtræ ſalutis anno 1562. die vero „menſis. . . . Februarii, pontificatus præ„fati ſanctiſſimi Domini Pape anno tertio, „preſentibus honeſtis viris &c.“. Hucusque copia inſtrumenti, per quod mandatum directum fuit ſupradicto D. P. Feliciano a Morbinio.

VII. Quod tam ad primam Synodum Salisburgenſem anno 1569. celebratam.

Poſtquam anno 1563. finis eſſet impoſitus conventibus Tridentinis, & Pius IV. ſummus Pontifex poſt approbationem concilii hujus œcumenici urgeret, ut leges in eodem decreto publicarentur in provinciis, vigilantiſſimus archipræſul Salisburgenſis JOANNES JACOBUS ex nobiliſſima Tyrolenſium gente de Kuen omnium minime defuit, ut decreta Tridentina pro captu iſtarum regionum accomodarentur. In quem finem, licet prius intenderit, aſt negotiis, & adverſis impeditus, ut referunt acta Salisburgenſia, non maturius, ſed anno primam 1569. Synodum convocavit, quæ etiam ſolenniſſime a die decima quarta Martii, quæ erat feria ſecunda poſt dominicam OCULI usque ad vigeſimam octavam Martii in præſentia plurium epiſcoporum, aliorumque ampliſſimorum virorum fuit celebrata, & quidem tali tempore, quo propter fidem catholicam undique languentem erat miſerrimus ſtatus in diœceſi Salisburgenſi, in Styria præſertim, & Carinthia, poſtquam Maximilianus Imperator anno 1568. neceſſitate temporum adactus nobilitati auſtriacæ libertatem religionis, quæ hactenus ſine effectu flagitata fuit, indulſit, Ad hanc ſynodum anno 1569. Salisburgi celebratam etiam abbas noſter Benedictus ſequentibus litteris archiepiſcopalibus fuit vocatus.

„Honorabili nobis in Chriſto ſyncere di„lecto Benedicto abbati monaſterii S. „Petri Salzburgen. conſiliario noſtro „JOANNES JACOBUS Dei gratia ar„chiepiſcopus eccleſiæ Salisburg. apo„ſtolicæ Sedis Legatus.

„Honorabilis nobis in Chriſto ſyncere di„lecte. Synodos eſſe ſalutem eccleſiæ, „terrorem hoſtium ejus, & noſtræ fidei ca„tholicæ ſtabilimentum, jam pridem noſti „ex apoſtolicis actis, & antiquorum Patrum „lectione. Quæ, quantum his calamitoſis „temporius, præſertim quotidie jam du„dum damnatis hæreſibus repullulantibus „neceſſariæ ſint, eccleſiæ graviſſima infli„cta vulnera, & undique lacerata membra „oſtendunt. Cum itaque ſacrum œcume„nicum nuper Tridenti celebratum conci„lium nobis, ac cæteris archiepiſcopis ſe„rio injungat hoc ſaluberrimum ſynodorum „remedium, quamprimum fieri poſſit, et„iam in noſtra provincia celebrare, & in„dicere, paucisque elapſis diebus a ſanctiſ„ſimo Domino noſtro Papa Pio V. per bre„ve apoſtolicum ad hoc hortati ſumus. Ideo „nos tanquam obedientes, & officii noſtri „metropolitici memores, & rebus tam ne„ceſſariis cupientes in tempore debito, & „forma correctionem, & opportunum ad„hibere remedium, conſtituimus ſynodum, „ſeu provinciale conſilium unacum noſtræ „provinciæ epiſcopis, abbatibus, prælatis, „archidiaconis, & Decanis ruralibus ad diem „lunæ poſt dominicam Oculi, quæ erit de„cima quarta menſis Martii proxime futu„ri in civitate noſtra Salzburgen. celebrare, „atque ibidem, quæ ad conſervationem no„ſtræ veræ religionis reformationem mo„rum, atque exonerationem gravaminum, „quæ contra immunitates, & privilegia ec„cleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum „irrepſerunt, conducere poſſunt, conſulta„re, tractare, atque annuente nobis divina „gratia concludere, ac tandem competen„tibus vlis, & modis ad effectum deducere. „Præmiſſorum ergo omnium, & ſingulorum „ratione, & intuitu tibi diſtricte præcipien„do

„do mandamus, quatenus ad dictum con„cilium provinciale die superius præscripto „in civitate nostra Salzburgens. omni mora „posthabita, nisi inevitabilis necessitas ex„cuset, cum pontificalibus tuis personaliter „præsens sis, & gravamina, si quæ habue„ris, in eodem concilio provinciali referri, „& proponi cures: ex tunc a nobis, & „coëpiscopis nostris, nec non aliis, quos „similiter ad idem concilium provinciale „convocavimus, auditurus, & nobiscum „consulturus ea, quæ indemnitati, & com„moditati ecclesiarum, & libertati eccleśia„sticarum personarum, ac reformationi Cle„ri, & honori totius status, & ordinis ec„clesiastici conducere videbuntur. Faciens „in eo debitum tuum, nostrumque jussum, „& voluntatem. Datæ in civitate nostra „Salzburgens. die vigesima nona mensis Ja„nuarii anno ut LXVIIII. (L.S.)". Hucusque litteræ convocatoriæ (quæ præsentatæ fuerunt die decima Februarii dicto anno) ad synodum Salisburgensem, quæ synodus, aut potius saluberrimæ constitutiones, numero sexaginta quatuor, in ea conditæ, ut ait Hansizius in vita Joannis Jacobi num. XI. pag. 628. erant opus sane absolutissimum, ac veluti corpus Juris sacri provinciæ Salisburgensis, omnium superiorum archipræsulum statuta complectens, dilucidans, extendens, atque ubi opus, attemperans, ad religionis præcipue catholicæ conservationem, hæresum exstirpationem directum, & veluti aurea regula, & amussis vitæ tum clericalis, tum pastoralis, tum & regularis. Huic Synodo subscripserunt Ipsemet Illustrissimus, & Reverendissimus Dominus D. Joannes Jacobus archiepiscopus Salisburgensis, Urbanus episcopus Pataviensis, Urbanus episcopus Gurcensis, Christophorus episcopus Chiemensis, Petrus episcopus Seccoviensis, Ernestus administrator Frisingensis, Bavariæ Dux; Joannes Thomas a Spauer coadjutor Brixinensis, Caspar Macer SS. Theologiæ Doctor ecclesiæ Ratisbonensis Orator. Constantinus Præpositus S. Andreæ ecclesiæ cathedralis Laventinensis. Post hos Christophorus Præpositus Salisburgensis, Wilhelmus de Trautmanstorf Decanus Salisburgensis, Antonius comes Lodroni Canonicus Salisburgensis, Joannes de Adelzhausen Decanus Frisingensis, Joachimus a Wembling canonicus Frisingensis. Joannes Eberhardus a Türhaim canonicus Ratisponensis, Bernardus Schwarz Decanus Pataviensis, Conradus Schwagerius SS. Theologiæ Doctor canonicus Patavinus, Blasius Aliprandinus Canonicus, & Suffraganeus Brixinensis, Benedictus abbas S. Petri Ord. S. Benedicti, Georgius abbas de monte S. Georgii Ord. S. Benedicti, & plures alii, qui c. l. apud Hansizium legi possunt. Atque hæc fuit prima synodus sub Joanne Jacobo archiepiscopo post concilium Tridentinum celebrata.

VIII. Quam & alteram pro executione decretorum anno 1573. iteratam vocatus fuerit.

Postquam vero istæ constitutiones synodales pro approbatione Romam fuerant transmissæ, ablegato Feliciano Ninquarda, atque cum approbatione pontificia a summo Pontifice Gregorio XIII. obtenta, idem Felicianus rediit, alter conventus synodalis anno 1573. die vicesima quarta Augusti Salisburgi institutus fuit, in quo nupernorum decretorum publicatio, propositumque mandatum de iisdem observandis. Ad hanc synodum rursus per speciales litteras in lingua germanica scriptas ab ipso Reverendissimo Domino D. Joanne Jacobo archiepiscopo vocatus fuit abbas noster Benedictus sequenti tenore:

„Honorabilis nobis in Christo,
„sincere dilecte:

„Du hast dich ohne zweifel noch wohl zu er„rinneren, daß wir uns in nächst gehal„tenen alhier Provincial Synodo mit unseren „Bischouen, Prälathen, und den Clero un„serer Provinz etlicher statuten unser allgemei„ne Religion, auch den geistlichen statum be„treffent vergliechen, auch daß wir dieselben „der Päbstlichen Heiligkeit pro approbatione, „& confirmatione nomine totius provinciæ „nostræ durch den ersamen, hochgelehrten un„sern geistlichen Rath, lieben in Gott, und „getreuen P. Felicianum zugeschickt haben; „wie er auch darauf bei nächst abgeleibter, „und jetziger Päbstlichen Heiligkeit unsern al„lergnädigsten Herrn sein habundten beuelch „vericht, und uns aller verloffenen Handlung „Summarische relation, und Bericht gethan „hat. Dieweil sich dan dem vorigen Beschlus „nach gebiren will, daß des berührten P. Feli„ciani Verrichtung vernummen, und ange„hört werde, so haben wir als metropolitan „darzue den 24sten Tag nachkomstigen Mo„nath Augusti alhier in unser haubtstadt Salz„burg einzekhommen, und des anderen Tags „nach verrichten Gottsdienst die relation in „Gegenwart unser coëpiscopen, und der an„deren erfoderten anzuhören, und darauf die „Nothdurft zu berathschlagen fürgenommen, „und obwohlen wir diese Zusammkomst gern „Ee befürderet, so haben uns doch daran et„lich hochwichtige Ursachen wider unseren Wil„len bis daher verhindert. Dieweillen aber „die Sachen nunmehr keinen längeren Verzug „erleiden will, und dann auch die jetzige Päbstl. „Heiligkeit bericht zu werden begehrt, was wir, „und unser Salzburgische Provinz auf der vo„rigen, und der jetzigen Päbstlichen Heilig„keit Bewilligung, und Erklärung zu thuen „gedacht, und aber solches anderen gestalt nit, „dan durch aine gemaine Zusammenkomfft, & „communicato consilio geschehen kann, so „bevelchen wir dir, daß du an Erichtag nach „Bartholomæi zu fruer Zeit dem gewohnlichen „Gottesdienst, und darnach die Proposition „anhörest, und folgends in der Sachen zum „Beschlus neben anderen erforderten Bischo„ven, und Prälathen zu verfahren wüsseſt. „Was wir dann in dem allen unseren Beruf

„nach

„nach zu Anstöllung christlicher Catholischer „Lehr, und Abstellung des widerwärtigen, als „auch des unbriesterlichen Wandls handlen, „rathen, und helfen werden können, das sol„le an unsern eyfferstен Vleiß gar nit erwinden. „Wie wir uns es auch bei dir, und anderen „unwaigerlich zu beschehen versehen, und sein „hierauf Antwort gewärtig. Du thuest auch „an dem allen unser endlichen Willen, und „Mainung: datæ in civitate nostra Salz„burg: die nona mensis Julii anno septuage„simo tertio. (L.S.)“ Et hæc de duplici synodo Salisburgensi dicta sufficiant, in quantum ad præsens nostrum propositum spectant.

IX. Quod anno 1573. a magistratu Viennensi propter aquæ ductum litteras reversales evicerit;

Inter alia quamplurima, quæ Dominus abbas noster Benedictus pro monasterii bono inter adversitates, & varias controversias strenue, & laudabiliter gessit, omnino reflexionem, atque Chronico nostro inseri meretur, quod anno 1573. a Magistratu Viennensi propter aquæ ductum in fundo Dornbacensi apud Herenals prope Viennam litteras reversales evicerit; quod anno 1575. cum Domino D. archiepiscopo Joanne Jacobo propter decimas in Riff transactionem inierit, aliisque modis bonum monasterii promovere studuerit. Damus præprimis copiam litterarum reversalium a consulibus Viennensibus, quæ etiamnum eleganter scriptæ, & sigillo appenso juxta formam antiquam roboratæ extant:

„Wir Georg Prantstetter Burgermaister, „ und der Rath der Stadt Wien: be„khennen für uns, und unsere Nachkhommen „offentlich mit diesem Brief vor meniglich. „Nachdem wir verschinner Jaren von gemai„ner Stadt Nothdurft, und gemaines Nutz „wegen auch mit grossen unchossen und darle„gen auf der Erwürdigen, und geistlichen Herrn „N. Abbt, und Convent des Gotshaus St. „Peters zu Salzburg eigenthumlichen Grund „am Reisidl genant, ausserhalb des Dorfs „Herenals das Bronnwasser zu ainen Röhr„bronnen in ainen Khasten neben den gemeinen „Fartweeg daselbst einfassen, und solch Was„ser von dannen aus in bleyen Röhren in die „Stadt laiten, und firen lassen, und gedach„te Kloster lait auf unser froundlich ersuechen „von guter froundt, und Nachbarschaft wegen „zu Befirderung gemeines Nutz in solich unser „Gepay gutwillig consentirt, und bewilligt. „Also daß wir, und unsere Nachkhommen, „so lang es uns gefällig, angeregt Wasser von „ermeldten neügemachten Khasten allermassen „es jetzo im Werkh, und Lauf ist, hinführan „auch albeg nach unsern Gefallen zu gemai„nem Nutz in die Statt firen, gebrauchen, „und erhalten sollen, und mügen, on ir, der „Closter leit ihrer Nachkhommben, und sonst „mennigelichs Irrung, und Verhinderung; „Im fall aber sich khomstiger Zeit begäb, daß „an dem Ursprung dieses Pronnwassers, oder „an dem Khasten, und mit Aufhebung der „pleien Röhren von unvermeidlicher Nothdurft „wegen etwas verändert, und gepessert wer„den müeste, dardurch denen Partheyen, so „Weingarten an diesen Orth haben, an den„selben iren gründen mit dem durchgraben schaa„den zugefüegt werden mögte, daß wir inen „denselben schaaden wiederumben abzetragen, „oder zu wenden schuldig seyn sollen. Das „demnach wir solche nachbarlich Bewilligung „von woll ernennten Herrn Abbt, und Con„vent nit allain zu hohen Dankh angenom„men, sondern auch ihnen hiebei zuegesagt, „und versprochen haben wissentlich in Craft „dies Briefs solcher irer güttlichen Bewilli„gung in allen articlen genzlich zu geloben, „und nachzekhommben: es solle auch hierdurch „innen, und iren Gottshauß an dero Grund „obrigkhait, rechten, und Gerechtigkhait jetzo, „und hinfiran allweeg kain præjudicium, oder „gefärlichen Eingang geperen, sondern ganz, „und gar on allen schaaden, und Nachthail „seyn. Alles treülich on geverde. Mit Ur„khundt diß revers verfertiget mit unserm, und „gemainer Stadt grössern anhangendten In„sigl, geben an zwainzigisten Tag Octobris „nach Christi, unsers lieben Herrn gepuert in „fünfzehenhundert drey und sibenzigisten Jar. „(L.S.)“. Ita de verbo ad verbum sonant litteræ reversales, quarum renovatio in æquali tenore sub eodem prorsus sigillo facta etiam fuit anno 1708. post annos centum triginta quinque vigore instrumenti exstantis.

X. Anno 1575. propter in Riff cum DD. archiepiscopo JACOBO transactionem inierit;

Idem Dominus abbas Benedictus vigore litterarum in originali exstantium, & quæ triplici sigillo, archiepiscopali, abbatiali, & nostri Conventus roboratæ sunt, cum Reverendissimo, & Illustrissimo Domino D. JOANNE JACOBO archiepiscopo propter decimas in Riff transactionem iniit, ubi & de quibusdam appositis conditionibus ecclesiam Aniff concernentibus agitur sequenti tenore:

„Zu wissen, daß zwischen den hochwürdigi„sten Fürsten, und Herrn Herrn Johann „Jacoben Erzbischouen zu Salzburg, Lega„ten des Stuels zu Rom, unsern gnädigsten „Herrn an ainen, und dan den hochwürdigen „in Gott Herrn Herrn Benedicten Abbtn St. „Peters Closter alhier, und desselben wirdi„gen Convent anders thails um, und von „wegen des zehents der dreißigsten Garb, so „wollgedachts Herrn von Sant Peter Vicari, „oder aufgestellter Pfarrer zu Aniff bei dem „Schlos Riff, und dessen an, und zuegehöri„gen Gründen, wie sie der Zeiten beieinander „vorhandten, und eingefangen, järlich biß „herzu ersuechen gehabt, nachvolgunde Ver„gleichung gemacht, und auf ain stäts beschlos„sen ist worden, wie folgt: als nemblich, „daß sein Fürstlich Gnaden für solchen zehent „drey hundert Gulden Reinisch in Müntz, den „Gulden zu fünfzehen Patzen, oder sechzig „Kreitzer zu raitten hergegeben: und damit „demselben das in ewig zaitt khain zehent mehr „zu den Pfarrhof von den Gründten zu Rif „geraicht werden soll, abgelöst, also, daß „sol-

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

„solche drei hundert Gulden ainem jeden Pfar-
„rer zu Anif, wer der jederzeit sein wirdet, bis
„sich etwo gute Gelegenheit zu erkhauffung ge-
„wisser Gilten zutrögt, auf Verzinsung ange-
„legt werden, und die Verzinsung von dem
„zehent zu geniessen haben solle. Zum andern:
„Nachdem obgedachter Herr Prälath hievor
„ain hundert Gulden inhendig hat, welche
„sein Fürstlich Gnaden in Auswechslung ains
„Grunds zum Schlos Rif aufgeben, umb
„dieselben ain hundert Gulden soll offt berürter
„Herr Prälath dem Pfarrhof zu guten die Wi-
„sen sambt den dareingesetzten Stadl hinter
„Glannegg gelegen, welche aus dem Hager
„guet zu Gröding gebrochen, erkhauffen,
„und da solche ain hundert Gulden zu erkhau-
„fung solcher Wisen nit erklecken würden, so
„hat sein Fürstlich Gnaden bewilliget aus ai-
„genen Söckhl, und aus Genaden von sechze-
„hen bis in die zwainzig Gulden noch darzue
„zu geben. Zum dritten, und letsten, dieweil
„ein Pfarrer zu Anif dem Gottshaus St. Pe-
„ter järlich sibenzehen Gulden Pension von
„wegen allerlay zehent zu Nidernalbe, gut
„Rathperg, und Dächsach, auch zu Anif,
„und Gröddich der Langszehent zusambt den
„Clainen zehent doch ausser Winterkorn, und
„Waitz, so zu gedachten Gröddich, und Anif
„gehörig, und das Gottshaus zu sechsen vor-
„behalt, zu geben schuldig; so hat sich in An-
„sehung des schlechten, und geringen einkhom-
„bens des Pfarrhofs oft woll bemeldter Herr
„Prälath, und seiner Genaden convent der-
„selbigen Pension der sibenzehen Gulden auch
„begeben. Damit aber einjeder Pfarrer wiß,
„daß der Pfarrhof, und die Pfarr dem Gotts-
„haus St. Peter incorporirt, und zuegehörig
„seye, so soll derselb in recognitionem järli-
„chen oft angeregten Gottshaus zween Gulden
„Reinisch in Müntz zu jeden Sanct Michaels
„tag zu reichen schuldig seyn. Solche obbe-
„melte Artikl sein, wie obgemeldt, also vergli-
„chen, und des zu urkhunt zween gleich lauten-
„te Vergleichungs Briefe mit höchst-ermeldt
„unsers genädigisten Fürsten, und Herrn zu
„Salzburg ꝛc. anhangenten Insigl, und ge-
„dachts Gottshauß Abbtey, und Convents
„auch anhangenten Insiglen verfertigt, und
„jedem Thail ainer zugestellt worden. Gesche-
„hen zu Salzburg den 24sten Julii nach Chri-
„sti, unsers lieben Herrn Geburt in fünfzehen
„hundert fünf und sibenzigisten Jare".

(L.S.) (L.S.) (L.S.)

Hucusque litteræ transactionis concernentes redemptionem decimarum in Riff, & ecclesiam in Anif, quæ tamen transactio monasterio non multum favere videtur.

XI. Quod mediam partem prædii Daxlueg anno 1564. a DD Joanne Jacobo archiepiscopo,

Studuit autem Dominus Benedictus abbas aliis modis, quibus potuit, bonum monasterii promovere: Prædium Daxlueg quoad mediam partem per factam bonorum permutationem a Domino D. Joanne Jacobo archiepiscopo accepit, alteram vero partem a quodam Joanne Odengugger soluto pretio comparavit, vigore litterarum, quarum primæ datæ sunt die vigesima nona Novembris anno 1564. secundæ vero anno sequenti 1565. die vigesima Martii. Damus de utroque contractu tenorem, quantum ad rei substantialem notitiam pertinet: Litteræ permutationis ita habent:

„Wir Johan Jacob von Gottes Gnaden
„Erzbischof zu Salzburg bekhennen für
„uns, und unser Nachkhommen am Erzstift
„Salzburg, daß wir unsern Rath, lieben in
„Gott, und getreyen Benedicten Abbten des
„Closters zu St. Peter alhie zu Salzburg, sei-
„nen Nachkhommen, und Gottshauß in rech-
„ter auswerlweiß gegeben, und geaigent, auch
„hyber, und einantwort haben lassen, thuen das
„auch hiemit in Craft dieses unsers Briefs, be-
„nentlichen unser, und unsers Erzstift halbs
„Urbar-guet genant Daxlueg, so uns järlich
„in unser Urbaramt Heyberg gedienet hat 2. ß.
„5. Pfenning, und zwo Hennen sambt noch
„einen Gütl, darauf Hanß Poschinger sitzt,
„genant Wolfgarten, welches auch järlich in
„obgemeldt unser Amt dient 9. ß. Pfenning,
„und 2. Hennen mit all irer ein, und Zugehö-
„rung. Dorumben und entgegen hat uns,
„und unsern Nachkhommen am Erzstift gedach-
„ter unser Prälath zu St. Peter auch recht aus
„wechslweis ibergeben, und richtig gemacht
„järlicher, und ewiger gült, erstlich an, und
„auf ein Haus drey Hofstetten, garten, und
„andern darzu gehörigen Gerechtigkhaiten,
„nemblich 5. ß. 5. Pfenning, und für Erung
„sechs Hennen, mer, und auf den halben
„May Prunn 20. Pfenning Erung 6. Pfen-
„ning, und mer 3. ß. Pfenning, so von sol-
„chen Stücken dem Gottshaus St. Blasien
„Pfarrkirchen järlich seind gedient worden, al-
„les in Markht in der Abbtenau ligent, wel-
„che Stück, und Gütter weiland unser Land-
„richter daselbst Wilhelm Fränkinger zu rech-
„ten Erbrecht ingehabt, und wir solch Erbrech-
„tigkait von gemeldts Fränkingers nachgelasse-
„nen Erben keuflichen an uns gebracht haben,
„daran wir, und unser Nachkhommen am
„Erzstifft ain sunder gnädiges Begnüegen ha-
„ben sollen, und wöllen. Gedachter Abbt zu
„St. Peter, auch dessen Nachkhommen mü-
„gen nun firderhin vorbestimmte Urbars gül-
„ten auf den Daxlueg, und Wölfsgarten nach
„iren Nutz, und Nothdurft innhaben, die
„Stisten, und stören, auch damit handlen,
„wie mit andern des Gottshaus Gütern, und
„Gülten, die wir auch aus unserer, und un-
„sers Erzstift Nutz, und Gwör genommen,
„und in gedachts Abbten zu St. Peter, und
„seines Gottshaus Nutz, und Gwör hiemit
„iberantworten ꝛc. ꝛc. Des zu urkhund mit uns-
„ren anhangendten Insigl verfürtiget, geben in
„unser Stadt Salzburg dem 29sten Monaths
„tag Novembris nach Christi unsers lieben
„Herrn Gepurd in fünfzehenhundert, und vier
„und sechzigsten Jar". Hæc de media parte Prædii Daxlueg.

XII. Alteram ejusdem

Anno sequenti alteram dicti prædii partem a quodam Joanne Odengugger emit idem

prædii Urbarici partem a quodam subdito anno 1565. comparaverit.

idem Dominus abbas; de qua emptione litteræ sequentes leguntur in Urbario officii Seekirchen:

„Ich Hans Odengugger jetzo in Tallgever „Ambt wonhaft bekhen für mich, all mein „Erben, und Nachkhommen offentlich an dies„sem Brief, wo der zu vernemmen fürkhombt, „daß ich frei willkurlich, mit guter zeitiger Vor„betrachtung umb bösseres meines Nutzen wil„len in unterthänigen Gehorsam zu ainen stä„then, und immerwerenten Kaufrecht, und „redlich verkhauft, und zu kauffen geben habe, „thue das auch hiemit wissentlich, und in Kraft „diß Briefs dem erwürdigen in Gott Vatter, „und Herrn Benedicten Abbt des Klosters St. „Peter in Salzburg, und dessen Convent, „auch derselben ihre Gnaden Nachkhommen, „und Convent am Closter, benantlichen mein „halb Guet, genant Darlueg, so von dem „hochwürdigsten Erzstüfft Salzburg Urbár, „und in Heyberger Gericht gelegen ist, daru„men dan, und darfir ir Gnaden mit ainer par „aufgezelten Summa Gelts ain gnädiges, und „völliges genügen haben tuen lassen, darum „mich, und meine Erben jetzo, und hinfiro zu „ewigen Zeiten ganz wohl begnügt, und begnü„gen sollen ꝛc. ꝛc. treülich an geverde. Des zu „wahren urkund gib ich mehr gedachten meinem „gnädigen Herrn, auch derselben nachkhom„men, und Convent diesen Kaufbrief um mei„ner vlaißigen Beth willen mit des edlen, und „vösten Wilhelm von Prant zu Prandthaußen „der Zeit Fürstlich Salzburgl. Rath, und Hof„maisters, als Urbar Obrigkhait aignen an„hangenten Insigl verförtigt, doch hochgedach„ten Erzstiffts Salzburg an irer Urbar Gerech„tigkhait, auch ihme Herrn Hofmaister, sein „Erben, und Insigl an schaaden, darunter ich „mich für mich, und all mein Erben an aidstath „verbindte allen Innhalt diß Briefs war, vöst, „und stöth zehalten, zeigen meine Bethe, und „bemeldtes Herrn Hofmaisters Insigl sein die „erbahren Hanß Millner in Pliemfeld Neühau„ser Gericht, und Martin zu Obergutzen Warten„felser Gerichts. Beschehen den 20sten Mo„nathstag Martii, als man zehlt von Christi „unsers lieben Herrn Gepurt fünfzehenhundert, „und in fünf und sechzigsten jare". Et hæc de altera parte prædii supradicti, quod Dominus abbas Benedictus monasterio adjecit.

XII. Tandem post varia adversa exantlata æternitati adscriptus.

Tandem post plurima alia laudabiliter gesta, & exantlatas adversitates tam publicas, quam privatas æternitati transscriptus fuit Præsul noster optime meritus anno, & die, ut supra notavimus, postquam sub tribus vixit archiepiscopis, Ernesto Bavaro, Michaele Kienburgico, & Joanne Jacobo Kuen. Experta fuit Salisburgensis provincia illo tempore non vulgares calamitates, quas celebris, & probatus historicus Marcus Hanszizius in vita DD. Joannis Jacobi archiepiscopi pag. 635. num. XIX. ita describit: „Joannis Jacobi ætate res memora„biles ac parum lætæ quædam Salisbur„gensibus evenere. Anno 1567. die 30. Ju„lii continuatis duarum noctium, & unius „diei pluviis adeo flumen intumuit Salsa, „ut pontem cubito superaret: multi morta„lium aquis abrepti, jumenta, ædes, agri, „prata, horti, septa riparum, & aggeres „devastati; destructa officina salis apud Hal„lein oppidum, magna vis excocti salis de„mersa. Summa damnorum ultra centies „mille aureorum æstimata, nec abs re vox „ipsa DILVVIVM per litteras numerales in „hunc annum congruebat. Ejusdem anni „autumno die decima septima Octobris re„petita clades nihilo minor resolutis per „montana nivibus, quibus aucti profluen„tes humiliora quæque inundarunt; tum „anno sequenti die decima quarta Junii ef„fusi torrentes ex alpibus Gustanensibus „hausere mortales facile ducentos & am„plius, obrutis, & eversis ædibus amplius „quinquagenis. Sed anno tertio supra sep„tuagesimum tanta fuit eluvio Salsæ amnis, „ut superiorum inundationum signa magni„tudine viri superaret. Anno 1571. die ter„tia mensis Augusti Ditmoning ad Salsam, „ditionis Salisburgensis oppidum de cœlo „tactum paucis ædiculis exceptis ex inte„gro deflagravit. Lues etiam contagiosa „Salisburgi, aliisque eius ditionis locis „grassata ingentem vim hominum extinxit. Hucusque citatus historicus ex antiquioribus monumentis Salisburgensibus. Inter hæc tempora vixit & abbas noster Benedictus: O quantum inter has calamitates novæ afflictionis pondus adjecisset bono Præsuli, si præsciviisset non tantum post paucos annos futuram plenariam monasterii monialium nostri Ordinis, & nostræ congregationis extinctionem, quod monasterium tot sæculis sub provida abbatum S. Petri cura fuit gubernatum: verum etiam, si prævidisset, quod ipsum monasterium nostrum, quod pro illis temporibus, quantum vires, & circumstantiæ admittebant, in statu sat bono relictum, in brevi desolationi proximum, tam enormi debitorum mole gravandum, atque in alias tam spirituales, quam temporales miserias esset coniiciendum, sicut tamen spatio unius septennii, quo ejusdem in abbatia successor Andreas præfuit, tristis eventus docuit, damno tam magno per septem annos causato, quod successor, optimus quidem, Martinus vix per annos triginta reparare potuit: ut suo loco videbimus.

ANDREAS,

ABBAS AD S. PETRUM LXVII.

AB ANNO 1577. USQUE AD ANNUM 1584.

LXVII.

1. Benedicto abbati per electionem, sed dispari regimine, succedit Andreas.

Sub duorum abbatum Benedicti, & Andreæ dispari prorsus regimine dissimilis quoque fuit monasterii S. Petri facies, nec omnino absimilis somnio Pharaonis, in quo posteriores macilentæ boves, quibus totidem anni signabantur, priores præpingues devorarunt. Ita præludit historicus noster Salisburgensis Mezgerus in sua historia L. V. Cap. VIII. pag. 634. quo loco de statu monasterii S. Petri sub abbatibus Benedicto, & Andrea, nec non de monialium ad S. Petrum extinctione scribit. Et sane, quemadmodum frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, ita id ipsum accidisse credi posset post mortem venerabilis abbatis Benedicti, quo defuncto viduatus Conventus S. Petri, nescio, qua præoccupata æstimatione & confidentia unum Sacerdotem professum ex junioribus elegit in successorem abbatis meritissimi Benedicti. Postquam enim prænominatus conventus nostri monasterii Illustrissimo Domino D. Joanni Jacobo pro destinanda die ad electionem supplicaverat, ad hujus petitionem præhabita de vita, & moribus fratrum eligentium visitatione sexta dies Maji ad electionem fuit indicta, qua die peracto, more solito, officio solenni de spiritu sancto, præsidente Reverendissimo Domino Christophoro episcopo Chiemensi, Christophoro Præposito cathedrali deputatis, & aliis testibus fide dignis ad hoc negotium singulariter vocatis communi omnium suffragio electus est Andreas Graser, natione Bavarus, Sacerdos, & Professus hujus loci anno a sua professione sexto, quam in manus Benedicti abbatis die decima quinta Septembris anno 1572. emisit. Quisnam Andreas ante sui electionem fuerit, quæ officia objerit, quæ studia absolverit, liquido non constat, magnam tamen de ipsius qualitatibus fuisse inter suos confratres præsumptionem, haud obscu-

obſcure ex eo dignoſci poteſt, eoquod poſt paucos annos, in vita religioſa transactos, in monaſterii Patrem fuerit electus.

II. Poſt electionem confueto ritu confirmatus, & benedictus;

Poſt electionem, quæ, ut ſupra dictum, fuit ſexta Maji, idem neoelectus Dominus abbas confirmationem accepit ab Ipſomet Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Joanne Jacobo archiepiſcopo in aula ſua ultima Maji præſentibus Reverendiſſimis, & Ampliſſimis viris, Epiſcopo Chiemenſi, Præpoſito, Decano, Canonicis, & Conſiliariis aulicis, quem etiam præfatus D. D. Archiepiſcopus Jacobus ſecunda Junii in feſto SSS. Trinitatis in ſuperiori capella parochialis eccleſiæ benedixit, atque nuptiali convivio intereſſe non eſt dedignatus. De electione nullum inſtrumentum, aut acta quædam authentica reperimus; bene autem in originali exſtat diploma confirmationis in membrana ſcriptum, & ſigillo archiepiſcopali, quod more antiquo in rubra cera ſcutellæ ex alba cera eleganter infertum eſt, roboratum, cujus tenorem damus de verbo ad verbum:

„JOANNES JACOBUS Dei gratia archi„epiſcopus eccleſiæ Salisburgenſis apo„ſtolicæ ſedis Legatus: Dilectis nobis in „Chriſto Heliæ Priori, Leonardo Cuſtodi, „totique conventui monaſterii S. Petri Ordi„nis S. Benedicti, civitatis noſtræ Salisbur„genſis ſalutem in Domino ſempiternam. „Vacante nuper abbatia ejusdem monaſte„rii per obitum quondam dilecti nobis Bene„dicti ultimi, & immediati ejusdem mona„ſterii abbatis, & illius corpore eccleſiaſti„cæ tradito ſepulturæ, vos his, qui com„mode potuerunt, & debuerunt intereſſe, „vocatis ad electionem futuri abbatis acce„dente noſtro conſenſu, voluntate, & com„miſſione procedentes obſervatis ſolennita„tibus de jure debitis, & conſuetis, dile„ctum nobis in Chriſto Andream confra„trem veſtrum in dicto monaſterio Ordinis „S. Benedicti expreſſe profeſſum, in ve„ſtrum, ac monaſterii veſtri abbatem per „viam compromiſſi mixti, ſeu limitati rite, „& canonice elegiſtis. Qui quidem divinæ „nolens reſiſtere voluntati in hujusmodi ele„ctionem de ſe factam humiliter conſenſit, „prout hæc & alia in quodam inſtrumento „decreti electionis veſtræ, nobis deſuper ex„hibito, plenius vidimus contineri, nobis„que humiliter ſupplicari feciſtis, quatenus „hujusmodi electionem, ut præfertur, fa„ctam confirmare dignaremur. Nos vero, „ne contra doctrinam apoſtoli præfato ele„cto manus cito imponere videamur, cri„dam, & proclamationem mandavimus fie„ri generales, ut, ſi qui eſſent, qui in for„mam electionis, perſonæ electæ, ſeu eli„gentium dicere, ſeu opponere vellet, die „Veneris, quæ fuit ultima menſis Maji, hic „in aula noſtra archiepiſcopali coram nobis „compareant, dicturi, & allegaturi, quod „juſtitia ſuaſerit, & ordo dictaverit rationis, „alioquin dicto electo, prout juſtum fuerit, „munus confirmationis impendere velle„mus, citatorum contumacia, ſeu abſen„tia non obſtante. Adveniente itaque di„cto termino, videlicet dicta ultima menſis „Maji, & præfato Andrea coram nobis in „aula noſtra archiepiſcopali præfata compa„rente, & in hujusmodi negotio confirma„tionis ad ulteriora procedi petente, dicta„que citatione, ſeu proclamatione legitime „executa, & coram nobis denuo reprodu„cta, nemineque, qui contra formam ele„ctionis, perſonam electam, ſeu perſonas „eligentium quicquam opponere vellet, ſe „manifeſtante, nos prædictum electum „examinari fecimus, & tandem de habili„tate perſonæ electæ per idoneos teſtes ſuffi„cienter informati, ſingulisque aliis in ejus„dem electionis negotio diligenter penſa„tis, cum nullum tam circa electionis for„mam, quam electi, ſeu eligentium perſo„nas, ſive alias canonicum appareret im„pedimentum, præfatam electionem de „perſona dicti fratris Andreæ factam autho„ritate noſtra ordinaria, confirmandam du„ximus, & confirmavimus, eundemque „Andream per annuli traditionem de eadem „abbatia inveſtivimus, adminiſtrationem „ſpiritualium, & temporalium ejusdem ab„batiæ ſibi plenarie committendo: adhibi„tis ſolennitatibus in his adhiberi ſolitis, & „conſuetis. Quare devotiones veſtras hor„tamur, requirimus, & monemus, vobis„que nihilominus in virtute S. obedientiæ „autoritate noſtra ordinaria diſtricte præci„pientes mandamus, & præcipimus, qua„tenus ſupradictum Andream in abbatem „veſtrum recipiatis, ſibi tam in ſpirituali„bus obedientiam tam debitas, quam con„dignas, prout anteceſſores veſtri debue„runt, & fecerunt exhibituri. Alioquin „contra inobedientes, & rebelles per cen„ſuram eccleſiaſticam, & alia juris remedia, „atque pœnas condignas procedere non ob„mittemus. Harum teſtimonio litterarum „ſigilli noſtri appenſione corroboratarum. „Datum in civitate noſtra Salisburgenſi die „ſabbati, quæ fuit prima menſis Junii anno „reparatæ ſalutis humanæ milleſimo, quin„genteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo. (L.S.)„ Ita habet tenor confirmationis abbatialis

III. Qui tamen in ſuo munere abbatiali fuit malus Paterfamilias.

Hujus neoelecti, confirmati, & benedicti abbatis Andreæ perſona primo anno non erat ingrata tum Principi, tum Magnatibus; nam ſermonis comitate, & lepore, quibus ipſum natura donaverat, facile aliorum animos conciliabat. Acceſſit & largitas, ſed major, quam monaſterii vires paterentur, unde brevi cœpit res domeſtica nutare, & abbas de craſtino parum ſolicitus altius indies ſe, ſuumque monaſterium debitorum labyrintho intricavit. De hoc abbate ſcribit ipſius immediatus ſucceſſor Martinus in ſuo chronico, quod fuerit vir adhuc juvenis, & ſtatim poſt electionem ſæculariter vivere cœperit, & monaſterio ſuo per-

niciosus exstiterit paterfamilias, vir levis, & inconstans, inutilibus itinerationibus, & excursionibus jugiter vacans, ludis etiam nimium deditus, talique modo vivendi spiritualia neglexerit, & temporalia non curaverit. Primo, quo electus fuit, anno necessitate urgente ab Illustrissimo DD. Joanne Jacobo archiepiscopo mille florenos commodato accepit, insuper hortum nostrum aulæ Chiemensi, & domui Berthiolsgadensi conterminum D. Christophoro Episcopo Chiemensi cum consensu conventus, sed nonnisi difficillimo pro mille florenis vendidit, pecuniam autem acceptam pro bono monasterii, & ad utilitatem posteritatis, prout jussus erat, non impendit, sed majori ex parte in proprios usus convertit. Quod autem deterius erat, non sufficiebat abbati Andreæ domi bona monasterii divendere, & debita contrahere, sed etiam ad exteras provincias extendit manus: In Carinthia a quodam cive ad S. Vitum aliquam pecuniæ summam mutuo accepit; speciatim vero a Christophoro Krennio Præfecto curiæ nostræ Absdorf in Austria inferiori prope monasterium Gottwicense sitæ tantum pecuniæ singulis annis ad culturam vinearum nostrarum, quantum opus erat, mutuavit, quæ postea crescentibus usuris adeo augmentata est, ut dictam curiam vendere fuerit necessum, cum interea illam pecuniam, quam ex vino publice vendito acceperat, & ad excolendas vineas in Austria esset convertenda, indebitis modis expendit. Subinde tamen cogitanti, ait Mezgerus noster, qua via posset creditorum importunitatem evadere, de extinguendo Petrensium sanctimonialium monasterio nostri ordinis consilium incidit. Erat enim monasterio nostro contiguum monasterium monialium ejusdem regulæ sub abbate Wezelino tempore DD. Conradi archiepiscopi institutum, in quo cœnobio moniales prædictæ a quingentis annis sub obedientia, cura, regimine, & provisione abbatis S. Petri, Omnipotenti Deo in puritate mentis, & corporis serviebant, die, & nocte orationi, & contemplationi vacantes. Hinc si hoc monasterium extingueretur, etiam æris alieni a se contracti chirographa facile extingui posse Andreas sibi persuasit: quippe monasterii bonis ad D. Petri cœnobium redituris; in qua tamen spe ut plurimum delusus, & simul æquali mensura castigatus fuit.

IV. Atque præcipua causa exstitit, quod anno 1583. monasterium monialium fuerit extinctum;

Itaque Andreas abbas ad extinquendum monasterium nostræ congregationis pronus omnem occasionem captabat, qua opus meditatum posset perficere. Nos damus succinctam narrationem ex historia Mezgeri pag. 635. fusioribus descriptionibus antiquis maxime conformem. „Occasio (ait historicus noster) „se duplici via peropportune „obtulit; nam eodem tempore in aula ar„chiepiscopali consultabatur, quis locus „R. R. P. P. Minoribus e D. Francisci fami„lia strictioris observantiæ advocandis com„mode assignari posset? nec alius commo„dior apparebat, quam illud virginum cœ„nobium, ubi sumptibus alias in novi tem„pli, & habitationis ædificationem profun„dendis parci poterit; accessit monialium „paucitas, totus earum numerus anno 1580. „ad septem redactus erat, & ex his intra „exiguum temporis lapsum etiam quinque „obierant, quarum quælibet, dum extre„mis appropinquaret, alteram suo nomine „ad sequelam vocaverat: unde duæ solum „erant superstites, quarum uni Scholastica „Gstattnerin, alteri Cordula Munterhai„merin, nomen erat. Abbas, qui de nu„mero Virginum reparando cogitare debue„rat, hac apprehensa occasione promptum „se ad monasterii traditionem significat, „conventu nequaquam requisito, quem „suis consiliis adversantem probe noverat. „Mox per Felicianum Ninquardam Nuntium „apostolicum res Romam perscripta, & a „sede apostolica consensus de monasterio „R. R. P. P. Franciscanis tradendo impetra„tus, inde anno 1582. a memorato nuntio, „Georgio Coadjutore, & Sigismundo de „Arczt Officiali præsentibus, totum nego„tium conventui propositum; qui cum illud „non amplius integrum, seque contra tor„rentem frustra niti conspiceret, subscripsit. „A Conventu itum ad moniales, iisque de„nunciata transactio, indicta migratio. Il„læ ingenti ejulatu exceperunt triste impe„rium, ex eo potissimum afflictæ, quod ab„batem, quem Patrem, & Patronum spe„raverant, suæ causæ desertorem cerne„rent, atque insuper e patriæ dulci solo in „Nidernburgense cœnobium tanquam in „exilium se deportandas esse audirent. Et „habuerunt lachrymæ pondus; adnitente „potissimum Reverendissimo Coadjutore „concessum illarum calidis precibus, ut in „Nonnbergensem Parthenonem migrarent, „ad quem duodecima Augusti anno 1583. „curru vectæ, atque abbatissæ, totique „conventui per duos Commissarios ex man„dato DD. Coadjutoris omni meliori forma „fuerunt commendatæ. Ibi Senior illarum „Scholastica post quadraginta annos Profes„sionis in priori claustro expletos adhuc tres „supervixit; altera Cordula circa annum „1588. inter Professas Nunnbergenses adscri„pta ita vitæ merito se commendavit, ut „post obitum Annæ Pitrichin fuerit in abba„tissam electa, & anno 1601. in præsentia „Illustrissimi Principis Wolfgangi Theodo„rici a D. Laurentio Mongoio tunc temporis „Suffraganeo solenniter benedicta. Post„hac de sex religiosorum sustentatione „conventum, ac cœnobium Patrum D. „Francisci strictioris observantiæ habitationi „traditum fuit circa D. Martini Festum an„no 1583., quod tantis crevit augmentis, „ut modo plus, quam quadraginta religio„sos numeret.„ Ita Mezgerus. Fuit ergo ferme principalis causa hujus devastati monasterii ipse Andreas abbas, qui monialibus

minus

minus erat addictus, & omnia, quæ ad ipsarum sustentationem porrigere tenebatur, ægerrime dispensans easdem omnino sublatas exoptavit, & obtinuit. Altera causa hujus extirpationis fuit etiam Priorissa monialium, quamvis brevi ante extinctionem mortua, quæ erat fœmina (ut illam describit Martinus abbas in suo chronico) pariter mundana, & parum prudens, quæ puellas ex mera, & supina negligentia, connivente, & dissimulante Andrea abbate ad sacrum Ordinem suscipere noluit. Substituti proin post hanc extinctionem RR. PP. Franciscani de observantia eo potissimum fine, ut proponendis concionibus, & confessionibus excipiendis, præsertim ægrotorum, & ad mortem decumbentium, aliisque piis functionibus, & charitativis obsequiis operam darent, qui etiam aliqua anniversaria, & officia mortuorum, quæ moniales recitabant, persolvunt, ob quam causam de monasterio nostro variæ fiunt expensæ, atque in omni genere determinata quædam ad sustentationem alimenta submini strantur, quæ omnia dicti RR. PP. Franciscani titulo S. Eleemosynæ percipere solent.

V. Tandem & ipse post septem annos primitus ab officio suspensus, &

Tandem pro Ipso Andrea abbate impleta fuit mensura: quamvis enim ab Illustrissimo Domino Coadjutore Georgio Kuenburgico propter suos dissolutos mores fuerit correctus, & ut melius administraret abbatiam admonitus, attamen omnium salutarium correctionum impatiens, postremo etiam quasi amens, & furiosus plures præclarissimos viros injuriis verbalibus incessit, sui conventus, propriæque familiæ odium in se concitavit; sicque superioribus suis contra eum severe procedendi occasionem præbuit, quod sequenti modo, uti pluribus describit in suo chronico D. Martinus abbas, haud dubie ad suam salutem, & humilem sui agnitionem permisit Dominus. Anno 1584. feria secunda post dominicam infra octavam Epiphaniæ, quando pridie Andreas abbas in primitiis cujusdam confratris inter multos nobiles hospites lætus, & hilaris totum transigeret diem, de malo imminenti nil suspicatus, hora septima matutina in ecclesia S. Petri conveniebant Dominus Sigismundus de Artzt, Officialis cum aliis pluribus; inde egredientes conveniunt abbatem in sua habitatione, tale quid nec somniantem ex improviso adoriuntur, eique insinuant, se ab Illustrissimo archiepiscopo ad instituendam visitationem huc missos, & quo in statu tam spiritualia, quam temporalia sint posita, inquirere jussos. Quibus expositis claves ab abbate ad abbatiam pertinentes exposcunt, & de personæ suæ vita, moribus, conversatione, monasteriique administratione examinant, multa ei perperam facta objiciunt, aliaque ad rem spectantia exponunt. D. Andreas abbas quidem, quantum potuit, se excusare, & purgare cœpit, suamque innocentiam demonstrando, indebite, præcipitanterque secum agi conquestus est, rogans ad expurgationem sibi objectorum, & administrationis suæ faciendam rationem; deliberandique spatium concedi. Verum, quia bonus Andreas abbas toties ab Illustrissimo DD. Coadjutore, aliisque conspicuis viris admonitus resipiscere noluit, nec ulla emendationis spes amplius restaret, nulla ei dilatio fuit concessa, sed eum ab officio suspenderunt, atque in abbatiam incluserunt, adhibitis etiam duobus custodibus, qui eum, ne forte elaberetur, observarent, ubi etiam per octiduum incluſus remansit. Interim confratres ex Conventu, Officiales, & famuli de abbatis vita, & regimine fuerunt examinati, omnes officinæ, cameræ, penuria, granaria, cellaria perscrutata, nec non tota monasterii exterioris suppellex, quæ sat tenuis erat, perlustrata, nec non æstimata fuerunt, ærarium vacuum, ingens autem debitorum summa fuit reperta.

VI. Demum decima quinta Januarii anno 1584. per sententiam fuit ab abbatia depositus.

Post octo dies decima quinta Januarii præfatus Dominus Officialis, & Commissarii, inter quos erant Georgius Stobæus, Martinus Prenner, Sebastianus Cataneus Dominicanus, & alii, monasterium iterum adeunt, abbatem conveniunt, & denuo inquirunt, an Dominus abbas possit, & velit rationem reddere, in quos usus non solum annuos monasterii redditus, & proventus, sed etiam tantam æris alieni infra paucos annos contracti summam expenderit, eique, quam perverse vixerit, & abbatiam administraverit non sine gravi monasterii damno, per longum recensent. Abbas Andreas, quamvis se pro viribus excusare, & objecta diluere conaretur, quia vero omnia tam nota, & manifesta erant, de quibus arguebatur, ut ea negare non auderet, undique se constrictum cernens, nullumque superesse refugii locum, tandem sero culpam suam agnovit, & gratiam Illustrissimi, & Reverendissimi DD. Joannis Jacobi archiepiscopi, de cujus favore, & auxilio maxime confidebat, & Domini D. Coadjutoris, adstantiumque Commissariorum implorare, & obtestari cœpit; sed gratiam hac vice consequi minime potuit. Vocantur postmodum religiosi ex Conventu, quibus comparentibus in præsentia Domini Wolfgangi Sommerlang Regentis chori summi templi, & P. Alberti Ord. Prædicatorum cathedralis ecclesiæ concionatoris, notarii consistorialis, Augustini Zapleri Judicis, & Caspari Kreich Secretarii ad S. Petrum, & aliorum, Dominus Sigismundus de Artzt officialis post factam prævíam propositionem contra D. Andream abbatem depositionis sententiam pronunciavit, eumque & dignitate simul, & administratione magna ipsius confusione, & omnium circumstantium commiseratione, privavit; quæ scena, ut refert Martinus abbas in suo chronico, fuit valde flebilis, ita ut ipse hujus chronici seu manuscripti R. compilator abbas Martinus, & successor Andreæ in abbatia, quamvis alias zelo

lo ferme nimio calamum ſtringat in anteceſſorem, magna commiſeratione fuerit commotus, & hæc verba in ſuo chronico reliquerit ſcripta: „Potuiſſent a„ctores hujus ſcenæ ob honorem Con„ventus, & monaſterii mitius agere cum iſto „bono viro Andrea abbate.„ Hæc ille. Poſt hanc autem depoſitionem ductus eſt Andreas ad Conventum, & in minori infirmaria usque ad menſem Octobris ejusdem anni per novem menſes fuit conſervatus, & quaſi incluſus.

VII. Poſtea hoſpes ad S. Lambertum in Styria, & ibidem mortuus anno 1609.

Elapſo aliquot menſium termino, poſt electionem Martini abbatis ſucceſſoris, de ejus liberatione fuit tractatum, atque e ſupradicto carcerali tugurio emiſſus per aliquot ſeptimanas, donec quid cum eo agendum decernatur, liber permanſit. Interrogatus interea, utrum in ſuo monaſterio privatus agere, vel ad aliud ſui ordinis cœnobium commigrare, & ibidem usque ad beneplacitum ſuorum Superiorum commorari velit, ad quam propoſitionem Andreas reſpondit, ſe quidem nullum locum refugere, optione autem data monaſterium S. Lamberti in finibus Styriæ & Carinthiæ ſitum expetiit, & obtinuit. Degebat ſub obedientia Domini abbatis Lambertini per annos omnino viginti quinque, & vivebat partim in monaſterio S. Lamberti, partim etiam quasdam adminiſtrabat parochias, ubi a quibusdam parochianis hæreſi infectis multas vexationes in principio ſuit paſſus, quas tamen patienter toleravit, ſucceſſu vero temporis multos ex illis concionando, inſtruendo, & aliis, quibus potuit, modis, ad fidem catholicam convertit, ita, ut exinde magnam laudem, & gratiam fuerit adeptus. Multa alia tulit fata Andreas tempore hoſpitii ſui, non ſemper absque culpa ſua, nam auræ liberiori aſſuetus ſub diſciplina regulari vivere noluit. Tandem anno 1609. in die S. Luciæ in cellis Marianis ad dictum celeberrimum monaſterium S. Lamberti ſpectantibus, ubi ultimato concionatorem egit, mortuus, & ibidem ſepultus eſt. Hæc de Andrea abbate noſtro fuſius diſſerere opus eſſe duximus, partim ad omnium ſucceſſorum ſuorum exemplum, ut & illi, qui ſtant, videant, ne cadant; partim etiam, ut dignoſcatur, quod bonus abbas Andreas delicta juventutis ſuæ per multa adverſa, & humilem patientiam expiarit, mitius haud dubie a ſupremo judice habitus, & quod eidem æternam requiem quantocyus conceſſerit, pie confidimus. Licet vero Andreas abbas neque mortuus, neque ſepultus fuerit in monaſterio noſtro, attamen ipſius ſucceſſor Martinus in capella S. Viti, ubi plerique abbates antiqui ſepulti ſunt, ejus memoriam lapidi incidi curavit.

D. O. M.

Anno Domini 1609. in die S. Luciæ Reverendus in Chriſto Pater Dominus Andreas Graſer, abbas monaſterii S. Petri mortuus, & ſepultus eſt tempore peregrinationis ſuæ apud Cellas B. V. Mariæ in Styria, cui ſucceſſor ejus Martinus Hattinger, Archimandrita S. Petri, ſanctique Michaelis in Beyern iſtud marmor cenotaphii loco P.P.

VIII. Tempore, quo abbas fuit, præter alia confirmationem privilegii auſtriaci obtinuit.

Quamvis autem bonus abbas Andreas in ſuo regimine fuerit valde infelix, attamen non omnia prorſus male geſta fuiſſe ab hoc abbate, quis ſibi perſuadeat. Suſcepit hoc brevi tempore per annos ſeptem incompletos, ſeptem religioſos ad monaſterium, qui illo tempore erant admodum rari, inter quos etiam fuit præclariſſimus Andreæ ſucceſſor, Martinus Hættinger, bis abbas in monaſterio Michaelburano, & per annos omnino triginta abbas monaſterii noſtri pro illo turbido tempore meritiſſimus. Neque etiam diſciplina monaſtica ſub Andrea defecit in noſtro cœnobio, ſed talis fuit, quod etiam, ipſo abbatiam adminiſtrante, aliqui religioſi noſtri ad vicina monaſteria pro reformanda, & conſervanda diſciplina clauſtrali fuerint poſtulati. Aliquod etiam prædium Hirnloo in officio Weildorfin præfectura Raſchenberg titulo emptionis comparavit teſtantibus litteris, quæ datæ fuerunt die vigeſima tertia Junii anno 1579.; ſpecialiter anno 1578. ab Auguſtiſſimo Imperatore Rudolpho II. pretioſum diploma obtinuit, per quod privllegium auſtriacum de evehendis vinis noſtris fuit confirmatum, quod etiamnum exſtat in originali elegantiſſime ſcriptum, propria manu Rudolphi ſubſcriptum, & pendulo ſigillo Cæſareo pariter in cerea ſcutella artificioſiſſime expreſſo roboratum, cujus Cæſarei diplomatis tenorem damus:

„Wir Rudolf der Andere von Gottes Gena„den erwöhlter Römiſcher Kaiſer, zu allen „Zeiten Mehrer des Reichs, in Germanien, „zu Hungern, Böheim, Dalmatien, Croa„tien, und Sclavonien ꝛc. König, Erzherzog „zu Oeſterreich, Herzog zu Burguud, „Steur, Kärnthen, Crain, und Wietten„berg, Graue zu Tyroll ꝛc. bekhennen offent„lich mit dieſrm Brief für uns, unſere Erben, „und Nachkhommen, daß uns die erſamen „Gaiſtlichen unſere liebe andächtigen N. der „Abbt, und Convent zu St. Peter zu Salz„burg diemitiglikh angebracht, wie Sy, und „ir Gottshauß von unſern geliebteſten Vorfah„ren Römiſchen Kaiſern, Khünigen, und Erz„herzogen zu Oeſtereich hochlöblichen, und ſe„ligen Gedächtnuß mit etlichen Privilegien, „Gnaden, und Freyhaiten fürſehen, welche „Privilegia, Fraiheiten, und Gnaden inen „von ainem Römiſchen Kaiſer, Künig, und „Erzherzogen zu Oeſtéreich zu den anderen bis „auf unſern geliebteſten Herrn Vätern Kaiſer „Maximilian den andern, bey dem Sy ſolche „Confirmation zu erſuchen verhindert, ordent„lich confirmirt, und beſtettiget weren, im„maſſen

„massen Sy uns dan von denselben Freihaiten, „und der nächsten weylandt Kaiser Ferdinan„den des ersten unsers gelichsten Herrn Ohns „confirmation glaubwürdige collationirte Ab„schriften fürgebracht, und uns darauf düemüe„tiglikh gepetten haben, das wir innen solche in „althabente, und hergebrachte Fraihaiten, „Privilegia, Genaden, und Gaben als iezt „regierenter Römischer Kaiser, und Erzherzog „zu Oestereich zu erneuren, zu confirmiren, „und zu bestetten, genedigist geruchen wollten. „Wan wir dan solch ir düemüetig bitten auch den „löblichen Gottsdienst, so durch Sy dem all„mächtigen Gott zu Lob, und Ehren, und ge„mainer Christenhait zu Trost, und Woll„fahrd verbracht wirdet, genediglikh angese„hen; So haben wir in solch ihr bithen von „sondern Gnaden weegen genedigst bewilliget; „thuen das auch confirmiren, bestättigen, „und erneuern, angeregte Privilegia, Gna„den, Gaben, und Fraihaidten hiemit wis„sentlich, wollbedächtlich, und in Craft diß „Briefs, was wir daran zu recht zu bestetten, „und zu confirmiren haben. Und mainen, se„zen, und wellen, daß dieselbe Privilegia, „Gnaden, Gaben, und Fraihaidten, so vill „sy deren in Gebrauch, und innhaben, aller„dings, und in allen iren Innhalt, Clausien, „und Begriff bey würdten, und Cräfften be„leiben, auch sy die Closterleüth dieselben ge„brauchen, nutzen, und genüeßen, und da„wider von niemandt nit beschwärdt, ange„fochten, noch bekümmert werden sollen. Und „gebietten darauf N. allen, und jeden, unse„ren Prälathen, Grauen, Freuen, Herrn, „Rittern, Knechten, Landshaubtleüthen, „Landmarschalchen, undter Marschalchen, „Verwesern, Viztemben, Pflegern, Burg„grauen, Landrichtern, Burgermaistern, „Richtern, Räthen, Burgern, Gemainden, „und sonsten allen unsern Amtleuthen, Unter„thanen, und Getreuen, in was Würden, „Stand, oder Wesen die sein, ernstlich, und „wollen, daß Sy den obbemeldten Abbt, und „Convent zu St. Peter zu Salzburg und ihre „Nachkhommen bey ihren Fraihaidten, Pri„vilegien, Gnaden, und Gaben, auch diser „unser Confirmation, und Bestettung so weit „sy deren inn Gebrauch sein, erfüelig beleiben „lassen, und Sy darwider nit tringen, noch „beschweren, noch das andern zu thun gestat„ten in kein weiß, so lieb iedem sei unser schwere „Ungnad, und Straff zu vermaiden. Das „mainen wir ernstlich. Mit Urkhundt diß „Briefs besiegelt mit unsern anhangenten In„sigl. Geben in unser Stadt Wien den sie„benzehendten Tag des Monaths Aprillis nach „Christi unsers lieben Herrn, und Säligma„chers Geburt fünfzehenhundert, und in acht „und siebenzigisten, unserer Reiche des Römi„schen im dritten, des Hungarischen im sechsten, „und des Bohaimischen auch in dritten Ja„ren.„

„Rudolf.

(L.S.)

„*Ad mandatum S. C. Maj.*
„*propriam.*

„P. Unuerzagt.

Hic desinit post fata Domini Andreæ abbatis sæculum a fundatione monasterii nostri cum duobus annis DECIMUM.

SÆCULUM UNDECIMUM

AB ANNO 1582. USQUE AD ANNUM 1682.

MARTINUS,

ABBAS AD S. PETRUM LXVIII.

AB ANNO 1584. USQUE AD ANNUM 1615.

I. Martinus natione Moravus poſt abjuratam in juventute hæreſin

Complevit annum millenarium & duos ferme annos regimine quidem, ut in præcedentibus narratum fuit, minus felici Abbas noſter Andreas, qui poſtquam Septennio tantum præfuit, ab officio tamen ſuo per ſententiam abſolutionem accepit anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo quarto. Potiſſimam hujus Abbatis & Patris gloriam fuiſſe credendum eſt, quod habuerit filium ſapientem, ſpiritualem filium, quem ſuo ſub regimine ad Monaſterium noſtrum ſuſcepit, & per religioſam profeſſionem mundo demortuum religioni ſacroque ordini noſtro genuit, immediatum poſt ipſius, depoſitionem in Abbatiali munere ſucceſſorem, ſub quo antiquum Monaſterium, per incuriam Andreæ Abbatis valde labefactatum, benigniſſimo Deo ſic providente rurſus erectum, vigili cura gubernatum, & majori ſplendori reſtitutum fuit. Plane enim hunc Abbatem Martinum Patrem noſtrum dixerimus, qui pro ſuis filiis diu noctuque pervigil, ſuo bono exemplo diciplinam reſtauravit, multosque filios in Chriſto genuit, ac Monaſterium miſere afflictum ac propemodum in occaſu jam conſtitutum ſuo felici regimine veluti ortu quodam recreavit, & reparavit. Antequam vero ad ea procedamus, quæ in noſtro Monaſterio per annos triginta & unum ut Abbas vigilantiſſimus

simus laudabiliter non minus, quam utiliter gessit, libet etiam in Martini Patriam, Parentes, studia & juventutem indagare: Natus fuit Martinus noster cognomine Hättinger parentibus quidem honestis, fortunæ tamen mediocris Brunæ in Moravia anno 1553. prout ex ipsius Epithaphio, quod ipsemet sibi fecerat, colligi potest; cujus Pater Georgius Hattinger opificio fuit alutarius, natione vero Salisburgensis, mater vero, Martino adhuc in cunis vagiente, viro orbata Archigramateo Brunnensi nupsit. Parentes hos fuisse assectas sectæ Lutheranæ (nam & Salisburgi tunc temporis inter opifices Lutheri venenum plures infecit) vel ex eo probabiliter asseritur, quia Martinus noster hanc noxiam doctrinam, quam forte cum materno lacte imbiberat, postquam annum 24 ætatis suæ jam attigisset, Viennæ in Ecclesia Jesuitarum publice abjuravit anno Salutis 1577. cujus factæ fidei professionis exstat authenticum instrumentum, quod Martino dedit R. P. Joannes Ascherman SS. Theol. Doctor Soc. Jesu die 12. Martii anno 1578. De hoc exstante Testimonio, a nobis etiam viso, refert D. Amandus Abbas noster, qui vitam & acta Abbatis Martini conscribere conatus est, quod casu illud inter Schediasmata abjectum repererit, de quo tamen testimonio ipse Martinus Abbas in suo chronico (quod est Manuscriptum R. v. etiam B. toties citatum) prorsus nullam facit mentionem, neque de hæresi, ubi tamen suos Parentes, & juvenilia studia Viennæ hausta recenset, neque usque ad tempora memorati Domini Amandi Abbatis hæreticæ hujus infectionis vel abjurationis notitia ulla fuit, forsitan verecundia motus subticuit, ne periculum foret admissionis ad Monasterium nostrum; quamvis hoc ad majorem potius honorem & laudem Martini fuisset, cum sit humanæ infirmitatis erroribus fidei ab infantia imbui, aut potius Parentum, aut Ludimagistrorum negligentiæ imputandum, quam iis, qui sub talium disciplina errores imbibunt inscii, innocentesque, quos postea deseruisse, cum ad maturitatis annos perventum fuerit, magnæ gratiæ & heroici plane animi indicium & argumentum est. Damus etiam tenorem exstantis testimonii de hæresi abjurata, quod a Doctore Theologo Viennæ accepit Martinus noster. „Martinus Hättinger Liberalium artium studiosus natione „Moravus Brunensis die 1. Aprilis juxta „Ecclesiæ Sanctæ Catholicæ Romanæ" (facta hæresis, cujus erroribus implicatus fuit, abnegatione) „consuetudinem bene„ficium absolutionis obtinuit, & commu„nioni fidelium, orthodoxæ fidei & religio„nis vestitutus est anno salutis nostræ 1577. „In nostro etiam templo Societatis Jesu post „acceptam ecclesiæ reconciliationem Sacra„mentum pœnitentiæ & Eucharistiæ sub u„na specie frequentare non neglexit. in quo„rum omnium fidem testimonium hoc ma„nu propria subscriptum petenti lubens de„di. Viennæ in austria anno 1578. die ve„ro 12. mensis Martii". (L.S.)

Joannes Ascherman,
SS. Theol. Doct. S. Jesu.

II. Factus Monachus & Sacerdos in Monasterio nostro ad S. Petrum anno 1579.

Post emissam veræ fidei Professionem Martinus de statu vitæ ineundo integro fere anno Viennæ commorans deliberat, a 1ma scilicet Aprilis anno 1577. usque ad 12mam Martii 1578.; & postquam statuisset deserere vanitatem hujus Sæculi, & se Christo in sacra religione mancipare, discessit eodem anno vienna, ad inclytum Monasterium Tegernseense nostri S. ordinis, ut ipsemet in suo Chronico fatetur, profecturus, ut ibidem sub Quirino Abbate sacrum habitum Benedictinum postularet, & obtineret; verum hoc itinere Salisburgum delatus mutata mente ad S. Petrum suscipi instanter petiit, & cum bonis esset naturæ dotibus præditus, pollens bono ingenio, adolescens jam maturus ab Andrea Abbate nostro fuit susceptus, & postquam religiosum Tyrocinium in omni pietate & zelo transegerat, in SS. vota juravit, atque sacram Professionem in manus Andreæ Abbatis 27. April. 1579. emisit in præsentia Reverendissimi Domini Feliciani Nuntii Apostolici. & Reverendissimi Domini Quirini Abbatis in Tegernsee. Ejusdem professionis manu proprium scriptum Chyrographum adest, & hunc sensum continet:

„In nomine Domini nostri JEsu „Christi, Amen.

„Ego Frater Martinus Hättinger Brunen„sis ad honorem Dei omnipotentis, & „beatissimæ Virginis Mariæ, ac beatissimi „Patris nostri Benedicti & omnium Sancto„rum tenore præsentium promitto stabili„tatem & conversionem morum meorum & „obedientiam secundum regulam sancti Be„nedicti coram Deo & sanctis ejus ad nomen „SS. Petri & Pauli Apostolorum, sancto„rumque confessorum atque Pontificum Ru„perti, Vitalis & Amandi & aliorum san„ctorum, quarum reliquiæ sunt in præsenti „Ecclesia & in præsentia Reverendi in Chri„sto Patris ac Domini Domini Andreæ Ab„batis hujus Monasterii Salisburgensis San„cti Petri & coram vobis Patribus & fratri„tribus præsentibus. In nomine Patris & „Filii & Spiritus Sancti Amen. In cujus „rei testimonium præsentem schedulam ma„nu propria scripsi in hoc venerabili loco „Anno ab Incarnatione Domini millesimo, „quingentesimo septuagesimo nono, quinto „Calend. Maji. F. M. H". Mox a Professione sua, cum maturos & religiosos mores præ se ferret Martinus, ad altiora a Domino Deo præordinatus non tantum eodem anno minores ordines a suo Abbate Andrea, sed etiam ordines majores currente anno in Septembri cum sacro Presbyteratu per dispen-

sationem dicti Nuntii Apostolici extra tempus ordinarium a suo Illustrissimo Archiepiscopo accepit, atque in sequenti Festo S. Catharinæ SS. Primitias solenniter celebravit.

III. Sequenti primum Administrator & anno 1581. Abbas ad S. Michaelem Buræ,

Erat tunc temporis in vicino nostri ordinis Monasterio Michael-Burano turbata rerum facies, quod pro illo sæculo nemini mirum videri debet, & Monastica disciplina sub Joanne Dulcio Abbate ibidem ut plurimum defecerat. Ipsi Religiosi cum suo Abbate male contenti, eundem apud Illustrissimum Principem & ordinarium Dominum Joannem Jacobum de Kuen sæpius accusarunt, & denique, ut visitatio institueretur, petierunt, & obtinuerunt. Itaque ex mandato Illustrissimi Principis ad Monastetium Michael-Buranum anno 1580. 13tia Februarii pro commissariis directi fuerunt Dominus Sigismundus de Arzt Canonicus & Officialis Salisburgensis, & Dominus Joannes Schreindl Theologus Consistorialis ad investigandum super iis, de quibus a conventu suo accusabatur, quibus Commissariis adjunctus fuit Martinus noster tanquam futurus Administrator. Instituitur visitatio, & investigantur ea, de quibus Abbas a suo Conventu fuerat accusatus, & cum Abbas Joannes causa cecidisset, Salisburgum interea jussus est ire, ubi per aliquod tempus in Monasterio nostro hospitem egit, suæ tamen Prælaturæ restitutus non fuit. P. Martino autem confratri nostro (tanta jam erat de ipso æstimatio) gubernationem Monasterii Michael-Burani obsignatis prius Abbatiæ locis præcipuis commiserunt, quod factum fuit, ut ipsemet scribit Martinus Abbas in prima quadragesimæ hebdomada anno 1580. Mense Februario. Hunc novum Administratorem cænobitis Buranis invitum potius, quam acceptum fuisse testantur MSSta nostra, & licet plurima tentaverint, ne in Abbatem illis præficeretur, attamen anno sequenti 1581. tertia Julii per Archiepiscopales commissarios sæpedictus P. Martinus Hättinger Monasterio Michaelburano in Abbatem, Monachis ibidem jam altera vice hoc impedire conantibus, declaratus & constitutus fuit. Rexit autem Martinus Monasterium hoc ut Administrator & Abbas simul per quatuor & medium annos, a mense videlicet Februario anni 1580. usque ad mensem Octobrem 1584. Quo tempore præprimis disciplinam regularem reformare conabatur, & œconomiam Monasterii dexterrime gessit, usque dum ad Abbatiam S. Petri fuerit vocatus, & iterum postliminio Administrator Monasterii Michaelburani factus est, interim pro hac vice Wolfgango hujus nominis II. Professo Michaelburano & Priori granarium & cellam vinariam bene referta relinquens, neque dubium fuisset, ut ipsemet fatetur Martinus Abbas, quin etiam ex debitis aliqua paulatim dissolvisset, si diutius ibidem permanere potuisset, largius enim, ait ipsemet in Chronico, iis & subsequentibus annis divina benedictio terræ nascentia suppeditaverat.

IV. Anno autem 1584. in Monasterio ad S. Petrum ubi professus, etiam Abbas electus fuit.

Igitur quadriennio & amplius Martinus præfuit Monasterio Michaelburano: sicut autem ardere vidimus ædes Ucalegontis, ita & in domo propria, in Monasterio nostro ad S. Petrum flamma depascens non tam amplius oriri visa, quam sopita fuit sex abhinc mensibus per depositionem infelicis Abbatis Andreæ Graseri, qui satis dictum in præcedentibus ob malam administrationem in re œconomica, ob multa conflata debita & laxiorem vivendi modum ann o1584. 15ta Januarii primitus quidem ab actuali administratione suspensus, exin etiam per latam sententiam ab officio depositus fuit. Jam per octo mensis a die 15ta Januarii usque ad 3tiam diem Septembris vacante Abbatia tandem electioni alterius Abbatia tertius dies Septembris dicti anni 1584. a Commissariis Illustrissimi Principis est deputatus. Altefati Principis commissarii ad actum electionis ordinati erant Dominus Antonius Comes Lodronius canonicus & officialis Salisburgensis Præsidens huic actui: præter Ipsum Dominus Martinus Prener, Joannes Stobæus, Sebastianus Cataneus SS. Theologiæ Doctores cum Notario & testibus, qui, cum die supradicta conveniissent instituto pridie consueto examine indagandi causa, in quem animi singulorum tanquam futurum Abbatem inclinarent. Ipsi commissarii magis in Patrem Casparum tunc temporis Priorem propendebant, in quem tamen Conventus minus, magis autem in P. Jacobum Cellarium inclinare videbatur. Ita scissis animis, ut fieri solet, Missa de Spiritu Sancto per P. Priorem decantata proceditur ad electionem, ad quam etiam Martinus Abbas Michaelburanus confrater noster, non ut votum seu activum, seu passivum habiturus, a Conventu honoris & assistentiæ gratia tantum vocatus erat; arbitrabantur enim Martinum, quamvis de gremio professum, incapacem ulterioris promotionis, imo quorumdam opinione nec invitandum quidem esse, utpote jam Abbatiali dignitate condecoratum. Verum Martinus, ne quidquam suis etiam Juribus cederet, prudenter præconsulto Sebastiano Cataneo theologiæ Doctore, postea Episcopo Chiemensi ord. Prædicatorum Religioso, quid juris in ea electione possit habere, non ambitione ductus, sed ne in ipso actu aliud hac occasione & controversia impedimentum eveniret, invitationi paruit, præsertim, cum ex Doctore Cataneo didicisset, passivam saltem vocem sibi competere, noluit leviter suo jure cedere. Advenit ergo Martinus Abbas Buranus ad electionem, instituitur actus, & cum Cataneus cæteris Dominis Commissariis retulisset, Martinum quoque jus passivum in hac electione merito quærere, jusserunt Notario, ut inter nomina eligen-

eligentium Schedulam etiam nomine Martini inſcriptam ſupponeret. Erant tum temporis eligentes 14. numero. Inſtituta vero electione per vota Secreta in ſcriptis vota erant diſperſa, ut in unum neque medietas quidem votorum caderet, nam P. Jacobus ſex, P. Martinus quinque, P. Caſparus Prior duo, & P. Leonardus unum habebat. Ita diſperſis votis & vocibus Commiſſarii irritarunt electionem tanquam invalidam, & quia tempus antemeridianum elapſum erat, in pomeridianum transtulerunt novum electionis actum inſtituere. Poſt prandium in refectorio, ubi & prior electio inſtituta fuerat, conveniunt Commiſſarii, & Religioſis eligentibus in unum vocatis duas vias eligendi Abbatem proponunt, aut viam electionis ſeu ſcrutinii per vota, aut viam compromiſſi, ut ſcilicet promitterent omnes Domino Præſidenti, quod illum velint acceptare, quem Dominus Præſidens ex eorum gremio nominaverit. Placuit hac via ire Conventui, impetrataque prius interlocutione totum negotium hoc diſcretioni Domini Præſidentis commiſerunt; quare Dominus Præſes deliberatione habita cum Commiſſariis, ſingulorumque eligentium moribus & qualitatibus diſcuſſis, cum habiliorem non reperiret Martino, isque jam ſine dubio ob ſuam bonam œconomiam in Beuern inſtitutam favorem ſibi ubique conciliaſſet, eundem Martinum Abbatem nominavit & promulgavit; renitentem quidem multum & Monaſterii graves difficultates, quibus intricatum erat, prætendentem, quo tamen nihil aliud effecit, quam ut ei ſilentium imponeretur & apprehenſa manu a Domino Comite Præſidente per dormitorium ad Eccleſiæ ſummum altare ad decantandum hymnum Ambroſianum deduceretur. Ita plane mirabili Dei providentia præter omnium exſpectationem in Abbatem Sancti Petri Martinus promotus & conſtitutus fuit, & quidem in ſtatu Monaſterii afflictiſſimo, Deo mirabiliter providente, qui præcipue, cum videt, communitatem indigere auxilio, ne penitus pereat, paternæ providentiæ ſuæ manum aperit, & ducit conſilia eorum, quorum intereſt, ut præter ſpem talis Rector eligatur, qui afflictæ communitati, prout tunc temporis erat noſtrum Monaſterium, ſuccurrere valeat.

V. De cujus electione canonica exſtat copia inſtrumenti.

De hujus canonica electione in Abbatem exſtat copia inſtrumenti, quod pro more illius temporis Prior & conventus per modum relationis ad Illuſtriſſimum Principem & Archiepiſcopum direxit, & ſubſcripſit; De confirmatione vero ſubſecuta, & peracta 22. Sept. eodem anno per DD. Chriſtophorum Epiſcopum Chiemſeenſem in præſentia Reverendiſſimi Domini Domini Georgii a Kienberg Coadjutoris Archiepiſcopalis, adeſt in originali ipſum Diploma Jacobi Archiepiſcopi eleganti charactere ſcriptum & ſigillo Archiepiſcopali pendulo roboratum. Inſtrumentum electionis ſequentis tenoris eſt:

„Reverendiſſimo in Chriſto Patri ac Illu„ſtriſſimo Principi & Domino Domino „Joanni Jacobo Archipræſuli Eccleſiæ Me„tropolitanæ Salisburgenſis, apoſtolicæ ſe„dis legato &c. Domino noſtro gratioſiſſi„mo Fr. Caſparus Prior, Leonhardus Se„nior, totusque conventus Monaſterii Di„vi Petri in veſtræ Reverendiſſimæ ac Illu„ſtriſſimæ Celſitudinis Civitate Salisburgen„ſi ſiti, ordinis ſancti Benedicti, veſtræ Re„verendiſſimæ Celſitudinis humiles, & de„voti Capellani, reverentiam, honorem & „obedientiam tam debitas, quam condi„gnas cum orationibus aſſiduis, utinam „Deo acceptis. Reverendiſſime ac Illu„ſtriſſime Princeps, Domine Antiſtes gra„tioſiſſime, cum ante aliquot menſes abhinc „elapſos confrater noſter Andreas tum tem„poris Abbas & Prælatus noſter canonice „per ſententiam a ſua Abbatia fuiſſet depo„ſitus & amotus; nos ex eo nolentes præ„fatum Monaſterium noſtrum Paſtoris ſola„tio diutius eſſe deſtitutum, die ſubſcripta, „quam de conſenſu & mandato veſtræ Re„verendiſſimæ & Illuſtriſſimæ Celſitudinis „ad hoc conſtituimus & præfiximus, & ad „quam omnes & ſingulos ſua communiter „vel diviſim intereſſe habere putantes per „litteras noſtras citatorias in valvis eccle„ſiæ noſtri Monaſterii affixas, uti moris eſt, „citari & evocari fecimus mane hora ter„tiarum poſt decantatum de Sancto Spiritu „officium, omnibus nobis presbyteris Sa„cra miſſarum ſolemnia celebrantibus: Dia„conis vero & ſubdiaconis venerabili Eu„chariſtiæ Sacramento procuratis & provi„ſis in refectorio noſtro tanquam loco præ„ordinato de electione futuri Prælati tra„ctaturi convenimus: adjunctis nobis Re„verendo & Illuſtri Domino Domino Anto„nio comite Lodroni, Domino Caſtellani „ac Canonico Salisburgenſi &c. quem ve„ſtra Reverendiſſima Celſitudo tanquam „hujus actus electionis Præſidentem & Di„rectorem ad hoc ſpecialiter deputaverat: „nec non Rerverendiſ. Religioſis & Clariſ„ſimis Viris Patre & Domino Martino Ab„bate in Peurn olim confratre noſtro, ac „Patre Sebaſtiano Cataneo, Martino Pren„nero & Georgio Stobeo Sacroſanctæ theo„logiæ Doctoribus & aſſiſtentibus commiſ„ſariis &c. & Notario publico & teſtibus in„fra ſcriptis in contumaciam citatorum non „comparentium ad electionem futuri Præ„lati principio per viam ſeu modum ſcrutinii „ſecreti ſecundum conſilium Tridentinum no„bis omnibus fratribus præhabitis delibera„tionibus & conſcientibus procedendum du„ximus: ac præmiſſis proteſtationibus, ad„monitionibus, & aliis in eo actu fieri ne„ceſſariis & conſuetis, etiam præfatis Re„verendis, Religioſis & Clariſſimis Domi„nis Commiſſariis plenam dedimus & com„miſimus poteſtatem, ſingulorum noſtro„rum vota ſecreta colligendi & aſſumendi, „ut illum, in quem major & ſanior pars „votorum caderet, nobis & Monaſterio no-

„ſtro in Abbatem & Prælatum pronuntia-
„rent, atque ipſam de eo electionem pu-
„blicarent & alia facerent, quæ vel de ju-
„re, vel conſuetudine ad rem pertinerent.
„Cum itaque præfati Reverendi Domini ac
„Patres commiſſarii in electionis proceſſu
„vota noſtra pet ſcrutinium ſecretum col-
„legiſſent, & recepiſſent, & facta votorum
„noſtrorum collatione reperiſſent, nullum
„ex nobis competentem nec ſufficientem
„votorum numerum juxta canonum ſacro-
„rum diſpoſitionem habuiſſe, qui pro ele-
„cto Prælato potuiſſet pronunciari & publi-
„cari. Idcirco ipſimet Reverendi Domini
„Commiſſarii juſtis & canonicis rationibus
„moti, dictam noſtram electionem eodem
„die veſperi hora tertia per interlocutorium
„declararunt, non eſſe canonicam, ſed nul-
„lam: Ex eo quod jura requirant in ele-
„ctione majorem votorum totius capituli,
„conventus partem pro electo: hic autem
„cum nullus votorum totius capituli, aut
„conventus partem majorem haberet, di-
„ctam electionem noſtram prorſus annulla-
„verunt. Inſuper iidem Reverendi & gra-
„tioſi Domini Commiſſarii nobis propoſue-
„runt, ut ad aliam novam procederemus
„electionem vel per modum ſcrutinii ſe-
„creti ut antea, vel liberi compromiſſi &c.
„quibus ita auditis, & perceptis cum ve-
„nia exivimus inter nos de hoc negotio ca-
„pitulariter conſultaturi & deliberaturi:
„hinc mox habita deliberatione denuo illos
„acceſſimus & compromiſimus ſimpliciter
„in Reverendum & Illuſtrem Dominum Do-
„minum Præſidem, cæterosque Dominos
„Commiſſarios aſſidentes: ut ex toto con-
„ventu noſtro, etiam Domino Patre Mar-
„tino Abbate in Peuern nobis adjuncto &
„admiſſo, cum & Ipſe ſit membrum & pro-
„feſſus noſtri monaſterii, aliquem eligant,
„quem magis idoneum & dignum cogno-
„ſcant, omnesque ordine ad manus dicto-
„rum compromiſſariorum promittentes, il-
„lum, quem elegerint & nominaverint in
„verum noſtrum Abbatem accepturos &
„habituros, prout & dicti quoque Reveren-
„di Domini ac Patres Commiſſarii hujus-
„modi compromiſſum in ſe receperunt, &
„viciſſim ad ſancta Dei Evangelia jurave-
„runt, & promiſerunt, quod eum velint e-
„ligere & nominare, quem noſtro monaſterio
„tum in ſpiritualibus, quam in temporali-
„bus utiliorem Paſtorem & Prælatum in-
„telligerent. His itaque præmiſſis, &
„habita inter ſe aliqua conſultatione,
„præmiſſa invocatione Sancti Spiritus,
„& conſideratis hinc inde conſiderandis,
„& obſervandis, nos iterum ad ſe voca-
„runt, & intromiſerunt, noſtrum conſen-
„ſum denuo requirentes de aliquo ele-
„cto futuro Prælato proponendo, &
„publicando, nobis omnibus placuit, &
„publicationem Illius & nominatione in præ-
„ſentiarum fieri. Unde ſupra dictus Reve-
„rendus & Illuſtris Dominus Antonius Co-
„mes Lodroni &c. hujus actus electionis
„Præſidens de conſenſu & voluntate colle-
„garum ſuorum nobis omnibus præſentibus,
„conſentientibus, & audientibus elegit, no-
„minavit, atque electionem ipſorum in ſcri-
„ptis ſolemniter publicavit in hunc, qui ſe-
„quitur, modum: ad laudem & gloriam San-
„ctæ & Individuæ Trinitatis & SS. Petri &
„Pauli Patronorum hujus Monaſterii ac cæ-
„leſtis curiæ feliciter triumphantis: Ego
„Antonius Comes Lodroni Dominus Caſtel-
„lani, Canonicus Eccleſiæ Metropolitanæ
„Salisburgenſis &c. unus de compromiſſa-
„riis a Conventu dicti Monaſterii electus,
„de voluntate & conſenſu collegarum meo-
„rum vice mea, & eorum, atque totius
„conventus, & ex poteſtate mihi, & dictis,
„Collegis meis extradita, invocata Spiritus
„Sancti gratia, Venerabilem ac Religioſum
„Patrem Dominum Martinum Abbatem in
„Peurn hujus Monaſterii profeſſum preſen-
„tem in dicti Monaſterii divi Petri Præla-
„tum & Paſtorem eligo, & nomino, ele-
„ctionemque ipſam in his Scriptis publi-
„co, atque pronuntio. In nomine Patris
„& Filii & Spiritus ſancti Amen. Quam
„quidem electionem, ſic, ut præmittitur,
„factam, & publicatam nos omnes prædi-
„cti confratres concorditer recepimus & ap-
„probavimus, ratam & gratam habuimus,
„prout ratificamus & approbamus per præ-
„ſentes, quantum de jure melius, & effi-
„cacius poſſumus, & debemus, præfatus-
„que Dominus electus Martinus ibidem præ-
„ſens, & electionem de ſe factam audiens,
„quatenus electioni hujusmodi ſuum præ-
„beret aſſenſum, debite eſt requiſitus. Idem
„vero Dominus electus, licet primum ex
„humilitate ſe inſufficientem & indignum
„reputaret, & obinde ſe plurimum excuſa-
„ret, nobis tamen & Reverendis compro-
„miſſariis inſtantibus præhabita deliberatio-
„ne divinæ nolens reſiſtere voluntati, ele-
„ctione de ſe, ut præfertur, factæ annuit,
„ac ſe ſubmiſit non minus humiliter, quam
„devote: quo præſtito & habito ejus con-
„ſenſi eundem Dominum electum de loco e-
„lectionis proceſſionaliter in Eccleſiam no-
„ſtri cœnobii ad ſummum altare cum decan-
„tatione hymni ſoliti, Te Deum Lauda-
„mus &c. duximus, pulſatis ad hoc cam-
„panis, fecimusque electionem præſcri-
„ptam, ut moris eſt, populo Chriſti fideli
„illuc convolanti ſolemniter publicari, Deo
„gratias agentes. Quapropter ſupplica-
„mus veſtræ Reverendiſſimæ & Illu-
„ſtriſſimæ Paternitati concordi & hu-
„mili voto, ut electionem hujusmodi, ita,
„ut præfertur, canonice factam, auctori-
„tate ordinaria confirmare, & approbare
„dignetur; aut id fieri gratioſe committere,
„& demandare: ut authore Deo idem ele-
„ctus nobis & noſtro Monaſterio in his, quæ
„ad officium boni Paſtoris pertinent, præ-
„eſſe valeat, & prodeſſe, nosque & alii
„ejusdem ſubditi ſub Ipſius felici regimine

poſſimus

„possimus altissimo salubriter militare. Ut „autem vestra Reverendissima & Illustrissi„ma Dominatio agnoscat, nos præmissis „omnibus consensisse, eidem vestæ Reve„rendissimæ, & Illustrissimæ Celsitudini præ„sens electionis decretum sigillo Conventus „nostri munitum ac nostris, & notarii ma„nibus subscriptum humiliter offerimus. „Acta sunt hæc in nostro Monasterio præ„dicto sub anno a nativitate Domini mille„simo quingentesimo, octuagesimo quarto, „Indictione duodecima, die vero lunæ, ter„tia mensis Septembris, Pontificatus san„ctissimi in Christo Patris & Domini nostri, „Domini Gregorii divina Providentia Papæ „decimi tertii, anno duodecimo. Præsen„tibus venerabilibus viris, ac Dominis „Wolfgango Sumerlang vicario, & Regen„te Chori Metropolitanæ Ecclesiæ Salis„burgensis, & Jacobo Hüete Reverendissi„mi Domini Coadjutoris Capellano, testi„bus ad præmissa vocatis rogatis atque spe„cialiter requisitis".

† „Ego Frater Casparus Prior supra scri„ptis omnibus & singulis consensi & consen„tio, ac manu mea propria signavi & sub„scripsi".

† „Ego Frater Leonhardus Custos Senior „supradictis omnibus & singulis consensi &c. „ut supra". Hucusque tenor Instrumenti „de electione Canonica Martini Abbatis „nostri".

Sequuntur Litteræ confirmationis, quæ in originali exstant, & hunc continent sensum de verbo ad verbum.

VI. De ejus autem confirmatione litteræ Archiepiscopales in originali adsunt.

„JOANNES JACOBUS Dei gratia Ar„chiepiscopus Ecclesiæ Salisburgensis „Apostolicæ sedis Legatus dilectis nobis in „Christo Casparo Priori, Leonhardo Senio„ri, totique conventui Monasterii divi Pe„tri ordinis Sancti Benedicti civitatis nostræ „Salisburgensis salutem in Domino sempi„ternam. Vacante nuper Abbatia per depo„sitionem Andreæ proximi & immediati „ejusdem Monasterii Abbatis, vos acce„dente nostro consensu, voluntate & com„missione, his, qui commode potuerunt & „debuerunt interesse vocatis, ad electionem „futuri Abbatis procedemus, observatis „solemnitatibus de jure debitis & consuetis, „tandem placuit vobis per viam compromissi „simplicis seu liberi ad electionem futuri „Abbatis procedere, facta in Metropolita„næ Ecclesiæ nostræ Canonicum, ac Vi„cariatus & officialatus curiæ nostræ Salis„burgen Commissarium subdelegatum, di„lectum nobis in Christo Antonium Domi„num Lodroni & Dominum Castellani, Con„siliarium & fidelem nostrum, & hujus a„ctus nostro nomine præsidentem aliosque „Collegas suos assidentes comprom sistis, „ita, ut quam ipsi Compromissarii per ele„ctionem, seu nominationem dicto Mona„sterio personam idoneam eligerent, illam „ipsam pro Abbate & Prælato vestro habi„turos. Unde jam dictus Comes Antonius „Lodroni de consensu & voluntate collega„rum, vi & potestate illis, ut præmittitur, „tradita ac seorsim invocata Spiritus Sancti „gratia ac matura deliberatione præhabita „dilectum nobis in Christo Martinum tunc „temporis Abbatem Monasterii sancti Mi„chaelis in Peüern, olim confratrem ve„strum, & in dicto Monasterio S. Petri ex„presse professum elegit, & præfatus Com„missarius noster Antonius Comes Lodro„ni &c. hanc electionem, seu nominatio„nem suam & collegarum suorum in scri„ptis publicavit. Qui quidem Martinus „Abbas in Peüern divinæ nolens resistere „voluntati, in hujusmodi electionem de se „factam humiliter consensit, prout hæc & „alia in quodam Instrumento Electionis de„super confecto & nobis exhibito plenius vi„dimus contineri, nobisque humiliter sup„plicastis, quatenus hujusmodi electionem „sic, ut præfertur, factam, gratiose, & be„nigne confirmare dignaremur. Nos vero, „ne contra doctrinam Apostoli electo manus „cito imponere videremur, cridam seu pro„clamationem mandavimus fieri generales, „ut si qui essent, qui in formam electionis per„sonam electi vel eligentium dicere seu op„ponere vellent, die Sabbato, quæ fuit vi„gesima secunda currentis mensis Septem„bris hora duodecima post meridiem hic Sa„lisburgi in aula nostra archiepiscopali co„ram nobis aut commissario nostro ad hoc „specialiter deputato compareant, dicturi „& allegaturi, quod justitia suaserit & or„do dictaverit rationis: alioquin dicto ele„cto prout justum & æquum fuerit, munus „confirmationis impendere vellemus, cita„torum contumacia seu absentia non ob„stantibus. Nos deinde Venerabili fratri „amico nostro charissimo, Domino Christo„phoro Chiemensis ecclesiæ episcopo, ob ad„versam valetudinem nostram in hujusmodi „confirmationis negotio vice nostra ulterio„rem facere progressum commisimus. Ad„veniente itaque dicto termino videlicet vi„gesima secunda mensis Septembris & præ„fato Martino coram dicto commissario no„stro Domino Christophoro Episcopo Chie„mensi in dicta nostra aula Archiepiscopali „comparente & in hujusmodi confirmatio„nis negotio ad ulteriora procedi petente, „dictaque citatione & proclamatione legi„time executa & coram eodem Commissa„rio nostro, ut decet, denuo reproducta, „& nemine, qui contra formam electionis, „personam electam, seu eligentium quid„cunque opponere vellet, se manifestante, „Idem Dominus Christophorus Commissa„rius noster, cum nullum circa electionis „formam quam electi, seu eligentium per„sonas, sive alias canonicum appareret im„pedimentum, præfatam nominationem di„cti Martini factam auctoritate nostra ordi„naria confirmandam duxit, & confirmavit:

„eundem-

„eundemque Martinum per annuli traditio-
„nem recepto tamen prius ab eodem solitis
„juramentis, & professione fidei Catholi-
„cæ de eadem Abbatia investivit, & insti-
„tuit administrationem spiritualium & tem-
„poralium ejusdem Abbatiæ S. Petri in ci-
„vitate nostra Salisburgensi sibi plenarie
„committens, adhibitis solennitatibus in
„his adhiberi solitis & consuetis. Mos ita-
„que præmissa omnia per sæpius nomina-
„tum Dominum Christophorum episcopum
„Chiemensem Commissarium nostrum facta
„ratificantes, & approbantes devotiones
„vestras hortamur, requirimus & mone-
„mus, vobisque nihilominus in virtute S.
„obedientiæ districte præcipiendo manda-
„mus, quatenus supra dictum Martinum
„in Abbatem, & Prælatum vestrum reci-
„piatis: sibi tam in spiritualibus, quam in
„temporalibus obedientiam, & reveren-
„tiam tam debitas, quam condignas exhi-
„bituri. Alioquin contra rebelles & ino-
„bedientes per censuram ecclesiasticam, &
„alia juris remedia atque pænas condignas
„procedere non obmittemus. Harum te-
„stimonio litterarum Sigilli nostri appensio-
„ne munitarum. Datæ in civitate nostra
„Salisburg. die vigesima secunda Septembr.
„Anno Domini millesimo, quingentesimo,
„octuagesimo quarto“ (L.S.)

VII. Martinus Abbas fuit pro bono Monasterii solicitus: primo, debita passiva dissolvendo;

Igitur Martinus electus & confirmatus Abbas noster (qui Benedictione haud amplius indiguit, utpote quam ut Abbas Michaelburanus 30. Julii anno 1581. jam accepit) inter primas curas suas constituit in animo, ut non tantum pro conservanda vel hinc inde restituenda regulari disciplina vigilaret, verum etiam œconomiam suam sic institueret, ut gravia debita, ab antecessore Andrea relicta, qualicumque demum ratione cum Monasterii incremento dissolveret. Moles debitorum pro illo tempore non erat exigua, & quia ab initio difficilimum erat rem domesticam gerere, nisi aliqua bona abalienarentur, & prudenter simili aut alia ratione æs novum alienum a Monasterio amoveretur, constituit anno 1586. curiam in Absdorf dictam divendere, cujus quidem venditionis hic modus & causa fuerat, prout ipse Abbas Martinus in suo Chronico descripsit: Habebat Monasterium curiam seu Dominium quoddam in Austria non procul a Monasterio Gottwicensi Absdorf dictum, quam curiam Abbas Benedictus antecessor Andreæ locaverat cuidam Wolfgango Krennio præfecto ejusdem ea conditione, ut ruinas ædificii repararet suis sumptibus, & quot annis nihilominus penderet Monasterio summam aliquam pecuniariam. Mortuo Wolfgango Krennio successit filius Christophorus, qui curiæ præfuit sub Andrea Abbate, cui Krennius progressu temporis ad colendas vineas singulis annis certam pecuniam mutuo dedit, sed sine censu, postquam autem nulla solutione subsecuta summa pecuniæ ad aliquot florenorum millia excrevisset, creditor urgere cœpit solutionem, cujus importuna instantia coactus Andreas contracta jam aliquot florenorum millia pro annuo censu per chyrographum debitoriale acceptavit, atque ut lactaret & promptiorem redderet creditorem improvidus noster Paterfamilias, de annuo penso remisit partem & insuper locationem ad duos filios ejus extendit, ut ita cum gravi debito ex curia illa nihil haberet, nisi modicam quantitatem pecuniariam, quam tamen in reparationem ædificiorum fere singulis annis oportebat impendere. Cum vero promptiorem haberet Krennium non cessavit Abbas Andreas ulteriores pecunias accipere ab eo mutuas, donec depositio Andrea & surrogato Martino Abbate summa debitorum adhuc magis & ferme altero tanto excresceret; quare cum Krennius a Martino Abbate solutionem instanter peteret, neque tamen media adessent dissolvendi hoc debitum, cum nulla pecunia ab antecessore relicta fuerit, neque consuetum fuisset aliud debitum conflandi, ut hoc dissolveretur, præsertim, cum tam parvum emolumentum ex ea curia caperet Monasterium, his rationibus motus Martinus Abbas accedente consensu tum Illustrissimi ordinarii Joannis Jacobi tum etiam Conventus, tantum egit cum Krennio, ut dimissis aliquot millium florenorum debitis residuum adhuc solveret pro curia; quam venditionem etiam postea confirmavit Georgius a Küenburg Archiepiscopus factus; atque ita hæc curia a nostro Monasterio fuit divendita pro majori emolumento Monasterii, quamvis fortasse consultius fuisset, si saltem reservasset aliquod jus aut regressum ad hoc Dominium Monasterio; Interim tamen Martinus Abbas residuum ex soluti pretii ad alia bona coëmenda pro Monasterii utilitate optime impendit, ut in ordine videbimus. Verum non tantum hoc recensitum, sed plurima alia debita successive dissolvit Abbas Martinus.

VIII. Secundo: bona quædam immobilia, specialiter prædium *Lind* seu *Aigl*,

Sicut autem Martinus Abbas pro bono Monasterii primis statim annis sollicitus fuit in debitis passivis dissolvendis, quæ ab ipsius antecessore fuerunt contracta, ita hanc paternam solicitudinem in plurimis aliis ostendit, partim comparando bona Immobilia, partim etiam aliqua vendendo, aut permutando, inter quæ bona immobilia unum ex præcipuis fuit prædium Lind, seu Aigl Hof dictum, quod anno 1604. ad magnam Monasterii utilitatem comparavit, & denique etiam multa vel noviter exstruendo, aut antiqua ædificia reparando. Videbat præprimis Martinus Abbas, quod Monasterium magnum defectum pateretur in re Lignaria, ita, ut pro communi necessitate non haberet ligna sufficientia, neque silvam in propinquo, & quamvis prope Hallam aliquot possideret silvas, ex quo tamen loco non nisi difficulter & magno pretio advehi poterant, hinc sylvam illam cum uno colono in

Gnigl

Gnigl emit ab Eccleſia in Halming pro trecentis florenis anno 1591. poſt triennium rurſus inſigne ſpecimen utilis ſuæ œconomiæ dedit Martinus, cum nimirum anno 1594. prædium illud ſatis amplum, Freſchelmos dictum, Monaſterio comparavit, quod prædium in ſuburbio Miinenſi ſitum poſtea muro cinxit, quod tamen prædium Ipſe Martinus Abbas poſtea Joanni Curtio Doctori & Conſiliario Archiepiſcopali Wolfgangi Theodorici reverentia potius ductus rurſus vendidit, exſolutum autem pretium ad alia bona comparanda fideliter applicavit. Similiter anno 1597. ad bonum Monaſterii augendum, & Urbarii redditus ampliandos, decimas quasdam in Pongeu a Georgio Guggio ſubdito noſtro emit. Inter alia autem bona immobilia præprimis eminet Villa quædam ſuburbana prope civitatem non procul a Monaſterio Ord. S. Auguſtini in Miln diſtans, quod olim Lind, Aiglhof, vel Peters Lind vocabatur, & ſuam nomenclaturam hauſit ab antiquis poſſeſſoribus, qui erant Domini Aigl in Lind. Hoc prædium aliquot florenorum millibus emit anno 1604. Abbas noſter ab hæredibus Reverendiſſimi Domini Michaelis a Wolkenſteiir Præpoſiti Salisburgenſis cum omnibus eo ſpectantibus, quod prædium ipſe Martinus multum reparavit, pulcherrimum ibidem hortum plantavit, muro cinxit, & in fine exſtructa ædicula clauſit, in cujus pariete marmoream tabulam cum hac inſcriptione poſuit: *Hanc villam cum prædiis, pratis & alpibus comparavit, muroque pomerium iſtud cinxit Martinus Abbas Sancti Petri anno MDCVIII.*

Si nihil ædificas, qui ſpectas iſta Viator,
Aut mea ne carpas, aut meliora ſtruas.
Si meliora tenes, id divos poſcito mecum,
Ne quod uterque tenet, faſcinet invidia.

Ita nimirum ſemper cogitabat Martinus, quomodo redditus & bona immobilia Monaſterii augeret. Ipſe etiam arbores intra muros horti iſtius plantavit, tantoque ſolatio & animi tranquillitate fruebatur in colendis arboribus, ut ipſemet olitorem ageret, arbuſculos ſuperflue protuberantes reſcinderet, arbuſta purgaret, cæteraque olitoris inſtar in cultu hujus horti pro manuali exercitio actitaret; ætate ſummo mane, ſi per aëris temperiem licuit, eo deambulavit, & inſtar boni Patrisfamilias, quid a domeſticis ageretur, ſolicite attendit, donec infirmitate detentus ultimis annis hunc locum vilitare haud amplius potuerit. De hac villa, ſeu prædio, quod eſt nobile feudum, exſtant litteræ conceſſionis, quod hoc feudum emendi obtinuerit licentiam ab Archiepiſcopo Wolfgango Theodorico noſter Martinus Abbas ſub 15. Sept. anno 1604. Datæ ab Archiepiſcopali Camera per modum ſignaturæ his verbis:

Auf des Hochwürdigſten unſers gnädigſten Landsfürſten und Herrn Beuelch, Herrn Martin Abbten und gemainem Convent bei St. Peter alhier auf derſelben iberraichte unterthänigſte Supplication die Erkauf und Belehnung des Hoffs Lind alhier an der Riettenburg gelegen und deſſen Zugehörung betreffent, in Antwort anzumelden, daß Ire Hochfürſtliche Gnaden aus denen in yetzt beſagter Supplication angezogenen Vrſachen gnädigiſt zug laſſen, und bewilliget, daß wohlernanter Herr Abbt und Convent berürten Hof Lind ſambt deſſelben Gründten, Gülten, und allen anderen Zugehörungen, allermaſſen, wie ſolichen der lezt abgeſtorbene Herr Thum Probſt ſeliger inngehabt, an ſich, und Kloſter keufflich bringen, und erhandlen mögen, doch alſo und dergeſtalt, daß ein jeder Abbt bei St. Peter denſelben Hof neben den anderen Stucken, ſo von Ir Hochfürſtlichen Gnaden, und dero Hochlöblichen Erz-Stifft zu Lehen rüeren, bei der Lehen Probſtei zu empfahen, und dasjenige, ſo von Alters darbey herkommen, und gebraüchig, davon zu laiſten, und anzurichten ſchuldig ſein ſolte. Actum den 15. Septembris anno 1604.

Hochfürſtl. Cammer Canzley daſelbſt.

Litteræ autem in recipiendo hoc feudo conſuetæ eodem anno emanarunt propria manu Archiepiſcopi Wolfgangi Theodorici ſubſcriptæ & pendulo ſigillo roboratæ, quæ, quia primæ ſunt de hoc prædio & feudo, etiam inter acta Martini Abbatis, cujus bonæ œconomiæ hoc in acceptis referimus, in extenſo adduci merentur.

Wir Wolf Dietrich von Gottes Gnaden Erzbiſchoue zu Salzburg Legat des Stuels zu Rom. Bekhenen, daß wür unſerem getreuen Auguſtin Zapplern als des würdigen, unſers Raths, lieben in Gott und getreuen Martin Abbten des Gotteshaus und Cloſters zu St. Peter alhier Hofrichter und Lehentragern, auf den Gewalt, welichen ermelter Abbt ihme Zapplern von wegen berürtes Kloſters, und in ſeinem ſelbſt Nammen gegeben hat, und bei unſer Lehen-Probſtey fürgelegt worden iſt die hernach beſchriebene Stuck, zehent, und Gütter, ſo von uns und unſerem Erzſtifft Salzburg zu Lehen rüren, und er Abbt ermelten Cloſter zu St. Peter alhier zu Nuz und Guten, inhalt, und Vermög eines ordentlichen und gefertigten Ausſtands, deſſen datum Inſprugg den ſiben und zweinzigſten Tag Monath Novembris diß nochſchwebenten ſechzehen hundert und vierten Jahrs, von dem Edlen unſerem getreuen beſonder lieben Carl Freiherrn zu Wolkenſtein, und Rodenegg ꝛc. für ſich ſelbſt und als Gewalt und Lehentrager ſeiner Gebrüder Nammens Sigmunden, Georgen, Chriſtophen, und Vlrichen Freiherrn zu Wolkenſtein und Rodenegg ꝛc. erkaufft, auf ſein demüthigſt erſuchen und Anhalten als Lehenherr aus unſer Canzlei zu Ritterlehen aus Genaden dergeſtalt verlihen haben, daß dieſelb, ſo offt ein Herr und Erzbiſchoue zu Salzburg in die Regirung eintritt, oder wann ein Abbt gedachtes Gotteshaus zu St. Peter alhier ableibt oder ce-

cedirt und ein ander eintritt, zu jeden fällen zu Lehen ordentlich empfangen, und wie andere unser und unsers Erzstiffts Ritterlehen umb uns und unserem Erzstifft getreulich verdienet werden. Verleichen mehr ernennten Augustin Zappler als Gewalt und Lehentragern, inmassen und von wegen wie oben vermelt worden, dieselben Stuck, Zehent und Gütter auch hiemit wüssentlich in Crafft diß Briefs, als fern und so vill wür zu recht sollen und mögen, auch als Lehens und unseres Erzstiffts Gewohnheit, recht und gebrauch ist, doch uns, unserem Erzstifft und sonst Meniglich an unseren und ihren rechten unuergriffen und ohne Schaden. Und sein das die Stuck, Zehent und Gütter: Nemblichen: das Guet und Siz Lindt zu Wärtlstain zu nächst bei der Statt Salzburg im Hof: Urbar Gericht, Glan und Müllner Pfarr gelegen, sambt dem Mayrhof, Weyern und zwey dritt zehent daselbst, auch die hohe Riedenburg sambt deren Pertinentien, und Zugehörungen, als Holz, Stainbruch, Item den ganzen Hof und Guet zu Pietling in Tittmoninger Landgericht und Fridolfinger Pfarr gelegen, so diser Zeit Wilhelm Dautl und sein Nachber daselbst zu Erbrecht besitzen. Es hat auch uns offt gedachter Augustin Zappler deßwegen auf fürgelegten ob angezohenen Gewalt die gewohnliche Lehens-Pflicht galaist. Urkund diß Briefs geben und mit unserem anhangenten Insigl verfertigt in unser Statt Salzburg den Sechzehenten Monathstag Decembris, als man zählt nach Christi unseres lieben Herrn und Selligmacher heiligen Geburt, ain tausent, sechshundert und im Viertten.

Wolff Dietrich. (L.S.)

Et hæc de prædio seu feudo inter alia bona immobilia, quæ comparavit Abbas noster Martinus, ferme præcipuo, quod dicitur Aigl, seu Lind-hof.

IX. Nec non alia bona variis in locis, Pongeu, Tittmoning, & Mattsee comparando;

Concessimus quidem primum ferme locum inter bona immobilia prædio Lind seu Aigl supradicto, seu minime prætereunda sunt & alia feuda partim in Pongovia, partim in aliis locis ab Abbate Martino variis annis ad Monasterii utilitatem comparata. Emit ferme præcipua anno præcedente 1603. a quodam honesto cive ad S. Joannem in Pongovia Bartholomæo Mittersteiner, quæ bona prius erant Peitllehen, ex-in autem in Ritterlehen fuerunt permutata, prout docemur ex litteris originalibus exstantibus de anno 1603. subscriptis manu propria Illustrissimi Principis & Archiepiscopi Wolfgangi Theodorici, ejusdemque sigillo munitis, quæ pariter tanquam primæ recenseri debent sequentem tenorem continentes:

Wir Wolf Dietrich von Gottes Genaden Erzbischoue zu Salzburg Legat des Stuels zu Rom ꝛc. Bekennen, daß wür dem wierdigen unserem Rath lieben in Gott und getreuen Martin Abbt des Gotteshaus und Closters zu St. Peter alhir die hernach benante Stuk und Güetter, so von uns und unserem Erzstifft zu Peitllehen gerührt und er bemelten Closter zu St. Peter alhie zu Nutz und guten Innhalt und Vermög eines fürgelegten gefertigten Kauf und Gwerbriefs, dessen datum den fünf und zweinzigsten Monathstag Junii des zu end benennten Jahrs von unserm Burger zu Sanct Johanns in Pongau und getreuen Bartholomäen Mitterstainer erkaufft, auf sein demüthigst Ersuechen und Anhalten als Lehensherr aus unserer Canzlei zu Ritterlehen aus Genaden dergestalten verlichen haben, daß derselbe, so offt ein Herr und Erzbischof zu Salzburg in die Regierung eintrit, oder wan ein Abbt mehrberihrtes Gotteshaus zu St. Peter alhier ableibt oder cedirt, und ein ander eintrit, zu jeden fällen zu Lehen ordentlich empfangen und durch denselben Abbt wie andere unser und unsers Erzstiffts Ritterlehen, umb uns und unser Erzstifft getreulich verdienet werden. Verleihen Jme Martin Abbten die auch in Massen, wie hieoben gemelt wirdt, wissentlich mit dem Brief, als fern und so vill wir zu recht sollen und mögen, auch als Lehens und unseres Erzstiffts Gewohnhait und recht ist, doch uns, unserem Erzstifft und sonst Meniglich, an unseren und ihren Rechten unuergriffen und ohne Schaden. Und sein das die Stuk und Güetter: Nemblich ain Guet Aschertausch, mer ain Guet Falschheben, Item ain Guet hinter Neureuth in Halbmoß genant; Mer ain Guet Nütter Wißperg genant, gleichfahls ain Guet in Halbmach genannt, aber ain Guet Taxlueg genant, alle in Sanct Johanns Pfarr und Werfner Gericht gelegen, Mer ain Guet bei Goldekh ob der halben Hueb genant in St. Veiths Pfarr und obermelts Werfner Gerichts, Item ain Guet in der grossen Arl hinder Neureuth und dan mer zway Güetter in der Obernp rned, gleichfals ain Guet zu Welnsperg und widerum drey Güetter an der Mul, alle in Mattseer Gericht gelegen, Item ain Guet zu Pürkhirnern und ain Guet zu Pabnig, beede in Tittmoninger Landgericht gelegen, und leztlich ain Guet in Stainthall in der Herrschafft Wald gelegen. Es hat uns auch deswegen an sein Martin Abbtens Statt Crafft habenten Gewalts mer ermeltes Closter zu Sanct Peter alhier Secretarius, der gelert unser Hof Aduocat und getreuer M. Andreas Raber die gewohnliche Lehens-Pflicht gethan. Urkund dits Briefs, geben uud mit unserem anhangenten Insigl verfertigt, in unser Statt Salzburg den sechs und zwainzigsten Monaths Tag Augusti, als man zelt nach Christi unsers lieben Herrn und Seligmachers heiligen Geburt, ain tausend, sechshundert und im dritten.

Wolff Dietrich. (L.S.)

Ad hæc bona immobilia etiam spectant certæ decimæ, quas Dominus Ludovicus Alten consignari fecit ad aliquot prædia in variis locis pro fundatione anno 1594. sub Martino Abbate. Exstant enim inter fundationes sub n. LXXXIX. Litteræ membraneæ cum quatuor sigillis, in quibus inter præ-

X. Ad quæ bona etiam spectant Decimæ in Maurach anno 1594. pro anniversario datæ.

prædictum Dominum Abbatem & Dominum Ludovicum Alten aliqua conventio facta fuit; vigore cujus Dominus Alten pro duabus missis fundavit anniversarium cum annua distributione certæ eleemosynæ, nec non cum privilegio sepulturæ in Capella S. Wolfgangi. Et quia inter hæc bona etiam aliqua sunt feuda, specialiter duæ decimarum tertiæ in Maurach, hinc etiam pro his prima vice sæpe fatus Dominus Abbas Martinus ab Illustrissimo Archiepiscopo Wolfgango Theodorico litteras consuetas accepit, quæ in originali adsunt, & ita sonant:

Wir Wolf Dietrich von Gottes Genaden Erzbischoue zu Salzburg Legat des Stuels zu Rom. Bekhenen, daß wir dem würdigen unserem Rath lieben in Gott und getreuen Martin Abbte Sanct Peters Closters alhie ainen dritten Thail Zehent auf dreien Heusern zu hohen Maurach in Daxenbacher Gericht gelegen, so von uns, und unserem Erzstifft zu Lehen rüret, und von weilend Ludwigen Alten seeligen hinterlassenen Erben Sohn und Töchtern mit Nammen Tobias, Eva und Felicitas Geschwistrigethen zu ainen Jahrtag dahin ibergeben worden, und Sy uns dernselben mit Irem verfertigten Brief aufgesand haben, als Lehensherr mit Genaden verlichen haben. Verleihen Jme denselben auch hiemit wissentlich mit dem Brief. Als fern und so vill wir zu recht sollen und mögen, auch als Lehens und unseres Erzstifft Gewohnhait und Recht ist. Doch uns unserem Erzstifft und Meniglich an unseren und ihren Rechten unuergriffen. Und sollen soliche Lehen, als offt ein Erzbischoff zu Salzburg in die Regirung eintritt, oder wan ein Abbt des berirten Gotteshaus ableibt oder cedirt, und ein anderer eintritt, zu jeden fällen und mit unseren hier anhangenten Secret Insigl verfertigt. In unser Statt Salzburg den sibenten Tag Octobris nach Christi unseres lieben Herrn und Seligmachers Geburt, im fünfzehen hundert, vier und neunzigisten Jare.

(L.S.) V. Balthasar Hofinger
V. J. D. Consil. & Ppstus feudalis Mpr.

XI. Tertio: bona quædam in obsequium Principis partim vendendo, ubi erat hospitale S. Magdalenæ anno 1591.

Tertio hanc pro bono Monasterii sollicitudinem ostendit Providus Patersamilias Abbas Martinus, saltem quantum in ipsius erat potestate & voluntate, partim aliqua bona in obsequium Illustrissimi Principis & Archiepiscopi Wolfgangi Theodorici vendendo, partim etiam aliqua cum majori tamen utilitate permutando. Habebat animum Archiepiscopus construendi locum aliquem aptum pro Seminario ampliorem, quam esset Domus Episcopi Seccovienſis, ubi tunc morabantur alumni; quare cum Monasterium nostrum in Kay habuerit locum satis aptum, capellam scilicet Sancti Laurentii, postea S. Magdalenæ ubi erat domus Hospitalis, in qua mulieres pauperes a monasterio alebantur, quod hospitale nobis teste Dikero in addit. ad Chron. Salisb. a Chunrado quarto Archiepiscopo Donatum, Ecclesia autem S. Laurentii in dicti Sancti honorem ab Eberhardo Archiepiscopo anno 1150. XI. Cal. aug. dedicata fuit; hinc in dictum locum Illustrissimus Princeps oculos conjecit, tanquam suæ intentioni aptissimum. Quo vero auctore? facile ex sequentibus conjici potest: nam Sebastianus Cataneus Dominicanus Mediolanensis (antea Consiliarius Archiepiscopi, & postea ex gratia Illustrissimi Wolfgangi Theodorici etiam ad Insulam Chiemensem promotus, qui se & in aliis occasionibus minus addictum ostendit Monasterio) ab Illustrissimo Principe in eo negotio commissarius ad Abbatem Martinum directus omni modo invitum Abbatem hortabatur, ut ad venditionem consentiret, utpote cum Illustrissimus Princeps pro ea domo & horto bis mille florenos numeraturus esset. Timebat enim Episcopus Cataneus sibi summopere, ne Princeps ipsius hortum & aream (qui hortus olim etiam ad nos pertinebat, quem Andreas Abbas mille florenis vendidit Christophoro Episcopo Chiemensi, ut ipse refert Martinus Abbas in suo Chronico) ad hanc inclinationem applicaret, atque ut hoc timore se exsolveret, persuasit Abbatem, ut consensum daret. Ignorabat, & hæsitabat Martinus quid ageret? Si enim renueret, timenda offensa Principis; si consentiret, alienatio tam antiqui loci & ipsi minus honorifica & Monasterio minus proficua videbatur. Suspensam interea rem reliquit, & totum hoc negotium suo conventui relaturum dixit, ac postridie renuntiaturum, quid conclusum fuerit. Altera die consensum quidem, sed ægerrime obtinuit, quia dolebant tam antiquum locum a nobis avelli. Consensum ergo Conventus Martinus Abbas significat Cataneo Episcopo Chiemensi, hic Principi Illustrissimo, qui laudata prompta voluntate nostrorum & Abbatis duo millia florenorum tali modo pro hospitali solvit. Debebat Monasterium nostrum Illustrissimæ Cammeræ mille & centum florenos, quos Andreas antecessor primo anno ab Archiepiscopo Joanne Kuen mutuos acceperat; hinc hujus debiti Chyrographum cum nongentis florenis in solutionem hospitalis dedit, ut adeo nec illam pecuniam mille centum florenorum per Andream Abbatem nostrum dilapidatam, nec in ullum Monasterii usum conversam, nec hospitale S. Laurentii amplius possederit, non sine justo dolore Martini Abbatis, utpote qui præter ingentem summam debitorum sibi derelictorum tales insuper incommoditates & bonorum immobilium diminutiones sui regiminis tempore sine culpa pati debuerit. Exstant de hac venditione litteræ originales membraneæ triplici sigillo, Archiepiscopali, Abbatiali & conventuali munitæ dd°. 13. mensis Maji anno 1591. sunt autem sequentis tenoris:

„In nomine Domini Amen. Noverint uni-„verſi & ſinguli præſens hoc publicum in-„ſtrumentum inſpecturi, lecturi ſeu legi au-„dituri. Quod, cum Illuſtriſſimus, ac Re-„verendiſſimus in Chriſto Princeps ac Do-„minus Dominus Wolfgangus Theodoricus „Archiepiſcopus Salisburgenſis Apoſtolicæ „Sedis Legatus &c. pro majori cultus Divi-„ni ac Religionis Catholicæ incremento, in „hac ſua metropolitica eccleſia Salisbur-„genſi de erigendo Seminario paterne ac „ſollicite cogitaret, & de opportuno ejus-„dem loco & ſitu diſpiceret, non viſus eſt „commodior, quam qui ad S. Mariam Ma-„gdalenam intra mœnia Salisburgi nuncu-„patur, & cum is Monaſterium Sancti Pe-„tri ibidem proprie pertineret, pro eo com-„parando & ad dicti Seminarii uſus appli-„cando Illuſtriſſima Celſitudo cum Reveren-„do Patre ac Domino Martino Hattinger Ab-„bate præfati Monaſterii ejusdemque con-„ventu infraſcripto, de emptione per depu-„tatos Dominos Commiſſarios tractari fecit, „per quos tandem ita conventum & con-„cluſum eſt, nimirum: quod Abbas & Con-„ventus dicti Monaſterii Sancti Petri ſupra „memoratum ſitum & locum, unacum fun-„do, ædificiis & Sacello Sanctæ Mariæ Ma-„gdalenæ cum omnibus juribus, pertinen-„tiis, commoditatibus, & adjacentiis, at-„que ſic veram & omnimodam proprieta-„tem, quam Monaſterium Sancti Petri ha-„buit, Illuſtriſſimæ ſuæ Celſitudini vendi-„derit, & tradiderit pro pretio bis mille flo-„renorum. Quorum nongenti floreni nu-„meratæ pecuniæ ſoluti, per ſæpedictum „Dominum Abbatem in certos & eviden-„tes uſus, ac perpetuos redditus ſui Mona-„ſterii cum conſenſu & voluntate Illuſtriſſi-„mæ ſuæ Celſitudinis tanquam ordinarii „collocari debeant. Alii vero mille & cen-„tum floreni, quos Monaſterium Sancti Pe-„tri Cameræ Archiepiſcopali debuit, caſſa-„ta vel reſciſſa obligatione pro ſolutis ha-„beantur. Et cum in eodem loco nunc „temporis quinque pauperes mulieres, quæ „de eleemoſyna vixere, habitationem ſuam „habuerunt, Illuſtriſſima ſua Celſitudo pro „innata erga pauperes Clementiſſima affe-„ctione & liberalitate curam dictarum mu-„lierum ad ſuæ vitæ alendarum gratioſiſſi-„me in ſe ſuſcepit. Super quo contractu „aliisque omnibus & ſingulis ſupra conten-„tis præſens emptionis inſtrumentum con-„fectum cum appenſione ſigillorum tamIllu-„ſtriſſimæ ſuæ Celſitudinis quam dicti Do-„mini Abbatis atque Conventus communi-„tum eſt. Acta ſunt hæc Salisburgi die deci-„ma tertia menſis Maji Anno Domini mille-„ſimo quingenteſimo nonageſimo primo.

F. Martinus Abbas. F. Georgius Presbiter.
F. Caſparus Prior. F. Conradus Presbiter.
F. Leonardus Senior. F. Jacobus Presbiter.
F. Leopoldus Presb. F. Joannes Presbiter.
F. Helias Presbiter. F. Bartholomæus Pres.
F. Bernardus Presb.
F. Chriſtophorus Diaconus.
(L.S.) (L.S.) (L.S.)

Et hæc de venditione loci in Kay, & Capellæ S. Laurentii & communiter poſteriori tempore S. Magdalenæ dictæ recenſuiſſe ſufficiat. Porro, quis ille Epiſcopus Chiemenſis Cataneus Commiſſarius ille in negotio venditionis fuerit, & qualiter Salisburgo inſalutato hoſpite diſceſſerit, & non amplius redierit, legi poteſt Dikerus in ſuo Chron. pag. 274. & Recentior etiam Hiſtoricus Marcus Hanſizius pag. 655. n. XV. in vita Wolfgangi Theodorici.

XII. Partim aliqua uti erat hortus *Frongarten* anno 1599. & alia anno 1606. permutando.

Simili modo Martinus Abbas pro virlibus curavit Monaſterii bonum promovere, aliqua bona permutando, quod inter alia factum fuit cum horto *Frongarten* anno 1599. & rurſus anno 1606. cum alio hortulo & platea contigua, ut commodiorem haberent locum R.R. P.P. Franciſcani: Habebat Monaſterium intra civitatem aliquem locum & hortum *Frongarten* dictum quamvis a plerisque corrupto vocabulo *Frauengarten* dictatur, ubi nunc monaſterium & hortus Franciſcanorum, academia P.P. Benedictinorum & Equile aulicum erecta videntur; quod ampliſſimum pratum usque ad hoſpitale civicum ſe protendebat; in quod quicunque civium ex propinquis domibus januas conſtruere volebant, ad recognitionem quamdam annuam fuerunt obligati, quæ penſio annua Burgrecht adhuc hodie ex illis domibus accipitur. Verum transactionis modus talis erat. Jam anno 1593. Illuſtriſſimus Princeps Wolfgangus Theodoricus per ſuum fratrem Hannibalem de Raitenau a Martino Abbate petierat, ut concederet in hoc prato quemdam locum, in colliculo, ut ſcribit, qui tamen hodie non amplius videtur, fortaſſis tamen in eo loco erat, ubi nunc eſt Equile, eo fine nimirum ut palæſtram equeſtrem ibi inſtitueret, Illuſtriſſimum Principem omnia compenſaturum, ſi quod damnum emergeret, ajebat. Abbas Martinus reverentia interpellatoris principisque ductus interea aſſenſum præbuit. Ingruebat autumnus, quo tempore Abbas in Carinthiam profectus præpoſituram viſitavit Wiettinganam; & dum Abbas in itinere eſſet conſtitutus, eodem anno 1593. ampliſſimum illud equile, quod etiamnum hodie cernitur, inceptum, ipſa tamen transactio per annos omnino ſex usque ad annum 1599. dilata fuit. Quare cum Illuſtriſſimus Princeps integrum illud ſpatium pro ſua commoditate intra urbem applicare vellet, dicto anno Monaſterio noſtro iſto horto *Frongarten* dedit amplum illud pratum, die Stockaumiſen, & hodie ita dictum; & quamvis in amplitudine fundi paritas eſſet, in commoditate tamen loci & propinquitate æquitas non erat. Interea optime videtur feciſſe. Martinus, ut ſub hoc Principe iniret permutationem. Certiſſimum enim fuiſſet ſecuturis temporibus hortum hunc valde amplum a Monaſterio fuiſſe avellendum, & forſitan minori cum commodo; etiam hoc Monaſterio accrevit ſolatium, in magna parte illius ſpatii, quod ad Monachos Benedictinos pertinebat, nunc floren-

florentiſſimam academiam Patrum Benedictinorum fundatam & excitatam fuiſſe, ut potius cum pulchro fœnore transactio illa peracta videatur. Litteræ originales membraneæ ſuper hac transactione exſtant ſigillis pendulis Archiepiſcopali, Abbatiali & Conventuali munitæ, ſubſcriptæ & datæ 23. April. 1599. Quamvis autem Abbas Martinus locum aliquem ſibi reſervaverit, quem etiam Princeps vi contractus muro incluſit, ubi hodie eſt hortus PP. Franciſcanorum & noſter hortulus parvus usque ad Equile aulicum, attamen & circa hunc locum anno 1606. aliquam permutationem inire opportuit. Cum enim PP. Franciſcani, quorum primitus tantum quatuor cum duobus Laicis fratribus advenerunt, brevi tamen ad ampliorem numerum aucti ſunt, viderent ſe horti ſpatium non habere, niſi hortum Abbatialem aquirant, hinc cum Illuſtriſſimo Principe, qui paulo ante anno 1605. antiquum Monaſterium Monialium noſtrarum in ampliorem formam pro pluribus Franciſcanis erexit, nova transactio inſtituta fuit, per quam hortus ille, quem hodie Franciſcani obtinent, pro prato exiguo die Hammerwiſen in der Riedenburg commutatus fuit. Porro ad eundem annum notat Martinus Abbas, illam domum, in qua Capellani civici & pueri corporales, ut vocant, cum ædituo Cathedrali habitarunt hactenus, eſtque prope Eccleſiam Franciſcanorum nunc ſecunda domus, ab Illuſtriſſimo Principe quoad inferiorem contignationem petitam fuiſſe, pertinebat enim tota domus ad nos; pro qua domo poſtea nobis data fuit alia, quæ vocabatur domus noſtri judicis, de cujus tamen veſtigiis nihil amplius exſtat; forte ſuccedentibus annis vel vendita, vel permutata. Et hæc de quibusdam permutationibus ab Abbate Martino factis.

XIII. Quarto: novam fere me ab anno 1610. totius monaſterii ſtructuram conficiendo;

Nondum laſſa œconomia Martini Abbatis, quamvis jam multa ſtrenue geſſerit, adhuc ampliora meditabatur; nimirum Monaſterii ſtructura ſupererat, quæ neque Principi placuit; depreſſa enim humi multum erat, angusta, opaca, paucis inſtructa cellis. lignei tantum parietes & cellarum tabulæ. eremitorio ſimilior ſtructura, quam Monaſterio, ut rudera, ait Dominus Amandus Abbas in vita MSS. Martini Abb. c. 13. quæ meismet vidi oculis, in deſtructione antiqui ædificii monſtrabant, & Seniorum Patrum, qui oculati teſtes erant, teſtimonio fidiſſimo didicimus. Quare ut auderet aliquid Martinus, non ſolum author, ſed & liberaliſſimus adjutor fuit Illuſtriſſimus Princeps Wolfgangus Theodoricus, qui, ut Monaſterium in ampliorem formam, & tanquam antiquiſſimum ferme in Germania noſtri ordinis in aliqualem apud poſteros veniret æſtimationem, a qua multum defecerat, mandavit Princeps optimus Martino Abbati, ut antiquum Monaſterium, quantum fieri poſſet, renovaret, & ubi neceſſe eſſet, etiam deſtrueret, atque e fundamento novum excitaret, auxilia ſpondebat, quæ largiſſime etiam affundebat. Igitur Martinus Abbas tam munificis promiſſis excitatus totum ferme Monaſterium intra quadriennium incipiendo ab anno 1606. usque ad annum 1610. in aliam formam redegit, quædam ex fundamento nova exſtruendo, quædam vero altius erigendo & dilatando, adeo ut in honeſtiſſimam Monaſterii formam excreverit ſtructura iſta, quam tamen occaſione novi ædificii totam penitus oportuit deſtruere ab anno 1657. usque ad annum 1660. ita ut amplius vix lapis ſuperſit, prout dicetur ſub Abbate Amando, Secundo quaſi Monaſterii noſtri quoad Clauſtrales habitationes reſtauratore; totum enim ædificium erat in medio areæ ſeu horti moderni hujus novi, quod nunc ſpectatur ædificii, adeo ut parvum tantum aliquod ſpatium habuerint in medio religioſi confratres pro aliqua refocillatione. Munificentiſſimus Princeps Wolfgangus Theodoricus præter materialia omnis generis, quæ ſubminiſtrari mandabat, in parata pecunia plusquam medietatem de expenſis, quæ ad duodecim florenorum millia & ultra excurrebant, ſolvere dignatus eſt. Renovavit etiam Martinus Abbas Abbatiam, quod ex marmore colligebatur parieti infixo, quem & nos, qui hæc ſcribimus, oculis vidimus, qui lapis hanc inſcriptionem referebat: „Reverendus in Chriſto Pater „Martinus Abbas iſtius cœnobii hoc præ„ſens ædificium unacum inferioti teſtitudi„ne, Hypocauſto & Camera de novo con„ſtrui fecit anno MDXCIX". de quo tamen lapide in tantum dubitamus, an poſt plures ſub DD. Edmundo & Placido Abbate renovationes in Abbatia factas, a primo tempore, id eſt ab anno 1599. ſemper in illo loco perduraverit, a quo in ultima renovatione Abbatialis habitationis anno 1754. facta exigentibus ita circumſtantiis remotus fuit.

XIV. Nec non pro bono religioſorum novam quaſi Bibliothecam plantando.

Ut autem Martinus Abbas non tantum novos undique parietes erigeret, ſed etiam litteras in animos ſuorum religioſorum confratrum implantaret, inſignem pro aliquot florenorum millibus coëmit Bibliothecam, in qua omnis generis præclariſſimi, quos ſuo tempore comparare poterat, authores inveniebantur, qui libri adhuc exſtant ſervatu digniſſimi. Erat nimirum & Ipſe Dominus Abbas litterarum amantiſſimus, indeque illud elogium fuit promeritus, quod D. Albertus Abbas in Catalogo impreſſo eidem dedit præter alia his verbis: „Fuit Mar„tinus ſingulariter doctus, græcæque lin„guæ pertiſſimus, & libris, quorum ma„gnam copiam expenſis aliquot millibus flo„renorum comparavit, diu noctuque incum„bens, tot, tantaque legiſſe ex ejus anno„tationibus deprehenditur, ut mirari quis „merito poſſit". Hæc ille. Scripſit etiam Abbas Martinus Chronicon (quod eſt MSStum R. vel B. ſæpe a nobis citatum) Monaſte-

rii noſtri a S. Ruperto usque ad annum 1611. ubi res Monaſterii & totius ferme Archiepiſcopatus ſuccincte, manu propria Chronico inſeruit, magno ſucceſſorum commodo; inſuper collegit ex diverſis authoribus librum in quarto manu propria, de origine & progreſſu Monachatus, ac ordinum Monaſticorum, Equitumque militarium, qui, ſi auctores citaſſet, typo digniſſimus eſſet. Quamvis autem Martinus Abbas noſter vere dici promereatur fundator, vel inſtaurator Bibliothecæ, quæ illis temporibus ante Martinum vel parca vel ferme nulla fuerat, in fugiendis tamen & exauthorandis hæreticorum libris ferme nimirum zeloſus aut ſcrupuloſus fuit. Illud enim memoriæ proditum & Seniorum noſtrorum continua relatione didicimus, quod etiam Albertus Abbas Martini poſt Joachimum Abbatem, qui tantum decennio præfuit, ſucceſſor in Catalogo ſæpe citato ſub Joanne IV. Abbate, qui erat Staupitzius teſtatur, Martinum tanto zelo contra libros Lutheranos ferri ſolitum, ut bibliothecam Lutheri, quam Joannes Staupitzius, primum in Saxonia Lutheri Prior & Provincialis, poſtea Abbas ad S. Petrum, ſecum advexerat, inter quæ multa erant MSSta Martini Lutheri, in rogum conjecerit ardentem, ne ſcilicet illa Bulla contra retentores librorum prohibitorum poſt Tridentinum edita cenſuris eccleſiaſticis involveretur, qui tamen libri, & præſertim MSSta Lutheri forte melius ad refutandos Lutheri aſſeclas cum ordinarii licentia retineri aut ad ſacram Inquiſitionem mitti potuiſſent. Aſt nos perſuaſi ſumus, optima intentione & ſancto zelo pro avertendis periculis in futurum hos Libros & MSSta e medio ſuſtuliſſe Martinum Abbatem: Sciebat enim aliorum periculo cautus, quam incaute nocuerit Joannes Staupitzius ſuis religioſis, quod eisdem legere permiſerit, haud dubie ſub bono prætextu, libros hæreſi infectos & ſuſpectos quos dictus Joannes poſtea noſter Abbas ſecum attulerat, quales erant libri Lutheri, Oecolampadii, Melanchtonis & ſimilium, ex quibus aliqui ut plurimum fuerunt ſeducti, ita quidem, ut non ſolum nonnulli poſterioribus annis a Monaſterio defecerint, locantes operas ſuas tanquam Capellani in Parochiis ruralibus, ſed etiam cum habitu ordinem deſeruerint. Ita Ipſe Martinus Abbas factum fuiſſe ſcribit in MS. R. ſeu Chron. fol 215. & 216. ubi etiam addit, quod monaſticæ converſationis fervor propter iſtam periculoſam librorum lectionem plurimum diminui & labefactari cœperit.

XV. Quinto denique rigorem antiquæ obſervantiæ pro viribus protegendo.

Verum inter tot & tanta paternæ ſollicitudinis pro bono Monaſterii ſibi concrediti ſpecimina non poſtrema cura fuit Martino Abbati, ut pro viribus ſaltem curaret conſervari antiquam rigoris Monaſtici, qui tunc apud nos vigebat, obſervantiam, atque ut pietatem ſuam & fervorem pro decore Domus Dei, pro augenda S. ſuppellectili, & excolendis SS. reliquiis per plura edita & relicta teſtimonia exhiberet. Efloruit quidem ſub Abbate Martino Monaſterium noſtrum non tantum majorum bonorum acceſſione, verum etiam religioſæ diſciplinæ obſervantia; defuit tamen competens Religioſorum numerus, qui ad tredecim defluxit. Videns hæc omnia optimus & vere pro conſervando & reſtituendo Monaſterii noſtri in ſpiritualibus & temporalibus incremento vere ſollicitus Princeps & ordinarius noſter Clementiſſimus Wolfgangus Theodoricus, miſit anno 1603. menſe Auguſto ad Martinum Abbatem noſtrum Dominum Joannem Curtium Doctorem conſiliarium ſuum, qui Abbati proponeret, mentem Illuſtriſſimi Principis eſſe, ut bono Monaſterii conſuleretur, ne in gravius periculum fortaſſis omnimodæ abalienationis & amiſſionis ab ordine devolveretur, hinc velle Illuſtriſſimum, ut pro futuris temporibus inciperetur eſus carnis, & deambulatio ad campos, eas nimirum ob cauſas, quod videret, permultos brevi annorum intervallo demortuos eſſe, ac numerum Conventus ad paucos redactum, nec adeſſe idoonea ſubjecta ad commune etiam aliorum ſpirituale bonum promovendum, hanc ſolam ob cauſam, eoquod multi refugerent aſperam in hoc antiquiſſimo Monaſterio vivendi rationem; ab inſtitutione enim & fundatione hujus aſceterii non ſcitur, quod ordinarie carnis eſus fuerit conſuetus. Inſuper conſiderandam arbitrabatur Princeps loci conſtitutionem, ædificii etiam exiguam ſtructuram & accomodationem, cum enim ſimus monti & cœmeterio propinqui, nimisque humile & ad terram depreſſum ſit ædificium, multo humore & incluſi aëris languore, ac eſurialium ciborum inſalubri temperamento multos oportuit variis languoribus opprimi, & e medio tolli. Videbat etiam nos adeo conſtrictos, ut nullum hortum intra clauſuram habeamus, in quo per manuale exercitium aut deambulando etiam ſanitati conſuleretur, atque ob eas rationes, & providiſſime quidem, videbat prudentiſſimus Princeps, poſſe fieri, ut adeo deficeret religioſorum numerus, ut nullis ſuccedentibus novitiis aliquando in alienas manus deveniret totum Monaſterium. Juſſit ergo ſerio Princeps, ut Abbas inciperet eſum carnium, ſaltem tribus in ſeptimana vicibus, atque cum aëris temperies pateretur, permitteret conventum deambulare ad campos, & ad hortos, qui ad Monaſterium ſpectabant. Martinus Abbas primum admiratus inſperata Principis juſſa, propoſuit cum omni ſubmiſſione quidem, hanc gravem antiquiſſimæ abſtinentiæ mutationem fore ſatis apud plebem & populum magni ſcandali occaſionem, ex S. regula hanc legem inſtitutam non poſſe leviter infringi, fratres ſuos ob eſurialium ciborum, quibus aſſueti erant, mutationem potius

potius infirmandos, quam ſanandos carnibus, neque ullum haſtenus ex conventu deſideraſſe carnibus veſci, neque novitios abhorrere eſurialium ciborum uſum, neque ſolam hanc abſtinentiam, eſſe cauſam infirmitatum, cum in aliis etiam Monaſteriis, ubi eſus carnium eſt inceptus, plures inveniantur ægroti; quopropter ſe rogare Celſitudinem ſuam, ut adhuc antiqua conſuetudine frui liceret; cum ſimiles mutationes in principalibus ſtatutis & monaſticis obſervantiis multas alias inconvenientias & difficultates plerumque ſecum longa ſerie trahant. Sed actum egit Martinus pro ſuo fervore quidem in conſervando antiquo rigore Monaſtico ſummopere laudatur: poſtquam enim has oppoſitiones Principi Illuſtriſſimo retulit Doctor Curtius, ſententiam tulit Princeps, ut iret & Abbati mandaret, & niſi obedire vellet, ſe præſcripturum regulas & ſtatuta, ſecundum quæ impoſterum cænobitis Petrenſibus vivendum eſſet. Quibus auditis Martinus Abbas tandem coacte conſenſit, & dum Ipſemet hæc omnia deſcribit in ſuo Chronico, hæc verba ſubjunxit: *O tempora! olim Monachi ad ſtrictiora compulſi, modo ad laxiora reſolvuntur.* Annuendum ergo fuit mandato Principis, qui tam providus, tam ſollicitus fuit pro Monaſterio noſtro, ut conſervetur, & non forte aliquando ob defectum religioſorum & nimias incommoditates ad manus alienas perveniat. Fuit tamen hoc impetratum, ut tribus hebdomadæ diebus tantum, Domnica videlicet, feria tertia, & feria quinta ad prandium hora decima, ad cænam hora quinta carnes comedere juſſi ſint fratres, ut ſaltem veſtigium aliquod antiquæ abſtinentiæ permaneret. Verum, cum nihil facilius ſit in congregationibus, quam introducere favorabilia, nihilque difficilius, quam favores tales ſine murmure reſtringere, difficillimum arbitrari licebit, talem abſtinentiam rurſus in hoc aliove loco introducere; imo haſtenus eadem carnis comeſtio etiam per congregationis ſtatuta, ampliata inſuper eſt ad diem lunæ. Fuit autem ſub Martino Abbate eodem adhuc menſe & anno 24. Auguſti in feſto S. Bartholomæi prima vice in noſtro Monaſterio inceptus eſus carnis, & quod mirum, ne fratres viderentur antiquum ſuum refectorium haſtenus carnis prorſus expers, violare, & quaſi inquinare carnis eſu, Martinus Abbas ſequenti anno 1604. novum pro eſu carnis proprium refectorium exſtruxit, de quo tamen nec lapis ſupereſt poſt exſtructum ab anno 1657. novum clauſtrum, ſicut hodie videtur.

XVI. Nec non pietatem & fervorem pro decore domus Dei Dei in plurimis oſtendendo.

Huic Zelo pro conſervanda antiqui rigoris obſervantia in ſuo Monaſterio etiam merito jungimus Martini Abbatis pietatem & fervorem, quem ille pro decore domus Dei, pro augenda ſacra ſupellectili, nec non pro excolendis SS. reliquiis per multa ſpecimina oſtendit. Ad augendam Sacriſtiæ ſupellectilem ſex candelabra argentea, quæ ultra mille florenos conſtabant, nec non pretioſam infulam ex meris unionibus, item paramenta alba & rubra fieri fecit. Chorum e ſiniſtra parte in ſublime collocavit; Capellam S. Viti reſtauravit muris verſus cœmeterium productis, atque januam verſus illud aperuit. Præprimis autem de Martino Abbate commendari meretur, quod anno 1606. remoto antiquo altari ſummo aliud pro illis temporibus ſat inſigne, ac majus illo antiquo, altare ſummum erexerit, ampliata & mutata antiqua Chori teſtudine; quod altare illud ipſum eſt, quod exſtat in Capella S. Viti, pro qua ſtructura ad tria florenorum millia expendit. Dum autem altare ſummum ad ſex pedes longius promoveretur, ſub illo inventa ſunt ſacra oſſa S. Amandi juxta noſtram traditionem & probabilem opinionem Vangionum Epiſcopi hujus nominis primi & in ordine ſecundi, quæ Sanctus Rupertus noſter Wormatienſium Epiſcopus octavus & Salisburgenſium Antiſtes primus Salisburgum advexit, atque in Divi Petri Sacra æde a ſe conſtructa depoſuit. Abbas Martinus tanti theſauri inventione mire recreatus ad majorem venerationem populique devotionem foris retinuit majorem pedis tibiam, inferiorem maxillam & lacertum, quæ ſacra Lypſana argenteis thecis incluſa publico cultui ſuis temporibus fuerunt expoſita & etiamnum exponuntur. De hac inventione & conſecratione altaris fatetur Dominus Amandus Abbas noſter in vita Martini Abbatis MSSta c. 12. ſe caſu reperiſſe aliquod MSStum, quod anno 1613. conſcriptum fuiſſe videtur, atque in hunc modum compoſitum erat.

„Ad perpetuam rei memoriam.

„Anno Domini 1606. dum hoc ſummum „altare cum ambitu ejus, qui tunc ro„tundus erat, a loco antiquo ſex pedum „ſpatio longius transponeretur, repertum „eſt ſubter illud in arcula lignea penitus „quidem putrefacta & lapidibus quadratis „undique tecta corpus ſive oſſa, adhuc in„tegra & incorrupta, caput videlicet, ma„xillæ, dentes candidi, ſpina dorſi cum „coſtis, tibiæ & aliæ juncturæ manuum ac „pedum, S. Amandi ejus nominis primi & „in ordine quarti" (debuiſſet poni IIdi juxta omnes Scriptores) „Epiſcopi Worma„tienſis, quæ Sanctus Rupertus itidem Van„gionum ſive Wormaticenſium epiſcopus o„ctavus & hujus Monaſterii ac Epiſcopatus „Salisburgenſis Fundator & Paſtor circa an„num Domini 580. Wormatia in tumba por„tatili huc ſecum attulit, & in iſtam Eccle„ſiam depoſuit, ubi usque ad hunc annum „milleſimum, ſexcenteſimum, tredecimum „æreo loculo incluſa reſervantur. Altare „autem ipſum poſt demolitionem prioris an„tiqui altaris a Reverendo in Chriſto Pa„tre ac Domino Domino Martino Cænobii

hujus

„hujus Abbate conſtructum, & ſuprapoſito „ſculptili & deaurato opere exornatum, an„nuente Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo „Principe ac Domino Domino Wolfgango „Theodorico ſacræ Salisburgenſis Eccleſiæ „Archiepiſcopo Apoſtolicæ ſedis Legato &c. „per Reverendiſſimum Dominum Franci„ſcum Wennium Ord. Servorum Beatiſs. „V. Mariæ Epiſcopum Scallenſem & Ravel„lenſem prælibati Domini Archiepiſcopi „ſuffraganeum conſecratum eſt, ad glo„riam & reverentiam ſanctiſſimæ & indivi„duæ Trinitatis, Beatiſſimæque Dei geni„tricis Virginis Mariæ, ſpecialiter autem „in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pau„li, ac SS. Confeſſorum atque Pontificum „Ruperti & Amandi, cujus oſſa incorrupta „majori ex parte ſub hoc Altari depoſita „quieſcunt, adjunctis aliis SS. Reliquiis, „de ligno nimirum S. crucis, de tunica „Chriſti, item de ſepulchro Domini & Bea„tæ Virginis Mariæ, de monte Oliveti, S. „Joannis Baptiſtæ, S. Andreæ, S. Bartho„lomæi Apoſtolorum, item Alexandri PP., „Urbani PP., S. Georgii, Hermetis, Vin„centii, Chryſanthi, Dariæ, Hippoliti „Martyrum; Martini, Ruperti, Gislarii, „Miniati, Juſtini presbyteri confeſſorum; „Agathæ, Margarethæ, Felicitatis, Ana„ſtaſiæ virginum. Item de capella S. Ca„tharinæ in monte Syon (forte Sinai) „& „aliæ ſanctorum reliquiæ, quorum nomi„na interciderunt. Singulis Chriſti fideli„bus hodie in die dedicationis unum an„num, & in die anniverſario conſecrationis „hujusmodi iſtud viſitantibus 40. dies de ve„ra indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta „concedens. Facta eſt autem hæc conſe„cratio anno Domini MDCVII. ipſo die „translationis ſancti Amandi, quæ erat dies „Dominica, videlicet 26. Octobris.„ In eodem manuſcripto poſt hæc jam prædicta legebantur ſequentia: „Nota: antequam „oſſa divi Amandi in æneum loculum recon„derentur, reſervata ſunt foris major & lon„gior pedis tibia & lacerta, quæ poſtea „unacum articulo unius digiti per Reveren„dum in Chriſto Patrem & Dominum Mar„tinum hujus loci Abbatem anno Domini „1611. in rotundum chriſtallinum vitrum „argento deaurato & gemmis affabre exor„natum & in formam monſtrantiæ fabrica„tum incluſi ſunt. De prædictis etiam oſſi„bus foris retenta eſt inferior maxilla ejus„dem S. Amandi aliquot ad huc candidis „dentibus infixis, quæ poſtea anno 1612. per „eundem Martinum Abbatem in imaginem „pectoralem ligneam unionibus, & gemmis „ſatis decenter ornatam, & opertam arculæ „pretioſæ incluſam recondita eſt.„ Et hæc in hoc manuſcripto legebantur. Porro reliqua oſſa in cuprea arca D. Abbas Martinus anno 1606. ſub ſummo altari religioſe condidit, donec ab Abbate Amando 1661. denuo inventa, & ſupra altare S. Joannis Baptiſtæ, quod modo etiam communiter altare S. Amandi vocatur, collocata fuere, ut ſuo loco dicemus in vita DD. Amandi Abbatis.

XVII. Martinus Abbas in æſtimatione fuit apud Principem Wolfgangum Theod. a quo liberalitatem in variis rebus.

Deſcripſimus hactenus inſignem ſollicitudinem, quam Martinus Abbas in plurimis oſtendit erga monaſterium ſibi concreditum, illud tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus provide ad Dei honorem & ſalutem animarum gubernando. Sicut autem plurima adhuc reſtant, quæ ad commendationem tam boni Patrisfamilias dici merentur, hinc & nos plura in medium afferemus, dicturi ſpecialiter, quod in magna æſtimatione fuerit præſertim apud Illuſtriſſimum illius tempo.is Archiepiſcopum Wolfgangum Theodoricum, de quo Principe ſcribit Chriſtophorus Gewoldus, quod fuerit excelſi animi vir, in quem fortuna omnia contuliſſe viſa eſt, ſi modo conceſſis moderate uti noviſſet. Expertus fuit in multis ab hoc Principe ſingulares gratias Abbas Martinus, ex quibus non qualiscunque tanti Archipræſulis æſtimatio dignoſci poterit: ſenſit enim Dominus Abbas noſter in variis rebus inſignem Principis liberalitatem, & ſpecialiter pro ornatu Eccleſiæ largam munificentiam, a quo etiam ſecunda vice pro adminiſtratore in monaſterio vicino Michaelburano ubi jam ſemel Abbas fuerat, ordinatus & editis litteris Archiepiſcopalibus conſtitutus fuit. Anno 1593. quaſi initium ſui favoris gratioſiſſimi erga Martinum Abbatem, totumque monaſterium noſtrum demonſtraturus, miſſo famulo nuntiari fecit Abbati, ut in monaſterio conclave quoddam curaret, in quod poſtea tertia die Aprilis in quadrageſima ſe ſe ex aula contulit & concluſit usque ad vigiliam cœnæ Domini, ſoli Deo, divinisque incumbendo ſpiritualia exercitia fecit paucis famulis ſecum retentis. Prandium regulare cum conventu ſub ſilentio, unico famulo adhibito, lectioni diligentiſſime attendendo ſumpſit; cibum portabat unus de conventu, quem tam pro ſe, quam pro fratribus ex aula afferri curabat, ſicut & potum. collationi veſpertinæ conventuali quoque interfuit, in qua bellaria & vinum dulce, nec non offulam vino ſaccaroque condito paratam, ſed frigidam tam ſibi quam fratribus apponi fecit. Fratres noſtri conventuales tum temporis, cum lautiſſime tractarentur, optabant hunc hoſpitem integro anno & amplius commenſalem eſſe. Finito completorio a muſica aulica Salve Regina cum pſalmo Miſerere ſolemniter decantabatur, appoſita collecta ad altare ſanctæ crucis, quod illo tempore in medio eccleſiæ erectum fuit prope ſepulchrum S. Ruperti, hodie autem & jam ultra ſæculum non amplius viſitur. Legebat Princeps devotiſſimus miſſam tempore exercitiorum in capella S. Pauli, & demum 14. Aprilis feria quarta ſacræ hebdomadæ receſſit ad aulam, porrecto nihilominus confratribus noſtris usque ad Paſcha ſolito victu; in cœna Domini altefatus Archi-

Archipræsul decantavit officium, consecravit Chrisma, & post prandium ipsemet Princeps ad populum dixit. In solenni Paschatis festo rursus eum multis DD. Canonicis, aulicis, consiliariis & præcipuis civibus in nostro refectorio comedit, in quo convivio ex aulæ culinæ parato personæ ferme quinquaginta consedere, & ferculorum tanta copia fuit apposita, ut quadringenta diversa fercula numerarentur. Atque hanc liberalitatem sæpius experti sunt ab Illustrissimo Principe confratres nostri, nam & sequentibus annis similia exercitia apud nos fecit. Sic & anno 1594. postquam in Bacchanalibus etiam grande convivium instituit in nostro monasterio, cui ipsemet interesse dignatus fuit cum DD. Episcopo Chiemensi, Præposito, canonicis, aulicis & consiliariis permultis, ac postea in septimana Passionis rursus apud nos exercitia instituit, uti priori anno eadem liberalitate conventum S. Petri prosequendo, ac singularem affectum & gratiam erga nostrum monasterium ostendendo. Idem tertia & ultima vice anno 1595. factum fuit; hoc enim anno Princeps Illustrissimus annuam devotionem apud nos, sequentibus vero annis in aula eadem pietatis exercitia peregit. Sed non erat contenta Illustrissimi Principis liberalitas hisce cupediis & specialibus favoribus benefeciisse religiosis nostris & speciatim Abbati monasterii, qui erat Abbas Martinus, nisi etiam aliis modis monasterio nostro & communi bono ipsius, tum in ornamentis ecclesiasticis, tum in ædificiis munificentiam suam ostendisset.

XVIII. Specialiter pro ornatu Ecclesiæ largam munificentiam expertus,

Porro quantam sacram suppellectilem nobis donaverit benignissimus hic Princeps, ipsemet Dominus Martinus Abbas in suo chronico describit. Enimvero dum anno 1593. Illustrissimi Principis Dominus Parens Joannes Wernerus de Raittenau Capitaneus Cæsareus in Croatiam contra Turcas profectus esset, in castris eodem anno diem suum extremum clausit, cujus corpus Salisburgum delatum & in templo S. Sebastiani per aliquot dies expositum æneo concluſum loculo; donec 5. die Maji inde funus ad S. Petrum incomparabili, prioribusque temporibus non visa pompa funebri & longissima processione deportatum in medio ecclesiæ depositum & sepultum fuit, ante altare nimirum tunc temporis sanctæ crucis, seu prope modernum altare S. Ruperti. Pompam describit ipse Dominus Martinus Abbas in suo chronico, quam hic brevitatis causa intermittimus, ubi solius liberalitatis Illustrissimi Principis mentionem facere constituimus; qui sane adeo singulari æstimatione, amore & favore prosequebatur monasterium nostrum, ut etiam sui amantissimi Parentis corpus voluerit apud nos recondere, ut tanto ampliorem nobis benefaciendi haberet occasionem; ut enim exequiæ sui D. Parentis tanto splendidius peragerentur, Paramenta, Casulam, Dalmaticas, Pluviale, Antependium & Bursam corporalis ex holoserico nigro aureis distincta passamentis contici curavit, & omnia sacrario nostro donavit. Sequenti anno, cum 21. die Aprilis anniversarius fuisset celebratus, prius novo erecto altari S. Crucis, pro eodem altari fieri curavit calicem & patenam deauratam, pelvim & duas ambullas argenteas, casulas & antependia ex serico omnis coloris, qui in ecclesia diversis temporibus adhibetur. Exstat etiam ingens monumentum marmoreum ab Illustrissimo Principe suo Domino Parenti erectum, quod olim erat in medio ecclesiæ collocatum, nunc autem in dextro angulo Ecclesiæ nostræ visitur ad portam, quæ in ambitum claustralem ducit, & anno 1627. propter inventionem & altare S. Ruperti noviter erectum, amotum fuit. Insuper pro ornatu Ecclesiæ nostræ novo tabulatu eandem, veteri dejecto, exornavit; nam prius ecclesia nostra non habebat fornices, qui primum sub Joachimo Abbate constructi fuerunt. Imaginem illam alteram grandem elegantissime & artificiosissime pictam, quæ Christum Dominum crucem bajulantem repræsentat, nobis donavit, quæ in hodiernum usque diem in Ecclesia nostra ex pariete in parte meridionali pendet; & simili donationis titulo ab eodem sæpefato munificentissimo benefactore Dominus Abbas & monasterium accepit pretiosissima illa magna caudelabra ante summum altare nostrum ex aurichalco fusili opere artificiosissime facta, quæ aliquot fl. millia constiterunt. Nolumus ad probandam liberalitatem Principis plane insignem repetere illa, de quibus jam supra n. XIII. aliqua mentio facta fuit, quod nimirum Illustrissimus noster Archipræsul pro conservanda religiosorum sanitate præter esum carnis jusserit novum monasterium condere, in quo ædificio multis annis laboratum fuit, & ad quod plus quam mediam partem in parata pecunia contulit, materialia autem ferme omnia ad illud concessit, quæ multa pecunia constitissent, si monasterium debuisset solvere. Ast nobis abunde sufficiunt tot & tanta clementissimæ munificentiæ argumenta, quæ si oblivioni dederimus, quod absit, non vulgari ingratitudinis nota adureremur: quare precamur, ut optimus & benignissimus Princeps & Archiepiscopus Wolfgangus Theodoricus per Dei misericordiam in æternum vivat, quamvis postremis annis, uti ex omni historia Salisburgensi notum est, apud homines despectus, a sede sua depulsus, & per tales, quos in aula educavit, & a quibus majorem gratitudinem fuisset promeritus, custodiæ mancipatus, vivere quinquennio solitarius, & demum inglorius mori debuerit. Cujus anima vivat Deo in æternum.

XIX. Et anno 1598 secunda vice pro Administratore in mo-

Specimen non vulgaris æstimationis, quam Princeps Wolfgangus Theodoricus semper de Martino Abbate nostro in animo retinuit, denuo altefatus Princeps manifestavit,

nasterio ad S. Michaelem Buræ fuit constitutus.

ſtavit, dum eundem Abbatem noſtrum ſecunda vice anno 1598. editis etiam litteris Archiepiſcopalibus pro Adminiſtratore in vicino noſtri ordinis ad S. Michaelem Buræ monaſterio conſtituit. Jam ſupra meminimus num. III. quod Martinus noſter antea Abbas Michaelburanus, poſtquam anno 1584. ad regimen monaſticum S. Petri vocatus eſſet, Abbatiam reliquerit Wolfgango, qui ex gremio illius monaſterii aſſumptus & electus fuit anno 1585. Verum, ut teſtatur catalogus Abbatum in dicto monaſterio, qui in hiſtoria Salisburgenſi Mezgeri legitur pag. 1187. cum nimio ære alieno parem ſe futurum deſperaret, 6. Non. Martii anno 1592. ad parochiam Sewalchenſem deceſſit, ibidemque mortuus anno 1612. Cum autem illo tempore in monaſterio Burano nullus eſſet, qui dignus Succeſſor æſtimaretur, per annos omnino ſex ad varios tutores & Adminiſtratores devolutum fuit monaſterii regimen, ita quidem, ut etiam ad aliquem laicum, virum honeſtum & induſtrium devenerit, qui tamen monaſterium non male adminiſtravit, aliqua debita diſſolvit, & plura in meliorem ſtatum ac formam redegit. Quia tamen homo ſæcularis pro adminiſtratore temporali inviſus eſſet Monachis Buranis, vir bonus cum licentia Archiepiſcopi propria repetiit. Quamvis autem religioſi Buræ profeſſi unum ex gremio deſiderarent, ex quo, ſi fuiſſet, jam prius potuiſſet eligi, provida tamen diſpoſitione Illuſtriſſimi Principis Wolfgangi Theodorici noſter Martinus Abbas poſtliminio pro Adminiſtratore in prædicto monaſterio declaratus fuit per litteras originales Archiepiſcopales, in membrana ſcriptas, propria manu Archiepiſcopi ſubſcriptas, & pendulo ſecreto munitas, quæ exſtant, & ſequentem tenorem habent.

„Wolfgangus Theodoricus Dei gratia Archiepiſcopus Eccleſiæ Salisburgen„ſis, Apoſtolicæ ſedis Legatus &c. Devo„to nobis in Chriſto ſincere dilecto Martino „Abbati monaſterii D. Petri hic Salisburgi „ſalutem in Domino ſempiternam. Voca„tionem noſtram animo perpendentes id ad „nos cumprimis ſpectare putamus, ut in„demnitati & ſaluti religioſorum locorum „Deo dicatorum, quæ noſtræ curæ com„miſſa ſunt, in utroque homine proſpicia„mus & caveamus. Cum igitur a multo „jam tempore tam rerum temporalium ne„gligens & inordinata adminiſtratio, quam „regularis diſciplinæ & monaſticæ vitæ in „multis diſſolutio in monaſterio noſtro S. „Michaelis in Peürn Ord. S. Benedicti cre„brius ad nos perlata fuerit, Nosque ha„ctenus nonnullis rationibus eidem mona„ſterio tam in ſpiritualibus, quam in tem„poralibus proſpicere quidem ſatagerimus, „effectum vero indemnitatis, & reſtitutio„nis ejusdem monaſterii in integrum, quem„admodum nobis propoſitum fuerat, ex iis „difficulter admodum nos conſequi poſſe vi„deamus; inſuper quoque res ejusdem mo„naſterii in eas anguſtias ſint redactæ, ut „vel jam neceſſariis ſumptibus vix ſufficiant, „nedum peculiarem Abbatem pro dignitate „ſuſtinere poſſint, de tua prudentia, Reli„gionis zelo & in rebus adminiſtrandis dex„teritate confiſi tibi ejusdem monaſterii cu„ram & providentiam demandandam puta„vimus; demandamusque præſentibus hiſ„ce eo modo, ut præfato monaſterio in u„troque homine juxta ejus exigentiam pro„ſpicere tenearis, tum omni ſtudio & labo„re in hoc incumbas, ut ſuperflui ſumptus „amputentur, & æs alienum contractum „diſſolvatur, ipſaque imprimis monaſtica „diſciplina vigorem ſuum recipiat. Hoc ut „eo rectius præſtare poſſis non ſolum ſimpli„cis Adminiſtratoris, verum etiam omni„modam legitimi Abbatis ſub Adminiſtra„tionis titulo authoritatem concedimus, ac „inſuper mandamus, ac diſtricte præcipi„mus Priori & conventui præfati monaſterii „noſtri, aliisque omnibus ad ipſum mona„ſterium ſpectantibus, ut pro tali te ſuſci„piant, agnoſcant, & revereantur, tibi„que ut perpetuo Adminiſtratori ad bene„placitum noſtrum deputato legitime pare„ant & obediant. Illud tamen nobis reſer„vantes, ut quoties nobis viſum fuerit, no„bis ſtatum ejusdem monaſterii, tuæque „Adminiſtrationis, ut alias etiam juris eſt, „explicare & notificare tenearis. Actum „in noſtra civitate Salisburgenſi die vigeſi„ma tertia menſis Aprilis, anno reparatæ „ſalutis milleſimo quingenteſimo nonageſi„mo octavo.„

W. Theodoricus. (L.S.)

Igitur Martinus Abbas noſter & novus Adminiſtrator & reſpective Abbas vigore Archiepiſcopalis diplomatis conſtitutus in monaſterio Michaelburano omnem curam impendit, ut debita diſſolveret, totumque monaſterium in meliorem ſtatum, formamque reduceret; quod, quamvis difficillimum eſſet ſine venditione bonorum immobilium, ab hoc tamen remedio ſatis periculoſo abſtinuit, & nihilominus plus quam duas tertias de ære alieno usque ad annum 1606. diſſolvit; quo adminiſtrationis tempore novum tabulatum templi affigi curavit, quatuor altaribus novas imagines ac tabulas impoſuit, ex utroque latere templi novas teſtitudines fabricavit, ornatus quoque & paramenta, item calicem argenteum pro ſacriſtia fieri curavit, atque ita optima œconomia inſtituta etiam ſacram diſciplinam inter conventuales reſtauravit, rexitque monaſterium per quindecim annos usque ad annum milleſimum ſexcenteſimum decimum tertium.

XX. Quam adminiſtrationem anno 1613. ad magnus clemens

His autem, nimirum quindecim annis ferme expletis, anno 1613. quo Martinus Abbas jam paulatim ob infirmam valetudinem viribus deſtitui cœpit, ad Illuſtriſſimum Prin-

tissimas Marci Sittici resignavit,

Principem & Archiepiscopum Salisburgensem post resignationem Wolfgangi Theodorici electum Marcum Sitticum supplices litteras dedit, in copia exstantes, ut eundem ab actuali administratione monasterii Michaelburani liberare, & regimen illius in aliud idoneum subjectum transferre clementissime dignaretur; libellus supplex ad Illustrissimum Principem haud ita pridem anno nimirum 1612. 18. Martii die electum in hac causa a Martino Abbate directus legi & hic inseri meretur; in quibus litteris fortejam eodem anno 1612. ad Illustrissimum neoelectum datis eidem altefatæ Celsitudini simul totum ordinem Benedictinum humillimis precibus commendat.

„Hochwürdigister Fürst, genedigister Herr!

„Euer Hochfürstl. Gnaden bit Ich unterthä-
„nigist, die wollen diß mein diemüthigstes
„Anbringen genedigist ohne Verdruß vernem-
„men. Nachdeme aus fürübergegangenen
„Hochfürstl. Beuelch mir St. Michaels Closter
„zu Peuern administration weiß vor etlichen
„Jahren zu verwalten anbeuolchen worden,
„welches ich nun bis dato her neben meinen
„hirigen Gottshauß in die 14. Jahr lang ver-
„walter, auch dasselbig noch forthin zu verrich-
„ten mir nicht zu wider seyn liesse, so befinde ich
„aber doch, weillen zu solchen Intent vonöthen
„des Jars zum öffternmal hin und wider zu ver-
„raisen, daß ich solches sowolen aus eraichten
„hohen Alter, als auch der mir zugestandtenen
„Leibs Schwachheit in die Lenge zu præstiren
„nit vermechte, und also verursacht bin, Euer
„Hochfürstl. Gnaden unterthänigist zu bitten,
„daß sie mich gedachter Peyrischen Verwaltung
„genedigist entlassen, und gemeldten Kloster,
„wo nit einen ordentlichen Abbt oder Prälaten,
„jedoch eine des heiligen Benedicti Orden zuege-
„thane taugliche person, welche alleweil der ort-
„ten residiren thät Administratorio modo ge-
„nedigist fürsetzen thäten. Auf daß also wolge-
„dachter heiliger Benedicten Orden in seinen
„stäten wesen daselbsten erhalten, auch dem
„Closter baides in geist- und weltlichen Hauß-
„baben desto fruchtbarlicher fürgestanden mech-
„te werden. Mich zwar anbelangend, da
„Euer Hochfürstl. Gnaden solches also zu einen
„Weeg richten thäten, wäre des unterthänig-
„sten erbiettens, ainen yeden angeendten Prä-
„laten, so uill mir müglich mit allerhand guter
„Anweisung auf beste beiständig zu seyn.

„Neben disem gelanget an Euer Hochfürstl.
„Gnaden mein ganz unterthänigstes Bitten,
„die wollen Jr den Orden des heiligen Benedi-
„cti genedigist beuolchen sein lassen, denselben
„in dero hochlöblichen Erz Stüfft und Fürsten-
„thum fouiren und erhalten, auch zu khainer
„Disperlion oder Desolirung geraten lassen,
„angesehen, und in Bedenckhung daß eben di-
„sem uralten heiligen und löblichen Orden der
„heilig Rupertus selbst, als er dises Saltzbur-
„gisch Stifft und Closter zu S. Peter fundirt,
„zu den erstenmal introducirt, und volgents
„sambt seinen Discipulis, so auch Benedicti-
„ner Ordens gewesen, von dannen aus den
„Christlichen Glauben in den Saltzburgischen
„provincien gepflanzet, ausgeprait, und also
„lange Jahr gubernieret, auch denselben biß
„auf dato Euer Hochfürstl. Gnaden Hochlöbli-
„che Vorforderre jederzeit genedigist geschüzt und
„geschermet haben. An solchen erzaigen Euer
„Hochfürstl. Gnaden Gott dem Allmächtigen
„und dem heiligen Benedicto ein wollgefällig,
„hochangenembs und lobwürdiges werkh, und
„es geraichet auch nicht zu weniger Zier- und Er-
„höh- auch Mehrung des Prelaten Stands in
„disem Erzstüfft und Aufnehmung des Ordens.

„Doch will Euer Hochfürstl. Gnaden Ich
„hierunder die wenigste Maß oder Ordnung
„nit fürgeschriben, sondern deroselben mich
„sambt meinem Gottshauß unterthänigst em-
„pfolchen, und benebens diemüthigist gebetten
„haben, mir solches mein Anbringen in khai-
„nen Ungnaden an und aufzunemmen.

„Euer Hochfürstl. Gnaden,

„Unterthänig und gehorsamister
„Caplan,
„Martin Abbt.

XXI. Qui altefatus Princeps eandem alteri ex nostro monasterio commisit.

Exaudivit has preces neo-electus Archiepiscopus Marcus Sitticus, atque ex singulari confidentia erga nostrum monasterium ad Abbatiam monasterii ad S. Michaelem Buræ per plures jam annos proprio Abbate destitutam declaravit Religiosum in monasterio nostro sub Abbate Martino 25. Augusti anno 1605. expresse professum, R. ac Religiosum Patrem Udalricum Hoffpauer patria Altenbuechanum Bojum, tunc temporis in monasterio nostro Priorem. Primitus quidem, ut litteræ adducendæ probant, anno nimirum 1613. pro Administratore fuit constitutus, anno autem sequenti 1614. sexto Id. Julii etiam pleno Abbatiali regimini præficitur. Sequuntur litteræ confirmationis pro Administratore, extraditæ dicto P. Udalrico, quarum copiam ad manus habemus, & hunc continent tenorem:

„MARCUS SITTICUS Dei gratia Archi-
„episcopus & Princeps Salisburgensis
„Apostolicæ sedis Legatus, Dilecto nobis in
„Christo Udalrico Hoffpauer Diæcesis Ra-
„tisbonensis ordinis & Monasterii S. Bene-
„dicti ad S. Petrum civitatis nostræ Metro-
„politicæ professo & pro tempore ejusdem
„Monasterii Priori salutem in Domino. Ut
„ab administratione Monasterii S. Michaelis
„in Beurn ob provectam ætatem & conti-
„nuam ægritudinem ante hac commissa,
„cui laudabiliter & non sine magno fructu
„præfuit, devotum & dilectum nobis in
„Christo Martinum Abbatem ad S. Petrum
„ordinis Benedictinorum in urbe liberare-
„mus, humilis porrecta supplicatio & me-
„rita erga utrumque Monasterium move-
„runt, & obtinuerunt, quatenus ipsius pe-
„titioni æque favorabiliter inclinati satisfa-
„cere-

„ceremus. Ne igitur ex his cauſis prædi-
„ctum monaſterium diuturniori vacatione
„incommodi aliquid accipiat, aut patiatur,
„vel in priores difficultates & pericula rein-
„cidat, præſertim vero, cum certis & ra-
„tionabilibus de cauſis nunc ad electionem
„Abbatis proprii procedi non poſſit, autho-
„ritate noſtra Metropolitica, qua hac in par-
„te fungimur, & tenemur, tibi præfato
„Vdalrico Hoffpauer antedicti monaſterii,
„ſic vacantis, prævиis profeſſione fidei &
„homagio factis, & præſtitis adminiſtratio-
„nem & regimen in ſpiritualibus, & tempo-
„ralibus ob vitæ, morumque integritatem,
„regendique tibi commiſſos ſufficientiam,
„quibus a Prælato tuo apud nos commen-
„daris, & ad dictum adminiſtrationis onus
„ſubeundum proponeris, committendum
„cum omnibus juribus & pertinentiis duxi-
„mus. Uti etiam tenore præſentium ejus-
„dem monaſterii adminiſtrationem & curam
„authoritate ordinaria committimus, re-
„gendique poteſtatem facimus, & indulge-
„mus, ea tamen conditione & lege, ut ſin-
„gulis annis coram noſtris commiſſariis a no-
„bis deputatis, & Abbate D. Petri hujus
„monaſterii, antehac fideli Adminiſtrato-
„re, rationem tuæ adminiſtrationis & regi-
„minis concrediti reddere tenearis, & ob-
„ligatus ſis. Inſuper etiam conventuales
„ibidem hortamur, requirimus & mone-
„mus in virtute S. obedientiæ mandando,
„quatenus prædictum Udalricum Hoffpauer
„in Adminiſtratorem recipiant, eique in
„ſpiritualibus & temporalibus obedientiam
„& reverentiam debite & condigne exhi-
„beant. Alioquin contra rebelles & inobe-
„dientes debitis pœnis, & cenſuris, & a
„jure permiſſis remediis procedemus, ſeve-
„re animadvertendo. Harum teſtimonio
„litterarum ſigilli noſtri appenſione munita-
„rum. Datæ in civitate noſtra Metropoli-
„tana Salisburg. die vigeſima quarta Fe-
„bruarii. Anno Domini milleſimo ſexcen-
„teſimo, decimo tertio.„

Vigore harum litterarum quidem patet, quod primitus tantum pro Adminiſtratore fuerit in monaſterio Michaelburano conſtitutus confrater noſter Udalricus; certum autem eſt, quod anno ſequenti Mitra etiam Abbatiali fuerit inſignitus, & monaſterio Michaelburano per annos omnino tredecim præfuerit. His expletis vel coactus, vel perſuaſus (conventus enim Michaelburanus eidem erat contrarius) Abbatiam reſignavit, atque per aliquot annos hoſpitem ad S. Paulum in Carinthia & Parochum ibidem egit. Ex monaſterio S. Pauli poſt aliquod tempus Buram reverſus, ibidem ſupremum vitæ diem clauſit die 23. Auguſt. 1637., & quidem aliquot menſibus poſt ipſius in Abbatia ſucceſſorem Lambertum, qui etiam eodem anno 1637. V. Id. Aprilis viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. Ab illo autem tempore ſæpedicto monaſterio Michaelburano (ubi nunc alia viget diſciplinæ religioſæ obſervantia, & ex quo cœnobio prodierunt viri docti, religioſiſſimi, & vere zeloſi) præfuerunt ex illorum gremio aſſumpti Præſules plane inſignes, ſpeciatim D. Michael Abbas, quem D. Abbas noſter Amandus in ſuis manuſcriptis vocat verum religioſum & exemplar Abbatum, poſt hunc DD. Æmilianus, Joſephus, Placidus, & Martinus Abbates: hunc in Abbatia ſecutus anno 1765. DD. Antonius, qui poſtquam per 24. annos in Univerſitate noſtra Salisburgenſi per omnes claſſes docuit, & ultimis annis SS. Theologiæ Doctor, ejusdemque facultatis Profeſſor eminuit, ultimo autem anno pro Superiore Eccleſiæ Mariano-Plainenſis vocatus, ab hac denique ſtatione in Præſulem concordi calculo electus fuit, quem Deus conſervet.

XXII. Martinus Abbas multas etiam publicas calamitates, peſtis, & aquarum inundationis,

Antequam vero ad ſuprema fata optimi Præſulis noſtri Martini devolvamur, ut & ſimul præcipua illius temporis acta hiſtorica inferamus, adnotaſſe omnino conveniens erit, quod Dominus Abbas noſter etiam tali tempore vixerit, quo publicas quasdam hic Salisburgi calamitates vidit, & ſenſit, & neque a privatis, atque domeſticis liber & immunis fuit. Scribit D. Martinus Abbas ad annum 1597. quod Hallæ Peſtis graſſari incœperit, & demum etiam corripuerit Salisburgum; quamvis autem plures peſtiferi in noſtrum cœmeterium fuiſſent illati, per Dei gratiam tamen monaſterium ab omni contagione præſervatum fuit, & cum ipſe Illuſtriſſimus Princeps Wolfgangus Theodoricus peſtem non fugeret, ſed imperterritus in urbe maneret, omnibus perſeverandi exemplo fuit. Verum optima proviſione undique diſpoſita, ne ulterius graſſaretur, brevi ſopitum fuit venenum. Franciſcanorum monaſterium peſtis invaſerat, uno converſo infecto, quare cæteri omnes numero ſeptemdecim navigio diſcedere juſſi ſunt ad tempus. Sed poſt peſtem & funeſtæ mortis imperium extinctum, Neptunus & Vulcanus ſuas miſerandum in modum vires & furorem in urbem Salisburgenſem exercuere, quorum impetuoſus furor tantam Provinciæ Salisburgenſi cladem intulit, quæ multis centenis millibus florenorum reparari vix potuit amplius. Etenim furioſus Neptunus, poſtquam a veſpertinis crepuſculis 14. diei Auguſti anno 1598. usque ad meridiem die 17. continuis pluviis non hanc tantummodo urbem & provinciam, ſed alias quoque terras & regiones irrigaſſet, in tantum furorem exarſit in uno Salzæ-fluvio, ut ſupra pontis ſtratum inundans aqua ſuo pondere fortiſſimum pontem disjecerit, urgentibus præciſis lignorum pro ſale coquendo paratorum fruſtis & truncis, quibus totus fluvius conſtratus videbatur, qui e montibus & vallibus defecti & comportati effractis in Hallina clathris vi undarum protuſi, tanto impetu copiaque per alveum Salzæ deferebantur, ut præter ligna fere nihil aliud videretur. Terribile ſpecta-

ſpectaculum! ubique e terra, e montibus, collibusque aqua proſilire videbatur, veluti Salisburgum Neptuno in faucibus hæreret, eamque non tam abſorbere, quam ſubmergere penitus adniteretur. Albulæ aquæ ductus ita deſtructus, ut aliquot florenorum millibus reparari vix potuerit, ad cujus reparationem Martinus Abbas præter alia communia damna omni ex parte illata, tertiam partem ſolvere debuit. Aqua in tantum inundavit, ut attingeret fontem fori majoris & in platea Tragaſſen naviculis cives oporteret ultro citroque vehi, qui negotia ſua peragere intendebant, hactenus inaudito ſpectaculo. Torrentes & fonticula ita intumuerunt, omniaque loca aquis adeo contecta erant, ut civitas integra in lacu aut mari conſiſtere videretur. Terribilius diluvium fuit in Lauffen, ubi etiam alicubi disjectis mœnibus portam turris, quæ montem reſpicit, ulnæ menſura attingeret, & aliquot etiam muratas & bene fundatas domos e fundamento ſubverteret. Mirabile id accidebat, in ſolis hisce regionibus prope Oenum Danubiumque tantum deſæviiſſe diluvium, cum in Carinthia & in Carniola eo tempore nec pluvias quidem haberent; in aliis locis prope Oenum Danubiumque inæſtimabile damnum intulit.

XXIII. Nec non gravis incendii in templo Cathedrali vidit & ſenſit.

Sed poſtquam ſatis deſæviiſſet Neptuni impetus, Vulcani terribilior potentia Salisburgo interitum penitus minitabatur. Eodem enim anno 1598. duodecima die Decembris undecima noctis hora, quo authore ignoratur, impetuoſa flamma corripuit ſplendiſſimum templum S. Ruperti, Cathedrale nimirum, cujus miſeranda vi primitus oratorium correptum, inde per teſtitudinis foramen, quod paulo ante effractum fuerat, ad tecti interiora pegmata penetrans in tantum invaluit, ut liquefacto plumbo, quod templum tegebat, defluente, ne quis incendium impedire poſſet, prohiberetur. Campanæ conceptis in quinque turribus flammis diffluentes ad fundamentum dejectæ; terribile ſpectaculum & nocturno præſertim tempore aſpectu horridum erat. Ipſemet Martinus Abbas oculatus teſtis his verbis dictum incendium graviter deſcribit: Horrendus profecto & terribilis ſplendor erat, flammæ ferebantur recta in altum, ad neutram partem ſeſe flectentes, aura tranquilla exiſtente, nulloque flante vento, ſereno cœlo, lunaque clare lucente, divo Ruperto ſe ipſum quidem domumque propriam negligente, alios tamen per Dei miſericordiam ab ignis periculo conſervante, qui hic oppreſſus alia omnia intacta reliquit; & quamvis ardentes titiones ex utraque turri ad aulæ & Præpoſituræ tecta caderent, tanta tamen fiebat ubique defenſio, ut flamma tecta non poſſet corripere; imo tanta erat vis flammarum, ut ardentia fruſta in altum evomerentur, quoad ſeſe gyrando tectis trans fluvium incidebant, ſed per domeſticos ubique extinquebantur. Fuit autem tantus ardor e tecto templi ad propinquas domos diffuſus, ut in plerisque etiam ſatis longe diſtantibus plumbum in feneſtris liquefecerit; & niſi Deus miſericors, ait Martinus Abbas in ſuo Chronico, qui etiam in ira ſua clementer agit, recluſis Æoli Miniſtris nos conſervaſſet, omnes forte incinerati periiſſemus. Atque ita voraci flamma ampliſſimum & pulcherrimum templum devoratum, devaſtatumque fuit, ut optimi Principes ſucceſſores Marcus Sitticus, Paris Lodronius & Quidobaldus Thunius poſtea coacti fuerint magnis impendiis & aliquot centenis florenorum millibus novum hoc, ampliſſimumque templum excitare a fundamento, quod hodie ad invidiam multarum provinciarum tum elegantia ſtructuræ tum magnificentiæ forma inter templa Europæ glorioſe eminet. Ita vaſtato templo, chorus clerusque in Parochiali Eccleſia impoſterum inſtitutus, conciones in feſtis & dominicis in noſtra Eccleſia habitæ, in qua Ipſe Illuſtriſſimus Princeps non ſemel in perſona officium decantavit.

XXIV. Et neque a domeſticis afflictionibus liber & immunis fuit, tam propter contumaces aliquos religioſos.

Aſt neque a domeſticis afflictionibus liber & immunis fuit bonus Præſul Martinus, nam & hoc ipſo anno eodem menſe incendii periculum etiam noſtrum Monaſterium involvit. Pudore non modico ſuffundimur, dum hæc ſcribimus, ſed memores illius, quod S. Auguſtinus dixit, non eſt mea domus melior cœlo, ubi tertia pars cecidit Angelorum: hinc veritatem, quæ tunc toti urbi cognita fuit, non reticemus. Erat unus frater converſus Joannes nomine, & alii duo fratres noſtri Monaſterii unus ſubdiaconus, alter acolytus, quorum impudentia illo tempore noſtrum hoc antiquum monaſterium turpiter infamatum fuit, ut minus honorabilem famam apud plerosque civitatis incolas habuerit, cujus infamiæ illi ipſi contumaces religioſi origo & cauſa fuere, rem totam ipſemet D. Martinus in ſuo chronico ita deſcribit: Anno 1598. Clemens VIII. miſerat ad Imperatorem nuntium Apoſtolicum, qui per iter ſuum Salisburgi diverterat, atque ex Illuſtriſſimi Principis ordinatione hoſpitium in Monaſterio noſtro ad S. Petrum habuit, neceſſariis quibuscunque ex aula Principis proviſis & aſportatis; ſub idem tempus in die Innocentium 28. Dec. die famuli quidam aulici, qui vinum dulce & generoſum pro nuntio aſportarunt, conventum noſtrum ingreſſi fratribus noſtris in bona confidentia veſpere tale vinum abundantius infuderunt, & propinarunt; ſed duo præcipui turbatores & cervicoſi Monachi ſubdiaconus ille, & acolytus nobiliſſimi vini fervore incenſi, & alias turbulenti & inquieti ingenii homines, tumultu veſperi excitato clauſuræ portam egredi conabantur; quorum alterum, dum famulus fratrum retinere vellet, & admoneret, ne quid tale committeret, furore

percitus frater cultello dextram famuli læsit; ita furore pleni per Monasterii aream extra clausuram ad portam Monasterii progressi clamore excitato, alteroque binos manibus cultellos deferente, obviis quibuscunque, qui resisterent, mortem vociferando minitabantur; ita furibundi extra Monasterium effusi, tabernam cervisiariam in civitate ingressi sunt. Hos novos hospites miratus caupo Abbati propediem significat, cui tamen misso Secretario, qui donum revocaret, præter insolentiam nihil responderunt, neque obedierunt. Abbas ob nuntii Apostolici præsentiam & grave scandalum perturbatus, ne elaberentur temulenti nebulones, misit ad Capitaneum urbis Doctorem Jacobum Prennerum, rogans, ut utrumque curaret ad curiam custodiendos in crastinum deduci; mox paret petitis Capitaneus, & quibusdam missis, qui bonis monuere verbis primum, ut aut ad monasterium reverterentur aut ad curiam sese conferrent. Sed furibundi fratres, cum tumultum & clamorem nimium excitassent, accurrente satis ampla multitudine hominum, coacti sunt ire ad curiam; quos dum Capitaneus mansuete de hac pertinacia & petulantia argueret, importunis verbis præter injurias & furorem, quem manibus, pedibusque insultando præferebant, nihil responderunt, adeo efferati, ut in eum insultassent, nisi impediti fuissent; sed denique in carcerem conjecti crapulas edormire jussi sunt, postera die ad vesperam in arcem deducti & carceribus mancipati sunt ex mandato Illustrissimi Principis, cui D. Martinus Abbas & D. Capitaneus mane omnia retulerunt. Verum latebat adhuc in Monasterio unus insignis nequam, frater ille Joannes conversus ex triviali genere hominum turbulentus simul & vinolentus homo, impudens, inquietus, rixarum incentor, & ut id generis homines esse solent, pertinax nebulo. Hic eodem vesperi audito duorum fratrum discessu, quibus conjunctissimus erat murmurator, & ad omnia audenda individuus comes, cum portas undique clausas animadverteret, actum esse negotium arbitratus, nisi aliam viam evadendi ingeniose simul sed magis malitiose confingeret. Quapropter ira succensus murmurare, cursitare in dormitorio, cum Patribus jurgia & rixas miscere, & suam malitiam, quam extra clausuram efferre nequiverat, in obvium quemcunque evomere incepit. Quem, cum Abbas Martinus primo paterne, dein etiam severe arguisset, monuissetque, ut cubitum se conferret, bis terque rogatum, denique in contumelias erga Abbatem procaciter prorumpentem de priori jam casu turbatus Abbas pugno in terram prostravit, & insolentissimum nebulonem pro petulantibus verbis, verberibus, quibus dignissimus erat, delibutum dimisit.

XXV. Quam propter periculum incendii a quodam religioso converso in variis monasterii locis malitiose suppositi.

Verum tolerabilis fuisset hæc afflictio, quæ ex insolentium & contumacium Religiosorum inobedientia exorta fuit, nisi alius terror occupasset eadem nocte paternum & pro bono sui Monasterii semper sollicitum Martini animum. Nequissimus ille frater Joannes conversus, ut se partim de Abbate Martino vindicaret, partim ut fugæ suæ occasionem pararet, eadem nocte in elapsi fratris subdiaconi cella, inque diversis locis Monasterii, in choro, etiam intra pulpita materiam flammæ capacem suppositio igne locavit, eo fine, ut tumultu excitato & apertis sopiendo igni portis fugam adornare posset. Verum impiorum consilia plerumque inconsulta sunt, pervertit enim misericors Deus plerumque similium malitiosorum hominum mentem, & consilia distrahit, ut suis sese retibus capiant, quibus alios involvere nituntur. Quod enim in grave Monasterii incendium excrescere potuisset, cito per Dei gratiam sopitum est; dum enim unus religiosus frater hora duodecima noctis signum daturus ad matutinas surrexisset vigilias, & fratres excitaturus transiisset cellam fugitivi illius subdiaconi, præter fumum fœtidum, qui dormitorium repleverat, advertit ignem glisere in cella fratris subdiaconi prædicti, qua re territus extemplo alios fratres excitat, qui concurrentes in eadem cella jam flammas exurgentes deprehenderunt, easque sub silentio, quantum fieri potuit, suppressserunt. Et cum eo negotio impediti statuto tempore ad matutinas laudes non convenirent, Abbas, qui totam noctem curis istis summopere occupatus insomnem duxerat, refectorium ingreditur, & excitare volens aliquem ex fratribus, fumo repletum Refectorium demiratus, cum nihil de incendio sciret, pavidus dormitorium intrat, & negotiosos fratres in sopiendo incendio cellæ fratris subdiaconi fugitivi reperit; omnes enim fratres præter solum Joannem conversum petulantissimum illum nebulonem concurrebant, ubi demum deprehenderunt stramina, lectum & cellæ tabulas jam graviter adustas; & cum Abbas miraretur solum illum conversum abesse, ipsius cellam aperuit, & eundem paterne interrogavit, cur ipse solus abesset a sopiendo incendio? ad quod malitiosus homo nihil aliud respondit, quam: ecce quomodo me tractasti? ad hesterna verbera alludens, quibus noviter dignus fuerat. Verum ita extincto incendio hujus cellæ ex jussu D. Abbatis circa horam primam nocturnam fratres ingrediuntur chorum & matutinum recitant; Abbas interea regressus in cellam prædictam curiosius contemplaturus, an nullum foret amplius periculum incendii, reperit sub lecto urceum cera subnigra lichnis additis, & jamjam adustis ex media parte amplius repletum; quam materiam succenderat nequam ille Joannes frater laicus, ea intentione, ut

ut ſuſpicio eſſet, a fugitivo illo fratre ſubdiacono ſuppoſitum fuiſſe igni pabulum iſtud; neque aliud etiam tunc fratres & Abbas ſuſpicari poterant. Interim jubet Abbas, ut confratres finito matutino vigilias agerent usque in diem, & ſi quid adverterent ocyus ſibi nuntiarent. Ille in ſuam Cameram ingreſſus, cum præ cura & confuſione dormire non poſſet, vix elapſa hora regreditur in refectorium, ubi concito gradu videt religioſos occurrentes, qui novum incendium referunt, ad chorum ducunt, intra pulpita ignem & ambuſtos libellos monſtrant, inditam materiam flammæ capacem ejiciunt & extinguunt, dejectis etiam pulpitis & libris choralibus. Aſt impius homo his non contentus in alia quoque cella licet occluſa interius velamen immiſſa ardente candella accendit, ut ſic in diverſis locis ſimul flammæ erumperent & fratres, ne ubique extinguere poſſent, diſtraherentur, utque id tanto certius eveniret, ſtudio etiam ſcaphas & vaſa occultavit, ne cito ad aſportandam aquam inveniri haberique poſſent, adeo ſtudioſa fuit hujus hominis malitia, ut ex omnibus indiciis ſuſpicio ſuppoſiti incendii caderet in fratres duos elapſa die fugitivos, usque dum remordente conſcientia ipſemet ſe authorem fuiſſe palam confeſſus fuerit. Interim Abbas ſumme contriſtatus mane ad Illuſtriſſimum Principem ivit in perſona, retulitque, quæ heri tum a fratribus fugitivis tum noctu ratione incendii evenerant, reperitque apud Illuſtriſſimum Principem etiam Capitaneum urbis, qui referebat, quid novi hoſpites heri egerint in curia, cui mandavit Princeps, ut usque ad veſperam in carceribus cuſtodiret, veſpere autem in arcem juberet deduci, ibidem incarcerandos, quod & factum fuit. Verum inquietiſſimus ille frater laicus ubicunque potuit, Abbatem ſuum contriſtare nitebatur, eoque crevit in malitia, ut poſt varias inſolentias, rixas & diſcordias etiam Abbati inſidias ſtrueret, qua de cauſa in locum honeſtum loco carceris conjectus fuit, ubi pœnitentia & conſcientia ductus, & veritus, ne ob incendium illi fratres jam in arce in carceribus detenti gravius damnum paterentur, per ſchedulam Abbati transmiſſam ſe ipſum incendii auctorem manifeſtavit, quam ſchedam Abbas ad Archiepiſcopum tulit, qui fratrem converſum vinctum tanquam maleficum, qualis profecto erat, & incendiarium ad arcem deduci imperavit, cæteris duobus ſubdiacono & acolyto ad monaſterium remiſſis, in qua arce nequiſſimus hic laicus perpetuis carceribus addictus fuit, atque carceris ſqualorem per quatuor annos ſuſtinuit, anno autem 1603. effractis cancellis ferreis ex arce ſeſe demiſit, & auffugit, ubinam venerit, neſcitur, cujus animæ Deus miſereatur. Alterum vero nobile par fratrum, qui ex arce ad monaſterium remiſſi fuere, quia cum Martini Abbatis moribus non convenire, in communitate quiete vivere nec poſſent, nec vellent, ut libertatem ſuam, quam ſumme amabant, deſiderabantque, prætextu & ſpecie pietatis palliarent, uterque licentiam & dimiſſionem petiere; frater acolytus ille ſeſe Chartuſianum ordinem ingreſſurum ſpondebat, qua cauſa dimiſſus hinc inde tamen vagus currebat, donec valetudinarius in aliquo monaſterio inferioris Bavariæ noſtri ordinis mortuus fuerit; ſubdiaconus autem Veronam petiit ingreſſurus ibidem monaſterium S. Zenonis germanorum, ſed repulſam paſſus, & in Germaniam regreſſus, rixis, & contentionibus aſſuetus, poſtquam in monaſterio etiam Burano aliquamdiu hoſpitem egit, occulte convaſatis rebus, inſtar Caini profugus factus, haud amplius comparuit. Atque hic eſt finis impiorum & fœdifragorum Monachorum, qui ſuæ ſacræ profeſſionis obliti paſſionibus & vitiis in monaſterio dant operam, quorum finis interitus & turpis plerumque apoſtaſia fuit. Et hæc de morbidiſſimis noſtri monaſterii ovibus dicta ſunto.

XXVI. Tandem poſt electum duobus ante mortem annis a ſemet ipſo ſepulturæ locum,

Denique meritiſſimus Abbas Martinus, cui ſane multa monaſterium in acceptis referre debet, duobus ante mortem annis ſibimet ipſi locum ſepulturæ cum epitaphio elegit, & anno 1615. ſupremum vitæ diem clauſit, cum magna pompa funebri ſepultus. Jam ſupra meminimus n. XIV. quod Martinus Abbas usque ad annum 1611. ſcripſerit Chronicon ſuum, ab illo autem tempore ferme nihil notatum invenimus præter illam ſchedulam de S. Amandi reliquiis, quam anno 1612. ſcripſit, & præter illud Epithaphium, quod ſibimet ipſi fecit anno 1613. duobus ante mortem annis, veluti præſcius ſuæ mortis, quam quidem per ægritudines, quæ paulatim ipſum conſumebant, advertere potuit, non longe abeſſe, præſertim cum tunc jam ſexageſimum ætatis annum ageret, & trigeſimum ferme in regimine; quare cum videret optimus Pater inſtare diem, qua rediturus eſſet rationem coram Deo, prius anno 1611. inſtituit rationes totius œconomiæ ſuæ, in quibus quæ acceperit, quæ expenderit, quodque emerit, vendideritque, parvo rationario compendio conſcripſit, & poſteris reliquit, atque ita cum prudentiſſimus Paterfamilias ſolertiſſime perſpexiſſet, & diſpoſuiſſet omnia, ac ſi audiret a Deo ſibi dici: *diſpone domui tuæ, quia morieris*, ſibi quoque quietum lectulum ædificaturus poſt mortem, ac cellulam, in qua Judicis æterni ſententiam eſſet exſpectaturus, capellam S. Bartholomæi, quæ hodie Capella S. Crucis vocatur, quem ſingularem Patronum colebat, renovavit, & exornavit in honorem omnium Sanctorum, atque duobus ante mortem annis illud Epithaphium impoſuit ad parietem, quod hodie adhuc videmus, cum hac ſubſcriptione quam ipſe ſibi fecerat:

D. O. M.

D. O. M.

„Martinus Hattinger Marcomannus Ab-
„bas hujus cœnobii, noſcens terram
„terræ ſe redditurum ob certam reſurrectio-
„nis ſpem, cælituum, ac in terris adhuc
„degentium piorum omnium cupiens ſuf-
„fragiis adjuvari, ſacellum iſtud cum ſuo
„altari erexit, fundavit, dotavitque in ho-
„norem omnipotentis Dei, ſpecialiter au-
„tem ad memoriam omnium ſanctorum;
„ætatis annum agens LX. Regiminis ſui
„XXX. & humanæ ſalutis MDCXIII. ſta-
„tuens cadaver ſuum defunctum hoc in ſa-
„cello ſepeliri, animam Deo commendans.

XXVII. Anno 1615. in Domino obiit, & honorifice ſepultus fuit; anno æt. 62. regim. 31.

Cum ergo Martinus etiam poſt mortem cellulam ea ratione ſtruxiſſet, nihil amplius terrenis deditus, ſed divinis continuo quaſi per ægritudinem ſuam intentus, deſiderabat brevi diſſolvi, & eſſe cum Chriſto, ac inſtar fidelis ſervi intrare in domum, ac gaudium Domini ſui; quare paulatim ingraveſcente morbo conſumptus, cum filiis ſuis religioſis paterne valedixiſſet, anno 1615. die 23. Aprilis circa horam 10. meridianam proviſus omnibus ex ritu Catholico Sacramentis piiſſime in Domino obdormivit; ac poſtea 26. ejusdem menſis die ſolenni funerali pompa, forte antea nunquam viſa, & in funeribus Abbatum S. Petri inſolita, in illa Capella ac ſepulchro, quod ſibi ipſi paraverat, honorificentiſſime eſt ſepultus, cujus ſepulchro marmoreus lapis ipſius figuram, ſtaturamque repræſentans impoſitus eſt cum inciſo epitaphio:

„Reverendus in Chriſto Pater & Dominus
„Martinus Hattinger electus & confir-
„matus Abbas S. Petri. Obiit anno
„MDCXV. die XXIII. Aprilis. Præfuit lau-
„dabiliter annis XXXI.

Verum, ut etiam deſcribamus pompam funeralem, eam reddimus fideliter, ſicut eam legimus in vita Martini Abbatis conſcripta per Dominum Amandum Abbatem c. 14. pag. 64. qui dicit ſe hanc accepiſſe ex manuſcripto quodam germanico, atque ex ſtylo ſcripta fuiſſe videtur idiomate nimirum germanico per Nob. D. Joannem Stainhauſerum, qui multa Monaſterii noſtri monimenta conſcripſit. Latine ita legitur funeralis ordo:

1. Prima ſeries hujus pompæ erant Scholares Cathedrales cum ſua Cruce.
2. Hos ſequebatur Schola S. Petri cum ſua Cruce.
3. Hos ſubſequebatur vexillum Parochianum mortuorum, cum cantoribus, ſeu 10. Præbendiſtis, qui cantabant miſerere, portantes candelas manibus, cum his ibant DD. Capellani civici.
4. Fraternitas animarum nigra cum vexillis, cruce & lucernis, fuere fratres. 54.
5. Sequebatur fraternitas B. V. Mariæ & S. Monicæ Millenſis, ſeu alba cum vexillis, cruce, lucernis, quorum fuere 38. perſonæ.
6. Hos ſubſecuta archifraternitas rubra SS. Euchariſtiæ. cum ſuis vexillis, cruce & lucernis, quorum fuerunt 75.
7. Poſt hanc ibant R. R. PP. Auguſtiniani ex Millen, inde R. R. P. P. Franciſcani.
8. Chorus & Clerus ex cathedrali Eccleſia.
9. Muſica S. Petri.
10. Inde ſuo ordine procedebant 9. tribus opificum civilium cum ſuis lucernis & ſacris inſigniis.
11. Hoc loco portabatur funus aperta facie, indutum caſula, Infula, ac paſtorali pedo, ſub funere nigro panno, albo ſerico in crucis modum diſtincto ferculum ornabatur.
12. Funus ſubſequebantur 12. pueri pullati portantes 24. faculas in modum crucis binas & binas transpoſitas, quibus affixa inſignia monaſterii noſtri & Abbatis Martini. Funus ipſum ab 8. robuſtis viris nigro panno indutis portabatur.
13. Poſt pueros ſequebantur Patres & Fratres noſtri conventus S. Petri prælata conventuali cruce.
14. Conventum ſequebatur DD. Udalricus Abbas monaſterii Burani ſub Inſula, nigro holoſerico indutus Pluviali, cui baculus paſtoralis præferebatur,
15. Hunc ſubſequebantur officiales, Judex, Secretarius, famuli, ſervi omnes nigris & funeralibus induti veſtibus.
16. Inde procedebant Illuſtriſſimus Dominus Erufridus Epiſcopus Chiemenſis D. Decanus Cathedralis, DD. Canonici, Conſiliarii aulici & Camerales, Nobiles, Senatus civicus, familia aulica, cives communes & innumera multitudo virorum.
17. Subſecutæ nobiles Dominæ & Gynæceum cum aliis mulieribus & conferta fæminarum copia. Atque hæc erat pompa funebris in funere D. Martini Abbatis adornata.

Inſtituta autem proceſſione funus ex capella S. Viti elevabatur, & per cœmeterium portabatur, per januam juxta piſtrinum verſus aulam redeundo ad noſtrum monaſterium per portam ad eccleſiam noſtram, ubi funus ſupra ſandapilam & funerale pegma ſuperpoſitum finito defunctorum officio ac ſolenni miſſa, lugubri tandem pompa ac ſolennitate ad capellam deportatum & in ſuo ſepulchro fornicibus conſtructo ad diem reſurrectionis poſt multos labores exantlatos quieturum compoſitum, depoſitumque fuit. Atque ſic honorat Deus, quos vult honorare, qualis nimirum vita, talis mors Martini fuit, qui cum in vita nihil aliud, quam Dei gloriam quæreret, etiam a Deo meruit non tantum in hac vita dignitate honorari, ſed & poſt mortem cum tanto honore in ſuum tumulum deportari, ubi per Dei gratiam requieſcat optimus Pater in pace.

Hujus

XXVIII. Cujus vitæ elogium pro epilogo in compendio exponitur.

Hujus Domini Martini Abbatis noſtri laudes ille ipſe, qui pompam funebrem deſcripſit, in compendio complexus eſt, cujus germanicam ſcriptionem ad verbum latine repræſentamus tanquam ſynopſin & epilogum totius vitæ ipſius. Hic Martinus, ait, devotus, exemplaris & doctus vir primum profeſſus in Monaſterio ad S. Petrum ord. S. Benedicti Salisburgi, poſtulabatur in Abbatem Monaſterii S. Michaelis in Beürn anno 1581. 3. Julii, poſtquam autem huic Monaſterio laudabiliter præfuiſſet tribus annis, ab hac Abbatia anno 1584. 3. Septembris die avocatus, & in locum ſui anteceſſoris Andreæ Abbatis mali œconomi ac propterea depoſiti 22. Sept. Abbas cum plauſu omnium confratrum electus & confirmatus eſt. Hic Abbas non tantum gravia a ſuo anteceſſore contracta debita diſſolvit, ſed etiam ut fideliſſimus & ſolertiſſimus Paterfamilias per ſuam parſimoniam & frugalitatem multa bona, inter quæ illud prædium Peterlind Monaſterio comparavit multis millibus florenorum expenſis. Multa utilia ædificia exſtruxit, & Monaſterium in hunc, qui ob oculos verſatur (tunc temporis anno 1615.) ſtatum optimum perduxit, & renovavit. In Eccleſia chorum fratrum, altaris ambitum, ipſum ſummum altare, ædificavit, in quo repertas S. Amandi reliquias honorifice condidit, capellam omnium ſanctorum (ſeu S. Bartholomæi, nunc S. Crucis) ſuamque in ea ſepulturam fundavit & dotavit. Sacriſtiam Monaſterii cum multis ſacris ornamentis ac reliquiariis exſtruxit & exornavit, Monſtrantiam inſignem, infulam ex unionibus & perlis, pedum paſtorale argenteum, reliquiaria diverſa fieri curavit & ſacrarium multum ditavit. Et quia etiam uti amator ſummus litterarum, quantum per Divini officii & œconomiæ curam & ſollicitudinem licebat, multas horas ſingulis diebus impendere ſtudiis ac lectioni ſolebat, coëmit inſignem bibliothecam omnis generis librorum abundantem multis millibus florenorum, laudabiliſſimum opus tanti Prælati. In divino officio devotiſſimus, orationi & ſpiritualibus exercitiis deditus, temperantiſſimus in cibo & potu, ſtrenuus obſervator ſacræ regulæ S. Benedicti vitam ducebat exemplarem, & plerumque quantum fieri potuit, ſolitariam & a ſtrepitu terreno ac pompa alienam; vanitatis & apparentiæ ac ſplendoris omnis hoſtis acerrimus erat, nihil amare magis videbatur, quam humilibus contentum eſſe; Interea privilegia & jura Monaſterii imperterritus defendebat, & promovebat. Erat magnus amator & Pater pauperum, exemplum puritatis & caſtitatis, & vivum Prototypon veri Abbatis & Prælati. Hinc etiam non tantum a ſuis ſubjectis fratribus, ſed & ab omnibus hominibus, qui ipſum noverunt, in maximo ſemper honore & æſtimatione ſemper fuit, & omnium magno luctu planctuque in Domino obdormivit & honorificentiſſime ſepultus eſt. Requieſcat in pace Domini bonus hic Abbas. Hoc elogium in illo Manuſcripto germanico velut compendium totius vitæ ipſius continebatur. Cæterum in relictis MSStis etiam legimus, quod D. Martinus Abbas fuerit vir gravis & ſeverus, paterno tamen temperatus affectu, barba ac facie vere venerandus, ſtaturæ non nimis oblongæ, quamvis craſſioris & temperate obeſi corporis, amicabilis, & omnibus acceptiſſimus. Numerum Religioſorum augere quidem conatus eſt Præſul optimus, nam ad S Profeſſionem tempore Abbatialis regiminis omnino viginti ſex ſuſcepit, inter quos etiam, ut ſuperius mentio facta, P. Udalricus Hoffpauer ad infulam Buranam anno 1613. promotus, & alius nomine P. Benedictus Gerhauſer ad Prioratum in eodem Monaſterio vocatus fuit, attamen, quod merito mirandum, pro noſtro Monaſterio tam fæcundus Pater ex filiis ſuis ſpiritualibus nullum reliquit ſucceſſorem, fuitque religioſorum numerus in morte Martini Abbatis adeo puſillus, ut tantum duodecim, & cum Abbate Michael-Burano, qui tamen ad futuram electionem non fuit admiſſus, tredecim fuerint. Præmatura funera, & quorumdam perverſis illis temporibus diſcolorum deſertiones & dimiſſiones gentem multiplicatam ſuſtulerunt, quin tamen lætitia fuerit magnificata.

XXIX. Pro complemento actorum recenſentur litteræ, quæ anno 1599. de permutatione *Frongarten.*

Pro complendis actis Martini Abbatis merentur adduci quædam litteræ memorabiles in originali exſtantes, de quibus in vita Martini mentio facta fuit, ſpeciatim vero diploma Cæſareum Mathiæ Romanorum Imperatoris, qui paulo ante mortem Martini Abbatis anno 1614. 16ta Sept. die vigore ampliſſimi reſcripti Cæſareo Sigillo muniti exemplo ſuorum Auguſtiſſimorum & Sereniſſimorum Anteceſſorum omnia privilegia noſtra circa liberam vecturam vini ex Auſtria confirmavit. Primæ litteræ in originali exſtantes, de quibus dictum n. XII. concernunt transactionem horti Frongarten pro prædio Stokau, quæ emanarunt ſub ſequenti tenore 23. Apr. 1599. & triplici ſigillo, nec non ſubſcriptione propriæ manus tam Illuſtriſſimi Archiepiſcopi, quam & Abbatis nec non totius conventus roboratæ ſunt.

„Zu vermerken, ain wilkurliche Abred eines
„immerwehrenden wechſels zwiſchen dem
„Hochwürdigiſten Fürſten und Herrn Herrn
„Wolf Dietrichen Erzbiſchouen zu Saltzburg
„Legaten des Stuels zu Rom unſerm gnedigi-
„ſten Herrn an ainen, und dem würdigen Martin
„Abbten, Bartholomäen Prioren und ganzen
„Convent zu S. Peters Kloſter daſelbſten an-
„deren Theil, umb und von wegen Irer Hoch-
„fürſtlich Gnaden Stokauer wiſen bei der Per-
„nau im Glannegger Gericht und des bemelten
„Abbts und Convents Frongarten in der Statt
„Saltzburg gelegen auf Mainung und Geſtalt,
„wie hernach folget. Erſtlich haben höchſt ge-
„dacht

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

„dacht Jre Hochfürstl. Gnaden angedeute Sto-
„kauer wisen, wie dieselbe an dem herundern
„Orth, als man hinein gehet bei den oberen
„Peugl, neben der Stockauer wisen und den
„Aichpaumben in einen Graben gegen Pernau
„hinumb und dann nach der Pernau hinauf bis
„zum obern Orth an der Altischen und Claue-
„rischen Wißmädern stossent, und von dannen
„auf der andern Seiten neben den Graben, und
„des von Haunsperg Wisen wiederum bis zum
„bemeldten oberen Peugl herab mit Marchen,
„Rain, Stain, Zeunen und Gräben umpfan-
„gen ist, samt den darinstehenten Aich- und an-
„deren Päumen, auch allen anderen Zugehö-
„rungen, nichts ausgenommen, wechslweiß
„in berihrtes Abbts, Convents und Jres
„Gottshauß Handen, Nutz, Brauch und Gwer,
„aigenthumlich ibergeben, eingeantwort und
„zugeaignet; Nachdem aber das Gottshauß zu
„S. Peter der enden kein Gehülz, daraus man
„die Nothdurft zu einzeimung bemelter Sto-
„kauer wisen nemmen mechte, so haben Jre
„Hochfürstl. Gnaden ꝛc. ꝛc. ferner gnedigist be-
„willliget, daß dem Abbt, Convent, und ih-
„ren Nachkommen yezo und hinfihron die Noth-
durft zu einzeimung berihrter Stokauer Wisen
„an dem Petersperger Vorst, oder andern Or-
„ten Jrer Hochfürstl. Gnaden, Gelegenhait
„und Verordnung nach durch die unter Wald-
„meistre oder Förster zeschlagen für und aus-
„gezaiget, aber der Unkosten sowohl aniezo als
„kunftig auf das Gottshauß zu S. Peter gelegt,
„und von demselben ausbezallet werden solle.
„Es sollen sich auch der Abbt und Convent den
„Graben neben des von Haunsperg wisen, dar-
„inn das Wasser herab in die Weyher laufet,
„nichts anmassen, sondern derselb Iren Hoch-
„fürstl. Gnaden mit raumung, und in all an-
„dere weeg frey bleiben und zuständig sein.
„Dargegen und darfür haben Iren Hoch-
„fürstl. Gnaden bemelter Abbt uud Convent zu
„S. Peter auch wechslweiß unterthänigist abge-
„trettin, übergeben, und aigenthumblich ein-
„geraumbt Iren und Jres Gottshauß Fronn-
„garten in der Statt Salzburg mit aller Zu-
„gehörung, wie derselb mit dem Münchperg
„und Burgers Häußern umgeben ist, doch,
und damit gedachter Abbt und Convent für
„ihres Gottshauß Nothdurft ein Kuchlgärtl ge-
„haben mügen, so haben Jr Hochfürstl. Gna-
„den ꝛc. ꝛc. auf ihr demüthigst Bitten mit Gna-
„den zugeben, daß Innen darin ein Fleck und
„Orth, welche von des Klosters daselbst li-
„genter Behaußung Thür an, hinauf in den
„Winkl neben, und außer des Tummelsplatzs
„planken an des Münchbergs Felsen, darin
„ain Creiz gehauet ist, schnur gerad gehet, her-
„dan gesindert werde, welchen Fleck Jre Hoch-
„fürstl. Gnaden ꝛc. aniezo selbst mit einer Mauer,
„darin ain verschlossene Thür, dardurch der
„Abbt und Convent zu zeiten irer Gelegenhait
nach (doch ohn alle Beschwär und Schaden)
„auß und eingeen mügen, gesezt werden soll,
„einfangen zu lassen genedigist iber sich genum-
„men, damit also das Mairhauß, Vich und
„Zechent Stadl sambt dem Gärtl durch die be-
„rürte Mauer abgesindert, dem Kloster rue-
„bigelich verbleiben, aber die yez angezogene
„Mauer hinfirtere auf des Gottshauß zu S. Peter
„Unkosten unterhalten werden soll, und nachdem
„man vor etlich Jaren denen gegen den Fronn-
„garten wohnenten Burgern, Fenster und Hauß-
„thüren aus ihren Häußern in uillgenannten
„Garten gegen raichnung etlicher Purk Pfen-
„ningen vergünstiget, so haben Jr Hochfürstl.
„Gnaden ꝛc. ꝛc. gleichfals genedigist zugeben,
„daß der von St. Peter, und seine Nachkom-
„men solche Purkrecht Pfenning hinfuron noch
„einnemmen sollen. Dem allen und hierauf
„so mügen Jre Hochfürstl. Gnaden nach derse-
„ben Genuß und herwideram iezt benannter
„Abbt und Convent die uillberihrt Stokauer
„wisen nutzen, nüessen, gebrauchen, und dar-
„mit wie mit anderen Jres Gottshauß eigen-
„thumlichen Güttern, verfahren, auch ohne
„Jre Hochfürstl. Gnaden ꝛc. und derselben am
„Erzstifft nachkommenten Fürsten, eintrag und
„widersprechen ohngeuerlich. Des zu wahren
„Urkund sein dieser abred und würklichen wech-
„sels zwen gleichlautende Brief mit mer Höchst-
„gedachter Jrer Hochfürstl. Gnaden ꝛc. und des
„von St. Peter und seinen Convents anhangen-
„den Insiglen verfertiget, und mit aignen unter-
„zochenen Handschriften bekräfftiget, der ain Je-
„ren Hochfürstl. Gnaden ꝛc. und der andere dem
„von St. Peter und seinen Convent behendiget
„worden. Beschechen zu Salzburg den drei und
„zweinzigsten Monathstag Aprilis nach Christi
„unseres lieben HErrn und Seligmacher Ge-
„burde. Im fünfzehen hundert Neun und Neun-
„zigsten Jare".

Wolf Dietrich.

(L.S.) Martinus Abbas. S.P.
Fr. Bartholomæus Prior.
Fr. Helias Wörndl. Senior.
Fr. Georgius Eberl.
Fr. Conrad Osttwein.
Fr. Jacobus Kama Cellerarius
Fr. Joannes Bruckmoser
Custos.
Fr. Bernardus Neimaier.
Fr. Christophorus Hiber.
Fr. Ambrosius Kalteneker.
Fr. Ignatius Molinus totus-
que Conventus ibidem.
(L.S.) (L.S.)

XXX. Anno 1606. de contractu emptionis circa partem alicujus domus in Kirchgassen.

Similes litteræ sub altefato Archiepiscopo Wolfgango Theodorico emanarunt anno 1606. in quibus continetur contractus emptionis unius partis super unam scalam domus cujusdam in Kirchgassen pro traditis mille florenis & adjectis quibusdam conditionibus. Litteræ originales Archiepiscopali Sigillo munitæ & propria manu tam ab altefata Celsitudine, quam & Abbate & Conventu subscriptæ ita sonant.

„Zu vermerckhen ain wülkürlichen Khaufs
„Contract zwischen dem Hochwürdigsten
„Fürsten und Herrn Herrn Wolf Dietrichen,
„Erzbischouen zu Salzburg, Legaten des Stuels

„zu

„zu Rom, unsern genedigisten Herrn an ainen, „und dem würdigen Martin Abbten, Bar„tholomeen Priorn, und gemeiniglich ganzen „Convent S. Peters Kloster daselbst anderen „Thail wegen des unteren Haußboden iber die „erste Stiegen in berürts Abbts und Convent „Behausung in der Kirchgassen gegen der Pfar„kirchen ibergelegen, auf Mainung, und Ge„stalt, wie hernach volget. Erstlichen haben „Irer Hochfürstl. Gnaden auf dero genedigist „Begehrn gedachter Abbt und Convent be„stimmten Boden iber die erste Stiegen in ge„melter Behausung mit all desselben Gemähen „nicht außgenommen, solcher Gestalt verkauft, „daß nun hinfihron ain Pfar Mößner, und auch „die Corporal Knaben sambt iren Inspectorn, „darin ire ruebige absonderliche Wohnungen, „in massen innen dieselbe anyezo auf Irer Hoch„fürstl. Gnaden Unkosten semel pro semper zue„gericht und eingeraumbt worden, allain ha„ben, aber die obere Pöden iber die andere, „dritte, und vierte Stiegen bis unter das Tach „hinauf, als auch der unterist Boden am Flöz „im Eingang sambt deren Gemächen, Cämme„ren und Gwölbern, wie dan auch das Gärtl „und Gang gegen dem Fronngarten werths als „dieselben anyezo durch das Gottshauß zu S. Pe„ter Richter und Anna Sauerlacherin des Gotts„hauß Pfründtmerin inngehabt werden, dem „bemelten Gottshauß und Convent wie vor„hin noch aigenthumblich verbleiben, und wer „inen gefellig darein zu nemmen Macht haben „sollen. Zum anderen, demnach höchstgedacht „Ir Hochfürstl. Gnaden dem Abbt und seinem „Convent für den angezogenen unteren Poden „den über die erste Stiegen zu irem guten Be„gnügen ausgericht und bezalt haben ain tau„sent Gulden Reinisch in Münz, jeden zu fünf„zehen Pazen oder sechzig Kreutzern zerechnen, „so ist beredt, daß hinfüran bemeldter Abbt und „Convent, auch ihre Nachkhumen angedeiten „Boden und also die ganze Behaußung, über „und über nichts besondert, noch hindangese„tzet, mit Tach und in all andere weeg Nott„dürftiglich ohn Irer Hochfürstt. Gnaden und „derselben Nachkhummen weitere Darlegung „versorgen und unterhalten sollen; also, daß ein „Pfarr Mößner auch die Corporal Knaben „sammt iren Inspectoren bey Tag und Nacht „ir ruebige wohnung darin haben, und ein „Theil von dem andern unmolestirt sein mügen; „Da sich auch die Inwohner darin mit einan„der nit vergleichen mechten, sondern et van „Haderei und Unainigkeit anrichteten, auch die „Gemäch und Zimmer nit wie sich gebürt, sau„ber hielten, so soll ein Abbt zu S. Peter als „Haußherr hierin moderation fürzunemmen „und Wendung zu verschaffen Macht haben. „Ohngefehrlich ꝛc. Des zu warem Urkund sein „dieses Kaufs Contract zween gleichlautente „Brief mit Ihren Hochfürstl. Gnaden und des „von S. Peter auch seines Convents anhan„genden Insiglen verfertigt: und aufgericht, „der aine Irer Hochfürstl Gnaden, und der „andere dem von S. Peter und seinem Convent „behendiget worden. Beschechen zu Salzburg „am ailsten Septembris, im Jar nach Christi „unseres HErrn und Seeligmachers Geburt, „Sechzehen hundert und sechß.

„Wolf Dietrich". (L. S.)

(L.S.) Fr. Martinus Abbas.
Fr. Bartholomæus Prior cum 23. aliis de Conventu. (L.S.)

XXXI. Anno vero 1713 de emptione & permutatione totius domus illius.

Non minus suum merentur locum litteræ originales membraneæ subscriptæ & roboratæ propria manu Marci Sittici Archiepiscopi cum annexo Sigillo de 28. Martii Anno 1613. in quibus continetur commutatio & respective venditio domus ad introitum der Kirchgassen positæ pro alia domo non longe a cœmeterio & in via Nonnbergensi posita, quæ ideo etiam ab omni onere civico, quamdiu Monasterii fuerit, libera declaratur in his litteris. Litterarum tenor est sequens:

„Zu vermerkhen ain wilkhürliche Abred aines „immer wehrenden wechsels zwischen dem „Hochwürdigisten Fürsten und Herrn Herrn „Marx Sittich Erzbischouen zu Salzburg Lega„ten des Stuels zu Rom. Unseren genedigi„sten Fürsten und Herrn an ainem, und dan „dem würdigen Martin Abbten, Thoman „Priorn und ganzen Convent zu S. Peters „Closter daselbsten anderen thails. Vmb und „von wegen Irer Hochfürstl. Gnaden Egghauß „von Peters Freudhof hieriber an dem Nonn„berger weeg uud des bemelten Abbts und Con„vents Egg Behaußung in der Kirchgassen ge„gen unser lieben Frauen Pfarrkirchen über, „und an Licentiaten Prandis Behaußung an„stossent auf Mainung und Gestalt, wie her„nach folgt: Erstlich, demnach vorher durch „den gewesten Herrn Erzbischouen Wolf Die„trichen ꝛc. der untere Stockh an gedachtes Abb„ten und Convents zu St. Peter Behaußung „Pr. ain tausend Gulden keufflich an sich ge„bracht, der Kaufschilling aber, als ein tau„send Gulden noch unbezahlt, als haben höchst „gedacht Ire Hochfürstl. Gnaden als yezt re„gierenter Herr solche ausständige ain tausent „Gulden iber sich zu nemmen und abrichten „zu lassen verwilliget, auch ihr Behaußung auf „dem Nonnberger weeg bey S. Peters Freut„hof über, in gemain das Peuscher Hauß ge„nannt, so aller Purden frey, auch so lang „besagte Behaußung in wolermelt Abbts und „Convents Gewalt sein wird, der Stettlichen „Obrigkeit eingrif halben als sper Inuentur und „anderen dergleichen burgerlichen Purden be„geben und entlassen sambt allen dessen Zu„gehörungen nichts außgenommen, wechßlweiß „in berirts Abbts Convents und ihres Gotts„hauß Handen, Nuz, Brauch und Gwehr ei„genthumblich ibergeben, eingeantwortet, und „zugeeignet; Dargegen und darfür haben Iren „Hochfürstlich Gnaden, bemelter Abbt und „Convent zu St. Peter auch wechßlweiß un„terthenigist abgetretten, ibergeben, und eigen„thumblich eingeraumbt Ir und Ires Gotts„hauß gleichermassen aller Purden freue Be„haußung

„hausung sambt dem anstossenten Kuchlgarten „in der Kirchgassen neben L. Präntls Behauß„ung gegen unser lieben Frauen Pfarkirchen „über. Dem allen nach und hierauf, so mö„gen Ire Hochfürstl. Gnaden nach dero gene„digen willen und wohlgefallen mit oftgedach„ter Behausung handlen, thuen und lassen, wie „Sy verlust, ohne des Abbs zu S. Peter, sei„nes Convents und Menigliches von Irent„wegen, einred und hindernuß, und her wide„rum ietzt ernennter Abbt und Convent die vill„berirte Eggbehausung auf dem Nonnberg weeg „gegen St. Peters Freithof über mügen nües„sen, gebrauchen, uud darmit wie mit ande„ren Ires Gottshaus eigenthumlichen verfah„ren. Ohngeuerlich. Des zu wahren Urkund „sein dieser Abred und willkhürlichen werls zwen „gleich lautende Brief mit mer höchstgedachter „Irer Hochfürstl. Gnaden und des von St. Pe„ter und seines Convents anhangenten Insig„len versertigt: und aufgericht, der aine Iren „Hochfürstlichen Gnaden, und der andere dem „von St. Peter und seinem Convent behendi„get worden. Beschehen in unserer haubt „Statt Salzburg den acht und zweinzigsten „Monathstag Martii nach Christi unseres lie„ben HErrn und Seligmachers Geburde. Im „Sechzehen hundert und dreizehenten.

Marx Sittich.

Martinus Abbas S. P.
Fr. Thomas Fremelius Prior
cum 12. de conventu.

XXXII. Et denique anno 1614. de confirmatione Privilegiorum sub Matthia Imperatore emanarunt.

Paulo ante suam mortem Abbas noster Martinus vigore nobilissimi diplomatis de Anno 1614. ab Augustissimo Imperatore & Serenissimo Archiduce Austriæ Matthia accepit confirmationem privilegiorum antecedentium in sequenti forma:

„Wir Matthias von Gottes Gnaden Erwölter Römischer Kaiser zu allen Zei„ten Mehrer des Reichs in Germanien, zu Hun„gern, Behaimb, Dalmatien, Croatien und „Sclavonien &c. Künig, Erzherzog zu Oester„reich, Herzog zu Burgundi, Steyer, Kärn„ten, Crain und Wirtemberg ꝛc. Graue zu Ty„roll. ꝛc. ꝛc. Bekennen offentlich mit disem Brief „für uns, und unsere Erben und Nachkommen, „das uns die Ersamen Geistlichen unsere liebe „andächtigen N. der Abbt und Convent zu St. „Peter zu Salzburg diemütiglich angebracht, „wie Sy und ihr Gottshauß von unserem ge„liebtesten Vorfahren, Römischen Kaiseren, „Khünigen, und Erzherzogen zu Oesterreich hoch„löblicher und seeliger Gedächtnuß mit etlichen „Priuilegien, Gnaden und Freiheiten fürsehen, „welche Priuilegia, Freihaiten und Gnaden „Innen von ainem Römischen Kayser, Khünig „und Erzherzogen zu Oesterreich deren bis auf „uns geliebtesten Herrn Vattern Maximilian „den anderen, bei dem sie solche confirmation „zu ersuechen verhinderet, ordentlich confirmirt, „und bestettiget weren, inmassen Sy unß dan „von denselben Freihaiten und der weiland „nächsten Kaiser Rudolffen des anderen unse„res geliebtesten Herrn Bruders Confirmation „glaubwürdige collationirte Abschrifften für„gebracht. ... Und uns darauf diemütiglich „gebeten haben, daß wir Innen solche Ir alt „habente und hergebrachte Freihaiten, Privile„gia. Gnaden und Gaben alß yetzt regieren„ter Römischer Kaiser und Erzherzog zu Oe„sterreich zu erneuren, zu confiriniren und zu „bestetten gnedigist geruhen wolten. Wan wir „dann solchen Ir demüetig Pitten, auch den „Löblichen Gottsdienst, so durch Sy dem all„mechtigen Gott zu Lob und Ehren und gemai„ner Christenheit zu trost und wolfart verbracht „würdt, gnediglich angesehen. .. So haben „wir in solch Ir Bitten von sonderen Gnaden „wegen gnedigist bewilliget. .. Thuen des auch „confirmiren, bestettigen und erneuren ange„regte Privilegia, Gnaden, Gaben und Frei„haiten hiemit wüssentlich, wohlbedächtlich und „in Crafft dits Brief, was wür daran zu recht zu „bestetten, und zu confirmiren haben, und mai„nen, setzen und wöllen, daß dieselben Pri„uilegia, Gnaden, Gaben, und Freihaiten so „uill sie deren im Gebrauch, und Innhaben „allerdings und in allem Iren Innhalt, Clauß„len und Begriff bei würden und Crefften blei„ben, auch Sy die Closterleuth dieselben ge„brauchen, nutzen und geniissen, und darwi„der von Niemand nicht beschwärdt, angesoch„ten, noch bekümmeret werden solleu. Und ge„bietten darauf N. allen und jeden unseren Prä„laten, Grauen, Freyen, Herrn, Rittern, „Knechten, Landshaubtleiten, Landmarschal„chen, Untermarschalchen, Verweßen, Vitz„domben, Pflegern, Burggrauen, Landrich„tern, Burgermaistern, Richtern, Räthen, „Burgern, Gemainden, und sonst allen ande„ren unseren Amptleuthen, unterthanen und „getreuen, in was würden, stand oder we„sen die sein, Erstlich und wollen, daß Sy den „obbemelten Abbt und Convent zu S. Peter zu „Salzburg und Ire nachkommen bei ihren „Freyheiten, Priuilegen, Gnaden, und Ga„ben, auch dieser unserer Confirmation und „Bestettung, so weit sie deren in Gebrauch „sein ruehig pleiben lassen, und Sy darwider „nit tringen noch beschweren, noch des ande„ren zu thuen gestatten in kain weiß so lieb se„dem sey unsere schwäre Ungnad und Straff „zu vermeyden, daß mainen wür ernstlich. ..
„Mit Urkund dits Briefs besigelt mit unseren „anhangenten Kaiserlichen Insigl. .. Der ge„ben ist auf unserem Schloß zu Lynz den sech„zehenten tag des Monaths Septembris, nach „Christi unseres lieben Herrn und Seeligma„chers Geburth Sechzehenhundert, und im „vierzehenten, unser Reiche des Römischen im „dritten, des Hungerischen im sechsten, und des „Behemischen im vierten Jahren.

(L.S.)

Matthias.

Ad mandatum Sacræ Cæs.
Majestatis proprium.
J. R. Lucher.

Atque hæc universim de vita, actis & gestis Abbatis nostri Martini de monasterio nostro optime meriti dicta sufficiant.

JOACHI-

JOACHIMUS,

ABBAS AD S. PETRUM LXIX.
AB ANNO 1615. USQUE AD ANNUM 1626.

I. Poſt mortem Martini Abbatis anno 1615. ex gremio in Abbatem electus tanquam minus habilis non acceptatur.

Salisburgenſis Hiſtoricus & Cœnobita noſter P. Mezgerus pro rei veritate L. 5. hiſt. Salisb. c. 18. de noſtro Monaſterio ſequentia ſcribere non erubuit: „Martinus „Abbas e vivis abiens Monaſterium Sancti „Petri omni rerum abundantia inſtructum „reliquit, præterquam Religioſorum, quo„rum non niſi tredecim aderant, & illi vel „ſenio graves, vel litterarum ſtudiis leviter „tincti“. Hæc ille. Aſt neque ſenio graves aderant, nam P. Thomas Frembelius Prior & Senior anno primum 1601. profeſſus vix aliquot annos ſupra triginta in ætate ſua ſuperaſſe videtur. Nos catalogum venerabilis conventus ad S. Petrum eo tempore exiſtentis hic ſubnectimus:

R.P. Thomas Frembel Prior & Senior.
P. Georgius Nörer.
P. Maurus Molitor.
P. Rupertus Oelhaff.
D. Udalricus Hoffpauer p. t. Abbas Michael-Bur. qui tamen ad electionem non fuit admiſſus.
P. Tiburtius Fiſcher.
P. Waltherus Joch.
P. Joannes Melnardus.
P. Paulus Frileauff.
P. Vitus Seidl.
P. Hilarius Engeſſer.
P. Carolus Knödler.
P. Vitalis Sartorius.

Itaque hi duodecim Religioſi poſt mortem Martini Abbatis, quæ contigit die 23tia Aprilis anno 1615. apud Illuſtriſſimum Principem & Archiepiſcopum Marcum Sitticum liberam facultatem eligendi ex gremio petierunt & obtinuerunt. Verum, cum hi boni Patres conveniſſent, & de electione conſultaſſent, atque in Patrem Thomam Priorem & Seniorem votis ſuis conſpiraſ-

sent eligentes, hæcque mens & intentio conventus noſtri innotuiſſet Principi, hic altefatus Archipræſul vel mentem ſuam mutavit, vel quod omnino probabilius videtur, intentionem ſuam jam prius præconceptam palam manifeſtavit, factam electionem de jure nullam & irritam per ſequentem legalem ſententiam declarando:

„Archiepiſcopalis Conſiſtorii Salisbur-
„genſis in ſpiritualibus cauſis de-
„putati Præſes & Conſiliarii &c.

„Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus Dominus
„Marcus Sitticus Archiepiſcopus ac Prin-
„ceps Salisburgenſis S. ſedis apoſtolicæ Le-
„gatus Princeps ac Dominus noſter Clemen-
„tiſſimus; Habita atque percepta per com-
„miſſarios ad hoc ſpecialiter deputatos ple-
„na notitia & informatione ex proceſſu exa-
„minis & inquiſitionis de & ſuper perſona
„Fr. Thomæ Fremel profeſſi & Prioris ord.
„S. Benedicti ad S. Petrum in urbe ad Ab-
„batiam per obitum Martini ultimi & imme-
„diati Abbatis vacantem tanquam electi,
„cum pro tali adminiſtranda dignitate Ab-
„batiali in perſona electa defectus ſane ur-
„gentes & prægnantes reperti fuerint, at-
„que adeo de facto reperiantur. Igitur Il-
„luſtriſſima ſua Celſitudo &c. juſtis, legiti-
„mis & rationabilibus de cauſis confirmatio-
„nem pro electo denegat, atque recuſat, ju-
„dicando, ſententiando, pronuntiando, &
„declarando per hoc Archiepiſcopale De-
„cretum & ſententiam electionem celebra-
„tam ex defectu & inhabilitate perſonæ ele-
„ctæ, uti de jure non ſubſiſtentem irritam
„& nullam eſſe, prout electionem eandem
„non canonicam, irritam & nullam judi-
„cat, ſententiat, pronuntiat & declarat,
„privando omnes & ſingulos prædicti mona-
„ſterii ad S. Petrum conventuales profeſſos
„ex authoritate ſua ordinaria & a jure con-
„ceſſa, pro hac vice, jure & voto novæ &
„ulterioris electionis celebrandæ cum reſer-
„vatione Illuſtriſſimæ ſuæ Celſitudini tan-
„quam ordinario juxta juris diſpoſitionem,
„proviſionis & ordinationis de novo Capite
„& Abbate ad præfatum D. Petri monaſte-
„rium conſtituendo, qui & Conventui &
„Abbatiali dignitati cum honore & utilitate
„tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus
„præeſſe poſſit. Datæ Salisburgi ſub ſecre-
„to noſtro Conſiſtoriali die 5. Sept. anno re-
„paratæ ſalutis Milleſimo, ſexcenteſimo,
„decimo quinto.

„*Wolfgangus Guiliel. Baro*
de Schrattenbach. (L.S.)

Dum ergo optimus & vere ſollicitus Archiepiſcopus videret, Conventum noſtrum ad 12. omnino viros defluxiſſe, eosque eſſe litteris leviter tinctos, electum autem pariter non nihil moroſum, minus doctum, debitaque agendi & regendi dexteritate eſſe deſtitutum, hinc Illuſtriſſimo Principi Marco Sittico antiqui monaſterii noſtri miſerato cogitatio ſubiit de viro circumſpiciendo, qui & religioſum cœtum augeret & novum eruditionis ſeminarium plantaret.

II. Sed P. Joachimus Puchauer, Prior in monaſterio Weſſofontano ſuperioris Bavariæ,

Deliberanti pro bono monaſterii noſtri Archiepiſcopo Marco Sittico commendatur authore cive quodam primario Hieronymo Reitter, Weſſofontio oriundo R.P. Joachimus Puechauer tunc temporis in celeberrimo monaſterio Weſſofontano Prior actualis. Ut autem ſciatur, quis Abbas noſter Joachimus ante ſui electionem fuerit, quæ Patria, quæ qualitates ac merita, ea de verbo ad verbum recenſere libet, quæ in chronico Weſſofontano omni eruditione referto, & opera P. R. P. Cœleſtini Leutneri Monachi Weſſofontani anno 1753. quo annus millenarius monaſterii feſtiva cum ſolennitate fuit celebratus, typis edito leguntur pag. 430. ſequenti tenore. „Natus eſt Joachi-
„mus Puechauer in ſuperiore Bavaria
„Rauchlechſpergæ, ſeu, ſi latine velis, ad
„aſperum Lyci montem, ubi caſtrum eſt
„pervetuſtum prætore & dicaſterio inſtru-
„ctum, quod tamen quoad graviorum cri-
„minum ſupplicia ſubjectum eſt Prætori
„Provinciali Landſpergæ reſidenti. Pa-
„rens Joachimo loci dicographus fuiſſe vi-
„detur, quod ex characteris elegantia con-
„jectamus, quam filius per omnia ſcripta
„exhibet. Porro Puechauerorum familia
„hodie adhuc per eam viciniam viget, & mo-
„naſterio Cremifanenſi anno 1644. Abba-
„tem dedit Placidum Puechauer optime de
„monaſterio & re litteraria meritum. Joa-
„chimus, cum habile ad imbibendas artes
„ingenium proderet, a parentibus ſtudio-
„rum cauſa Dilingam eſt miſſus, ubi præ-
„clare proficiens totum Philoſophiæ curſum
„abſolvit, haud dubie ad jurisprudentiæ di-
„ſciplinam ex parentis voluntate tranſitu-
„rus, niſi divino inſtinctu agitatus ſibi po-
„tius ipſi jus dicere, alienoque ſubeſſe judi-
„cio & S. Religionem amplecti in ordine di-
„vi Benedicti decreviſſet, theologicis dein-
„de ſtudiis aliquanto tempore addictus. Pa-
„læſtram ſeu dicaſterium potius, cui ſubeſ-
„ſet, & ſpiritualis militiæ rudimenta cape-
„ret, elegit monaſterium Weſſofontanum,
„duabus horis ab arce natali diſſitum, ac
„eodem, quo cœperat fervore ſacrum ty-
„rocinium emenſus ſub Gregorio Jacobio
„Abbate anno Domini 1588. die 14. Auguſti
„ſolemnia vota nuncupavit. Anno 1589.
„Gregorio ejus nominis primo Abbati opti-
„me merito, ſucceſſit Benedictus eo nomi-
„ne inter Abbates III. cognomento Schwarz,
„qui Joachimum ſacræ ſuppellectilis cuſto-
„dem conſtituit, ſtatimque in novello Mo-
„nacho virilem induſtriam eſt expertus; ſcri-
„pſit enim Joachimus librum, vernaculo
„quidem idiomate, ad ædituorum nempe
„uſum, quo accuratiſſime Eccleſiaſticum
„apparatum in ſingula mobilia & immobilia
„per annum feſta deſignat, ad minutias us-
„que deſcendens: quo in opere tam exci-
„tatum & hilarem in agendis animum, quam
„judi-

„judicium promptum & perspicax ingenium „prodit. Varia ex eo libro ad historiam no„stram accommoda descripsimus. Non diu „distulit Benedictus Abbas Joachimum am„plioribus officiis adhibere, cujus pruden„tiam & dexteritatem perspexerat; Cella„rii primum vices, quo nomine S. Benedi„ctus œconomum & promum condum ap„pellat, eidem injunxit, nec deinceps ade„mit. Videns enim res temporaneas sic ab „illo administrari, ut & ob regularem obser„vantiam & ob rerum gerendarum dexteri„tatem, ac sollicitudinem Deo acceptus es„set, & hominibus, elapsis aliquot annis, „Priorem Joachimum constituit, talemque „anno 1598. pie defunctus monasterio reli„quit. Electus in Benedicti locum Geor„gius Yblhor Abbas Wessofontanus Joachi„mum, quocum curas divideret, neminem „aptiorem existimans in Prioris officio sta„bilivit, simulque in suprema œconomiæ „procuratione. Quo tempore, quanto re„ligiosæ disciplinæ augmento laboraverit „Joachimus, scriptum ipsius manu synta„gma ostendit, quo complexus est antiquio„res ordinis nostri reformationes, visitatio„nes, recessus, qui jam legi sine difficulta„te non poterant, charactere legibili, ut „ipse ait, ego autem pereleganti, qualis il„lo tempore in usum venire cœperat. His „jussu Georgii Abbatis accurate peractis & „disciplina monastica optime constituta Ge„orgio successit anno 1607. Gregorius hujus „nominis II. cognomento Pontanus, sub „cujus regimine Joachimus noster mansit „idem, qui pridem, emeritus jam Cel„larius, veteranus Prior. Magnum singu„laris prudentiæ, & mansuetudinis argu„mentum sub tertio Abbate eundem Prio„rem ita se gerere, ut satisfaceret non so„lum omnibus, sed etiam charissimus esset, „& diu exspectabilis. Neque intra clau„strum hæsit Joachimi fama: per hospites „diversorum ordinum Salisburgum usque „penetravit.„ Hucusque chronicon Wes„sofontanum.

III. Primum Administrator, & demum pro Abbate petitus, confirmatus, & benedictus fuit eodem anno.

Igitur percepta descriptione personæ placuit Illustrissimo Principi Joachimum bona venia sui Abbatis Salisburgum vocari, & quidem supradictum civem Salisburgensem Hieronymum Reitter ad fontes Wessonis misit Princeps, ut Patrem Joachimum Puechauer Salisburgum adduceret. Adfuit ille, ægro quidem Abbatis Wessofontani consensu, quem proin Princeps Illustrissimus Marcus Sitticus viduato per mortem Martini Abbatis cœnobio nostro Administratorem præfecit. Haud æquis oculis initio aspexere cœnobitæ nostri ad S. Petrum hominem exterum cervicibus suis impositum; verum viri suavitate & prudentia intra breve tempus capti jam ultro illum sibi Abbatem præfeci ab Archiepiscopo postularunt sequenti supplici libello:

„Hochwürdigist-gnädigster Fürst und „Herr &c. &c.

„Demnach Euer Hochfürstl. Gnaden &c. &c. „ aus höchster gegen den Kloster zu St. Pe„ter allhier tragenter Neigung über des nächst in „Gott entschlaffenen Herrn Martin Abbtens al„da entstandene vocationem Abbatiæ unge„fehrlich vor 9. Wochen uns Conventualen den „Herrn Joachimum Puechauer des Klosters „Wessobrunn in Ober Bayrn professum pro „Administratore gnädigst lassen vorstellen. „Also haben wir uns dise väterliche providen„tiam so wohl schuldigist als ganz willigst sine „ulla contradictione gern gelieben lassen. „Wenn wir dan in ermelten Patrem Joachi„mum solch ungezweifelt und tröstliches Ver„trauen sezen, er werde des Klosters Frommen „und Aufnemmen in ein und ander Weg treu„lich befördern, und tam in rebus spirituali„bus, quam temporalibus ein wachtbarer „und fleißiger Vorsteher sein, als wir untzhero „nit anders gespiret, consequenter propter „ipsius morum & vitæ hucusque elucescen„tem candorem, auch wegen des Klosters er„heischenter Nothdurfft und füglicherer œco„nomiæ gern sehen, daß mehrgedachter Herr „in Abbatem & caput nostrum völlig confir„miret, und consecriret würde. Derohal„ben gelanget an Euer &c. &c. unser unterthänigst „gehorsambstes bitten, die geruehen ohne ge„ringste Maßgebung ermelten Herrn Joachi„mum zur Confirmation und Consecration „gnädigst kommen zu lassen. Solch uns er„zeigte Gnad um Euer &c. &c. freudenreich lang„wieriger Regierung gegen GOtt fürbittend „wollen wir in unserem täglich untern Ambt der „H. Meß Gebett zu verdienen jederzeit sein ge„flisse.

Euer &c. &c.

unterthänigst gehorsamste

Fr. Thomas Prior ad S. Petrum.
Fr. Georgius Superior & totus Conventus ibidem.

Unde eodem quo decessor Martinus obierat anno, Kalendis Decembris per Wilhelmum L. B. de Schrattenbach Consistorii Præsidentem authoritate Principis confirmatus, & ab Ernfrido Küenburgico Chiemensi Episcopo tertia Dominica Adventus in Divi Petri Ecclesia ab eodem Abbatiali benedictione fuit initiatus. Litteræ confirmantes, quæ exstant in originali & propria manu Archiepiscopi Marci Sittici, nec non dicti Principis & ordinarii Clementissimi sigillo munitæ sunt, hunc continent sensum de verbo ad verbum:

„MARCUS SITTICUS Dei gratia Archi„episcopus & Princeps Salisburgensis „Apostolicæ sedis Legatus &c. Dilecto „nobis in Christo F. Joachimo Puechauer „Sacerdoti professo monasterii sanctorum „Petri & Pauli in Wessobrunn Diœcesis Au„gustanæ ordinis sancti Benedicti salutem, „gratiam

„gratiam & regularis obſervantiæ zelum. „Inter reliquas curas & ſollicitudines, quæ „nobis ex debito Paſtoralis officii noſtri ma„xime cordi & curæ eſſe debent, illa ſane „præcipua & maxima eſt, ut Eccleſiæ & „monaſteriis fidei & vigilantiæ noſtræ com„miſſis & ſubjectis, dum ea vacare contin„git, debite & opportune cum omni dili„gentia provideamus. Vacante itaque Ab„batia monaſterii S. Petri in noſtra Metro„politica Salisburgenſi per obitum dilecti „nobis in Chriſto Martini Hattingers ultimi „& immediati monaſterii ejusdem Abbatis, „cum ob certas & rationabiles cauſas, pro „monaſterii etiam utilitate & commodo e„mergenti te fratrem Joachimum Pue„chauer Sacerdotem Profeſſum monaſterii „Weſſobronnenſis Ord. S. Benedicti Admi„niſtratorem præfati monaſterii S. Petri in „urbe tam in ſpiritualibus quam in tempo„ralibus authoritate noſtra ordinaria conſti„tuerimus & propoſuerimus, teque in de„mandata hac provincia Adminiſtrationis „& functionis tuæ talem geſſeris, exhibue„ris & oſtenderis, qualem nos ſemper opta„veramus & requiſiveramus; fratres etiam „conventuales prædicti ſancti Petri mona„ſterii ſummo & plane filiali verſus te incita„ti amore, unanimi voto & conſenſu pro Pa„tre, Paſtore, ac Abbate ardenter & in„ſtanter te deſiderent, & exoptent, hac„que de cauſa porrecto ſupplice libello no„bis quam humillime ſupplicarint, quate„nus te fratrem Joachimum Puechauer pro „ipſorum Abbate confirmare ac benedicere „dignaremur. Nos itaque de tuæ perſonæ „habilitate, ſufficienti ætate, doctrina, pro„bitate, morum integritate te Joachimum „Puechauer ex Adminiſtratore in ſæpius „præfati monaſterii S. Petri in urbe caput, „Paſtorem ac Abbatem authoritate noſtra „ordinaria duximus eſſe nominandum & „confirmandum, prout tenore præſentium „omni meliori modo, via, forma ac jure, „quo melius & validius poſſumus & debe„mus, in Abbatem nominamus & confir„mamus, teque per annuli traditionem „præmiſſa fidei profeſſione & ſolito homa„gio, per nobilem & dilectum nobis in Chri„ſto ac fidelem Wolfgangum, Guilielmum „a Schrattenbach Liberum Baronem, Ca„nonicum & Metropol. noſtri Conſiſtorii „Præſidem de eadem S. Petri Abbatia pro„videmus & inveſtimus, adminiſtrationem „& regimen in ſpiritualibus & temporalibus „ejusdem monaſterii tibi plenarie commit„tendo in nomine Patris & Filii & Spiritus „ſancti, Amen. Mandantes inſuper vobis „Priori, Subpriori, Seniori, totique con„ventui, officiariis, aliisque omnibus, & „ſingulis, quomodocunque ad ſæpedictum „monaſterium ſpectantibus in virtute S. o„bedientiæ, quatenus memoratum dile„ctum nobis in Chriſto fratrem Joachimum „Puechauer in veſtrum Abbatem, Caput, Re„ctorem ac Paſtorem recipiatis, eidemque „debitum honorem, & amorem, reveren„tiam ac obedientiam præbeatis & exhibea„tis. Contradictores ac Rebelles quoscun„que debitis cenſuris eccleſiaſticis compe„ſcendo. Harum teſtimonio litterarum ſi„gilli noſtri appenſione munitarum. Datæ „in Metropoli noſtra Salisburgo die prima „menſis Decembris anno reparatæ ſalutis „Milleſimo ſexcenteſimo decimo quinto.„

„*Marcus Sitticus Archiepiſcopus.*

(L. S.)

Hæc de vocatione, confirmatione & benedictione Joachimi ex monaſterio Weſſofontano ad Abbatiam noſtri monaſterii poſtulati.

IV. Deficiente Salisburgi ſtudiorum cultura Joachimus non tantum pro ſuis ſollicitus,

Poſtquam vero Joachimus mirabili Numinis providentia ad Abbatiam noſtram fuit poſtulatus, & vere vocatus, ut finem vocationis ſuæ aſſequeretur, complures ſtatim lectioris indolis tyrones in monaſterium recepit, & cum ſciebat, monaſteria gravibus ſuccumbere periculis, cum aut pietas, aut doctrina exulat, & maxime ſi utraque; ex altera autem parte videbat Salisburgi nullas eſſe ſcholas publicas ne humaniores quidem, aliquos ſuos Religioſos altioribus ſtudiis imbuendos Dilingam miſit, ubi jam anno 1554. Cardinalis Ottonis Epiſcopi Auguſtani opera Seminarium in academiam erectum, hæc vero deinceps gubernanda Patribus Societatis Jeſu commiſſa quotidianis incrementis clareſcebat. Sed paulo poſt longe magis opportuna, & optatiſſima occaſio ſe obtulit, ut Joachimus ardentibus votis ſuis ſatisfaceret: hactenus quidem Salisburgi omnis ſcientiarum, & artium chorus, ut ait Mezgerus noſter pag. 682. una grammatices claſſe continebatur, cui ſublata nunc etiam capitulari ſchola unicus ad S. Petrum pædotriba jura dictabat, magnus erat Apollo, qui emendatiori conſtructione Priſciani leges attigiſſet, hinc in ſolo inculto vix ulla litterarum cura & amor; major pueritiæ pars mercatoriæ aut caponariæ rei addicebatur; nobiliores, quibus curæ erat proles cultior, liberos mittebant ad percelebre Divi Auguſtini Canonicorum Regularium Baumburgenſe cœnobium, qui id temporis alebant nobile Seminarium inſtituendæ in litteris juventuti dicatum. Præterea agreſtis in alpibus turba nimia curatorum raritate, præter morum cruditatem, magnam ſacrorum ignorantiam contraxerat. Hæc de ſtatu litterario illius temporis Salisburgi hiſtoriæ auctor Mezgerus noſter. Scitur quidem, quod jam pridem Celſiſſimi Principes de ſcholis publicis ac Seminario clericorum cogitaverint, unde viros eccleſiaſticos ſubrepenti in provinciam hæreſi opponerent, ad quem finem jam ſub Illuſtriſſimo Principe & Archiepiſcopo Jacobo Kuen bis invitati fuerunt RR. PP. Societatis Jeſu, prima quidem vice anno 1564. datis ad P. Jacobum Lainium Societatis generalem

lem litteris, & rursus anno 1577. ab eodem Principe rem impensius urgente. Non minus sub Illustrissimo Archiepiscopo Wolfgango Theodorico ad majus fidei & Religionis Catholicæ incrementum agebatur de studio & Academia, in qua juventus Salzburgensis pietatis simul ac litterarum fluenta hauriret, unde etiam ad rudiorum institutionem suo tempore viri sufficienter doctrina, zeloque instructi prodirent. Rogati etiam Franciscani, qui equidem prima vice juventutis instituendæ negotium in se susceperunt, sed cum viros operi idoneos juxta ordinis institutum aliorsum mittere oporteret, ne qui in vicem substituerentur, suppeterent, brevi post humeros subduxere. Denique Marcus Sitticus Archiepiscopus anno 1612. electus, denuo Divi Francisci Patres adgreditur, iisque juventutis instructionem commendavit; at illi rei difficultatem jam experti hoc onus tanquam viribus & instituto suo minus consentaneum modeste recusarunt. Vocati quoque R.R. P.P. Augustiniani pariter oblatam doctionem fuerunt deprecati, ut adeo rursus & tertia vice altefatus Archiepiscopus Marcus Sitticus anno 1612. R. R. Patres Societatis invitaverit, ut ad instituendum congressum, & consultationem de studio erigendo se sisterent, qui comparuerunt equidem, & postquam pauci dies inter consultationes abierunt, ipsi quoque Patres Salisburgo discesserunt, vel quia locus, qui assignabatur, displicebat, vel quia eorum postulatis non satisfactum fuit.

V. Verum etiam, postquam ordinem Benedictinum pro novo Gymnasio elegit Princeps Marcus Sitticus,

Quid porro actum fuerit, & qualiter ad promovenda Salisburgi studia, præsertim ad erectionem Gymnasii, ad conducendos ex monasteriis nostri ordinis pro laboribns litterariis idoneos operarios hortante Principe Illustrissimo Marco Sittico applicatus fuerit Joachimus Abbas noster, placet recensere narrationem, quamvis prolixam, Salisburgensis historici sæpe citati P. Mezgeri nostri, quæ, sicut omnibus aliis documentis conformis est, ita & pro gemina haberi potest, ac debet, cui demum ea, quæ ibi desunt, ex authenticis, quæ ad manum habemus, exemplaribus & manuscriptis, fideliter superaddemus. „Princeps (nimirum Marcus Sitticus) verba sunt Mezgeri pag. 682. in sua historia Salisburgensi, „tot „repulsas pertæsus, atque consilii dubius a„liquando virum prudentia, & pietate insi„gnem, cujus colloquio sæpius utebatur, e „R.R. P.P. Capucinorum familia (Sylve„rius illi nomen) interrogat, an aliæ fores „superessent, quæ sine repulsa tentari pos„sent? Hic ille lætus de oblata occasione „commendandi divi Benedicti sacrum ordi„nem, quem seraphica Capucinorum fami„lia a primis initiis cultu & amore prosequi„tur, imo, inquit, Princeps Illustrissime, „dantur etiamnum fores, quæ si nunc pul„santur ultimæ, forsitan patebunt primæ. „Novi suæ Celsitudinis proclivem erga Divi „Benedicti ordinem benevolentiam; novi „quoque hujus antiquissimi instituti ampli„tudinem & vires, cur hunc in præsenti ne„gotio præterimus? si sapientiæ litterariæ „pomum digniori tribuendum? huic detur, „nam merito primus est, a quo per Divum „Rupertum huic provinciæ illata fides, ja„cta archidiæceseos fundamenta, derivata „usque in hunc diem ingentia sive cœli, sive „terræ bona. Si litteratorum virorum co„pia quæritur, hic invenitur; ordo amplis„simus est, quos vicinia modo non potest, „viros varia eruditione excultos dabit Sue„via, dabit Helvetia, dabit Bavaria, da„bit Austria. Novi ego monasteria, quo„rum unum integro Gymnasio erudiendo „sufficiat; & quid si plura, si totæ provin„ciæ ad missionem Religiosorum jam exper„tæ pietatis & eruditionis conspirent? Cœ„perat Principi placere consilium, de quo „ante nihil in mentem venerat. Reposuit „nihilominus: a monasteriis inter se adeo „divisis sub diversis Principibus & Episco„pis difficile sperari posse perennes Profes(„rum suppetias; Religiosos quanto meliori„bus talentis præditos & instructioni aptio„res, tanto majori usui domi fore, haud „facile in alienum hortum transplantandos. „Ipsa Abbatum ingenia differre plurimum, „unum ad concedendos Religiosos facilem, „alium fore difficilem: hunc revocaturum, „quos alter dimiserit. At vero P. Capuci„nus nihil hac objectione deterritus subintu„lit, Dominum Abbatem S. Petri, Wesso„fontani cœnobii diuturnum indigenam, o„mnium pene in Suevia exactam habere no„titiam, omnibus quoque notum esse, qui, „si suæ Celsitudinis Commissarius mittatur, „facile posset Abbatum animos inclinare, ut „pro studii & Academiæ tum erectione, „tum perenni conservatione, ex quo ingens „utique emolumentum in eorumdem mona„steria redundaret, in arctam unionem con„veniant. Hoc nexu Professorum sufficien„tiæ abunde prospectum fore.„ Hæc Mezgerus de mutato Principis consilio, quod videlicet aliis religiosis relictis pro novo Gymnasio erigendo nostrum ordinem Benedictinum elegerit.

VI. Ad exteras monasteria pro obtinenda confœderatione & novis Professoribus ablegatus.

Vix autem decretum fuit Gymnasium pro religiosis nostri ordinis, Abbas noster Joachimus ad prosequendum & consummandum hoc insigne negotium fuit electus. Audiamus verba citati Historici nostri historiæ filum ita prosequentis: „Princeps ap„probata consultoris sententia jubet ipsum (nimirum P. Sylverium Capucinum) „Ab„batem Divi Petri accedere & consilia com„municare. Nec mora: Accedit ille Joa„chimum, suum consilium & Principis „mentem aperit. Hæsit Abbas ad inexspe„ctati consilii mentionem, atque tum diffi„cultate, tum negotii magnitudine terri„tus, tempus rei penitius expendendæ pe„tiit. Abiere dies aliquot, cum omnibus „rei momentis rite & mature expensis, mo„tus

„tus præcipue proprii monaſterii, totius-„que S. Ordinis emolumento, cujus e pub-„lici ſtudii progreſſu haud dubia ſpes erat, „manus dedit, negotiumque in ſe recepit. „Firmabant Abbatis animum duo e Reve-„rendiſſimo capitulo inclyti unus Marquar-„di, de Schwendi, alter de Freiberg, qui „omnem ad felicis operis progreſſum ope-„ram obtulerunt, ac reapſe præſtiterunt. „Lætus Abbatis conſenſu Marcus Sitticus, „mox eidem litteras conſignat ad diverſos „Sueviæ Abbates, quibus Abbati Joachi-„mo authoritatem impertitur, & fidem fa-„cit ſuæ commiſſionis, gratioſiſſimum ani-„mum erga ſacrum ordinem teſtatur, pro-„poſitum exponit de tribuendo PP. Benedi-„ctinis Gymnaſio olim in Academiam eri-„gendo, cum proſperi ſucceſſus majora ſua-„ſiſſent". Hucusque in ſua hiſtoria Mezge-rus: Nos ſupplemus litteras a Marco Sitti-co ad inſtans iter ſuum in Sueviam, & Ba-variam Joachimo Abbati noſtro datas, quæ hiſtoriæ Mezgeri non ſunt inſertæ, legun-tur autem de verbo ad verbum in hiſtoria Univerſitatis Salisburgenſis edita anno 1728. l. 1. cap. 1. pag. 9. n. VIII. Sequenti tenore:

„Nos Marcus Sitticus Dei gratia Archie-„piſcopus Salisburgenſis S. Sedis Apo-„ſtolicæ Legatus &c. Notum facimus om-„nibus, qualiter præprimis ad omnipoten-„tis Dei honorem, & gloriam, tum etiam „ſubditorum noſtrorum majorem utilitatem „in hac noſtra Metropoli Salisburgenſi Uni-„verſitatem aliquam de novo fundare, & „erigere ſtatuerimus, ut iſthac occaſione „omnes & ſinguli, qui bona litterarum ſtu-„dia amant, & deſiderant, præcipue vero „illi, quos exteras adire curta rei domeſti-„cæ ſupellex prohibet, jam eo facilius lau-„dabile ſuum deſiderium adimplere, neque „ſolum ad veræ Catholicæ Eccleſiæ, ve-„rum etiam ad Patriæ, bonique publici „fructuoſa ſervitia, & commodum neceſſa-„rias ſibi ſcientias comparare valerent. Cum „igitur ex propenſo affectu, quo in venera-„bilem ordinem S. Benedicti, tum etiam „præprimis in antiquiſſimum ſub eadem re-„gula jam a S. Ruperti temporibus mili-„tans monaſterium S. Petri ferimur, ante „omnes alios prædicti laudabiliſſimi ordinis „Patres pro Profeſſoribus in præfata nova „Academia ſelegerimus, quod procul du-„bio memorato monaſterio S. Petri, quin „potius toti ſacro ordini tam in noſtra Ar-„chidiæceſi, quam vicinis Auſtriacis ter-„ris maximam gloriam, commodum & in-„crementum, prout omni meliori modo, „paternoque zelo curabimus, procreabit, „continuo clementiſſimam mentem noſtram „patefieri curavimus Reverendo in Chriſto „dilecto ac fideli Joachimo Abbati ad S. „Petrum, qui ex hac noſtra intentione ſum-„mo perfuſus gaudio eam non ſolum, quan-„tum ipſum concernit, humili gratiarum „actione acceptavit, verum etiam ad cele-„riorem laudabiliſſimi operis promotionem, „cum moderno tempore tot ad docendum „apti viri in monaſterio ſuo non ſuppetant, „promptum ſeſe obtulit, DD. Con-Abba-„tes in propria perſona convenire, illosque „ſollicitare, ut ad prædictam neo-erigen-„dam Univerſitatem doctos ſui ordinis Pro-„feſſores ſubmittant. Suſtentabuntur illi „prout cum prædicto Domino Abbate con-„veniemus, in monaſterio S. Petri, ibidem-„que congruas habitationes ac neceſſaria „quæque ubertim habebunt. Ut autem „præfati Abbatis laudabile propoſitum eo „celeriorem & feliciorem effectum conſe-„quatur, Clementiſſimum noſtrum ad om-„nes & ſingulos Abbates ac ſuperiores Be-„nedictinæ familiæ, quibus hæ noſtræ pa-„tentes litteræ exhibebuntur, petitum ſoli-„citatioque venit, ut non tantum Abbatis „ad S. Petrum ulterioribus propoſitionibus „plenariam adhibeant fidem, ſed etiam ad „certam hujus operis propagationem omne „poſſibile auxilium & adjutorium impen-„dant. Hauriemus inde gratiſſimum bene-„placitum, quod oblata occaſione omnibus „in genere, & ſingulis in ſpecie omni gra-„tia remunerari & agnoſcere non deſiſte-„mus. Communivimus propriæ manus „ſubſcriptione, conſuetoque noſtro Archie-„piſcopali ſigillo in noſtra Metropoli Salis-„burgenſi die XXIX. Aprilis anni Milleſimi, „ſexcenteſimi decimi ſeptimi". Hucusque litterarum credentialium tenor.

VII. Cum præmiſſis tandem confœderatione, quam de mittendis Profeſſoribus Salisburgum rediit;

Igitur hac archiepiſcopali inſtructione munitus Dominus Abbas noſter Joachimus anno 1617. prout aperte ex litteris allega-tis conſtat, non autem anno 1616. ut ſcri-bit Mezgerus, ad initium veris in viam ſe dedit comite Hieronymo Reitter, quem affectus erga ordinem Sancti Benedicti, ait Mezgerus, etiam in poſteris propagatus ſo-cium junxit. Quid autem hoc ſuo itinere effecerit Dominus Joachimus Abbas noſter, dabimus partim ex narratione Mezgeri cit. l. continuata, partim ex aliis documentis originalibus apud nos exſtantibus. Primi-tus quidem rurſus audiri meretur continua-tor ſæpedictus: „Salutavit in itinere" nimi-rum D. Joachimus Abbas, „varia Suæviæ „monaſteria, atque ad præſentaneam opem „ac operam pro Gymnaſio erigendo invita-„vit, expoſita Clementiſſima Principis in-„clinatione & tradita commiſſione. Verum „reſponſa Abbatum tum quidem exſpecta-„tioni & ſpei Abbatis Joachimi nequaquam „fecerunt ſatis. Plerique dederunt bona „verba, & longinqua in futurum promiſſa: „in præſens nihil. Quosdam metus abſtra-„hebat minuendæ rei, aut diſciplinæ do-„meſticæ, ſi ſuos Monachos, eosque me-„lioris notæ a choro Monaſtico ad Muſa-„rum chorum & alienum forum dimitte-„rent. Alii diffidebant poſſe e diverſis mo-„naſteriis inter ſe moribus, inſtitutis, aëre, „directione, principum gubernatione adeo „diſtinctis unum corpus conſtanti concor-„dia

„dia coalescere: verbo: omnes fere aleæ „tentandæ periculum in alios transferre, & „ab aliorum eventu consilium captare cu„piebant. Primus dubiam Joachimi spem „erexit Gregorius Abbas Ottoburanus, vir „immortali memoria memorandus: Is oc„casionem instaurandi sacri ordinis tanquam „divinitus datam, & si modo dimitteretur „e manibus, haud facile amplius prehen„dendam, utraque manu complexus mox „e suo Monasterio coloniam promisit, & „aliis in imperio Abbatibus, ut in fœdus „convenirent, author fuit. Itaque firma„tus amplissimis promissis, jamque subsidii „certus Joachimus Salisburgum repetiit, „ubi Illustrissimum Principem de negotio „gesto & Ottoburani Præsulis mente reddi„dit certiorem. Interea Ottoburanus Ab„bas nihil operæ & industriæ intermisit, „quo alios etiam Abbates S. Ordinis in suas „partes traheret. Et vero San-Gallensem „& Ochsenhusanum, mox Ursinensem & „Elchingensem, ut suam quoque operam „pollicerentur, induxit". Hæc Mezgerus noster de Abbate nostro Joachimo illuc eunte, & inde huc revertente. Ita mature Joachimus Abbas Salisburgum reversus, verba referimus authoris anonymi, qui anno 1728. historiam Universitatis scripsit, „parata DD. Abbatum subsidia Calendis Ju„lii anno MDCXVII. Celsissimo Principi „Marco Sittico coram exposuit, ea adjecta „conditione, ut tum novam Academiam „sufficientibus redditibus & salariis dotare, „dotatam cum consensu Reverendissimi & „Illustrissimi Capituli Metropolitani Bene„dictino ordini committere, commissam „Pontificia & Cæsarea authoritate, consue„tisque Privilegiis & Immunitatibus robo„rare dignaretur: tum ut loci situs a tu„multu & strepitu forensi securus & com„meatus aliaque ad vitam humanam neces„saria facile suppetant. Arrisere universa „hæc Marco Sittico, cui tot ante hac re„pulsis fatigato haud gratior unquam nun„tius, ut palam sæpius fatebatur, toto vi„tæ tempore allatus fuerat, quam ordinem „Sancti Benedicti futuras scholas in suam „curam admisisse. Quapropter mense Ju„lio justis Abbatum postulatis per Reveren„dissimum Dominum Paulum Ciurlettam „suffraganeum satisfieri curavit, simulque „debita Professorum salaria se daturum, ur„bem vero Salisburgensem quietis musis „aptissimam fore testatus est. „Hæc auctor „anonymus, sed doctus Monachus, & Pres„biter Benedictinus e congregatione S. Bla„sii in silva nigra pag. 13. l. 1. cap. 1. n. XI.

VIII. Et postquam vigore litterarum fundationis prima sedes Gymnasii fuit ordinata in nostro monasterio,

Cum igitur nihil aliud superesset, quam ut rei propediem exequendæ initium daretur, sub 20. die Sept. anno 1617. confectæ sunt litteræ fundationis Gymnasii, roboratæ subscriptione, & sigillo Archiepiscopali, nec non Illustrissimi capituli, Abbatis Joachimi ad S. Petrum & conventus, ex quo instrumento colligitur, quod prima Gymnasii sedes sub directione Abbatis Joachimi interim in nostro monasterio fuerit ordinata, usque dum de novo ædificio prospectum fuerit. Manserunt autem in nostro monasterio a 23. Octob. anni 1617. usque ad diem 5. Jan. anno 1621. infra citandi novi Professores Gymnasii. Placet de verbo ad verbum referre primum erecti & fundati Gymnasii instrumentum, quod in membrana scriptum & in originali apud nos exstat.

„Notum sit universis per præsentes: Post„quam Illustrissimus & Reverendissimus „Princeps ac Dominus Dominus Marcus Sit„ticus Archiepiscopus Salisburgensis, Apo„stolicæ Sedis Legatus natus &c. paterno ze„lo, pastoralique sollicitudine de Gymnasio, „vel Universitate in Metropoli sua Salisbur„gensi ad honorem Dei omnipotentis, ejus„demque gloriossimæ Matris Virginis Ma„riæ. SS. Apostolorum Petri & Pauli, Ru„perti & Virgilii ejusdem Metropolis totius„que provinciæ Patronorum, nec non aug„mentum istis in partibus Catholicæ Reli„gionis, erigenda, & instituenda sollicitus, „id negotii præcipue, emergentesque ob „causas Reverendis Patribus de familia D. „Benedicti a gloriossimo S. Ruperto in hac „urbe primitus fundata, credendum atque „committendum destinasset: Ideo Illustris„sima sua Celsitudo communicato cum ve„nerabili Capitulo suæ Cathedralis Eccle„siæ consilio ex assensu & communi voto „ejusdem cum Reverendo in Christo Patre „Domino Joachimo Abbate ad Divi Petri „ibidem prædicti ordinis Benedictini mona„sterium, non minus assentientibus ratum„que habentibus conventu, & conventua„libus suis tractatum super hoc negotio iniit, „eundemque certis quibusdam conditioni„bus, pactis & articulis, ut ex sequenti„bus patet, tandem concluSit. Principio, „quia cardo hujus negotii in hoc potissimum „versari intelligitur, ne, quod Illustrissima „sua Celsitudo molitur, Gymnasium seu Uni„versitas ullo unquam tempore habilibus „destituatur Professoribus, sed tam sub ex„ordio, quam progressu, adeoque perpe„tuo huic rei Scholasticæ abunde consula„tur, procurabit modo Reverendus Domi„nus Abbas, ut pro felici auspicio quam „primum sex hujusmodi Professorum ordi„nis Sancti Benedicti huc se conferant, „quorum unus casus conscientiæ legat, al„ter Dialecticam, tertius Rhetoricam, re„liqui vero tres humaniora, Poëlin, Synta„xin & Grammaticam, exceptis tamen Al„phabeticis, doceant, quodsi vero tractu „temporis Universitas, prout Illustrissimus „Archiepiscopus serio allaborabit, institu„ta fuerit, prædictus Dominus Abbas ejus„demque Successores de ampliori convenien„tique Professorum numero, quemadmo„dum res ipsa exposcere videbitur, provi„dere tenebuntur. Porro, quicunque ex

„prædicta familia Benedictina in hunc Pro-
„fessorum numerum selecti vel nunc vel
„posthac fuerint, Illustrissimæ suæ Celsitu-
„dini atque Successoribus ad gubernacula
„Regiminis sedentibus debitum honorem,
„reverentiam, & obedientiam, nec minus
„venerabili Capitulo conveniens obsequium
„exhibebunt, cavebuntque omnia diligen-
„tissime & sinceriissime, quæ in suæ Celsitu-
„dinis vel Ecclesiæ aut Capituli Salisbur-
„gensis præjudicium, damnum, despectum,
„vel quamcunque aliam injuriam quovis-
„modo vergere posse videbuntur. Prædicti
„quoque Patres, quotquot eorum pro tem-
„pore fuerint, intra septa monasterii Pe-
„trensis simul habitabunt, atque uno eo-
„demque convictu utentur, quem in finem
„iisdem sua Illustrissima Celsitudo, ubi &
„quatenus opus fuerit, suo tempore com-
„modum domicilium ibidem exstrui cura-
„bit. Denique Directorium totius negotii
„post Illustrissimam suam Celsitudinem (pe-
„nes quam omnis potestatis plenitudo est)
„tenebit sæpedictum monasterium Petren-
„se, vel ejus pro tempore Prælatus, cui
„incumbet, si quem forsitan Professorum
„infirmari vel mori, vel avocari, vel non
„posse, aut nolle diutius ob aëris intempe-
„riem, sive alias causas ab eorum superio-
„ribus approbatas manere, vel male se ge-
„rere, aut Illustrissimæ suæ Celsitudini mi-
„nus gratum fore contigerit, procurare cum
„effectu, ut confœderati Sueviæ Prælati
„semper alium seu alios in locum illius seu
„illorum toties, quoties opus fuerit, suf-
„ficientes & habiles substituant, ne Univer-
„sitas ullo tempore quoad Professores quid
„detrimenti in studiorum prosecutione pa-
„tiatur. Et ne rei gravitate Petrensis Ab-
„bas nimium gravetur, permisit Illustrissi-
„ma sua Celsitudo eligi unum ab ipsis con-
„fœderatis DD. Prælatis qui unacum præ-
„dicto Domino Abbate præfatum habeat
„Directorium, & ambo, si opus fuerit,
„studiosius in mores, vitam Professorum in-
„quirant, defectus quoscunque supplere sa-
„tagant, querelis quibuscunque, si quas
„fortasse apud ipsos deponendas habeant,
„satisfaciendo occurrant, & omnia ad hoc
„regendi, legendique munus Universitatis
„spectantia promoveant; quæ tamen, si
„propter absentiam a D. Prælato collega
„præstari non poterunt, ipsi Domino Præ-
„lato Petrensi omnino incumbent. Ex ad-
„verso Illustrissima sua Celsitudo suo, suo-
„rumque Successorum nomine prædicto Do-
„mino Abbati, ejusdemque Successoribus,
„atque monasterio Petrensi pro sustentatio-
„ne, victu atque vestitu, aliisque rebus ne-
„cessariis quibuscunque, nihil penitus ex-
„cipiendo, uniuscujusque Professoris no-
„mine quotannis centum quinquaginta flo-
„renos Rhenenses in pecunia numerata as-
„signavit, eosdemque vel quovis trimestri
„vel singulis mensibus, uti hoc Illustrissimæ
„suæ Celsitudini vel Successoribus commo-
„dius vel magis expedire videbitur, pro
„rata portione solvendos. Si vero successu
„temporis demonstraretur, dictas expen-
„sas pro honesta & commoda Professorum
„sustentatione non sufficere, & monasterium
„Petrense inde gravari, tunc erit cum Do-
„mino Abbate, quisquis ille pro tempore
„fuerit, ne monasterium ob hanc causam
„detrimentum patiatur, ex æquo conve-
„niendum. Ad hæc concessit & concedit
„Illustrissima sua Celsitudo supradictis Profes-
„soribus authoritatem & potestatem suos
„discipulos & scholares debite, & discrete
„corrigendi, adeoque, si necessarium sit,
„carcerandi: nullam tamen habeant autho-
„ritatem super eos in criminibus majoribus,
„nec sub hac concessione comprehendi in-
„telligantur, qui sunt in servitio Illustrissi-
„mæ suæ Celsitudinis, & ejus liberalitate
„utuntur. Insuper pollicetur Illustrissima
„sua Celsitudo in favorem dictæ Universita-
„tis, & scholarum procurare privilegia, præ-
„eminentias, & alia cum necessaria, tum
„oportuna. Nec minus concessit, & con-
„cedit Illustrissima sua Celsitudo nominibus
„supra prænominatis Abbati, Successoribus
„& monasterio Petrensi, nec non eorum
„respective & dependentiæ contemplatio-
„ne, toti ordini Divi Benedicti speciale pri-
„vilegium in forma amplissima, & sæpedi-
„ctæ Universitatis & scholarum regimen &
„regendi munus, quousque supradicta con-
„cordata observabunt, ipsis solis perpetuo
„incumbat & reservetur. Denique pollice-
„tur Illustrissimus Dominus Archiepiscopus
„nominibus, quibus supra, ob hoc schola-
„rum negotium & sustentationem se neque
„permissurum, ut propter supra scripta,
„vel ex eventuali aliqua eorum mutatione
„ullum præjudicium monasterio Petrensi,
„ejusque juribus, bonis & privilegiis ge-
„neretur, quin potius intacta ea semper &
„illæsa permaneant. Nos itaque Marcus
„Sitticus D. G. Archiepiscopus Salisbur-
„gensis, Apostolicæ Sedis Legatus &c. nostro
„nostrorumque Successorum nomine præsa-
„ta omnia sic acta, & transacta esse atte-
„stamur, eaque perpetuo firma & inviola-
„ta permanere volumus, ideoque præsen-
„tes litteras sigillo nostro Archiepiscopali
„communiri curavimus, manuque nostra
„subscripsimus. Non minus fatemur, nos
„Præpositus, Decanus, totumque Capitu-
„lum Cathedralis Ecclesiæ Salisburgensis
„prædicta omnia, & singula nobis scienti-
„bus & consentientibus agitata & confecta
„fuisse, eaque rata in perpetuum fore sub
„sigilli nostri Capitularis appensione, con-
„suetaque subscriptione recipimus. Pari
„modo nos Joachimus Abbas Petrensis Sa-
„lisburgi, nec non nos Prior, totusque
„conventus ibidem nostro, nostrorumque
„successorum nomine spondemus, atque
„promittimus, nos ea omnia & singula,
„quæ supra comprehensa sunt, sarta tecta-
„que perpetuo servaturos, & quatenus nos
„con-

„concernunt, in effectum omni fraudulen-
„ta machinatione sepositа perducturos. In
„quorum fidem infallibilem Abbatiæ & con-
„ventus nostri sigilla hisce scientes & spon-
„te appendimus, atque subscriptione nostra
„roboravimus: & quo stabilior horum om-
„nium sit memoria, hujus conventionis tria
„eodem tenore confecta sunt exemplaria,
„& unum ad Illustrissimæ suæ Celsitudinis
„Archivum reconditum, alterum venera-
„bili Capitulo Salisburgensi, tertium vero
„Domino Abbati Petrensi ejusdemque con-
„ventui traditum est. Acta sunt hæc in
„Archiepiscopali Metropoli Salisburgensi
„die vigesimo mensis Septembris, anno a
„virgineo partu supra millesimum sexcente-
„simum decimo septimo.

L. S. Marcus Sitticus
Archiepiscopus.

L. S. Joannes Kraft
de Weittingen Decanus.
L. S. Ernfridus Episco-
pus Chiemensis.
L. S. Frater Joachimus
Abbas Petrensis.
L. S. Frater Thomas
Prior & totus Conventus
ibidem.

Hucusque tenor instrumenti: quamvis autem, ait supra citatus Anonymus pag. 19. „Joachimus Abbas, Prior etiam, to-
„tusque Conventus antiquissimi Asceterii
„ad S. Petrum Salisburgi non dubitaverint,
„fidem suam interponere, sese ea omnia &
„singula, quæ in recensito primo fundatio-
„nis instrumento comprehensa sunt, perpe-
„tuo observaturos, eos tamen juramen-
„tum non perurgebat post tempora, quibus A-
„theneum Salisburgense ex Gymnasio per-
„amplam Universitatis formam induit: ea
„enim novis dotationis tabulis aucta, Pon-
„tificiis insuper ac cæsareis privilegiis, nec
„non singularibus immunitatibus a Celsissi-
„mis Archiepiscopis ultro collatis mirum in
„modum exornata, demum universorum
„confœderatorum S. Benedicti monasterio-
„rum, ex quibus Præses & Assistentes su-
„prema Universitatis capita eligerentur, fi-
„dei & potestati commissa fuit". Hæc ille:

IX. Non tantum eodem anno post adventum Professorum publica studiorum inauguratio fuit,

Post erectum hoc anno supradicto fundationis primum instrumentum non tantum eodem anno post adventum ex monasterio Ottoburano Professorum publica studiorum inauguratio fuit, verum etiam anno statim sequenti plura monasteria confœderationem inierunt cum Gymnasio Salisburgensi, quod denique sub Archiepiscopo illustrissimo Paride Lodronio anno 1623. in publicam Universitatem fuit permutatum, cujus Abbatem Joachimum nostrum, omnesque in Abbatia ad S. Petrum Successores, *Assistentes perpetuos* edito diplomate §. 4. altefatus Princeps Paris expressis terminis esse voluit & statuit, quamvis hic titulus sub allegato instrumento anno 1617. edito haud obscure lateat, & jam anno 1618. Joachimus Abbas, ut infra videbimus, in prima confœderatione ut *Assistens perpetuus* subscriptus legatur. Crescebant indies desideria Illustrissimi Principis Marci Sittici, & ut quantocyus eodem adhuc anno Professores adveniant, Illustrissimus fundator sub 25. Sept. anno 1617. litteras dedit ad D. Gregorium Abbatem Ottoburanum, quæ legi possunt apud dictum Anonymum pag. 20. qui tandem Dominus Abbas Gregorius Ottoburanus Musis Salisburgensibus initium daturus 18. Octobris sex e suo conventu, & unum e monasterio Ursinensi Salisburgum destinabat, ut aleam, ait citatus historicus, quam optimi Patres ex ordine S. Francisci, Augustini & Societatis Jesu suis ex causis recusarant, magnanimo ausu ipsi jacerent. „Dies (prosequimur historiæ filum, prout eundem eleganter non minus, quam exacte texit supradictus historicus Anonymus) „quo docta hæc Patrum Benedictinorum
„colonia Salisburgum intravit, erat deci-
„mus calendarum Novembrium. Nume-
„rabatur in ea P. Sylvanus Herzog, qui
„Rectorem Gymnasii, P. Josephus Burger,
„qui Theologum Moralem, P. Albertus
„Keuslin, qui Philosophum, P. Andreas
„Vogt, qui Rhetorem, P. Christophorus
„Custos, qui Humanitatem, P. Ferdinan-
„dus Propst ex monasterio Ursinensi, P.
„Benedictus Höss, qui Grammaticos agerent.
„Hi, postquam Salisburgensi Metropoli ap-
„propinquassent, ad duo fere milliaria ob-
„viam progressos Reverendissimum Domi-
„num Joachimum Abbatem S. Petri, RR.
„PP. Quardianos Capucinorum & Franci-
„scanorum, D. Hieronymum Reitter &
„complures alios Ecclesiasticos & Secula-
„res viros authoritate non minus, quam
„dignitate suspiciendos mutuis salutationi-
„bus compellant, quibus etiam comitanti-
„bus, cæloque jam discedente sole inter
„varias civium gratulationes urbem ingre-
„diuntur, eadem adhuc nocte per nobilem
„virum Dominum Perger Principis nomine
„salutati. Introducti postero die circa ho-
„ram nonam matutinam in conclave Prin-
„cipis gratum æque spectaculum circumfu-
„sæ aulæ præbuerunt, cum Joachimus Ab-
„bas non sine copiosis lachrymis, quas te-
„nerum excitaverat gaudium, novellos hos
„itineris sui laborumque fructus PP. Profes-
„sores Celsissimo Archiepiscopo offerret.
„Secutus eum P. Sylvanus Gymnasii Re-
„ctor eleganti prorsus sermone causam ad-
„ventus, Abbatum promptitudinem, ac
„paratos PP. Professorum animos exposuit;
„denique se, socios, totum S. Ordinem,
„novumque Lycæum Clementiæ Principis
„devovit, consecravitque. Quanta læti-
„tia horum virorum adventus affecerit Mar-
„cum Sitticum, satis loquuntur gratiæ,
„quibus eosdem non semel prosecutus est;
„facta namque P. Rectori liberi posthac

„acceſſus facultate, ipſos Profeſſores, qui„bus innumeros pene adpromiſerat favores, „in Monaſterium S. Petri, ubi interea no„vum Gymnaſium apparatum fuerat, per „delegatos nuntios continuo introduci cu„ravit, quin & ipſe horis meridianis ad„fuit, ac PP. Profeſſorum domicilia, ſcho„lasque luſtravit, id præprimis ſingulos „identidem adhortatus, ut quamprimum „ſcholas aperirent. Sexta itaque die men„ſis Novembris ſolenni publicæque inaugu„rationi dicata eſt. Sacroſanctum Miſſæ „Sacrificium de Spiritu Sancto feſtivam in„ter Muſicam decantabat Abbas Joachimus „S. Petri, eoque finito orationem inaugu„ralem e ſuggeſtu dixit P. Andreas Vogt „Ottoburanus Rhetorices Profeſſor. Inter„fuit cum officio divino, tum doctæ oratio„ni Celſiſſimus Archiepiſcopus, Reveren„diſſimum Capitulum Metropolitanum, Re„ligioſorum ordinum Superiores, Præfecti „civitatis, aliique plurimi, ut tot votis ex„petitas litterarum primitias ſua præſentia „decorarent & accenderent". Hæc ille. Reliqua, quæ ſequuntur, magis ad hiſtoriam Univerſitatis, quam Monaſterii noſtri ſpectant.

X. Verum etiam plura Monaſteria anno ſequenti confœderationem cum Gymnaſio inierunt;

Quænam autem Monaſteria anno ſequente 1618. inierint cum novo Gymnaſio confœderationem, quam maxime promovit Abbas noſter Joachimus, probat authenticum inſtrumentum primæ confœderationis membraneum, in quo ad initium legitur formula confœderationis, vi cujus ſe DD. Abbates obligarunt viros ad Gymnaſium mittere, illudque pro viribus promovere, ſequuntur exinde ſubſcriptiones manu propria DD. Abbatum, atque cuilibet ſubſcriptioni adpoſitum eſt majus Sigillum Abbatiale & conventus: ſunt autem ſubſcripti ſequenti ordine:

L. S. Gregorius Abbas Ottoburanus & p. t. Præſes.
L. S. Joachimus Abbas Petrenſis Salisburburgi & Aſſiſtens perpetuus.
L. S. Martinus Abbas S. Blaſii.
L. S. Udalricus Abbas Betürenſis.
L. S. Andreas Abbas apud S. Vitum.
L. S. Joannes Henricus Abbas Nideraltachenſis.
L. S. Michael Abbas Montis S. Andechs.
L. S. Gregorius Abbas Weſſofontanus.
L. S. Carolus Abbas Urſinenſis.
L. S. Joannes Abbas S. Udalrici & Afræ Auguſtæ.
L. S. Joannes Monaſterii Thierhauptani.
L. S. Stephanus Abbas Monaſterii Scheyrn.
L. S. Balthaſar Abbas Monaſterii S. Crucis Werdæ.
L. S. Joannes Abbas Degingenſis.
L. S. Joannes Abbas Neresheimenſis.
L. S. Sigismundus Abbas in Seon.
L. S. Joannes Abbas in Elchingen.
L. S. Paulus Abbas in Tegernſee.
L. S. Joannes Abbas in Benedictbeurn.
L. S. Georg Abbas Hieroſtephianus.
L. S. Joannes Abbas Mettenſis.
L. S. Georgius Abbas Mallerſtorfenſis.
L. S. Melchior Abbas Weltenburgenſis.
L. S. Lucas Abbas Brunvenigenſis.
L. S. Vitus Abbas ad antiquam quercum ſuperiorem.
L. S. Hieronymus Abbas zu S. Emeran in Regenſpurg.
L. S. Benedictus Abbas ad S. Jacobum Ratisbonæ Scotorum.
L. S. Maurus Abbas Aſpacenſis.
L. S. Caſparus Abbas Fornbacenſis.
L. S. Petrus Abbas Cellæ Mariæ in pede caſtrorum Prenberg.
L. S. Joannes Abbas in Rott.
L. S. Conradus Abbas in Atl.
L. S. Jacobus Abbas Blankſtadianus.

Hi & non plures Abbates in hoc primo confœderationis inſtrumento, quod erectum fuit Auguſtæ anno 1618. 8va Octobris die ſubſcripti leguntur. Exſtat quidem & alia charta, in qua ad Decennium ex congregatione Helvetica operam ſuam condixerunt D. Bernardus S. R. I. Princeps & Abbas Einſidlenſis, D. Jodocus Abbas Murenſis, D. Eberhardus Abbas Rhenovienſis, qui tamen jam longo abhinc tempore non exiſtunt in numero confœderatorum Monaſteriorum cum Univerſitate.

XI. Quod Gymnaſium brevi poſt in Univerſitatem publicam anno 1623. elevatum,

Poſthæc prima incunabula Gymnaſii anno 1618. cœptum fuit ædificium Collegii S. Caroli Boromæi, ut Profeſſores commodiorem haberent habitationem, hos enim intra ſepta noſtri Monaſterii communem vitam vivere ſcholarum, ſtudiorumque ratio prohibebat. Locus pro hoc novo collegio ſtruendo deſignatus fuit in illa urbis planitie, quæ olim *Frauengarten* verius *Frongarten* appellabatur, quod nomen nunc ferme exolevit, & ſitu quidem ſatis commodo ſub ſole puro, & aura libera, civitati quaſi medio, ubi, ait Mezgerus noſter præter gratam D. Petri viciniam ſine propinquarum ædium ruina & civium ſuſpiriis pro novo collegio facile fundamenta collocari poterant; In quo loco etiam primus lapis ſacello & collegio ſub Divi Caroli Boromæi nuncupatione poſitus fuit, Principe Marco Sittico ſumptus pro fabrica e ſuo ærario ſuppeditante: Annus quidem ſequens milleſimus ſexcenteſimus decimus nonus, octava Octobris die lugubres nænias univerſæ Archidiœceſi & novo Gymnaſio intulit in piiſſimo obitu Marci Sittici Archiepiſcopi, & fundatoris, poſtquam laudabiliſſimo præfuiſſet annis ſeptem, menſibus ſex, viginti, & uno die; aſt perculſis timore non minus ac mærore bonis Patribus non tantum metum abſtulit Reverendiſſimum Capitulum Metropoliticum, quod unanimi conſenſu in ſtudiorum promotionem conſenſit, & ad Profeſſorum ſuſtentationem ſexcentos florenos adjecit; verum etiam poſtquam communi jubilo per ſubſequam

quam novam electionem in Archiepiscopum proclamatus fuit Illustrissimi Capituli Metropolitici Salisburgensis Præpositus PARIS LODRONIUS, idem Gymnasium anno 1623. Promovente eodem Illustrissimo Archiepiscopo neo-electo Paride in formam publicæ Universitatis elevatum. Ad nostrum quidem Monasterii Chronicon directe non pertinet fusiori calamo recensere historiam erectionis hujus almæ Universitatis Salisburgensis, quia tamen utplurimum connexionem habet cum historia Monasterii nostri, & speciatim, quia Abbas noster Joachimus novæ Universitatis primus Assistens perpetuus fuit declaratus in instrumento fundationis & transactionis mutuo, inter Illustrissimum DD. Paridem Archiepiscopum, Reverendissimum Capitulum Metropoliticum, & Abbates confœderatos anno 1623. ipsis calendis Septembris erecto, hinc tantum pauca enarramus, qualiter Gymnasium Salisburgense anno 1617. fundatum a Marco Sittico Archiepiscopo, anno 1623. in publicam Universitatem fuerit permutatum. Utimur verbis historici nostri Salisburgensis P. Mezgeri Professoris de nostra Universitate optime meriti unacum duobus germanis fratribus & ordinis confratribus, qui & continuatores historiæ, nec non Professores per omnes ferme classes exstiterunt. „Archiepiscopus Paris, ait Mezge„rus, e comitiis Ratisbonensibus ad suos „reversus nihil antiquius habuit, quam ut „studium, quod hactenus intra Gymnasii „angustias constiterat, in justæ Academiæ, „& Universitatis corpus attolleret. Quod „hoc ipso anno 1623. perfecit; obtento jam „ante biennium ampliſſimo Cæsaris diplo„mate, quo erigendæ Universitati cuncta „aliarum Universitatum privilegia *æque principaliter* conferuntur. Cumque ex singula„ri in D. Benedicti familiam affectu, post„habitis aliis sollicitationibus, eidem sa„cro ordini prædictam Universitatem so„lenni fundatione in perpetuum incorpora„re, & congruo proventu dotare decrevisset „(prout etiam interregni tempore inter sa„cros proceres Reverendissimi Capituli con„venerat) e confœderatis Abbatibus Do„minos Præsidem, & Assistentes Salisbur„gum accivit. Adfuerunt tempestive sub „finem Augusti studii Salisburgensis tunc „Præses, Dominus Joannes Henricus Ni„deraltachensis Abbas, & præter Joachi„mum D. Petri Præsulem Assistentem per„petuum, cæteri quoque Assistentes Grego„rius Ottoburanus, Michael Andecensis, & „Stephanus Schyrensis Antistites. Cum „istis collata, concluſa, & ex utraque par„te tum Illustrissimi Principis, & Reveren„dissimi Capituli Metropolitani, tum dicto„rum Abbatum, nomine totius sacri ordinis „præsentium, subscripta sunt certa concorda„ta Kalendis Septembribus, in quibus Prin„ceps Illustrissimus Academicum studium „ordini S. Benedicti pleno jure in perpetuum „tradit, & contra quamcunque vim, aut „turbationem auxilium, & patrocinium pro„mittit: neque in suis ditionibus subjectis „alteri, quam Benedictino ordini Gymnasia, „vel Academias permittere pollicetur. Mox „eadem die adjuncta a Principe congrui pro„ventus ex camera Archiepiscopali funda„tio, pariter a Capitulo Metropolitico ob„signata. Cæterum ut stabiliendæ Univer„sitati præter Cæsaream etiam Pontificia „authoritas accederet, a nuper electo Sum„mo Pontifice Urbano diploma sollicitatum „fuit, quod biennio post anno 1625. deci„mo sexto Calendas Januarias expeditum „fuit, eoque Chiemsis Episcopi officiali tan„quam delegato Apostolico injunctum, qua„tenus Collegium, & Gymnasium prædi„ctum in generale studium, Academiam, „ac etiam Universitatem cujuscunque fa„cultatis, & scientiæ licitæ cum cathedris „facultatum earundem, ac potestate & fa„cultate capaces & idoneos in facultatibus „hujusmodi servatis servandis doctorandi „seu magistrandi, authoritate Apostolica „perpetuo, sine tamen alicujus præjudicio, „erigat, & instituat, illudque sic erectum, „& institutum Monachorum prædictæ cu„ræ, regimini & administrationi submittat, „supponat, & subjiciat". Hæc & plura alia Mezgerus pag. 708. & 709. L. V. Cap. XXII. De erectione novæ Universitatis, quæ antea Gymnasium fuit.

XII. Ejusdemque primus Assistens perpetuus confirmatus fuit Abbas noster Joachimus.

Hujus jam erectæ Universitatis Abbas noster Joachimus vigore Diplomatis, & Instrumenti mutui anno 1623. de quo supra mentio facta fuit, erecti, primus Assistens perpetuus cum jure ad successores fuit confirmatus, in quo officio verosimiliter jam oretenus per Illustrissimum fundatorem Gymnasii Marcum Sitticum declaratus fuerat, cum ita subscriptus legatur in primo confœderationis instrumento Augustæ Vindel. anno 1618. die 8va Octobris confecto, cujus supra n. X. mentionem fecimus. Igitur in litteris originalibus fundatæ, & erectæ Universitatis, quæ scriptæ in membrana in lingua autem vernacula, & septem sigillis munitæ sunt, sequentia de Assistentia perpetua pro Domino Abbate Joachimo tunc existente ejusque successoribus leguntur:

„So will dan fürs vierte dises ganze Schuel„wesens gebührliche auch schuldige, beständige „und richtige Direction betrifft, damit an der„selben um so will weniger Mangl erscheine, „sollen und mögen die Herren Prälathen mehr „wolangezogenen Ordens Sti Benedicti aus „ihren Mitl ainen Præsidenten und vier Assi„stentes (darunter ain jeder Regierenter Prä„lat zu S. Peter ainer und perpetuus sein solle) „ihres Gefallens erwöhlen, denen obgelegen „und zueständig angeregte Professores aus ei„nem oder dem anderen Gottshauß ihres Or„dens, je nach gestalten Dingen zu seten und „zu entsetzen, so lang sie auch bei den Schuelln „und Professura verbleiben, ihr inspection, und

„und Gewalt über dieselbe quod ea, quæ „sunt ordinis seu Regulæ durch sich selbsten „und ihre Nachgesezte zu haben, und zu exer„ciren, sie auch in guter geistlicher Zucht und „Leben zu halten, sich aber in allweg dahin zu „befleissen, daß der Præses in wichtigen Fäl„len nichts ohne seine Assistenten, oder dero „substituirten statuire, oder verhandle; wo „jedoch die sachen keinen Verzug leiden wur„den, gleichwoll mit des Assistentis perpetui, „der alzeit in loco, wie der Assistens perpetuus „selbsten in fählen, da die sachen an Herrn „Præsidenten gelangen zu lassen nit möglich, „mit des Rectoris Collegii, und Decani Theo„logiæ Rath wissen, und willen die Nothdurft „jedesmahl verhandlen möge". Hucusque formali §. 4ti. ex instrumento erectæ Universitatis, per quæ quilibet Abbas S. Petri, & consequenter Abbas noster, de quo hic agimus, Joachimus primus almæ hujus Universitatis fuit confirmatus Assistens perpetuus. Et hæc de Joachimo Abbate tanquam Promotore boni litterarii, novæ præsertim consœderationis anno 1618. initæ dicta sufficiant. Nunc ad propria revertamur.

XIII. Idem Abbas Joachimus, postquam regularem disciplinam conservare studuit.

Assurgente jam paulatim Salisburgi novella Schola Benedictina, pariter Joachimus Abbas numerum Religiosorum augere studuit, & licet decem tantum annis rexerit Abbatiam, religiosos tamen quatuordecim numero eo tempore suscepit. Inter hos disciplinam religiosam, quam Abbas antecessor Martinus satis bonam reliquerat, non solum conservavit, sed etiam auxit, ipseque non verbo tantum, sed etiam exemplo alios invitavit. Præterquam enim, quod Joachimus fuerit vir magni, & profundi judicii, in modo tractandi adeo discretus & affabilis, ut facile quosvis in sui traxerit amorem, de eodem etiam testatur catalogus Abbatum Albertinus, quod Joachimus Abbas fuerit Monasticæ disciplinæ ut plurimum amans, & zelosus, eamque in statum valde bonum, suscepto justo novitiorum numero, perduxerit. In hac bene cœpta regulari disciplina non tantum complacentiam suam ostendere, verum etiam ad disciplinam religiosam in nostro Monasterio jugiter conservandam, edito grandi diplomate membraneo Archiepiscopali manu, & sigillo roborato, adhortari dignatus est tunc regnans Illustrissimus Archiepiscopus, & Princeps Salisburgensis MARCUS SITTICUS, cujus verba in prædictis litteris relatu digniſſima sunt, & sequentem continent tenorem.

„NOS MARCUS SITTICUS Dei gratia „Archiepiscopus & Princeps Salisbur„gensis Sedis Apostolicæ Legatus &c. Di„lectis in Christo filiis ordinis S. Benedicti „ad S. Petri Salisburgi dictum ordinem pro„fessis, in Domino salutem & in feliciter „cœptis constantiam. Cum muneris nostri „sit æque ac oneris Divini cultus propaga„tionem quoad fieri potest, non tam insti„tuere, augere & promovere, verum etiam „eos, qui sponte sua viam mandatorum Dei „alacrius amplectuntur, gratiarum robore, „& novis incrementis confirmare, proinde „vestra alacritate, & denuo regulæ Divi „Benedicti conformiter vivendi resumpto „Spiritu permoti, tanto facilius benedictio„nem, & confitmationem nostram vobis „impertimur, atque ea omnia, quæ ad per„fectioris vitæ culmen consequendum insti„tuistis, rata habemus, & confirmamus, „quanto nobis tum omnium, tum præcipue „vestrarum animarum cura est propinquior. „Agite ergo dilecti in Christo filii, & eam, „quam semel professi estis, regulam, qua „potestis dexteritate, amplectimini, nec mi„nus etiam congregationis Cassinensis statu„tis ita conformiter vivite, & quæ cœpi„stis, tenete, ut præterquam, quod Deo „gratum & honorificum est, nostram quo„que de vestra religione, & pietate conce„ptam spem longius superetis. Deus ergo „de rore suæ divinæ benedictio is nostra „quoque, quam gratiose vobis impertimur, „cœpta vestra, dummodo competenti juri „nostro Archiepiscopali, & ordinario tam „in spiritualibus, quam temporalibus sem„per exercito, vel etiam per quosvis con„suetudinis, & observantiæ actus hactenus „legitime acquisito, cui hisce reformationis „consensu, & approbatione nostris ullo mo„do de præsenti, vel futuro, quidquam de„tractum, diminutum, seu quomodocun„que præjudicatum nolumus, contraria „non sint, rata habentes, & authoritate „nostra confirmantes adjuvet & confirmet. „Harum testimonio litterarum sigilli nostri „appensione munitarum. Datæ ex Metro„poli nostra Salisburgensi die ultima men„sis Julii, anno reparatæ salutis humanæ „milleſimo, sexcenteſimo, decimo nono.

„Marcus Sitticus Archiepiscopus.
(L. S.)

XIV. Et tam decorem Domus Dei in Ecclesia, quam & bonum æconomiæ variis modis promovit.

Ab hoc ædificio spirituali consurgente ex observantia regulari ad lucrandas Deo animas, easque ad majorem perfectionem perducendas, ad templum materiale curas suas transtulit sollicitus pro decore Domus Dei Joachimus Abbas. Cum enim videret Ecclesiam nostram vetutissima forma structam esse, aliquot florenorum millia impendit, ut eandem ad majorem decorem, & amplitudinem promoveret; quare, cum ligneo tantum tabulato tecta esset, ac humilis nimium, & depressa antiquos Ecclesiæ muros altius extulit, fenestris illuminavit, atque templi parietes continuo per totam Ecclesiæ navim saxeo fornice conjunxit. Summum Altare (translato priori ab Antecessore posito) opere statuario magnificum, & sumptuosum erexit, sicut hodiedum visitur: & quo ampliori luce perfunderetur ara, totumque Presbiterium, in supe-

ſuperiori templi parte tholum arcuatum, ſeu cuppam exſtruxit, quæ pluribus feneſtris diem admitteret. Inſuper non levi prætio filialem Eccleſiam S. Michaelis in civitate ſitam renovavit; & demum etiam conſulturus Divinorum officiorum Majeſtati majori organo, quod etiamnum exſtat, ſequentibus quidem annis renovato, & ad majorem elegantiam ordinato, eoque magni pretii æſtimato odeum muſicum inſtruxit. Hic etiam prima vice in Parochia Abbatis augienſi ad Monaſterium noſtrum ſpectante unum ex gremio Monaſtico Vicarium Parochialem conſtituit P. Vitum Seidl confratrem profeſſum, & antea in Monaſterio Priorem, qui tanquam primus Vicarius, & reſpective Parochus anno 1623. Parochiam prædictam ferme devaſtatam non tantum reparavit, verum etiam hanc concreditam ſpartam, tam quoad ſpiritualia, quam quoad temporalia ſolertiſſime, & maximo cum emolumento tum Eccleſiæ, tum Monaſterii per annos omnino ſeptemdecim adminiſtravit. Sicut autem D. Abbas Joachimus ſtuduit exornare eccleſiam, & ſollicitus fuit pro decore & incremento Domus Dei, ita etiam in temporalibus bonum Monaſterii promovere ſtuduit; nam illud prædium Urſprungenſe comparavit, eique ad uberius Monaſterii ac villæ emolumentum etiam molendinum adjecit, quæ tamen ſæculo jam elapſo iterum aliis bonis fuerunt permutata. Emit etiam vineam quamdam ab hæredibus Zaplerianis in Dornbach, & ſylvam quamdam in Daxſueg, quæ adhuc in non vulgarem Monaſterii utilitatem cedit. Anno 1625. Joachimus Abbas prius petito, & obtento conſenſu a Reverendiſſimo officio, Domum Parochialem ex Anif in Gredich, conſentientibus etiam parochianis, tranſtulit, ibidemque emit prædium Pitterlechen, ubi domus Vicarii fuit exſtructa. Plura alia haud dubie ad Monaſterii incrementum tam ſpirituale, quam temporale geſſiſſet providus Abbas noſter Joachimus, niſi ultimis vitæ annis ægritudo fere continua eum plerumque ſedere, aut jacere compuliſſet.

XV. Poſt laudabile decem annorum Abbatiale regimen Anno 1626. in Domino obiit.

Tandem Joachimo Abbati meritiſſimo (quem cum ſumma gratiarum actione Monaſterium noſtrum in acceptis refert inclyto, & antiquiſſimo, libero & exempto ſuperioris Bavariæ noſtri ordinis Monaſterio Weſſofontano) poſt decem annorum & paucorum menſium laudabile regimen appropinquavit capiendi tot meritorum præmii tempus. Inſinuarunt ſe ſenſim athritici fluxus, & podagrici dolores, quibus ad mortem usque multum, graviterque divexatus fuit, ut tandem officio pedum totus privatus non poſſet niſi jacere, & ſedere; acceſſere etiam ſæpius colici doloros, febres & ſtomachi lanquores, in quibus tamen ferendis ſummam ſemper præ ſe tulit patientiam, & manſuetudinem, imo ſuavi modo ſæpius comprimebat dolores. ut nemo adverteret dolere Joachimum. Quo anno ægrotare cœperit, certo non conſtat, illud tamen a ſenioribus ſæpius audiiſſe teſtatur D. Amandus Abbas in vita Joachimi Abb. manuſcripta c. 5. quod Dominus Joachimus Abbas aliquando ad S. Wolfgangum peregrinatum iverit, & cum in reditu in æſtate nimio calore arderet, hauſtum fecerit nimio calori, uti quidem arbitrabatur, proficuum, a quo tempore dolores colicos ſenſit, & nervorum contractiones atque ex illa fere hora ſanum diem non amplius habuit. Itaque, cum ultimis annis penitus lecto affixus hæreret optimus Paſtor, anno 1626. tandem febri calida in quadrageſima correptus, cum paulo ante mortem convocato conventui valedixiſſet, & prolixa oratione confratres ad charitatem cohortatus eſſet, in ipſo feſto ſancti Patris Benedicti die 21ma Martii, in quo poſt officium immediate Veſperæ decantabantur, interfuit ipſe Illuſtriſſimus Princeps, & Archiepiſcopus PARIS Lodronius, cui prius ante officium per Abbatiam tranſeunti Joachimus Abbas humiliter valedixit, & Monaſterium paterno affectu commendavit, ſub ipſis Veſperis, cum inciperetur antiphona ad Magnificat: *Hodie S. Benedictus per viam orientis recto tramite cœlum aſcendit, &c.* piiſſime in Domino obiit, omnium morientium ſacramentis antea rite munitus. Corpus ſolenni funere, ut moris, religioſe circumportatum, ante ſummum templi altare quod ipſe Joachimus erexerat, & feneſtrata cuppa, illuſtraverat, ſepultum eſt. Sepulchrali ſaxo Succeſſor Albertus Kauslinus Ottoburanus hanc Epigraphen inſculpi juſſit.

> Joachimus ad D Petrum Abbas, Aſcetices reſtaurator, S. ædis, turriti præſertim fornicis, Aræ ſummæ conditor: Academiæ Juvavienſis Promotor, œconomus perutilis. Quum annos X. Menſes III. dies XXI. commune bonum ſtrenue curaſſet, anno XXVI. ſæculi XVII. Chriſtiani ſub æquinoctium vernum pie vitam abſolvit, ſubter hoc marmor Judicis magni ſententiam opperturus. Quam, ne Viator occupere, proſpice. ✝

De hoc Abbate Joachimo haud tacendum eſt pro complemento actorum Regiminis Abbatialis, quod anno 1620., Ipſo vivente, Illuſtriſſimus Archiepiſcopus, & Princeps Paris Lodronius, ut ſuam provinciam Salisburgenſem tanto felicius dirigeret, & publica onera publico ſubſidio facilius ſupportarentur, convocarit totius provinciæ ſtatum, atque de futuris Provinciæ periculis conſultaverit, ordinem provincialem renovaverit, & penſionis communis annuæ, quam ſteuram vocant, novum velut initium & ordinem poſuerit; ad quem generalem conventum etiam Joachimus Abbas per Decretum Archiepiſcopale

datum 27. Julii anno 1620. vocatus fuit. In ejusmodi conventibus provincialibus semper libere loquebatur pro bono Patriæ, ut erat facundia, & animi magnitudine præditus, Joachimus Abbas, cujus votum tantum valuisse in domo provinciali testatur Amandus Abbas, qui hoc a senioribus accepit, ut cæteri plerique in idem votum accederent, & ab omnibus suspiceretur prudentia Joachimi Abbatis. Sub eodem etiam emanarunt anno 1621. consuetæ litteræ membraneæ in forma præcedentium cum sigillo pendulo & subscriptione propriæ manus Ferdinandi II. Imperatoris, per quas litteras confirmantur in genere omnia privilegia, libertates & gratiæ ab Antecessoribus circa evehenda vina Monasterio nostro ad S. Petrum concessæ.

ALBERTUS III.

ABBAS AD S. PETRUM LXX.

AB ANNO 1626. USQUE AD ANNUM 1657.

I. Defuncto Joachimo anno 1626. rursus in Abbatia nullus ex gremio, sed P. Albertus Keuslin successit.

Quamvis religiosam sobolem in Monasterio nostro augere studuerit optimus Abbas Joachimus, atque sub ipsius regimine quatuordecim numero in SS. vota juraverint, attamen rursus in Abbatia nullus ex nostris confratribus successit: Religiosi, qui illo tempore post mortem Abbatis Joachimi in viduato Monasterio vivebant, fuerunt numero viginti duo, & quidem sequentes:

R. P. Thomas Frembl. Senior.
P. Maurus Molitor.
P. Tiburtius Fischer.
P. Waltherus Foch.
P. Joannes Melnardus.
P. Paulus Früeauf.
P. Vitus Seidl.
P. Hilarius Engesser.
P. Carolus Knödler.
P. Basilius Olgos.
P. Amandus Gigl.
P. Rupertus Stadler.
F. Gregorius Lechner.
F. Placidus Kurbl.

P. Petrus

P. Petrus Traub.
F. Benedictus Baibl.
F. Auguſtinus Haidenthaller.
F. Anſelmus Zainholz.
F. Romanus Stromair.
F. Aemilianus Pirkl.
F. Franciſcus Dietl.
F. Virgilius Bayr. Converſus.

Hi profeſſi erant tunc temporis in Monaſterio, plerique ſenes, aut fratres nimis juvenes, quæ cauſa utique fuit, quod ex gremio rurſus nullus fuerit electus, & in ſucceſſorem Joachimi Abbatis, pie defuncti, deſignatus, aut a Principe acceptatus. Quo loco etiam notandum, quod noſtri Monaſterii Prior tunc temporis non fuerit unus ex confratribus, ſed P. Martinus Steinegger ex celeberrimo & Imperiali, nunc etiam Principali Monaſterio ad S. Blaſium in Sylva Hercinia, jam anno 1623. a D. Præſule S. Blaſii per Joachimum Abbatem noſtrum pro Novitiorum Magiſtro, & Clauſtrali Priore petitus. Poſtquam ergo ſupradicti Patres, & fratres ab Illuſtriſſimo Principe, & Archiepiſcopo Paride Lodronio peterent electionem novi Abbatis, altefatus Princeps & Ordinarius noſter Clementiſſimus P. Albertum Keuslin, qui in Monaſterio Imperiali Ottoburano Profeſſus, & tunc temporis in nova Univerſitate Rectorem egit Magnificum, propoſuit, qua propoſitione audita conventus noſter ad S. Petrum non multum contrarius, cum notas haberet optimas P. Alberti qualitates, conſenſit, & ut Albertus Rector conſtitueretur Abbas, ab Illuſtriſſimo Principe & Archiepiſcopo unanimiter petiit, requiſita etiam, uti decebat, a Monaſterio Ottoburano facultate; uti fuſius ſingula explicabimus.

II. Qui profeſſus Ottoburanus, tunc temporis autem Rector Univerſitatis Salisburgenſis,

Ut ergo tanto magis mira Dei providentia eluceat, qualiter Albertus noſter primo quidem ad celeberrimum Monaſterium Ottoburanum, exin ad Univerſitatem ad demum ad Infulam & pedum in Monaſterio noſtro S. Petri vocatus fuerit, breviter diſferendum de ipſius juventute, & adoleſcentia, nec non de primis annis ætatis virilis, quos partim in Monaſterio Ottoburano, partim in emporio novæ Univerſitatis non ſine magna laude tranſegerat. Primam mortalis vitæ lucem aſpexit Albertus ex nobili familia Keisliana in arce Liebenthan Ditionis Campidonenſis anno 1591. die ſeptima Maji, eratque filius primogenitus, cui ſucceſſere plures fratres, inter quos unus Maurus Abbas in percelebri noſtri ordinis Monaſterio Urſinenſi, alius pariter noſtrum S. ordinem, profeſſus in Monaſterio Ochſenhuſano P. Magnus Keislin, qui tempore belli Salisburgum profectus, atque confeſſarius in Monaſterio Nonnenbergenſi hic Salisburgi conſtitutus fuit. Dominus Parens erat Nobilis Joannes Keyslin granarius Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Principis Campidonenſis, atque Præfectus arcis Liebenthan vocatæ; Domina Mater nobilis de Hochenegg, pari nobilitatis genere prædita, ante Patrem mortua, atque in Tyroli anno 1634. ſepulta fuit. Dominus Parens vero eodem anno Salisburgum Suecios tumultus in Imperio fugiens profectus ad filium ſuum Albertum, conſtituit diverſorium Salisburgi, & anno æt. ſuæ 81. anno 1636. hic mortuus, atque ad S. Petrum ſepultus. Porro de Alberti infantia & adoleſcentia notat D. Amandus Abbas noſter, qui vitam Alberti ſcripſit, vitæ cap. 1. cum Albertus in ſæculo dictus Joannes adhuc in cunis jaceret, contigiſſe, ut quidam Religioſus Ottoburanus P. Alexander dictus (qui poſtea eadem Abbatia inſignitus fuerat) ad arcem Liebenthan per ſesqui horam ab eodem Monaſterio diſtantem ſe conferret, inviſurus D. Præfectum, qui bono certo inſtinctu permotus infantulum ſuo tempore, cum per ætatem offerri poſſet, ſeſe Monaſterio Ottoburano oblaturum promiſit. Accepta conditione & donatione bonus P. Alexander domum reverſus non longe poſt in Abbatem ſui Monaſterii electus, cum hujus promiſſionis meminiſſet, & Joannes jam decimum annum ageret, Parentum factæ promiſſionis admonuit. Non abnuit Parens, ſed filiolum Joannem ipſius Monaſterio & jam Abbati Alexandro obtulit decennem parvulum 23. Auguſti anno 1601. Ita quaſi in prima innocentia ſancto Benedicto oblatus velut alter Placidus potius ignoravit mundum, quam doreliquit; atque jam tum toga indutus inter ſcholares, quibus eo tempore Imperialia Monaſteria florebant, primas litteras & rudimenta, grammaticales etiam claſſes complexus, humaniora quoque ſtudia conſecutus, demum anno 1607. die 21. Martii ſacro habitu donatus Novitius, & anno 1608. in eodem ſanctiſſimi Patris Feſto ejusdem regulam & leges ſacratiſſimas profeſſus ætatis ſuæ anno decimo ſeptimo nomen Alberti fuit adeptus. Emiſſa ſolemni profeſſione, cum & ingenio & morum maturitate polleret, atque non vulgaris de ipſo affulgeret ſpes, ad publica Dilinganæ Academiæ ſtudia miſſus ibidem Philoſophiam, & Theologiam abſolvit; ut etiam tandem Theologiæ Doctor cum tempore fuerit declaratus. Anno dein 1615. Dominica poſt feſtum ſacri Roſarii Sacerdos ad aram ſtetit, atque in ſuo Monaſterio etiam Prioris officio functus eſt. Quoniam vero, ut dictum fuit in vita Joachimi Abbatis, anno 1617. movente, & urgente eodem Abbate Celſiſſimus, & Illuſtriſſimus Princeps Marcus Sitticus Gymnaſium Salisburgi inſtituiſſet, ac notiſſima eſſet Joachimo noſtro optima doctrina, & diſciplina quorumdam virorum in Monaſterio Ottoburano, ex juſſu Principis quosdam Patres ex hoc Imperiali cœnobio advocavit, qui prima Academiæ noſtræ fundamenta jacerent. Inter hos fuit Dominus noſter Albertinus, qui 23. Octob. anno ſupradicto Salisburgum appulit; incipiebant enim

anno illo veluti prælúdia quædam hujus Universitatis, quæ hisce ornatissimis viris, e monasterio Ottoburano citatis, noviter plantata, paulo post ab Illustrissimo Principe Paride mira munificentia fundata, & e Gymnasio in Academiam & Universitatem mutata fuit. Ab anno 1617. Albertus noster Philosophiam primus hic docuit, deinde casus conscientiæ, & cum esset vir tam doctrina, quam pietate, ac rebus gerendis insignis, anno 1622. die 23. Julii amoto Sylvano confratre Ottoburano primo Gymnasii Directore secundus Director, respective autem primus Universitatis Rector Magnificus fuit constitutus, atque hoc officium, uti strenue, & magnifice adimplevit; ita mirum sibi favorem apud Principem PARIDEM conciliavit, ut jam tunc Illustrissimus Princeps cogitaret, qua ratione virum hunc Salisburgi retinere, & stabilire posset.

III. In Abbatem nostri monasterii 30. Aprilis eodem anno canonice electus.

Quadriennio Rectorem egit Magnificum P. Albertus Keislinus ab anno nimirum 1622. usque ad annum 1626. quo anno, ut superius dictum, Abbas Joachimus supremum vitæ diem clausit, & postquam viduatus conventus pro nova electione consensum ab Illustrissimo Principe, & ordinario nostro Clementissimo petiit, ultima dies mensis Aprilis fuit designata, qua sæpe dictus P. Albertus canonice in caput & Abbatem monasterii nostri fuit electus vigore authentici instrumenti, cujus copiam damus:

„In nomine SS. & Individuæ Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

„Universis & singulis præsens hoc publi„cum instrumentum visuris, lecturis, „aut legi audituris notum sit, & pateat evi„denter, quatenus anno a Nativitate Do„mini nostri Jesu Christi Millesimo, sexcen„tesimo, vigesimo sexto indictione Romana „nona, Pontificatus sanctissimi in Christo „Patris ac Domini nostri Domini Vrbani, „hujus nominis Divina providentia Papæ „octavi, anno tertio, horam circiter pri„mam diei Martis, quæ erat vigesima octa„va mensis Aprilis in monasterio S. Petri „Ord. S. Patris Benedicti, intra muros sito, „superioris stubæ, seu Abbatiæ supra duas „scalas, præsente ipsomet Reverendissimo, „& Illustrissimo Principe ac Domino Domi„no Paride Archiepiscopo Salisburgensi A„postolicæ Sedis &c. Reverendissimus in „Christo Pater ac Dominus Dominus An„dreas cœnobii S. Viti in Bavaria Abbas, & „pro tempore in Diœcesi Salisburgensi ordi„nis prædicti Visitator, nec non Reveren„dus admodum nobilis ac consultissimus „Dominus Christophorus Shrephius S.S. „Theologiæ Licentiatus, & jam ante bene „memorati Illustrissimi ac Reverendissimi „Archiepiscopi Salisburgensis, Consiliarius „Ecclesiasticus, ad actum electionis, seu „postulationis futuri Abbatis S. Petri in lo„cum piæ memoriæ præmortui Domini Joa„chimi ultimi & immediati ejusdem Abba„tis processerunt, atque imprimis omnibus „& singulis sua interesse putantibus, legiti„me citatis, inquisitionem tali in actu requi„sitam, & juxta ritum, & consuetudinem „Archidiœceseos Salisburgensis solitam in„stituerunt, omnes & singulos comparentes „divisim legitimo examinantes, insequenti „deinde trigesima ejusdem mensis Aprilis „hora antemeridiana nona, cantato jam „prius officio de Spiritu Sancto, citatisque „insuper omnibus & singulis sua interesse pu„tantibus, prænominati Domini Commissarii „ad ordinarium locum capituli sese contule„runt, & me Notario, atque Dominis te„stibus infra scriptis, præsentibus & prius „legitime requisitis seria exhortatione præ„habita singulis eligentibus sacramentaliter „confessis, sacraque synaxi refectis corpora„le juramentum detulerunt, quod omnes „divisim acceperunt, singuli in suæ animæ „periculum jurantes, quod secundum Deum „& conscientiam suam in illum directuri sint „sua vota, quem ex illis tribus, quos Illu„strissimus Princeps Salisburgensis tan„quam ordinarius pro futuro Abbate Pe„trense proposuit, hujus monasterii magis „utilem, & idoneum reputarent; juramen„to itaque jam ante præstito singuli separa„tim sua vota ad mensam in medio prædicti „loci capitularis, manu cujusque propria „scripta, attulerunt, convolutaque calici „juxta supra bene nominatos Dominos Com„missarios mensæ posito injecerunt, quibus „omnibus & singulis fidelissime collectis, „scrutatis & a me Notario conscriptis liqui„dissimo apparuit, omnium & singulorum „Dominorum eligentium unanimi sane voce „& voto (unico solum excepto) in caput & „Abbatem sæpedicti monasterii S. Petri no„minatum seu electum esse Reverendum ad„modum nobilem & Magnificum Patrem ac „virum Dominum Albertum Keüslin SS. „Theologiæ Doctorem, & pro tempore Re„ctorem Universitatis Salisburgensis, nec „non Theologiæ Moralis Professorem ordi„narium, alias liberi, & imperialis mona„sterii Ottopurani, in Suevia siti, profes„sum, ac Presbyterum, virum utique ab„unde providum, discretum, & tam in lit„terarum cognitione ac scientia, quam vita „& moribus prænobilem, nullo impedimen„to canonico impeditum, ac præsertim et„iam in administratione temporalium & spi„ritualium jamjam a priori approbatum &c. „qui cum facta ante Reverendissimo & Illu„strissimo Principi synceriissima, nec non „subsecuta etiam publicatione se in Abba„tem sæpe prælibati monasterii ad S. Petrum „tam concordi assensu, & consensu electum „esse exaudiit, etsi primitus se huic, & tan„tæ provinciæ tam quoad dotes, & imper„fectiones animi, quam deinde etiam qua„litates

„litates externi corporis imparem omnino „& insufficientem esse publice protestatus, „desuperque precatus sit, ut ab hoc sibi una„nimi licet patrum & fratrum eligentium „suffragio concredito munere ocius exone„rari, aliusque magis idoneus substitui ve„lit; nihilominus tamen paterna a Dominis „Commissariis facta admonitione, ne Spi„ritui Sancto hac in parte resistere attentet, „tandem, quantum in se erat, & pro perso„na sua poterat, in nomine Domini sub ea „conditione electioni assensit, si ulterior & „absolutior consensus a Domino suo Abbate „Ottopurano & debite postulatus & insuper „etiam litteris aperte demonstratus fuerit, „qui Dominus electus, quantumvis ab Illu„strissimo Principe ac Domino ordinario ap„probatus, nec non etiam ex suggestu sta„tim in majori templo publicatus sit, nihil„ominus tamen res monasterii tamdiu unde„cunque in suspenso interim erant, donec „ad vigesimam mensis Maji a Domino electo „conditionate præservatus consensus a duo„bus e gremio capituli ad id specialiter de„putatis Commissariis tam ab ipsomet Reve„rendissimo Domino Abbate Ottopurano, „quam etiam a toto venerabili conventu ibi„dem per litteras specialiter in eum finem „tam ad Illustrissimum ipsum Dominum Or„dinarium, quam etiam venerabilem con„ventum S. Petri emanatas, nec non sub „consueto utriusque sigillo munitas ex inte„gro purificatus, ac postmodum etiam rur„sus in prius dicto loco capituli in præsentia „omnium sua interesse putantium horam „circiter nonam antemeridianam publice „prælectus, exhibitus, & verbotenus de„monstratus, nec non ab ipsomet Domino „electo de novo absolute & sine ulla præter„vatione simpliciter acceptatus sit, quem „deinde consensum ita undecunque absolu„te præstitum non minus Domini Commissa„rii nomine Illustrissimi Principis Domini „Ordinarii acceptarunt, quam etiam in ipso „adhuc capitulo Domino Electo administra„tionem spiritualium, & decantato deinde „alta voce: *Te Deum laudamus*, ductoque „etiam ad ordinariam residentiam Abbatis „eidem sellæ insidenti œconomiam tempo„ralium provisorio modo usque ad realem, „& actualem confirmationem solennemque „investituram commiserunt, cui omnes „tam jus eligendi habentes, quam alii offi„ciales, præsertim eminentiores jurati, so„litum homagium præstiterunt, debitam„que obedientiam, & reverentiam spopon„derunt. Acta & gesta sunt hæc anno, in„dictione, Pontificatus, mense, die, ho„ra, loco, quibus supra, & in primo qui„dem ipsius scilicet electionis, præsentibus „Reverendissimo in Christo Patre ac Domi„no Domino Udalrico Abbate in Peurn Ord. „sancti Benedicti diœceseos Salisburgensis, „& Reverendo admodum ac Clarissimo Pa„tre Mathæo Weis SS. Theologiæ Doctore „& pro tempore Professore ordinario ibidem „Salisburgi &c. in altero vero actu prælecti „nempe consensus, commissæ administra„tionis, & aliorum, quæ tum fierent, „præsentibus admodum Reverendis ac ex„cellentissimis Patribus Domino Thoma „Mariano SS. Theologiæ & SS. Canonum „Doctore, & Professore primario, nec non „etiam prædicto Domino Patre Mathæo „Weis SS. Theologiæ Doctore & Profes(„re Salisburgensi, testibus fide dignis, & „ad præmissa una mecum specialiter & sin„gulariter semper vocatis & rogatis.

„Et ego Georgius Reitter, J. U. D. cau„sarum tam Ecclesiasticarum, quam civi„lium apud Salisburgenses advocatus, nec „non sacris, Pontificia & Imperatoria au„thoritatibus Notarius publicus, quia o„mnibus & singulis præmissis cum præno„minatis Dominis testibus ipse interfui, vo„ta conscripsi, manus eligentium inspexi, „atque alias omnia & singula, ut præmitti„tur, fieri vidi, & audivi, ideo publicum „hoc instrumentum alterius quidem manu „descriptum exinde confeci, publicavi, „manu hac propria præ- & cognomine sub„scripsi, nec non solito Notariatus mei „signo, & ne paginæ dissipentur, transmis„sum filum consueto sigillo communivi, in „fidem & testimonium omnium præmisso„rum specialiter rogatus & requisitus, tem„pore & loco supra notatis.

„Idem qui supra Georgius Reitter, J. U. D. Notarius publicus subscripsit.

(L. S.) (L. S.)

IV. Et post consensum Abbatis Ottoburani, quem tam Illustrissimus Princeps & Ordinarius,

Altera post electionem seu simplicem postulationem die, videlicet prima Mensis Maji ex conventu nostro duo Reverendi Patres in litteris infra adducendis nominati Ottoburum, ubi neo-electus Albertus professus erat, ad obtinendum a Domino Præsule, & conventu Ottoburano consensum delegati sunt, quem consensum ipse etiam Illustrissimus Princeps, & Archiepiscopus Paris, & multo magis conventus noster ad S. Petrum ab inclyto & celeberrimo monasterio Ottoburano petiit. Requisitionis copiam, quam altefatus Princeps fecit, ad manus habemus, & sequentis tenoris est:

Pariß ꝛc.

„Unseren gnädigsten Grueß zuvor: Würdi„ger, besonder, lieber in Gott. Wir mö„gen Euch hie mit genediger wolmeinung nit ver„halten; daß, als weyland der auch würdig „unser besonder lieber in Gott und getreuer Joa„chim Abbt bei St. Peter alhier seliger, un„langst mit todt abgangen, und das Couvent „alda mit unserem genedigsten Vorwissen und „einwilligung gestrigen Tags zur canonischen „wahl eines anderen Prälaten würklich geschrit„ten, daß selbe aus sonderbarer Schickung „Gottes den hiesigen Rectorem euren Conven„tualen P. Albertum zu dessen Abbten und „Vorsteher einhellig, ordentlicher weiß erküsen

„hat? wan wür nun zu seiner Person und dessen „bekanten guten qualiteten das gnedigste Ver„trauen sezen, Er werde nit allein disem uhral„ten Closter und Convent sowoll in weltlichen „als geistlichen ruhemlich und woll vorstehen, „sondern Jmme auch die Beförderung der hiesi„gen Academiæ wolstandts eyfrig angelegen „sein lassen, Als ersuechen wür euch hiemit ganz „genedigst gesinnet, Jhr wollet hierzu euren „Consens guetwillig ertheillen, und obgedach„ten P. Albertum zu Annemmung diser dignitet „bester massen animiren. An deme beschicht „uns ein sonders angenemmes Gefallen; Es ge„raicht auch eurem gemainen heiligen Orden zu „guten, und wir seindt es umb euch und euer „Convent zu allen begebenten Occasionen in „Gnad, damit wir auch vorders gewogen, zu „erkennen genaigt, und vrbietig. Datum in „unserer Stat Salzburg den 1. May Anno „1626.

His litteris ad D. Abbatem & Venerabilem conventum Ottoburanum clementissimam suam super novo electo Abbate complacentiam ostendere dignatus est Princeps, & Archiepiscopus PARIS.

V. Quam & totus conventus S. Petri pro concedendo neo-electo Abbate petiit,

Præter has litteras Archiepiscopales, summa authoritate plenas, conventus noster ad S. Petrum alias litteras ad sæpedictum monasterium Ottoburanum per duos confratres delegatos pro facultate obtinenda in favorem neo-electi misit, de quibus litteris unum exemplar in originali exstat, & hunc sensum de verbo ad verbum continet.

„Wir Martinus Prior, Thomas Subprior „und Senior auch gemainiglich der ganze „Convent S. Petri Closters in Salzburg Bene„dictiner Ordens. Bekhennen hiemit offent„lich: demnach auf gottselliges Ableiben wei„landt des hochwürdigen in Gott Herrens, „Herrn Joachimi unseres gewesten Vatters „und Herrn Prälathen alda bei S. Peter lobse„lig zu gedenkhen, wir an desselben Stat den „dreißigisten Monaths tag Aprilis iezt schweben„ten ein tausent sechs hundert sechs und zweinzig„sten Jahrs verner zum Abbten und unseren „Vorsteheren mit ainhelliger Stimm erkhiest „und postulirt haben; Den Hochwürdig Edl „und Hochgelehrten Herrn P. Albertum „Kheußzl (*) bemeltes Heil. Benedicti Or„dens, und des löblichen Closter Ottopeueren „Professen, der H. Schrifft Doctorn, und „anjezo der Hochfürstl. Salzburgischen Vniver„sitet alhier Rectorn, welcher sich dan letzlich „auch dieses unseres willens dahin erclärt, und „die bedeute Prälatur unseres Closters solcher„gestalt angenommen, zum fall er des auch „Hochwürdigen seines genedigen Herrn Prälа„thens und löblichen Conuents daselbst zu Ot„topeuern genedigen Consens und guten willen „willen hieriber erlangen und gehaben wurde. „Das solchemnach zu erhaltung unserer Mai„nung, und damit angeregt unser Closter len„ger nit eines ordentlichen Haubts privirt blei„be, wir zu Commissarien aus unsers Conuents „Mitl bestelt und abgeordnet haben die Ehr„würdigen geistlich- und wolgelehrte P.P. FF. „Vitum Seidl und Carolum Knödler und de„nenselben hiemit ganz vollmechtigen Gewalt ge„ben, und anbefolchen, daß sie zu gedachten „Ottopeurn dem wolermelt hochwürdigen Edlen „Herrn Prälaten und berühmten Conuent da„selbst, die von uns empfangene werb-brief „und andere Intercessionales mit gebürlicher „Reuerents iberlüferen, und Krafft selber, „auch sonst Mitls ihrer zuthuenter demüthig „mündlicher Bitt und höchst embsiger Bemü„hung, bei dero Hochwürden und Ehrwürden, „anbringen, und erhalten solten; Damit wol„gedachter P. Albertus Keußl aus ihrer Obedi„ents und Conuents Mitl gutwillig licentirt, „und uns zu einen Oberherrn und Prälaten un„seres Closters S. Peter alhir zugelassen, und „vergonstiget werden möge. Und ob wir zwar „kaines wegs zweiflen, daß sie etwo von unß „Krafft dits nit genugsamen Gwalt und Befelch „haben, so wöllen wir doch, da sie uilleicht „eines Mehren, dan hierin begriffen, noth„dürftig sein würden, Jnnen oder ihr je„dem insonderheit denselben Gwalt allen wir „vollkommen der sein soll, kan, oder mag, „auch hierneben geben haben, als wäre derselbe „mit allen Umstenden der rechten und einem jedes „Lands Gebrauch nach hierinn gestelt, und von „ieder Obrigkeit zu Crefften erkhendt; treulich „und ohne gefär. Dessen zu wahren Urkhund, „haben wir anfangs ernannter Prior und Con„vent vorberührt unseren Commissarien und „Mitbrüdern disen Gwalts-brief und unserem „des Convents Secret und aigner Handschrifft „angehendiget und zugestellet, der geben zu Salz„burg in unserem Closter S. Peter den ersten Mo„nathstag May nach Christi unseres lieben „Herrn und Säligmachers gnadenreichen Ge„burt im sechzehen hundert und sechs und zwein„zigsten Jar.

(L.S.) F. Martinus Prior.
F. Thomas Subprior & totus conventus ibidem.

VI. Eodem anno 27. Junii confirmatus, & 29. ejusdem solenniter benedictus fuit.

Ad has litteras haud dubie secutus fuit consensus tam a Reverendissimo Domino Abbate Ottoburano, quam etiam a toto venerabili Capitulo ibidem in forma legali, & probante; quamvis nec originale, nec copia nobis ad manus sit; nam post breve tempus idem Dominus neo-electus Albertus Keuslin vigore diplomatis Archiepiscopalis 27. Junii eodem anno per Reverendissimum DD. Christophorum de Liechtenstein Episcopum Chiemensem confirmatus fuit. Damus litteras confirmationis, quæ in originali adsunt.

„NOS PARIS Dei gratia Archiepiscopus, „& Princeps Salisburgensis sanctæ se„dis Apostolicæ Legatus &c. Dilecto nobis „in Christo fratri Alberto Keuslin, Presby„tero, Professo monasterii Ottenburani, „Ordinis sancti Benedicti, Diœcesis Augu„stanæ,

(*) Keüslin

„ſtanæ, ſalutem, gratiam, & regularis „obſervantiæ zelum. Inter reliquas curas, „& ſollicitudines, quæ nobis ex debito pa„ſtoralis officii noſtri maxime cordi, & cu„ræ eſſe debent, illa ſane præcipua ac ma„xima eſt, ut eccleſiis, ac monaſteriis fi„del, ac vigilantiæ noſtræ commiſſis ac „ſubjectis, dum eas vacare contingit, de„bite, & oportune cum omni diligentia, „cura, & ſtudio provideamus. Vacante „itaque Abbatia monaſterii S. PETRI Salis„burgi, Ordinis Sancti Benedicti noſtræ „Diœceſis per obitum Joachimi ejusdem „monaſterii ultimi, & immediati Abbatis, „die etiam ſeu termino procedenti ad ele„ctionem, ſeu nominationem novi Abbatis „adveniente, & a nobis canonice præfixo, „omnes, qui de jure intereſſe debuerunt, „legitime citati, & capitulariter congre„gati, in præſentia noſtrorum Commiſſario„rum ad actum electionis ſpecialiter depu„tatorum, præmiſſis omnibus & ſingulis, „quæ in hujusmodi tam de jure, quam de „approbata conſuetudine adhiberi ſolent ac „debent, te fratrem Albertum Keuslin di„vino numine adſpirante, in ſuum & mo„naſterii S. Petri Salisburgi Abbatem con„ventuales prædicti monaſterii nominarunt, „& elegerunt, prout ex publico, & au„thentico electionis inſtrumento deſuper „confecto, & nobis exhibito plenius vidi„mus contineri, rogantes nos quam hu„millime, quatenus hujusmodi electionem „canonice factam gratioſæ approbare & „confirmare dignaremur. Nos igitur per „commiſſarios noſtros ad hoc ſpecialiter „deputatos de, & ſuper tuæ perſonæ habi„litate, ſufficienti ætate, probitate, re„rumque tam ſpiritualium, quam tempo„ralium regendarum prudentia, ac dexte„ritate ſatis informati, præfatam electio„nem de tua perſona factam authoritate „noſtra ordinaria duximus eſſe approban„dam, & confirmandam, prout tenore „præſentium omni meliori modo, via, for„ma, ac jure, quo melius poſſumus, & „debemus te Albertum Keuslin in ſæpius „præfatæ Eccleſiæ S. Petri Salisburgi ca„put, Paſtorem, & Abbatem approbamus, „& confirmamus, teque per annuli tradi„tionem præmiſſa fidei profeſſione, & præ„ſtitis ſolitis tam Simoniæ quam fidelitatis, „& obedientiæ homagiis, ſeu juramentis „in manibus venerabilis fratris, & nobis „in Chriſto ſincere dilecti, & fidelis amici „Joannis Chriſtophori Epiſcopi Chiemen„ſis, ſuffraganei, & conſiliarii noſtri inti„mi &c. de eadem monaſterii S. Petri Ab„batia providemus. & inveſtimus, admi„niſtrationem, & regimen in ſpiritualibus, „& temporalibus monaſterii ejusdem tibi „plenarie committendo in nomine Patris, „& Filii & Spiritus Sancti Amen. Mandan„tes inſuper vobis Priori, Subpriori, Senio„ri, totique conventui, officiariis, aliis„que omnibus & ſingulis quomodocunque „ad ſæpedictum monaſterium ſpectantibus „perſonis, in virtute S. Obedientiæ, qua„tenus memoratum dilectum nobis in Chri„ſto fratrem Albertum Keuslin in veſtrum „Abbatem, caput, Rectorem ac Paſtorem „recipiatis, eique debitum honorem & a„morem, reverentiam atque obedientiam „præbeatis, præſtetis & exhibeatis, con„tradictores & rebelles quoscunque debitis „cenſuris eccleſiaſticis compeſcendo. Ha„rum teſtimonio litterarum ſigilli noſtri ap„penſione munitarum. Datæ in Metropo„li noſtra Salisburgo, die 27. menſis Junii „anno reparatæ Salutis humanæ milleſimo „ſexcenteſimo, vigeſimo ſexto.

PARIS.

(L. S.)

Poſt hanc confirmationem neo-electus & confirmatus D. Albertus Abbas 29. Junii in feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli ab ipſo Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Paride in noſtra eccleſia monaſtica ad S. Petrum benedictus, & ſolenni ritu Abbatiali infula ornatus fuit.

VII. In principio Regiminis quid fecerit Albertus? præſertim quoad conſervandam diſciplinam,

Quamprimum Albertus Abbas erat conſtitutus, cum ſciret optime, fundamentum monaſteriorum, ut firma conſervarentur, eſſe ſolam & ſolidam diſciplinam religioſam, doctrina excultam, omnem adhibuit diligentiam & curam, ut ſacra diſciplina ſemper perſiſteret, magis magisque augeretur in noſtro monaſterio, quod ſciebat in iſta Provincia, & in tota Germania eſſe unum ex antiquiſſimis noſtri ordinis monaſteriis. Idcirco, cum juniores quosdam fratres videret Albertus ad ſtudia aptos, eosdem ſtudiis tam Philoſophicis quam Theologicis admovit, præſertim cum opportuna jam erat Salisburgi poſt erectam novam Academiam ſtudiorum occaſio. Ipſe autem Dominus Abbas interea obſervantiam diſciplinæ monaſticæ ſtrictiſſime conſervavit, de qua re oculatus teſtis & fide digniſſimus Pater Gregorius Lechner monaſterii noſtri profeſſus, qui per multos annos ſub Alberto Priorem egit, & omnium actorum Alberti ſpectator erat, multa de noſtro hoc Abbate teſtimonia reliquit, ex quibus multa, quæ ſcribimus, habemus. Factus Abbas Albertus, ait ille, initia regiminis ſui magno zelo, & ſpiritu exorſus eſt, atque eam, quam in ſuis deſiderabat, & petebat, Religioſitatem, & perfectionem in ſe ipſo non tam verbo, quam exemplo docuit, & expreſſit; ut hoc ipſo fieret forma gregis ſui. In conventu obſervantiam, & diſciplinam regularem accuratam, & exactam eſſe voluit; conſtitutiones, & ſtatuta renovavit, & ampliavit; mores, & conſuetudines ſpiritui, & inſtituto religionis minus conſentaneos abrogavit; cæremonias eccleſiaſticas ſecundum ritum Romanum novum, & juxta novi Breviarii, ac Miſſalis rubricas inſtituit; quoad reliquum

mo-

modum agendi in eo etiam omnem curam, & ſollicitudinem ſuam ponere viſus eſt, ut non ſolum monaſterio, ſed & novellæ Academiæ quamplurimum prodeſſet ſiquidem utriusque caput, & Patremfamilias ſeſe eſſe plane noverat. Unde in conventu inprimis per ordinationes, & diſpoſitiones ſuas regularis vitæ diſciplinam, & converſationem, mores, & ſtudia in eam formam, & ordinem reducere voluit, quo homines non ſolum in religioſæ perfectionis inſtituto magis erudirentur, & ſtabilirentur, verum etiam apti, & idonei efficerentur ad publicum uſum monaſterium, & Academiæ, non minus etiam ad publicam utilitatem, & inſtitutionem populi, ſeu reipublicæ Chriſtianæ, ex quo tandem utrique parti accreſceret æſtimatio, & commendatio, nec non uberrimus fructus. Ob quem proinde ſucceſſum, & progreſſum mirum in modum ſibi conciliavit Illuſtriſſimi Principis & Archiepiſcopi gratiam, & favorem, qui expenſa hac induſtria, & ſolertia Albertum Abbatem noſtrum ad ſecretiorem, & intimiorem familiaritatem adhibuit, qua mentem, & conſilia ſua eidem aperire, & confidere poſſet ſincerius, & ſecurius: videlicet, quantum afficeretur ad promovendum commune bonum ordinis noſtri, & Academiæ, quanta præſtiterit pro ejusdem Academiæ fundatione apud ſummum Pontificem, & Cæſarem, quas impenſas fecerit, & quas adhuc præſtare paratus ſit pro ejusdem propagatione, & conſervatione, pro totius ordinis emolumento, & ornamento. Hæc & alia de regiminis initio teſtis fide dignus ſupra citatus.

VIII. Qualem curam ſui conventus habuerit ſubſequentibus annis? tam quoad ſtudia,

Præter curam conſervandæ diſciplinæ, quæ Abbati noſtro prima fuerat, omnem etiam ſollicitudinem pro ſuo conventu tam quoad culturam ſtudiorum, quam etiam neceſſaria eidem largiter providendo impendere ſtuduit. Præprimis ipſemet Albertus curam ſacræ diſciplinæ in ſemet ipſo illibatam conſervavit, perdius pernox ſuo conventui præſens, niſi graviſſima negotia ipſum alio avocaſſent, & impediviſſent; ſingulis fere noctibus, etſi hoſpitum accurſu ſæpius noctu ſerius cubitum ire potuerit, ad nocturnas vigilias ſurrexit, mane rurſus meditationi interfuit, & ferme ſingulis diebus, usque ad ultimos duos annos, primum ſacrum legit. His & aliis pulcherrimis exemplis ſuos ſubditos inſtruebat plus quam verbis: amabat ſincere confratres illos, qui ſacræ diſciplinæ amatores videbantur, qui vero refractarii erant, eos graviter quoque corrigebat. Juniores fratres in conventu voluit a Patribus ſeorſim vivere ſub cura Magiſtri & Inſpectoris, eosdem fratres ſubinde diſputantes, & oppugnantes libentiſſime audivit, & attendit, cum magno ſui ſolatio, & gaudio, ſi videret ſuos confratres, & ſpirituales filios bene ſtudere, & pie vivere. Licet autem Martinus Abbas, ut in ipſius vita relatum fuit, coëmiſſet aliquot millibus florenorum inſignem Bibliothecam, hiſce tamen libris non contentus Albertus rurſus aliquot florenorum millia expendit in coëmendis pro omnibus claſſibus libris pretioſis; & quia ſub Alberto noſtro Bibliotheca ingens accepit incrementum, locum etiam accommodum ſupra Eccleſiam S. Viti ædificavit, ubi equidem multi libri in hodiernum usque diem videntur, quia tamen nobilior librorum ſelectus ad alium locum ſequentibus annis ſub D. Abbate Placido translatus fuit, illa tamen Bibliotheca non niſi antiqua reſpectu novioris vocatur. Et quia hæc omnia fecit Albertus eum in finem, ut Religioſi haberent omnimodam occaſionem ad omnes ſcientiarum claſſes addiſcendas, modo ipſi voluerint; hinc etiam, ut Religioſi tanto acrius incitarentur ad ſtudia, non nullos etiam theſes publicas tam ex Philoſophia, quam ex Theologia defendere permiſit, imo & quosdam gradibus Doctoralibus inſigniri fecit, inter quos fuere R. P. Thiemo Stainhauſer poſtea Præpoſitus in Wietting anno 1640. creatus Theologiæ Baccalaureus; anno 1646. P. Chriſtophorus Kleienmair, & P. Udalricus Freiberger ambo Doctores Theologiæ; rurſus 1654. SS. Theologiæ Laurea adhuc ſub Alberto inſigniti P. Amandus Pachler, poſtea Alberti Succeſſor in Abbatia & P. Bernardus Molitor Wiettingæ ſequentibus annis præpoſitus quos etiam in gradibus Doctoralibus ſecuti fuerunt tres ſub Alberti regimine ſuſcepti fratres germani P. Joſephus, P. Franciſcus & P. Paulus Mezgeri SS. Theologiæ Doctores, & primi duo etiam Juris utriusque laurea exornati eminuerunt; fuit autem hæc Alberti cura non ſine honeſtiſſimis fructibus; etenim ex his, quos ad ſtudia promovit, nonnulli ad publicas Academiæ Cathedras evocati ſunt, quas laudabiliter profitebantur; ſic vivente Alberto P. Æmilianus Pirkl multis annis Rhetoricam, & P. Benedictus Stollenmair ab anno 1645. usque ad annum 1650. Matheſin. P. Udalricus Freiberger bis Philoſophiam, poſtea vero caſus conſcientiæ, & fidei controverſias, P. Amandus Pachler pariter bis Philoſophiam, & Theologiam Moralem docuit, P. Virgilius Guggenperger a Rudimentis ad Rhetoricam usque docendo per annos omnino decem Academiæ ſua ſervitia præſtitit; quos poſt mortem quidem Alberti in docendo primum ſecuti, aſt ſub ipſius regimine ſuſcepti, atque paterna cura enutriti fuerunt tres incomparabiles viri & fratres germani P. Franciſcus, & P. Joſephus, & P. Paulus Mezgeri, qui præter Philoſophiam etiam SS. Canones, SS. Scripturam, Controverſias fidei, Theologiam Moralem docuerunt, & ſpecialiter P. Paulus Mezgerus per annos omnino ſexdecim continuos bis Theologiæ curſum docendo abſolvit. Hos uberes fructus videre licuit ex novella Religioſorum plantatione, qui ſub Alberto ſuſcepti, & ad ſtudia promoti ſuerunt.

Ve-

IX. Quam quoad reliquum vivendi modum, quem ad meliorem statum perduxit;

Verum non solummodo curavit Albertus Abbas, ut juniores bene in studiis erudirentur, sed etiam omnibus aliis de conventu sibi concredito Religiosis ita in omnibus largiter providit, ut totum vivendi modum in spiritualibus & temporalibus ad meliorem statum perduxerit. Erant in monasterio nostro mirabiles, & antiqui vivendi modi, etiam in rebus necessariis, victu, potu, & vestitu: victus erat tenuis, cibi coquebantur in diebus esurialibus ferme tantum ex farina & pane; pisces non videbantur integro anno, nisi in summis festivitatibus, pulmenta erant quotidiana; vinum austriacum unius anni, & nullum antiquum bibebant, quæ causa fuit, quod religiosi variis afficerentur morbis, & inutiles redderentur ad studia litteraria, immo ad ipsas functiones spirituales. In his omnibus providit Albertus, ut pulmentis adderentur pisces, & vinum defæcatum, atque plurium annorum, seu antiquum adesset in sufficienti provisione. Vestes etiam antiquas, & obsoletas portabant, immo in hyeme togas pelliceas, sine atro panno superinducto, nudas, qui incessus ridiculus erat, & inhonestus, ac præcipue sæcularibus mirabilis videri debuit. Similes consuetudines nec pias nec laudabiles, & quæ potius levitatem, & risum movere poterant, eliminavit Albertus, atque ut omnia honeste & cum modesta religiosa gravitate fierent, procuravit: ægerrime ferebat privata conventicula, & compotationes amicas, occultas, & silentii violationes, quæ, si deprehendit, acri reprehensione solebat corrigere. Unde paulatim excrevit religiosa disciplina; & quamvis hæc, & similia ab initio statim Albertus optimo zelo inceperit, attamen non tam cito singulos in ordinem redigere potuit, atque ex suis antiquis non adeo bonis moribus, & consuetudinibus ad regularem vivendi modum perducere. Aderant enim adhuc, qui refractarii erant, & cum strictior disciplina, ac quasi novus vivendi modus præsertim post erectionem congregationis nostræ Benedictino-Salisburgensis, quæ facta fuit anno 1641. introduci inceptus esset, præcipue, quando anno 1650. P. Christophorus Kleienmair vir zelosus, & austerus Prior claustralis fuit constitutus, horruerunt quidem hunc modum vivendi, & a monasterio discesserunt, ut adeo non omnes ad nutum Alberti Abbatis obsequentes fuerint; exstiterunt tamen longe plures, qui se sacræ disciplinæ, & zeloso Alberti Abbatis regimini submiserunt. Id etiam hoc loco notari meretur, quod Albertus Abbas, ut omnia ad bonum statum perduceret, officia monasterii tam temporalia, quam Ecclesiastica (quæ antea per sæculares, eosque infideles, & imperiosos, ideoque conventui graves, & molestos administrabantur) inter religiosos confratres distribuerit, atque per singulos annos in capitulo ad initium quadragesimæ ad conservandam religiosam indifferentiam, & humilitatem actualiter per traditionem clavium in manus Abbatis resignare fecerit. Hæc Alberti studia erant circa fillios suos, & confratres tam quod culturam litterariam, quam quoad reliquum vivendi modum, quem certe ad meliorem statum perduxit. Nunc ad alia transeamus.

X. Quomodo monasterii bonum tam variis reparationibus & novis ædificiis,

Est autem nunc suo ordine investigandum, quomodo Albertus monasterii bonum tam exstructis variis ædificiis, quam augendo sacram, & profanam suppellectilem promoverit, quibus modis monasterii redditus per fundationes & annuos census auxerit, quæ bona immobilia ad utilitatem monasterii comparaverit; quibus etiam addendum erit, quam curam habuerit pro Collegio & nova Academia, quam hospitalis erga omnes, & quam liberalis erga pauperes fuerit? præprimis Ecclesiam ab Antecessore suo quoad cuppam & fornices exornatam, & ampliatam ad majorem perduxit ornatum, intus eandem illustrando variis imaginibus, iisque magnis, quales erant in pariete prope altare S. Vitalis & S. Amandi, ubi post tot annorum lapsus in eodem loco novæ, sed præcedentibus similes videntur. Ipsam Ecclesiam ampliorem fecit; cum enim nimis esset angusta propter nimietatem scamnorum, quæ nullo ordine in medio Ecclesiæ erant posita, hæc omnia sustulit, & nova scamna, quæ adhuc concinno ordine videntur, substituit. Sub ipso etiam anno 1627. amotum est ex medio Ecclesiæ sepulchrum illud lapideum cancellis ferreis cinctum D. Comitis Werneri de Raittenau Patris Wolfgangi Theodorici, quod erat prope altare S. Ruperti; causa autem amovendi hujus sepulchri, quod adhuc hodie in Ecclesia in angulo Aquilonari visitur, erat, quod illo anno inventæ fuerint reliquiæ S. Ruperti, super cujus sepulchrum altare fuit erectum, huic autem Altari propinquum erat sepulchrum comitis supradicti Werneri, & quidem in medio Ecclesiæ, quod proinde prospectum auferebat, & præcipue in processionibus erat summe incommodum. Erat tum temporis in medio Ecclesiæ Altare S. Crucis, quod a Wolfgango Theodorico erectum fuit prope gradus, qui e medio Ecclesiæ surgunt ad altare, quod S. Crucis altare, ut ampliaretur Ecclesia, amovit Albertus, & pro eadem erexit supra sepulchrum S. Ruperti, quod antea ferreis cancellis erat inclusum, altare S. Ruperti, super quod, ut dicemus suo loco, anno 1628. SS. Reliquiæ S. Ruperti in illa pulcherrima tumba fuerunt repositæ. Ab Ecclesia progressus fuit Albertus Abbas ad cœmeterium, quod porticubus, & sepulturis mortuorum exornavit, quas quoad muros ipse plerasque exædificavit in circuitu, ut cœmeterium, quod olim apertum erat, & variis conventiculis occasionem præbebat, includeretur.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

Eremitorium S. Maximi & ſpeluncam S. Ruperti, ſeu Capellam S. Ægidii renovavit, cum nimia vetuſtate eſſent conſumpta & deſœdata hæc ſacra loca, quæ tamen poſtea anno 1659. ſub Abbate Amando rurſus renovata & in præſentem formam redacta fuerunt. Olim etiam ex monte Monachorum prope villam noſtram erat ſcala in noſtrum monaſterium, quæ erat cauſa, quod communis populus haberet publicum tranſitum per noſtrum monaſterium in montem, quia autem hic tranſitus non adeo honeſtus eſſet & utilis monaſterio, ſuſtulit hanc ſcalam Albertus, & occluſit villam noſtram, atque ita tranſitum continuum abrogavit. Inſuper portam commutavit, erat enim olim ſupra portam hypocauſtum, pro hoſpitibus ſatis commodum, ſed quia porta erat nimis anguſta, & depreſſa, ut vix currus plenus fœno poſſet intrare, loco hypocauſti ampliavit portam, altius eductis fornicibus, qua occaſione conclavia hoſpitum fere omnia renovavit, ampliavit, tabulatis & ornamentis exornavit, de quibus equidem his ultimis præſertim ædificiis poſt centum, & plures annos nec lapis ſupra alium conquieſcit, & tota exterior, ſicut & interior monaſterii ſtructura jam dudum ſequentibus annis præſertim ſub D. D. Abbatibus Amando, & Edmundo immediatis Alberti Succeſſoribus longe aliam faciem induit. Pariter non tacendum, quod Abbas Albertus prædium Peterslind ſeu villam Aigl dictam undique ruinoſam reparaverit, & capellam adjunctam exſtruxerit, varias etiam, & perutiles reparationes in domo, & Capella Mildorfenſi, in Dominio Praitenavienſi ſuſceperit, novum Altare ſummum in Eccleſia S. Michaëlis erexerit, & ipſe denique, uti jam in numero VIII. præcedenti mentio facta fuit, Bibliothecam ſupra muros Eccleſiæ S. Vitæ conſiſtentem ſtruxerit, opus tunc temporis ſane utile, & honorificum monaſterio, quod antea locum habebat pro libris valde incommodum ſub antiqui ædificii tecto. Hæc de ædificiis Alberti, qui tamen ad ſtruendum novum clauſtrum, prout ſumma fuiſſet neceſſitas, & quamvis eundem ſæpius Princeps Illuſtriſſimus Paris fuerit adhortatus, nunquam moveri aut perſuaderi potuit.

XI. Quam augendo ſuppellectilem ſacram & profanam promoverit?

Porro, quæ pro Sacriſtiæ & Eccleſiæ ornatu fieri curaverit Albertus Abbas, notatu plane digniſſima ſunt; præterquam enim, quod in multis eccleſiam renovaverit, & ampliaverit, nec non cæremonias Romanas, abrogatis antiquis monaſticis, introduxerit, prætioſis etiam ornamentis eccleſiam ornavit, ac non ſpernendum in auro & argento theſaurum in Sacriſtia reliquit. Ut enim felix regimen a Deo ſibi impetraret Albertus, a Divino cultu incepit; nam primo ſui regiminis anno 1626. duos nobiliſſimos ornatus integros, unum rubrum ex ſerico, aureis filis copioſe diſtincto, qui in hodiernum usque diem ferme primævum decorem habet, alterum album e paris pretii materia confectos, a quodam mercatore Mediolanenſi aliquot florenorum millibus comparavit. Emit etiam quinque infulas pretioſas, duo vela majora, rubrum ſcilicet & ceruleum aureis ornata & phrygiatha fimbreis & limbis, ſpecialiter calicem pretioſum ex puro auro, in cujus pede inſcriptio eſt: *Domine dilexi decorem domus tuæ*, ab aliquo inter belli Suecici tumultus afflicto Abbate, exſoluto non levi pretio, accepit; rurſus emit alium calicem de auratum argenteum, pedum ejusdem pretii Abbatiale, amphoram argenteam cum aſpergillo pro aqua benedicta, monſtrantiam deauratam argenteam, crucem pectoralem ex puro auro, cruces, & crucifixi imagines tam ex Ebeno, quam ex argento puro, non unam ſed plures; rurſus duo majora candelabra argentea pro ſummo altari cum ſex argenteis urceis pro floribus, duas pretioſas imagines S. Benedicti & S. Scholaſticæ ex argento, duo minora candelabra pro venerabili, & pro ſpeciali uſu confraternitatis Carmelitanæ crucifixum argenteum, duos urceos argenteos pro floribus unam coronam deauratam ex argento pro ſtatua beatiſſimæ Virginis, præterquam plurima alia non levis conſiderationis, & pretii ornamenta etiamnum pleraque exſtantia fieri fecit. Verbo: omnia paramenta antiqua, & obſoleta, quæ illo tempore ſimpliciſſima erant, renovavit, & alia magis pretioſa ſubſtituit, ut abrogata omni ſorditie, & ſquallore omnia eſſent in domo Dei nitida, & munda, totam etiam emit ſericam tapeteriam circa ſummum altare, & alios tapetes pro ornando pavimento in ſummis feſtivitatibus, ut adeo ſub hoc Abbate magna incrementa ſumpſerit ornatus Eccleſiæ noſtræ, & Albertus magnus Sacrarii noſtri reſtaurator dici mereatur. Non ſufficiebat autem Alberto tam pretioſis rebus exornaſſe Sacriſtiam, niſi etiam domeſticam ſupellectilem redderet ſplendidiorem, atque per hoc honorem monaſterii decenti modo etiam apud hoſpites augeret, qui frequenter apud ipſum fuere ut ſuo loco dicetur. Quare, ut tam in menſa Abbatis, quam conventus eſſet major mundities, & ſplendor, variis annis comparavit ſcypho quamplurimos partim pure argenteos & ſimul deauratos, cantharos ſimiles, cochlearia, cultros & fuſcinulas rurſus partim argenteas, partim ex argento & deauratas. Præcipue autem memoriam Alberti commendant duo lavatoria aureo-argentea, ex quibus unum inſolitæ magnitudinis & pulcherrimum a quodam Domino Abbate pro fratribus convictoribus, qui ad S. Petrum erant in hoſpitio, pecuniarum loco accepit; quibus etiam accedit unum grande pocale cum operculo deauratum, quod inclyta Provincia Bavarica,

rica, quia in bello Suecico ſua bona apud nos depoſuerat, Alberto Abbati donavit. Plura etiam alia minoris pretii vaſa argentea emit Albertus, qui univerſim in re domeſtica adeo ſedulus erat, ut in lectiſterniis, in ſellis, in tapetibus, in neceſſariis pro re domeſtica nullus eſſet defectus.

XII. **Quæ bona ad utilitatem monaſterii vendiderit, permutaverit, & alia de novo compraverit?**

Nonnulla etiam bona vendidit Albertus, ut utilia magis potuerit comparare. Pertinebat ad monaſterium illud alias non vile prædium Urſprungenſe prope Lengfelden, quod anteceſſor Abbas Joachimus primum emerat ante paucos annos, ſed quia hoc prædium erat valde diſſitum a monaſterio, ut per domeſticos famulos & equos non potuerit provideri, ſed proprium villicum oportuerit alere cum familia, & omnia, quæ ad agrorum culturam pertinebant, plus conſtitere, quam fuerit prædium utile, ideo hoc prædium anno 1627. vendidit Domino Urſprunger, reſervato tamen ſibi dominio directo, quod tamen poſt quinquaginta aut ſexaginta annos rurſus vendi debuit, ita ut nunc ad monaſterium nec utile, nec directum dominium pertineat. Rurſus anno 1633. alicui Domino Baroni Weber vendidit aliquod prædium, ſeu fundum ex dominio Dornbach pro ſexcentis florenis, & domum quamdam Domino Jacobo Auer leviori pretio, quam domum monaſterium poſſedit in Tittmoning. Habebamus etiam Lincii in ſuperiore Auſtria domum antiquam, intus obſcuram, & tenebroſam, quæ ſtabat ex altera parte Eccleſiæ verſus Danubium, & muros civitatis, ex altera autem parte Eccleſiæ propinquum ædificium habebat Dominus Decanus Eccleſiæ, cui contiguum erat Collegium Societatis Jeſu; & quia Patres Societatis Jeſu deſiderarunt ampliare ſuum Collegium, utque eſſent propinquiores Eccleſiæ, inſtitere apud Decanum, ut ſuam domum ipſis venderet. Dominus Decanus non abnuit, ea tamen conditione, ſi poſſet acquirere noſtram domum, ut ſic adhuc poſſet eſſe proximus Eccleſiæ ex altera parte. R. R. P. P. Societatis, ut domum Decanalem acquirerent, inſtantiam fecerunt apud DD. Albertum Abbatem noſtrum, ut cederet ipſis juſto pretio noſtram domum. Dominus Abbas, ne quid ageret ſine præſcitu Ordinarii, rem detulit ad Illuſtriſſimum Dominum Paridem, petiitque licentiam ineundi cum P. P. Jeſuitis aut venditionem aut permutationem pro alia domo. Conſenſit Celſiſſimus ordinarius ſub hac conditione, ut permutatio fieret pro alia meliori domo, ut inde monaſterium caperet juſtum emolumentum. Hoc P. P. Societatis innuebatur, qui proinde aliam domum dederunt, quam noſtrum monaſterium ab anno 1653. Lincii poſſedit, translatis etiam Privilegiis prioris domus in hanc, quæ etiam erat valde utilis & commoda. Aſt ſequentibus annis, ut ſuo ordine dicemus, ſub ſucceſſore Alberti non ſine ponderoſis cauſis hæc domus rurſus PP. Societatis fuit vendita, ita ut iſtis temporibus Lincii nihil poſſideamus. Sicut autem D. Albertus Abbas ex una parte aliqua bona vendidit, & permutavit, ita ex altera parte alia bona pro monaſterii utilitate comparare ſtuduit. Inter hæc primo loco poni meretur antiquis ſaltem temporibus nobile, & inſigne prædium Petersbronn dictum, locus jucundus, amœnus & ad recreationem honeſtam in deambulationibus noſtri conventus valde aptus, antea Caſtellum Welſpergianum vocabatur. Erat unus ex Dominis de Welſperg hic Salisburgi Decanus Cathedralis, qui cum electus fuiſſet Epiſcopus Brixinenſis, Domino Alberto Abbati obtulit hanc ſuam arcem ſeu domum, quam ipſe ex fundamentis aliquot florenorum millibus exſtruxit. Aſt Dominus Albertus Abbas, eo quod locus magis ſit jucundus, quam utilis, noluit conſentire in emptionem, donec tandem Illuſtriſſimus Epiſcopus pro mille quingentis florenis unacum horto adjecto ſe daturum promiſerit, ſicque contractus initus fuit inter hunc Reverendiſſimum DD. Wilhelmum Epiſcopum Brixinenſem, & Abbatem noſtrum vigore litterarum in originali exſtantium, quæ datæ fuerunt 24. Aprilis anno 1635. Quapropter, ut hæc domus ad ampliorem cederet monaſterii utilitatem, non tantum Dominus Abbas hortum renovavit, ædificia hinc inde reparavit, Capellam ipſe ſibi poſuit, atque altare conſecratum poni curavit, verum etiam adjunctam domum, quæ Faſchangina vocabatur, anno 1638. pro nongentis florenis emit, & quod maxime conſiderationis eſt, anno eodem vicinam domum cum adjunctis pratis Eggerhof dictam bis mille florenorum pretio comparavit, ut prædium hoc ſuburbanum Petersbronn cum jucunditate etiam multam admixtam haberet utilitatem. Adſunt de hoc prædio litteræ originales datæ 14. Maji anno 1638. Cæterum ipſa ſpatioſa domus Petersbronn, continuarum reparationum indiga, præter modicam utilitatem ex horto provenientem, quam & aliæ expenſæ abſorbent, oneri potius eſt modernis temporibus monaſterio.

XIII. **Et quomodo redditus monaſterii per fundationes, hæreditates & donationes, nec non cenſus annuos auxerit?**

Sed non minus Albertus Abbas per varias acceptatas fundationes, nec non annuos cenſus ex collectis capitalibus monaſterii redditus auxit. Cum enim Albertus noſter eſſet pius Abbas, qui vere præ omnibus aliis curis quærebat regnum Dei, hinc Dominus Deus, qui eſt largitor omnium benedictionum, tam largiter benedixit œconomiæ, ut multas fundationes, hæreditates & donationes acquireret, ac perrit conſequens etiam redditus monaſterii antea valde tenues notabiliter augerentur. Ita Dominus Marquardus de Freiberg jam anno 1627. unam miſſam annuam, anno 1629. Dominus Fridericus de Relingen cum uxore nata de Haunſperg in Capella 14. auxiliato-

liatorum, quam ipſe primitus exſtruxit, ad centum annos unam miſſam hebdomadariam; ſpecialiter autem duas miſſas annuas in perpetuum anno 1634. Dominus Joannes Kismägl ad altare S. Joannis Baptiſtæ (ad quod exſtruendum notabilem pecuniæ quantitatem contulit) duos anniverſarios, & 4. miſſas angariales, nec non certam quamdam eleemoſinam pro ſcholaribus fundarunt. Similes fundationes fecerunt Dominus Wolfgangus Flekamer anno 1635. qui & altare S. Vitalis ſuis ſumptibus exſtrui curavit; Item anno 1638. Domina Cordula Iglin fundavit tria ſacra per annum; Dominus Henricus Knoll anno 1640. J.U.D. & Conſiliarius aulicus pro anniverſario, vigilia, & duabus miſſis dedit Monaſterio Bibliothecam; anno 1644. Michael Gattſchneg Chori noſtri Regens, anno 1646. Dominus Santinus Solarius ædilis aulicus qui præſentem eccleſiam Cathedralem ædificavit, item Domina Suſanna Knollin conjux Domini Henrici ſupra memorati anno 1651. anniverſarium ad centum annos fundarunt. Ex omnibus autem fundationibus ſub Alberto Abbate factis gratiſſimam memoriam meretur fundatio Illuſtriſſimi Principis & Archiepiſcopi Paridis, qui circa diem 15ta Decembris fundavit ad S. Petrum cantatum requiem cum 24. miſſis. pro qua obligatione Monaſterio ſingulis annis in parata pecunia ex caſſa provinciali ſolvuntur triginta floreni, in qua fundatione idem altefatus Princeps, & Clementiſſimus fundator Dominis Steurarum præfectis in domo Provinciali, inter quos etiam eſt Abbas S. Petri, ſpecialiter florenos ſeptuaginta quatuor aſſignavit, partim ut pro anima ipſius in die anniverſarii Deum exorent, partim, ut præter ſalarium ordinarium eo promptiores reddantur in ferendis laboribus, qui frequentius in domo Provinciali Steurarum Præfectis occurrere ſolent. Præter has & ſimiles fundationes benedixit etiam Deus Alberto per varias donationes, hæreditates & annuos cenſus: quo loco rurſus Munificentiſſimus Princeps Paris Lodronius commendandus venit; Hic etenim, poſtquam fratri ſuo Domino Franciſco Nicolao Comiti Lodronio natus fuit filius primogenitus, ad altare S. Vitalis obtulit mille quingentos florenos, & ad altare S. Ruperti obtulit minorem lampadem ex argento, in qua præter ſignum Lodronicum & Archiepiſcopale etiam turris ſuper montem poſita videtur, afflantibus undique ventis & turbine de cælo ſuper ipſam delapſo, hoc enim ſymbolum amabat Princeps & Archiepiſcopus Paris, volens per hoc ſignificare, Archiepiſcopatum Salisburgenſem ſupra S. Rupertum velut ſuper Rupem & Petram fundatum, nec timere turbines, & ventos tum temporis ingruentium bellorum. Inſuper hæreditates non paucas aquiſivit Albertus Abbas, inter quas una præcipua fuit a quodam mercatore Alexandro Fux, qui filium habebat apud nos profeſſum, converſum, ſed piiſſimum; hujus namque parens magnus Monaſterii benefactor præter honeſtam paratæ pecuniæ quantitatem dedit Alberto magnum illud lavacrum argenteo deauratum, quod in hodiernum usque diem in Sacriſtia aſſervatur, in quo eſt in medio ſignum Paridis Archiepiſcopi, qui prædicto mercatori illud anno 1625. donaverat, eo quod illo tempore fuerit ſedulus procurator infectorum peſte in lazaretho. Accepit etiam ab eodem Domino mercatore lapadem majorem argenteam, calicem argenteum, & deauratum, gravem & affabre ornatum, crucem argenteam, qua utimur in proceſſionibus, urceolos cum patena ex argento & deauratos, pixidem argenteam pro aſſervandis hoſtiis, campanulam argenteam ad elevationem, cantharum argenteo-deauratum pro conventu. Ex his & aliis divinæ benedictionis fructibus, ex variis nimirum fundationibus, donationibus, & hæreditatibus œconomiam ſuam ita inſtituit Abbas Albertus, ut aliquam moderatam capitalium quantitatem haberet in domo provinciali, ex quibus certiſſimum cenſum habuit annuum, donec poſt ipſius mortem neceſſitate compulſus Dominus Succeſſor Amandus totam capitalium ſummam & plus adhuc in novum, ad ſumme utile & neceſſarium Monaſterii ædificium debuerit impendere. Liceat hic ipſa verba propria manuſcripta DD. Amandi Abbatis adducere, quia in vita MSSta Alberti c. 9. ad finem fol. 123. ita humiliter de ſemet ipſo ſcribere non erubuit: „ex his ergo atque „aliis tum ſua ſedulitate, & induſtria tum „etiam aliorum fundatione, & favore aqui„ſitis pecuniis multum aucti ſunt redditus „Monaſterii, qui tamen ſub meo regimine „multum imminuti ſunt propter graviſſimas „ædificii expenſas. Deo ſit gloria & gra„tiarum actio, qui poterit omnia refundere „largiter". Hæc D. Abbas Amandus immediatus Alberti ſucceſſor.

XIV. Quæ bona præſtiterit collegio, & ſpeciatim Religioſo ſtudentium fratrum convictui?

Nunc etiam agendum de cura & ſollicitudine, quam exteris impendit Abbas noſter Albertus, inter quos primo loco recenſeri meretur tam novum Collegium Benedictum. ubi Profeſſores ex noſtro S. ordine diverſorum Monaſteriorum omnes claſſes docebant, quam & religioſus ſtudentium fratrum convictus. Jam in præcedentibus n. 11. dictum a nobis fuit, quod Albertus ante ſui electionem per quatuor annos præfuerit Rectoratui hujus Univerſitatis, quo tempore haud dudie multa bona præſtitit, & certe laudabiliter rexit Rectoratum, cum ea agendi ratione dignus viſus ſit Principi, ut ad Abbatiam noſtram promoveretur. Promotus vero ad munus Abbatiale curam chari ſibi Collegii non dimiſit, ſed magis augere ſtuduit, nam licet D. P. Matthæus Weiſs ex celebri Monaſterio montis ſancti Andecenſis in Rectoratu ſucceſſerit, ad ipſum tamen

men Albertum ſicut erat vi officii Aſſiſtens perpetuus Univerſitatis: ita etiam illo tempore aſſurgente primum & adoleſcente Univerſitate omnia dubia & ardua negotia occurrentia deferebantur. Aliis quoque modis non ceſſavit Albertus benefacere Academiæ: ſic anno 1631. dum nova aula Academica fuit erecta, expendit ex propriis Monaſterii pecuniis ſeptingentos florenos; majus ſubſidium contulit anno 1654. videlicet bis mille florenos, dum D. P. Alphonſus Stadlmair ex imperiali Monaſterio Weingartenſi tunc temporis Rector Magnificus novum ædificium, ubi convictores habitant, exſtruxit; ſingulis etiam annis Univerſitati obtulit bovem ad novum annum, quæ penſio mere gratuita poſt aliquot annos in penſionem annuam pecuniariam illo tempore æquivalentem fuit permutata, & in hodiernum usque diem perſiſtit, atque ad novum annum cuilibet D. P. Rectori offertur. Specialem autem reflexionem in vita Alberti noſtri meretur religioſus ſtudentium convictus: nam ad initium pullulantis Academiæ fratres convictores ex alienis Monaſteriis Salisburgum ad ſtudia miſſi erant, & habitabant in noſtro Monaſterio ſub cura Alberti Abbatis noſtri, & quidem usque ad annum 1635^tum, quo tandem anno, cum Abbas Albertus eſſet ſatur curarum & moleſtiarum, quas tot exteri religioſi in Monaſterio noſtro efficiebant, præſertim, cum etiam difficulter a Monaſteriis ſolutionem aquireret Albertus, totum convictum dimiſit e Monaſterio, & Domino P. Rectori commiſit, donata tota ſuppellectili domeſtica, oblata inſuper bis mille florenorum parata pecunia, ut tantum ab hisce curis liberari poſſit noſtrum Monaſterium, quamvis adhuc, ut in antiquis annnotationibus invenimus ſcriptum, ex debitis Religioſorum convictorum ad minimum, quindecim florenorum millia remanſerint. quæ, quia nunquam acquiſita, denique dimiſſa fuerunt. Ut autem iſta ceſſio religioſi convictus a Monaſterio noſtro ad Rectoratum Univerſitatis haberet majorem vim, & authoritatem, deſuper etiam non tantum cum præſcitu Illuſtriſſimi Principis, & fundatoris inſtrumentum fuit erectum, veram etiam ipſamet altefata Celſitudo ſua Clementiſſima has litteras ceſſionis manu propria ſubſcribere, & ſigillo Archiepiſcopali roborare clementiſſime fuit dignata, quas litteras apud nos in originali exſtantes etiam hoc loco, præſertim, ut hæc, quæ de convictu hactenus diximus, majorem fidem mereantur, in extenſo adducimus, tenor inſtrumenti ſequens eſt:

„Wir Pariß von GOttes Genaden Erzbi„ſchoue zu Salzburg Legat des Stuels „zu Rom ꝛc. Urkhunden hiemit, und geben zu „vernemmen Meniglich, welcher maſſen unß „der würdig unſer Rath beſonders lieber in „Gott, und getreuer Albertus Abbt bei S. Peter alhier unterthenigiſt zu vernemmen geben; „demnach ſich eine Zeit hero beuorab bei gegenwärtiger nunmehr langwürig beſchwerlichen „Leuffen der uillfältige oblagen und ſehr ſtarkhe „Haußwürtſchafft jezt vermelten ſeines Gottes„hauß und Kloſters zu S. Peter dermaſſen ge„häuffet, und vermehret, daß ermelter Abbt „und deſſen untergebenes Convent auß aller„hand beweglichen, und hochtringenten Moti„ven zu vorkhomm- und Verhüttung anderer „beſorgenten Ungelegenheiten verurſachet wor„den, zeitlich auf ringerung und einziehung be„ſagter Haußwürthſchaft zu gedenken; dan„nenhero dan ermelter Abbt und Convent nach „reiffer gepflogener Deliberation und Berath„ſchlagung einhellig und beſtendig dahin ent„ſchloſſen, daß bis dato vom Kloſter S. Pe„ter aus unterhaltene Convict in ſonderbarer „erwegung deſſen fernere Ausſpeiſſung fürbas „nit minder als bishero ohne allerſeits merckli„che groſſe Beſchwärungen nit continuirt wer„den könne, ganz und gar aus Handen: und „daſſelbige denen P.P. Profeſſoribus der hieſi„gen Univerſitet würcklich zu iberlaſſen, wie „dann ſolcher iberlaſſung halber zwiſchen bee„den theilen hernachfolgente abreden vorgangen, „zu Papier gebracht, und endlich ordentlicher „weiß beſchloſſen worden".

„Als nemblich und für das erſte: daß er„nannten Profeſſoren hie obbeſagtes Convict „ſambt denen bißhero hierzu gebrauchten Per„ſonen mit aller diſpoſition, Gewalt, und cor„rection ganz und gar ſolle iberlaſſen ſein, wel„che darauf deſſen gebürliche Suſtentation auch „was deme ferner anhängig, und darbei noth„wendig ſein wirdet, dero gutgedunkhen und „Belieben nach beſter maßen werden anzuord„nen, und zu beſtellen müſſen. Und damit „fürs ander der Anfang beſagter Unterhaltung „des convicts denen P.P. Profeſſoribus um „ſo viill deſto ringer und unerſchwinglicher ſeie, „daß vorermelter Abbt zu S. Peter, und deſſen „Convent ihnen alles ſelbigen Orths vorhan„denen Tiſch- nnd Pethgewandt, desgleichen „Zünn, und Kuchlgeſchier ſambt aller anderen „gemainer Varnuß, nichts darvon beſondert, „noch ausgeſchloſſen, freu, aigenthumlich „einhändigen, ſchenkhen und ibergeben; über „ſolches alles, und zu mehrerer facilitirung „dieſes Werks ihnen denen Profeſſorn auch „iber Nachlaſſung deren denſelben in fertigen „wein leſen zu erkhauffung ihrer wein fürgelihen „vier hundert fünfzig Gulden noch aus freuen „ganz ungezwungen willen allain zu mehrer ma„nifeſtirung ihrer wohl mainenten getreuen Af„fection in Parren darauf ſchenkhen, und in „Kürze zuſtellen wöllen ein tauſſent, fünf hun„dert und fünfzig Gulden, thuet zuſammen zwei „tauſent Gulden".

„Wie nun villgedachte Profeſſores ſolches „alles von ihme Abbten zu S. Peter und deſſen „Convent für ein ſondere Gnad erkhendt, und „die ob ſpecificirte ſo anſehliche Beihilf mit ge„bührlichen Dankh angenommen, als haben „ſie ſich dargegen verbindlich erkläret iezt er„melten Abbten und Convent, wie auch deren

„Gottshauß zu S. Peter oft angeregten Con-
„victs uud dessen Sustentation halben (ohne
„allein was die academischen und höhern sa-
„chen wegen sein des Abbten als Assistentis
„habenten authoritet die Nottdurft erfordert)
„mit nichten zu molestiren, noch auch mit iber-
„schikhung der ankhommenten Potten und Re-
„ligiosen, so ad studia geschickt werden, sambt
„den Pferdten iberlestig zu sein, sondern den-
„selben, wie sie können und mögen anderwer-
„tige Gelegenheit zu machen. Wann unß nun
„offt ermelter Abbt zu S. Peter und dessen Con-
„vent unterthenig und demüthigist gebetten, daß
„wür solch wohlmainent, und gedachten seinem
„Gottshauß verhoffentlich nit unerspriesslichen
„Vergleich und Abhandlung aus tragenter
„Macht, und ordinari Jurisdiction gnedigist
„guetheissen, approbiren, und ratificireu wol-
„ten, als haben wür hierauf nach Vernemmung
„bederseits angebrachten Motiven und Ursa-
„chen, so Sy hierzu bewegt und angetrieben,
„vorberihrten Vergleich und abhandlung
„mit obstehenten Clausuln und Articuln hie-
„mit authoritate ordinaria bester Maßen ra-
„tificiren, gutheißen, und bestettigen wollen,
„thuen diß auch wissent, und wohl bedächtlich
„in Krafft unsers gegenwärtigen Confirmation-
„und Bestettigungsbriefe. Zu dessen Urkund
„haben wür zwai gleich lautente Originalia
„hieriber verfassen, deren aines ihme Abbten
„zu S. Peter, und dessen Convent, das andere
„aber ermelten P. P. Professoribus unter un-
„ser Hand - Unterschrifft und aufgedruckten
„Fürstlichen Secret ertheillen lassen, so gesche-
„hen in unserer Statt Salzburg den anderen
„Monathstag Maji nach Christi unseres lie-
„ben Herrn, und Seligmachers Geburt im
„Taußent sechß hundert, fünf und dreißi-
„gisten Jahr".

Pariß. (L. S.)

Hucusque tenor legalis & authoritate ordinarii roboratæ transactionis, quam certe ad non vulgare emolumentum charæ sibi Universitatis, cujus antea Rector erat, iniit Abbas Albertus.

XV. Quam hospitalis fuerit tempore belli tam ab anno 1632. erga peregrinos & profugos ex Imperio.

Si jam loqui velimus de hospitalitate & liberalitate, quam erga hospites tum domesticos, tum extraneos. & præsertim erga exules, pauperes & afflictos, illis maxime calamitosis belli temporibus, exercuit Abbas noster Albertus, plurima sane sunt testimonia, quæ misericordiam hujus Præsulis pro sera posteritate commendant. Sane, si ullus unquam ex Abbatibus antecessoribus, vel etiam succesforibus hospitalitatis leges fuit executus, id certe excellentissimo modo præstitit Albertus: Licebit hic in medium afferre, quæ jam supra citatus P. Gregorius Lechner Prior tempore Alberti tanquam testis oculatus & optime consciùs de hac hospitalitate sequentia scripsit: Hospitalitatem, ait ille, exercuit Albertus magnam & admirandam, præsertim tempore belli; nam cum anno 1632. per Sueicum exercitum in Franconiam, & Sueviam tam subitaneæ, & repentinæ fierent irruptiones, incursiones, simulque prædas & exactiones ingentes ageret miles, aliasque clades inferret formidabiles, & horribiles, ut propterea ex urbibus, oppidis, & Monasteriis incolæ, & accolæ intempestivam fugam arripere coacti sint, & in peregrinas terras se suaque transferre, si possent: hinc tantus confluxus, & concursus Salisburgum fuit, ut quasi quotidie coacervatim accurrerent homines, & domicilia quærerent, aut stipem, aut alia charitatis subsidia. Et in hac tempestate ad Monasterium S. Petri ut plurimum primus accursus, & aditus quærebatur, ut suæ miseriæ ac fortunæ aut consilium, aut auxilium invenirent, vel denique qualecunque subsidium, & solatium acciperent. Et quidem ex numero, & frequentia horum adventantium, & supplicantium non solum erant peregrini Religiosi, quibus ex respectu ordinis aliquid favoris, & gratiæ debebatur, verum etiam spoliati, & afflicti nobiles, & Barones, personæ Ecclesiasticæ, primarii nominis, & authoritatis viri; atque universim miseræ & oppressæ conditionis quicunque, huc convolebant, & opem implorabant, sive pro alimentis, sive pro eleemosyna sive pro utrisque. Quamvis autem hæc hospitalitas videretur excedere modum, & mensuram facultatum Monasterii; attamen damnum, vel detrimentum nullum accessit Monasterio, quacunque in re, vel necessitate. Insuper etiam, cum ob continuas largitiones, & eleemosynas de parata pecunia, ordinarie loquendo, nihil ferme in promptu esset, uti Dominus Abbas sæpe numero, non sine animi amaritudine, & consternatione, asseverabat, tamen quandocunque expensæ fieri debebant in magna quantitate, ut pro vindemiis, nundinis, vel alia provisio, ne Monasterii, defectus, aut penuria pecuniæ nunquam apparuit, quod omnes admirati sunt, etiam exteri. Hæc citatus P. Prior omnium actorum illo tempore testis: quibus etiam addendum venit in specie, quod in illa bellorum tempestate multi Religiosi tanquam hospites adfuerint in Monasterio, præsertim ex Monasterio Ottoburano, ex quo per aliquod tempus octo vel decem Patres hospitium hic habuerunt. Longum foret enarrare, quot hisce miseriis, & afflictis temporibus, quibus omnia fremebant armis, successive ad nostrum Monasterium venerint; numeramus tredecem, quorum nomen, & cognomen nobis cognitum, & in quibus Monasteriis, maxime ex Imperio, & Bavaria, professi sunt, qui diutius apud nos hospitio, & studendi beneficio gratis gavisi sunt. Sed non tantum virorum Monasteriis multa bona illo tempore pro viribus suis exhibuit Albertus, verum etiam hospitalitatem expertæ sunt Moniales nostri ordinis ex Holzensi Monasterio in Suevia, inter Augustam, &

Dona-

Donawertam ſito, cujus integer Conventus Salisburgum fugit, & per undecim annos in loco, qui Pfeifergaſſen dicitur, habitavit, quibus Monialibus Albertus Abbas ſingulis fere diebus miſſam conſtituit, ultimis vero annis habitationem ad Monaſterium ſpectantem conceſſit, atque per annos omnino ſexdecim in parata pecunia, in cibo, frumento, & vino, atque in aliis domeſticis neceſſariis tot, & tanta beneficia contulit, quæ certo ad aliquot florenorum millia æſtimari potuerunt.

XVI. Quam etiam ab anno 1645. usque ad annum 1650. erga Advenas & exules ex Auſtria, & Bavaria?

Poſtquam vero Mars in Imperio circa annum 1645. pacatior fuiſſet, Auſtriam inferiorem invaſit, Duce Dorſtenſonio, Suecicus exercitus; unde tantus iterum fugientium Religioſorum accurſus fuit ex Auſtria, quantus fuit annis prioribus ex Imperio, & vicina Bavaria. Inter alios etiam Moniales Imbacenſis ord. S. Dominici prope Crembſium advenerunt, & ab Alberto auxilium, & ſui exilii levamen petiere, quibus proin hoſpitium conceſſit in domo noſtra prope Petersbronn in villa Eggerina, ubi per ſesqui annum fere moratæ magnam Alberti liberalitatem, etiam in victualibus, expertæ ſunt. Anno poſtea 1648. Menſe Junio, cum Sereniſſimus Bavariæ Dux poſt fœdus amicitiæ cum Galliæ Rege initum contra Imperatorem Ferdinandum III. a ſuo fœdere reſiliiſſet, & Imperatori ſe rejunxiſſet, ex Regis Galliæ nutu exercitus Suecicus, Gallo confœderatus, Bavariam invaſit, atque omnia devaſtavit de novo; ubi tantus accurſus exulantium Bavarorum Salisburgum venit, ut fere homines in civitate non amplius haberent ſufficientia habitacula; tunc etiam ipſe Maximilianus Sereniſſimus Dux cum integra ſua aula, & fere tota civitate Monacenſi Salisburgum fugit, omniaque ſua bona ſecum attulit, & Alberto Abbati noſtro pleraque in depoſitum tradidit, uti etiam Patres Societatis, ipſa provincia Bavarica, & innumeri nobiles, & Barones ſua mobilia Alberto in fidem, & depoſitum cuſtodienda tradiderunt. ex quibus omnibus nec unicus numulus fuit amiſſus, quamvis circa tam in comparabilem theſaurum cuſtodiendum non exiguas curas ſuſtinuerit Albertus; in quo bellico Bavarico tumultu etiam Moniales Chiemenſes fugerunt Salisburgum, quarum etiam novem cum Holzenſibus per duos menſes in Monaſterio noſtro ſuſtentavit. Has, & ſimiles gravis hoſpitalitatis curas ſuſtinuit Albertus ab anno 1632. ferme usque ad annum 1648. quo tandem anno, largiente Deo, Pax univerſalis conſtituta, & promulgata fuit. Inter quas tamen haud exiguas expenſas nihil remiſit Albertus de hoſpitalitate, etiam reſpectu aliorum amicorum, & familiarium, nec non vicinorum, quibus omnibus ipſum ſæpiſſime viſitantibus, cum omni amicitiæ demonſtratione, inſerviit, atque in omnibus juvare aut conſilio, vel auxilio ſtuduit. Pollebat enim Albertus Abbas primis præſertim annis magna authoritate apud Principem, quod non ignorabant illi qui ſæpius, apud Principem gratiam reperturi, Albertum tanquam Patronum adhibuerunt, qui raro ſine obtenta gratia, quam petebat, vacuus redibat, adeo quidem, ut nonnunquam Princeps Illuſtriſſimus, & Clementiſſimus eidem objiceret, quod ſemper pro aliis gratiam peteret, nunquam autem pro ſe, & ſuo Monaſterio.

XVII. Et denique quam miſericors, & liberalis fuerit erga afflictos, & pauperes Albertus? exponitur.

Parem benignitatem, & miſericordiam aliisque afflictis, & pauperibus extra belli tempora exhibuit Albertus noſter. Vivebant ſucceſſivis annis in Monaſterio aliquot etiam magnæ authoritatis perſonæ eccleſiaſticæ, quæ variis afflictionibus, & tribulationibus prægravatæ ſuis etiam honoribus iniquo fato pulſæ fuerunt. Illis Albertus Abbas aliquo tempore non tantum hoſpitium præbuit verum etiam ut plurimum eos animavit, ut ſuas tribulationes & perſecutiones viriliter ferrent, eosque ſaltem conſolari ſtudebat verbo, quos juvare non poterat auxilio. Refert vitæ Alberti Scriptor D. Amandus Abbas noſter c. 11. fol. 132. quod præfatus Abbas Albertus inſigne beneficium interceſſionis apud Illuſtriſſimum Principem Paridem exhibuerit cuidam Domino Joanni Chriſtophoro Abbati Corbeicenſis Monaſterii in Weſtphalia, qui iniquis belli injuriis, atque hæreticorum factione a ſua Abbatia expulſus fuit. Abbas iſte Albertum, quem ſciebat multum valere apud Principem, adiit, an ipſus in Perſona, an per litteras non conſtat, petiitque, ut ab Illuſtriſſimo Principe impetraret interceſſionales ad Summum Pontificem, & Auguſtiſſimum Imperatorem, ut ſuæ Abbatiæ reſtitueretur. Lubens in ſe ſuſcepit hoc negotium Albertus Abbas, & impetravit elegantiſſimas litteras interceſſionales ab Illuſtriſſimo Principe Paride ad Summum Pontificem Urbanum VIII. & ad Imperatorem Ferdinandum II. nec non ad Cardinalem quemdam Bandini. Has litteras, niſi longiores eſſent, merito hic inſcriberem, ait ſupra dictus vitæ compilator Abbas Amandus, ſolam tamen ad Urbanum VIII. Epiſtolam datam inſerere placuit, ex qua videre eſt, quantum Princeps, & Achiepiſcopus Paris noſtro ordini addictus fuerit. Nos damus copiam litterarum ad SS. Pontificem ex MSSto fide digno, ubi ita legitur:

„Sanctiſſime & Beatiſſime Pater.

„Appellat Beatitudinem veſtram tam„quam communem Patrem venerabilis mi„hi dilectus amicus Joannes Chriſtophorus „Eccleſiæ Corbeicenſis Abbas, contra ju„ris ordinem, legitima Prælatura ſua de„pulſus, & afflictus poſt multam malorum „hyemem hoc juſtitiæ ſole ſe recreandum „confidens. Et licet ſpe cauſæque bonita„te plenus dubio ſit procul, nihilominus & „opem meam humillimam ſedulo implorat; „ſuadet quidem toti orbi cognita Beatitudi„nis

„nis Veſtræ æquitas ſuperſedere labori, vin-
„cit tamen calamitas ſupplicantis, eaque
„immerita vincit, quod nobile membrum
„Divi Benedicti ſit ordinis, cui ego me cum
„mea metropoli plurimum debere lubens
„merito fateor; id enim vitæ inſtitutum fun-
„dator, & Patronus Eccleſiæ noſtræ S. Ru-
„pertus tenuit, aſſuevitque exin præfatus
„ordo longa ſerie in rebus arduis conſilium
„vel auxilium quale quale etiam hoc efflа-
„gitare. Ejus igitur negotium Beatitudi-
„ni Veſtræ de meliori nota commendo, red-
„det ipſe mecum & S. Benedictinorum Pa-
„trum ordo debitam obedientiam, peren-
„nesque preces, ſupremus autem juſtitiæ
„arbiter omnia fauſta, quibus adminiculis
„perennabit feliciter, & vivet Beatitudo
„Veſtra, cujus ego pedes humiliter ex
„oſculor. Salisburgi die 30. Martii anno
„Domini 1628.

„Sanctitatis Veſtræ.

„Humillimus & obedien-
„tiſſimus Paris Archi-
„epiſcopus Salisburgen-
„ſis".

Eodem fere tenore, & ſenſu, mutatis mutandis, in lingua vernacula litteras direxit altefatus Princeps ad Auguſtiſſimum Imperatorem Ferdinandum II. ſub. 29. Martii eodem anno; pariter ad Cardinalem Bandini mittebatur recommendatio perſonæ, & cauſæ Italico idiomate, quas commendatitias litteras a Principe Paride obtinuit Abbas noſter Albertus bono, & afflicto Abbati depulſo, quibus adjutus denique etiam ſuæ Abbatiæ effective reſtitutus fuit. Sed haud ſufficientes ſumus, & aſſequamur alia ſuæ libertalitatis erga afflictos; & pauperes teſtimonia, præſertim quas eleemoſynas diſtribuerit non tam in vino, & frumento. quam etiam in parata pecunia, id enim adeo etiam communi plebi notum erat, ut ad Albertum pauperes, & deſolatæ viduæ accurrerent ſingulis fere diebus; certum pariter eſt, quod, cum per annum aliquot centum florenos expenderet, ad multa florenorum millia per annos triginta, quibus Monaſterio præfuit, hæc ſumma in pauperes diſtributa excreſceret. Propter hanc tamen libertatem, quam etiam ſingulis annis ſenſerunt in vino & frumento Monaſteria mendicantium, & propter tam eximiam, erga omnes, hoſpitalitatem Monaſterii ſubſtantia non decrevit, ſed aucta eſt. mirabili Dei providentia, qui ſperantes in ſe non dereliquit Sed nunc ad alia tranſeamus

XVIII. Præter hæc anno 1626. iniit transactionem circa proviſionem, & ſepulturam noſtrorum familiarium,

Deſcripſimus hactenus curam, & ſollicitudinem, quam Albertus Abbas tam domeſticis, quam exteris impendit, quæ tamen opera intra domeſticos agitata fuerunt parietes. Nunc & de aliis agendum, quæ Abbas Albertus domi, foriſque tum pro Monaſterii ſibi commiſſi, quam etiam pro boni publici utilitate laudabiliter præſtitit; & ne in tanta actorum multitudine oriatur confuſio, quantum fieri poteſt, juxta ordinem chronologicum Alberti reſidua acta recenſebimus. Primo igitur anno ſui Abbatialis Regiminis anno 1626. 16ta Novembris compoſuit controverſiam Albertus Abbas de jure Parochiali circa proviſionem noſtrorum familiarium, & eorum ſepulturam, quam controverſiam moverunt duo admodum RR. Domin. Capellani civici Magiſter Simon Hafner, & Joannes Jacobus Kneisl SS. Theol. Licentiatus. Res devoluta ad Reverendiſſimum officium, & deciſa tali conditione, ut inpoſterum intra ſepta Monaſterii habitantes, ſanctiſſimis Euchariſtiæ, & extremæ unctionis Myſteriis, etiam tempore peſtis a Monaſterii Patre conventuali providerentur, & defuncti ſepelirentur; reliqui vero famuli extra Monaſterii ſepta habitantes quoad Parochialia capellanis civicis ſubjecti eſſent. Adſunt litteræ transactionis membraneæ tam ſigillo Reverendiſſimi officii, quam & Abbatis ad S. Petrum roboratæ quæ ſic ſonant:

„Zu wüſſen, als zwiſchen dem Ehrwürdigen
„in GOtt Herrn Alberto Abbten des Gotts-
„hauß S. Petri alhir in Salzburg an ainem;
„ſodan M. Simone Hafner, und Johann Ja-
„cob Kneysl Theologiæ Licent. iezigen Statt
„Caplanen für Sy und ihre Nachkomblingen
„am andern theil, ſich ſtritt Irrungen und Miß-
„uerſtand dahero eraignet, indeme wolermel-
„ter Herr Abbt berechtigt zu ſein vermainen wol-
„len, ſeine Bediente, Cloſter Leut nit allain
„in der Noth und auſſer deren, mit denen hoch-
„hailigen Sacramenten aus Mitl ſeiner Con-
„ventualen verſehen, ſondern auch, da die-
„ſelbe ihr zeitliches Leben geendet haben wur-
„den, durch die ſeinige zur Erden beſtätten zu
„laſſen, deren jedoch Keines die Statt Caplan
„beſtändig ſein, oder ihme Herrn Abbten ein-
„raumen khönten; ſondern als den Pfärlichen
„rechten und gerechtigkeiten allainig zuſtändige
„fäll widerſprachen, ſolche ihr Mainung auch
„mit mehren behaubten wollen. Daß demnach
„durch vermittlung des Hochf. Salzburgeriſchen
„Conſiſtori beede Thail mit ihrem guten willen
„und Belieben auch an ſeiten Herrns Abbtens
„mit Vorwiſſen, und einwilligung des Con-
„vents auf ſein ſtett ewiges ende verglichen
„und für ainander gebracht, auch ſolche Miß-
„hell- und irrungen auf folgente weiß alle din-
„gen abgethan und aus dem weeg geraumet
„worden. Benanntlichen, daß uill woller-
„wenthen Herrn Abbten unuerwehrt ſein ſolle,
„ſeine Bediente, Kloſterleit, welche ſich in des
„Gottshauß oder Kloſter Mauren, oder Be-
„griff unmittbar befinden, mit den hochheiligen
„Sacramenten verſehen, und auf erfolgten
„Todt dieſelbige ohne Zuthuung der Statt Ca-
„planen zu erden Catholiſchen Gebrauch nach
„beſtetten zu laſſen: wie dan auch ernannten
„Herrn Abbten auf begebenten Fall ainiger In-
„fection (ſo Gott gnädiglich abwenden wolle)
„denen obangeregten in des Kloſters S. Petri
„Mauren

„Mauren wonhafften und Bedienten, Kloster-
„leiten mit allen geistlichen Remediis gebierente
„Vorsehung zu laisten obligen will, vorange-
„zogene erthailung der Hochheiligen Sacra-
„menten aber bei anderen Klosterdieneren, so
„sich ausser des klösterlichen Begriffs, in Woh-
„nungen, weme die auch zugehörig seind, be-
„finden, und deren Begräbnuß der Statt-
„Pfarr oder Caplänen zustehen und gebieren,
„ihnen den Statt Caplänen auch der Herr Abbt,
„noch jemand anderer von seinet wegen, nit un-
„hinder- sondern vielmehr befürderlich sein sol-
„le, und wolle, daß Sy wegen zu österlicher
„Zeit den Christlichen Gehorsamb gemeß ver-
„brachte Beicht und Communion Zetl, aller-
„massen von Innen solches hergebracht worden,
„erforderen und einbringen mögen. Bei wel-
„chem es hinfüran sein stettes und ewiges
„Verbleiben haben, uill wolerwehnter Herr
„Abbt seinen Nachkommlingen und Conuent
„sich dise Fällen anders nicht als wür vermelt,
„anemmen, die Statt-Caplän ihme hieran
„auch nit eintrag thuen, noch sich zu beklagen
„ursach haben, sondern ein ieder Theill darbei
„ohne außred oder Vorwendung anderer Be-
„helf, wie solche Nammen haben möchten, un-
„uerbrüchlich gelassen werden solle. Getreulich
„und ohne Gefehrde. Dessen zu mehrer Be-
„cräfftigung sein hieriber zween gleich lautende
„Recess aufgerichtet, und denenselben von we-
„gen ob- berierter Statt-Caplan und aller deren
„Nachkömlingen das grösser Consistorial In-
„sigl angehangen worden. Beschehen zu Salz-
„burg den sechszehenden Monaths tag No-
„vembris im ain tausent sechs hundert und in
„dem Sechs und zwainzigsten Jahre.

Sigillum Reverendissimi officii.

Sigillum Alberti Abbatis & Conuentus.

XIX. Et anno 1627. curavit aperiri sepulchra & elevari reliquias S. Ruperti, & S. Vitalis,

Anno Domini sequenti & primo Regiminis vix finito, ut Abbas Albertus a SS. Patronis & fundatoribus nostris S. Ruperto & S. Vitale felix sibi regimen obtineret, constituit statim ad initium post electionem peculiarem ipsis exhibere honorem, præsertim, cum videret Illustrissimum Principem Paridem singulari devotione ferri erga S. Rupertum & S. Vitalem. Quare, ut etiam ecclesiam amplius exornaret, obtinuit a Clementissimo Principe & Ordinario licentiam aperiendi sepulchrum S. Ruperti, atque thesaurum sacratissimum, si quem inveniret, elevandi, majorique honore prosequendi imposterum. Placuit propositum Principi, præcipue, cum anno sequenti in animo haberet translationem S. Ruperti instituere; quare ut omnia cum requisita solennitate fierent, ab Illustrissimo Principe Commissarius Archiepiscopalis deputatus fuit cum Notario publico & testibus. Hi ergo requisiti cum D. Alberto Abbate ad sepulchrum S. Ruperti se contulerunt anno supra dicto die 22. Mensis Junii, quod sepulchrum cancellis ferreis erat inclusum & circumdatum; intra cancellos autem super lapidem sepulchri steterat tum temporis illa lignea tumba, quæ hodie in capella S. Viti in pariete videri potest. Amota tumba, & cancellis apparuit lapis ille rubeus marmoreus cum inscriptione: „Ab Incarnatione „Domini DCXXIII. in die Resurrectionis „ejusdem obiit S. Rupertus hujus monaste-„rii fundator, & primus Salisburgensis epi-„scopus hic sepultus;„ qui lapis marmoreus olim quatuor columnellis sustentabatur, quibus equidem in quatuor angulis etiamnum sustentatur, quamvis columnellæ hodie sint immersæ parietibus, quibus sepulchrum est incinctum, & inclusum, qui parietes primum annis sequentibus fuerunt positi, ut intus lampadibus exornari posset sepulchrum, sine læsione altaris: post amotum lapidem rubeum marmoreum invenerunt impolitum, & grave saxum, quo iterum remoto comparuit ipsa fossa, seu sepulchrum S. Ruperti ex durissima petra excisum, quæ fossa sex pedes, & trientem longa hodiedum integra videri potest. In medio hujus fossæ reperta est auricula ex quercino ligno, duos fere pedes longa, cum ligneo operculo, in qua proinde aperta inventæ sunt quædam particulæ cum sindone tincta, simulque lamina plumbea cum inscriptione: Reliquiæ S. Rudberti Episcopi, & confessoris, quæ omnia per Notarium publicum conscripta fuere. Arcula repositis reliquiis occlusa, per Notarium in sacristiam deportata fuit; quæ reliquiæ sequenti anno 1628. cum ipsa lignea arcula pretiosæ tumbæ, ex argento, & Ebeno affabre factæ impensis Illustrissimi Archiepiscopi inclusæ sunt, ac postea Altari noviter super sepulchrum erecto, intra ferreos cancellos conclusæ, depositæ fuerunt, ubi etiam hodie, quamvis aliter structo altari, in summa veneratione habentur. Quantum autem gaudium tum Illustrissimus Princeps Paris, tum D. Albertus Abbas habuerint in tanti thesauri inventione, haud facile scribendo assequimur: duas particulas de his reliquiis Clementissimus Ordinarius, & Princeps Paris papyro inclusas, & sigillo suo munitas extra loculum nobis reliquit, ut in peculiari reliquiario ad populi devotionem exponi possent, quæ etiam in parvulam cistam argenteam, & deauratam, inciso crystallo armatam inclusæ fuerunt, ut in festis S. Ruperti devotioni populi exponi valeant; uti etiam exponuntur ad majorem Dei gloriam, & sancti Ruperti honorem. Verum non sufficiebat Alberto Abbati honorem fuisse impensum fundatori, & primo Abbati S. Ruperto, nisi etiam specialem honorem exhiberet alteri Patrono nostro, primo ejusdem spirituali filio, & successori, beatissimo Vitali, qui jam tunc a multo tempore miraculis inclaruerat, ac peculiaris afflictorum, & pauperum Patronus habebatur; quare petiit ab Illustrissimo Principe Paride,

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

qui alias ad similes antiquitates eruendas & luci subinferendas summum habebat desiderium, ac specialem gerebat devotionem erga S. Vitalem, licentiam aperiendi sepulchrum, & inquirendi sacrum corpus S. Vitalis, de quo ferme nulla habebatur notitia, an adhuc aliquid de eodem reliduum esset in sepulchro. Obtenta fuit licentia, deputati Commissari, & testes, in quorum præsentia eodem anno die 9. Julii omnia cum debita solennitate fuerunt peracta, & a Notario exacte conscripta. Nos tam de elevatione SS. Reliquiarum S. Ruperti in ejusdem vita n. XXIV. quam de aperto sepulchro, & elevatis reliquiis S. Vitalis in vita ejusdem n. XII. & seq. ampliorem fecimus descriptionem, in quibus locis etiam copias instrumentorum apud nos in originali exstantium de verbo ad verbum allegavimus, ut adeo hanc utramque elevationem Reliquiarum S. Ruperti & S. Vitalis utpote sub Alberto Abbate anno 1627. factam tantum obiter hic adnotasse sufficiat. Unde his recensendis, quæ illo tempore agebantur, haud amplius immoramur, sed ad alia pergimus.

XXI. Anno 1630. confraternitatem S. Scapularis, & anno 1631. eandem de Rosario B. V. M. instituit.

Dum igitur ad alia acta Venerabilis Alberti Abbatis nostri progredimur, invenimus, quod anno 1630. singularem suam devotionem erga sanctissimam Dei Matrem ostenderit, dum curavit institui confraternitatem S. Scapularis Beatissimæ Virginis de monte Carmelo, quamvis non solenniter, sed solum ab ordine Carmelitano impetravit potestatem benedicendi, & distribuendi sacra Scapularia, quæ inter fideles hujus civitatis homines tantam devotionem excitavit, ut vix ulla persona illo tempore superfuerit, quæ non dederit suum nomen huic sacræ fraternitati, & apparet etiamnum singulis annis innumerabilium hominum devotio in festo sacri Scapularis die decima sexta Julii singulis annis celebrari solito, in quo festo quamplurimi fideles ad Ecclesiam nostram occurrunt, & post depositam confessionem sacra quoque synaxi se reficiunt; quæ etiam causa fuit, quod jam ab illo tempore pii cultores varia honoraria & dona votiva dederint ad altare beatæ Virginis. Concessa fuit primitus hæc licentia a PP. Carmelitis Straubinganis, & quidem tantum ad certum numerum personarum, postea a triennio in triennium concessa per Patres Provinciales sine restrictione ad certum numerum personarum; sequentibus autem annis, anno nimirum 1652. data fuit licentia plena a R. P. Antonio Philipino Romano Carmelitarum antiquæ observantiæ Generali. Anno sequenti D. Abbas Albertus ab Illustrissimo Ordinario petiit licentiam, ut posset etiam erigi confraternitas sacratissimi Rosarii, quæ facultas etiam data fuit per decretum a Reverendissimo officio 2. die Aprilis anno 1631. hoc verborum tenore:

„Des Hochfürstlichen Salzburgerischen „Consistorii zu den geistlichen Sachen verord„nete Präsident und Räth ꝛc.

„Unseren Gruß und freundlichen Dienst zu„vor, Ehrwürdiger in Gott beson„ders lieber Herr und Freund.

„Es ist dem Hochwürdigisten Fürsten unseren „ gnedigisten Herrn zu Salzburg euer ge„horsamste Bitt wegen aufrichtung der Bruc„derschafft SS. Rosarii unterthenigist referirt „worden; wan dan hechstgedacht Ihr Hoch„fürstlich Gnaden dieses Gott wolgefällige „werkh genedigist belieben, und darein consen„tiren; als wißt ihr in selbigen nunmehro feh„rer zu verfahren, und wir seind euch beneben „mit freundlichen guten willen wol beigethan. „Salzburg den 2. April anno 1631.

„Johann Marx von Aldringen.

Quamvis autem erectio confraternitatis concessa fuerit pro monasterio, attamen eadem S. Confraternitas ex nostro monasterio ad collegium post novam aulam academicam ædificatam translata fuit, ubi in suo vigore persistit, & quolibet anno prima Dominica Octobris hæc festivitas solenni ritu celebratur.

XXII. Anno 1631. confirmatus fuit Visitator generalis omnium monasteriorum nostri ordinis in hac diœcesi.

Ad eundem annum 1631. legimus, quod Abbas Albertus ab Illustrissimo Principe & ordinario nostro Clementissimo confirmatus fuerit per decretum Visitator Generalis omnium monasteriorum nostri ordinis utriusque sexus per totam Diœcesin, in quo charactere jam prius anno 1629. oretenus fuit denominatus, uti ex sequenti decreto a Reverendissimo officio die 22. Septemb. anno 1631. ad Albertum Abbatem directo colligi potest: tenor decreti in originali exstantis sequens est:

„Des Hochfürstlichen Salzburgerischen „Consistorii zu den geistlichen Sachen verord„nete Præsident, und Rath ꝛc.

„Unseren Grueß und freundlichen Dienst zu„vor, Ehrwürdiger in Gott beson„ders lieber Freund.

„Es ist zwar dem Hochwürdigisten unserem „ gnedigsten Fürsten und Herrn zu Salz„burg ꝛc. wegen unlangsteren euren begehren, „darinnen ihr um Entlassung a munere Visita„toris euers St. Benedicti Ordens Klöster di„ses Hochlöblichen Ertzstiffts Salzburg, unter„thenigist gebetten, umbständiglich referirt wor„den, wann aber dieselbe dermahlen Euer Per„son zu entlassen nit gedenken, sondern uillmehr „gnedigist wöllen disem hailsamen werckh mög„lichist nachzusetzen; als habt ihr zu solchen En„de hiemit beiligunde original Concession auf„bestimmte 3. Jahr lang in Gnaden abermahleu „zu empfangen, darnach ihr euch dan zu rich„ten, und weutere Notturfft dißfalls vorzunem„men werdet wissen, und wür verbleiben euch „mit freundlichen gueten willen gewogen. Salz„burg den 22. Septembris Anno 1631.„

„Albertus Widman.

Ex

Ex quo decreto apparet, Albertum jam antea fuiſſe conſtitutum Viſitatorem, ipſumque tædio occurrentium difficultatum deterritum petiiſſe ab eo officio liberari; verum hac vice per decretum fuit confirmatus in officio, cum prius tantum forte oretenus a Principe fuiſſet conſtitutus Viſitator, in quo officio etiam per annos omnino duodecim, usquedum congregatio Benedictina Salisburgenſis erecta fuit, ad annum circiter 1641. permanſit. Litteræ autem Archiepiſcopali manu ad hoc Viſitatoris munus, præſertim in monaſteriis monialium, ſubſcriptæ jam fuerunt ab Illuſtriſſimo Paride 30. Junii 1629. De quibus non conſtat, an prius jam acceperit Albertus Abbas ante annum 1631. an vero remiſerit ad Reverendiſſimum officium, ita ut pro triennio rurſus ad ſuum Viſitatoris officium exercendum acceperit. Nos damus copiam hujus conceſſionis in originali exſtantis, de qua conceſſione in ſupradicto decreto mentio facta fuit.

„Pariß von Gottes Gnaden Erzbiſchoue
„zue Salzburg Legat des H. Stuels
„zue Rom ꝛc.

„Demnach wir den würdigen unſeren beſon-
„ders lieben in Gott und getreuen Alber-
„tum Abbten des Cloſters S. Petri alhir zu ei-
„nen Viſitatorn deren Gottsheuſer und Clöſter
„Ord. S. Benedicti insgemein durch unſer gan-
„ze Dioeces beſtellet und verordnet, als erthai-
„len wir ihme hiemit auch den Gewalt, daß er
„ſich neben denjenigen, deren er zur ſolcher
„Verrichtung vonöthen haben würdet, bei de-
„nen Frauen Klöſtern in die Clauſur, ſo offt es
„die Nottdurfft erhaiſchet, begeben möge. Ge-
„ben in unſer Haubt Statt Salzburg den 30.
„Monaths tag Junii Anno 1629.

„Pariß.

XXII. Cui officio per annos omnino duodecim non ſine multis curis & laboribus præfuit,

Per hæc & ſimilia decreta magnam poteſtatem obtinuit Albertus Abbas ab Illuſtriſſimo Principe, & Ordinario, quæ tanta fuit, ut per ſe ſolum poſſet viſitare, decernere, ſtatuere circa regularia, prout illi neceſſarium videbatur, cum hac ſolum reſtrictione, ut & de ſtatu, & diſpoſitione facta per viſitationem ex Protocollo ſolummodo oretenus referret. Quanta vero bona Albertus in hoc ſane laboribus pleno officio præſtiterit, quanta ſuſtinuerit, quales itineris moleſtias, aliaque tædia exantlare debuerit, colligi poſſet ex actis innumeris viſitationum, & cumulis litterarum, quæ in hoc Viſitatoris negotio expeditæ fuerunt. Monaſteria enim utriusque ſexus noſtri ordinis in eam formam, & ſtatum reduxit, quo & communis diſciplina, & obſervantia S. Regulæ eſſet accuratior, & animorum conſenſus, & concordia firmior, & validior, per quæ religioſi laudem, & commendationem promererentur apud exteros, & inter ſe tranquillitate, & fraterna concordia frue-rentur uberius. Inſuper ſummopere ſtuduit famam, & æſtimationem in rebus ſpiritualibus monaſteriorum noſtrorum, & Dominorum Abbatum augere, promovere, conſervare, & ſi neceſſum fuit, contra malevolorum ſugillationes tueri; ſemperque ſua interpoſitione, qua multum valebat apud Principem, eorundem partes, & perſonas defendere. Inſuper patrocinia omnium monaſteriorum in ſe ſuſcepit, quidquid habebant, ſive actiones, & cauſas, ſive negotia odioſa, & favorabilia, in quibus omnibus Albertus velut communis Patronus requirebatur, qui etiam omnia cum magna cura, & ſollicitudine egit, & tractavit, ſive apud Illuſtriſſimum Principem, & Ordinarium, ſive apud quoscunque alios, & plerumque cum magno emolumento monaſteriorum, & bono ſucceſſu, ad finem perduxit exoptatum. Quam ob cauſam, cum talibus curis, & negotiis continuo fere occuparetur, & obrueretur, dicere ſæpius ſolebat, uti teſtabatur P. Gregorius Prior ſupra allegatus, qui hæc ſcriptis reliquit, ſe plus occupari, & gravari curis alienis, quam domeſticis, & plus laboris, & ſudoris ſibi eſſe cum privatis monaſteriorum cauſis, & negotiis, quam cum illis, quæ immediate ad monaſterium ſuum ſpectabant. In electionibus etiam Abbatum, quibus plerumque interfuit in, & extra proviſiciam, illis nimirum monaſteriis, quæ ad Diœceſin ſpectant, omnem operam, & prudentiam adhibuit, ut conventualium animos ad unionem cohortaretur, ut de gremio ſine ambagibus Abbatem habere poſſent. Multa pariter dicenda forent de variis laboribus, & continuis perturbationibus, quas ſuſtinuit in viſitatione monaſteriorum monialium noſtri ordinis, de quibus magna actorum copia exſtat, quæ nimirum in variis viſitationibus acta, & ventilata fuerunt, quibus tamen recenſendis immorari haud volumus. Atque in hoc laborioſo officio per annos omnino duodecim ſtetit usque ad erectionem novæ congregationis Benedictino Salisburgenſis, authoritate, & conſenſu Illuſtriſſimi Paridis Archiepiſcopi anno 1643. erectæ, & ſtabilitæ, de qua infra plura erunt dicenda, poſtquam quædam expoſuerimus de memorabili illo Abbatum conventu Ratisbonenſi anno 1631. incœpto, ex quibus patebit, quantum etiam Albertus pro bono ordinis laboraverit, licet totus ille labor pro generali quadam confœderatione noſtri ordinis in Germania promovenda in vanum abierit.

XXIII. Poſt præliminarem DD. Abbatum in negotio noſtri ordinis Ratisbonæ congreſſum, qui fuit anno 1630,

Dictum quidem fuit, quod Albertus Viſitator generalis fuerit in omnibus monaſteriis utriusque ſexus noſtri ordinis in tota Diœceſi Salisburgenſi, cui officio utique per tot annos non ſine magnis curis, & laboribus præeſſe potuit; attamen hi ipſi non vulgares labores aliis longe gravioribus, qui & pretioſi fuerunt, ſubſequentibus annis intermiſcebantur. Legimus enim in actis Alberti, quod eodem adhuc anno 1631.

cum P. Matthæo Weiſs Rectore Magnifico, & Patre Romano Molitore, poſt jam habitum anno 1630. Ratisbonæ aliorum Abbatum præliminarem congreſſum, denuo illuc, & rurſus Dilingam, & Mersburgum ad Ordinarios Auguſtanum, & Conſtantienſem fuerit profectus in negotio S. Ordinis noſtri, ad quod promovendum, & ineundam generalem aliquam monaſteriorum confœderationem illo anno Ratisbonæ conventus Abbatum fuit conſtitutus. Ut vero de hoc negotio, in quo Albertus Abbas utplurimum fuit occupatus, amplior habeatur notitia, nos ex actis, quæ ſat copioſa de hoc conventu Ratisbonenſi exſtant, ſequentem damus ſynopſin: Poſtquam circa annum 1623. ut in præcedentibus dictum fuit, Univerſitas Salisburgenſis ab Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Paride Lodronio pro noſtro S. Ordine conſtituta fuiſſet, & tum temporis aliquot prudentiſſimi, & doctiſſimi viri ac luminaria in nonnullis noſtri ordinis monaſteriis florerent, & lucerent, inter quos Joannes Bernardus Princeps & Primas, Abbas Fuldenſis, Antonius Abbas Cremifanenſis Epiſcopus Viennenſis, aliique cenſebantur, quid apud Auguſtiſſimum Imperatorem Ferdinandum II. dum plurimum valebant, quique advertebant, S. Ordinem noſtrum in Germania eo deveniſſe, ut in cæremoniis, in habitu, & tonſura, nec non in reliquis cæremoniis regularibus adeo diſſiderent, ut non unus ordo, ſed plures eſſe viderentur, videbant inſuper illis temporibus adeo lupos rapaces inſidiari noſtris bonis, & monaſteriis, ut aſceteria hominibus deſtituta tum in manus hæreticorum, tum aliorum cum magno dedecore, & detrimento S. Ordinis devolverentur, & penitus ab ordine reſcinderentur, paterna miſericordia erga S. Ordinem commoti, multum apud Cæſaream Majeſtatem, aliosque magnos Principes, & demum apud ipſam etiam ſedem Apoſtolicam inſtitere, ut gratioſe concederetur licentia unionem quamdam generalem omnium Germaniæ monaſteriorum conſtituendi, & erigendi veluti congregationem quamdam communem ſub uno generali capite, ſub una diſciplina, iisdem moribus, & legibus dirigendam, ut noſter S. Ordo, diviſione hactenus deſtructus, tali conjunctione repararetur, & conjunctis viribus contra omnes adverſantium inſidias evaderet fortior. In eum finem intendebant antiquas congregationes Burſfeldenſem, Mellicenſem & Caſtellenſem conjungere in unam, & omiſſis hiſce nomenclaturis eandem communem & generalem Germaniæ congregationem indigitare. Hæc ſancta intentio noſtrorum DD. Abbatum eo vel maxime etiam tendebat, ut novella Salisburgenſis Academia tanto fortius fundaretur; neque deerat tunc temporis magna ſpes, inde tantum ordini noſtro eventurum eſſe emolumentum, ut non tantum Salisburgi, verum etiam in aliis quoque provinciis ſimilia, & communia ſtudia publica erigi poſſent, præſertim, cum nonnulli magni Principes in id proclives & benevolos ſe eſſe oſtenderent. In eam rem ad ſummum Pontificem litteras datas fuiſſe a Præſidente congregationis Burſfeldenſis, conſtat ex mandato ſummi Pontificis, quo ad illas litteras reſpondet, & mandat nuntio Apoſtolico Viennenſi, ut cum Cardinale Cleſelio, tum temporis in aula Imperatoris commorante, conferret, & quæ ſuper ea re tractaſſent, protinus ſummo Pontifici reſcriberent. In hoc eodem reſponſorio mandato de 9. Nov. 1627. allegantur concilia Lateranenſe cap. *in ſingulis* de ſtat. Monach. Viennenſe in Clement. *ne in agro*, Tridentinum cap. 8. ſeſſ. 25. de regularibus, quæ omnia jubent, ut Abbates Benedictini ſimiles inſtituant congregationes, & viſitationes, ut per ſimilia remedia reforment ordinem deperditum, aut conſervent reformatum. Verum quid interea Nuntius Apoſtolicus, & Cardinalis Cleſelius in hoc negotio in bonum noſtri Ordinis fecerint, & conſultaverint; non conſtat, fuiſſe tamen non male affectos erga noſtrum Ordinem, ut omnia in bonum ejusdem direxerint, & reſcripſerint, conſtare poterit ex eo, quia ex conceſſione SS. Pontificis, & Cæſaris paulo poſt conventus Ratisbonæ fuit inſtitutus, quamvis demum tota unio, vel potius intentio hujus unionis ineundæ, etiam a SS. Pontifice, fuerit ſequentibus annis caſſata, & annullata, ut dicemus. Quæ proinde in hoc negotio ab anno 1627. usque ad annum 1630. ſpecialiter agebantur, rurſus non legitur. Hoc autem certum eſt, quod anno 1630. menſe Octobri condixerint, & convenerint Ratisbonæ Domini Domini Abbates, & quidem Reverendiſſimus D. Joannes Bernardus Princeps, & Abbas Fuldenſis nomine congregationis Burſfeldenſis, cujus erat Præſidens, Dominus Antonius Abbas Cremifanenſis nomine congregationis Auſtriacæ, D. Michael Abbas Andecenſis, D. Lucas Abbas Prunevingenſis nomine DD. Abbatum utriusque Bavariæ, R. P. Romanus Hay profeſſus Ochſenhuſanus nomine congregationis Sueviæ. Hi præliminariter in perſona congregati Ratisbonæ collegere quædam puncta, quæ ad erigendam congregationem veluti præliminaria eſſent, quæque videbantur adeo difficilia, at ſola fere viderentur poſſe obicem ponere tam ſanctis cogitationibus. Quare ut ea puncta in futurum annum in pleno Conventu proponi poſſent, & mature ponderari, transmiſerunt ea omnibus Abbatibus, & quidem etiam Alberto Abbati noſtro, ſicut & cæteris hujus Diœceſis Salisburgenſis Abbatibus cum litteris invitatoriis, aut reſpective citatoriis, ut autipſi Abbates in propria perſona, aut per plenipotentes comparerent Ratisbonæ ad diem 20. Jan. 1631, quæ omnia in actis habemus unacum punctis, ſuper quæ dicto tempore deliberandum fuiſſet.

Poſt

XXIV. Etiam Albertus non tantum Salisburgo Ratisbonam 16. Januarii anno 1631.

Poſt acceptas litteras invitatorias, & citatorias tam Albertus Abbas noſter, quam & reliqui hujus Diœceſis Abbates eodem adhuc anno Illuſtriſſimo Principi & Archiepiſcopo Paridi obtulerunt ſupplicem libellum, cujus copia adeſt, quo humillime petierunt licentiam comparendi in eo Conventu Ratisbonenſi, ea cum proteſtatione, quod non intendant in minimo quidquam tentare, aut concludere, quod jurisdictioni ordinariæ poſſit præjudicare. Et ad talem inſtantiam obtinuerunt licentiam, immo Illuſtriſſimus Princeps, & Archiepiſcopus Paris multum gratulabatur, a Patribus Benedictinis tam ſanctas foveri cogitationes, ut non tantum ſuum ſacrum ordinem, quem multum amabat Ordinarius noſter Clementiſſimus, conſervarent, & ad priſtinum decorem perducerent, verum etiam videbat per hoc medium Academiam Salisburgenſem poſſe melius fundari, ſtabiliri & intra S. Ordinis limites conſervari. Porro accepta ab Ordinario noſtro Celſiſſimo gratioſa licentia, non intermiſere noſtri Abbates habere inter ſe conferentias, qua ratione inſtanti Capitulo Ratisbonenſi ſubmitterent aliquos aut Abbates, aut alios ſufficienti authoritate inſtructos, quare menſe Novembri dicto anno 1630. convenerunt in Monaſterio Seeonenſi aliqui Domini Abbates & collectis votis duos elegerunt Abbates, qui ipſi in perſona comparerent in Conventu Ratisbonenſi, nimirum D. Albertum Abbatem noſtrum & D. Urbanum Abbatem Admontenſem; ſed quia ad initium anni 1631. publicatus fuit conventus provincialis in Styria, ab hoc negotio ſe excuſavit Dominus Abbas Admontenſis, & totum ſuum votum in noſtrum Albertum transtulit, datis inſuper ea de re ſub 13 Jan. 1631. litteris etiamnum exſtantibus. Totum igitur negotium in bonum Albertum noſtrum delatum eſt ex voto DD. Abbatum, qui & eidem adjunxere R.P. Romanum Molitorem Theologiæ tunc temporis Profeſſorem & Seminarii Regentem, Profeſſum Seeonenſem, qui & ab aliis Abbatibus litteras ſufficienti authoritate inſtructas accepit. Dum hæc agerentur, & Albertus Abbas ſeſe pararet itineri Ratisbonam verſus, licet multæ occurrerent difficultates, quas facile prævidebat Albertus, pro bono tamen communi totius ordinis libenter hanc provinciam in ſuos humeros ſuſcepit, & ſæpe titubantem in hoc negotio confirmarunt valde amicæ litteræ Reverendiſſimi Domini Antonii Abbatis Cremifanenſis datæ 8 Jan. 1631, in quibus litteris DD. Abbas Antonius ſcribit Abbati noſtro Alberto, tam Imperatorem, quam & Electorem Bavariæ pronos eſſe in hanc unionem, nomine etiam Auſtriacæ congregationis, quæ non pridem, anno videlicet 1625. ab Urbano VIII. confirmatata fuerat, deſignatum fuiſſe Dominum Antonium Abbatem Garſtenſem, quibus proinde Albertum monet, & hortatur, ut ad Conventum Ratisbonenſem dignetur comparere. His aliisque motivis noſter Albertus convictus, manus dedit, & 16ta Januarii anno 1631. Salisburgo Ratisbonam abiit, ut 19na ejusdem veſpere ibi comparet, & indicto pro 20. die Januarii conventui intereſſe poſſet.

XXV. Ubi primum Capitulum in præſentia multorum Abbatum a 20. Jan. usque 23. anno 1631. fuit celebratum,

Quare ad indictum conventum, tot votis DD. Abbatum deſideratum, convenere Reverendiſſimi DD. Præſules: Videlicet Illuſtriſſimus Dominus Joannes Bernardus Princeps, & Abbas Fuldenſis Auguſtæ Archicancellarius, & Primas per Germaniam & Galliam; Reverendiſſius Dominus Martinus Abbas Monaſterii S. Mauritii, Reverendiſſimus Dominus Fridericus Archi-Abbas Haſſefeldenſis Protonotarius Apoſtolicus nomine ſuo, & totius numeroſæ congregationis Burſfeldenſis; Item nomine Illuſtriſſimi Principis Domini Joannis Eucharii Abbatis Campidonenſis comparuit Nob. ac P. R. D. Joannes Georgius a Langenek. Inſuper Dominus Bartholomæus Abbas Imperialis Monaſterii Ochſenhuſani, Viſitator per ſuperiorem Sueviam, nomine ſui, & Monaſteriorum Weingartenſis, Zwifaltenſis, Peterhuſiani, Wiblingenſis, Augiæ Majoris Isnenſis, S. Petri in Sylva Hercinia, S. Georgii & S. Trudberti ibid. Diœceſis Conſtantienſis. Ex Auſtria Reverendiſſimus Dominus Antonius Abbas Garſtenſis S. Cæſ. Majeſtatis conſiliarius, & in Auſtria ſuperiori deputatus Ordinarius; nec non A. R. Dominus P. David Cornerus SS. Theologiæ Doctor, Prior Gottwicenſis, nomine Monaſteriorum utriusque Auſtriæ. Denique noſter Dominus Albertus Abbas nomine tam noſtri, quam aliorum hujus Diœceſis Monaſteriorum, ſcilicet Admontenſis, S. Pauli Lavantinæ Vallis, Oſſiacenſis in Carinthia, Seeonenſis, S. Viti, & Michael-Burani, nec non nomine Univerſitatis noſtræ clariſſimus Dominus P. Romanus Molitor, religioſus Seeonenſis, SS. Theologiæ Doctor, & Archiepiſcopalis Seminarii Salisburgenſis Regens. Hi igitur Ratisbonæ congregati in ædibus Domini Joannis Vogelii civis Catholici per triduum & amplius ſuper quædam puncta deliberarunt, quæ adhuc in actis manu propria ſubſcripta a ſingulis adſunt, quæ & nos ad majorem hujus negotii dilucidationem ſubjicimus:

Puncta in primo Capitulo Ratisbonæ anno 1631 20. 21. 22. & 23. Januarii celebrato deliberata & concluſa.

Primo: Propter utilitatem & neceſſitatem totius Germaniæ ordinem S. Benedicti per Germaniam diffuſum ſine dubio videri magis uniendum, & (ſalvis tamen juribus Ordinariorum) congregandum eſſe.

Secundo: Omnibus viis ac rationibus diligenter diſcuſſis non apparere faciliorem, firmiorem, & juri magis conſentaneum modum exequendi propoſitum ſuum, & in

primis ſuæ Sanctitatis Nuntiorum, aliorumque plurium Eccleſiaſticorum, & Sæcularium Principum intentionem, quam ut ſeſe congregationi ordinis ſancti Benedicti per Germaniam Burs'eldenſis dictæ, juxta indulta apoſtolica ipſi conceſſa uniant, & conjungant. Quod ipſum etiam mox executioni mandarunt juxta conſuetudinem dictæ congregationis uſitatam, ſufficienti utrinque tam recipientium, quam recipiendorum ad hoc lecta ſeu intellecta prius poteſtate.

Tertio: Interea cuivis congregationi particulari ſeu Monaſteriis ſua ſtatuta, vel conſuetudines laudabiles ſalvæ maneant & illibatæ.

Quarto: Nuntios Apoſtolicos, & locorum Ordinarios omnium Germaniæ partium pro occaſione bene, & candide de toto negotio eſſe informandos ab aliis, qui ad hoc munus obeundum deputati fuerint.

Quinto: Proximum conventum generalem nomine Reverendiſſimi Domini Abbatis præſidentis, a præſentibus Dominis Abbatibus Bursfeldenſibus indictum, commodioribus loco, & tempore celebrandum, in quo ſaltem duo Abbates e ſingulis congregationibus, ſive circulis particularibus in perſona compareant.

Sexto: Duos religioſos Procuratores in ſolidum neceſſario his temporibus quoque in aula Cæſarea reverſari debere.

Septimo: Singulas congregationes vel Abbates in proximo conventu generali deferre ſecum debere puncta pertractanda, nimirum de uniformitate in habitu, tonſura, breviario, obſervantia regulari & aliis.

Quæ omnia & ſingula prædictis diebus, loco & tempore ſic acta propoſita, diſcuſſa & concluſa fuiſſe Reverendiſſimus & Illuſtriſſimus Princeps Fuldenſis, nec non Reverendiſſimi DD. Abbates, ſeu abſentium delegati ſupradicti propria manus ſubſcriptione teſtari, & ſingularum Provinciarum, ſeu circulorum particularium, ablegatis præſentibus exemplar communicare voluerunt. Actum Ratisbonæ, uti ſupra, die 23. Januarii horis antemeridianis anno poſt Chriſtum natum 1631. Subſcripſere illi omnes, qui ſupra interfuiſſe dicebantur.

XXVI. Verum etiam tanquam electus Commiſſarius cum punctis informationis & litteris commendatitiis inſtructus,

His ita concluſis diſceptatio fuit, quis ex DD. Abbatibus, prout in quarto puncto concluſum, deputandus eſſet Commiſſarius ad Illuſtriſſimos Principes Ordinarios. Qua in re adſunt litteræ DD. Principis & Abbatis Fuldenſis ad noſtrum Illuſtriſſimum Archiepiſcopum Salisburgenſem datæ, quibus petit, ut noſtrum Abbatem Albertum gratioſe concedat, mittendum Commiſſarium ad Illuſtriſſimos, & Reverendiſſimos Dominos Auguſtanum, & Conſtantienſem Ordinarios. In his litteris Princeps, & Abbas Fuldenſis mentionem facit, quod Ordinarii locorum intendant Abbatibus, etiam ſub pœnis eccleſiaſticis prohibere, ne ad ſimiles conventus amplius conveniant; quare rogat Fuldenſis Princeps, & Abbas Archiepiſcopum noſtrum Salisburgenſem, ut concedat Alberto licentiam, ſimulque litteras commendatitias ad eosdem DD. Ordinarios de toto negotio fideliter informandos extradere dignetur; quæ litteræ ad Illuſtriſſimum Principem noſtrum Ratisbonæ poſt conventum habitum datæ fuerunt hoc anno 1631. die 25ta Januarii. Obtinuit etiam Albertus Abbas facile licentiam ab Illuſtriſſimo Paride Archiepiſcopo noſtro, qui ipſemet ſpondebat operam ad tam ſanctam intentionem effectui mancipandam, unde etiam Albertus Abbas, ſuſcepta hac commiſſione eodem anno Dilingam, & Mersburgum ad Reverendiſſimos DD. Ordinarios Auguſtanum, & Conſtantienſem fuit profectus. Habebat autem Albertus Abbas certam inſtructionem a Conventu Ratisbonenſi, & puncta, in quibus Ordinarios oportebat informari, quorum punctorum exactis ſynopſin damus: Primo: quod diverſi Nuntii Apoſtolici, & præcipue Dominus Petrus Aloyſius Caraffa in partibus Rheni Nuntius deſiderent reformationem ordinis ſancti Benedicti; Secundo: ſine tali conjunctione non eſſe poſſibilem noſtri Ordinis reformationem. Tertio: Eam ob cauſam inſtitutum conventum Ratisbonæ, ubi expreſſe exceptum, nihil contra ullius Ordinarii jus aut concludendum aut ſtatuendum eſſe. Quarto: quæſtionem de eligendo Generali ſtudio fuiſſe omiſſam, ne hoc negotium ſuſpectum fieret. Quinto: Ideo etiam ſeſe omnes congregationi Bursfeldenſi uniiſſe, quam ſcirent alias DD. Ordinarii, nihil habere contra jurisdictionem Ordinariorum. Sexto: potius cogitare ordinem, ut a jurisdictione Ordinariorum avulſa Monaſteria reſtituantur Ordinariis & ordini, quam quod ulla exemptio per hanc unionem quæratur. Septimo: Rogandi propterea Reverendiſſimi DD. Ordinarii, ut omnes ſiniſtras ſuſpiciones de ordine noſtro deponant, eoquod juramenti ſui, Ordinariis præſtiti, ſemper memores Abbates futuri ſint, præſertim, cum ſeſe offerant ad juramentum præſtandum, quod nullam exemptionem per hanc unionem intendere, & admittere velint. Octavo: inſinuandum quoque DD. Ordinariis, alios eſſe Electores. & Archiepiſcopos, qui magno voto deſiderant, & exſpectant hanc unionem, olimque ab Archiepiſcopo Moguntino ſumme deſideratam fuiſſe conſtat ex quibusdam litteris de anno 1501. quarum litterarum ſynopſis adeſt inter acta. Nono: Concilium Tridentinum ſimiles congregationes admittere & Cap. in ſingulis, ſaltem triennales conventus. Decimo: Abbates veluti ſuperiores vice Ordinariorum, & delegata poteſtate poſſe viſitare. Rogandos proin Reverendiſſimos DD. Ordinarios, ne impediant ſacrum Ordinem in tanto bono, cum ipſi Religioſi deſiderent ſe reformare, ut ſuo favore

re foveant, ac protegant potius, non autem malevolorum susurris faciles aures præbeant. Si ergo post hanc datam informationem resolutio sequatur affirmativa, gratis agendæ sunt, si vero negativa, ulterior fiat relatio ad Præsidem, seu Illustrissimum Principem Fuldensem; exhiberi etiam DD. Ordinariis in fidem poterit recessus habiti conventus. Consignata fuerunt hæc puncta Ratisbonæ anno dicto 23tia Januarii & D. Alberto Abbati ad executionem data, subscripta quoque fuerunt a Reverendissimis DD. Fuldensi, S. Mauritiii, Hassefeldensi, Ochsenhusano, & Garstensi Abbatibus.

XXVII. Ad DD. Ordinarios Augustanum & Constantiensem eodem anno ablegatus & profectus fuit;

His punctis instructus post obtentam ab Illustrissimo DD. Ordinario licentiam Abbas noster non distulit hoc negotium in se suscipere, præsertim cum Ordinarii locorum jamjam cogitarent pœnas, & censuras ecclesiasticas ferre in subditos Abbates, & eos pariter, qui huic unioni aut ulli conventui interessent aut consentirent; quare 11ma Februarii eodem anno Dilingam abiit, atque Illustrissimo Domino Ordinario Augustano puncta suæ commissionis in scripto tradidit, aliaque plura oretenus contulit. Verum Episcopus Augustanus audivit quidem Albertum, atque puncta legit, sed brevi resolutione absolvit Albertum, videlicet rem totam esse melius ponderandam, cum non solum suum jus ageretur, sed & reliquorum Ordinariorum, ie sine horum præscitu, & conferentia nihil posse agere, idque præcipue ægre acceptum fuisse, quod subditi Abbates sine ullo præscitu, nedum licentia a se petita comparuissent in solenni Conventu Ratisbonensi. Hanc resolutionem in scripto dedit Alberto, prout copia adest cum litteris originalibus ipsius Episcopi Augustani Henrici datæ 19. Febr 1631. Ita infecto negotio, præscius similis eventus tamen ulterius perrexit Albertus Constantiam, & Meresburgum ad Ordinarium Constantiensem, iisdemque punctis in scripto & oretenus traditis responsum accepit, quod si statuta Bursfeldensis congregationis, cui se cætera Monasteria intendunt unire, exhibita fuerint, de quibus ipse nullam habebat notitiam, idque negotium etiam cæteris Ordinariis, præsertim Moguntino Archipræsuli non esset contrarium, se promptum fore ad reformandum S. Ordinem per similem unionem. His ea ratione rediit Albertus, & licet habuerit commissionem etiam proficiscendi ad Episcopos Ratisbonensem, & Frisingensem, per viæ tamen injurias infirmitate correptus bonus Albertus Salisburgum die 19na Martii reversus est. Litteras autem credentiales, & commendatitias, quas ab Illustrissimo Principe Paride habebat, ad hos duos Reverendissimos Episcopos cum suis litteris, & punctis datæ informationis transmisit, prout ex litteris D. Episcopi Ratisbonensis colligitur, in quibus litteras Abbatis Alberti, 17ma Martii datas, 20. Martii acceptas asserit ipse Episcopus Ratisbonensis, simulque respondet, cum negotium hujus reformationis non solum se, sed & omnes locorum Ordinarios concernat, non posse se absolute consentire, neque pati in sua Diœcesi ulteriores conventus in eam intentionem instituendos. Ad D. Episcopum Frisingensem pariter similes litteræ datæ fuerunt, a quo tamen responsum promissum. sed dilatum, & denique omissum fuit, ita ut nihil aliud, quam litteras accepisse fuerit testatus; atque hic tandem erat laborum finis, quos in hac commissione pro bono ordinis suscepit Abbas noster Albertus. Quo loco etiam pro complemento actorum notandum venit, quod ad Passaviensem Administratorem in hac causa missus fuerit DD. Antonius Abbas Garstensis ex Superiori Austria, qui in redilu Ratisbona Passavii divertit, & D. Administratorem non tantum informavit oretenus, sed etiam prolixa demonstratione scripta, quæ in actis refertur, unacum litteris ad DD. Albertum Abbatem nostrum missis, ubi mentionem facit, Dominum Administratorem Passaviensem primo satis offensum, & contrarium fuisse, denique plus non concessisse, & aliud non respondisse. quam quod de hoc negotio communem Ordinariorum causam concernente etiam cæteri Ordinarii sint informandi, quodque in talem unionem sine illorum præscitu consentire non posset.

XXVIII. Quamvis totum hoc negotium penitus inane & irritum factum fuerit, & contra nos Romæ decisum.

Dum ita omnia in dubio & controversia agerentur, sensim bonis Prælatis animus concidit prosequendi tam pia negotia præsertim cum viderent, quosdam præcipue DD. locorum Ordinarios nullatenus in hanc unionem consentire velle, immo prohibere suis subditis Abbatibus sub censuris, ne ad similes conventus comparerent. Censebat quidem optima intentione Illustrissimus, & vere Zelosissimus Princeps Fuldensis, cum videret minus pronos esse Ordinariorum animos, & furorem Martialem paulatim crescere in Germania, maturandum esse eodem adhuc anno capitulum alterum Ratisbonæ celebrandum, sed Albertus noster transscripsit Principi & Abbati Fuldensi, capitulum secundum prius celebrandum non esse, donec a Sede Apostolica, & ab Ordinariis totum hoc negotium confirmaretur, & concederetur licentia, similia comitia instituendi. Cum autem hæc facultas sperari non potuit, sic denique totum hoc negotium debuit intermitti, præsertim quia Marte, jamjam Romanum Imperium perturbante, omnia in timorem graviorum periculorum impendentium versa sunt, ut quisque Prælatus sibi suisque prospicere cogeretur; & quamvis Romæ constitutus fuerat Procurator in hoc negotio R. P. Lambertus Jamer Ord. S. Benedicti congregationis Bursfeldensis Procurator, attamen omni conatu nihil effecit. sed, quamvis prioribus annis, ut ex actis habetur, hæc intentio pro Generali, nostri ordinis, Monaste-

nasteriorum in Germania, unione fuerit laudata, nihilominus anno 1631. aliis rationibus permota S. Congregatio Palatinatus contra hanc petitam unionem sequens Decretum edidit:

„In causa vertente inter Eminentissimos „DD. Archiepiscopos S. R. I. Electores ac „eorum suffraganeos ex una, & Abbates „congregationis Bursfeldensis Ord. S. Be„nedicti partibus ex altera super validitate „unionis aliarum congregationum ac mo„nasteriorum ejusdem ordinis nuper ab eis„dem Abbatibus facta in congregatione ge„nerali Ratisbonæ non ita pridem celebra„tæ. Sacra congregatio Cardinalium Pa„latinatui præpolita auditis partium procu„ratoribus, & Advocatis, reque mature „discussa, censuit unionem hujusmodi nul„lam atque irritam esse, ejusdemque Ab„batibus inhibendum a Nuntio Apostolico „apud Cæsaream Majestatem residente, ne „de cætero in hac materia aliquid novi sta„tuere, vel attentare præsumant, salvo ta„men jure redigendi Monasteria in Congre„gationes particulares ad præscriptum SS. „Canonum & decreti S. Concilii Tridenti„ni. Romæ die 9. Aprilis 1631.

Anton. Card. S. Honuf.

(L.S.) P. Fagnanus.

Sic tandem etiam Romæ amissa causa nostra, & licentia congregandi ejusmodi capitula ab apostolica sede denegata, totum negotium in nihilum abiit, & tam pii negotii finis ac merces haud alia fuit, quam disgratia quorumdam DD. Ordinariorum præter solum & unicum Clementissimum Principem & Archiepiscopum nostrum Paridem, qui libentissime vidisset hanc universalem unionem, & non tantum nunquam contrarius fuit, sed potius nostram causam etiam apud alios DD. Ordinarios per diversas recommendationes fovit, & juvare conatus est.

XXIX. Inde autem, ut in Diœcesi Salisburgensi instituatur congregatio, missæ fuerunt litteræ anno 1636. ad Albertum,

Dum ergo vidit altefata Celsitudo nostra Clementissima universalem illam unionem in vanum abiisse, aliosque DD. Ordinarios ab unione prædicta cohibere suos subditos Abbates. Ipse tamen Illustrissimus Princeps, & Archiepiscopus noster non tantum non cohibuit Abbates sub sua Diœcesi commorantes, verum etiam ipse auctor fuit, & Promotor, ut aliqua saltem in sua Diœcesi institueretur congregatio, per quam uniformitas in hac saltem provincia introduceretur, qua tam bono communi Ordinis, quam & conservandæ novellæ Academiæ consuleretur. In eum finem ad Abbatem nostrum Albertum missum fuit Decretum sub nomine & sigillo Archiepiscopali roboratum, quod in originali exstat, & sequentem habet tenorem:

„Inter cæteras pastoralis officii curas, qui„bus Illustrissimus Princeps ac Dominus „Dominus Paris Archiepiscopus Salisbur„gensis S. Sedis Apostolicæ Legatus Domi„nus noster Clementissimus &c. jam a tem„pore susceptæ muneris Archiepiscopalis Ec„clesiæ Salisburgensis distringitur, ea non „est minima, quod, cum Illustrissima ac „Reverendissima Celsitudo sua non ignoret, „Regularium ordinibus, tanquam singula„ribus præsidiis niti ecclesiam, jam pridem „animo secum recoluerit, & meditata sue„rit, qua potissimum ratione ordo S. Be„nedicti, cui multum Ecclesia Salisburgen„sis debet, in hac ipsa sibi concredita Diœ„cesi, partim nitori pristino restitui, par„tim etiam ad aliquam majorem disciplinæ „conformitatem redigi possit. Et vero ei„dem Illustrissimæ ac Reverendissimæ Cel„situdini in hac deliberatione versanti e re „fore visum est. si ipsorum quoque ejusdem „Ordinis Abbatum, & prudentiorum con„siliis utatur, cum ut in aliis rebus, ita „in regularibus institutis praxis ipsa, & ex„perientia salubria multa facile suggerat. „Ut autem planiori omnia via procedant, „quosdam ab iisdem Abbatibus deputan„dos censuit, qui hic Salisburgi aut alio „opportuno loco convenirent, & inter se „conferrent, vias ac modos invenirent, pri„mum quidem, quomodo ea conformitas, „quoad liceret, introduci, deinde quomo„do personarum mutatio, quam nonnun„quam monasteriorum, nonnunquam pri„vatorum Religiosorum utilitas exigere vi„detur, restitui possit. Quæ, cum ita sint, „memorata Illustrissima, ac Reverendissi„ma Celsitudo sua omnibus, & singulis di„cti ordinis Abbatibus Diœcesanis mandat, „ut primum quidem in suis monasteriis Cle„mentissimam hanc suam intentionem cer„tis, & minimum hebdomadariis sacrifi„ciis Deo optimo maximo commendari cu„rent; deinde, ut quilibet eorundem Ab„batum aliquem vel ex suo vel ex alio mo„nasterio (adhibito tamen prius desuper „conventualium præscitu & consilio) intra „mensem a receptione harum designet, qui „huic deputatorum collationi, & consi„lio interesse debeat. quo subsecuto de die, „& loco dicta Illustrissima, & Reverendis„sima Celsitudo sua statuet ulterius, prout „melius, & oportunius eidem videbitur. „Non dubitans eadem Illustrissima, ac Re„verendissima Celsitudo, cum in hac re ni„hil aliud, nisi Divinam gloriam, Ecclesiæ „utilitatem, atque ipsius sacri ordinis in„crementum quærat, quin omnes, & sin„guli operam daturi sint, ne in ipsis sit mo„ra, quo minus hæc dudum concepta ejus„dem Clementissima intentio exoptatum fi„nem consequatur. Quapropter Reveren„da quoque Paternitas tua elaborabit, ut „zelus tuus in tanto bono promovendo elu„cescat, quempiam ut supra dictum est, „deligat, quem ad hoc deputatorum con„silium idoneum esse judicaverit, ut tan„dem ex his initiis & præambulis necessa„riis

„riis ad ſtabilem concluſionem pervenire „liceat. Vigore præſentis Decreti manu e„jusdem Illuſtriſſimæ ac Reverendiſſimæ Cel„ſitudinis & ſigillo ſignati. Salisburgi die „9. Menſis Januarii anno Domini 1636.

„*PARIS.*

XXX. Quæ Clementiſſima intentio, poſtquam eandem & aliis Abbatibus manifeſtavit Albertus,

Hoc Decretum ad omnes DD. Abbates emiſſum tantum effecit, ut omnes Abbates bonum ordinis per congregationem poſſe conſervari, & augeri certo ſibi perſuadentes, paulo poſt anno 1636. conventum inſtituerint per delegatos, ubi etiam quidam ex Profeſſoribus ad ſtatuta, & declarationes ſuper S. regulam faciendas denominati, ac deputati fuere, videlicet A. R. P. Matthæus Weiſs profeſſus Andecenſis, t. t. Rector Magnificus, P. Carolus Jacobi Andecenſis, P. Thomas Ringmair Weſſofontanus, P. Romanus Miller Seeonenſis, P. Sebaſtianus Rhor Ottopuranus, P. Jacobus Molitor etiam profeſſus Ottopuranus, t. t. Prior ad S. Michaelem Buræ. Hi igitur congregati cum Alberto noſtro ſtatuta compilarunt, & quidem illa eadem, quæ hodie congregationi obſervanda ſunt, quamvis quibusdam temporis ſucceſſu mutatis. Poſtquam autem hæc ſtatuta Illuſtriſſimus Princeps approbavit, ſimul juſſit, ut Abbas noſter Albertus ſtatuta mitteret ad ſingula Monaſteria tanquam Viſitator, ut eadem conſiderare & de iisdem deliberare mature poſſent. Exſtat eam in rem D. Alberti Abbatis epiſtola ſpecialiter ad D. Abbatem & venerabilem conventum Michael Buranum miſſa in hunc tenorem.

„Admodum Reverende, & Ampliſſime Do„mine Abbas, Reverendi & Religioſi „Prior, cæterique Patres & fratres „Beurenſes.

„Illuſtriſſimus Princeps, Dominus & Or„dinarius noſter Clementiſſimus ab ali„quot jam annis ſingulari zelo S. Ordinis „noſtri per Diœceſin ſuam regularis obſer„vantiæ unitatem deſideravit, & denique „decimo die currentis menſis per Illuſtriſſi„mum & Reverendiſſimum D. Epiſcopum „Chiemenſem & Pl. Rdum: & Clariſſimum „Dominum Doctorem Schrefium tanquam „Commiſſarios mihi ut Capiti, meoque „conventui toti in Monaſterio præſenti de„clarationes ſuper Regulam Sanctiſſimi Pa„tris noſtri Benedicti a plurimum Reveren„dis, & doctiſſimis PP. Profeſſoribus Sa„lisburgi juxta optimorum auctorum ex„plicationem, & antiquum bene reforma„torum Monaſteriorum uſum factas propo„ſuit & tradidit, & quidem in praxin quam „primum reducendas, ſi tamen occurre„rent aliqua gravia pro loci aut temporis „differentia, & in communitate minus pra„cticabilia, ea intra ſpatium unius menſis „in ſcripto Reverendiſſimo Conſiſtorio infi„nuare Juſſi ſumus. Ut autem & ego tam„quam pro tempore Viſitator indignus di„ctas declarationes etiam cæteris Ordinis „noſtri per Diœceſin Salisburgenſem mona„ſteriis cum eadem conditione transmitte„rem, mandatum ab Illuſtriſſimo accepi. „Quapropter officio meo ſatisfacere volens „easdem declarationes transmitto, exſpe„ctaturus intra 4. circiter hebdomades re„ſponſum circa difficultates (ne tamen exi„gui ponderis ſint, aut minus rationabiles, „merito cavendum) quæ Adm. Reverendæ „& Ampliſſimæ Dominationi veſtræ vobis„que Patribus, Priori & Conventualibus „Capitulariter conventuris occurrent. Quo„rum interim precibus me commendo. Va„lete. Salisburgi 26. die Novembris an„no 1640.

„Reverend. & Ampliſſ. &c.
Albertus.

Similes epiſtolas ad alios etiam Abbates cum ſtatutis & declarationibus transmiſit, qui tamen Abbates quid reſponderint, in actis nihil reperitur.

XXXI. Rurſus anno 1641. ut quantocyus executioni mandetur, litteris citatoriis confirmata.

Interea Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus DD. Princeps & Archiepiſcopus noſter Clementiſſimus Paris, ut ſuam gratioſiſſimam intentionem in opus ipſum deduceret, maturandum cenſuit hoc negotium, & convocavit anno 1641. per litteras citatorias etiamnum in originali exſtantes, & manu propria ſubſcriptas, omnes Abbates ſuæ diœceſis, quibus ſequentes litteras zelo, & fervore in noſtrum bonum plenas transmiſit, & quæ ad Albertum noſtrum datæ fuerunt, ſic ſonabant.

„Paris Dei gratia Archiepiſcopus, & Prin„ceps Salisburgenſis S. Sedis Apoſto„licæ Legatus.

„Notius eſt, quam ut multis recapitula„re oporteat, qualiter ante hac per „mandatum generale omnibus & ſingulis „noſtris Diœceſanis Abbatibus Ord. S. Be„nedicti clementiſſime injunxerimus, qua„tenus quilibet ipſorum aliquem vel ex ſuo, „vel ex alio monaſterio religioſum, qui „collationi, & conſilio de introducenda uni„formitate dicti ordinis intereſſet, intra „certum temporis ſpatium deputaret, & „nos deſuper in ſcriptis certiores redderet. „Cum itaque juxta mandatum noſtrum de„putati Patres præmiſſis maturis conſulta„tionibus, & deliberationibus modum, ac „viam uniformitatis in dicto ordine intro„ducendæ & ſtabiliendæ, præcipue vero „rationem congregationis, non tam novæ „erigendæ, quam antiquæ reſuſcitandæ „conceperint, & nos (pro ſingulari affectu, „quo in præfatum ordinem inclinati ſumus) „ad talem congregationem reintroducen„dam, velut medium ad bonum ordinis „promovendum valde proficuum (ſalva ta„men per omnia jurisdictione noſtra ordina„ria) non ſolum clementiſſime propendea„mus,

„mus, ſed etiam propoſuerimus hoc ſalu-„tare opus absque mora, & cum omni poſ-„ſibili diligentia proſequi & perficere. Id-„circo omnes & ſingulos Abbates noſtros „Diœceſanos ordinis Sancti Benedicti ad „hanc noſtram metropolim citandos eſſe „duximus, prout etiam tenore præſentium „& ſub S. obedientia Paternitati tuæ (de „cujus zelo & bona intentione bonum tui „Ordinis promovendi plurimum in Domino „confidimus) ſerio præcipimus, quatenus „ad diem ſextum Novembris currentis an-„ni 1641. hic Salisburgi compareas, vel ſi „legitimum impedimentum habueris, loco „tuo alium Procuratorem ſeu Mandatarium „cum plenipotentia ſubſtituas, inſuper e-„tiam Regularem, prudentem & zeloſum „de tuo conventu, qui tamen prius capi-„tulariter electus ſit, & hujus electionis de „ſua perſona factæ legitimum nobis exhi-„beat teſtimonium, tecum aſſumas, vel in „caſu legitimi impedimenti unacum tuo „Procuratore, ſeu Mandatario comparere „facias, ut ſolennis conventus Deo opti-„mo maximo auſpice colligatur, in quo de „iis, quæ antea per deputatos Patres con-„cepta fuere, uberior tractatus habeatur, „& congregatio tam utilis, quam neceſſa-„ria actualiter erigatur, aliaque fiant, quæ „opportuna videbuntur. Et licet non du-„bitemus, quin huic noſtro mandato ad majo-„rem Dei gloriam & S. Ordinis augmentum, „& ornamentum ſpectandi debitam obedi-„entiam ſis exhibiturus, nihilominus tamen „ſpecialiter ſtatuimus, ut (ſive compareas, „ſive non compareas) in ſupradicto negotio „& tractatu ad ulteriora procedendum ſit, „& ad obſervanda ea, quæ tractata, & „concluſa, & noſtra authoritate ordinaria „approbata fuerint, unacum conventu tuo „obligatus eſſe debeas. Vigore præſen-„tium manu propria ſubſcriptarum, & ſi-„gillo noſtro munitarum. Datæ Salisbur-„gi die 26. Menſis Auguſti anno 1641.

„*Paris.*

XXXII. Atque eodem anno die 6. Novembris primum Capitulum fuit celebratum.

His gratioſiſſimis mandatis inſtigati Domini Abbates ad dictam diem 6. Novembris omnes præter Oſſiacenſem, & S. Pauli, qui per mandatarios comparuerunt, cum deputatis conventuum in noſtro monaſterio congregati fuerunt, atque ex mandato Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi DD. Archiepiſcopi Paridis Domini noſtri Clementiſſimi congregationem Benedictino-Salisburgenſem erexerunt, quæ congregatio in hodiernum usque diem perſiſtit. In hoc primo Capitulo generali anno 1641. ſolenniter celebrato comparuerunt ſequentes DD. Abbates.

DD. Albertus Abbas ad S. Petrum Salisburgi.
DD. Urbanus Abbas Admontenſis.
DD. Honoratus Abbas Seeonenſis.
DD. Maurus Abbas S. Viti.
DD. Michael Abbas in Beuern.
A. R. P. Octavianus Scher. Mandatarius Oſſiacenſis.
A. R. P. Auguſtinus Storch. Mandatarius S. Pauli.

Deputati Conventuum.

Ex conventu S. Petri R. P. Æmilianus Pirchl.
Ex conventu Admontenſi R. P. Marcellinus Preimon.
Ex conventu S. Pauli R. P. Jacobus.
Ex conventu Oſſiacenſi R. P. Fridericus Hirſperger.
Ex conventu Seeonenſi R. P. Joannes Werlinus.
Ex conventu S. Viti R. P. Gregorius Weſtermair.
Ex conventu Burano R. P. Antonius Vögele.

Hi ergo in primo Capitulo congregati, quid ſtatuerint, quid egerint, & quæ ſucceſſu temporis in ejusmodi congregatis conventibus deliberata fuerint, in actis conſcripta habentur, ſuper quæ etiam ſemper relatio in ſcriptis vel oretenus ad Celſiſſimum Ordinarium facta fuit. Et hæc de prima erectione noſtræ congregationis dixiſſe ſufficiat: Eodem adhuc anno ſub 7. Decembris die prodiit originale diploma menbraneum ſigillo & propria manu Archiepiſcopali roboratum, per quod Celſiſſimus Princeps Paris non tantum hanc Congregationem confirmavit, ſed etiam leges in iisdem litteris pro Præſide, Viſitatore, & univerſim pro tota congregatione ſtatuit; in qua forma authentica omnes Celſiſſimi ſucceſſores, nullo excepto, hanc congregationem Benedictino-Salisburgenſem confirmarunt.

XXXIII. Ad acta Alberti etiam ſpectat, quod anno 1630. prima vice a Ferdinando II. in confirmatione privilegiorum

Antequam ad ſuprema vitæ tempora Alberti Abbatis noſtri veniamus, multa adhuc recenſeri merentur, quæ ad acta regiminis ſpectant. Longius enim enarrare operæ pretium eſſe cenſemus, quod ſollicitus, & vere providus Abbas noſter Albertus anno 1630. prima vice ab Auguſtiſſimo Imperatore Ferdinando II. in litteris privilegia noſtra confirmantibus, & rurſus altera vice anno 1637. ab Auguſtiſſimo ſucceſſore Ferdinando III. determinationem, poſt ortum ob 30. vini vaſa dubium, ad 1050. urnas vini obtinuerit: quod anno 1646. catalogum authenticum, & auctoritate Ordinarii approbatum de ordine Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Abbatum noſtri monaſterii typis ediderit, & dedicationem eccleſiæ noſtræ commodius ad aliam in qua nunc celebratur, Dominicam, quæ ſecunda Octobris eſt, tranſtulerit; quod multas calamitates publicas, quales erant peſtis, tumultus bellici, annonæ caritas, & ſimilia, nec non privatas circa bona monaſterii in ſe patiendo & in aliis compatiendo tulerit, & ſenſerit, usque dum variis infirmitatibus animi, & corporis ſenſim ad mortem diſpoſitus, die 3. Jan. anno 1657. ſu-

supremum vitæ diem clausit, ante summum altare in nostra ecclesia sepultus. Nos inter cimelia veneramur pretiosissimas litteras membraneas propria Imperatorum Ferdinandi II. & IIItii manu, nec non pendulo in sericis filis sigillo Cæsareo roboratus, ex quibus illæ a Ferdinando II. de verbo ad verbum ita sonant:

„Wir Ferdinandt der Ander von Gottes Gnaden erwölter Römischer Kayser zue allen „Zeitten Mehrer des Reichs, in Germanien „auch zue Hungarn nnd Bohaim Khönig, Erz„Herzog zu Oestereich, Herzog zue Burgund, „Steyer, Kärndten, Crain, und Württen„berg, in Ober und nieder Schlesien, Marg„graue zue Mähren, in Ober und nider Lauß„nitz, Graue zu Habspurg, Tyroll, und „Görz ꝛc. Bekhennen hiemit für uns, unsern „Erben und Nachkhomben, und thuen kundt „iedermäniglichen; Demnach unsere geehrte „Vorfahren am reich Erzherzogen zue Oeste„reich ꝛc. dem Closter bei S. Peter in Salzburg „von unerdenkhlichen Jahren hero diese beson„dere Gnade gethan, daß selbiges jährichen „dreißig Vaß wein, deren jedes mehrer nit als „vierzig, und weniger nit als dreißig Emer hal„te, aus unserm Erzherzogthumb Oestereich un„ter der Enß ohne Bezallung der Mauth, Zoll „oder auffschlags, aufwerts der Thonau na„cher besagten Salzburg gegen Verichtung ei„nes täglichen Gottesdienst der heyligen Meß „das ganze Jahr hindurch für unser hochlöblich„stes Erzhauß zueführen befugt sein solle, daß „wir aniezo auf des Ersamen gaistlich gelehrten „unseres lieben andächtigen Alberti der heiligen „Schrifft Doctorn iezigen Abbten und ganzen „Conuents daselbsten demütigistes Anlangen „und Bitten, erwehnten Kloster bei S. Peter „nit allain solche Verwilligung und Concession „aus Kayserlich- und Landtsfürstlicher Macht „und Vollkommenheit gnädigist bestättigt, „und confirmirt, sondern auch die obbemelten „dreißig Vaß auf jährliche ain tausend und „fünfzig Emmer bestimmet, und ausgezeich„net, und das Kloster noch dariber in gnädigi„ster Anmerkhung, das die Verrichtung berier„ten täglichen Gottesdienst nit einen geringen „Last ob sich tragen thuet, so gar auch unsers „neuen zu Ybbs, Engelhardts Zell, und „Vökhlabrukh gesezten wein auffschlags von „oben bestimbten jährlichen ain tausend und „fünfzig Emmer weins gnädigist befreuet ha„ben. Thuen solches auch hiemit wissentlich „und in Crafft dieses Briefs also und dergestal„ten, das erwehnten Kloster jährlichen ob be„sagte Anzahl wein der ain tausend und fünfzig „Eymer ohne einforder- oder bezahlung ernenn„ter Auffschläg, massen dan dariber an unsere „N. iezige und kömfftige Maut- und Auffschlags „Amtsleith zue Ybbs, Engelhnrdts Zell nnd „Vöklabrukh der neundten Septembris jüngst„hin die weitere Nothdurfft beraith ausgeferti„get worden, gegen Voriweisung jedes mals „unsers oder unser Nachkhommen durch unsere „Hof Cammer ordentlich ausgangenen Paß „Briefs, so ihme Closter auch auf gebürliches „Anmelden unwaigerlich erfolgt werden solle, „frei und ungehindert aus unserm Erzherzog„thum Oestereich bis nacher Salzburg abfihren „und bringen darf, jedoch in alle weeg mit der „Obligation und Verbindnuß, daß offt ge„dachtes Closter zue S. Peter in Saltzburg den „täglichen Gottesdienst der H. Meß für unser „Erzhauß Oestereich unaussetzlich verrichten „thue. Zu urkhundt dessen gegenwärtiger of„fener Brief mit unserer aignen Handt und Kay„serlichen Secret-Insigl becräfftiget, der geben „ist in unserer und des H. Reichs Stadt Re„genspurg den 6.ten Novembris anno Sechzeben „hundert und dreyßig, unserer Reiche des Rö„mischen im zwölften, des Hungarischen in „dreyzehenten, und des Böhaimischen in vier„zehendten ꝛc.

Ferdinandt.

Ad mandatum electi Domini Imper. proprium

(L. S.) Sigmund v. Millheim,

Maximilian Bern. J. B. Schellhardt.

Similem confirmationem sæpefatus Abbas Albertus obtinuit sub 14. Oct. die anno 1637. vigore pretiosi diplomatis originalis ab Augustissimo Imperatore Ferdinando tertio in sequenti forma: XXXIV. Et anno 1637. a Ferdinando III. Imper. altera vice determinationem ad 050. urnas vini obtinuerit,

„Wir Ferdinandt der Dritte von Gottes Gnaden Erwölte Römischer Khaiser zu allen „Zeiten Mehrer des Reichs in Germanien auch „zu Hungern und Behaimb Khönig, Erzherzog „zu Oestereich, Herzog zu Burgund, Steuer, „Khärdten, Crain und Wirtenberg, an Ober „und Nider Schlesien, Marggraue zu Mäh„ren, in Ober und nider Laußnitz, Graue zu „Habspurg, Tyroll und Görtz ꝛc. Bekhen„nen hiermit für uns, unsere Erben, und Nach„khomben und thuen khundt iedermänniglichen. „Demnach unsere geehrte Vorfahren am Reich „Erzherzogen zu Oestereich dem Kloster St. Pe„ter in Salzburg von unerdenkhlichen Jahren „herr dise besondere Gnad gethan, daß selbiges „jährlicher dreißig Vaß wein, deren iedes meh„rer nit als vierzig und weniger nit als dreißig „Emmer halte, aus unserem Erzherzogthumb „Oestereich unter der Enß ohne Bezallung der „Maut, Zoll, oder auffschlags aufwerts der „Donau nacher besagten Salzburg gegen Ve„richtung eines täglichen Gottesdienst der H. „Meß das ganze Jahr hindurch für unser hoch„löbliches Erzhauß zu führen befugt sein solle; „Daß wir aniezo auf des Ersammen, geistli„chen unsers lieben andechtigen Alberti iezigen „Abbten und ganzen Conuent daselbst allerde„müthigstes Anlangen und Bitten erwehnten „Closter St. Peter nit allein solche Verwilli„gung und Concession aus Kayserl und Lands„fürstlicher Macht und Vollkhombenheit gne„digst confirmirt und bestettiget: sondern auch „in genedigist und genzlicher Inhærirung der von „weillent der in Gott ruhenden Kayserl. Maj. „unserm geliebtesten Herrn Vettern Christmil-

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

„dieser Gedechtnuß unter dato Regenspurg den „Sechsten Novembris des noch verwichenen „Sechs hundert und dreißigsten Jahrs erlang„ten absonderlichen Verwilligung und exten„sion die obbemeldten dreißig Vaß auf Jährliche „ain tausend und fünfzig Emmer bestimbt und „ausgezaichnet, wie nit weniger das Kloster „noch dariber in gnedigister Anmerkhung, daß „die Verichtung berihrten Jährlichen Got„tesdiensts nit einen geringen Last auf sich tragen „thüet, so gar auch unsern neuen zu Ybbs, „Engelhartszell, und Vnklaprugkh gesetzten „wein Aufschlags von vorgedachten ain tausent „und fünfzig Emmer wein gnedigist befreuet ha„ben. Thuen solches auch hiemit wissentlich „und in Crafft dieses Briefs also und dergestalt, „das erwehnten Closter Jährlichen mehr gehörte „Anzahl wein der ain tausent und fünfzig Em„mer, ohne einforder- oder Bezahlung ernenn„ter Aufschlag, in massen dan dariber an un„sere iezige und khünfftige Maut und Aufschlags „Ambtsleith zu Ybbs, Engelhardszell und „Vnklaprugkh unter heutigen dato die weitere „Nothdurfft ausgefertiget worden gegen Vor„weisung iedesmall unseres oder unserer Nach„khomben durch unsere Kayserl. Hof-Cammer „ordentlich ausgangenen Paß-Briefs, so ihme „Closter auch auf sein gebürliches Anmelden un„waigerlich hinaus erfolgt werden solle, frey „und ungehindert aus unsern Erzherzogthumb „Oestereich bis nacher Salzburg abfihren und „bringen darf, iedoch in allweeg mit der Obli„gation und Verbindnuß, daß offt gedachtes „Closter St. Peter in Salzburg den täglichen „Gottesdienst der H. Meß für unser Erzhauß „Oestereich unausssetzlich verrichten thue. Zu „Urkund dessen gegenwertiger Brief mit unse„rer aigenen Hand und Kayserl. Secret-Insigl „bekhrefftiget, der geben ist auf unserem Schloß „Eberstorff den vierzehenten Octobris anno „Sechzehen hundert Siben und dreißig, unse„rer Reiche des Römischen im ersten, des Hun„gerischen im zwölften, und des Beheimischn „im zehenten.„

„Ferdinand.

„Ulrich Franz von
Bollowrätt.

Ad mandatum electi Domini Imperatoris proprium.

(L. S.) Jacob Berechtold.
Francis. Wisand.

Et hæc de litteris glorioſissimæ memoriæ Imperatorum Ferdinandi II. & Ferdinandi III.

XXXV. Quod catalogum Abbatum S. Petri anno 1646. authenticum & fide notarii roboratum typis ediderit;

Ut autem Albertus Abbas etiam in scripto memoriam sui relinqueret posteritati, anno 1646. utilissimo labore ex antiquis manuscriptis, & actis conquisivit catalogum suorum antecessorum Abbatum S. Petri, quem etiam typis mandavit dicto anno & Illustrissimo ac Reverendissimo S. R. I. Principi, & Archiepiscopo nostro PARIDI obtulit, cui placuit labor iste & opus. Ut autem catalogus iste majus haberet pondus auctoritatis, mandavit Clementissimus Ordinarius Abbati nostro, ut per notarium publicum omnia instrumenta in catalogo citata in originali inspici, & per attestationem authenticam vidimari faciat. Obtemperavit quantocyus tam gratioso consilio, & citatum Catalogum Notarii authoritate in præsentia Commissarii consistorialis a Principe Celsissimo specialiter delegati roborari fecit, cujus attestationis, quæ apud nos in originali exstat, copiam damus:

Copia attestationis Notarii.

„Quia ex speciali commissione & mandato „Illustrissimi ac Reverendissimi Domini „Domini PARIDIS Dei gratia Archiepisco„pi & Principis Salisburgensis sanctæ sedis „Apostolicæ Legati &c. præsente plurimum „Reverendo, Prænobili & Clarissimo Domi„no Christophoro Schreph, SS. Theologiæ „Licentiato, Præposito Straubingensi alte„moratæ Illustrissimæ, ac Reverendissi„mæ suæ Celsitudinis Consiliario Ecclesiasti„co, ejusdemque Reverendissimi Consisto„rii Directore tanquam Commissario ad hoc „specialiter deputato Ego Bartholomæus „Hegler, J. U. D. sacris Pontificia, & Im„periali authoritatibus publicus, & jura„tus Notarius, chronica supra dicta, litte„ras & monimenta antiqua revidi, eaque „cum Abbatum catalogo, & historiæ com„pendio penitus convenire: quæ insuper „ibidem e litteris summorum Pontificum, „Archiepiscoporum, Episcoporum, Impe„ratorum, Ducum, aliisque partim origi„nalibus, partim authentica fide transum„ptis extracta allegantur, de verbo ad ver„bum cum ipso litterarum, & instrumento„rum tenore correspondere: denique omnes, „& singulas litteras in hoc indice contentas „oculis perspexi, cum sigillis suis vel cum „juridica, sufficienti, ac valida authentiza„tione integras, inconvulsas, non vitio„sas, minimeque suspectas deprehendi. Id„eo in hujus rei fidem hanc attestationem „manu propria subscripsi, solitoque Nota„riatus mei signeto, & sigillo corroboravi, „rogatus, & requisitus. Actum die deci„ma mensis Martii anno a partu Virgineo „millesimo sexcentesimo, quadragesimo „sexto.„

(L. S.)

Bartholomæus Hegler, J. U. D. Notarius qui supra.

Hoc testimonium authenticum omni exceptione majus, ut in extenso allegetur, tanto magis dignissimum esse censuimus, quia & nostro Chronico facit fidem, in quo non tantum catalogum Albertinum sæpissime citavimus, verum & instrumenta prorsus eadem allegavimus.

XXXVI. Et eodem anno festum

Eodem anno videlicet 1646. Albertus Abbas obtinuit dispensationem circa translationem

Dedic. Ecclesiæ commodius ad Dominicam secundam Octobris translulerit;

latationem festi dedicationis Ecclesiæ nostræ, quæ commodius in Dominicam II.dam Octobris, quæ est Dominica post festum SS. Rosarii fuit translata, & qua die in hodiernum tempus usque per centum viginti & aliquot annos celebratur. Legimus in aliquo manuscripto G. sed non multum antiquo, licet sua authoritate non penitus careat (continentur enim in illo variæ collectiones ex variis antiquioribus manuscriptis, instrumentis & historicis relationibus) legimus, inquam, in illis collectionibus fol. 25. quod S. Rupertus dedicaverit ecclesiam nostram a se fundatam pridie Calend. Sept. seu ultima Augusti; sed quis de tanta antiquitate dabit testimonium? Hoc certum, & plane indubitatum est ex testimonio authentico de anno 1256. post pauca allegando, quod dedicationis festivitas Ecclesiæ nostræ in die S. Mauritii fuerit olim celebrata, supra dicto anno autem per venerabiles Episcopos Gurcensem, & Chiemensem ad Dominicam post festum S. Michaelis annuente Philippo electo Archiepiscopo Salisburgensi ad instantiam Richeri Abbatis nostri ad S. Petrum transposita. Adsunt litteræ in originali membraneæ duobus sigillis ex filo serico pendulis, & ex cera formatis, quæ de verbo ad verbum ita sonant: „In nomine sancte & individue Trinitatis. Amen. Nos „Theodoricus, & frater Henricus Dei gratia Gurcensis, & Chiemensis ecclesiarum „episcopi. Universis presentem paginam „intuentibus salutem in Domino Jesu Christo. Numerositatem vestram scire volumus per presentes, que ad instantiam & „ferventem peticionem Richeri Abbatis Venerabilis viri ecclesie S. Petri Salzburg. suique conuentus universi, Dedicationem sui „Monasterii, que actenus singulis annis in „die sancti Mauricii est celebrata pro difficultate tollenda & amplectenda commoditate annuente Venerabilis Patris nostri „Domini Philippi Electi Salzburgensis consensu & voluntate decrevimus transponendam. Decernentes antedicti Monasterii sancti Petri videlicet solempnitatem „Dedicationis proxima Dominica post festum „sancti Mychaelis singulis annis de cetero „celebrari. Els etiam, qui pro consultatione Divina ibi se receperint, De omnipotentis Dei misericordia confisi LX. dies peccaminum, de quibus vere contriti fuerint „& confessi, peccata oblita, vota fracta, si ad „ea redierint, misericorditer relaxamus. In „cujus rei testimonium scribi fecimus has sigillorum nostrorum munimine roboratas. „Acta sunt hec Salzburge IIII. Kal Augusti „anno ab incarn. Domini MCCLVI. Indict. „XIIII.„ Ex his ergo litteris authenticis patet, quod prius dedicatio ecclesiæ nostræ fuerit celebrata in festo S. Mauritii M., an vero S. Mauritii, qui passus est Nicopolí sub Licinio, & memoria agitur 10. Julii, an vero, quod probabilius est, S. Mauritii, cujus festiva dies 22. Sept. agitur, & qui passus est Seduni in Gallia sub Maximino? penitus non constat. Ab hoc autem tempore per annos 390. Dominica post festum S. Michaelis ab anno 1646. usque ad moderna tempora Dominica post festum S. Rosarii, quæ est secunda Dominica Octobris, anniversaria dedicationis nostræ Ecclesiæ dies celebrata fuit.

XXXVII. Quod multas calamitates publicas, quales erant pestis in civitate anno 1636.

Sed neque silentio prætereundum, quod Albertus Abbas tempore regiminis sui variis annis multas calamitates publicas, & privatas, inter quas præcipue erat pestis in civitate, caritas annonæ, variique tumultus bellici, in se ipso, & in aliis tulerit, & senserit, semper tamen per Dei benignitatem cum suis conservatus fuerit. Audiri hic meretur D. Amandus Abbas noster immediatus Alberti successor, qui vitam antecessoris sui propria manu scripsit, & specialiter de peste grassante anno 1636. cap. 18. fol. 219. sequentia inseruit. „Hoc anno, ait, „circa mensem Augusti tanta violentia „pestis civitatem invasit, ut fere tertiam „partem infecerit, & absumplerit; scholæ „propterea clausæ erant, & studiosi ad domestica effusi; nullus Professorum Salis„burgi mansit præter unum & alterum. Pe„stis etiam convictorum servum corripuit „cum magno periculo religiosorum fratrum. „Monasterium tum temporis ab Alberto pru„denter provisum est, nam clausis continuo „monasterii portis nemo hominum admitte„batur, nisi mane ad officium; Missæ lege„bantur in solis tribus primis altaribus supe„rioribus; confessionalia erant ad januas „versus ambulacrum sic disposita, ut con„fessarius posset audire confessionem iri am„bitu per fenestellam vitream, portæ seu „januæ insertam; famuli, cantores, co„qui, judex & organista habitabant in mo„nasterio, nullusque dimittebatur foras, „nisi simul omnes spatiatum, & quidem tali „conditione, ut si quis in quacunque domo „diverteret, non amplius intra admittere„tur. Eram tum temporis ego, qui hæc „scribo, discantista & puer duodecim anno„rum, habebamque hospitium meum in ce„reviaria domo in Tragussen; invalescente „autem pestifera lue, cum & ego ad S. Pe„trum ire jussus essem, vix aliquot diebus „elapsis tota fere illa domus quoad infimam „contignationem infecta fuit, & omnes e„mortui, sicque Deus me a periculo eripuit, cui sit honor & gloria. Dominus Albertus „intrepide semper mansit cum omnibus suis „conventualibus in monasterio; Vicarius „in Greding, cum videret inter rusticos „quoque suos luem pestiferam invalescere, „auffugit occulte; quare Albertus conatus est unum ex conventu exponere & ultro sese obtulit R. P. Walterus Joch, qui etiam ali„quamdiu sacramenta ægrotis administra„vit. Illustrissimus Princeps PARIS & ple„rique viri fugerunt e civitate, Princeps ali„quandiu in Hellbrun, aliquandiu in Riff „habitavit. Nos ad S. Petrum dictam clau-

„ſuram tenuimus fere per 36. hebdomadas, „donec tandem ceſſante peſte, poſtquam „aliquot millia hominum abſtuliſſet, rurſus „monaſterii portæ apertæ fuerint. Deus ter „Optimus Maximus monaſterium hac vice „prorſus intactum reliquit, & conſervare „dignatus eſt.„ Hæc DD. Amandus Abbas, quem duodennem puerum, & ipſo neſciente futurum in Abbatia ſucceſſorem Albertus Abbas anteceſſor in Abbatia provida cura, Deo ſic miſericorditer ordinante, a communi periculo eripuit.

XXXVIII. Nec non annonæ caritas anno 1648. & tumultus bellici variis annis exorti,

Inter tales calamitates etiam erat extraordinaria annonæ caritas ex continuis belli tumultibus orta. Annus milleſimus ſexcenteſimus quadrageſimus octavus, prout ex hiſtoriis conſtat, infauſtus erat vicinæ Bavariæ, ita quidem, ut ipſe Sereniſſimus Dux eodem anno octava Junii Salisburgum venerit, & cum eo tota fere Monacenſis civitas. Tanta hominum variis ex locis pariter confluentium copia in urbe noſtra Salisburgenſi gravem annonæ induxit caritatem, & cum in Bavaria per hoſtem Suecicum agri undique eſſent devaſtati, & undique magnus eſſet frumenti defectus, pretium adeo excrevit, ut modius frumenti ſequenti anno florenis triginta octo, triticum vero quadraginta octo florenis valuerit. Dux Bavariæ cum ſuis usque ad Novembrem perpermanſit, quo menſe concluſa monaſterii in Weſtphalia univerſali pace, & hoſte liberata Bavaria, Monachium rediit. Ob hanc annonæ penuriam, præſertim ob continuum adventantium exulum accurſum non modice gravabatur noſtrum monaſterium: aderat quidem moderata frumenti quantitas, & ſi voluiſſet Albertus Abbas majus luctum in vendendo frumento quærere, etiam potuiſſet; ſed quia timebat, pejora ſemper ſecutura nova, & vix ſpem eſſe in alterum annum habendi frumenti, cum hoſtis in Bavaria omnia devaſtaſſet, non potuit perſuaderi, ut tam caro pretio notabilem quantitatem venderet; ſi autem viliori pretio vendidiſſet, merita cogitare potuit, quod tota civitas ſit ventura, & granarium noſtrum brevi temporis ſpatio ſit exhauſtura, unde conſcientiæ ſibi ducens non multum vendidit, ſed parum, & mediocri quidem pretio. Taceo, quantos animi angores ſuſtinuerit cum ſuis bonus Albertus inter tot continuos tumultus bellicos; de quibus nonquam habebatur ſecuritas, an non etiam in noſtra provincia omnia deſtruantur, aut expellantur Sæculares non minus quam Clerici & Religioſi, uti in aliis locis vicinis fuiſſe factum authores fatentur, qui de belli Suevici effectibus ſcripſerunt. Ab anno namque 1632. Mars totum Romanum Imperium ſuſque deque vertit, & quanta mala in Germania cauſarint hæc bella usque ad annum 1650. quo tandem ingemiſcente Germania, & veluti ex innumeris vulneribus reſpirante Pax univerſalis etiam acerbis conditionibus concluſa eſt, nos quidem hic deſcribere nec intendimus, nec ſufficeremus, ſi etiam vellemus; id tamen adnotaſſe neceſſarium duximus, quod ex infinita Dei miſericordia, quamvis foris fuerint pugnæ, & intus timores, noſtra tamen provincia ſemper manſerit illæſa, & in hoc triginta annorum bello atrociſſimo ab hoſte externo immunis permanſerit; nam ſapientiſſimus Archipræſul, & Princeps PARIS LODRONIUS harum publicarum miſeriarum non ignarus prudentiſſime prævidit, inceptum hoc bellum non cito finiendum, & propterea incomparabili prudentia ſua, etiam aliquoties ſollicitus a cæteris Romani Imperii Principibus, nunquam ſe in ligam, & confœderationem immiſcuit; ſed ut ſuam provinciam curaret, ſuamque civitatem ſervaret, media quidem etiam ordinaria adhibuit, urbem vallis, & munitionibus cinxit, verum etiam ad ſpirituales munitiones, & defenſiones confugiens ſingulis diebus Dominicis & feſtivis publicas orationes inſtituit, & ſpecialiter anno 1641. quo tempore rurſus magis invaleſcebant bellici furores, per decreta a Reverendiſſimo officio eminanata ordinavit, ut non tantum omnes ſacerdotes in omnibus miſſis, precibus, & piis operibus ad avertendam divinam iram impendentium malorum ſint memores, verum etiam in monaſteriis poſt tertiam canonicam Pſalmi pœnitentiales publice perſolvantur, quæ devotio etiam apud nos per plures annos fuit perſoluta, & continuata.

XXXIX. Quin & privata infortunia in ſe & in aliis compatiendo tulerit & ſenſerit;

Acceſſerunt & his calamitoſis temporibus & alia privata infortunia, quæ animum Alberti aliunde undique preſſum magis affligebant. Sic anno 1640. capella noſtra in Mildorf, incendium paſſa, non ſine novis expenſis reparari debuit. Dum anno 1645. Dorſtenſonius Generalis Suecius Bohemiam, & Moraviam obtiuuit, & cum Cæſarianis menſe Februario commiſſo prælio victor in Auſtriam effuſus Crembſium occupavit, etiam vineæ noſtræ Crembſianæ ita fuerunt deſtructæ, ut illo anno nihil obtinuerit noſtrum monaſterium. Maxime autem ad finem vitæ affligebant Albertum noſtrum multæ animi infirmitates, præſertim dum videret, magnorum Patronorum, & amicorum affectum ſenſim frigeſcere, & quia ſæpius ammiſſæ gratiæ, & favoris in variis circumſtantiis ſatis ſuperque adverteret non obſcura ſpecimina, valde contriſtatus, & melancholicus factus eſt bonus Abbas, ita quidem ut etiam Abbatiam anno 1653. reſignare cogitaret, & in ſuum Ottopuranum monaſterium ſe recipere. In hanc finem jam ſupplicem Albertus libellum propria manu ſcripſit, & ad Reverendiſſimum officium transmittere voluit, cujus libelli tamen oblatio veroſimilius per religioſos filios prudenter impedita fuit. Quia tamen hæc reſignationis Abbatialis formula eſt valde ædificatoria, hinc eandem, ſicut illam oculis legimus, in honorem dicti Abbatis ſubnectimus. Sic enim ſonat:

„Reve-

„Reverendiſſimi, Ampliſſimi, Perillu-
„ſtres, Nobiles & Clariſſimi Do-
„mini Domini &c.

„Quod ſcribo & peto, a longo tempore preſſi, nunc, ut efferam, conſcientia „urget, & imperat. Ab annis viginti ſex la-„borioſo admodum officio Abbatiali functus „ſum, utinam cum fruitu, & emolumento „Monaſterii requiſito, ſed ut ulterius eo ſine „detrimento & periculo (præſertim ob gra-„viſſima reſpective alia onera) fungi poſſim „ex his præcipue cauſis mihi videtur diffi-„cile, inquam impoſſibile. Defecit apud „me memoria in tantum, ut vix ſupereſſe „aliquid de ea experiar, unde multa negli-„gi tam circa ſpiritualia, quam temporalia „neceſſe eſt. Abbatis etiam & aliorum Di-„rectorum ſpiritualium officium eſt prima-„rium homiliis, & exhortationibus ad di-„ligentem Regulæ obſervantiam, & ſtudium „tendendi ad ſtatum perfectionis, ut obli-„gati ſumus, regulares ſuos ſubditos per-„ducere; hoc mihi facere, conſequenter „muneri meo ſatisfacere memoria mea fer-„me collapſa non permittit. Deinde præ-„ter memoriæ defectum etiam notabiliter „ſenſus tam internos quam externos, adeo-„que totam naturam magis & magis defice-„re in me ſentio, ita quidem, ut vicinam „mortem vix dubitare poſſim; ad quam pro-„inde diſponere me mature, ambulando, „dum lucem habeo, conſultius, & ſecurius „videtur. Cogito ergo relictis curis ſæcu-„laribus vitam contemplativam de cætero „agere, & ſpiritualibus vacare, quod eſt „meliorem cum Maria partem eligere. Qua-„propter Dominationes veſtras Reverendiſ-„ſimas, ampliſſimas, perilluſtres &c. hu-„millime rogatus volo, quatenus facultа-„tem mihi ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſi-„mo Principe & Ordinario noſtro Clemen-„tiſſimo impetrare dignentur, meum in ef-„fectum perducendi propoſitum. Eſt au-„tem non alia cauſa, quæ ad hoc me com-„pellit, quam nimia naturæ meæ alteratio, „& quaſi in novum transmutatio, quæ me „adeo inhabilem reddit, ut ſub peccato me „obligatum credam denuntiare ob bonum „Monaſterii impedimentum iſtud. Addo: „Monaſterio non parum proviſum iri, ſi, an-„tequam moriar, officio ceſſero, quia multi „ſumptus in funeralia fieri deberent, quæ „bac ratione poſſent præcaveri. Compos „voti mei factus toto vitæ meæ tempore im-„primis pro Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo „Principe & Ordinario noſtro Clementiſſi-„mo &c. pro illuſtribus &c. Dominationi-„bus veſtris ſacrificare, & orare non deſi-„nam. Me his commendo. Dedi Salisbur-„gi ad S. Petrum 1. die Septembris anni „1653.

„Reverendiſſimarum, Perilluſtr. ampliſſ.
„Nobil. & Clariſſ. Dominationum ve-
„ſtrarum

Humilis Servus.
F. Albertus pro tempore
Abbas S. P.

Hic eſt tenor conceptæ reſignationis anno ſupradicto, quo adhuc, currente decima quinta Decembris die, prudentiſſimus Archipræſul, & immortalis memoriæ Princeps PARIS Lodronius poſt laudabiliſſimum 34. annorum regimen anno æt. ſuæ 68. ſupremum vitæ diem clauſit.

XL. Ultimis etiam vitæ annis, nimirum anno 1653. moderationem anniverſariorum impetrarit.

Sex menſibus ante mortem alteſati Illuſtriſſimi Principis PARIDIS Abbas noſter Albertus diu deſideratam diſpenſationem ſeu reſtrictionem anniverſariorum, & Miſſarum (quarum redditus tenues non amplius exſtant, aut ita tenues ſunt, ut inter onus, & emolumentum plane non ſit proportio) ab Illuſtriſſimo, & Clementiſſimo Domino Ordinario impetravit. Mandavit autem Reverendiſſimum officium per Decretum infra allegandum primo: ut eorum fundatorum, de quorum redditibus nihil amplius ſcitur, per collectam aut in momento fieret memoria. Secundo: ut juxta Decretum Urbani VIII. de celebr. Miſſ. 1625. emanatum, nullam deinceps fundationem perpetuam ſine conſenſu Ordinarii ſuſciperemus. Porro Albertus ſupplicavit, & obtinuit, ut non tantum anniverſarii noſtræ Eccleſiæ, ſed etiam Parochiæ Abbatis augienſis, & R. R. PP. Franciſcanorum, quos a nobis habent, reſtringerentur aut permutarentur, & inſuper, ut liceret eos anniverſarios, quos antehac in Eccleſia S. Margarethæ in cæmeterio peragebamus, in noſtra Eccleſia peragere. Transegit etiam Abbas Albertus cum PP. Franciſcanis, ut loco 19. miſſarum & 57. vigiliarum, quas antehac pro fundatoribus Monaſterii noſtri perſolverunt, deinceps ſingulis annis legerent 250. Miſſas cum duodecim vigiliis, pro quo onere certas eleemoſynas accipiunt, ut in præcedentibus ſub Abbate Andrea dictum fuit, exſtant de his duo Decreta originalia a Reverendiſſimo officio ad D. Albertum Abbatem & P. Udalricum Priorem ſub 20. Junii & ſub 2. Decemb. anno 1653. emanata, & ſequentem habent tenorem.

„Des Hochfürſtl. Salzburg. *Conſiſtorii* zu
„den geiſtlichen Sachen verordnete
„*Præſident* und Räthe ꝛc.

„Unſer freundlich willige Dienſt und Grueß zuuor, Hoch-Ehrwürdiger in Gott beſonders lieber Herr und Rathsfreundt: auch „unſeren freundlichen Gruß zuuor Ehrwürdiger „und würdige, hoch- und gelehrte beſonders lie-„be Freund und Liebe. Was bei unß der Herr „und Ir umb willen Reduction etwelcher in „St. Peters auch der PP. Franciſcanorum hie-„beuor der Cloſterfrauen, ſo dan der Pfarr-„Kirchen in der Abbtenau, nit minder in St. „Margarethen Capellen alhier geſtifften Jahr-„tägen und Transportation von dieſer St. „Margarethen Capellen in St. Peters Kirchen, „gebetten, haben wür vernommen, uud der „Nothdurfft nach erwogen, auch Ihro Hoch-„fürſtlich Gnaden unſeren gnedigiſten Fürſten „und Herrn hieruon unterthänigſte Relation er-„ſtattet; wie wür nun darauß befunden, daß „erhebliche urſachen zu ſo gebettener Reduction

„und

„und respective translation verhanden; also „haben auf empfangenen gnedigsten Befelch „wür angeregte Jahrtäg reducirt, und die iber„legung bewilliget, massen die Beilagen sub „N. 2. 3. & 4. mit mehreren ausweisen, verord„nente, daß dieser reduction gemäß chistens ein „Kirchen Calender oder ordo Missarum (mit „austrukhenlicher einfüehr- und aufladung, da„mit für die Stiffter von dero etwo gewidme„ten güettern, und wohin solche verwendt kein „angedenkhen mehr ist ein Collect genomben, „oder deren mindist in memento gedacht) ge„richtet, in der Sacristei aufgehefftet, auch uns „ein Abschrifft daruon neben angezogenen Bei„lagen N. 2. 3. & 4. innerhalb einer Monaths„frist eingeschikht werden solle. In übrigen „wirdet der Herr und Ir nach Ordnung und „Decret Urbani PP. VIII. De Celebr. Miss. „1625. ergangen kheine ewige Stifftung ohne „unseren Consens annemben. Versehen uns „zu geschehen, und verbleiben anbei dem Herrn „und Euch mit freundlichen Diensten und gu„ten willen wol beigethan, und genaigt. Salz„burg den 20. Junii Anno 1653.

„B. Zauchenpreger.

Alterum Decretum eodem quidem anno sed 2da Dec. die datum sequentis tenoris est:

„Des Hochfürstlich Salzb. *Consistorii* zu „denen geistlichen Sachen verordnete „*Præsident* und Räthe ꝛc.

„Unser Freundwillig dienst und grueß zuuor. „Hoch- Ehrwürdiger in Gott besonders lie„ber Herr und Rathsfreund, auch unseren freund„lichen Grueß zuuor Ehr- und würdige, hoch„und gelehrte besonders lieber Freund und be„sonders Liebe. Auf des Herrn und Euer un„derm 27. Nov. nechsthin gethanes supplici„ren, und beygebrachten standhafften Ursa„chen bewilligen wür hiemit, daß die in hie zu„rukkommender verfertigt- und unterschriebe„ner Specification begriffene Gottsdienst durch „die PP. Franciscanos und in dero Kirchen „verrichtet werden mögen. Verbleiben dem „Herrn anbei mit freundlichen Diensten, und „euch mit guten Willen wol beigethan und ge„naigt. Dat. Salzb. den 2ten Dec. Anno 1653.

„Max Gandolf Freihl.
„von Khüenburg.

XLI. Quibus & multis aliis peractis anno 1657. 3tia Januarii in pace quievit.

Sed jam ad ultima vitæ tempora Alberti Abbatis nostri pergamus. Fuit quidem apud neo-electum Principem Celsissimum Guidobaldum ex Com. de Thun &c. (qui anno 1654. tertia Febr. in primo scrutinio ex Decano Cathedralis Ecclesiæ fuit electus in Archiepiscopum) in magna gratia, & æstimatione Albertus noster, quia tamen præ senii debilitate antiquas vires haud amplius satis colligere potuit: & anno præsertim 1656. novæ circumstantiæ, cœptum præsertim ædificium aulicum prope hortulum Monasticum (quod nobis solem & auram, taceo alias incommoditates abstulisset, nisi subsequentibus annis fuisset impeditum) vehementissime affligebant Albertum, hinc tandem viam universæ carnis cœpit aggredi: Nos in descriptione mortis tam bene meriti Abbatis Alberti utimur verbis D. Amandi Abbatis immediati Successoris, qui vitam Antecessoris sui Reverendissimi, in 29. capita distinctam, eleganter scripsit. Ita c. 28. sic loquitur Amandus Abbas: „Vix suo splendore illuxerat „annus 1657mus, cum nobis tristissima Par„ca non filum, sed caput abscindere ausa „est; primo enim die Januarii, ipso Circum„cisionis festo, a Principe ad mensam in„vitatus noster Albertus fuit, ubi nescio, „quo cibo sumpto, nauseam cœpit, & fere „mortis causam; cum enim jam senio con„fectus, & viribus destitutus spontaneo na„turæ pondere in tumbam declinaret, hoc „cibo, quem Itali vocant *Caccearo*, ita sto„machum læsit, ut relictis omnibus alimen„tis jam cibum nullum caperet amplius, „quare secunda die Januarii summe debili„tatus fuit, quod quidem ipsemet Albertus „adverterat, unde P. Bernardum Molito„rem tum temporis œconomum vocavit, & „trepidante ac palpitante jam lingua hæc „verba ipsi serio dixit: *Nunc tempus; nunc „dicitur mihi, dispone domui tuæ, quia morie„ris, tibi me & meam animam committo, vide, „& age, ne quid in me negligas, quia de hoc „in tremendo Judicio rationem reddes.* Oeco„nomus territus cum dissuadere periculum „vellet, timere tamen graviter incœpit, „ocyusque conventui indicavit. Nemo ta„men credebat tam propinquam esse horu„lam mortis: Inde ad prandum pauco cibo „sumpto gravius infirmari cœpit. Ad ve„speras invalescente infirmitate petiit con„fiteri, munirique Sacro-Sancto viatico, „& oleo, quibus rite a confratribus admi„nistratis ab omnibus præsentibus rogavit „veniam, si quid scirent, quod in aliquem „animadvertisset pejus, iisdemque valedi„cens, paterne porrecta manu singulis, ro„gitabat, ut pro se orarent omnes, atque „ita suspirando paulatim inter crucifixi am„plexus obmutescens tertio Januarii hora „secunda noctis in Domino piissime, & fe„licissime inter manus confratrum exspira„vit, cujus anima Deo æternum vivat. A„men", Hæc de morte DD. Alberti Abbatis, qui annum æt. suæ 66tum demptis quatuor mensibus, non penitus implevit, notavit D. Amandus Successor; qui telam historiæ, quid actum fuerit post mortem & in sepultura ita cit. l. prosequitur: „Post mor„tem corpus apertum fuit, cor, hepar, pal„mo, sana, & integra omnia, stomachus „contractus & vacuus, lien seroso, & me„lancholico humore læsus, & arrosus, & „putrefactus visus, quæ utique causa fuit, „quod ultimis annis tristis admodum, & „melancholicus apparuerit. Unde causa „morbi, & mortis difficulter discerni potuit „a medicis, & videbatur sola naturæ lege „exhaustis viribus defeciisse. Mors quam „primum nuntiata fuit Celsissimo Principi „tan-

„tanquam loci Ordinario, qui tertio Januarii, hora octava, duos Commissarios ad „conventum direxit, Reverendissimum Dominum Balthasarum Zauchenperger Doctorem, & Consistorii Directorem, & Clarissimum Dominum Doctorem Turner ejusdem Reverendissimi Consistorii Notarium, „qui conventui proposuerunt sequentia nomine Celsissimi Principis. 1°. Illustrissimum „Principem in primis dolere de morte nostri Domini Abbatis, & condolere propterea conventui. 2do oportere in interregno constitui aliquos ex conventu, qui „rem domesticam interea curarent; unde „ab iisdem Commissariis constituti fuerunt „quatuor, nimirum R. P. Udalricus Freiberger Prior, R. P. Placidus Scheibl Subprior. R. P. Gregorius Lechner Senior. R. P. „Bernardus Molitor œconomus, ita ut P. „Prior interea administratoris titulo fungeretur cæteris consilii causa adjunctis. 3tio „Illustrissimum Principem omni favore, & „gratia erga nos optime affectum, paratumque esse ad tuenda nostra privilegia, & „consuetudines, si quæ difficultates circa „hæc orirentur. Ita omnes stipulata manu „R. P. Priori obedientiam promittere interea „jussi, servis quoque, & famulis ad hoc citatis". Hucusque de morte & quæ post mortem usque ad sepulturam agebantur scripsit D. auctor, qui & apparatum funebrem sequentibus descripsit.

XLII. Octava Jan. die in nostra Ecclesia ante summum altare sepultus non sine funebri apparatu.

Defunctus D. Albertus Abbas post quinque dies in nostra Ecclesia sepultus fuit ante summum altare infra gradus ex cornu epistolæ cit. l. ita descriptus legitur. „Corpus Reverendissimi Domini Alberti pontificalibus indutum ad Capellam S. Viti de„portatum publiceque expositum fuit, cantoribus per diem noctemque ad id psal„lentibus, de aliquibus de conventu semper „præsentibus. Jacuit ita corpus expositum „ad octavum usque Januarii qua die conde„centi ritu sepultus fuit Albertus, comitan„te etiam funus ipso Illustrissimo Principe „Guidobaldo Archiepiscopo, & toto Capi„tulo Cathedrali, aulicis, consiliariis, ci„vibus, & tota pene civitate charum pi„gnus efferente: apparatum funebrem com„pendiose subjungo: Hora nona antemeri„diana, compulsatis campanis, disponitur „funebris apparatus tali fere ordine: Pri„mum agmen puerorum scholasticorum „prælata cruce ducebat unus superpelliceo „indutus, velut monstraturus viam. Al„terum agmen tribuum erat artificum suo or„dine incedentium, cereos manibus depor„tantium. Hanc turbam sequebanturcon„gregationes longissima serie, quavis frater„nitate suum ordinem, locumque occupan„te. Subsequebantur sacri ordines religioso„rum, suis quique vexillis, & crucibus or„nati, nimirum R. R. P. P. Augustiniani R. R. „PP. Franciscani, Convictores, R. R. P. P. „Professores longissima, & pulcherrima serie „omnes candelas deferentes: accinebant les„sum, & tristes noenias Musici. Quinto subse„quebatur demum illustrior, & funeralis ap„paratus: Alumni Archiepiscopales Chorus „& Clerus Cathedralis Ecclesiæ, quos pres„so pede subsecuta crux, crucem vero mœ„stus conventus S. Petri, floccis indutus, „caputiis super oculos demissis. Sexto: „conventum sequebatur Reverendissimus „Dominus Michael Abbas in Beurn in plu„viali cum ministris exequias acturus, inde „18. pullati pueri, nigris induti saccis, de„cussatis intortitiis, affixis etiam insigniis „Monasterii, & Alberti ornati. Septimo „tandem ferali ferculo pullis ornamentis „tecto sublime, & conspicuum omnibus de„ferebatur funus Pontificalibus indutum, „& ad luctum commovebat spectatores, „latera stipabant hastati milites Principi a „servitio; ferculum portabant octo fratres „Religiosi floccis induti e convictu ad id ac„cersiti. Funus subsequebantur officiales „Monasterii luctuosis induti vestimentis. In„de Princeps GUIDOBALDUS suo splen„dore, quamvis lugubri, & gratiosissima „præsentia condecorabat seriem, hunc se„quebantur DD. Capitulares Cathedrales „DD. Canonici, Camerarii Principis, Con„siliarii, aulæ servitium, Senatus civicus, „& cæteri de vulgo, & plebe. Ultimum „agmen occupabat ginecæum, fæminæ il„lustres præcipuæ, plebiæ, & longo ordine „multa turba. Via luctuosæ pompæ „instituta est e S. Vito per Cæmeterium „ad pistrinum, inde per capitularem „plateam, præter Ecclesiam rubræ fra„ternitatis, per forum, & plateam Fran„ciscanorum ad nostram usque Eccle„siam, ubi, cum funus devenisset, ante „summum altare interea repositum fuit; „dum Sacer Orator A. R. P. Romanus Mil„ler e cathedra longius dixisset, qua con„cione comparavit Albertum illi Nathanae„li, de quo Christus dixit: *Ecce verus Israe„lita, in quo dolus non est inventus*, quæ con„cio postea typis mandata fuit. Finita con„cione solennis Missa defunctorum per Re„verendissimum Dominum Abbatem Bura„num sub Infula fuit decantata, & tandem „charum pignus sacris cæremoniis ante „summum Altare juxta suum Antecessorem „magno honore consepultum fuit, memo„riæ causa mœstissimi filii suo charissimo „Patri æternæ gratitudinis monumentum „tumulo affixere, quod ita sonat".

Sta Viator! & lege!
sub hoc marmore quiescit
Albertus III.
Hujus Asceterii Abbas LXX.
XXX. annis & VIII. Mensibus communi bono
præfuit, & profuit, suorum Columen, Litterarum Mæcenas, Pauperum Pater.
Deposuit onus fessus Atlas
3. Jan. anno MDCLVII. æt. suæ fere LXVI.
Animam Deo, sui memoriam posteris,
corpus hic terræ commendavit.
Tam bene merito, quam emerito Præsuli
bene precare.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

XLIII. Epilogus & synopsis totius vitæ & gestorum Alberti Abbatis.

Denique his omnibus, quæ hactenus fusiori calamo scripta fuerunt, subnectimus epilogum, & velut synopsin totius vitæ, & gestorum Alberti Abbatis, prout legitur ultimo capite vitæ MSStæ, quam D. Successor Amandus sæpe cit. conscripsit; sic autem de verbo ad verbum ibidem legitur: „Habes igitur, ait, amice Lector! integram „vitæ, & gestorum Reverendissimi Domini „Alberti nostri historiam, & seriem, cujus, „si ortum consideres, vita fuit illustris, ut„pote ex nobili sanguine; si juventutem: „doctrina, & disciplina, optimæ artes cum „innocentia, & pietate conjunctæ resplen„duere; si maturiorem ætatem; religionis, „& publici boni zelus, & administratio glo„riosum reddidit Albertum; si virum con„sideres, & denique senem, mitra, & ba„culo splendidum, suisque ovibus gratiosis„simum Pastorem miraberis, neque sine mœ„stitia confratrum defunctum, quippe, qui „non tantum suis, sed etiam exteris gratus, „& acceptus fuit, disciplinæ amator, dis„cretam vivendi rationem inter suos indu„xit, qui tam suis, quam alienis disciplinæ „exemplar erat, diu noctuque indefessus „Pater pro filiis, & ut bene illis esset, de die „laborabat, de nocte vigilabat; modus vi„vendi ipsius regula erat cæteris, noctur„nas vigilias, nisi gravatus infirmitate, nun„quam intermittebat, summo mane a me„ditatione, piisque exercitiis diem ordie„batur, singulisque diebus primam missam „Deo offerebat, succedebant postea nego„tia domestica, quæ non putabat feliciter „peragi, nisi diem a Divinis incepisset. Pu„blicis negotiis etiam a Principe destinatus, „dum Visitator Generalis Provinciæ consti„tutus, zelo salutis animarum fervidus, „quantos labores exantlaverit, non satis „describi potest. Magnatibus adeo charus, „& acceptus fuit, ut nemo non ambiret „ipsius consortium, & amicitiam, paupe„rum Pater, exulantium refugium, & affli„ctorum consolatio fuit; quantas enim elee„mosynas in has, & similes personas con„tulerit, rationes annuæ demonstrant. Si „Patremfamilias consideres bona domui „suæ procurantem; lege inventarium post „mortem ipsius publica fide erectum, & vi„debis, quod œconomia ipsius vere a Do„mino in omnibus benedictionem accepe„rit. Plenum granarium frumento, plenæ „cellæ vinariæ vino, ingens domesticæ sup„pellectilis apparatus, redditus etiam an„nui, & aucta bona cogunt etiam admira„ri posteros, quomodo tam periculosis an„nis, & temporibus, dum bella ferverent in „Imperio, tam bene potuerit administrare „Abbatiam; Sed sciebat Albertus funda„mentum Divinæ benedictionis in religiosis „Monasteriis bonam esse disciplinam, hanc „ergo studuit summopere implantare, & „conservare, unde & Christi promissum ob„tinuit: *quærite primum Regnum Dei, &* „*hæc omnia adjicientur vobis.* Sed his tantis „laboribus, & senii gravatus onere, tan„dem naturæ pondere ad tumulum prope„ravit, & dulcem apud filios memoriam, „apud posteros insignem famam sui reliquit, „quem Deus in multis benedictionibus præ„ventum glorioſæ visionis suæ aspectu, ut „gratiosissime dignetur, nos filii fervide pre„camur. Amen". Hæc D. Abbas cit. cap. 29. seu ultimo vitæ Alberti: quibus pro coronide superaddimus, non vulgarem etiam gloriam hujus meritissimi de Monasterio Abbatis, & Patris fuisse, quod inter 25. numero, quos ad sacram Religionem per S. professionem susceptit, inter quos fuere viri pietate, & doctrina insignes, editis libris, & scriptis, laureis & cathedris illustres, fuisse etiam duos præsertim filios sapientes, Præsules incomparabiles, immediatos in Abbatia successores Amandum, & Edmundum, quorum industriæ, prudentiæ & bonæ œconomiæ majori ex parte modernam Monasterii nostri formam saltem externam satisque honestam in acceptis referimus, & quidem D. Amando Abbati claustralem, D. Edmundo Abbati Abbatialem, & hospitalem, ut suo loco dicemus.

AMANDUS,
ABBAS AD S. PETRUM LXXI.
AB ANNO 1657. USQUE AD ANNUM 1673.

I. Post duos Abbates ab exteris Monasteriis postulatos præmisso examine,

Tandem post duos Abbates ab exteris Monasteriis Wessofontano nimirum in Bavaria, & Ottoburano in Suevia, postulatos de novo sponso, qui ex gremio nostro monastico electus fuit, sibi gratulabatur viduata ad S. Petrum hic Salisburgi Ecclesia nostra. Postquam orbata fuerunt Præsule, & Patre suo amantissimo chara pignora, confratres nostri, orientisque anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi septimi splendorem mors Albertis in tenebras, & chorum convertit in luctum, & illa omnia præmissa fuerunt, quæ supra in vita Alberti n. XLI retulimus, ad supplices preces Venerabilis conventus nostri Celsissimo Ordinario porrectas pro die futuræ electionis designatus fuit dies octavus Februarii, cridis consulto tempore ad valvas Ecclesiæ, & Consistorii affixis, & publice ex cathedra tribus dominicis prælectis, & promulgatis. Opiniones variæ, uti fieri solet in similibus electionis circumstantiis, spargebantur per urbem, quis futuris esset Abbas? & quidem tanto magis: quia tres spectatissimi viri confratribus nostris ad postulationem fuerunt propositi, nimirum Reverendissimus Dominus Michael Abbas Buranus ad S. Michaelem, vir quidem unde quaque religiosissimus & aptissimus; P. R. D. P. Alphonsus Stadlmair Weingartensis Universitatis p. t. Rector Magnificus, & A. R. P. Romanus Miller Seeonensis Alumnatus Regens Duumviri Doctrina, religione, & experientia laudatissimi. Ast non inclinabat confratrum nostrorum animus ad postulationem, seu electionem Abbatis ab alieno Monasterio, unde liberæ electionis jus prosequi statuerunt. & facile impetrarunt. Itaque sexta Februarii die, quæ S. Amando sacra est, Illustrissimus Princeps GUIDOBALDUS ipsemet cum suis Commissariis ad nostrum venit Monasterium mane ho-

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

ra octava, instituitque examen prævium, ad quod omnes de conventu citati, & super quædam puncta examinati fuerunt. Cum Illustrissimo Principe huic examini præsentes fuere Illustrissimus Princeps & Episcopus Lavantinus D. Maximilianus Gandolphus a Kyenburg, Reverendissimus Dominus Michael Abbas in Beurn, D. Balthasar Zauchenperger Consistorii Director, & D. Doctor Turner ejusdem officii Reverendissimi Secretarius, quod examen mane circa undecimam fuit finitum, altera autem die, id est septima Februarii nihil specialiter actum.

II. Anno 1657. die 8. Febr. a viduato conventu ad S. Petrum

Itaque octava Februarii die instituta, & habita fuit electio novi Abbatis in nostro Monasterio, præsentibus iisdem DD. Commissariis, & ut notitia habeatur, quot, & quinam fuerint in viduato conventu eligentes, subnectimus Catalogum Vener. conventus nostri ad S. Petrum illo tempore existentis:

A. R. P. Udalricus Freiberger. Prior.
R. P. Placidus Scheibl. Subprior.
P. Basilius Oelgefs. Senior.
P. Gregorius Lechner.
P. Vitalis Riedl.
P. Maximus Rolandinus.
P. Benedictus Stollenmair.
P. Amandus Pachler.
P. Bernardus Molitor.
P. Rupertus Seepacher.
P. Virgilius Guggenperger.
P. Romanus Molitor.
P. Franciscus Mezger.
P. Edmundus Sinhueber.
P. Bonifacius Tanner.
Fr. Maurus Högler. Diaconus.
Fr. Ildephonsus Lochner. Diaconus.
Fr. Josephus Mezger. Subdiaconus.
Fr. Joachimus Stegbuecher. Subdiaconus,

Huic actui electionis non interfuerunt tres fratres non habentes ordines majores, nimirum.

Fr. Paulus Mezger.
Fr. Urbanus Eder.
Fr. Albertus Schrench.

Prædictis novendecim vocem habentibus activam, & passivam, convenientibus ad actum electionis, habita fuit missa de Spiritu Sancto, cantata a DD. Abbate Burano; qua solenni missa finita ad Abbatiam convocati fuere Conventuales, ubi Reverendissimus D. Abbas ad S. Michaelem-Buræ exhortatus est Conventum, ut eligerent talem virum, qui dignus & aptus esset ad regendum tantum onus hujus Monasterii, qua exhortatione finita debuerunt omnes jurare ad SS. Evangelia, quod velint digniorem eligere; quo juramento præstito singulis eligentibus schedulæ electoriæ fuerunt distributæ, & singuli abire jussi sunt. Mox vocatus unus post alterum schedam suam quisque in S. Calicem imponere, & per alteram januam egredi jussus est. Collectis votis Illustrissimi, & Reverendissimi Domini Commissarii relicto conventu abierunt ad Illustrissimum Principem, & electam personam insinuarunt nondum publicatis votis conventui. Inde ex aula reversi ad Abbatiam conventui promulgarunt personam electam.

III. Ex gremio nostro in Abbatem electus fuit R. P. Amandus Pachler.

Electus igitur & quidem in primo scrutinio a 19. eligentibus per 17. vota fuit. P. Amandus Pachler sacrosanctæ Theologiæ Doctor & t.t. in hujate Universitate Theologiæ moralis Professor ordinarius; in Halla divite ditionis Bavaricæ natus 29 Sept. anno 1624. in Monasterio nostro sub Alberto Abbate 31ma Augusti anno 1642. expresse professus, anno 1648. in vigilia nativitatis Domini ad Sacerdotium promotus; postea Novitiorum Magister & Subprior; bis cursum Philosophiæ in Universitate docuit, & absolvit, creatus publice in Theologiæ Doctorem anno 1656. cœpit docere ibidem Theologiam Moralem, a quo munere per abbatialem electionem altero anno revocatus, & ad Abbatiam vocatus fuit. Ut autem tanto exactius historiam hujus novæ electionis recenseamus, & tanto magis humilitas neo-electi commendetur, nec non palam innotescat quam humiliter de se ipso senserit vir tam præstans, pius, & litteratus, placet adducere ipsa formalia, quæ electus Abbas in sui Abbatialis Diarii parte I. fol. 9. his terminis adnotavit: „Electus est ergo a novendecim eligentibus con„ventualibus frater Amandus Pachler, ego „nimirum ipsemet, qui hæc scribo miser, „& vix ossibus hærens, quatuordecim an„norum ægritudine pene consumptus, tri„ginta tres annos natus, exiguus ingenio, „impotens judicio, inexpertus rerum ju„venis, & infirmitatibus mille oppressus ho„muncio, totus igitur tremebundus lectus, „& electus pronunciatus, dum initio me „volebam excusare, præ terrore vix loqui „potui, & proposita infirmitate mea con„tinua, dum ob eam me excusare adlabo„ravi, secunda vice non acceptata excusa„tione tertio dixi me accepturum hanc pro„vinciam, si ex obedientia mihi imponatur, „alias fore mihi impossibile; ita acceptata „responsione, dum adhortarentur me, ut „instinctui Spiritus Sancti obedirem, con„sensum præbui; unde totus tremebundus „frater Amandus jussus est sedere in sella „juxta mensam, fuitque admonitus a Re„verendissimo D. Doctore Zauchenperger „viro prudenter, & ordinis Monasteriique „nostri magno Patrono, & Amatore, in „qua admonitione, & exhortatione tria „puncta præcipue proposuit. Primo: Ut „omnia discrete agerentur; secundo: ut „cum aliorum consilio omnia fierent: ter„tio: ut cum misericordia, & judicio cum „omnibus agerem, quod ad longum pul„chre, & prudenter valde deduxit. His „ita finitis conventuales omnes, & singuli „porrecta manu mihi gratulati sunt. Inde

dedu-

„deductus ſum per capitulum, & chorum, & „ſacriſtiam ad Eccleſiæ altare ſummum, ad „*Te Deum laudamus*, medius inter Illuſtriſſi„mum Principem Lavantinum, & Reveren„diſſimum Abbatem Buranum, præſente, & „ſpectante, & concurrente ingenti multitu„dine populi. Finito *Te Deum laudamus* fra„ter Amandus eodem ritu per mediam ec„cleſiam deductus eſt, ad januas, ubi cum „Illuſtriſſimo Lavantino, & duobus Reve„rendiſſimis Abbatibus Burano, & Seeonen„ſi currui impoſitus deductus eſt ad Illuſtriſ„ſimum Principem GUIDOBALDUM; ubi „ad audientiam ego cum conventu admiſſus, „brevem oratiunculam habui, meque in„habilem propter continuas infirmitates „meas aſſerens, rogamus per Deum, ut al„teri tantum onus imponeretur; totus tre„mebundus, ut vix loqui poſſem præ con„fuſione animi procidens in genua juſſus ſum „ſurgere, & poſtea Illuſtriſſimus Princeps: „*Placet*, dixit, *electio veſtra, & perſona ele„cta;* cui proinde congratulabatur, & por„recta manu nos dimiſit abire domum. Ita „reverſi domum Reverendiſſimi Domini Do„mini Commiſſarii me deduxerunt ad Abba„tiam, & porrectis clavibus commiſerunt „mihi usque ad confirmationem adminiſtra„tionem monaſterii proviſorio modo. His „itaque finitis ivimus ad prandium, Reve„rendiſſimis Dominis Commiſſariis omnibus „invitatis, in quo frater Amandus primus „ſedere juſſus ad dexteram Illuſtriſſimi Prin„cipis Lavantini. Erat hæc dies octava Fe„bruarii feria quinta ante Dominicam quin„quageſimæ.„ Ita in terminis de ſui ele&tione humiliter ſcripſit manu propria in ſuo Diario citato, & ſæpius citando Amandus Abbas.

IV. Qui poſtquam ante ſui confirmationem in ſpeciali audientia multa de ſtatu monaſterii apud Principem expoſuit,

Porro autem idem Dominus Abbas ante ſui confirmationem, & benedictionem petiit 16.ta Martii ſpecialem audientiam apud Celſiſſimum Principem, ubi multa prævie & utiliter de ſtatu monaſterii noſtri expoſuit. Primo autem in hac audientia invitavit Principem ad feſtum S. Benedicti, ſecundo gratias egit, quod Princeps Illuſtriſſimus promiſerit ſe velle in propria perſona neo-electum benedicere; tertio reddidit rationem, & propoſuit, qualiter hactenus adminiſtraverit Abbatiam nondum confirmatus; quarto egit gratias, quod inter provinciales fuerit connumeratus; maxime autem & principaliter quæſivit, & obtinuit occaſionem loquendi de novo ædificio, quod Princeps Illuſtriſſimus Guidobaldus inceperat juxta noſtrum monaſterium, quo maxime affligebantur confratres noſtri, eoquod totaliter fuiſſent incluſi altiſſimo ædificio, inſuper hortulus noſter, qui latitudine continebat 49. pedes, longitudine vero octoginta, nova ſcala introrſum jam incepta fuiſſet devaſtatus, feneſtræ etiam ex novo ædificio, fiebant in noſtrum hortum verſus cellas & refectorium, quæ gravamina etiam Reverendiſſimum D. Abbatem Albertum adeo contriſtarunt, ut non parum ipſius vitam abbreviarint. Propoſuit itaque D. Amandus Abbas, quamvis, ut ipſemet fatetur, maximo timore offenſæ, propoſuit tamen capto animo pro ſalute, & bono monaſterii, quantum gravaretur monaſterium illo ædificio, atque conceptum, & modellum expoſuit, quo ædificium ſtrui poſſet, ut cederet in maximum monaſterii emolumentum, & nihilominus Princeps Celſiſſimus intentiones ſuas principales per tale ædificium ſortiretur, nimirum galeriam & exteriorem ædificii cum aula conformitatem, & inſuper, quod id fieret noſtris ſumptibus; addidit etiam providus Præſul, conventum S. Petri eapropter fore faciliorem ad aliquam in privilegio noſtræ præcedentiæ transactionem; nam Abbatia adhuc vacante, & ante electionem miſit altefatus Princeps, & Archiepiſcopus Salisburgenſis ſui Reverendiſſimi Conſiſtorii Directorem, ut Religioſos, & confratres noſtros interrogaret, an parati eſſent inire quandam transactionem cum Reverendiſſimo Capitulo cathedrali circa jus præcedendi in publicis actibus, & proceſſionibus ante DD. Canonicos, quod nobis competebat vi inſtrumenti publici erecti anno 1521. quo tempore hæc præcedentia Romæ ventilata, & nobis per trinam ſententiam adjudicata fuit. Reſponderunt autem religioſi orphani, ipſos non recuſare transactionem, ſi quæ fieret cum certis conditionibus, quæ monaſterio utiles, & apud poſteritatem excuſabiles forent.

V. Et quod in cauſa novi ædificii petiit, non ſine magno monaſterii emolumento obtinuit,

Quod autem Amandus Abbas in hac audientia petiit, etiam feliciter, non ſine ſecuto maximo monaſterii emolumento, obtinuit. His enim, quæ D. Abbas propoſuit, auditis, voluit Princeps Illuſtriſſimus, ut curaret fieri modellum, & deſignationem ædificii exhiberet in papyro, addiditque magnus Princeps ſe non abhorrere a propoſita petitione, rem tamen melius eſſe conſiderandam; unde pro hac vice cum optima ſpe ab Illuſtriſſimo Principe domum abire juſſus eſt. Poſt tres autem dies, videlicet 19na Martii in feſto S. Joſephi, cujus virginei ſponſi tenerrimus & devotiſſimus cultor ſemper erat Amandus Abbas, & cui non tantum ſuam abbatiam eadem die ſpecialiter, & ex animo commiſit, ſed etiam, ipſomet teſte, ejusdem Patrocinio hanc ædificii difficultatem commendavit, die inquam ſupradicta Dominus Præſul vocatus fuit ab Illuſtriſſimo Principe ad audientiam & ad prandium, atque poſt menſam ductus in ædificium illud arcuatum, quod novo ædificio eſt contiguum, ubi juſſit, ut exponeret clarius intentionem ſuam, quam etiam expoſuit obiter, & breviter, ac poſtea præſente Magnifico D. P. Alphonſo Stadlmair Weingartenſi tunc temporis Univerſitatis Rectore ac R. P. Philiberto Utz Matheſeos Profeſſore ad Amandum Abbatem dixit Princeps Celſiſſimus GUIDOBALDUS: *Itaque quia video veriſſimam neceſſitatem veſtri*

monaſterii, non habeo rationem vel cauſam, cur vobis hoc denegem; dono itaque vobis totum hoc ædificium cum omnibus adjacentibus materialibus; idque ter quaterque repetiit. Ego vero, ait ipſemet D. Amandus Abbas in ſuo cit. Diario fol. 18. plenus gaudio, & jubilo procidi coram Illuſtriſſimo Principe in genua, & egi infinitas gratias. Ita bonis avibus, verba ſunt citati Præſulis, lætabundus domum redii, & meis confratribus hæc omnia enarravi, tantaque tunc inter nos erat lætitia, ut eloqui hic nequeam. Ita in terminis Præſul laudatiſſimus Amandus, qui tamen ſuo loco etiam deſcribit, qualiter hæc bona initia menſe ſequenti variis dubiis & difficultatibus, transactionibus, & conditionibus fuerint involuta, ut dicemus ſuo loco.

VI. Vigeſima Martii confirmatus, & 21. ejusdem in Eccleſia noſtra ſolenni ritu benedictus fuit.

Priusquam vero plura differamus de hoc notabili monaſterii noſtri ædificio, a quo totum ferme monaſterii incrementum pendebat, qualiter nimirum hoc ædificium fuerit inchoatum, & conſummatum, adnotare oportet, neo-electum Præſulem Amandum altera die videlicet 20ma Martii confirmatum fuiſſe in Mirabella ab Illuſtriſſimo Principe & Epiſcopo Lavantino Maximiliano Gandolpho de Küenburg, Procuratoris officium ſubeunte Franciſco Balthaſare ſic dicto J. U. Doctore, & Digeſtorum Profeſſore publico in Univerſitate; hanc autem confirmationem ſecuta fuit altera die in ipſo nimirum præcipuo feſto ſanctiſſimi legislatoris noſtri ſolennis actus Benedictionis Abbatialis, quem ipſemet Celſiſſimus Princeps, & Archiepiſcopus Guidobaldus in propria perſona ſuſcepit, atque Præſulem noſtrum Amandum in noſtra Eccleſia ſub ſolenni officio benedicere clementiſſime dignatus eſt, in quo actu præſentantes ſeu aſſiſtentes fuerunt duo Reverendiſſimi Abbates Michael Buranus, & Columbanus Seeonenſis, qua die etiam Illuſtriſſimus Princeps, & Reverendiſſimum Capitulum convivio intereſſe dignati fuerunt. Nos pro confirmatione illorum, quæ de electione & confirmatione hujus D. Abbatis neo-electi, & confirmati, nec non benedicti dicta fuerunt, ſubnectimus etiam tenorem utriusque Inſtrumenti tam electionis quam confirmationis, quod utrumque in originali exſtat, & de verbo ad verbum hunc ſenſum habet.

Inſtrumentum Electionis.

„In Chriſti nomine Amen. Tenore præſentis publici inſtrumenti cunctis id ipſum „intuentibus pateat evidenter & ſit notum, „quòd anno a nativitate ejusdem milleſimo „ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo, in„dictione decima, Pontificatus ſanctiſſimi „Domini noſtri D. Alexandri divina provi„dentia Papæ Septimi anno tertio, regnan„te etiam ſereniſſimo, & invictiſſimo Prin„cipe ac Domino D. Ferdinando Tertio hujus „nominis Imperatore ſemper Auguſto, re„gninis ſuæ Cæſareæ Majeſtatis anno vi„geſimo primo, die Jovis, quæ erat octava „menſis Februarii in monaſterio ordinis San„cti Benedicti civitatis & Diœceſ. Salisbur„genſ. ad preces Illuſtriſſimo & Reverendiſ„ſimo Principi ac Domino D. Guidobaldo „Archiepiſcopo Salisburgenſ. ſanctæ Sedis „Apoſtolicæ Legato &c. Domino & Ordina„rio ſuo Clementiſſimo per P. Priorem & cæ„teros conventuales præfati monaſterii por„rectas pro impetranda in locum demortui „Reverendiſſimi Domini Alberti ultimi, & „& immediati Abbatis ibidem noua, & libe„ra electione, factaque ipſis deſuper gratio„ſiſſima conceſſione Reverendiſſimus, & Il„luſtriſſimus Princeps ac Dominus D. Maxi„milianus Gandolphus Epiſcopus Lavanti„nus, Metropoliticæ Eccleſiæ Salisbur„genſ. Canonicus, Archiepiſcopalis Con„ſiſtorii Salisburgenſ. Præſes & per Carin„thiam Vicarius Generalis, nec non pluri„mum Reverendus, Prænobilis & Clariſſi„mus Dominus Balthaſar Zauchenperger „J. U. Doctor, alte memorati Reverendiſſi„mi, & Illuſtriſſimi Domini Archiepiſcopi, „& Principis Salisburgenſis Conſiliarius in„timus dicti Metropolitici Conſiſtorii Dire„ctor, Eccleſiæ collegiatæ in monte S. Virgi„lii prope civitatem Friſacenſem Præpoſi„tus, & Canonicus B. V. M. ad nives hic Sa„lisburgi, ab eadem Illuſtriſſima, & Reve„rendiſſima Celſitudine, ceu loci Ordinario, „ad ſubſequentem actum clementiſſime de„putati Commiſſarii ad actum Electionis fu„turi Abbatis, in locum prioris demortui, „via jure & forma legitimis proceſſerunt, at„que in primis omnibus, & ſingulis, ſua „intereſſe putantibus, publice vocatis, in„formationem in tali actu tam de jure quam „conſuetudine Diœceſi Salisburgenſ. requi„ſitam ac ſolitam inſtituerunt, omnes, & „ſingulos conventuales ſeorſim vocantes, & „examinantes, die demum Jovis anteme„morata, cantata prius per Reverendiſſi„mum, & Ampliſſimum Dominum Michae„lem Abbatem in Peurn de Spiritu Sancto „Miſſa, ſub qua antefati P. Prior, & Con„ventuales præmiſſa ſacra confeſſione ſacra„mentum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſumpſe„runt, univerſalis ac ſingulis, ſua intereſſe „putantibus, ex cancellis ejusdem Eccleſiæ „per Reverendum & Doctiſſimum Dominum „Placidum Scheibl Subpriorem denuo voca„tis prænominati Domini Commiſſarii ad lo„cum Abbatialem ſe contulerunt, ibidem„que comparentibus omnibus & ſingulis „conuentualibus in dicto monaſterio profeſ„ſis vocem activam, & paſſivam habentibus „jam modo nominati Domini Commiſſarii „præſentibus Reverendiſſimis, & Ampliſ„ſimis Dominis Michaele & Columbano re„ſpectiue in Peyrn, & Seeon Abbatibus, „nec non Plurimum Reverendo & Clariſſi„mo & Magnifico D. & P. Alphonſo Stadl„mair, SS. Theol. Doctore, Illuſtriſſimi Do„mini Archiepiſcopi, & Principis Salisbur„genſis Conſiliario, ac Univerſitatis Salis„burgenſ.

„burgenſ. Rectore, juxta unanimem Capi-
„tularium requiſitionem, & petitionem
„(quibus omnibus, & ſingulis per viam
„ſcrutinii procedere placuit) in ſcrutatores
„hujus negotii aſſumptos, meque Notario
„& teſtibus per Priorem loco totius Capituli
„deſuper legitime requiſitis, nec non pro-
„teſtatione de non admittendis inhabilibus
„facta prius per ſupra nominatum Dominum
„Balthaſarum Zauchenperger exhortatione
„omnibus & ſingulis eligentibus juramen-
„tum corporale detulerunt, quod omnes
„acceptarunt, ſinguli quoque ad Sancta Dei
„Evangelii jurarunt, quod ſecundum
„Deum, & conſcientiam ſuam in illum ſua
„vota directuri ſint, quem ſuo monaſterio
„magis utilem judicabunt, eadem vota ſua
„in quadam ſcheda fideli ulterius manu ſcri-
„pta ſacro calici juxta ſupra nominatos Do-
„minos Commiſſarios, & ſcrutatores men-
„ſæ appoſito impoſuerunt: quibus omnibus
„poſtmodum collectis, & numeratis, at-
„que a me Notario conſignatis, & conſcri-
„ptis, eligentes omnes vocati in antiquo lo-
„co comparuerunt, & utrum publicatio vo-
„torum ipſis placeat? interrogati, iisque
„placere reſpondentibus, vota publicata
„ſunt, quibus publicatis inſuper collatione
„numeri ad numerum ſubſecuta repertum
„exſtitit majorem, & ſaniorem partem ca-
„pituli in ſcrutinio vota ſua direxiſſe in R. P.
„Amandum Pachler ſacroſanctæ Theolo-
„giæ Doctorem ad S. Petrum ſic profeſſum,
„virum eruditione, vitæque, & morum in-
„tegritate tum in ſpiritualium, tum etiam
„in temporalium rerum adminiſtratione in-
„duſtrium & conſpicuum, nulloque canoni-
„co impedimento irretitum, electum eſſe,
„proinde præfati Domini Commiſſarii facta
„ſtatim humillima relatione Illuſtriſſimo
„Principi, ſeu loci Ordinario, habitaque Il-
„luſtriſſimæ ſuæ Celſitudinis gratioſiſſima
„mente electionem, uti canonice factam,
„acceptarunt, & approbarunt, nec non ad
„petitionem omnium, & ſingulorum capitu-
„larium electum in ipſo electionis conclavi
„publicarunt, & a Domino electo conſen-
„ſum requiſiverunt, quem licet primitus
„clare reniteretur, imparem ſe huic mune-
„ri futurum aſſerens, tandem vero rationi-
„bus ductus in Dei nomine præbuit aſſen-
„ſum, quare per prædictos Dominos Com-
„miſſarios, electi conſenſu acceptato, mox
„in cancellis Eccleſiæ per Reverendum, &
„doctiſſimum Patrem Ottonem Guzinger
„Ord. S. Benedicti ex monaſt. Seeonenſi Do-
„minus Electus pulſatis omnibus campanis
„Eccleſiæ proclamatus, atque per ſupra
„nominatum D. Balthaſarum Zauchenper-
„ger peroratione, & commonitione feria
„præmiſſa, omnibus, & ſingulis Dominis
„conventualibus Domino Electo debita obe-
„dientia, & reverentia, ſtipulatis mani-
„bus, promiſſa, eidemque etiam tam Do-
„mini Commiſſarii, quam alii præſentes
„congratulati ſunt, poſtmodum per præme-
„moratos Dominos Commiſſarios in Eccle-
„ſiam deductus, & ſic operi huic finis impo-
„ſitus eſt. Acta ſunt hæc Salisburgi in no-
„minato monaſterio S. Petri, Anno, indi-
„ctione, Pontificatu, menſe, die & loco,
„quibus ſupra &c. præſentibus plurimum
„Reverendo, & Clariſſimo D. P. Romano
„Miller S.S. Theologiæ Doctore, Illuſtriſſi-
„mi Domini Archiepiſcopi, & Principis Sa-
„lisburgenſis Conſiliario, Univerſitatis Pro-
„cancellario & ſeminarii Regente, ac Re-
„verendo, ac doctiſſimo Domino P. Ottone
„Guzinger Eth. Profeſſore, utroque in mo-
„naſterio Seeonenſi Profeſſo, teſtibus fide di-
„gnis, & ad præmiſſa ſpecialiter vocatis &
„requiſitis ac a ſuo D. Abbate ad hoc teſti-
„monium ferendum Licentiatis. Et ego
„Joannes Guilielmus Turner J. U. D. Metro-
„politici Conſiſtorii Salisburgenſis Conſilia-
„rius, ejusdemque nec non publicus Nota-
„rius, quia prædictæ electioni omnibusque
„aliis & ſingulis, dum ſic, ut præmittitur,
„fierent, & agerentur, unacum prænotatis
„Dominis teſtibus præſens interfui, eaque
„omnia, & ſingula ſic fieri vidi, & audivi,
„ideo præſens hoc publicum inſtrumentum
„confeci, manu propria ſubſcripſi, & nota-
„riatus mei ſignetum appoſui rogatus, &
„requiſitus:

„*Joannes Guilielmus Turner.*

(L. S.) (L. S.)

Inſtrumentum Confirmationis.

„GUIDOBALDUS DEI GRATIA Ar-
„chiepiſcopus, & Princeps Salisbur-
„genſis, ſacræ Sedis Apoſtolicæ Lega-
„tus &c. Venerabili nobis dilecto, & fide-
„li P. Amando Pachler Sacerdoti, & Pro-
„feſſo monaſterii ad S. Petrum in Metropoli
„noſtra Ordinis Sancti Benedicti ſalutem,
„gratiam & regularis obſervantiæ zelum.
„Inter reliquas curas, & ſollicitudines,
„quæ nobis ex debito paſtoralis officii noſtri
„maxime cordi, & curæ eſſe debet, illa ſa-
„ne præcipua & maxima eſt, ut eccleſiis
„ac monaſteriis fidei noſtræ commiſſis, &
„ſubjectis, dum ea vacare contingit, debi-
„te, & opportune cum omni diligentia, cu-
„ra, & ſtudio provideamus. Cum itaque
„vacante Abbatia ſupradicti monaſterii per
„obitum Alberti Keuslin ultimi, & imme-
„diati ejusdem monaſterii Abbatis per ele-
„ctionem de noſtro benigno aſſenſu pera-
„ctam, ad quam omnes, & ſinguli, qui
„de jure, & conſuetudine eidem intereſſe
„debent, legitime citati fuerunt, iisdem-
„que comparentibus & capitulariter con-
„gregatis, præmiſſis tam de jure, quam
„conſuetudine præmittendis, & ſervatis
„ſervandis, Divino Numine aſpirante, in
„Abbatem prætacti monaſterii, prout ex in-
„ſtrumento authentico deſuper ſub die octa-
„va menſis Februarii currentis anni confecto
„plenius vidimus contineri, canonice ele-
„ctus ſis, nobisque honorabiles nobis dile-
„cti

„cti, deuoti, & fideles P. Prior, & conven-„tus ſæpedicti monaſterii ad S. Petrum hu-„millime ſupplicarint, quatenus nomina-„tam electionem ratificare, & approbare, „tuamque perſonam clementiſſime confir-„mare dignaremur. Nos igitur per Com-„miſſarios noſtros ad hoc ſpecialiter deputa-„tos, de & ſuper tuæ perſonæ habilitate, „ætate, dexteritate, aliisque neceſſariis „ſatis informati, præfatam electionem rati-„ficandam & approbandam, tuamque per-„ſonam duximus confirmandam, prout te-„nore præſentium omni meliori modo, via, „forma ac jure, quo melius poſſumus ac „debemus, eandem ratihabemus & appro-„bamus, tuamque perſonam confirmamus, „nec non te Amandum Pachler per annuli „traditionem, emmiſſa primitus per te fi-„dei Catholicæ profeſſione, præſtitisque „ſolitis Simoniæ, ac nobis fidelitatis, & „obedientiæ ſacramentis, in manibus vene-„rabilis fratris, & amici noſtri Chariſſimi „Domini Maximiliani Gandolphi Epiſcopi „Lavantini, noſtræque metropolitanæ Sa-„lisburgenſ. & Cathedr. Euſtadienſ. Eccleſia-„rum Canonici, nec non metropolitici no-„ſtri Conſiſtorii Præſidis, & per utramque „Carynthiam Vicarii Generalis, de eadem „Abbatia providemus & inueſtimus admi-„niſtrationem tam ſpiritualium, quam tem-„poralium monaſterii ejusdem tibi plenarie „committendo. In nomine Patris, & Fi-„lii & Spiritus Sancti Amen. Mandantes „proinde prædictis P. Priori, totique Con-„uentui, atque officialibus, aliisque omni-„bus, & ſingulis quomodocunque ad ſæpe-„dictum monaſterium ſpectantibus perſonis „in virtute S. obedientiæ, quatenus te me-„moratum P. Amandum in ſuum Abbatem, „Caput, Rectorem ac Paſtorem ſuſcipiant, „tibique debitum honorem, & amorem, re-„verentiam, atque obedientiam præbeant, „præſtent, & exhibeant, contradictores, „& rebelles quoscunque debitis cenſuris ec-„cleſiaſticis compeſcendo. Harum teſtimo-„nio litterarum manus propriæ ſubſcriptio-„ne, & ſigilli noſtri appenſione munitarum. „Datæ in metropoli noſtra Salisburgenſ. die „vigeſima menſis Martii, anno milleſimo „ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

„GUIDOBALDUS

Vt. Joannes Guilielmus Turner, J. U. D. Conſiliarius & Notarius.

Et hæc de electione, confirmatione, & benedictione Abbatis noſtri Amandi.

VII. **Poſt benedictionem rurſus quidem & repetitis vicibus donatum fuit novum ædificium;**

Progrediendum nunc ad illa, quæ poſt benedictionem partim eadem adhuc die, partim ſequentibus diebus, & eodem adhuc anno currente, præſertim circa ceſſionem antiquæ præcedentiæ, & privilegii, nec non inceptum novum ædificium accide-runt, quod ultimum ſane maximi momenti erat negotium. Finito prima die convivio Celſiſſimus Princeps rurſus donavit ædifi-cium cum omnibus materialibus adjacenti-bus; adjacebant enim multi lapides, li-gna, lateres, cæmentum & arena; nam Ipſemet Princeps, & Archiepiſcopus Gui-dobaldus, jam per annum fabricam produ-xerat, ſed errore in ædificio exorto ab ulte-riori ſtructura ceſſavit. Non eſt autem hic intermittendum, quod multi homines paſ-ſim ſumme approbarint hanc ædificii dona-tionem, hancque factam fuiſſe ex ſingulari divina providentia, eo quod notabilis error fuerit commiſſus in illo ædificio aulico ab illis ipſis duobus ædificii Directoribus, qui mi-nus monaſterio affecti, ſuadebant Illuſtriſſi-mo Principi omnia, quæ erant contra no-ſtrum monaſterium, quo tamen errore com-miſſo hi ipſi duo Directores, quorum nomi-na conſulto ſilet Amandus Abbas, adeo of-fenderunt Magnum Principem, ut officio fuerint amoti, ſed rurſus in gratiam rece-ptis ſalaria minuit. Tertia die poſt benedi-ctionem Abbatialem invitatus Amandus Abbas a Principe Illuſtriſſimo Guidobaldo, & poſt menſam primus ad audientiam voca-tus eſt, in qua primo neo-benedicto Abbati dedit benedictionem archiepiſcopalem ſe-cundo juſſit, ut cum reputatione ſe gereret; tertio: ut ſi quid referendum haberet, non id faceret per internedias perſonas, ſed per ſe immediate; quarto promiſit alteſata Cel-ſitudo, quod velit eſſe futurus fautor & Ab-batis, & ſui monaſterii, utpote cum Ec-cleſia ſua, & noſtra ſint veræ filiæ S. Ru-perti fundatoris utriusque: quibus dictis D. Amandus Abbas, ut ipſe in ſuo diario fate-tur, in genua procidit, & humillimas, quantas potuit, egit gratias. Poſtea Cel-ſiſſimus Princeps rurſus ædificium donavit, & priorem donationem confirmavit. Age-bantur hæc omnia altero menſe poſt electio-nem, ad cujus finem bonus Abbas Aman-dus, jam prima vice ſat gravibus pedum do-loribus correptus, & ita lecto affixus fuit, ut in hebdomada ſancta functiones Abbatia-les peragere non valuerit, quibus & ſimili-bus infirmitatibus haud infrequenter affli-ctus, & attritus fuit bonus Abbas, & qui-dem inter non levis momenti negotia, quæ præſentem, & futurum monaſterii ſtatum concernebant, ut ſtatim plura dicemus.

VIII. **Sed menſe ſequenti ad transactio-nem & ceſ-ſionem ſuper præcedentia diſpoſitus fuit Con-ventus,**

Poſthæc ſatis bona præludia, minus ta-men gratus favonius adſpirabat confratri-bus noſtris. Quinta namque Aprilis die, eodem anno, Celſiſſimus Princeps Guido-baldus ad D. Abbatem noſtrum neo-benedi-ctum miſit Reverendiſſimum Dominum Do-ctorem Zauchenperger, Conſiſtorii Directo-rem, ut Abbatem & religioſos moneret il-lius promiſſi, tempore Abbatiæ vacantis, ab ipſis facti, quod nimirum vellent inire transactionem cum Reverendiſſimo Capitu-lo cathedrali circa noſtram præcedentiam, atque ut interrogaret, qua tandem ratione, & modo, & quibus conditionibus hanc transactionem inſtituere vellent? Hoc nun-tio,

tio, ut ipſemet fatetur D. Amandus Abbas, non nihil territus fuit ipſe, & totus conventus, præſertim, quod oblata occaſio ædificii forſitan cauſam præberet huic transactioni, & petitioni Illuſtriſſimi Principis; hinc prima vice inter Abbatem, & Conventum S. Petri deciſum fuit, quod futuris temporibus velint emanere ab omni publica proceſſione, ut ſic cedendo uſu Privilegii noſtri conſervarent adhuc ſubſtantiam ejusdem. Retulit hanc reſolutionem Conventus Principi Celſiſſimo Dominus Abbas, & alteſatus Princeps prima vice contentus erat. Aſt mutatus fuit animus Principis, qui altera die non bene contentus hac ſupradicta reſolutione miſit duos Commiſſarios ſuprafatum D. Doctorem Zauchenberger, & Perilluſtrem Dominum Franciſcum a Rechling intimos Conſiliarios, qui diſponere deberent conventuales ad aliam ſententiam, & reſolutionem, qui Commiſſarii etiam retulerunt Illuſtriſſimum Principem revocaturum donationem ædificii, & graviſſime ſenſurum, niſi etiam transactionem, & ceſſionem præcedentiæ inire velint. Unde boni conſratres in his arduis circumſtantiis majus bonum præ minori eligentes, noſtræ præcedentiæ prærogativam, quam a ſexcentis annis habebamus in publicis proceſſionibus, cedere ſtatuerunt ſub certis tamen conditionibus, quæ in inſtrumentis publicis infra allegandis expreſſæ ſunt. Excuſat ſe quidem pro ſua modeſtia, & humilitate Amandus Abbas apud poſteros, quod hanc transactionem, ſed non niſi ex ponderoſis motivis inierit, & rogat per Deum Dominos Succeſſores ſuos, ne ipſum propterea timidum, aut vecordem æſtimarent, aut accuſarent, cui, utpote ſemper infirmo, difficillimum fuerat tanta negotia componere, ſed Deus, ait ipſe in ſuo diario fol. 28. qui me ad iſta omnia per ſuam infinitam bonitatem vocavit, nos miſericorditer adjuvit, ut certis conditionibus hæc negotia ſatis feliciter fuerint transacta. Hæc ille. Aſt nos poſteri tam in Abbatia quam in conventu non tantum hanc ceſſionem, utpote nunquam pœnitendam, non improbamus, ſed prædicto Domino Abbati Amando pro ſua vigilantia, prudentia, & dexteritate, bene inſpicientes rationum pondera, cur hæc fecerit? immortales gratias agimus, & propter hoc novum ædificium, atque habitationem tam religioſam, tam commodam, & honeſtam, a qua totum monaſterii incrementum, & ulterior conſervatio pendebat, illum velut alterum reſtauratorem perpetuis temporibus veneramur.

IX. Erectis deſuper tribus Inſtrumentis: uno ſuper donatione cœpti ædificii d. d. 4. Maji 1657.

Ut autem tam donatio incœpti ædificii, quæ facta fuit per Principem, & Archiepiſcopum Guidobaldum, quam etiam ceſſio antiquæ præcedentiæ cum ſuis inſertis conditionibus ſuum robur haberet pro perpetuis temporibus, hinc tria erecta fuerunt inſtrumenta authentica, unum ſuper donatione ſpatii, & ædificii nobis ab alteſato Principe pro ſtruendo novo ædificio donati ſub 4ta Maji, ſecundum: ſuper ceſſione Præcedentiæ, & transactione cum Reverendiſſimo capitulo Metropolitico inita; & tertium ſuper confirmatione ejusdem transactionis, & ceſſionis ab ipſo Principe, & Archiepiſcopo Guidobaldo ſub 12ma menſis Maji facta, & ſecreto Archiepiſcopali roborata. Nos tenorem hujus triplicis inſtrumenti de verbo ad verbum referimus, utpote in quibus multa notatu digna continentur. Primum Inſtrumentum in membrana elegantiſſime ſcriptum & duobus ſigillis ex filo ſerico pendulis firmatum ita ſonat:

„GUIDOBALDUS Dei gratia Archiepiſcopus & Princeps Salisburgenſis S. „Sedis Apoſtolicæ Legatus &c. Dignum „eſſe judicamus, ut eos, qui de Eccleſia „noſtra metropolitana bene meriti ſunt, ſpe„cialibus etiam fauoribus, & gratiis proſe„quamur. Sane, cum nobis venerabilis in „Chriſto ſincere dilectus, & fidelis P. A„mandus Abbas, nec non Prior, & con„uentus monaſterii Sancti Petri, Ordinis „Sancti Benedicti, noſtrarum Diœceſis, & „civitatis Salisburgenſis humillime expo„ſuerint, quod modo dictum monaſterium „ob vicinos ex una parte montem, & rupes, „ex altera vero, quæ Reſidentiam noſtram „Archiepiſcopalem reſpicit, ita per nouum „per nos inchoatum ædificium, & olim ibi „exſtructum murum aër intercludatur, ut „habitationes, cellas, cubicula totumque „monaſterium reddat humidum, & inſalu„bre, quemadmodum experientia edocti „fuit, quod pauci ex Monachis ſenectutem „attigerint, ſed illorum major pars in flo„rente adhuc ætate ex hac vita migraverint „cum magno dicti monaſterii diſpendio. „Quare miſericordia, & pietate moti, vo„lentes dicti Abbatis, & Conuentus neceſ„ſitatibus, & incommodis obuiare, ac eo„rum monaſterio, & Eccleſiæ S. Petri ob „inſignia erga nos, & Archiepiſcopatum „merita gratiam exhibere ſpecialem, & fra„trum Deo famulantium incolumitatibus „proſpicere, præfatum ædificium, & lo„cum ſæpius memorato Abbati, Priori & „conuentui motu proprio, & ex certa ſcien„tia irreuocabiliter, & in perpetuum cedi„mus, donamus, & eorum monaſterio in„corporamus, cum ſequentibus tamen con„ditionibus & reſervationibus: Primo: ſta„tuimus, ut ædificium per nos inchoatum „ipſi ſuis expenſis proſequantur, & externa „facies in altitudine & tota cum ſua ſtructu„ra Reſidentiam noſtram reſpiciens cum ea„dem Reſidentia noſtra reſpondeat in omni„bus; ornamenta tamen tam interna quam „externa quoad Galleriam uti etiam Por„tam, & pergulam deſuper ex marmore ex„penſis noſtris fieri curabimus, & conſerua„bimus. Secundo: Reſervamus nobis, & „ſucceſſoribus noſtris infimam partem illius „fabricæ, ſeu ædificii per illos exſtruendi,

„ita ut talis contignatio ejusque usus nobis, „noſtrisque ſucceſſoribus in perpetuum ſit re„ſeruatus, & nulla feneſtra uerſus monaſte„rium fiat. Tertio: Reſervamus pari mo„do in tertia parte ſeu contignatione ambi„tum, ſeu ut vocant Galleriam ſumptibus „monaſterii exſtruendam, tali modo, ut ex „Reſidentia Archiepiſcopali usque ad extre„mitatem nouæ fabricæ monaſterii, & ei„dem contiguos arcus per nos erigendos in „eccleſiam noſtram Metropolitanam ire li„ceat. Secunda vero contignatio, prout „etiam tertia (excepta prædicta Galleria) „nec non quarta, ipſis Abbati, Priori & „Conuentui, ac Succeſſoribus ſuis, eorun„demque monaſterio cum omni uſu & pro„prietate maneant. Quarto volumus, ut „totius fabricæ ſtructura ſimul cum tecto „ſumptibus monaſterii conſeruetur in perpe„tuum. Ad quæ omnia idem P. Amandus „Abbas Prior, & conuentus pro ſe, & ſuis „Succeſſoribus ſæpefati monaſterii ſeſe obli„garunt. In quorum omnium fidem hanc „paginam ſigillo noſtro & ſubſcripta manu „propria confirmare voluimus.„

„Et Nos Dei gratia Adamus Laurentius „Comes de Törring &c. Præpoſitus, & „Archidiaconus, Carolus Comes de Liech„tenſtein &c. Decanus & Senior, totumque „Capitulum Metropoliticæ Eccleſiæ Salis„burgenſis fatemur & atteſtamur, hauc do„nationem noſtro conſenſu factam, proinde „perpetuis futuris temporibus obſervandam „eſſe, pro cujus firmitate capituli noſtri „quoque ſigillo eam muniri juſſimus, & nos „prædicti Præpoſitus, Decanus, & Senior „manibus propriis ſubſcripſimus. Datæ „Salisburgi die 4ta menſis Maji anno mille„ſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

„GUIDOBALDUS.

(L.S.)

Adamus Laurentius, Comes de Tærring, Præpoſitus.

Carolus, Comes a Liechtenſtein, Decanus.

(L.S.) *Joannes Franciſcus, L. B. de Preiſing.*

Hucusque tenor primi Inſtrumenti, in quo donatum nobis fuit ſpatium, & cœpti ædificii rudera cum quibusdam materialibus: ad quod tamen inſtrumentum quoad punctum ſecundum circa reſervationem infimæ contignationis notat in ſuo rationali ſuper novum ædificium D. Amandus Abbas pag. 18. quod illa reſervatis tantum intelligenda ſit de ſolis fornicibus exterioribus, qui habent feneſtras verſus aulam, ita ut vi inſtrumenti, & declarationis Celſiſſimi Principis ſæpius oretenus erga D. Abbatem factæ, neque feneſtra, multo minus janua fiat, verſus noſtrum ambulacrum, & ambitum introrſum, quod etiam in hodiernum diem exacte obſervatur.

X. Secundo, ſuper transactione, & ceſſione antiquæ præcedentiæ ſub quinta Maji 1657.

Secundum inſtrumentum ſcriptum eſt in charta, & ſuper transactione, & ceſſione antiquæ præcedentiæ ſub 5ta Maji eodem anno fuit erectum inter Illuſtriſſimum, & Reverendiſſimum Capitulum, & noſtrum Conventum, cujus inſtrumenti tenorem damus ex Originali:

„In Chriſto nomine Amen.

„Notum ſit univerſis, ac ſingulis præſen„tium tenorem inſpecturis, aut legi au„dituris, quod ad interpoſitionem Illuſtriſ„ſimi, & Reverendiſſimi Principis ac Domi„ni Domini Guidobaldi Archiepiſcopi Salis„burgenſis, Sacræ Sedis Apoſtolicæ Legati, „Domini noſtri Clementiſſimi &c. inter nos „Præpoſitum, Decanum, Capitulum, & „Canonicos Metropoliticæ Eccleſiæ Salis„burgenſis ex una, nec non inter nos P. A„mandum Abbatem, Priorem, & Conuen„tum monaſterii S. Petri Ord. S. Be„edicti „Ciuitatis, & Diœceſis Salisburgenſis de, „& ſuper præeminentia, ſeu jure præce„dendi in proceſſionibus publicis, divinis „officiis, aliisque actibus, & conuentibus „publicis, ſignanter vero in ſolenni proceſ„ſione Sanctiſſimi Corporis Chriſti, quod no„bis, & monaſterio noſtro vigore antiquo„rum Privilegiorum, nec non trium ſenten„tiarum conformium apud S. Romanam Ro„tam obtentarum, & executioni mandata„rum, uti patet ex litteris apoſtolicis expe„ditis ſub trigeſima menſis Octobris anno „milleſimo, quingenteſimo vigeſimo primo, „quæ incipiunt (glorioſiſſimo &c.) de jure, „conſuetudine & longa poſſeſſione compe„tebat, & competit, altera ex partibus, „modo, & forma cauſisque, & motiuis ſub„ſequentibus conuentum ſit. Cum nos ſu„pradicti Abbas, Prior, & Conuentus mo„naſterii S. Petri multas gratias atque ſingu„lare hoc beneficium nuper a memorato Il„luſtriſſimo & Reverendiſſimo Principe ac „Domino Domino Guidobaldo Archiepiſco„po &c. acceperimus, eo quod nobis, & „monaſterio noſtro locum quemdam, & in„choatum aliquod ædificium prope ipſum „monaſterium, & Reſidentiam Archiepi„ſcopalem ſituatum cum conſenſu ejusdem „Metropolitici Capituli cum certis conditio„nibus, prout in inſtrumento donationis ſub „dato 4. menſis Maji anni currentis milleſi„mi, ſexcent. quinquageſimi ſeptimi deſu„per confecto latius continetur, conceſſerit, „ac libere donauerit, quod hactenus ob in„tercluſum aërem habitationes, cellas, & „cubicula ob nimiam humiditatem valde „reddidit inſalubria, ita ut Monachi fre„quenter ægrotauerint, atque debita offi„cia tum diuina, tum alia juxta deſiderium „ſuum perſoluere ſæpius non potuerint, „paucique eorum ad ſenectutem peruene„rint, ſed major pars immatura morte, & „in flore ſuæ ætatis deceſſerit, attentis quo„que aliis beneficiis Ordini, Collegio, & „Uniuerſitati noſtræ Salisburgenſi collatis;

proinde

„proinde in ſignum gratitudinis, atque in „honorem, & debitum obſequium tanti Be„neſactoris noſtri præſatum jus præceden„di, & digniorem locum ante memoratos „Dominos Dominos Præpoſitum, Deca„num, Canonicos, & Capitulum in proceſ„ſionibus, divinis officiis, aliisque conuen„tibus, & actibus publicis habendi, & oc„cupandi cum omnibus juribus, præfatis „ſententiis Rotalibus, & præfatis litteris „Apoſtolicis, ſeu executorialibus, tenore „præſentium ipſis cedimus, & renuntiamus „in perpetuum, omni meliori modo, quo „fieri poteſt, cum expreſſis tamen conditio„nibus, & reſervationibus infra ſcriptis: „Et primo quidem ego P. Amandus Abbas „reſeruo mihi, & ſucceſſoribus meis Abba„tibus S. Petri præcedentiam ante Reueren„diſſimum Dominum Decanum Metropoli„ticum ejusdemque ſucceſſores (ita tamen, „ut vigore hujus inſtrumenti nemini alias in „ſuis juribus præcedendi præjudicetur, aut „præjudicatum ſit) nunc, & perpetuis ſu„turis temporibus ſaluam & firmam, nem„pe in omnibus proceſſionibus locis, & con„uentibus in, vel extra Eccleſiam, locum „digniorem, & quidem proximum poſt Re„uerendiſſimum Dominum Præpoſitum Me„tropoliticum, eo modo, quo hactenus ob„ſeruatum fuit, excepto proprio hoſpitio, „ubi hoſpitalitatis ratio tam erga Reueren„diſſimum Dominum Decanum, quam cæ„teros DD. Canonicos habetur. Reſerua„mus præterea ſecundo nos idem Abbas, „Prior, & Conuentus nobis, & ſucceſſori„bus noſtris jus, & facultatem comparendi „in feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti in Eccle„ſia Metropolitana cum paramentis conſue„tis, id eſt, cum ſuperpelliceo ſeu Cotta, „& pluviali induti, & accipiendi locum in „choro in latere ſiniſtro, ſeu ex cornu epi„ſtolæ in ſubſellis Reuerendiſſimorum DD. „Canonicorum, ac poſtea in actuali proceſ„ſione incedendi immediate ante ipſos jam „dictos DD. Canonicos poſt crucem Pontifi„calem, ſi ea tamen præferatur. Reſerua„mus tertio: ut in nulla alia proceſſione „comparare teneamur, exceptis proceſſio„nibus ſolennioribus extra ordinariis, ſpe„cialiter hic infra nominatis, nimirum in „morte, & conductione funeris Archiepi„ſcopalis, ſimiliter in exceptione ſummi „Pontificis, Legati a Latere, Imperatoris, „& ſimilibus caſibus, ubi ſolemni Proceſſio„ne fuerit opus; in ſolemni quoque ingreſſu „cujuscunque novi Archiepiſcopi in Vrbem, „& in translatione corporis, ſeu reliquia„rum cujusdam ſancti, in quibus tamen „proceſſionibus (obſervando quoad indu„menta cæremoniale Romanum) non aliter „comparebimus, niſi cum hoc pacto, vide„licet, ut concedatur locus in choro in præ„dicta Eccleſia Metropolitica a latere ſini„ſtro, in ſubſellis DD. Canonicorum, in „proceſſione vero immediate ante ipſos DD. „Canonicos, nobis Priori, & conuentui ire „liceat, ut ſuperius dictum de feſto Sanctiſ„simi Corporis Chriſti. Quarto: & ut hæc „ceſſio ſeu renuntiatio libera, & voluntaria „noſtra cum ſupra notatis conditionibus, & „reſervationibus inviolabiliter, & firmiter „obſervetur. Nos idem Abbas, Prior, & „Conventus monaſterii S. Petri expreſſe in „pactum deducimus, & reſeruamus, quod, „ſi prænominati DD. Præpoſitus, Decanus, „Capitulum, & Canonici impoſterum ali„quid contra has conditiones, & reſerua„tiones monuerit, aut attentaverint, aut „nos, & ſucceſſores noſtros in iis moleſtare, „aut turbare præſumpſerint, factaque per „nos trina admonitione ipſi Reuerendiſſimo „Capitulo, in tali moleſtatione, & turba„tione perſeuerare voluerint, hæc ceſſio, „ſeu renuntiatio noſtri privilegii, aut juris „præcedendi irrita ſit, & caſſa, nosque in „antiquum Privilegii, & Præcedentiæ lo„cum, & poſſeſſionem reſtituamur. Et nos „ſupradicti Præpoſitus, Decanus, Capitu„lum, & Canonici dictæ Eccleſiæ Metropo„liticæ Salisburgenſis non ſolum acceptа„mus præfatam ceſſionem, & renuntiatio„nem a ſupra dictis D. Abbate, Priore, & „Conuentu monaſterii S. Petri ad interpoſi„tionem Illuſtriſſimi Principis Guidobaldi „Archiepiſcopi &c. non vi, aut metu, ſed „libere, & voluntarie factam cum omnibus, „& ſingulis conditionibus, exceptionibus, „& reſeruationibus, ſed etiam in recogni„tionem perpetuam hujus ceſſionis, & re„nuntiationis ſtipulamur, & promittimus „nos eisdem Domino Abbati, Priori, & „conuentui annuatim in feſto S. Benedicti „per manus noſtri Syndici, vos eo legiti„me impedito, proximi officialis exſolutu„ros octo aureos in ſpecie, qui hoc tempo„re viginti quatuor florenos Rhenenſes, ſin„gulos eorum ſexaginta crucigeros compu„tando, conficiunt. Quemadmodum vero „ſuperius in art. 4to eidem Abbas, Prior, „& Conuentus in caſum contrauentionis per „nos, vel ſucceſſores hunc contractum irri„tum, & caſſum, & in antiquum ſtatum „reponi volunt, ita & nobis, & Succeſſori„bus noſtris reſeruamus, quod ſi contigerit, „ſæpius dictum D. Abbatem, Priorem, & „Conuentum eorumque Succeſſores liberæ „huic, & voluntariæ ceſſioni, & renuntia„tioni factæ contrauenturos, præmiſſa et„iam per nos trina admonitione, Nos vel „Succeſſores noſtros ad præſtandam an„nuam recognitionem 8. aureorum non am„plius teneri, imo, & conſenſum datum ad „donationem ſuperius dicti ædificii pro par„te noſtra irritum quoque & caſſum ac pro „non dato haberi volumus. Promittimus „demum pro firmiori hujus reciprocæ obli„gationis & conuentionis munimine confir„mationem deſuper a præſato Domino Ar„chiepiſcopo Guidobaldo Principe, ac Do„mino noſtro Clementiſſimo &c. humillime „rogaturos, & procuraturos: in quorum „omnium fidem has litteras utrinque ſubſcri„pſimus,

„pſimus, & ſigillis noſtris conſuetis, ac ſo„litis roboravimus. Acta ſunt hæc Salis„burgi die quinta menſis Maji, anno mille„ſimo ſexcenteſimo quinquageſimo ſeptimo.

(L.S.) *Adamus Laurentius Comes a Tærring, Præpoſitus.*
Carolus Comes a Liechtenſtein, Decanus.

(L.S.) *Amandus, Abbas ſancti Petri.*

„*Joannes Franciſcus L. B. a Preiſing.*

(L.S.) *P. Udalricus Prior.*
P. Placidus Subprior totusque Conuentus.

IX. Tertio: per quod Archiepiſcopus ſub 11. Maji anno eodem hanc transactionem confirmavit.

Tertium inſtrumentum ſcriptum eſt in membrana ſigillo Archiepiſcopali pendulo ex ſilo ſerico, & in capſula incluſo, roboratum, per quod Celſiſſimus Princeps, & Archiepiſcopus Guidobaldus hanc transactionem, quæ huic inſtrumento, ſeu Archiepiſcopali Diplomati de verbo ad verbum inſerta eſt, confirmavit ſub undecima Maji eodem anno currente ſequenti verborum tenore:

„GUIDOBALDUS Dei gratia Archiepi„ſcopus, & Princeps Salisburgenſis, „Apoſtolicæ Sedis Legatus &c. Præſen„tium tenore notum facimus, quibus expe„dit univerſis, quod Venerabiles, Perillu„ſtres, Generoſi & Nobiles dilecti nobis, & „fideles noſtræ Metropolitanæ Eccleſiæ „Præpoſitus, Decanus, Capitulum, & „Canonici quasdam litteras nobis exhibue„rint, & humillime expoſuerint, qualiter „cum Venerabili, nec non Reuerendis ac „Religioſis nobis quoque dilectis, ac fideli„bus P. Amando Abbate, Priore, & Con„uentu monaſterii S. Petri noſtrarum Diœ„ceſis, & civitatis, Ord. S. Benedicti, fu„per jure præcedeudi in proceſſionibus, di„vinis officiis, aliisque actibus publicis, „quod ipſis competebat, ſignanter vero in „feſto Sanctiſſimi Corporis Chriſti quemdam „contractum inierint, nos demiſſiſſime ro„gantes, ut omnia, & ſingula in eodem „contenta clementer ratificare & confirma„re dignaremur, quarum quidem littera„rum tenor talis eſt:

Sequitur transactionis inſtrumentum, prout illud retulimus de verbo ad verbum n. præced. cui allegando, ne bis repetatur, ſuperſedemus; finito autem dicto inſtrumento, ulterior confirmatio ita legitur:

„Nos itaque cupientes Eccleſiæ noſtræ me„tropolitanæ ſplendorem, & augmentum „magis, magisque promouere, proque pe„culiari noſtro, quo in prælibatos Præpoſi„tum, Decanum, Canonicos, totumque „Capitulum dictæ Eccleſiæ noſtræ ferimur „affectu, non ſolum ſponte, & libenter no„minatum contractum, ceſſionem, renun„tiationem, & reſpectiue annuam recogni„tionem cum omnibus ſuis conditionibus, „reſervationibus, clauſulis, & articulis „authoritate noſtra ordinaria, & omni me„liori modo, forma, & jure, quo validius, „& efficacius id fieri poteſt, approbamus, „ratificamus, & confirmamus, ſed etiam „quatenus opus erit, beneplacitum S. Se„dis Apoſtolicæ pro majori firmitate hujus „contractus, ceſſionis, renuntiationis, & „reſpective annuæ recognitionis, ſeu præ„ſtationis procurabimus. Datæ in Metro„poli noſtra Salisburgi die undecima menſis „Maji anno milleſimo ſexcenteſimo quin„quageſimo ſeptimo.„

„*Guidobaldus.*

Hæc ergo ſunt inſtrumenta, & conditiones mutuæ conventionis, & ceſſionis ſuper antiqua noſtra præcedentia, quam monaſterium noſtrum a Conrado I. Archiepiſcopo usque ad noſtra tempora conſervavit. Utrumque hoc inſtrumentum n. X. & XI. ex originalibus exſtantibus a nobis allegatum ex copiis vidimatis de verbo ad verbum adducit celebris Salisburgenſis Hiſtoricis Marcus Hanſizius S. J. in ſuis reflexionibus ad hiſt. Salisb. pag. 1013. a. n. CXCIII. & ſequent.

XII. Poſt horum electionem incœpit Abbas Amandus eodem adhuc anno novum in clauſtro ædificium,

Inſtrumentis eum in modum erectis, atque controverſia præcedentiæ noſtræ compoſita, manum applicuit Amandus Abbas ad ædificium; non enim rem tantam prius volebat aggredi, quam eſſet ſecurus tum de negotio præcedentiæ, tum de conditionibus, quibus monaſterio noſtro facultas data fuit ad ædificandum. Itaque præparabantur omnia ad hoc novum ædificium, aliquot capitulis deſuper habitis, in quibus de ſumptibus futuri ædificii; item de aliis occurrentibus tractatum fuit. Non videbatur autem alius modus aquirendi ſumptus tam graves, niſi accipiendo capitalia noſtra ex caſſa provinciali, aderat enim tunc moderata quædam pecuniarum quantitas ſaltem pro medietate & ultra, ſumptibus ædificii ſufficiens, quam providus Abbas Albertus in dicto ærario pro futuris neceſſitatibus reliquit, ſi autem hæc ſumma non ſufficeret, uti etiam ſufficere haud potuit, alia media conquirenda, & excogitanda eſſe concluſum fuit. Ne autem Dominus Amandus Abbas, ut ipſemet fatetur in ſuo rationali ædificii c. 4. temere ſibi, vel pecuniæ confideret, ſummam ſuam fiduciam in Deum poſuit, qui in neceſſitate majori plerumque majus præſtat auxilium; præter hanc filialem in Deum confidentiam commendavit ſucceſſum hujus ædificii ſanctis Patronis, ſpeciatim Beatiſſimæ Virgini, Sancto Joſepho, S. Petro, S. Ruperto, Vitali & Amando, Thyemoni, Maximo & ſociis Martyribus, quibus ex animo ſæpius per miſſas commendavit hoc arduum negotium, ſingulisque diebus unam miſſam in altari S. Ruperti ea intentione legi fecit, ad initium

tium cujuslibet menſis operarios omnes mane ad miſſam ea intentione lectam convenire juſſit, in Capitulo ſæpius graves difficultates ſubinde obortas conſratrum ſacrificiis, & precibus commendavit, atque ita 7ma Maji eodem adhuc anno currente, id eſt 1657mo præmiſſo ad S. Rupertum miſſæ ſacrificio, cui omnes operarii intereſſe debuerunt, incœptum fuit cum divina benedictione, & gratia hoc ædificium, quod etiamnum viſitur, & potiorem clauſtralis habitationis partem conſtituit, ubi non tantum eſt in medio refectorium, & magnum Muſæum, verum etiam in ſuperiori, & inferiori contignatione ſat honeſta, religioſa, & commoda pro ſacerdotibus habitacula; ita, ut totum ædificium antiquum arctum, ſquallidum, & inſalubre penitus fuerit deſtructum.

XIII. Illudque jam anno 1660. ferme finitum cum nova capella S. Joſephi 19. Martii benedixit:

Hoc autem notabile ædificium menſe Majo, primo anno, quo D. Amandus Abbas fuit electus, incœptum, ad tantam jam pervenit ſpatio triennii perfectionem, ut anno 1660. D. Abbas 19na Martii in feſto S. Joſephi hoc novum ædificium jam cum aliqua ſolennitate benedixerit. Poſtquam enim D. Amandus Abbas in exſtructa ad finem inferioris dormitorii in honorem S. Joſephi capella primam legit miſſam, cui tanquam electo Patrono, uti & S. Ruperto omnia gravamina filialiter commiſit, poſt miſſam cum aqua benedicta per ſingulas cellas circuivit aſpergendo, in quovis dormitorio recitata benedictione domus novæ, prout habetur in rituali, & quidem ſub Infula. Cur autem in hoc feſto S. Joſephi hanc benedictionem inſtituerit ſæpe fatus Præſul, cauſa fuit, ut ipſemet rem totam deſcribit in ſuo diario fol. 163. „Quia in feſto „S. Joſephi ante 3. annos obtinui licentiam „ædificandi ab Illuſtriſſimo Principe, ubi „totum, & tam arduum negotium ædificii „totaliter commiſi ſanctiſſimo Patrono noſtro „S. Joſepho, cui proinde promiſi me in Ejus „honorem ædificium conſecraturum, quod „hac die feci, Ejusque nomini, honori, & „patrocinio ædificium benedixi, a quo tanta beneficia in hoc ædificio obtinuimus, „ideoque etiam capellam, & altare Ipſi in „eodem erexi, ut gratum aliqualiter ſaltem „animum erga S. Joſephum oſtenderem, cujus proinde cultum, ut magis inter conſratres introducerem, in pleno capitulo, „quod octava Aprilis habitum fuit, cum „conſenſu totius conventus inſtitui lytanias „ipſius quotidie poſt veſperas dicendas, ut „ſunt appenſæ ad altare ipſius, quas ut ſucceſſores mei non intermittant, per Deum „ipſos rogo, ut & ipſi ſint grati in futurum, „quod Deus per merita S. Joſephi tantillo „tempore in tanta machina conſtruenda nos „tam paterne adjuverit, ut omnes homines „crederent ferme per miraculum tam cito „fuiſſe abſolutum hoc ædificium; nam ma„jus ædificium, in quo eſt refectorium, in„tra duos annos & octo menſes fuit ex inte„gro a fundamentis erectum, de hoc enim „tantum hic loquor, nam minus ædificium „in quo eſt muſæum„ (nunc autem dum hæc poſt centum & quindecim ferme annos ſcribuntur, jam ultra 60. annos in ſuperiori contignatione Novitiatus, in inferiori autem major Bibliotheca eſt) „primum fuit in„cœptum in autumno anno 1659., unde „nondum erat hoc tempore finitum, neque „poterat nunc benedici. Verum hæc o„mnia, qualiacunque ſint, ſint omnia ad „Omnipotentis Dei gloriam, honorem, & „obſequium; neque pro meis laboribus, & „curis, quas in his difficultatibus habui, „ullam æſtimationem, aut vanam gloriam „apud poſteros appeto, ſed illud unice, & „ex animo deſidero, ut per hanc ſtructuram „confratres mei dilectiſſimi meliorem ha„bendo accommodationem Deo impoſterum „ferventius ſerviant, & mei ſaltem memo„riam in ſuis precibus jugiter conſervent.„ Ita in terminis ſumma æſtimatione dignis Amandus Abbas. Et hæc de ædificio hoc novo interim dicta ſufficiant, ut ſera poſteritas notitiam habeat, quantæ molis fuerit hoc ædificium, quod præprimis vigilantiæ, & dexteritati hujus Præſulis Amandi adſcribendum eſt; qui etiam poſt tam felicem ædificii ſucceſſum, uti ex adductis verbis ipſius colligitur, non tantum S. Joſepho ſingulariſſimo Patrono ſuo novam capellam cum altari in inferiori dormitorio erexit, verum etiam quotidianas lytanias poſt veſperas a ven. Conventu perſolvendas inſtituit, quæ etiam in hodiernum usque diem absque intermiſſione nulla die excepta per totum annum recitantur. In capella hac ad latus ſiniſtrum in marmore inciſa legitur ſequens inſcriptio:

DEO OPT. MAX.
Ad æternam gloriam
Servatori JESV, MARIÆ Virgini
JOSEPHO Nutritio
Divis Tutelaribus Patrocinantibus
Petro, Ruperto, Vitali, Amando,
Benedicto.
E fundo erecta hæc clauſtri fundamenta
quinquennio,
Inchoata anno 1657. 6. Maji
finita anno 1661. 21. Auguſti
ſe ſuosque dedicat, conſecrat
Amandus Abbas
Anno MDCLXIV.

Porro in media contignatione illius tunc novi ædificii aliud monumentum poſuit gratitudinis Illuſtriſſimo DD. Archiepiſcopo & Principi Guidobaldo, eo quod antiquum ædificium, ſeu novum potius, quod inceptum, ſed non continuatum fuit, cum quibusdam materialibus, lignis & lapidibus nobis donaverit: ſunt duo lapides marmorei inciſi muro, ex quibus unus inſignia Archie-

chiepiſcopalia, & Thuniana exprimit, alter vero ſequentem habet inſcriptionem:

Monumentum
æternæ gratitudinis
quod
Archiepiſcopo & Principi
GUIDOBALDO
Poſtquam
lucis & auræ vacuos
ut luci redderet
loco ceſſit,
Primasque ædificio admovit
Manus
Et propius junxit
Prima urbis Præſidia:
poſuere devotiſſimi
ABBAS ET PP. AD S. PETRUM
MDCLXII.

XIV. Quo ædificio durante, etiam anno 1658. novam cellam vinariam in monte exciſam,

Præter hæc notabile novi clauſtri ædificium D. Abbas eodem anno nondum conſummato novam cellam vinariam in monte exciſam anno 1658. anno autem ſequenti, id eſt, 1659. in capella S. Viti cryptam ſeparatam pro defunctis confratribus exſtruxit, nec non ſequentibus annis multa alia renovavit, ornavit, S. ſuppellectilem auxit, magnus vere monaſterii noſtri Reſtaurator. Structura hujus cellæ vinariæ habuit geminam pro monaſterio noſtro utilitatem, unam pro commoda vinorum locatione, & alteram, quod ex cavata petra lapides pro novo ædificio ſubminiſtraverit in magna quantitate. Huic novæ cellæ vinariæ, quam D. Abbas 5. Dec. in honorem SS. Petri, & Ruperti benedixit, facta fuit inſcriptio marmori inciſa, quæ ſupra ingreſſum ejusdem cellæ legitur, & hic inſeri meretur:

Salvè Hoſpes, & ſolve
Non ſymbolum, ſed ænigma
Divis hoſpitalibus
PETRO & RVPERTO
Hæc aut Petra, aut Rupes olim ſacra, nunc
etiam pia uno & lapide duos fecit
Hoc eſt:
Ad novi Monaſterii curam arduam, & operoſam molem
Hinc exciſa, iſthuc educta
Uno e ſaxo poſuit duas cellas
Illam fratri, iſtam Hoſpiti
Ibi pie, hic ſobrie
utrimque Juſte.
A. A.
MDCLVIII.

Porro autem circa hanc inſcriptionem humilem reflexionem fecit exſtructor Amandus Abbas, ſic enim ſcribit in ſuo Diario ad annum 1658. fol. 87. „Quod autem ad „finem hujus inſcriptionis duæ litteræ AA. „addantur, non legas Amandum Abbatem, „ſed Albertum Abbatem, etſi enim ego curas has curaverim, & executor fuerim hujus operis, non mea tamen induſtria pecuniam pro hoc ſolvendo monaſterium habuit, „ſed induſtria, cura & labore mei Reveren„diſſimi anteceſſores tota pecunia tam pro „hac cella, quam pro ædificio comparata „fuit, & in provinciali caſſa depoſita, præ„ter quam pecuniam nihil habui, aut ap„plicavi pro ædificio.„ Hæc Dominus Amandus Abbas, quia eapropter etiam in muſæo ſacerdotum triplex ſcutum marmoreum erigi juſſit, unum quod repræſentat ſcutum Ven. Conventus, cui inſcripta leguntur hæc verba: *Juſſit, juvit.* Alterum Alberti Abbatis immediati Anteceſſoris cum lemmate: *providit*, & tertium ipſius Amandi Abbatis cum inſcriptione, *perfecit.*

XV. Et novam cryptam pro defunctis confratribus in capella S. Viti anno 1659. exſtruxit,

Ad hanc & alias fabricas etiam ſpectat mortuorum crypta in Eccleſia S. Viti, de qua ſæpelaudatus Abbas ad annum 1659. I. parte Diarii pag. 150. ſic ſcribit: „Vigeſima ſeptima Octobris incœpimus exſtruere „cryptam mortualem ad S. Vitum, ubi ſpero per Dei gratiam poſt meos labores re„quieturum in pace, illamque maxime in „hac crypta exſtruenda intentionem habui, „ut confratres certum haberent locum ſuæ „ſepulturæ, quoniam hucusque in ambula„cro diſperſi fuerunt, & ambulacrum admo„dum fuit ſepulchris impletum, quod ſalu„britati maxime noxium erat, deinde cum „meis confratribus novas cellas fieri cura„verim, iisdem etiam quietis lectulum pa„rare volui, ut ſic ſaltem fraternum amo„rem erga ipſos oſtenderem, in quorum ſo„latium hæc omnia feci; Deo autem ſoli „gloria, qui in his omnibus miſericordiſſi„me me adjuvit.„ Inſcriptio ſuper hanc cryptam marmori inſculpta ita legitur:

Orate Fratres
Pro vivis mortui, pro mortuis vivi,
quibus
Ut plena eſſet dilectio
In vita, & morte
Utrimque dormitorium exſtruxit, ſubſtruxit,
Illud in cellas varias,
Iſtud in cryptam hanc unicam,
Ut quam pacem multo ſtudio quæſiiſſent,
uno heic compendio invenirent,
& conſtans ſervarent
ſilentium,
Quod per longa interſtitia didicerunt.
Denique
Qui in vita dilexerunt ſe
Mors invicem non ſepararet.
Quibus ſe poſt mortem adjungi voluit
Qui in vita poſuit
Fratrum Amator
AMANDVS ABBAS
Anno
MDCLIX.

ex qua inſcriptione quidem colligi poteſt, quod D. Abbas Amandus primitus ſepeliri voluerit in hac nova crypta exſtructa, poſtquam vero novum altare exſtruxit in honorem S. Joſephi, etiam ibi locum ſepulturæ ipſo adhuc vivente præparatum elegit, ubi & ſepultus requieſcit, ut ſuo loco dicemus.

Sunt

XVI. Nec non alia renovavit ornavit, exstruxit præfatus D. Abbas magnus monasterii nostri Restaurator.

Sunt autem & alia plurima, quæ fecit, renovavit, & exstruxit brevi licet regiminis tempore Amandus Abbas: nam ecclesiam monasticam S. Petri non levibus impensis pavimento marmoreo stravit, quatuor nova altaria S. Ruperti, S. Benedicti, S. Josephi, & beatæ Virginis ad columnam tunc temporis prope sacristiam, cathedram novam, novum oratorium Principis, alia duo oratoria parva prope organum majus ædificavit; sepulchrum S. Ruperti ipse ornavit, lampades ardentes in Ejus festis ardere voluit; duo reliquiaria pro SS. Reliquiis SS. Ruperti, & Amandi decentius asservandis magno pretio coëmit, corpus S. Amandi magno studio, ac zelo invenit, atque magna populi Religione anno 1661. solenni ritu transtulit, ut infra pluribus dicetur. Cogitavit non minus, atque omnem movit lapidem, ut S. Vitalem e lapide elevaret, & transferret pompa solenni, quod tamen ad effectum non deduxit. Eremitorium pene collapsum ipse restauravit, ibidemque officia divina celebrari præcepit, & ad majorem populi devotionem excitandam plenarias indulgentias Romæ impetravit, singulis septennijs renovandas. Ibidem ad pedem montis ossa mortuorum debito honore, & ordine collocari, crucifixo antiquissimo, nec non emblematibus hinc inde decorari fecit, & mortalium animos ad suffragia, & orationes pro mortuis fundendas excitavit. Erga S. Josephum unice, & adeo afficiebatur, ut eidem, sicut jam supra relatum in novo monasterio, & inferiori dormitorio capellam, & altare exstruxerit, eum Patronum novi monasterii eligens, hujusque festum ad festum Abbatis elevaverit, qua die in eadem capella non tantum singulis annis lytanias decantari jussit, sed etiam venerabilem conventum, ut quotidie post vesperas de S. Josepho lytanias recitaret, adstrinxit. Insuper ecclesias SS. Amandi, & Margaritæ, quæ in medio cœmeterii est, nec non S. Viti renovavit, sacramque suppellectilem auxit, ornavit, & donavit, atque in omnibus cultum divinum promovit magnus vere, & omni posteritatis memoria dignissimus Abbas. Devotionem suam erga SS. Tutelares etiam extra monasterium ostendit: erat parochiali templo Abbatisaugiensi, monasterio nostro incorporato, itinere unius diei distante, a longis temporibus sodalitium S. Blasii, ibidem Patroni, nomini, & cultui addictum; at cum neque de sodalitii initiis neque de impetrato consensu ordinarii legitime constaret, anno 1658. ab Archiepiscopo Guidobaldo approbationem, a summo Pontifice indulgentias impetravit, instituta dein utriusque promulgatione, & celebri solennitate pristinam devotionem in novum vigorem animavit. Sicut autem erat zelosus in spiritualibus, ita etiam providum se ostendit in temporalibus, sine quibus hæc misera vita nequit subsistere; nam præter fabricas pro summa utilitate religiosorum exstructas, de quibus jam mentio facta fuit, ejus prudentiæ etiam debemus perutilem villam Schillingianam, quam tolerabili pretio pro bono monasterii anno 1661. emit, quæ & hodiedum exstat, paucis oneribus gravata, & a dominio directo ferme libera. Ab Augustissimo Imperatore Leopoldo I. anno 1667. vigore instrumenti membranei Cæsareo sigillo roborati confirmationem privilegiorum tam antiquorum, quam etiam novorum, quæ data, & declarata fuerunt ab Augustissimis Antecessoribus Ferdinando II. & Ferdinando III. quorum tenorem in vita Alberti per extensum dedimus, obtinuit. Auxit etiam numerum venerabilis Conventus Amandus Præsul, qui enim a 19. confratribus anno 1657. fuit electus, tribus quidem voce activa non gaudentibus exclusis, reliquit anno 1673. pro suo Domino successore actu eligentes viginti octo, sui enim Regiminis Abbatialis spatio infra annos 16. & aliquot menses, octodecim numero ad S. Professionem suscepit. Et hæc de præcipuis ædificiis, reparationibus, ornamentis, & augmentis, quæ monasterium nostrum in acceptis debet referre vigilantissimo suo Abbati Amando. Nunc ad alia progrediendum.

XVII. Idem D. Abbas anno 1669. controversiam circa parochiam Dornbacensem composuit,

Quamvis, ut jam supra mentionem fecimus, D. Amandus Abbas sexdecim tantum annis, & aliquot mensibus præfuerit Abbatiæ, & ne quidem annum ætatis suæ 49num expleverit, attamen quædam adhuc posteritati commendari merentur, speciatim, quod controversiam quandam circa parochiam Dornbacensem prope Viennam composuerit; quod corpus S. Amandi ad majorem cultum elevaverit, & solenni ritu transtulerit, & quod non obstante, continua quasi infirmitate, podagræ, chiragræ, & calculi doloribus afflictus, ingentem molem manuscriptorum reliquerit, ex quibus nos in conscribendo hoc chronico nostro tam liberales suppetias accepimus, ut hunc D. Abbatem velut nostrum præcipuum in hoc labore Mæcenatem litterarium jure merito veneremur. Anno 1659. cum Reverendissimo Consistorio Viennensi ratione parochiæ nostræ Dornbacensis controversiam quandam ita composuit: Postquam illius temporis Parochus in Dornbach, & simul Parochus in Herenals Presbiter sæcularis parochiam Dornbacensem D. Abbati nostro resignasset, alius pro præsentatione ad eandem supplicavit, qui tunc temporis erat Parochus in Otterkling. Obtinuit etiam litteras præsentatorias ad dictam parochiam, sed vicissim ab eo petitæ fuerunt reversales sub certa forma. Quia vero Dominus Officialis Viennensis Consistorii dicto novo præsentato prohibuit dare petitas litteras reversales, hinc Dominus Abbas scripsit Domino Officiali, cum Parochus Dornbacensis sit ad nutum amovibilis, se velle modernum neo-Parochum mutare, & ejus loco

loco de suo conventu aliquem substituere, qui simul & Parochus, & Præfectus foret in loco. Fuit autem responsum D. Abbati Amando, quod male fecerit nuper præsentatus Parochus, quod petierit præsentationem a monasterio S. Petri, cum libera collatio sit, & hactenus fuerit penes Episcopum Viennensem, notissimi enim juris esse. quod omnia beneficia in Diœcesi sita sint liberæ collationis Ordinarii, donec contrarium probetur; & insuper cum moderno parocho ideo non posse fieri mutationem, cum jam investitus, & parochianis pro animarum Pastore actualiter denominatus, & præsentatus existat. Verum ad has litteras D. Officialis Reverendiss. Consistorii Viennensis Dominus Abbas noster non tantum respondit, verum etiam per longum solide probavit, quod monasterium nostrum non solum habeat jus præsentandi ad Parochiam in Dornbach, sed eadem ecclesia pleno jure monasterio nostro sit incorporata. Reposuit autem ad hæc omnia Dominus Officialis, quod ab allegatis privilegiis, exemptionibus, & juribus per varios actus interruptos, & contrarios fuerit longe recessum, non minus per majores sanctiones synodales, & bullas Pontificias aliud fuisse statutum, atque in specie in parochia Dornbacensi a tempore immemoriali, & ad præscriptionem sufficiente, & quidem scientibus Abbatibus ad S. Petrum notorie contrarium fuerit practicatum, ut adeo in contradictorio Dominus Ordinarius Viennensis facile victoriam sperare posset; nihilominus pro conservanda pace & terminanda lite velle Illustriss. & Reverendiss. Ordinarium Viennensem moderno, & futuris Abbatibus ad S. Petrum concedere: Primo: ut data vacatura alium præsentare possint, manente tamen jurisdictione episcopali super tali præsentato. Secundo: ut præsentatus, & institutus sæcularis Præsbyter sit perpetuus, ac cognitio, & amotio ad loci ordinarium pertineat. Tertio: ut Episcopus ad acceptationem religiosi ex alieno monasterio non sit obligatus, præsentatus autem Monachus de S. Petro ex parte monasterii sit quidem ad nutum amovibilis, de reliquo vero instar sæcularis sacerdotis Domino Ordinario subjectus existat. Accepta hac resolutione noluit Dominus Abbas protrahere litem; licet enim antiquitus Abbates nostri plenum jus habuerint, & exercuerint in Parochos Dornbacenses, etiam sine præscitu Episcopi Viennensis, suscipiendi, & iterum amovendi eos, attamen a longo tempore ex parte nostra, cujus incuria, & culpa, nescitur, ita circa Ecclesiam Dornbacensem nihil est actum, ut vulgo omnes crederent, Ecclesiam Dornbacensem esse ecclesiam filialem in Herenals, præsertim, quia ultra hominum memoriam Plebani in Herenals simul etiam peragebant functiones parochiales in Dornbach.

XVIII. Erecto desuper instrumento transactionis authentico inter D. Episcopum Viennensem, & Abbatem S. P.

Ut autem prædicta robur haberent pro futuris temporibus, eodem anno 1659. 14. Junii inter Illustriss. & Reverendiss. DD. Episcopum Viennensem, & Dominum Abbatem S. Petri totumque Conventum S. Petri sequens transactionis instrumentum, quod in originali exstat, fuit erectum, quod de verbo ad verbum ita sonat:

„Præsenti hoc publico compositionis, declarationis Instrumento notum sit omnibus, & pateat universis, quod, cum nuper inter Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum Dominum Philippum Friderium Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopum Viennensem, S. Romani Imperii Principem &c., ac etiam Reverendissimum, & Amplissimum Dominum Dominum Amandum monasterii S. Petri Salisburgi Abbatem &c. ejusque conuentum super Parochia Dornbach Episcopatui Viennensi subjecta, & dicto monasterio unita, de prouisione, ac institutione novi Parochi, quoties vacantia contingeret, lis, & contentio orta fuisset, Abbate ex parte monasterii plenum jus incorporatum dictæ Parochiæ prouidendi, instituendi, & ad nutum remouendi prætendente: Episcopo id ipsum sibi vendicante, & in possessione hactenus existente, hæc controversia pro bono pacis, & concordiæ sequenti modo amicabiliter transacta, & composita sit. Primo: Permittit, & concedit Dominus Episcopus Domino Abbati, ejusque successoribus omnibus jus Patronatus in dicta Parochia Dornbacensi, quoties vacantia contigit, habilem, ac idoneum Presbyterum Domino Ordinario Viennensi præsentandi: salvis de cætero plena jurisdictione, ac omnibus juribus episcopalibus. Secundo: si Presbyter sæcularis præsentatus, ac legitime installatus fuerit, sit perpetuus, nisi sponte resignaverit, aut se Parochia indignum reddiderit, cujus cognitio, & amotio ad solum Dominum Ordinarium Viennensem pertinebit. Tertio: licebit etiam Domino Abbati Regularem, & ex suo monasterio (non autem ex alieno, qualem Ordinarius, nisi sponte voluerit, acceptare non teneatur) scripto præsentare, qui, si idoneus, & installatus sit, ex parte quidem monasterii S. Petri, si ejusdem professus fuerit, est ad nutum removibilis, quamdiu autem Parochiæ præerit, non aliter ac Presbyter sæcularis Domino Ordinario manebit subjectus. In cujus rei fidem ac firmitatem perpetuam duo instrumenta ejusdem tenoris confecta, & debita subscriptione, ac sigillis Domini Ordinarii, & Domini Abbatis, & Conuentus sunt communita, ac invicem tradita die decimo quarto Junii anno 1659.

„*Philippus Episcopus Viennens.*
(L.S.)

„Amandus, Abbas.
„Udalricus Freiberger, Prior.
„P. Placidus Scheibl', Subprior. (L.S.)

Post

Poſt hoc transactionis inſtrumentum nihilominus variis ex cauſis per plurimos annos ex noſtro monaſterio nullus pro Parocho Dornbacenſi ex gremio noſtro monaſtico fuit conſtitutus usque ad annum currentis ſæculi decimi octavi primum, quo anno Dominus, Amandi ſucceſſor, Edmundus prima vice juxta tenorem transactionis religioſum in monaſterio noſtro expreſſe profeſſum pro Parocho præſentavit, a quo tempore per ſeptuaginta ferme annos non alii pro Parochis, & Præfectis Dornbacenſibus, quam religioſi noſtri confratres fuerunt præſentati, qui & in hodiernum usque diem cum ſocio confratre ibidem curam animarum exercent, & temporalia ſimul adminiſtrant. Et hæc de Parochia Dornbacenſi. Huc etiam reduci poteſt ac debet, qnod ſub hoc D. Amando Abbate anno 1667. emmanarint litteræ membraneæ ſigillo Cæſareo roboratæ, præcedentibus ferme mutatis mutandis æquales, per quas tam antiqua privilegia Dornbacenſia, quam & nova a Ferdinando II. & Ferdinando III. Auguſtiſſimis Imperatoribus confirmata de novo confirmavit tunc glorioſiſſime regnans Imperator LEOPOLDUS.

XIX. Anno 1661. corpus S. Amandi elevavit & ſolenni ritu transtulit,

Ordo actorum Chronologicus jam exigit, ut mentionem faciamus de elevatione & ſolenni translatione reliquiarum S. Amandi, quæ piiſſimo Abbati noſtro ad ſummam fuit conſolationem. Ultima Martii dies anni 1661. hoc ſingulare gaudium obtulit Amando Præſuli noſtro; cum S. Amandi corpus hactenus ſub altari ſummo noſtri templi deliteſcens, ac diu quæſitum tandem inventum, & in lucem publicam productum fuit. Erat primitus quæſitum profunde effoſſa terra ſub gradibus ſcalæ, qua ex pavimento aſcenditur ad ſummum altare. Contriſtatus Dominus Abbas, quod hic fruſtra fuerit laboratum, ſcrutatur Archivium, & reperit in ſcripto, quod Dominus Martinus Abbas dictum corpus e terra infra dictos gradus elevarit, & ad ſummum altare transtulerit, atque ſub eo in muro recondiderit, ubi & repertum eſt. Adfuit elevationi Commiſſarius Celſiſſimi Principis Dominus Balthaſarus Zauchenperger Conſiſtorii Director cum Notario publico, & quinque teſtibus, in quorum comitatu ſacra lypſana proceſſionaliter delata fuerunt in ſacriſtiam; inde vero in cellam ſuperioris dormitorii, ubi oſſa omnia per medicum Celſiſſimi Principis D. Doctorem Khienne in formam corporis compoſita, rurſusque ut prius ſigillo munita in ſacriſtiam ſuperiorem ſunt reportata. Demum 26. Octobris, in quem diem alias incidit feſtum translationis ejusdem ſancti magno apparatu in publica proceſſione circumlatum, & in ara decollationis S. Joannis Baptiſtæ depoſitum fuit. Initium hujus ſolemnitatis fecit ſummum officium, quod D. Abbas cantavit, ſub quo non tantum Celſiſſimus Princeps, ſed & aliqui de Reverendiſſimis DD. Canonicis legerunt Miſſam; quo officio finito cum debitis cæremoniis itum eſt per novum ædificium ſeu monaſterium, nam cœlum pluvium ulteriorem exitum, uti propoſitum erat, non admiſit. Comparuerunt major, & minor congregatio ex Univerſitate confraternitas SS. Sebaſtiani, & Rochi, S. Annæ, S. Monicæ, SS. Corporis Chriſti, & fidelium animarum: quas ſequebantur RR. PP. Auguſtiniani, Capucini, & Franciſcani, poſt quos immediate ibant Domini religioſi convictores, & Profeſſores: poſt intervallum ſequebantur alumni Archiepiſcopales, templi, & chori cathedralis vicarii, exinde muſica. Demum poſt crucem conventualem immediate conventus noſter eo, quo in feſto SS. corporis Chriſti ſolet, ſacro amictu conſpicuus, & poſt hunc Illuſtriſſimi DD. Canonici cathedrales ſimili modo induti. Tandem S. Amandi ſacra tumba a ſex ſacerdotibus de noſtro conventu triumphali veluti in curru ſublime portata comparuit, poſt quam ibat D. Abbas in Pontificalibus, deinde Celſiſſimus Princeps Guidobaldus habitu Archiepiſcopali rubro ſpectabilis, qui trahebat poſt ſe totam aulam, ingentemque populi multitudinem. Ubi per cœmeterium deventum eſt ad Eccleſiam, & ante ſummum altare, in medio collocata fuit prædicta tumba, & D. P. Romanus Miller Seonenſis panegyrin adornavit, qua finita, per ſex Religioſos S. Petri ſacra lypſana transferuntur ad altare decollationis S. Joannis, ibique cum debito honore deponuntur. Finiit D. Abbas hanc feſtivitatem ante medium ſummi altaris inchoando hymnum Ambroſianum, ſub quo in arce quinquaginta tormenta fuerunt explosa. Et ne huic ſolennitati quidquam deeſſet, in majoris templi veſtibulo porta triumphalis erecta videbatur.

XX. De qua utraque ſolennitati Notarii fide confectum fuit inſtrumentum.

Fuit autem de hac utraque ſolennitate Notarii publici fide erectum inſtrumentum, quod in originali exſtans de verbo ad verbum hunc ſenſum continet:

In Chriſti nomine. Amen.

„Tenore præſentis publici Inſtrumenti cunctis id ipſum intuentibus pateat evi„denter, & ſit notum, quod anno a nativi„tate ejusdem milleſimo ſexcenteſimo ſexa„geſimo primo, indictione decima quarta; „Pontificatus ſanctiſſimi Domini noſtri Do„mini Alexandri hujus nominis Divina pro„videntia Papæ Septimi anno ſexto, Reve„rendiſſimus in Chriſto Pater Amandus, „Abbas monaſterii S. Petri, Ordinis Sancti „Benedicti Salisburgi; poſtquam ex fide di„gnis documentis, variisque aliis antiquis „ſcripturis deprehendiſſet, jam olim oſſa „S. Amandi, Epiſcopi Wormatienſis, a D. „Ruperto in hanc urbem Salisburgenſem de„lata fuiſſe, & ibidem in hunc usque diem „religioſe aſſervari, immo anno milleſimo „ſexcenteſimo ſexto a felicis record. Domi„no Martino ejusdem monaſterii Abbate „(prout

„(prout in ſcriptura quadam in membranis „exarata, propria illius manu ſubſcripta vi„dere eſt) illud ipſum corpus, relictis exte„rius nonnullis particulis, fidelium venera„tioni exponendis, ſub altari majoris Ec„cleſiæ prædicti monaſterii conditum fuiſſe, „locus vero ipſe diuturnitate temporis igno„retur, his non parum excitatus pro ſua in „eum Religione, cum alias pavimentum cir„ca ſummum altare antedictæ Eccleſiæ no„viter ſterni deberet, ad S. Corpus indagan„dum animum adjecerit, quo præter divi„ni cultus augmentum majorem quoque „ipſius ſancti honorem provocaret, ac fide„lium devotionem accederet; cujus rei „gratia, ut omnia, ac ſingula rite proce„derent, Celſiſſimo, & Reverendiſſimo Prin„cipe ac Domino Domino Guidobaldo Ar„chiepiſcopo Salisburgenſi, Sanctæ Sedis „Apoſtolicæ Legato &c. ceu loci Ordinario „humillimas preces porrigendas duxit, ut „ſibi & licentiam, tam pium propoſitum „exequendi, clementiſſime concedere, & „aliquem, qui Celſitudinis ſuæ nomine huic „operi præeſſet, benigne conſtituere, ſeu „delegare dignaretur: quibus impetratis „anno ſupradicto, die vero vigeſima nona „Martii, in nomine Domini ſanctum corpus „circa, & ſubtus ſummum altare quæri cœ„ptum, ac triduo labore continuato, deni„que trigeſima prima antedicti menſis in „præſentia plurimum Reverendi, Prænobi„lis ac Clariſſimi Domini Balthaſari Zau„chenperger J. U. D. anteſatæ ſuæ Reveren„diſſimæ Celſitudinis Conſiliarii intimi, „Metropolitici Conſiſtorii Salisburgenſis Di„rectoris, Præpoſiti ad S. Virgilium Friſaci, „& B. M. V. hic ad nives Canonici, ſeu ad „hunc actum ſpecialiter deputati Commiſſa„rii, nec non mea Notarii, & infra ſcripto„rum Dominorum teſtium poſt altare duo„bus fere pedibus ſub terra tabulæ marmo„reæ repertæ, & his remotis ſub ipſo alta„ri inventa eſt arca, ſeu tumba ex cupro fi„guræ oblongæ, quæ, poſtquam per ſupra „nominatum Reverendiſſimum D. Abbatem „elevata, atque per Sacerdotem dicti mo„naſterii cum luminaribus, & toto conven„tu in floccis comitante intra horam deci„mam, & undecimam antemeridianam ſa„criſtiæ ejusdem Eccleſiæ illata ac ſtatim re„ſervata fuiſſet, in ea ſanctum corpus pan„no holoſerico jam penitus corrupto involu„tum repertum fuit, quod deinde cum ipſa „arca in ſuperius monaſterii dormitorium „translatum, ibidem in quadam cella col„locatum ac derelictum, & tam ipſa tumba, „quam cella impreſſo Domini Commiſſarii „ſigillo munita & obſignata fuit. Die poſt„ea quarta Aprilis denuo D. Commiſſarius, „ego Notarius & DD. teſtes inferius nomina„ti ad præfatum locum nos contulimus, & „primo inſpecto, ac recognito D. Commiſ„ſarii ſigillo cellæ januæ impreſſo, illoque „integro & illæſo invento, cellam ingreſſi al„terum etiam ſigillum ſupra tumbam exi„ſtens inſpeximus, illud recognovimus, ac „integrum pariter, & illæſum reperimus, „tumba ipſa aperta fuit, & cum neceſſarium „videretur, ſancta oſſa, quod humida eſ„ſent, libero aëri exſiccanda, quo melius „manibus tractari & inſpici poſſent, & per „Nobilem ac Clariſſimum Dominum Khieune „Medicinæ Doctorem altememoratæ Reve„rendiſſimæ Celſitudinis ſuæ &c. Conſilia„rium, & Archiatrum, quantum tunc fieri „potuit, in menſa ſimul compoſita, cella „antiquo ſigillo obſignata, ibidem derelicta „fuerunt. Subſequenti die vigeſima ejus„dem menſis denuo D. Commiſſarius, ego „Notarius, & DD. teſtes ſæpe dictam cel„lam acceſſimus, ſigillum recognovimus, „ac immotum, & integrum inuenimus, cel„lam recluſimus, & ut ſanctum corpus, ſeu „oſſa ordine deſcriberentur, prælibati DD. „Commiſſarius, & Abbas præfatum D. Do„ctorem Khieune requiſiverunt, & roga„runt, qui libenter labore ſuſcepto omnes, „& ſingulas partes inſpexit, & examinavit, „& integrum fere corpus adeſſe aſſeruit, il„ludque ſequentes partes, nimirum in ca„pite cranium integrum ſeptem oſſibus „conſtans cum utraque maxilla integra, „quarum ſuperior omnes ſedecim, inferior „autem ſolummodo quatuor dentes maxil„lares enumerat. In trunco, ſeu thorace, „& infimo ventre præter os ſcapulæ & clavi„culæ utrinque unum, totam ſpeciem, & „omnes coſtas, ſex nimirum integras, cæ„teras vero æqualiter fractas unacum 24. „ſpondulis, aut vertebris, atque oſſe ſa„cro, & utroque laterali coxendicis. In „ſuperioribus artubus utramque manum ſeu „brachium, os unum humeri; duo oſſa cu„biti unacum ſingulis extremæ manus ſeu „digitorum requiſitis articulis, atque fer„me omnibus carpi & metacarpi oſſiculis: „in artubus inferioribus, in quolibet ſcili„cet pede femoris os unum; patellam in u„troque genu unam, tibiæ oſſa duo, atque „os navi forma tali & calcis, cum aliis tar„ſum & metatarſum conſtituentibus, digi„torumque extremis articulis, & plurimis „& variis aliorum oſſium, & oſſiculorum „fragmentis, & particulis continere. Quæ „partes poſtea ſeparatim involutæ, nume„ris ſignatæ, in tumbam ſigillo D. Com„miſſarii munitam repoſitæ, & in ſacriſtiam „transportatæ, & incluſæ fuerunt. Tan„dem vigeſima ſexta Octobris ejusdem anni „prædicta oſſa proceſſionaliter cum omni ſo„lennitate circumlata, & in arca ex lignis „lævigatis nigro colore infectis noviter com„pacta, compoſita, ac ſuper altare, S. Jo„anni ſacrum, in eadem Eccleſia exiſtens, „collocata, & recondita honorifice fuerunt. „Acta ſunt hæc indictione, Pontificatu, lo„co, & tempore, quibus ſupra &c. præ„ſentibus admodum Reverendis, Magnifi„cis, Prænobilibus, Clariſſimis ac honora„tis viris DD. P. Alphonſo Stadlmaier, & „P. Romano Miller, Ord. S. Bened. SS. „Theo-

„Theologiæ Doctoribus, alte memoratæ „Reverendiſſimæ Celſitudinis ſuæ Conſilia„riis intimis, Univerſitatis hujus Salisbur„genſis Rectore, & Procancellario, Joanne „Andrea Weikh, J. U. D. cauſarum advo„cato hic, Joanne Baptiſtæ Mayr, typogra„pho aulico, & Academico, & Wolfgan„go Braunmiller, Univerſitatis Pedello, „teſtibus fide dignis, & ad præmiſſa ſpecia„liter requiſitis, & rogatis. Et ego Joan„nes Guilielmus Turner, J. U. D. Metropo„litici Conſiſtorii Salisburgenſis Conſilia„rius, ejusdemque publicus Notarius, quia „præinſertæ reſignationi, SS. reliquiarum „ſuſceptioni, exaltationi, recognitioni, o„mnibusque aliis & ſingulis, dum ſic, ut „præmittitur, fierent, & agerentur, una„cum prænominatis DD. teſtibus præſens „interfui, eaque omnia, & ſingula ſic fieri „vidi, & audivi, ideo hoc publicum inſtru„mentum exinde confeci, manu propria „ſubſcripſi, & Notariatus mei ſignetum ap„poſui rogatus, & requiſitus, tempore, & „loco, quibus ſupra &c.„

(L. S.) *Joannes Guilielmus Turner, J. U. D. qui ſupra.*

Hoc ipſum inſtrumentum allegat etiam P. Hanſizius in ſua hiſt. Salisb. in actis ſub regimine Archiepiſcopi Guidobaldi pag. 820. n. L.

XXI. Non minus erudita quædam opuſcula hiſtorica in lucem edidit,

Non minus ſæpe fatus Dominus Abbas Amandus vir doctus & eruditus, in hiſtoria præſertim, & antiquitatibus verſatiſſimus, erudita quædam opuſcula hiſtorica in lucem edidit, majorem autem manuſcriptorum copiam non ad vulgarem poſteritatis utilitatem reliquit, ita, ut quis crederet vix aliud fuiſſe ipſius negotium, quam ſcriptionem continuam, quamvis fere ſingulis annis in ſuo regimine aſſiduis Podagræ, Chiragræ, & calculi doloribus fuerit divexatus, ita, ut haud infrequenter per aliquot ſeptimanas lecto affixus decubuerit. Typis impreſſa ſunt ſequentia opuſcula auctore Amando Abbate, quamvis hic ex humilitate nomen ſuum ſubticuerit, & tantum authorem editionis in genere Aſcetam quemdam monaſterii S. Petri nominaverit. Brevis hiſtoria de origine, conſecratione & reparatione ſpeluncæ ſeu Eremitorii, ejusque capellæ prope cæmeterium monaſterii S. Petri impreſſa Salisburgi anno 1661. & dedicata S. Ruperto Patri & fundatori noſtro cum tabellis & cupris æneis Eremitorium S. Maximi in, & extra exhibentibus, in 4to. Hiſtoria de corpore S. Amandi Epiſcopi Wormatienſis II. anno 1661. in Eccleſia S. Petri noviter translato opuſc. in 4to editum Salisburgi anno 1661. & dedicatum Celſiſſimo Principi Guidobaldo tunc regnanti. Diſquiſitiones in vitam, & miracula S. Vitalis Epiſcopi, Patroni & Abbatis monaſterii noſtri, liber in 4to editus Salisburgi 1663. & dedicatus Sanctiſſimæ Triadi Jeſu, Mariæ & Joſeph. In hoc opuſculo per ſeptem diſquiſitiones, quas in capita plura diviſit, non ſine magna eruditione hiſtorica inquirit, & agit 1mo. de Patria, Parentibus & diſcipulatu S. Vitalis; 2o. de ſucceſſione S. Vitalis in epiſcopatu Salisburgenſi, & abbatiali munere in monaſterio S. Petri. 3o. de iis, quæ S. Vitalis in vita ſua, in regimine Epiſcopali, & Abbatiali geſſit. 4o. De felici tranſitu, ſepulchro, imaginibus, & Reliquiis S. Vitalis. 5o. de ſanctitate, canonizatione, inventione & translatione S. Vitalis. 6o. De miraculis a S. Vitale poſt mortem editis. Et denique 7o. de cultu honore, & veneratione, quibus a fidelibus tam olim cultus fuit, quam etiam hodie colitur S. Vitalis. In hoc opuſculo etiam ad initium non tantum exhibetur imago S. Vitalis cum ſymbolis cupro inciſa, verum etiam pari modo viſitur effigies, & proſpectus altaris, & ſepulchri S. Vitalis Epiſcopi, & Confeſſoris Salisburgi in Eccleſia monaſterii S. Petri quieſcentis. Denique etiam typis impreſſa eſt relatio quædam hiſtorica de venerando corpore S. Martini Epiſcopi Turonenſis edita Salisburgi anno 1664. Atque hæc opuſcula typis impreſſa ſunt, in quibus D. auctor magnam notitiam in antiquis præſertim monumentis oſtendit, quæ etiam nobis in colligendo hoc chronico apprime ſerviebant, & variis in locis, primis præſertim ſæculis, a nobis citata fuerunt.

XXII. Majorem autem manuſcriptorum copiam ad utilitatem poſteritatis reliquit.

Aſt longe major exſtat manuſcriptorum copia, quæ induſtrius Abbas collegit, & apud nos in magna, uti decet, æſtimatione aſſervantur. Subnecto catalogum præcipuorum quæ reliquit manuſcriptorum. Et primo quidem adeſt liber propria Abbatis manu ſcriptus in folio regali de variis antiquitatibus, juribus & privilegiis, donationibus, poſſeſſionibus, aliisque rebus memorialibus tam de monaſterio S. Petri, quam & de provincia Salisburgenſi. In quo opere manuſcripto ad initium per 19. titulos (habet autem univerſum 44.) agit de vita, geſtis, & morte S. Ruperti cum reflexionibus eruditis hiſtorico-criticis. 2o Liber manuſcriptus in folio continens trium Abbatium vitas, & geſta, videlicet Martini, Joachimi & Alberti III. Abbatum. 3o Pars prima diarii Abbatialis a die mortis Alberti Abbatis, & die electionis Amandi ab anno 1657. usque ad annum 1664. incluſ. in 4to. 4to Pars II. diarii Abbatialis in folio ab anno 1665. usque ad annum 1672. incluſ., qui erat penultimus annus regiminis Amandi Abbatis: pro anno 1673. propria manu titulum quidem & rubricam ſcripſit hiſce verbis: Annus Chriſti 1673tius Amandi Abbatis decimus ſeptimus. Plura in hoc manuſcripto non notavit, exſtat tamen Calendarium de anno 1673. in quo pauca adhuc conſcripſit circa revolutiones illius anni, & quod maxime mirandum; ad diem 4tum Aprilis ſequentia verba ſed mortualibus litteris, ac tremula manu adnotavit, prout

de visu hujus characteris attestamur: „ 14ta „Aprilis apoplexia tactus sum in mea capella „sub missa, quam audivi: exinde miserabi„lis læsus sum in memoria & visu.„ 5o manuscriptum in folio seu rationale super novum ædificium ad S. Petrum Salisburgi cœptum, erectum, & consummatum, & super antiquum destructum ab anno 1657. usque ad annum 1661. 6o Manuscriptum pariter in folio, seu compendiosa descriptio sacrarum Reliquiarum, quæ in Ecclesia cathedrali Salisburgensi asservantur. 7o Tomus manuscriptus folii sub signo W. W., quod manuscriptum a nobis sæpissime in vitis Abbatum fuit allegatum: Est chronicon Admontense, sive antiquitatum inclyti hujus, & celeberrimi monasterii Admontensis libri duo: Io De vita, & rebus gestis B. Gebhardi Archiepiscopi Salisburgensis, & ejusdem monasterii fundatoris. Alter vero de eodem monasterio, ejusque fundatione, successione Abbatum, viris Illustribus, Benefactoribus, Ecclesiis, Parochiis, redditibus, sacrisque reliquiis, ac aliis antiquitatibus tractat, authore & collectore Abbate anno 1667. & hæc manuscripta sunt omnia completa, & autographa. Adest etiam in folio tractatus de virtutibus S. Josephi alio, & speciali labore tam theologica, quam historica methodo deducendus; quam intentionem haud dubie habuit Amandus Abbas, morte autem præventus hanc bonam intentionem ad finem, & perfectionem non perduxit. Exstant pariter non pauci fasciculi manuscripti in folio, & in 4to, ubi sine ordine, & compactura varia notata theologica, ascetica, & historica continentur; pariter duo libelli precatorii propria manuscripti, in quibus selectissimæ, & tenerrimæ devotiones, atque sententiæ continentur, ex quibus haud obscure colligi potest, quam pius, & devotus Religiosus fuerit hic Dominus noster Abbas Amandus.

XXIII. Tandem post vitam inter varios virtutum actus piissime simul & patientissime transactam,

Antequam vero ad suprema fata pergamus Abbatis nostri, vere Amandi, restat, ut pauca etiam differamus de specialibus virtutibus, quæ quidem Deo magis cognitæ erunt, dicti Abbatis nostri. Exstat de hoc Præsule, vitæ, & regiminis epitome, seu liber manuscriptus in folio, tractans per septemdecim capita concinno ordine gesta Amandi Præsulis, qui liber a D. Edmundo immediato Amandi Abbatis successore compositus alterius manu conscriptus, propria Edmundi Abbatis manu subsignatus, atque ut ex contextu colligi potest usque ad annum 1701., qui erat penultimus regiminis Abbatis Edmundi successive collectus fuit. In hoc libro, seu vita Amandi Abbatis c. 14. in persona loquitur Dominus Edmundus Abbas, qui ipso regnante partim œconomus, partim etiam per septem annos Prioris munere fungebatur. „Sive ego ocu„latus quotidie testis (verba sunt cit. loco) „vel ex suavitate sermonum vel ex more „conversationis feram judicium, fatendum „est, vitam ejus fuisse gratiosam virtutum „mixturam.„ Et post pauca, quæ aliun„de jam in diversis locis inseruimus, sic lo„quitur citatum manuscriptum: „Nec o„mittendum, quod sanus, & viribus potens „singulis diebus sacrificium Missæ peregerit, „ac alterno semper die S. Exomologesi ma„culas conscientiæ elicerit; cum quanta de„votione annuatim per octiduum fecerit spi„ritualia exercitia, testantur adhuc exstan„tes libelli, in quibus habetur, qualiter il„lud tempus octidui de hora in horam medi„tando, legendo, orando, impenderit. „Mirum quid, verum tamen dico.„ Prosequitur ulterius author vitæ cit. loco, quod aliquis vir magnæ æstimationis, qui a longitudine annorum notissimus erat Domino Præsuli, aliquando in discursu de vita Abbatis Amandi dixerit, se credere in eo adhuc esse justitiam originalem. Et ego, „id „est, Edmundus Abbas loquens cit. cap. 14. „dum sub ipso per sexdecim annos fui œco„nomus, & Prior, vidi ipsius multiplica„tas infirmitates corporis, easque graves, „scivi etiam varia genera afflictionum animi, „& tantam in omnibus patientiam, & in „voluntatem divinam resignationem, ut „nihil dixerit, aut scripserit, quam: „ sit „nomen Domini benedictum; ut adeo fir„mam spem, & opinionem habeam, ipsius „animam a præcedentibus doloribus, & sa„cra patientia ita purgatam fuisse, ut a cor„pore soluta absque purgatorio ad cœlestia „gaudia pervenerit.„

XXIV. Die nona Septembris anno 1673. anno æt. 49. in Domino obiit,

Sed tandem appropinquavit tempus, quo fidelem servum suum ad coronam vocavit Retributor Deus; nam post continuam cum morbis, atque doloribus luctam constanter consummatam, postquam pedes, & manus Podagra, & Chiragra, interiora calculus, & arenæ, stomachum cachexia occupabant, & ad extremum caput, & cerebrum phrenesis arietavit, postquam, ut supra retulimus, jam 4ta Aprilis apoplexia fuit tactus, tandem necesse fuit totum hominem in tumbam procumbere, unde semper magis viribus fractus post accepta morientium mysteria nona Septembris die, quæ erat dies Sabbati, & proximus a festo Beatissimæ Virginis, nativitate sua gaudium annuntiantis universo mundo, media undecima antemeridiana in corona fratrum animam Deo, a quo eam ante 49. annos accepit, reddidit, & non tam obiit, quam abiit, inquit cit. author vitæ c. 16. ad beatas nimirum sedes, unde suis filiis deinceps valeat efficaciori suffragio subvenire. Obiit anno ætatis suæ 49no incompleto, Professionis 32. sacerdotii 24to regiminis Abbatialis 16to, & septem mensibus. Defuncti corpus anatomica sectione apertum, atque cor totum sanum, & integrum repertum fuit, ut nonnemo dixerit, Amandum, sicuti in vita semper habuit cor sincerum, & integrum, ita & post mortem tale servasse, quod

quod ab aliis inteſtinis ſejunctum, & ſtanneæ capſulæ incluſum apud S. Vitum in ſepulchrali crypta depoſitum quieſcit.

XXV. In honorifice 14ta Sept. ſepultus ante altare S. Joſephi cum epitaphio ibidem affixo.

Pro ſepultura præfixa fuit 14ta Septembris dies, qua die hora octava antemeridiana funus proceſſionaliter deductum fuit per cœmeterium, & plateam capitularem ac demum per circuitum communem ad Eccleſiam S. Petri: conductum comitati fuerunt ſub Duce Reverendiſſimo Domino Michaele Abbate ad S. Michaelem Buræ; præter confraternitates, & Religioſorum ordines, nec non conſanguineos, officiales, & famulos monaſterii, ipſe Celſiſſimus Princeps Maximilianus Gandolphus, omnes Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Domini Domini Canonici cum tota aula, & ingenti hominum multitudine: ubi ad templum noſtrum denuo venit lugubris cum funere comitatur, orationem funebrem e S. pulpito dixit Admodum Reverendus, & Clariſſimus D. P. Deſiderius Schapperger, profeſſus Seonenſis, tunc temporis Profeſſor SS. Theologiæ in Univerſitate Salisburgeaſi ſub Them. ex Deut. c. 33. v. 12. *Et Benjamin ait: Amantiſſimus Domini habitabit confidenter in eo: quaſi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requieſcet.* Primum & ſecundum requiem Reverendiſſimus Dominus Michael Abbas Buranus, tertium Reverendiſſimus Dominus Præpoſitus ad S. Zenonem cantavit. Poſt abſolutum primum in Eccleſia ſolenne requiem corpus terræ mandatum ante altare S. Joſephi, quod ejusdem Patroni ſui intime dilecti honori ſacrum voluit; ſuæ vero poſt mortem quieti ibidem loculum, locumque elegit, ut qui corde, & animo ſemper in vita conjunctus huic filii Dei nutritio fuerat, etiam poſt fata ſuo corpore, tanquam non intermorituri amoris pignore, proximus eſſet. Legitur etiam in marmore prope altare S. Joſephi affixo inſcriptio ſepulchralis, quam poſuit ejus Succeſſor in Abbatia immediatus D. Abbas Edmundus ſequenti tenore:

Viator heic pedem
Simul genua in preces fige
Ad
JESU MARIÆ JOSEPH
Amatos pedes en, jacet
Hujus monaſterii Caput, ac Præſul
LXXI.
AMANDUS
Illius ſacræ Triadis, & Fraternæ Unitatis
Amator ſingularis, amatus omnibus
Vin' teſſeram amoris?
Hanc, & alias æras ſuperis,
Cellas novas religioſis filiis,
Sibi hic ultimam ſtruxit
In qua Olor undique candidus (*)
A dolorum gemitu, & amoris Jeſu
inter lilia coronandus quieſceret.
Præfuit annis fere XVII.
Bonus Paterfamilias, & Pater Optimus
Vixit anno 1673., nona Septembris,
Annos natus XLIX.
Monumentum piis manibus poſuit
Amans Amandi Succeſſor
EDMUNDUS.

(*) Olor fuit inſigne ſcut. Abbatum.

SÆCULUM DUODECIMUM

AB ANNO 1682. USQUE AD ANNUM 1782.

EDMUNDUS,

ABBAS AD SANCTUM PETRUM LXXII.

AB ANNO 1673. USQUE AD ANNUM 1702.

I. Post obitum D. Amandi Abbatis factæ fuerunt dispositiones ad novam electionem,

Requievit amantissimus Domini, habitabit confidenter in eo, quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet, nimirum Amandus Abbas, cui allegatis verbis ex Deuteron. c. 33. petitis in solenni depositione parentavit funebris Amandi Encomiastes. Reliquit orphanos confratres monasterii nostri Præsul LXXImus Pater vere amandissimus, qui post laudabile septemdecim fere annorum regimen anno æt. 49no non completo post continuam ferme cum morbis, atque doloribus luctam, die nona Septembris anno 1673. media undecima antemeridiana in corona fratrum animam Deo reddidit, Abbas apud posteros gratissima memoria dignus, cujus vitæ seriem, utinam pro meritis, in præcedenti narratione exposuimus. Finitis exequiis, id est, decima sexta Septembris post prandium Celsissimo Principi Maximiliano Gandolpho Prim. R. P. Prior, & Subprior obtulerunt supplicem libellum, pro assignanda ad futuram electionem die, qui mox tertiam diem Octobris clementissime designavit, & vespere jam cridam acceperunt Patres administratores. Ad electionem vocati præprimis exteri conventuales, qui comparuerunt omnes, uno excepto, qui procuratorem constituit; institutæ non minus preces publicæ septem horarum, quibus

bus prima Octobris die sub expositione venerabilis totus Conventus interfuit. Pridie ante electionem fuscептum fuit consuetum examen in stuba majori colloquii, præsentibus DD. Commissariis, Illustrissimo, & Reverendissimo L. B. de Laimingen, & Reverendissimo Domino Doctore Pascha Directore, illo autem Archiepiscopalis Consistorii Præsidente. Tertia die Octobris, quæ erat designata electionis dies, hora septima matutina officium de spiritu sancto cantavit Reverendissimus D. Adalbertus Abbas Seonensis S. S. Congregationis Visitator, sub quo omnes eligentes S. epulo fuerunt refecti. Fuit autem post obitum Amandi Abbatis, & in electione ejusdem Successoris sequens ordo eligentium seu totius venerabilis

Conventus S. Petri:

P. Edmundus Sinnhueber, Prior, æt. 42. Prof. 20. Sacerd. 18.
P. Joachimus Steghueber, æt. 38. Prof 21. Sac. 13.
P. Udalricus Freiberger, Senior, æt. 56. Prof 34. Sac. 31.
P. Placidus Scheibl, æt. 52. Prof. 30. Sac. 27.
P. Virgilius Guggenberger, æt. 43. Prof. 25. Sac. 19.
P. Romanus Molitor, æt. 42. Prof. 25. Sac. 19.
P. Franciscus Mezger, æt. 38. Prof. 22. Sac. 17.
P. Josephus Mezger, æt. 37. Prof. 22. Sac. 15.
P. Maurus Högler, æt. 39. Prof. 22. Sac. 17.
P. Ildephonsus Lochner, æt. 40. Prof. 21. Sac. 17.
P. Paulus Mezger, æt. 36. Prof 20. Sac. 13.
P. Bonifacius Tanner, æt. 41. Prof. 20. Sac. 17.
P. Urbanus Eder, æt. 35. Prof. 18. Sac. 11.
P. Albertus Schrenk, æt. 34. Prof. 18. Sac. 11.
P. Amandus Dettinger, æt. 37. Prof. 16. Sac. 13.
P. Joannes Stegbuecher, æt. 34. Prof. 16. Sac. 10.
P. Vitus Kaltenkrauter, æt. 31. Prof 16. Sac. 7.
P. Gregorius Scholz, æt. 42. Prof. 12. Sac. 11.
P. Laurentius Helmreich, æt. 30. Prof. 11. Sac. 6.
P. Vitalis Mozl, æt. 28. Prof. 10. Sac. 4.
P. Augustinus Keudlinger, æt. 26. Prof. 10. Sac. 3.
P. Petrus Wolgschaffen, æt. 27. Prof. 10. Sac. 3.
P. Anselmus Mayrlifer, æt. 29. Prof. 9. Sac. 5.
P. Aemilianus Stokhamer, æt. 26. Prof. 8. Sac. 2.
P. Wolfgangus Schatz, æt. 24. Prof. 6. Sac. 1.
P. Paris a Lerchenfeld, æt. 24. Prof. 6. Sac. 1.
P. Bernardus Freisauf, æt. 24. Prof. 6. Sac. 1.
Fr. Rupertus Stockhamer, æt. 22. Prof. 4.

Præsentes itaque Confratres numero 28. vocem activam, & passivam habentes congregati in unum in conclavi electionis comparuerunt, excepto P. Bonifacio Tanner, cujus tamen procuratorium P. Udalrico Freiberger datum pro sufficienti acceptatum fuit. Præsidebant in actu electionis Reverendissimus, & Illustrissimus Dominus Wolfgangus Fridericus L. B. de Laimingen & Albenreith, Metropoliticæ Ecclesiæ Salisburgensis, & Cathedralis Ratisbonensis Canonicus, Archiepiscopalis Consistorii Præses, nec non plurimum Reverendus, Prænobilis, & Clarissimus Dominus Joannes Henricus Pascha, Reverendissimi Consistorii Director; in scrutatores autem hujus negotii fuerunt assumpti Reverendissimi DD. Præsules Adalbertus Seonensis, & Michael Michaelburanus, nec non plurimum Reverendus, Religiosissimus, & Cl. D. P. Ludovicus Engl, Benedictinus Mellicensis J. U. D. & illo tempore SS. Canonum hic Salisburgi Professor ordinarius; pro testibus autem per P. Priorem loco totius capituli legitime requisiti fuerunt P. R. P. Desiderius Schappberger, nec non A. R. P. Oddo Guzinger, ambo professi Seonenses; officium autem Notarii subiit P. R. & Clariss. D. Joannes Jacobus Lebell, J. U. Doctor, & Archiepiscopalis Consistorii Secretarius, qui & instrumentum publicum confecit, nec non sigillo, & Notariatus signeto corroboravit, ut infra allegabimus.

II. In qua P. Edmundus Sinnhueber Prior. 3. Oct. die anno 1671. fuit electus.

In hoc itaque consessu post factam protestationem de non admittendis inhabilibus, post præmissam per supra nominatum D. Doctorem Pascha exhortationem, post depositum ad sancta Dei Evangelia, juramentum, singuli eligentes, quibus per viam scrutinii procedere placuit, & quorum in universum unacum procuratore supradicti P. Bonifacii viginti octo fuere, eadem vota sua in quadam scheda fideli alterius, manu scripta, S. calici juxta supra nominatos Commissarios, & scrutatores mensæ appositio imposuerunt. Quibus votis omnibus postmodum collectis, & numeratis, nec non a DD. Scrutatoribus, & Notario conscriptis, & consignatis repertum fuit, admodum Reverendum, & Religiosissimum P. Edmundum Sinnhueber, hujus monasterii Priorem, virum eruditione (ut sonat authenticum instrumentum) vitæque, & morum integritate tum in spiritualium, tum in temporalium rerum administratione exercitatum, industrium, & perspicuum, nulloque canonico impedimento irretitum per majorem, & saniorem partem, viginti utpote sex vota electum esse; proinde præfati DD. Commissarii facta statim humillima relatione Celsissimo Principi, habitaque Reverendissimæ suæ Celsitudinis gratissima mente, omnibus eligentibus vocatis, & in antiquo loco rursus comparentibus electionem, uti canonice factam, acceptarunt, & approbarunt, nec non ad petitionem omnium, & singulorum capitularium

rium Electum, & numerum votorum ejusdem in ipso electionis loco publicarunt, & a D. Electo consensum requisiverunt, quem rationibus ductus in Dei nomine præbuit. Quare per prædictos DD. Commissarios Electi consensu acceptato mox in cancellis Ecclesiæ per A. R. P. Desiderium testem supra nominatum D. Electus pulsatis omnibus Ecclesiæ campanis proclamatus, atque per supra memoratum D. Doctorem Pascha admonitione seria præmissa ab omnibus, & singulis DD. Conventualibus D. Electo debita reverentia, & obedientia stipulatis manibus promissa, eidemque DD. Commissarii, tum etiam alii præsentes congratulati sunt, postea per Commissarios in Ecclesiam deductus, ubi Hymno *Te Deum laudamus* decantato ante altare majus in medio ipsorum DD. Commissariorum constitutus, & sic huic electionis negotio finis impositus fuit.

III. Ut probat authenticum desuper authoritate Notarii erectum electionis instrumentum;

Ut autem de his omnibus, quæ hactenus dicta fuerunt, authentica habeatur notitia, instrumentum authoritate Notarii super instituta electione Abbatiali, & Canonica erectum de verbo ad verbum allegamus.

„In Christo nomine. Amen.

„Tenore præsentis publici instrumenti cunctis id ipsum intuentibus pateat evidenter, & sit notum, quod anno a Nativitate „ejusdem millesimo sexcentesimo septuagesimo tertio, indictione undecima, Pontificatus Sanctissimi Domini nostri, Domini „Clementis Divina providentia Papæ Decimi anno quarto, regnante vero Serenissimo, ac Invictissimo Principe ac Domino „Domino Leopoldo hujus nominis Primo „Romanorum Imperatore semper Augusto, „regiminis illius anno decimo quinto, die „Martis, quæ erat tertia mensis Octobris, „in monasterio S. Petri Ordinis Sancti Benedicti, civitatis, & Diœcesis Salisburgensis, ad preces Celsissimo, & Reverendissimo Principe, ac Domino Domino Maximiliano Gandolpho Archiepiscopo Salisburgensi, Sanctæ Sedis Apostolicæ Legato &c. Domino, & Ordinario suo Clementissimo &c. &c. per P. Priorem, & cæteros Conventuales præfati monasterii porrectas pro impetranda in locum demortui „Reverendissimi Domini Amandi ultimi & „immediati Abbatis ibidem, nova, & libera electione, factaque ipsis desuper gratiosissima concessione, Reverendissimus, & „Illustrissimus Dominus Wolfgangus Fridericus Liber Baro de Laimingen, & Albenreith Metropoliticæ Ecclesiæ Salisburgensis, & Cathedralis Ratisbonensis Canonicus, alte memorati Celsissimi, & Reverendissimi Archiepiscopi, & Principis &c. „&c. Consiliarius Intimus ejusdemque Archiepiscopalis Consistorii Præses, nec non „Plurimum Reverendus, Prænobilis, & „Clarissimus Dominus JoannesHenricus Pascha, SS. Theologiæ Doctor, modo dicti „Consistorii Metropolitici Director, & B. „V. M. ad nives hic Salisburgi Canonicus, „ab eadem Reverendissima sua Celsitudine, „ceu loci Ordinario, ad subsequentem actum „clementissime deputati Commissarii, ad „actum electionis futuri Abbatis in locum „prioris demortui, via, jure & forma legitimis processerunt, atque inprimis omnibus, & singulis sua interesse putantibus, „publice vocatis, informationem in tali actu, tam de jure, quam de consuetudine „Diœcesis Salisburgensis requisitam, ac solitam instituerunt, omnes, & singulos „conuentuales seorsim vocantes, & examinantes, die demum Martis ante memorata, cantata prius per Reverendissimum, & „Amplissimum Dominum Adalbertum in „Seon de S. Spiritu Missa, sub qua antefati „P. Prior, & conventuales præmissa S. Confessione, Sacramentum sanctissimæ Eucharistiæ sumpserunt, universisque ac singulis sua interesse putantibus ex cancellis „ejusdem Ecclesiæ per Reverendum, & „Doctissimum P. Maurum Högler, hic ad S. „Petrum professum denuo vocatis, prænominati DD. Commissarii ad locum electionis destinatum se contulerunt, ibidemque „comparentibus omnibus, & singulis conventualibus in dicto monasterio professis „vocem activam, & passivam habentibus „(excepto P. Bonifacio Tanner, pro tempore Cooperatore in Wietting, cujus tamen procuratorium P. Udalrico Freiberger, datum pro sufficienti acceptatum „fuit) præfati DD. Commissarii præsentibus Reverendissimis, & Amplissimis Dominis Adalberto, & Michaele respective „in Seon, & Peurn Abbatibus, nec non admodum Reverendo, & Clarissimo Domino, ac P. Ludovico Engl, Ord. S. Bene„dicti in exempto monasterio Mellicensi in „inferiori Austria professo, J. U. D. Celsissimi, & Reverendissimi Archiepiscopi, & „Principis Salisburgensis Consiliario, & in „Universitate Salisburgensi SS. Canonum „Professore ordinario, juxta vnanimem capitularium requisitionem, & petitionem „(quibus omnibus & singulis per viam scrutinii procedere placuit) in scrutatores hujus negotii assumptis, meque Notario, & „testibus per Priorem loco totius capituli desuper legitime requisitis, nec non protestatione de non admittendis inhabilibus præmissa, factaque prius per supra nominatum Dominum Joannem Henricum Pascha exhortatione omnibus, & singulis „eligentibus juramentum corporale detulerunt, quod omnes acceptarunt, singuli „quoque (quorum in universum, unacum „Procuratore dicti B. Bonifacii 28. fuere) „ad SS. Dei Evangelia jurarunt, quod secundum Deum, & conscientiam suam in „illum sua vota directuri sint, quem suo monasterio magis utilem reputabunt, eadem „vota sua in quadam scheda, fideli alterius „manu

„manu ſcripta, ſacro calici juxta præmemo-
„ratos Dominos Commiſſarios, & Scrutato-
„res menſæ appoſito impoſuerunt. Quibus
„omnibus poſtmodum collectis; & nume-
„ratis, atque a Dominis Scrutatoribus, &
„a me Notario conſignatis, & ſcriptis reper-
„tum fuit A. R. & Doctiſſimum Patrem Ed-
„mundum Sinnhueber, hujus monaſterii
„Priorem, Virum eruditione, vitæque, &
„morum integritate, tum in ſpiritualium,
„tum in temporalium rerum adminiſtratione
„exercitatum, induſtrium, & perſpicuum,
„nulloque canonico impedimento irretitum
„per majorem, & ſaniorem partem, vigin-
„ti utpote ſex vota electum eſſe. Proinde
„præfati DD. Commiſſarii facta ſtatim hu-
„millima relatione Celſiſſimo Principi, ceu
„loci Ordinario, habitaque Reverendiſſimæ
„ſuæ Celſitudinis gratioſiſſima mente, o-
„mnibus eligentibus vocatis, & in antiquo
„loco rurſus comparentibus, electionem,
„uti canonice factam, acceptarunt, & ap-
„probarunt, nec non ad petitionem omnium,
„& ſingulorum Capitularium Electum, &
„numerum votorum ejusdem in ipſo ele-
„ctionis conclavi publicarunt, & a Domino
„Electo conſenſu requiſiverunt, quem ra-
„tionibus ductus in Dei nomine præbuit.
„Quare per prædictos DD. Commiſſarios E-
„lecti conſenſu acceptato mox in cancellis
„Eccleſiæ per A. R. & Clariſſimum P. Deſi-
„derium Schapperger, Ord. S. Bened. ex
„monaſterio Seonenſi SS. Theologiæ Docto-
„rem, & in hac Univerſitate Salisburgenſi
„Profeſſorem ordinarium D. Electus pulſa-
„tis omnibus Eccleſiæ campanis proclama-
„tus, atque per ſupra memoratum Domi-
„num Joannem Henricum Paſcha perora-
„tione, & commonitione ſeria præmiſſa, ab
„omnibus, & ſingulis Dominis Conuentua-
„libus Domino Electo debita obedientia, ac
„reverentia ſtipulatis manibus promiſſa, ei-
„demque tum DD. Commiſſarii, tum etiam
„alii præſentes congratulati ſunt, poſtmo-
„dum per præmemoratos Dominos Commiſ-
„ſarios in Eccleſiam deductus, ubi Hymno
„*Te Deum laudamus* decantato, ante altare
„majus in medio DD. Commiſſariorum con-
„ſtitutus, & ſic operi huic finis impoſitus
„eſt. Acta ſunt hæc Salisburgi in nomina-
„to monaſterio S. Petri, Anno, indictione,
„Pontificatu, Regimine, menſe, die, &
„loco, quibus ſupra &c. præſentibus Adm.
„R. & Clariſſ. P. Deſiderio Schapperger, ſu-
„pra dicto, ac Reverendiſſimo, & Doctiſſi-
„mo P. Oddone Guzinger, utroque in mo-
„naſterio Seonenſi profeſſo, teſtibus fide di-
„gnis, & ad præmiſſa ſpecialiter vocatis, &
„requiſitis, ac a ſuo D. Abbate ad hoc teſti-
„monium ferendum Licentiatis. Et ego Jo-
„annes Jacobus Lebl, J. U. D. Celſiſſimi, &
„Reverendiſſimi Archiepiſcopi, & Princi-
„pis Salisburgenſis, ejusdemque Conſiſto-
„rii Archiepiſcopalis Secretarius, nec non
„Apoſtolica, & Imperiali authoritatibus
„Notarius publicus, & juratus, quia præ-
„dictæ electioni, omnibusque aliis, & ſin-
„gulis interfui, dum ſic, ut præmittitur,
„fierent, & agerentur, unacum anteno-
„minatis Dominis teſtibus præſens interfui,
„eaque omnia ſic fieri vidi, & audivi, id-
„eo hoc publicum inſtrumentum exinde con-
„feci, manu propria ſubſcripſi, ac ſigillum,
„ac Notariatus mei ſignetum appoſui, ro-
„gatus, & requiſitus.

(L. S.)

(L. S.) *Joannes Jacobus Lebl, Dr.*

IV. Poſtea 14. Oct. die confirmatus, & die ſequenti in Eccleſia noſtra benedictus.

Poſt hanc electionem, die 3tia Octobris factam, ſecutus fuit actus confirmationis, quem in ſuis ædibus, ut ipſemet ſcribit D. Edmundus Abbas, peregit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Wolfgangus Friderico L. B. de Laimingen, in quo actu officium Oratoris, ſeu Præſentatoris geſſit Clar. D. Joannes Chriſtophorus Blumenlacher, &c. &c. Juris civilis Profeſſor. Altera die in feſto S. Thereſiæ, in Dominicam incidente, neo-electus, & confirmatus Abbas Edmundus in noſtra ad S. Petrum Eccleſia ab ipſo Celſiſſimo Ordinario, Principe, & Archiepiſcopo Maximiliano Gandolpho ſolenni ritu fuit benedictus, aſſiſtentibus D. Abbati Domino Alphonſo Abbate Weingartenſi, & Domino Placido Lambacenſi, forte caſu præſentibus, aut ſpecialiter invitatis, aut vocatis. Sicut autem per extenſum allegavimus inſtrumentum electionis authoritate Notarii roboratum, ita pariter damus tenorem litterarum de confirmatione, quæ litteræ manu propria Celſiſſimi Ordinarii ſubſcriptæ, & ſecreto Archiepiſcopali roboratæ ſunt. Eſt autem hic litterarum tenor:

„Nos Maximilianus Gandolphus Dei gra-
„tia Archiepiſcopus, & Princeps Salis-
„burgenſis ſanctæ Sedis Apoſtolicæ Lega-
„tus &c. Venerabili nobis dilecto, & fideli
„P. Edmundo Sinnhueber ſacerdoti, &
„profeſſo monaſterii ad S. Petrum in Metro-
„poli noſtra Ord. S. Benedicti ſalutem, gra-
„tiam, & regularis obſervantiæ zelum. In-
„ter reliquas curas, & ſollicitudines, quæ
„nobis ex debito paſtoralis officii noſtri ma-
„xime cordi, & curæ eſſe debent, illa ſane
„præcipua, & maxima eſt, ut Eccleſiis,
„ac monaſteriis fidei noſtræ commiſſis, &
„ſubjectis, dum ea vacare contingit, debi-
„te, & oportune cum omni diligentia, cu-
„ra, & ſtudio provideamus. Cum itaque
„vacante Abbatia prædicti monaſterii per
„obitum Amandi Pachler ultimi, & imme-
„diati ejusdem monaſterii Abbatis per ele-
„ctionem de noſtro benigno aſſenſu pera-
„ctam, ad quam omnes, & ſinguli, qui de
„jure, & conſuetudine eidem intereſſe de-
„bent, legitime citati fuerunt, iisdemque
„comparentibus, & capitulariter congre-
„gatis, præmiſſis tam de jure, quam con-
„ſuetudine præmittendis, & ſervatis ſer-
„vandis Divino Numine aſpirante in Abba-
„tem

„tem monaſterii prædicti, prout ex inſtru-
„mento authentico deſuper ſub die tertia hu-
„jus menſis Octobris, currentis anni, con-
„ſecto plenius vidimus contineri, canonice
„electus ſis, nobisque Honorabiles nobis
„dilecti, devoti & fideles P. Subprior, &
„Conventus ſæpedicti monaſterii ad S. Pe-
„trum humillime ſupplicarint, quatenus
„nominatam electionem ratificare, & ap-
„probare, tuamque perſonam clementiſſi-
„me confirmare dignaremur. Nos igitur
„per Commiſſarios noſtros ad hoc ſpecialiter
„deputatos de & ſuper perſonæ tuæ habili-
„tate, ætate, dexteritate, aliisque neceſ-
„ſariis ſatis informati, præfatam electio-
„nem ratificandam, & approbandam,
„tuamque perſonam duximus confirman-
„dam, prout tenore præſentium omni me-
„liori modo, uia, forma, & jure, quo
„melius poſſumus, & debemus, eandem
„ratihabemus, & approbamus, tuamque
„perſonam confirmamus, nec non te Ed-
„mundum Sinnhueber per annuli traditio-
„nem emiſſa primitus per te fidei Catholicæ
„profeſſione, præſtitisque ſolitis Simoniæ,
„ac nobis fidelitatis, & obedientiæ jura-
„mentis, in manibus Reverendi, & Il-
„luſtris dilecti nobis, & fidelis Wolfgangi
„Friderici L. B. de Laimingen, & Alben-
„reith, Metropolitanæ noſtræ Salisburgen-
„ſis, & Cathedralis Ratisbonenſis Eccleſia-
„rum Canonici, nec non Conſiliarii noſtri
„intimi, & Metropolitici Conſiſtorii noſtri
„Præſidis &c. eadem Abbatia providemus,
„& inveſtimus, adminiſtrationem tam ſpi-
„ritualium, quam temporalium monaſterii
„ejusdem tibi plenarie committendo, in
„nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti,
„Amen. Mandantes proinde prædictis P.
„Subpriori, totique conventui, atque Offi-
„cialibus, aliisque omnibus, & ſingulis,
„quomodocunque ad prædictum monaſte-
„rium ſpectantibus, perſonis in virtute S.
„obedientiæ, quatenus te memoratum P.
„Edmundum in ſuum Abbatem, Caput, Re-
„ctorem, ac Paſtorem recipiant, tibique
„debitum honorem, & amorem, reveren-
„tiam, atque obedientiam præbeant, præ-
„ſtent, & exhibeant, contradictores, & re-
„belles quoscunque debitis cenſuris Eccle-
„ſiaſticis compeſcendo. Harum teſtimo-
„nio litterarum manus propriæ ſubſcriptio-
„ne, & ſigilli noſtri appenſione munitarum.
„Datæ in Metropoli noſtra Salisburgi die de-
„cima quarta menſis Octobris anno milleſi-
„mo, ſexcenteſimo, ſeptuageſimo tertio.„

„*Maximilianus Gandolphus.*

Joannes Guilielmus Turner,
J. U. D. Cancellarius.

Et hæc de electione, confirmatione, & benedictione noviter electi Abbatis noſtri Edmundi.

V. Quis fuerit Abbas Ed-

His itaque præmiſſis rectus jam hiſtoriæ ordo exigit, ut paucis primitus exponamus, quis fuerit Edmundus ante ſui electionem? exinde autem non nihil copioſius agamus, quis fuerit in Abbatia? in quo officio annos ferme viginti novem non ſine magno monaſterii incremento explevit. mundus ante ſui electionem? paucis expouitur;

Natus fuit Edmundus Abbas noſter in Riettenburg loco non procul a civitate diſſito in Parochia Milnenſi ex perhoneſtis parentibus Patre Wolfgango Sinnhueber, & matre Roſina Forſthueberin, anno 1631. die decima Aprilis. Primis quidem annis a Patre artis ferariæ magiſtro in laboratorio ad labores manuales applicatus, a quibus tamen animus juvenilis abhorruit, ad ſtudia pronus altiori ductus inſtinctu; & poſtquam, Patre ferme ab initio non nihil invito, in primis elementis a quodam venerando Sacerdoti Ord. S. Auguſtini Eremitarum in Millen fuit inſtructus, ſenſim in ſcholis publicæ hujatis Univerſitatis ita profecit, ut poſt Logicam incœptam anno 1652. monaſterium ingreſſus, anno ſequenti 23. Nov. die ſolemniter in manus Alberti Abbatis profeſſus fuerit, & anno 1655. 23tia Maji ad aras Sacerdos ſteterit. Patuit primis jam annis ſingularis ejus dexteritas, & prudentia in gerendis rebus œconomicis, unde poſt obitum R. P. Germani Wormbſer Præpoſiti Wiettingani, qui obiit 26ta Octob. anno 1656. tanquam Adminiſtrator Wiettingam fuit deſignatus, quam Præpoſituram adminiſtravit cum magna induſtria per menſes octo usque ad menſem Junii anni 1657. conſtitutus exin in monaſterio Præfectus œconomiæ, & cellæ vinariæ. Poſt novem annos in pleno capitulo die 17ma Nov. anno 1666. ad officium Prioratus fuit vocatus, in quo munere ſtetit integro ſeptennio, quo completo poſt obitum antedicti D. Amandi Abbatis concordi confratrum calculo in Abbatem noſtri monaſterii fuit electus, Præſul profecto, cui vel nullus, vel pauci ſunt comparandi, de monaſterio noſtro optime meritus. Notat hic Dominus Abbas Edmundus in ſuo diario, quod ad initium Abbatialis ſui regiminis inter omnes confratres viguerit ſingularis charitas, pax, & concordia, uno ſolo excepto, qui in ſæculo pauper, & ignobilis puer, pauci ſtudii, & leviter tinctus, dum in vita ſæculari vix panem habuiſſet ſufficienter ad manducandum, ex ſingulari tamen, quam nunquam meruit, gratia, & miſericordia ad ſtatum Religioſum in noſtro monaſterio ſuſceptus nunquam quietus vixit, ſuperiorum afflictio, & onus ſuorum confratrum, homo nullius frugi; qui tandem, poſtquam prius in variis monaſteriis præſertim in Carinthia hoſpitem egit, & ubique intolerabilis factus, in omnem terram dimiſſus fuit, ſed anno 1673. ad novam electionem citatus comparuit quidem, anno autem 1675. poſt extortam tam a Celſiſſimo Principe quam & Præſule, & Conventu monaſterii licentiam ad iter Romanum, 17ma Junii eo dimiſſus abiit, poſtquam prius in quasdam conditiones conſen-

tire

tire debuit; ubi poſt inſtabilem vitæ ſuæ converſationem, nimirum Romæ, in hoſpitali S. Joannis Calibitæ 13. Febr. anno 1679. bene tamen diſpoſitus, & uti ex hoc loco relatum fuit, poſt ſuſcepta morientium SS. myſteria pœnitens obiit, etiam religioſis communitatibus relinquens exemplum, quam verum ſit, quod dudum ſcripſit ad noſtram Doctrinam S. Eccleſiæ Doctor Auguſtinus in Pſal. 54. ad 1. v. „Omnis malus aut „ideo vivit, ut corrigatur: aut ideo vivit, „ut per illum bonus exerceatur.„

VI. Magis autem, qualis fuerit in Abbatia? & primo quidem datur geſtorum quaſi ſynopſis;

Si autem pro meritis recenſere volumus, quis Abbas neo-electus per tot annos fuerit in Abbatia, jam in limine fateri cogimur, quod copia nos inopes reddat. Ne tamen in enarrandis rebus geſtis confuſio oriatur, præprimis dabimus geſtorum quaſi ſynopſin, & tunc demum, quantum fieri valet, juxta ordinem chronologicum ad particularia enarranda deſcendemus, exhibituri etiam litteras, & inſtrumenta originalia ſub ipſius regimine vel in utilitatem, vel ſaltem in cauſis monaſterii erecta, & ſufficienti authoritate roborata. Sane Edmundus Abbas in regimine Abbatiali per annos viginti novem talis, ac tantus fuit, ut merito, ſi non alicujus fundatoris, ſaltem magni Reſtauratoris noſtri præconium promereatur, fideliſſimus vere, & ſollicitus Paterfamilias, qui inter multas etiam temporum injurias, publicasque calamitates, inter quas præcipua erat Turcicum bellum anno 1683. prope Viennam domos & vineas Dornbaci devaſtans, totum monaſterium nihilominus in plenitudine benedictionis divinæ mirabiliter affluentis multa ſollicitudine gubernavit. Ædificia tot, & tanta exſtruxit, ut ſi linquæ tacerent, aut in actis archivii nulla exſtarent documenta, lapides, & ligna, nec non publica inſignia Edmundi ædificiis affixa palam loquerentur: erant priores ſtructuræ extra clauſuram ſine ulla architectonica proportione, ordine, & conformitate, nec non ita ruinoſæ, ut ſuſtentaculis fulcirentur; unde non tantum exteriorem monaſterii partem, & elegans quadram, cellas hoſpitum, novam Abbatiam ſuperiorem, & alia in ſe continentia pro decore monaſterii a fundamentis exſtruxit, verum etiam tam pro aliquali reſpiratione quam pro aliis forte emergentibus neceſſitatibus domum aliquam arci ſimilem, quæ vulgo Edmundo-burgum vocatur, in monte Monachorum ædificans pluresque villas, aliaque hinc inde cum exiguo rei domeſticæ incremento reparavit, quo ſpectat etiam nova villa Millbachiana, quam D. Edmundus Abbas primis ſtatim in regimine annis comparavit, reſtituens pariter poſt Turcicum bellum devaſtatas monaſterii vineas, & domos ſubditorum Dornbacenſium, quorum extremæ paupertati in ejusmodi arduis circumſtantiis ſubminiſtratis etiam pecuniis ſuccurrebat, quæ tamen omnia dexteritate ſua, & prudentia œconomica, maxime autem benedictione divina præventus ita diſpoſuit Abbas Edmundus, ut in fine ſui laudatiſſimi regiminis monaſterium noſtrum antiquum dilectam ſponſam ſuam non tantum nullo prorſus ære alieno gravatam, ſed in omnibus neceſſariis potius ſat bene proviſam reliquerit. Dilexit etiam non minus Edmundus Abbas decorem domus Dei, quam aurea, & argentea ſuppellectile; nec non pretioſiſſimis ornamentis ſacerdotalibus, quæ in hodiernum usque diem in feſtis primæ claſſis adhibentur, partim ſua induſtria, partim etiam benefactorum collatis ſubſidiis decentiſſime ornavit. Diſciplinam in monaſterio regularem ſervavit antiquam, rem œconomicam emendavit, & litterariam promovit, auxit monaſterium proventibus, Bibliothecam libris, ſuſcepit ad S. Profeſſionem inter alios non paucos etiam tres viros præſtantes, immediatos in Abbatia ſucceſſores, D. Carolum, qui equidem annis tantum duobus completis, D. Placidum, qui triginta ſeptem, D. Godefridum, qui annis duodecim non penitus completis, univerſim per annos quinquaginta & unum laudabiliter Abbatiam noſtram rexerunt. Erat Edmundus Abbas vir vere Iſraelita, in quo dolus non fuit, & vel ideo omnibus, & ſingulis tam Principibus viris, quam & aliis gratiſſimus, & acceptiſſimus erat, utpote quem ſingularis ipſius humilitas, candor, & manſuetudo, nec non rerum agendarum dexteritas ubique commendabat; unde in domo provinciali Salisburgenſi tanquam præcipuus ſtatus eminuit, atque tanta per indefeſſam induſtriam in officio ſteurarum præfecti merita ſibi comparavit, quæ ſingulari æſtimatione imo, & remuneratione digna eſſe agnovit cum ſtatibus provinciæ ipſe etiam Celſiſſimus Princeps. In quibus, & aliis pro bono Univerſitatis, congregationis Benedictinæ, nec non monaſteriorum monialium, quæ erant in Salisburgenſi Diœceſi, & quarum, authoritate ordinarii, conſtitutus viſitator erat, ſuſceptis laboribus per annos, ut jam ſupradictum, viginti novem ſtetit, usque dum anno æt. ſuæ 71. ingraveſcente hydrope in tumbam declinavit, die 21. Maji anno 1702. pientiſſime mortuus.

VII. Secundo: recenſentur quædam geſta in particulari: quod montem Riettenburg &c.

Verum hoc actorum compendio minime contenti ad alia quædam geſta in particulari progrediamur ordine chronologico recenſenda. Primo anno poſt electionem nondum expleto, videlicet anno 1674. mittebat Princeps Celſiſſimus Commiſſarios ad Abbatem Edmundum, petiitque ut montem Riettenberg ad monaſterium antea ſpectantem cum aliquo æquivalenti permutare non gravetur cum conventu ſuo. Qualiter jam hoc permutationis negotium fuerit tractatum, exhibent litteræ membraneæ originales elegantiſſime ſcriptæ & quinque ſigillis roboratæ, atque a tribus ex ſtatibus Provinciæ, nec non D. Abbate, & P. Prio-

re Conventus subscriptæ, quarum tenor, licet longior sit, in extensum allegari meretur:

„Zu wissen, das mit des Hochwürdigisten Für„sten und Herrn Herrn Maximiliani Gan„dolphi Erzbischouen zu Salzburg Legaten des „H. Apostolischen Stuels zu Rohm ꝛc. ꝛc. unse„res genedigisten Herrn und Landfürsten gnedi„digisten Vorwissen und eruolgte Einwilligung „vermög der unter hernach benanten dato aus„gefertigt-genedigisten Signatur zwischen dero „löblichen Landschafft und von deroselben hier„zu verordneten des Cleineren Außschuß aineß „dan dem löblichen St. Peters Kloster in Salz„burg anderen Thaill nachfolgenter Werel auf „stätt und ewig abgehandlet, und getroffen wor„den.

„Erstlichen thuet ernantes lobwürdige St. „Peters Closter erlagten löblichen Landschafft „und dero verordneten den Berg an der Rietten„burg, so dem Hoff Lünd zugethan, und „Hochfürstl. Salz. Ritterlehen ist (dessen ge„zürkh sich anfangt zu nächst der Neuen Behau„sung und Pruggen, welche jüngstlich Herr „Michael Spingrueber Hochfürstl. Salzburg. „Hof Castner und Cammerdiener zu seinen „neuen einfang Neureith genant erpauet, sol„chen schaidet der neben des Wolfen Schnai„ders Thum Capitlischen Mayrs zu Weingarten „jüngstlich eingefangter Leithen-Grund, und „daran stossenten Henckher wisen fliessente Albm„pach biß auf die andere Prukhen, so et„wo in die vier und zweinzig Manns-schritt „ober gedachter Henkher wisen ligen: und über „den Albmpach gehen thuet, dan erstrekht sich „diser Gezürgg von diser Prukhen der geröthe „nach zwischen den Riettenburger berg und Ja„coben Sinhuebers Stadl, oder Hütten; fer„ners neben jezt gemelten Riettenburger Perg „und der daran ligenten Straß biß auf einen „geh- und fahrtweeg, so zwischen des Andree „Pichler neuerbauten Behausung und Münch„oder Schlosperg an ainer: dan der anderen sei„ten, den Riettenburger Berg oben herab biß „in vorgemelte straß gehet, alwo rechter Hand „ein Thum capitlische Peundt an den Petrischen „Weyer stossent verhanden ist, von disem Orth „nun, bey welchen diser geh- und fahrtweeg „dann die Straß zusammen stossen, weiters „hinauf zwischen erstgedachte Pichlers neuen „Behausung und Riettenburger Berg, alwo in „der Höhe durch disen geh- und fahrtweeg drei „Gründ, als der Münch- oder Schloß-perg, „dan der Riettenburger berg und Neureuth von „einander gschaiden werden; von diser Höhe „weiter hinumb zwischen den Riettenburger „Perg und Neureith der Fuehrstraß nach gegen „den neuzugerichteu Leverprunnen biß auf den „Anfangs gemelten Albmpach und die dariber „gemachte Pruggen, alwo sich diser vorgeschrie„bene Bezürkh des Riettenburger berg endet) „sambt der Wur und Waid, Holzwachs, „Steinprüchen und all anderen zugehörungen „mit aller habenden Lehens- und anderen gerech„tigkeiten ordentlich cediren und übergeben, un„ter welchen zugehörungen obgedachter Wolf „Schnaider dermahlen, wie verstandten, be„rierten neuen einfang gegen zu erwarthen ha„benten künfftigen dienst-belegung, Item die „Henkher wisen mit Erbrecht besitzen, und hier„von jährlich fünfzehen Kreizer raichen thuet, „dan absonderlich mehrgemelter Andree Pich„ler von seinen neu erpauten Hauß hiniber an „den Riettenburger Berg an der Leuthen ainen „klainen einfang innen hat, darvon er jährlich „fünfzehen Kreizer entrichtet; und schlüßlichen „der Hochfürstliche Cammerdiener und Hof „Castner Herr Michael Spinngrueber und „Christina Reitterin dessen Ehewürthin einen „besonders verliehenen Orthgrund in dem Pugl„reith zwischen den Riettenburger berg und „Straß gelegen, so uill die Stainmetzen zu „Aufarbeithung der Stain nit bedürfftig; mehr „am Egg des Riettenburger bergs gegen des er„wehnten Wolfen Schnaiders neuen einfang „und Albmpach ainen erlaubten Orth zu einen „Kheller, auch mit gewisser Maß überlaßenen„von alters her zugerichten Stainpruch zu or„dentlichen burkrecht possediren, und darvon „vier und zwainzig Pfenning burkrecht (jedoch „ohne Veranlaitung) bezalen thuen, wie alles „der ihme sub dato dreyzehenten Decembris „Anno sechzehen hundert drey und siebenzig von „einem löblichen Closter S. Peter erthailte Brief „mit mehreren ausweiset.„ Hæc est prima pars hujus permutationis, sequitur jam secunda.

VIII. Cum quibusdam villis in monte Monachorum nec non aliis domibus & fundis,

„Hingegen und fürß ander hat mehr erwehnte „löbliche Laudschafft oder dero woll verord„nete Herrn General Steuereinnemmer woll be„rirten lobwürdigen St. Peters Closter aigen„thumblich und nuznießlich cediret und iberge„ben die zu den Landschaffthurn am Mönch„perg angehörige Grund und das herunten ne„ben der Straß darin stehente Städel (der „Thurn aber solle der löblichen Landschafft ver„bleiben, hingegen der untere Thaill zu 'eb„nen Fuß hinein, Item das daran gepaute „Stökhl zu des Peterischen Mayrs oder Säm„bers respective Bewohn- und Vichstöll- auch „haltung, wie bishero gewesen, gelassen: und „darumben dem Kloster allein die unterhaltung „des obberierten daran gepauten Stökhls, üb„rigen an dem Thurn aber weiters nit, als was „in desselben Genuß etwo in fenstern, öfen, „Schlössern und Holzwerch erförderen mechte, „hieran zugemuthet werden) Item das Sichen„peuntl, so ohne das dem Closter St. Peter mit „zwölf Pfenning Burkrecht dienst unterwürffig, „welche beede Stükher Georgen Pichler von ai„ner Zeit hero zu bestand verliehen worden. „Mehr die grundherrliche Gerechtigkheit über „den Pulferstampf, absonderlichen Khürnstü„bel, mehr Bewohnungshäußl, der anste„henten wagenhitten und Vorheußl, auch hier„umliegenten Gärtl unweit der Riettenburg, „welches Gärtl anfanget bei den wasserfang, „oder einlaßgrand auf die Rend mühl, gehet, neben dem Albmpach aufwerths ain und neun„zig werchschuch zu der Stigel in die Capitlische „wisen,

„wisen, ab diser Stigl nach dem dermahlen ste-
„henten Zaun etwas zimblich krumpp abwerths
„ans vermelte Khürnstubenheußl dem gedachten
„krumppen Zaun nach ain hundert siben und
„neunzig Schuech, sodann von dem endteren
„gegen dem Untersperg zeigenten Egg dises
„Khürnstubenheußl achzig Schuech an ein gegen
„dem- undter angedeuter Rendl müll auslauf-
„fenten Albm wasser befindliche- vom hernach-
„stehenten Nicolaß Seeleithner zu bestandt in-
„habentes Capitlisches Grundstükhl, wo anie-
„zo ein Gader seyl stehet, in das Zaun Egg hin-
„ein, hernach rechte Hand neben dem angereg-
„ten Capitlischen Grundstukh und Pulferma-
„cherhauß von sechs in siben Schuch Grunds
„verbleiben) sechs und neunzig Schuech an ei-
„nen nideren hölzernen Stemppen, ferners
„schier winkl gerecht an ein zu End des Wasser-
„Dumpfs, oder ausrünnung desselben, ste-
„hentes Aichpaumbl, ain hundert und dreyze-
„hen werkhschuech, von disem neben erstgemel-
„ten Wasserdumpf etwas zuruck oder aufwerths
„zu den Pulfer- Stampf, weiter bey disen
„Dumpf hinumb gegen der Rendlmihl und des-
„sen Anfangs eingeführten Wassergang oder
„einlaß grands- so alles neulich dem Nicolasen
„Seeleithner und Barbara Schnurggin seiner
„Ehewirthin zur Erb- Recht verkaufft worden,
„daruon man jährliche Stifft raichet ain Gul-
„den und dreißig Kreizer. Mehr dergleichen
„Gerechtigkeit auf der Leithen am Puglreit, so
„Andreas Pichler innen hat, sonst aber mit der
„ainen obern seiten gegen Weingarten an ainen
„Capitlischen auch Leithen Grund und anderen
„undteren seithen an des Hochfürstlichen Hof
„Castners Herrn Michael Spingruebers der-
„gleichen Grund, dene der gemachte Liecht-
„zaun, der von beeden Nachbarn, wie es die
„Seillen zeigen, zu unterhalten ist, schaidet,
„dan mit dem obern Orth an Minichperg und
„undtern Orth vor der Behausung an die Stras-
„sen, neben der hohen Riettenburg ligent, und
„befindet sich diser seiten Grund in Marchen und
„der Wässerei nach also: Von dem am Mi-
„nichberg gleich undterhalb des rothen Land-
„schafftsthurn, desselbeu ober Eggs gegen er-
„meldten Weingarten aniezo neuen gehauten
„Creiz an, abwerths biß an ein klaines Stain-
„pälsl, des auch daselbst neuen eingehauten
„Creiz Siben und fünfzig; von dannen weiter
„abwerts bis zum akherpau des daselbst neu ein-
„gelegt, und mit dreyen Ziegltrümmern verse-
„henen Marchsteins achzig: noch abwerts nuzt
„an den anderen auf vier Ziegltrümmer verstät-
„ten Marchstain ain hundert acht und sechzig,
„wider gerad abwerts nach der Schnur unter
„das hintere Tach Schupf Egg gegen Weingar-
„ten sein Pichlers Behausung des auf fünf
„Ziegltrümmer gelegten hohen Marchstains ain
„hundert ain und sechzig: mehr neben der Be-
„hausung, der Schupfen oder Tachrünnen
„nach, bis zu End der Vorschupfen gegen der
„Strassen, ain hundert und vierzehen: und
„so dann vor der Behausung etwas Schrög der
„Plankhen nach an die Strassen vier und zwein-
„zig ain halben; nach solcher Strassen abwerths
„biß ans Oester oder Stigl gegen den Guet
„Neureith ain hundert zway und achzig: her-
„nach gegen rechter Haud aufwerts biß hinzue
„des Minichpergs sechshundert ain und dreißig,
„und neben den Minichperg nach zwerch bis an
„das vorgemelte neu eingehaute Creiz fünfhun-
„dert und ain werchschueh innhaltet, und eben-
„falls (ausser der mehr erholten Andreen Pich-
„ler innhabent; und dem specificirten Leuthen
„Grund inligenten gemauerten Behauß- und
„Stallung, so zue Hochfürstlichen Hofmeiste-
„rei dienstbar und hiebei nit begriffen ist) jähr-
„lichen ain Gulden und dreißig Khreizer ver-
„stifftet.„ Sequitur pars tertia & ultima.

IX. Sub obligatione feudi anno 1674. cum statibus provinciæ permutaverit.

„Hingegen solle drittens villbesagtes Löbl.
„ Kloster S. Peter die Lehens-Aigenschafft,
„so auf den Perg und deren pertinentien gelegen
, gewösen auf die Thurn Gründ am Minich-
„perg, Hof Mezgerleuthen am Puglreit, und
„Pulfer-Stampf an der Riettenburg sambt de-
„nen darzu gehörigen ibernemmen und den Le-
„henbrieff zu den Hoff Lindt inseriren lassen,
„auch dadurch hienor eingeführten Riettenbur-
„ger Perg und zugehörung von diser Lehen-purth
„frei zu machen. Alles treulich ohne Geuerde.
„Zu Urkhund dessen seind zwei gleichlautende
„werlbrief aufgericht, und ainer seits von dem
„Hochwürdigen Hoch- und Wohlgebohrnen
„Herrn Conrad Fortunat Grafen von Spauer
„und Pflaum Hochfürstl. geheimen Rath, und
„dises Hochlöbl. Erz-Stifft Thumherrn, dan
„dem Wohlgebohrney Herrn Ludwig Franzen
„Freiherrn von Rechlingen auf Millheim Hoch-
„fürstlichen Cammer- geheimen- und HofRath,
„auch einer Löbl. Landschafft General-Steuer-
„Einemmern, und Herrn Virgili Kendlinger
„Raths-Burgern, auch gedachter Landschafft
„Steuer-Einemmern allen dreien Landschaffts-
„Deputirten; anderseits aber von wegen des
„lobwürdigen St. Peter Closters von dem Hoch-
„würdigen Edel und Hochgelehrten Herrn Ed-
„mundo Abbten daselbst auch Hochfürstlichen
„Rath und einer löblichen Universitet Assisten-
„te perpetuo; auch an statt desselbigen Convent
„von dessen iezigen P. Priore dem Wollwürdi-
„gen geistlichen und Hochgelehrten Herrn P. Jo-
„sepho Mezger SS. Scripturæ, Theologiæ
„& Canonum Doctore und Professore, auch
„gedachter Universitet Procancellario gleich-
„falls mit gewohnlicher fertig- und unterschrei-
„bung vollzogen, und iedem Thaill ein Exem-
„plar zugestellet worden. Actum Salzburg
„den neun und zwainzigisten Monathstag Au-
„gusti Anno ain tausent sechs hundert vier und
„sibenzig

L. S. Conrad Fortunat,
Graff zu Spauer.

L. S. Ludwig Franz, Frei-
her von Rechlingen.

L. S. Virgili Kendlinger.

L. S. Edmundus, Abbt.

L. S. P. Josephus, Prior,
& Conventus.

X. Tertio: quod eodem anno villam Millbachianam quo ad mediam partem, quæ libera est,

Eodem anno currente, videlicet anno 1674. sollicitus hic Paterfamilias a curatoribus bonorum defuncti Wolfgangi Millbacher villam Alberstorf, quæ vulgo Millbachiana vocabatur, & etiamnum hoc nomen retinet, non tantum quoad mediam sui partem, quæ libera, & nulli Domino directo subjecta, verum & alteram partem, quæ Laudemii onere gravata est, nec non cum aliis duobus prædiis adjacentibus, & eo spectantibus pro monasterii utilitate comparavit, quam bonorum emptionem triplex probat instrumentum, & primum quidem ita sonat:

„Wir mit Namen Simon Khäserer, Mat„thias Grunning und Hans Reitzhammer alle drey Burger allhier als von einem löb„lichen Statt Magistrat über des Wolf Millba„cher sel. im Leben gewesenen burgerlichen Mez„ger lig- und vahrendes Vermögen gesetzt- und „verglibte Curatores bonorum bekhennen von „solch-obtragender Curatoreyschafft wegen, und „in Namen der gesambten Millbacherischen Glei„bigern offent gegen meniglich mit disen Brief, „wo, oder weme der zu uernemmen fürkhombt, „daß wür um unser, und derselben verhoffent„besserer Wolfahrt und Nutzen wegen in ainen „aufrichtig- stets ewig und unwiderrieflichen „Khauf kheufflichen hin- und zu khauffen geben „haben, thuen solches auch hiemit wissent- und „wolbedechtlich in Crafft diß dem Hochwürdi„gen in Gott, Edl und hochgelehrten Herrn „Herrn Edmundo Abbten des lobwürdig uhr„alten Closters und Gottshauß zu S. Peter auch „Hochfürstlich- Salzburgerischen Rath, und „ainer löblichen Landschafft Mituerordneten und „dero Nachkhommen, nemblichen den halben „Hoff Alberstorff vor St. Ehrntraudt Porten „im Nonnthall und Stattgericht ligendt, wel„cher freu ledig und aigen ist (ausserhalb vier „wissel und Peunten, darumben anheunt or„dentliche Brief, und zwar unter heuntigen da„to verbetten, und aufgericht worden, so burg„Recht auf die Hochfürstlich Hof-Masterey und „wol adelichen Closter Nonnberg seind) auch „was mit Nagl und Bandt umbfangen, dan die „daibei verhandtene Paumanß Vahrnuß ꝛc. ꝛc. „- - - in Summa nichts daruon ausgenom„men, noch abgesönderet, dan darumben und „darfür haben hochgemeldt Ihro Hochwürden „und Gnaden ꝛc. uns mit einer gewiß zu bezahlen „versprochenen Summa Gelts ain sattsam und „wolgefelliges Contento gemacht, waran wür „für uns selbst und an statt der anderen Gleibi„gern, auch all unser und derselben Erben anie„zo und inskhonfftige ewiglich woll begnügt sein „soll und bleiben wollen, demnach und hierauf „haben wir vorbedeiten halben Hoff Alberstorff „mit aller gerechtigkheit, wie solchen der abge„leibte Müllbacher sell. bißhero genossen und inn„gehabt hat, aniezt aus unßerm Nutzen und „Gwehr genommen, und mehrgedacht Ihr „Hochwürden und Gnaden ꝛc. auch Dero Nach„khommen als rechtmeßigen Innhaber, hand„gwaldt nutzen und ganz völlig ibergeben, und „richtig eingeantwortet, thuen solches auch wis„sentlich und wohlbedächtlich in Krafft diß „Briefs in der allerbesten und bestendigisten „Form, Weiß und Maß, als es von gemai„nen rechten und des hochlöblichen Erzstifft „Salzburg gewohnheit wegen am khrefftigisten „geschehen kan und mag, also und dergestalt, „das offt hochberiehret Ihro Hochwürden und „Gnaden ꝛc. auch dero Nachkhommen vorbesag„ten halben Hoff sambt aller gerechtigkeit hin„führon soll und mögen innhaben, nuzen, nües„sen und gebrauchen, auch widerum verkhem„meren, verkhauffen, und in all ander weeg „darmit handlen, thuen und lassen, nach ihren „genedigen willen und gefallen, ohne meniglich „einröd hinteruuß und widersprechen, gstalten „wür dan für uns und in Nammen unserer Mit„gleibiger, auch all unser und deren Erben, ge„lob- zusag, und versprechen, das weder wür „noch jemants anderer derentwegen zu mehr „Hochbesagt Ihro Hochwürden und Gnaden ꝛc. „auch Dero Nachkhomben umb den versilberten „halben Hoff dessen zugehörung auch Paumaus „Vahrnuß und anders, wie oben inserirt füro„hin in Ewigkeit nichts mehr zu sprechen, zu sue„chen noch zu forderen haben soll und wollen, we„der mit geist- oder weltlichen rechten, auch son„sten in kheinerley weiß noch weeg, wie solches „durch menschliche Vernunfft immer erdenkht „werden mechte, dan wür aus tragenter Cura„torey halber nit allein für uns selbsten, sondern „auch an statt der all anderen Glaubigern unser „und derselben Erben offt berierten halben Hoff „zum allerkhrefftigisten begeben, und verzigen „haben; wür zusag- und versprechen auch Ihr „Hochwürden und Gnaden dan Dero Nach„khommen dißfahls von dato diß Kaufs an ins„khonfftig, so offt es die Nothdurft erforderen „wirdt, gegen meniglich niemand ausgeschlos„sen vor gericht, und in all ander weeg genug„samblich zu schüzen, zu schirmen, und aller„dings ohne schaden zu halten, wie es recht und „im hochlöblichen Erzstifft Salzburg gebreuch„lich ist. Treulich ohne geverde, deme zu „wahren urkhund ist dieser Khaufbrief auf unser „unterthenig gehorsammes Bitten mit des Wohl„Edlgestreng und hochgelehrten Herrn Georg „Casimir May beeder rechten Licentiaten Hoch„fürstlich- Salzburgerischen Hofraths und „Statt-Syndici adelich hier anhangenten In„sigl und aignen underzogenen Handschrift (doch „genzlich ohne Schaden) verfertiget worden, „die hieriber gebettene Gezeugen seind Philiph „Gölner und Wolf Geigenberger beede Burger „allhier; geschehen in Salzburg den dritten „Monathstag Octobris in ain tausent, sechs „hundert vier und sibenzigsten Jahr.„

L. S. Georg Casimir May.

XI. Et alteram pariter, quæ non est libera sed subjecta Domino Directo,

Sequitur secundum respective instrumentum, cujus vigore probatur & alteram partem hujus villæ a D. Edmundo Abbate fuisse comparatam, est autem similis fere litterarum tenor, quem & damus lectoribus ex ipso originali exstante:

Wir

„Wir mit Nammen Simon Khäserer, Ma-
„thias Grimming und Hans Reizhammer
„alle drey Burger alhier, als von einem löbli-
„chen Statt Magistrat über des Wolf Millba-
„cher sell. im Leben gewesenen burgerlichen Mez-
„gers lig- und vahrentes Vermögen gesetzt- und
„verglibte Curatores bonorum bekhennen von
„solch- unser obtragenter Curatoreyschafft we-
„gen, und im Nammen der gesambten Milba-
„cherischen Gleibgern, offent- gegen menig-
„lich mit disem Brief, wo oder weme der zu ver-
„nemmen fürkhommet, daß wir um unser und
„derselben verhoffent- besserer wolfart und Nu-
„zen wegen in ainen aufrichtig stet ewig und un-
„widerrieflichen Kauf keuflichen hindan und zu
„khauffen geben haben, thuen solches auch hie-
„mit wissent- und wolbedechtlich in Crafft diß,
„dem Hochwürdigen in Gott, Edl und hochge-
„lehrten Herrn Herrn Edmundo Abbten des
„lobwürdigen uralten Closters und Gottshauß
„zu S. Peter, auch Hochfürstlich- Salzburge-
„rischen Rath, und ainer löblichen Landschafft
„mituerordneten ꝛc. und dero Nachkhommen,
„Nemblichen ain Purkhrecht Peunten oder
„Neufang die Taschen genannt, vor St. Eh-
„rentraudporten im Neuthall alhier ligend, wel-
„che jährlich zu H. Ruperti im Herbst zu der
„Hochfürstl. Hofmeisterey mit ain Schilling,
„fünfzehen Pfenning und zween Heiger
„Burkhrecht unterworffen ist, Mehr ain an-
„dere Peunt die Hochpeunt, genant Haingar-
„ten daselbst ligent, so wolersagter Hofmaiste-
„rey auch jährlichen umb bemelte Zeit zwainzig
„Pfenning Burkhrecht, und ain Heiger zu
„dienen ist, welche Stuck sonsten von all an-
„dern oneribus, zehent exempt und befreut
„seind, mit aller recht und gerechtigkeiten,
„nichts hiervon besondert, noch ausgeschlossen.
„In darumben und darfür haben Hochgedacht
„Ihro Hochwürden und Gnaden ꝛc. unß mit ai-
„ner gewiß zu bezallen versprochenen Summa
„Gelts ain sattsam angenemm und wolgefälliges
„begnügen gemacht, waran wir für uns selbst
„und an statt der anderen Gleibigern auch all
„unser und derselben Erben anjezo und inskonf-
„tig ewiglich woll vergnügt seyn soll und verblei-
„ben wollen; Demnach und hierauf haben wir
„vorbesagte zwo Peunten sambt aller gerechtig-
„kheit, wie es der abgeleibte Millbacher sell.
„selbe bißhero genossen, und ingehabt hat, an-
„iezt aus unsern Nuzen und gwehr genommen,
„und mehr hoch- ermelt Ihro Hochwürden und
„Gnaden ꝛc. auch dero Nachkhommen als recht-
„meßigen Innhabern, Handt, Gwalt, Nuz
„und ganz völlig ibergeben, und richtig einge-
„antwortet, thuen solches auch ganz wissent,
„und wohlbedechtlich in Craft dieses Briefes in
„der allerbesten und bestendigisten Form ꝛc. ꝛc.
„reliqua ut in præced. Treulich ohne geuer-
„de, deme zu wahren Vrkhund ist diser Khauf-
„brief auf unser unterthenig- gehorsames Bitten
„mit des Wohl Edlgestreng und hochgelehrten
„Herrn Georg Casimir May beeder rechten Li-
„centiaten, Hochfürstlich- Salzburgerischen
„Hoff Rath und Statt Syndici adelich hieran-
„hangenden Insigl und aigenen unterzohenen
„Handschrifft (doch allerseits ohne Schaden)
„verfertiget, und hieriber zu Zeigen requirirt
„worden Philiph Göllner und Wolf Geigen-
„perger beede Burger alhier. Geschehen in
„Salzburg den dritten Monathstag Octobris
„in ain tausent, sechs hundert, vier und sibe-
„zigsten Jahr."

L. S. Georg Casimir May.

Restant autem & alia duo prædia, quæ ad hanc villam Millbachianam reducuntur, uti patet ex specialibus litteris erectis sub eodem dato & anno, quorum tenorem pariter damus ex originali exstante:

XII. Nec non cum aliis duobus adjacentibus prædiis anno 1674. ad monasterii utilitatem comparaverit.

„Wir mit Namen Simon Khäserer, Ma-
„thias Griming, und Hans Reitsham-
„mer alle drey Burger alhier als von einem löb-
„lichen Statt Magistrat über des Wolf Milba-
„chers sell. im Leben gewest burgerlichen Mez-
„gers alda ligend- und vahrentes Vermögen ge-
„sezt- und verglibte Curatores bonorum, be-
„khennen von solch- unser obtragender Cura-
„torey schafft wegen, und in Namen der gesamb-
„ten Milbacherischen Gleibigern offent- gegen
„meniglich mit diesem Brief, wo oder weme
„der zu vernehmen fürkhombt, das wür umb
„unser und derselben verhoffent- besserer wol-
„fahrt und Nuzens wegen in ainen aufrich tig
„steth ewig und unwiderruflichen Khauf kheüff-
„lichen hin- und zu khauffen geben haben, thuen
„solches auch hiemit wissent- und woll bedecht-
„lich in Crafft diß dem Hochwürdigen in Gott,
„Edl und hochgelehrten Herrn Herrn Edmun-
„do Abbten des lobwürdig- uhralten Closters
„und Gotts hauß zu St. Peter auch Hochfürst-
„lich Salzb. Rath und ainer löblichen Land-
„schafft Mituerordneten ꝛc. und dero Nachkhom-
„ben, Nemblichen ain Neubruch die Obern-
„dorffer wißen oder Khäserer genant im Neuthall
„vor St. Ehrentraudt Porten gelegen, hiervon
„man jährlichen zu H. Ruperti im Herbst der
„Hochfürstlichen Hofmaisterey zween Schil-
„ling, fünfzehen Pfenning burgrechts, und
„vier Heiger, dan dem Wol adelichen Frauen
„Kloster auf dem Neuberg siben und zwainzig
„Pfenning grundburgrecht ze dienen schuldig
„ist. Mehr ain andere Peunten die Pusauer
„Peunt, welche sonsten auch die wisen im Fuhr-
„bach genennet wird, in erholten Neuthall li-
„gend, warvon gleichfals jährlichen zu gemel-
„ten Ruperti im Herbst wolbesagt- Hochfürst-
„liche Hofmaisterey zehen Pfenning burgrecht,
„und ein Heiger, auch vorberiehrt woll adeli-
„chen Closter Nonnberg zwölf Pfenning grund
„burgrecht gedienet werden, und seind dise bee-
„de Item oder Grundstükher sonsten aber aller
„purden und zehentfreu mit allen recht und Ge-
„rechtigkeiten nichts hieruon besondert, noch aus-
„genommen, dan darum- en und darfür haben
„hochgedacht Ihro Hochwürden und Gnaden
„uns mit einer gewiß zu bezallen versprochenen
„Summa Gelts ain sattsam angenemm- und
„völliges benüegen gethan, daran wir für uns
„selbst, und an statt der andern Gleibigern auch
„all unser und derselben Erben anjezo und ins
„komfftig

„komfftig ewiglich wol begnügt sein soll und blei-
„ben wollen; demnach und hierauf haben wür
„vorbesagte wißen und Peunten saint aller Ge-
„rechtigkheit, wie es der abgeleibte Millbacher
„sell. selbe bißhero genossen und ingehabt hat,
„aniezt aus unserem Nuzen und gwehr genom-
„men, und mehr Hochgemelt Ihro Hochwür-
„den und Gnaden ꝛc. auch Dero Nachkhomben
„als rechtmeßigen Inhabern, Handt, Gwalt,
„Nuz und ganz völlig ibergeben, und richtig ein-
„geantwortet, thuen solches auch wissend- und
„wohlbedechtig in Crafft diß in der allerbesten
„und bestendigisten Form ꝛc. reliq. ut supra
„treulich ohne geuerde, denne zu wahrer ur-
„khund ist diser Khaufbrief auf unser unterthe-
„nig- gehorsammes bitten mit des Wohl Edl ge-
„streng und hochgelehrten Herrn Georg Casimir
„May J. U. L. Hochf. Salzb. Hof Raths und
„Statt Syndici von Hochfürstlicher Commis-
„sion und Stattgerichts wegen, dann der Hoch-
„würdigen in Gott, wollgebohrnen Frauen
„Frauen Maria Joanna Franciska Abbtißin
„am Nonnberg, und Ihro Gnaden Gotshauß
„aignen hier anhangenden Insiglen und unter-
„zogenen Handschriften (doch der Hochfürstli-
„chen Commission, Herrn Statt Syndico,
„seinen Erben, wie auch hoch wol ermelten
„Frauen Abbtißin deroselben Nachkhommen
„Gotshauß förtigung und burgrechts grund-
„herrschafft ohne Schaden) gefertiget, und
„und hieriber zum Zeigen erbetten worden Phi-
„lip Gölner und Wolf Geigenberger alhier.
„Geschehen in Salzburg den 3ten Monathstag
„Octobris im ain tausent sechshundert, vier und
„sibenzigsten Jahr.

„L. S. Georg Casimir May.

„Maria Johanna Franciska
Abtißin.

Et hæc de villa Milbachiana, quam cum annexis ad monasterii utilitatem comparavit Abbas Edmundus.

XIII. Quarto: quod ex affectu erga monasterium factæ fuerint aliquæ fundationes: *Plainensis* anno 1675.

Quandoquidem vero Abbatiale regimen Edmundi etiam illustrant variæ fundationes in favorem monasterii tam directe quam indirecte præsertim a Celsissimis Archiepiscopis Maximiliano Gandolpho & Joanne Ernesto pm. factæ, hinc & de illis suo ordine agendum, & primo quidem favet monasterio fundatio Plainensis, quam Celsissimus Princeps noster & Eminentissimus S. R. E. Cardinalis Maximilianus Gandolphus Küenburgicus in contestationem singularis erga sacrum ordinem nostrum affectus erecto desuper originali instrumento, authoritate pariter Illustrissimi Capituli roborato, stabilivit. Nos ex hoc instrumento originali in membrana eleganter scripto ea tantum referimus, quæ monasterium nostrum, vel ejusdem Abbatem concernunt.

„Nos Maximilianus Gandolphus Dei gra-
„tia Archiepiscopus, & Princeps Sa-
„lisburgensis, S. Sedis Apostolicæ Lega-
„tus &c. Notum facimus, & attestamur
„hisce præsentibus, quod debito devotio-
„nis zelo ducti, & de communi pietate, ac
„devotione, inprimis vero totius populi
„in civitate Salisburgensi existentis augen-
„da solliciti, ad Præpotentis Dei gloriam,
„ejusque beatissimæ Genitricis, & Virginis
„Mariæ, nempe consolatricis afflictorum,
„ac omnium Sanctorum, præsertim Patro-
„norum Ruperti, & Virgilii, ac S. P. Be-
„nedicti laudem, & honorem, divinique
„cultus in hoc ipso loco augmentum, &
„propagationem, maxime vero ex speciali
„nostra benevolentia, qua ordinem S. P. Be-
„nedicti olim jam a primis exordiis Eccle-
„siæ nostræ Salisburgens. tum ab erecta hic
„Salisburgens. nostra Universitate ex præ-
„lectionibus eorum Patrum Benedictino-
„rum cum insigni, & publica utilitate de
„hac nostra Metropolitana Ecclesia, & Pro-
„vincia optime meritum paterne complecti-
„mur, donare constituerimus, prout vi-
„gore harum litterarum authoritate nostra
„ordinaria, & accedente consensu Venera-
„bilis capituli nostri, irrevocabiliter dona-
„mus, & perpetuo appropiamus omnibus
„melioribus modo, via, jure, causa & for-
„ma, quibus donationis titulo efficacius
„possumus Collegio P. P. Benedictinorum
„Universitatis nostræ Salisburgensis vici-
„nam Ecclesiam in Plain ad divam Virgi-
„nem Consolatricem dictam, & in nostra
„Parochia Perkam, ac Præfectura Neu-
„haus sitam cum omnibus suis mobilibus,
„& immobilibus, nominibus, & eorum fru-
„ctibus, redditibus, proventibus, juribus,
„& obventionibus universis sub conditioni-
„bus & ordinationibus infra scriptis. Vo-
„lentes: - - - Quarto: ordinamus, quod
„Præses, item Assistens perpetuus, & P.
„Rector Universitatis hujus nostræ, & Col-
„legii Benedictini ab eodem P. Rectore ex-
„positis, & exponendis Patribus in Plain
„futuris semper temporibus quemdam sub-
„& constituere debeant, qui cæteris ibidem
„degentibus præsit, & nominato P. Recto-
„ri non tantum annuatim de acceptis, &
„expensis liquidatas rationes faciat, sed &
„in cæteris ab eodem dependeat. Ex spe-
„ciali autem nostra confidentia in Abbates
„hujus monasterii ad S. Petrum Salisburgi
„simul, & paterna benevolentia, qua
„idem monasterium complectimur, ejus-
„dem Abbatibus has tres prærogativas con-
„cedimus; nempe, quod sine conjuncto
„cum illis tanquam perpetuis Assistentibus
„Universitatis nostræ consilio supradicti
„Præses & P. Rector Collegii hujus Benedi-
„ctini Superiorem in Plain præficere non
„possint, minime vero absque nostro, &
„successorum nostrorum clementissimo as-
„sensu; secundo: in arduis, & graviori-
„bus causis ibidem emergentibus, nisi jun-
„cto cum iisdem Abbatibus consilio, P. Re-
„ctor quidquam decernere nequeat; tertio
„ex eorundem conventu, siquidem dictis
„Abbatibus ita lubeat, P. Rector recipere
„teneatur inter quatuor semper unum, duos
„vero

„vero inter octo, qui tamen de hac noſtra „Univerſitate prius fuerint bene meriti, vel „ad promovendam hoc loco pietatem valde „proficui. - - - Volumus autem, quod ſi „PP. Benedictini futuris temporibus quo„cunque caſu aliis quibuscunque, ſive Cle„rici, ſive laici ſint, vel cujuscunque ordi„nis, ſocietatis, aut inſtituti Regularis „hocce ſuum Collegium ceſſerint, & in Uni„verſitate noſtra ultra non docuerint, dicta „Eccleſia in Plain cum omnibus præfatis ſuis „juribus, pertinentiis, & emolumentis mo„naſterio ejusdem ordinis S. P. Benedicti ad „S. Petrum hic Salisburgi cum iisdem ta„men conditionibus, & ordinationibus in „illius, & poſt hoc ſucceſſive ſemper proxi„mi ejusdem ordinis monaſterii commodum „continuo cedat ipſo facto, itaque hæc no„ſtra donatio, & fundatio penes ordinem „S. P. Benedicti perpetuis futuris tempori„bus unice perduret, ſub interminatione „Divini judicii in omnes, & ſingulos, qua„cunque dignitate præfulgeat, qui huic no„ſtræ donationi, & menti noſtræ contrave„nerint; P.P. Benedictinis viciſſim ſerio „mandantes, quatenus omnia, & ſingula „in hac donatione contenta ad amuſſim præ„ſtent, & adimpleant. In quorum omnium, „& ſingulorum fidem has publicas, easque „triplices litteras, quatenus eæ in archivo „Conſiſtorii noſtri, tum in monaſterio ad „S. Petrum hic Ord. Sancti Benedicti, nec „non in Univerſitate noſtra Benedictina aſ„ſerventur expediri juſſimus, & illas ſigil„lo noſtro ac ſubſcripta manu confirmare vo„luimus.

„*Maximilianus Gandolphus.*

(L.S.)

„Nos quoque Dei gratia Joannes Baptiſta „Comes Lodronius Præpoſitus, & Ar„chidiaconus, Guilielmus L. B. de Fürſten„berg Divina pariter gratia Decanus, Joan„nes Theodoricus Comes de Muggenthal „actu Senior, & totum Capitulum Metro„politanæ Eccleſiæ Salisburgenſis fatemur, „& atteſtamur, hanc piam fundationem „noſtro conſenſu erectam, proindeque poſt „obitum Celſiſſimi, & Reverendiſſimi Do„mini fundatoris Domini noſtri Clementiſſi„mi &c. in omnibus, & per omnia perpetuo „obſervandam eſſe. Pro cujus roboratione „Capituli quoque noſtri ſigillo eam muniri „juſſimus, & nos ſupradicti Præpoſitus, „Decanus, & actu Senior manibus propriis „ſubſcripſimus. Datæ Salisburgi die vige„ſima menſis Auguſti Anno milleſimo ſex„centeſimo, ſeptuageſimo quinto.

„*Joannes Bapt. Comes Lodroni.*
„*Guilielmus L. B. de Fürſtenberg Decanus.*
„*Joannes Theodoricus Comes de Muggenthal. Actu Senior.*

Hæc de fundatione Mariano-Plainenſi, prout noſtrum concernit monaſterium, erga quod tam inſignis benignitas, benevolentia & affectus Celſiſſimi fundatoris eminuit, cujus anima Deo æternum vivat.

XIV. Anno 1682. monaſterii Ord. S. Auguſtini in Tittmoning.

Duas alias fundationes, exſtruendo monaſteria duo ſub regula Ord. Eremitarum S. Auguſtini uno anno, ſæculari nimirum undecimo Salisburgenſi, id eſt, anno 1682. fecit idem Celſiſſimus fundator, & quidem in fundatione utraque benigniſſimam reflexionem ad monaſterium noſtrum S. Petri palam oſtendit. Primum monaſterium Ord. S. Auguſtini exſtruxit Celſiſſimus Princeps Maximilianus Gandolphus Tittmoningæ in civitate vigore inſtrumenti ſub 31. Octob. dicto anno erecti, ex quo apud nos pariter in originali exſtante, ſolummodo extractum damus illius conſtitutionis, quam in caſu pro favore monaſterii noſtri dedit altefatus Princeps, & fundator. Poſtquam enim in hoc diplomate finem hujus fundationis, & erectionis zeloſiſſimis explicat expreſſionibus, in fine ſequentia adjecit, quæ immediate noſtrum monaſterium concernunt:

„De cætero nobis, & ſucceſſoribus noſtris „reſervamus non tantum jus Principa„tus, & Advocatiæ ſupra ſæpe nominatum „monaſterium, & ejus bona, ſed etiam vo„lumus, atque vigore præſentium ſerio or„dinamus, ut ſi quocunque modo, vel tem„pore præter ſpem hæc Provincia Salisbur„go-Tyrolenſis cuicunque alii Provinciæ „absque ſpeciali, & expreſſo noſtro conſen„ſu in ſcriptis obtento uniri ac incorporari „attentaretur, ac Patres, & fratres prædi„cti a tali attentato quantocyus deſiſtere „nollent, vel hanc fundationem quomodo„cunque etiam ſub prætextu jurium, vel „Privilegiorum ordinis ipſius competentium „impugnare, immutare, deſuperque di„ſpenſationem, extenſionem, vel reſtrictio„nem aperte, vel occulte impetrare, atque „gratiis impetratis, vel etiam motu pro„prio conceſſis contra noſtram, noſtrorum„que ſucceſſorum voluntatem, intentionem, „& fundationem uti vellent, ac præſume„rent, ex tunc iidem ipſo facto omnia per„dant, & hæc noſtra conceſſio (prout id „ipſum nobis, & ſucceſſoribus in omnem „futurum eventum expreſſe reſervamus) pe„nitus extinquatur: ſeu ex toto pro revoca„ta habeatur, atque in tali caſu poſtmo„dum hoc monaſterium Tittmoninganum „unacum Eccleſia, & aſſignata dote, iisque „omnibus, quæ ſupra memorato modo in „conceſſionem venerunt, plene ad vetuſtiſ„ſimum monaſterium S. Petri Ordinis San„cti Benedicti hic Salisburgi ſitum devolva„tur, & ibidem deinceps per Patres, & „fratres ejusdem Ordinis ac monaſterii „(cum omnimoda tamen obligatione ſupra „deſcriptarum noſtrarum ordinationum) „deſerviri debeat. Requirimus autem „omnes ſucceſſores noſtros præſertim illum „pro tunc exiſtentem, ut hanc noſtram „mentem, & diſpoſitionem ſignanter quo-

„ad hoc ultimum punctum manutenere, & „in casu talis attentandæ unionis, seu in„corporationis prætactum monasterium S. „Petri, ejusdemque Patres, ac fratres, „quam primum in hujus monasterii Tittmo„ningani, nec non assignatæ dotis, alio„rumque supradictorum jurium actualem „possessionem mitti, nostramque hanc or„dinationem executioni demandari faciant, „eademque præstent, quæ sibimet ipsis „quondam circa suas dispositiones præstari „velint. In quorum omnium, & singulo„rum fidem has litteras fundationis a nobis „propria manu subscriptas, nostro consueto „sigillo muniri, nec non Venerabilis nostri „Capituli consensu subscriptione, ejusdem„que sigilli appensione corroborari curavi„mus. Datæ in Metropoli nostra die 31. O„ctob. in pro-festo Sanctorum omnium anno „sæculari hujus nostri Archiepiscopatus un„decimo, a partu vero Virgineo millesimo, „sexcentesimo octuagesimo secundo.

„*Maximilianus Gandolphus.*

„Carolus Comes Castri Barci Præpositus.
„Guilielmus L. B. de Fürstenberg. Decanus.
„Carolus Ferdinandus Comes de Muggenthal. Actu Senior.

XV. Et rursus eodem anno monasterii in Hallein cum vicariatu in Dirnberg Omnes tres a DD. Max. Gand. Archiepis.

Similem plane fundationem, & provisionem in simili casu ordinavit Celsissimus Princeps, & fundator munificentissimus Maximilianus Gandolphus, dum ad finem ejusdem anni sæcularis Salisburgensis undecimi extruxit, dotavit, & fundavit in civitate Hallein monasterium sub eadem Regula S. Augustini, cui monasterii etiam univit Vicariatum in Dirnberg. In qua fundatione rursus memor nostri monasterii ad S. Petrum fuit altefatus Benefactor, & horum duorum monasteriorum fundator, sic enim se rursus explicat in fundationis diplomate apud nos pariter in originali exstante:

„De cætero nobis, & successoribus nostris reservamus non tantum jus Prin„cipatus, & Advocatiæ supra sæpe nomi„natum monasterium, & ejus bona, sed „etiam volumus, atque vigore præsentium „serio ordinamus, ut si quocunque modo, „vel tempore præter spem hæc Provincia „Salisburgo-Tyrolensis absque nostro ex„presso, eoque in scriptis obtento consensu „cuicunque alii Provinciæ uniri ac incorpa„rari attentaretur, atque Patres, & fra„tres a tali attentato quantocyus desistere „nollent, vel hanc nostram fundationem, „quomodocunque etiam sub prætextu ju„rium, vel Privilegiorum Ordinis ipsius „competentium impugnare, immutare, „desuperque dispensationem, extensionem, „vel restrictionem a quocunque aperte, „vel occulte impetrare, atque gratiis im„petratis, vel etiam motu proprio concessis contra nostram nostrorumque successo„rum voluntatem, intentionem, & funda„tionem uti vellent, ac præsumerent, ex „tunc iidem ipso facto omnia præmissa amit„tant, & hæc nostra concessio (prout id „ipsum nobis, & successoribus nostris in „omnem futurum eventum expresse refer„vamus) penitus extinquatur, seu in toto „pro revocata habeatur, atque in tali casu „postmodum hoc monasterium Hallinense, „& Vicariatus in Dürnperg unacum assigna„ta dote, omnibusque supra nominatis juri„bus, fructibus, & redditibus plene ad ve„tustissimum monasterium S. Petri Ordinis „S. Benedicti hic Salisburgi situm devolva„tur, & ibidem deinceps per Patres, & fra„tres ejusdem Ordinis, ac monasterii (cum „omnimoda tamen obligatione supra de„scriptarum nostrarum ordinationum) de„serviri debeat. Requirimus autem omnes „successores nostros, præsertim illum pro „tunc existentem, ut hanc nostram men„tem ac dispositionem signanter quoad hoc „ultimum punctum manutenere & in casu „talis attentandæ unionis, seu incorpora„tionis prætactum monasterium S. Petri „ejusdemque Patres, & fratres quam pri„mum in hujus Ecclesiæ, & monasterii Hal„linensi, nec non Vicariatus in Dürnperg, „itemque assignatæ dotis, aliorumque su„pradictorum jurium actualem possessionem „mitti, nostramque hanc ordinationem exe„cutioni demandari faciant, eademque „præstent, quæ sibimet ipsis quondam circa „suas dispositiones præstari velint. In quo„rum omnium, & singulorum fidem has „litteras fundationis a nobis propria manu „subscriptas nostro consueto sigillo muniri „jussimus, simulque venerabilis nostri Ca„pituli consensu, subscriptione, & sigilli ap„pensione corroborari curavimus. Datæ „Salisburgi in Metropoli nostra die septima „Decembris anno sæculari hujus nostri Ar„chiepiscopatus undecimo, reparatæ vero „salutis millesimo sexcentesimo, octuagesi„mo secundo.„

„*Maximilianus Gandolphus.*

„Carolus Comes Castri Barci Præpositus.
„Guilielmus L. B. de Fürstenberg. Decanus.
„Carolus Ferdinandus de Muggenthal. Actu Senior.

Hæc de triplici fundatione Eminentissimi Cardinalis, & Archiepiscopi Salisburgensis, videlicet Plainensi, Tittmoningana, & Hallinensi: quamvis autem cum tenerrima gratiarum actione revereamur benignissimum affectum, quem Princeps Celsissimus erga nostrum monasterium ostendit pro casibus futuris, utinam nunquam emergentibus, attamen nos Petrenses actualem effectum hujus provisionis nec speramus, nec optamus; sed imprimis nostro S. Ordini Benedictino gratulamur de hac ferme unica

in

in Germania Universitatis gemma; non minus etiam sincere precamur, ut utrumque monasterium Tittmoninganum, & Hallinense unacum vicariatu in Dürnperg pro futuris, ac perpetuis temporibus apud S. Augustini fulgentissimi Ecclesiæ Doctoris celeberrimum ordinem jugiter persistat.

XVI. Similiter quod anno 1695. a DD Joanne Ernesto duplex anniversarius unus pro alte fato Principe & familia,

Huc referri etiam meretur duplex anniversarius, quem Princeps Celsissimus immediatus post obitum DD. Maximiliani Gandolphi successor Joannes Ernestus Thunius vigore duplicis instrumenti sub D. Edmundo Abbate anno 1695. stabilivit, unum quidem pro ipsomet Principe, & familia Thuniana, alterum vero pro illis famulis, uno speciatim, qui eidem inservierunt. Tenor primi instrumenti sequens est:

„Im Namen der Allerheiligsten unzerthail-
„ten Dreyfaltigkeit, Gott des Vat-
„ters, und des Sohns und des H. Gei-
„stes. Amen.

„Wir Johann Ernst von Gottes Gnaden Erz-
„bischoffe zu Salzburg, Legat des H.
„Apostolischen Stuels zu Rom ꝛc. ꝛc. urkunden
„hiemit, was massen wür uns beforderist aus
„sonderbarer Andacht und eyfer zu der Allerhei-
„ligsten Dreyfaltigkeit und der hochgebenedeyten
„Himmel-Königin und Mutter Gottes Mariä
„auch ganzen himmlischen Heer zu immerweh-
„renten Lob und Ehr, auch aller Christglaubi-
„gen Sellen Trost und Hayl gegen erlag ain
„tausend fünf hundert Gulden in dem löbl.
„Gottshauß und Closter Kirchen bei St. Peter
„alhir in Salzburg folgente fundation zu thuen
„gnedigist resolvirt haben, auch Crafft diß
„stüfften und fundiren thuen, nemblichen, daß
„in unsern Lebzeiten für uns und um Verlei-
„chung einer langwürig glükhseligen Regierung
„in berürter Closter Kirchen durch einen selbi-
„gen Religiosen wochentlich ein H. Meß, nach
„unsern zeitlichen Hintritt aber auf ewige welt-
„zeit für unß, und unser Graf Thunische famili
„zu ieder Quatemer drey heilige Messen de Re-
„quiem, item circa diem obitus hostri die
„non impedita jährlichen ein gesungene Vigil
„und Sellambt mit Leviten, und sechzehen
„Neben-Messen verrichtet, und gehalten wer-
„den solle; und zumallen sich dann hierauf un-
„ser geheimder Rath der würdige in Gott unser
„besonders lieber und getreuer Edmundus Abbt
„des Closters bey St. Peter alhie, und sein
„Convent gegen unserm Consistorio beraith un-
„ter 15ten Currentis sich gutwillig erclert und
„erboten solche Stüfftung auf ewige welt-zeit
„also vollziehen zu lassen; als ist hinentgegen
„unser gnedigste Verordnung, auch will und
„Mainung hiemit, das gemeltes Closter zur ge-
„zimmenten ergözlichkeit dasjenige, was von
„der jährlichen ertragnuß des obbenannten Ca-
„pitals der 1500. fl. (welches alsobald auf Zin-
„ßung sicher anzulegen und zu investiren ist)
„über abzug der hiervon zu raichen schuldigen
„Decimation noch übrig verbleibet, ihme zu
„nutzen appliciren, auch nach aigenen Gefal-
„len darmit disponiren möge und solle.

„Dessen zu wahren Urkund seind unter un-
„serer aigenen Handunterschrifft, und Fürstli-
„chen Secret-Insigl drey gleichlautente exem-
„plaria aufgerichtet: und deren aines unß und
„mehr wolgedacht unserer Graf Thunischen fa-
„mili, sodann das andere bey unsers Consisto-
„rii Archiv hinterleget: das dritte aber mehr
„besagten Abbten und Convent um solches in
„desselben Archivo gleichfalls aufzubehalten
„zuegestellt worden. Actum in unserer Haubt
„Statt Salzburg den vier und zwainzigsten
„Monathstag Octobris im sechzehen hundert
„fünf und neunzigsten Jahr.„

„Johann Ernst.

„Joannes Julius
de Moll.

XVII. Alter anno 1696. pro quodam ex officialibus, aliisque fideliter servientibus stabilitus fuerit,

Vigore alterius instrumenti anno sequenti ordinavit, ut pro quodam Leonardo de Fosse quondam redditui Seccovienſium (erat enim Celsissimus Princeps Joannes Ernestus antea Episcopus Seccovienſis) præfecto, nec non pro aliis famulis, qui alte fatæ Celsitudini fideliter servierunt, aut adhuc fideliter servient, singulis annis officium solenne de Requiem cum quibusdam missis persolvatur. Alterum instrumentum sequentem de verbo ad verbum habet sensum:

„Im Namen der Allerheiligst-unzerthail-
„ten Dreyfaltigkeit, Gottes Vatters,
„und des Sohns, und des H. Geistes.
„Amen.

„Wir Johann Ernst von Gottes Gnaden Erz-
„bischoffe zu Salzburg, Legat des H.
„Apostolischen Stuels zu Rom ꝛc. urkunden hie-
„mit, was massen wir uns beforderist aus son-
„derbarer Andacht und eyfer zu der Allerheilig-
„sten Dreyfaltigkeit, und der hochgebenedey-
„ten Himmels-Königin und Mutter Gottes
„Mariä auch ganzen himmlischen Heere zu im-
„merwehrenten Lob und Ehre, dan in gnädig-
„ster Ansehung der unß von unserem gewest-in
„dem Closter Petrischen Freidhoff alhier begra-
„ben Seggauischen Rentmaister Leonarden de
„Fosse geleist-treu und embsigen Diensten, zu
„desselben, wie nit weniger all anderer unser ge-
„habt- und noch habend-treuen Bedienten,
„auch aller Christglauben Sellen trost und
„Hayl gegen erlag ain tausent Gulden Capital
„in dem löblichen Gottshauß und Closter Kir-
„chen zu gedachten St. Peter alda in Salzburg
„folgende fundation zu thuen gnädigist resolvi-
„ret haben, auch Crafft diß stifften und fun-
„diren thuen; Nemblich, daß auf ewige welt-
„zeit für obgedachten Leonard de Fosse und so
„wohl unser andere gehabt-schon verstorbene
„treue Bediente sell. als auch die noch habente
„nach deren ebenmeßig beschehen zeitlichen Ab-
„leiben jährlichen in berürter Closter Kirchen
„umb den Tag des zeitlichen Hintritts mehr ge-
„dachten Leonards de Fosse ein gesungene Vi-
„gil und Seel Ambt mit Leviten und zehen Ne-
„ben-Messen verrichtet, und gehalten werden
„solle; und weillen sich hierauf der würdige in

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

„Gott unser gehaimbe Rath besonders lieber „und getreuer Edmundus Abbt besagten Clo„sters bey St. Peter alhier, und sein Convent „aegen unß beraith unterm 28ten Januarii „nechsthin gutwillig erclärt und erbothen, solche „Stifftung obbemelter massen auf ewige welt„zeit vollziehen zu lassen; Als ist hiemit gegen „unser gnedigiste Verordnung, auch will- und „Meynung hiemit, daß ermeltes Closter zur ge„ziemmenter ergötzlichkeit dasjenige, was von „der jährlichen ertragnuß obbenannten Capitals „der tausent Gulden (welches alsbalden auf „Zinsung sicher anzulegen, und zu investi„ren ist) noch übrig verbleibet, ihme zu Nuzen „appliciren, auch nach aigenen Gefallen dar„mit disponiren möge und solle. Dessen zu „wahren Urkund, und unter unser aigenen „Hand unterschrifft, und Fürstlichen Secret„Insigl zwey gleichlauttende Exemplaria a ge„richtet: und deren aines bei unsers Consistorii „Archiv hinterlegt: das andere aber mehr ge„dachten Abbten und Convent, um solches in „desselben Closter Archiv gleichfals aufzube„halten, zugestelt worden. Actum in unserer „Haubt Statt Salzburg den 3ten Monathstag „Februarii im sechzehen hundert sechs und „neunzigsten Jahr.„

„J. Ernst.

„Vidit Joannes Julius von Moll.

Et hæc relatu digna fuerunt de præcipuis fundationibus, quas duo Celsissimi Principes Maximilianus Gandolphus Küenburgicus, & Joannes Ernestus Thunius non sine affectu, & speciali reflexione ad monasterium nostrum ordinarunt, vivente, & Abbatiam gubernante D. Abbate Edmundo.

XVIII. Quibus fundationibus etiam aliæ a privatis accesserunt, præsertim Lerchenfeldiana:

His fundationibus a duobus Celsissimis Archiepiscopus &c. &c. præscripto modo stabilitis adnumerari etiam possunt aliæ fundationes a personis privatis factæ: Prætermittimus facere mentionem de quibusdam sub Edmundo Abbate factis fundationibus, quæ vel ad certum tempus ordinatæ. & jam dudum exspirarunt, vel minoris sunt considerationis. Inter alias autem memoria dignæ sunt fundatio Lerchenfeldiana, & Reschiana, hæc anno 1697. a quodam R. D. Achatio Resch, quondam Parocho in Altenmarkt prope Radstadium; illa vero a duobus liberis Baronibus de Lerchenfeld, Joanne Casparo anno 1680. & & Carolo Francisco anno 1687. erecta, & instrumento roborata. Anno 1680. die 18. Januarii vigore litterarum in charta originali exstantium, quæ & subscriptæ sunt manu propria, & sigillo Lerchenfeldiano roboratæ, Perillustris D. Joannes Casparus L. B. de Lerchenfeld, Dominus in Geblhofen &c. Serenissimi Electoris Bavariæ Camerarius (qui habebat filium in nostro monasterio professum, virum bene meritum, quondam Priorem, & Wiettingæ in Carinthiæ Præpositum) cessit quoddam capitale monasterio, ut post ipsius mortem ad monasterium devolvatur unacum annuo censu, cum hoc addito, uti litteræ originales sonant: „Doch wird darfür dem löbli„chen Closter unverbindlich belieben zu Nuzen „meiner Seelen, und der Verstorbenen aus der „Freyherrlichen Familien von Lerchenfeld Mo„nathlich, wo nit zwo, doch aine Seelmeß „auf einen Privilegirten Altar zu lesen, Item „einen Jahrtag selbigen tag, da das jährliche „Interesse erhebt wird, zu verrichten &c.„ Alius autem Perillustris Dominus Carolus Franciscus Liber B. de Lerchenfeld Præfectus in Fridburg, pariter Serenissimi DD. Electoris Bavariæ Camerarius, inprimis sub Abbate Edmundo 1687. die 29. Junii dedit aliquam pecuniæ quantitatem monasterio, ut ipsi ad quindecim annos singulis mensibus legantur duæ missæ, rursus anno 1702. D. Edmundo Abbate adhuc vivente sub certis conditionibus dedit minus capitale centum solummodo quinquaginta florenorum, & denique anno 1709. (quod propter connexionem fundationis referimus, quamvis D. Edmundus Abbas illo tempore haud amplius in vivis exstiterit) fundavit duas missas annuas perpetuas, & ordinavit, ut singulis annis duo cerei ad ipsius sepulchrum accendantur, nec non nomen ejusdem necrologio nostro inseratur. Quamvis autem nos ad explendam primam fundationis obligationem non essemus adstricti ob clausulam unverbindlich clare insertam pro futuris temporibus, attamen nos utrique obligationi, & fundationi Lerchenfeldianæ satisfacturos esse credimus, dum in hodiernum usque diem post lapsum nonaginta annorum singulis annis solenne Requiem cum Levitis, & missas tredecim persolvimus, & insuper ad litteram fundationis secundæ duas missas perpetuas legi curamus, duos cereos ad sepulchrum accendimus, & nomen Benefactoris jam diu necrologio nostro insertum in die obitus anniversaria publice in Capitulo legimus. Hæc de fundatione Lerchenfeldiana.

XIX. Et prima fundatio in Millrain a D. Achatio Resch Parocho in Altenmarkt.

De altera autem fundatione nimirum Reschiana hæc referri merentur, quod videlicet P. R. D. Achatius Resch SS. Theologiæ Doctor, & Parochus in Altenmarkt natus in Müllrain, loco ab oppido Abbatisaugiensi una circiter hora distante, postquam licentiam obtinuit ædificandi in loco nativitatis Capellam in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ, illam non tantum donaverit, sed etiam anno 1693. ibidem missam hebdomadariam fundaverit. Exstant de hac fundatione, & dotatione tria instrumenta sub D. Edmundo Abbate erecta, vere tamen litteræ fundationis, & dotationis erectæ fuerunt anno 1697. & quia in hoc principali instrumento membraneo omnia continentur, hujus tenorem per extensum lectori communicavimus:

„Zu wissen, demnach der Hochwürdig-Edl „und hochgelehrte Herr Achatius Rösch „SS. Thologiæ Doctor, Hochfürstl. Salz„burg, Geistlicher Rath, Protonotarius Apo„stolicus, und der Zeit Pfarrer zu Altenmarkht, „und Radstatt, vermög eines unterm sechs und „zwainzigisten Augusti anno sechzehen hundert, „drey und neunzig bey löblicher Grundherr„schafft zu St. Peter in Salzburg aufgerichte „Uebergabs brief, sein aigenthumbliches alda„hin unterwürffiges Guet Ober Millrain in der „Abbtenau (welches Guett und dessen Innha„ber laut Notl und Briefs de dato zehenten Ja„nuarii anno sechzehen hundert ain und neun„zig die widerlosung auf das Guet Unter Mill„rain und ein Viertl Gmachmihl am Schwar„zenpach hat) der lobwürdigen von ihme erbau„ten unser Lieben Frauen Capellen zu Millrain „in Abtenauer Pfar und Gericht pleno jure „würcklich iberlassen, und eingeraumbet, Nun „aber ersagte Capellen als Innhabern mehr ge„hörten Guets Ober-Millrain um hoffent bes„seren Nuzen willen der stipulirten widerlosung „sich bedienet, und das Guet Unter Millrain „sambt Gmachmihl untern fünfzehenten No„vembris anno sechzehen hundert sechs und „neunzig würklich haimgelöst hat, daß hierauf „Herr Pfarer jene ain tausent vier hundert fünf„zig Gulden Khaufschilling (worunter die ehe„vor darauf gelegen unableßliche und von ihme „Herrn Pfarer krafft Incorporation, Cession „oder Uebergabs brief sub dato sechs und zwain„zigsten Monathstag Augusti sechzehen hundert „drey und neunzig der Capellen würklich einge„raumbte sechs hundert Gulden verstandten und „begriffen) dann fünfzehen Thaller Leykhauff „und vier und sechzig Gulden ain und zwainzig „Kreizer Anlaith, brief-gelt und andere Jura, „wie nit weniger auch jenige von dem Andree „Weispacher bey Erkhauffung des Guets Un„ter Millrain außgelegte Anleith, brief-gelt, „und andere Jura benantlichen achzig Gulden, „siben und zweinzig Kreizer, so Herr Doctor „Resch in mitls ex propriis für gedachte Capel„len gehörigen Orthen zu bezallen sich eingelas„sen, und vermög Quittungen de datis den „dreizehenten Novembris sechzehen hundert, „sechs und neunzig, den achtzehenten Aprilis „sechzehenhundert siben und neunzig würklich ab„gestattet, derselben hiemit in besten Form rech„tens inter vivos ganz woll bedacht auf ewig „und unwiderruflich, jedoch mit hernach fol„genten Conditionibus und Clausulis geschen„khet, und respective die Cession der sechs„hundert Gulden confirmirt haben will. Als „Primo: solle ihm nit allein die Zeit seines Le„bens der usus fructus und Nuz-Niessung von „verstandtenen Guet unter Millrain und ein „viertl Gmachmühl, sondern auch die Regie„rung und freye disposition (salva rei substan„tia) ruehig verbleiben; Er auch secundo „Macht, und Gewalt haben höchstens biß vier„zig Gulden (massen das Residuum der Ca„pellen zugehörig ist) ad pias causas bei der Ca„pellen allain, nit aber anderwertshin von de„nen alljährlich eingehenten Bstandzinsen nach „seinen Absterben zu disponiren. Wurde aber „von ihme der vierzig Gulden halben einige di„sposition ad pias causas nicht gemacht, als„dann und auf disen Fahl solle nach seinem zeitli„chen Hinscheiden in Crafft diser Verordnung „inter vivos von denen ertragnussen des Guets „unter Millrain und viertl Gmachmühl alljähr„lich vier und dreißig Gulden vierzig Kreuzer de„nenjenigen, so unter seiner gestüfften wochen„Meß zu Millrain den Rosen Cranz auf sein „Intention andächtig betten, nemblichen sechs „Manns und so uill weibs-Personen jedem drey „und denen zwey vorbettenden aus iezt erwehn„ten zwölf Personhnen über die drey Kreizer noch „zwei Kreuzer darzue, also fünf Kreitzer (so „wochentlich vierzig Kreuzer, und das ganze „Jahr hindurch vier und dreißig Gulden vierzig „Kreuzer ausmachet) getreulich ausgetheilt, und „dergleichen Personhnen nach seinem zeitlichen „Ableiben von einem iedmahligen Herrn Pfa„rer in der Abbtenau benennet, doch der armen „Befreundten vor anderen gedacht, und ihnen „der Vorzug gelassen werden; das übrige auf „vierzig Gulden, nemblichen funff Gulden, „zwainzig Kreuzer villberührter Capellen aber„mahlen verbleiben. Tertio: solle nach seinen „Todt die völlige disposition mit dem Guet „unter Mihlrain und Gmachmühl an Bestand „Verlassnng und dergleichen (wie es mit dem „Guet Ober Mihlrain gemacht worden) Ihro „Hochwürden und Gnaden dem Herrn Prälа„then zu St. Peter oder Dero Nachkhommen „am Stüfft allein gebühren und zuestendig sein, „bey dem Bestand verlaß aber seinen Befreund„ten, wan Sye gleich ainen Freinden den Be„stand zünß zu bezallen sich erbietten, und im „Stand des Vermögens solchen zu erlegen sich „befinden, oder wenigist durch angenemmer „Borgschafft sich darzue fähig machen könten, „der Vorzug und erste Zuetritt verstattet wer„den. Quarto und leztlichen ist sein ernstliche „Verordnung, auch genzlicher will und Mey„nung, daß villermeltes Guet unter Mühlrain „und viertl Gmachmühl zu ewiger welt-zeit hin „bei der Capellen verbleiben, und niemand „Macht und Gewalt haben solle selbige zu ver„alieniren oder sub quocunque prætextu „hindan zu bringen. Welche von ersagten „Herrn Pfarer an dato gethane Donation und „offerta der Hochwürdige und Hoch Edle Herr „Herr Edmundus von Gottes Gnaden Abbte „des löblich uralten Stüfft und Closters St. „Peter in Salzburg, und Hochfürstlich gehai„mer Rhat alda als Pfarherr in der Abbtenau „nomine der Capell Müllrain mit Dankh an„genommen, und dagegen sich in die hie oben „eingeführte puncta eingelassen, als Grund„herr aber den gnädigen Consens, so uill er „hierzu nöthig ertheillet und zu mehrerer Be„kräfftigung zwey gleichlauttende exemplaria „aufgericht-beederseits gefertiget, und aines „darvon iezt Hochgedacht Seinem Hochwür„den und Gnaden, daß andere aber Herrn „Pfarer zugestelt worden. Geschehen zu Salz-

„burg den zwainzigisten Monathstag Septem-
„bris in dem sechzehenhundert syben und neun-
„zigsten Jahr.

L. S. *Edmundus* Abbt.

L. S. Achatius Rösch Dr.

Hæc fundatio Reschiana vocatur prima, nam post plures annos idem Clarissimus Dominus Parochus Achatius Rösch anno 1713. in eadem Capella Mülrain fundavit tres missas hebdomadarias præter illam jam prius fundatam, de qua fundatione dicetur suo loco.

XX. Anno 1682. Sæculum XI. Salisburgi fuit celebratum non tantum per septem erectos arcus triumphales,

Nunc accingimur ad enarrandas res memoratu dignas, quæ equidem lapsu undecim sæculorum acciderunt, nunquam tamen usque in præsentem annum, qui erat annus millesimus sexcentesimus octogesimus secundus, harum omnium rerum memoria, minus tam festiva solennitas celebrata fuit. Describunt hanc sæcularem lætitiam, sicut toti provinciæ Salisburgensi, & Inclytæ Sedi Metropoliticæ, ita & antiquo monasterio nostro communem, author historiæ Salisburgensis confrater noster P. Josephus Mezgerus, aut potius post ipsius mortem brevi post sæculi undecimi celebritatem secutam germani fratres ipsius, & confratres nostri PP. Franciscus, & Paulus Mezgeri, amplissime in suo opere historico Salisburgensi, edito anno 1692. L. V. cap. 51. per totum a pag. 929. usque ad pag. 951. nos tamen brevitati studentes amplectimur narrationem succinctam non minus, quam doctissime, & solidissime in aliquod compendium redactum, quam nobis subministrat auctor exterus celeberrimus tamen, & sæpissime a nobis pro merito laudatus Marcus Hansizius S. J. Historicus, sua laude dignissimus. Hic enim in vita Celsissimi Principis, & Archiepiscopi Salisburgensis, postea S. R. E. Cardinalis Eminentissimi, cujus zelo, studio & sumptibus maxime hæc festivitas adornata fuit, pag. 833. n. XVI. XVII., & XVIII. filum historiæ veraciter non minus, ac eleganter texit; post cujus finem & nos pauca quædam ex documentis nostris domesticis adjiciemus, quæ monasterium nostrum specialiter concernunt, & industria D. Abbatis nostri Edmundi, qui pro viribus in hac solennitate impendit plurima, atque sumptus fecit non exiguos, commendant. Audiatur igitur celebris Historicus Salisburgensis, qui cit. loco solennitatem anni sæcularis undecimi in Ecclesia Salisburgensi cum magna pompa celebratam sequentibus verbis describit: „Jam „narranda res memorata digna cum primis, „cujus exemplum in actis decessorum haud „ullum me legere memini. Annus erat sæ„culi secundus post octogesimum: hic anti„qua traditione Salisburgensis Ecclesiæ ha„bebatur sæcularis: quippe D. Rupertum „anno 582. post natum Servatorem Salzbur„gi primum sedem statuisse rati sunt majores „nostri: quorum sententiam Josephus Mez„gerus amplo tractatu, quem in principiis „historiæ suæ posuit, sub hocipsum tempus „edito propugnavit. Vix unquam Juvavia „par, aut simile festum egit, de quo copio„sissime Mezgeri fratres a pag. 929. quibus id „permittimus a lectore rerum ex asse cupido „deberi: mihi tædii vitandi studio summa „tantum libare consilium est. Dies celebri„tati fixus mensis Octobris octavus decimus, „D. Lucæ sacer, tum Dominicus: octidui „spatium solemnitas obtinebat. Nos earum „venias Roma submiserat; quidquid erat „sacrorum paratuum in exornandos Eccle„siarum parietes, aras, propylæa deprom„ptum. Mytrati Præsules ex omni diœce„si vicinis etiam provinciis per litteras invi„tati. Stabant per compita suggestus tri„umphales mole, pretio, arte spectabiles. „Illum, qui fronti Basilicæ Majoris oppositus erat, Archiepiscopus erexit: Patroni „Principes Rupertus & Virgilius effulge„bant, quorum priori superscriptum: *Ego „plantavi*, alteri: *ego rigavi*, simulacro Di„vinæ Triadis, quod in medio radiabat, „*Deus incrementum dedit*: addita scriptura „Chronica: *Gloria Patri & Filio & Spiritui „Sancto, sicut erat in principio & nunc & sem„per & per sæcula.* Collegæ Metropolitani „suum arcum statuerant in plateæ capitula„ris aditu cum imagine D. Martini ac Lem„mate currentis anni: *Sancto Præsuli Mar„tino a Capitulo Salisburgensi hæc porticus ere„cta fuit.* Cœnobitæ D. Petri, qua parte „monasterium Franciscanis conjungitur, „molem suam Divis Ruperto, Vitali, & A„mando dicaverunt cum nota temporis lit„teraria: *Sanctis Ruperto, Vitali, Amando „jugiter, & pie tutantibus.* Virgines Nun„bergenses ingressum fori Academici cum „epigraphe: *hanc portam pro veneratione bea„tæ Virginis Erentrudis posuerunt filiæ.* Aca„demici pro Collegii sui foribus D. Vincen„tium, Levitam & Martyrem spectandum „dedere structura perampla. Princeps in„scriptio talis erat: *De Vincentio Athletæ „Christi fortissimo, equulei, craticulæ, tormen„torumque victori, anno seculari dicant, & ex„struunt Musæ Salisburgenses.* In arca juxta „palatium Neubau fabricam suam locave„rant ordines provinciæ magnificam: in„scriptum erat pro tempore: *Divi Hermetis „honoribus ita statuerunt Provinciales.* Septi„mum erat Magistratus urbani cum scripto: „*Porta honoris D. Chrysanto, & Dariæ Uxori „a Magistratu Salisburgi posita.*„

XXI. Et per solennissimam translationem SS. Corporum Martini, Vincentii, Hermetis, Chrysanthi & Dariæ.

„Pridie festi Lypsana Divinorum Marti„ni, Vincentii, Hermetis, Chrysanthi, & „Dariæ, quæ Wolfgangus Theodoricus in „aulæ suæ sacello deposuerat, sacerdotum „humeris delatæ sunt ad ædem Franciscano„rum. Corpus item D. Erentrudis ad D. „Petri deportatum. Die sequenti pompa „sic instituta est: post officium divinum in „æde summa solemnissime decantatum se„ries longissima procedentium deducitur ad

„Eccle-

„Eccleſiam D. Petri cum oſſibus Ruperti, „& Virgilii: ibi tumbæ quinque aſſocia„tæ ſunt: *Erentrudis*, *Amandi*, præterea „*Martini* cum feretro Reliquiarum *Vincen„tii*, *Hermetis*, & altero *Chryſanthi* & *Da„riæ*, de templo Franciſcanorum adporta„tis. Ordo incedentium fere idem, qui „ſolet in pompa Theophorica: primum ſo„dalitates, deinde cænobitæ, tum proce„res academici, quos excipiebat clerus ſa„cris indumentis conſpicuus, ab his muſi„corum Archiepiſcopalium chorus. Inde „factum initium ordinis illuſtrioris. Præ„lata cruce Pontificali, cui ſuccedebant „primum Præſules Mitrati, Abbas ad S. „Petrum, & Præpoſitus collegii Majoris, „tum Epiſcopi Chiemenſis, Seccovienſis, „& Lavantinus: poſtremo veniebant longa „ſerie Patronorum oſſibus refertæ tumbæ „ſex, quarum ſingulis bajulandis attributi „ſacerdotes erant duodecim, quaternis in„vicem ſuccedentibus. Primum geſtaba„tur arca Reliquiarum Chryſanthi, & „Dariæ: Deinde Hermetis, & Vincentii; „tertium corpus D. Amandi, quod Cano„nici Collegiatarum, ut vocant, eccleſia„rum portabant. Quartum Divæ Erentru„dis auro, argenteo, gemmis opulentum, „cui parochi ſuccollabant. Quintum Exu„viæ D. Martini deferebantur a Decanis „ruralibus: poſtremum ibat ferculum oſ„ſium Ruperti, & Virgilii aureo panno un„dequaque coopertum, quod infulati Præ„ſules octo portabant, miniſtris adolenti„bus thus. Numerum pompæ clauſit Ar„chiepiſcopus ornatu pontificio, cui ſci„pionem paſtoritium ſacellanus præferebat: „ſtipabant haſtati prætoriani: læva cereum „geſtabant; dextra ſuper populum crucem, „bonæ ſignum precationis, effingebat. Sub„ibant ſacellani domeſtici, mox agmen au„licum, poſtremo turbæ popularis ingens „multitudo. Nomina Præſulum, qui fere„tro Rupertino commodaverant humeros, „hæc ſunt: Maurus Abbas Andecenſis, „Alexander Præpoſitus Augienſis, Baum„burgenſis Patritius Præpoſitus, & Ar„chidiaconus, Benedictoburanus Abbas „Placidus; Ettalenſis Abbas Romanus, „Athanaſius Præpoſitus & Archidiaconus „in Garſch, Æmilianus Abbas S. Michae„lis in Beurn, Edmundus Abbas Oſſiacen„ſis, Albertus Abbas S. Pauli, (*) Ma„thias Abbas Raittenhaslacenſis, Adalber„bertus Abbas Seonenſis, Bernardus S. „Zenonis Præpoſitus. Pompam comitati „ſunt e templo Cathedrali Abbates. (**) „Edmundus S. Petri, Alphonſus Weingar„tenſis, Ernbertus Cremifanenſis, Severinus „Lambacenſis, Cæleſtinus Monſeenſis, Ru„pertus Glunicenſis, Dionyſius Prifflingen„ſis, Antonius Præpoſitus Reicherſpergen„ſis, & Præpoſitus Steinzenſis. Spectator „aderat Albertus Sigismundus e Ducibus „Bavariæ, Friſingenſis item & Ratisbo„nenſis Epiſcopus.„

XXII. Sed etiam per alia lætitiæ ſigna publica, & quidem

„Poſtquam ſupplicatio redux Metropo„litanam ſubiit, oſſa Divorum Martini, Vin„centii, Hermethis, Chryſanthi, Dariæ „conditoriis, ad id noviſſime paratis, in„cluſa ſunt per Archipræſulem; mox & „corpora Ruperti, & Virgilii ſuis reſtituta „loculis ſubter aram majorem, ad extre„mum laudes dictæ Deo per carmen Am„broſianum miro vocum, tibiarum, chor„darum concentu, tormentis inter hæc „applaudentibus: cum impertiens populo „benedictionem Pontificalem publicatis no„xarum indultis retulit ſe domum collegio „comitante majore. Clerus reliquus cum „ſodalitiis, & cænobitis reliquias S. Ern„trudis, Amandi, nec non illis, quæ de „corpore Divi Ruperti tenent hodieque mo„nachi S. Petri, ad eosdem reportave„runt. Sic feſti octiduani poſitus dies pri„mus inter hilaria populi, quæ per dies „etiam ſequentes continuata. Jaculanti„bus ad ſcopum præmium erat bos imma„ni mole, panno ſerico inſtratus, præterea „vaſa argentea, ſcyphi, pateræ, phialæ, „diviſæ in turbam carnes, panes aliaque „bellaria. Vini magna vis albi rubeique „per ſyphones emmiſſa, moneta quoque „ſignata rei geſtæ memoriam referens de „auro argentove. Duplex erat Nummo„rum genus, quorum alterum habebat in „antica jubar triangulare, cujus medio vox „inſcripta *Deo*, circum oram *fundatori*, *auctori*, „*conſervatori*, ſubtus pro gratia gratias 1682. „ſubjectum erat ſcutum Principis. Pars „averſa ſcripturam ferebat: *Max. Gand.* „*ex Comit. de Kuenburg Archiepiſcopus*, & „*Pr. Salisb. Sedis Apoſt. Legatus ſeculo un„decimo fundati Archiepiſcopatus.* Alterius „nummi facies prior effigiem referebat quin„que Sanctorum indigetum illorum, qui „nunc primam ad ædem principem translati „erant, *Martini*, *Vincentii*, *Hermetis*, *Chryſanthi*, „& *Dariæ*, quorum nomina monetæ baſis „exhibebat, marginem hæ voces obibant, „translati a Max. Gand, ex Comit. de Kuen„burg. Archiep. & P. Salisburg. S. Sedis „Apoſtolicæ Legato. In parte poſtica trian„gulum erat radiatum cum oculo Divinæ „Triadis ſignatum: hinc atque inde aſta„bant Rupertus, & Virgilius: ſub triangu„lo Clypeus gentilitius Principis, circum „ſcriptum: *Anno MDCLXXXII. fundati* „*Archiepiſcopatus Salisburg. undecimo ſeculo.*

XXIII. per octo dies non ſine magna Principis & Archiep. Maximilian Gandolphi munificentia.

„Dies octidui ſecundus in æde D. Petri „celebratus honoribus Ruperti, & Virgilii „Seccovienſium Epiſcopo Sacrum ſolemne „faciente. A meridie luſus comicus ab „academicis inſtitutus: argumentum erat „Theodo Dux ad orthodoxam fidem con„verſus, ſedesque Pontificalis Juvaviæ con„ſtituta.

(*) Malachias.
(**) Edmundus Abbas ad S. Petrum hic omitttendus utpote ſuperius in alio ordine poſitus.

„ſtituta. Dies tertius honori D. Vitalis da„tus eſt in utroque templo: ſacris opera„tus in Metropolitano Præpoſitus Cathe„dralis Carolus Comes de Caſtro Barco: in „Divi Petri Seonenſium Abbas Adalber„tus primum, deinde ſummum officium „Lavantinus Epiſcopus peregit. Diem quar„tum S. Vincentius Martyr occupabat; fa„ciente ad aram templi Cathedralis Ed„mundo S. Petri Abbate. In æde Divi „Petri primum ſacrificium cecinit Priſlin„genſium Abbas Dionyſius: inde poſt ver„ba de ſuggeſtu facta ſolemnius litavit Se„verinus Lambacenſis. Diem quintum ob„tinuit Baſilica Major ex toto, cæremonias „obeunte Seccovienſi. Petrenſes hora ſe„cunda poſt meridiem corpus D. Erentru„dis ad Nunbergenſes detulere. Die ſexto „apud Metropolitanos honos habitus Eren„trudi Virgini ſolemni Liturgia, quam fe„cit Seonenſium Abbas, apud Nunburgen„ſes Abbas Weingartenſis. Sabbatum in „æde ſumma ſolemne fuit Hermeti Martyri, „rem divinam exequente primum Comite „de Trauthſon Canonico Salisburgenſi, eo„demque Zwetlenſium Præpoſito Mytrato, „deinde majus officium fecit Edmundus „Divi Petri. Finem celebrati fecit Chry„ſanthus & Daria, quibus octavum diem „dicavere Cathedrales, ſolemniter immo„lante Lavantino. Per octidui totius ho„ras quotidie ſtatas proſtabat in æde maxi„ma gratiarum omnium theſaurus, velatus „pane Deus, quem per vices adorabant „urbana ſodalitatia, deſcriptique vicatim „cives, plebsque de parochiis adſitis in ſin„gulos tributa dies, & tempora. Pero„ratum e loco ſuperiore quotidie, ſæpius „etiam. Omnia facta munifice, Principe „nullis parcente ſumptibus, verba Mezgeri „ſunt, quo tantæ feſtivitati tam ſacris quam „profanis ſplendor accederet. Cum pri„mum, inquit, aliquis Præſulum urbem „intraverat, confeſtim adventus in aula „nuntiabatur, inde aderat a ſupremo ſta„buli præfecto, qui Principis nomine ſal„vum eſſe juberet, ejusque menſam, pro „famulitio vero victum, pro equis pabu„lum in diverſorio Principis ære ſolvendum „afferret. Par humanitas in diſcedentes.„ Hucusque de verbo ad verbum deſcribit Hanſizius notus ille ac vere eruditus Salisburgenſis hiſtoricus qualiter nimirum anno 1682. ſæculum XI. Salisburgenſe non tantum per erectos arcus triumphales, & ſolenniſſimam translationem SS. Corporum Martini, Vincentii, Hermetis, Chryſanthi atque Dariæ, ſed etiam per alia lætitia publica ſigna fuerit celebratum, & quidem per octo dies non ſine magna Celſiſſimi Principis, & Archiepiſcopi Salisburgenſis tunc glorioſe regnantis Maximiliani Gandolphi Munificentia. Quæ autem in animo ſenſerit P. Marcus Hanſizius, dum calamo quidem eleganter deſcripſit, qualiter juxta noſtram traditionem, quam ipſemet vocat *antiquam* (authoritate nimirum undecim ſæculorum ſtabilitam, & ferme antea a nullo in tanta annorum differentia, quam a Mabillonio noſtro Gallo, alias viro doctiſſimo, & hiſtorico celeberrimo, & ipſius ſequace Marco Hanſizio impugnatam) ſæculum XI. tam ſplendide ac nullo contradicente fuerit celebratum; cum iſte eruditus cæteroquin author veſtigia Mabillonii ex apparentibus quibusdam fundamentis ſecutus hanc noſtram antiquiſſimam traditionem omnibus viribus, ut in noſtra introductione ad Chronicon a n. XIV. uſque ad n. XXVII. ſatis ſuperque offenſum fuit, expugnare, & evertere conatus fuerit; quæ, inquam, ſenſerit Hanſizius, juxta cujus ſententiam nequidem ſæculum X. celebrare licuiſſet, hoc aliis judicandum relinquimus.

XXIV. In quo ſolennitate etiam D. Abbas Edmundus multa impendit: partim Eccleſiam exterius per machinas ſymbolicas,

Porro in hac ſolemnitate noſtro monaſterio non minus propria Dominus Abbas Edmundus tam pro exornanda Eccleſia noſtra, quam pro hoc actu jubilæo condecorando pro viribus multa impendit, atque nullis perpercit ſumptibus; nam non ſolum prope ad ingreſſum monaſterii nec non intra ipſius monaſtici ingreſſus fornicem, & ante templi veſtibulum arcus triumphales fuerunt erecti, verum etiam magnis ſumptibus publica diſputatio in pretioſo emblemate adornata, nec non pretioſa argentea pro ornatu altarium ſuppellex cum ſacris veſtimentis non vulgaris pretii comparata fuit. Arcus triumphales majores, & minores (de præcipuo inter illos ſeptem tertio ſupra etiam mentio facta fuit n. XX.) eleganter deſcribit Hiſtoricus Salisburgenſis Mezgerus noſter in ſua hiſtoria pag. 933. quorum deſcriptionem, cum maxime monaſterium noſtrum concernant, atque induſtriam, zelum, & devotionem D. Abbatis noſtri, de quo agimus, commendent, per extenſum eſſe inferendum chronico noſtro pium, & juſtum eſſe credimus. Sic autem eleganti verborum nitore velut penicillo apparatum in hiſce arcubus ſpectabilem depingit: „Aſceterium D. Petri in de„bitam venerationem ſuorum SS. Patrono„rum ad extimum cænobii acceſſum, qua „PP. Franciſcanorum clauſtro jungitur, per„amplam triumphalem portam aperuit, u„trinque porticu columnis eleganter diſtin„cta præcinctam. Supra porticuum co„ronas in utroque latere eminebant decem „alati ephebuli, quorum cuilibet ſcutum „erat, & in ſcuto numerus, quo decem „ſæculorum ſucceſſio ſignabatur. Undeci„mum ſæculum ſublimiori loco inter mo„naſterii & Abbatis D. Petri inſignia me„dium ab alatis utrinque geniis in ſcuto „monſtrabatur. Ad portæ medium alium „clypeum penſilem vidiſſes, cui cæleſtis „aliger penicillo inſcribebat alterum nume„rum, & litteram I. jam inchoatam, cujus „ſignificationem, novique ſæculi felix omen, „ac prognoſticon expoſuit adjuncta vox *plus „ultra.*

„*ultra.* Supra totius machinæ introitu, „cujus latera SS. Apoſtolorum Petri, & „Pauli grandioribus ſtatuis claudebantur, „capax area in campo ſuperiori continebat „hanc dedicationem chronographicam: *Re-*„*gi ſæculorum Deo vivo veroque*, in paulo in-„feriove, & explicatiore campo ſic conti-„nuatam: *Divisque Tutelaribus pro fundata,* „*ſervata, aucta religione, ordine, monaſterio,* „*pro tutela fideliter habita, & porro conti-*„*nuanda in hac gratæ memoriæ teſſera publicos* „*honores decernit undecimo ſæculo Edmundus* „*Abbas, & Conventus Sancti Petri.* Paulo „infra in periſtylii tecto conſpiciebantur „duarum Matronarum effigies, quarum „una a dextris religionem, altera a ſini-„ſtris antiquitatem (illuſtria monaſterii Pe-„trenſis encomia) repræſentabat. Ad la-„tus religionis aſſidebat cano capite Juva-„vus: antiquitatis lateri hærebat hiſpido „vultu, & armatus falce Saturnus, omnes „catena circumplexa junxerat his verbis „notata: *conjuncta perennant.* Interlucebant „ab omni parte encarpa, fructus penſiles, „& frugum vario dolore ludentium horten-„ſia receptacula hinc inde concinne diſpo-„ſita. Portæ faſtigio ſupra columnarum „coronas inſiſtebant DD. Patroni Rupertus, „& Vitalis, ille ſalinariæ cuppæ, hic lilii „inſignibus notati. In ſummo apice ſupra „marmoream baſin eminuit pectore tenus „expreſſa D. Amandi effigies. Intra ipſius „monaſtici introitus fornicem pendula ab „utroque pariete, & eleganter picta ſym-„bola alludebant ad antiquitatis prærога-„tivam, quæ in medio jungebat obeliſcus, „apice ſolem præferens. Alteram faciem, „& exitum monaſtici ingreſſus ornabat por-„ta e binis tantum columnis, quorum in-„tortum, & flexuoſum ſcapum ſcanſiles fo-„liorum corymbi ambiebant, in faſtigium „aſſurgens, in cujus campo legebatur hæc „chronographica Dedicatio: *Sanctis Ruper-*„*to, & Vitali Amando jugiter & pie tutan-*„*tibus*, præ ipſo templi veſtibulo ars pi-„ctoria machinam columnis eleganter ſu-„ſtentatam objecit, quas penſiles fructus, „faſciæ, frondes, ornabant, in hujus ver-„tice Abrahamus enſe in filii cervicem ar-„matus religioſæ obedientiæ votum adum-„brabat, adjuncto lemmate deſignatum, „*votum vovi Domino.* Ad utrumque latus „ſtabant charitatis, & patientiæ ſimulacra; „tot us machinæ latitudinem clauſere duæ „pyramides. Media area complectebatur „hanc dedicatoriam Epigraphen: *Regi ſæ-*„*culorum; Divis cœlitibus Petrenſibus ſæcula-*„*rem annum DD. Antiſtes, fratres atque pa-*„*tres antiquiſſimi Aſceterii Divi Petri Salis-*„*burgenſis.* Interiores parietes prælimina-„ris porticus veſtiebant triginta emblema-„tum ingenioſi concepta artificioſo peni-„cillo eleganter expreſſi, quos particula-„tim referre nimis prolixum foret.„ Hucusque externum Eccleſiæ & monaſterii apparatum deſcripſit laudatus confrater noſter Mezgerus.

XXV. Partim interius per novam & pretioſam ſuppellectilem cum ſubiecuta triduana devotione exornando;

Sicut autem Eccleſia, & monaſterium exterius ſuo non carebat ſplendore per erectas machinas triumphales, & ſymbolicas, ita pariter non defuit cum triduana devotione ornatus interior, quem Dominus Abbas Eccleſiæ ſuæ dedit comparando novam, & ſacram ſuppellectilem argenteam cum pretioſis Sacerdotum, & altarium ornamentis, exſtant expenſaria, ex quibus patet, quod aliquot florenorum millia D. Edmundus Abbas expenderit, ſic enim pro ſummo altari ſex grandia candelabra argentea cum imagine crucifixi nec non totidem vaſa florum pariter argentea, & pretioſa comparavit, nova in medio templo lampas argentea, novus ſacrorum Miniſtrorum, & altarium e ſerico argenteis filis aureisque floribus intexto veſtitus; integer novus, & ſpecialis pro ſolenni officio celebrando ornatus, pro altaribus, tribus præſertim, in ſummo, ad S. Joſephum, & ad S. Rupertum altaribus pretioſi baldachini, labara aliaque templi nova ornamenta tam feſtivæ, & tot votis exſpectatæ ſolennitati correſpondebant. Unde in hoc templo noſtro ita pro viribus adornato per hanc octavam ferme integro triduo, feria nimirum ſecunda, tertia & quarta potiſſima pars devotionis fuit peracta. Nam die lunæ hora ſeptima quidem in ſumma æde primum officium cantavit Illuſtriſſimus & Reverendiſſimus Dominus Epiſcopus Chiemenſis, attamen in ſolenni officio præſente Celſiſſimo Principe cum tota aula in noſtra Eccleſia ad aras Pontifex ſtetit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Epiſcopus Seccovienſis, poſtquam hora octava præcedente in altefati Principis præſentia ſacrum ſuggeſtum conſcendit R. P. Deſiderius Schapperger SS. Theologiæ Doctor profeſſus Seonenſis, illo tempore ad B. V. auxiliatricem in Egg Superior, atque in laudem Divorum Patronorum eloquenter peroravit; ſubſequebatur hymnus Ambroſianus, ad cujus muſicalem plauſum quadraginta quatuor æneæ machinæ ab arce explosæ feſtivum fragorem addidere. Die Martis, quæ erat vigeſima Octobris dies, Sancto Vitali Secundo Diæceſis Salisburgenſis, & ad Divum Petrum monaſterii Thaumaturgo Antiſtiti ſacra ſolenniter ad aras operatus eſt Reverendiſſimus Dominus Adalbertus Abbas Seonenſis; ſucceſſit concio panegyrica, quam in ſancti Vitalis laudem dixit P. Paulus Mezger noſtri monaſterii profeſſus SS. Theologiæ Doctor, & in hujate Univerſitate ejuſdem facultatis Profeſſor, & Vice Rector, Hanc excepit ſummum officium cantatum ab Epiſcopo, & Principe Lavantino: utrique tam officio, quam concioni præter celſiſſimum noſtrum Principem aderat Sereniſſimus Epiſcopus, & Princeps Friſingenſis. Die Mer-

curii ſeu vigeſima prima Octobris, poſtquam in Eccleſia Cathedrali D. Edmundus Abbas hora ſeptima officiator fuit, in Eccleſia noſtra Reverendiſſimus Dominus Dionyſius Albas Friſſingenſis de S. Vincentio Martyre primum ſacrum cantavit, cui ſucceſſit concio in cathedra monaſticæ Eccleſiæ noſtræ docte perorata a R. P. Valeriano Winklman Ord. Eremitarum Sancti Auguſtini; poſtquam alterum, & ſummum ſacrum fecit Reverendiſſimus Dominus Severinus Abbas Lambacenſis, ubi rurſus toti actui ſuam præſentiam indulſere Sereniſſimi, & Celſiſſimi Principes. Atque hic erat ornatur Eccleſiæ noſtræ interior, per totam quidem octavam, maxime tamen per triduum dicto modo continuatus.

XXVI. Partim ad theſes publicas in emblemate defenſas non leves ſumptus conferendo,

Huic feſtivitati ſplendorem pariter addebat publica eaque ſolemnis ex univerſa philoſophia in alma Univerſitate diſputatio, in qua poſitiones certamini litterario ſubjectas exhibuit pretioſum emblema, ad quod, ſicut & ad totum actum academicum Dominus Abbas Edmundus pariter non leves ſumptus contulit. Has theſes feria ſexta infra octavam hujus feſtivitatis ſub præſidio Ex. D. P. Honorii Aigner Cremiſanenſis pro t. Philoſophiæ hic Profeſſoris Ordinarii defendit Religioſus confrater noſter & Neomyſta a SSmo Patre Innocentio XI. ſuper quindecim menſes in æt. canonica pro presbyteratu diſpenſatus P. Carolus Schrenk, cui publicæ defenſioni, quæ in aula Academica ſuſcepta fuit, Ipſe Celſiſſimus Princeps cum tota aula intereſſe clementiſſime dignatus eſt, in qua etiam præſentes erant diverſi DD. Abbates cum Senatu Academico epomidaliter ornato. Argumentum emblematis erat brevis demonſtratio vetuſtatis monaſterii Sancti Petri, ejusque perpetuandæ votum. Nos id paucis explicamus, qui hoc emblema ad manus, & ante oculos habemus: Sanctus Rupertus ſublimi nube vectus inter cæleſtes aligeros, qui quatuor provincias ab Ipſo S. fidei lumine illuſtratas totidem ſcutis gentilitiis ſignabant, unacum æternitate luminibus in æternum numen defixis catenam tenebat, quæ circumplectebatur ſubjectum ædificium tot columnis, quot ſæculis diſtinctum. In columnarum ſcopo deſcripta erant nominum Abbatum S. Petri, laureis, corymbis per columnas ſerpentibus velut coronata. Epiſtylia, & coronæ in ſymbolis ſuperpoſitis chronographicum continebant lemma, quo ſæculorum, & temporum diſtinctio notabatur, addita in baſi emblematica memorabilium, quæ ſingulis ſæculis contigerant, expreſſione. In totius fabricæ extremitate ab una parte ſuperioris projecturæ legebatur: *ſerosque datura nepotes.* Ab altera: *His ego nec metas rerum, nec tempora.* Supra faſtigium ſidereas ſedes incolebat magnus Sanctorum Patronorum, & beatorum Archipræſulum numerus, quos pariter indicabat adjectum in ſcuto chronoſtychon.

Sex quater, & ternos ſedes Salzburgica poſt te
Rupertum Patres inter tenet aſtra beatos.

Adjectus ad ædificii coronam verſus: *Nomina eorum vivent in ſæculum ſæculi.* Catena, quam alati ſenes, ſæculorum ſymbola, toti ſtructuræ circumplexam magno conamine verſus æternitatem porrigebant, notabatur hoc chronoſtycho:

Non interrupti duodenna ad ſæcula nexus.

E latere objiciebatur monaſterium S. Petri, & paulo remotius ab oculo religioſa loca, & ſacræ ædes Divi Ruperti ſanctitate vel fundatæ vel illuſtratæ. In fronte emblematis monaſticæ virtutes ſuis quoque ſymbolicis inſignibus, & lemmatibus notatæ, hinc dedicationem erga S. Rupertum, inde theſes ipſas inſcriptas ſuſtinebant. Et hæc erat novi emblematis forma. Poſt duos autem dies finita fuit tota hæc ſæcularis feſtivitas, quam ipſum cælum conſtanti, præter morem, ſerenitate promovit, arcus autem triumphales pro longiori ſolennitatis memoria, & oculorum illecebra ad Decembrem uſque perſiſtebant. In hujus memoriam Clariſſimus Dominus P. Joſephus Mezger Prior noſtri monaſterii præliminarem tractatum de antiquitate Eccleſiæ Salisburgenſis, cum integram hiſtoriam Salisburgenſem abſolvere non poſſet, typis edidit, & celſiſſimo Principi hoc ipſo tempore dedicavit.

XXVII. ſed anno 1683. publicas calamitates præſertim Dornbachii in noſtro vineis ſentit,

Dum autem anno ſæculari 1682. communis erat inter omnes Salisburgenſes lætitia, tempeſtas tam atrox imminere viſa eſt, quæ anno immediate ſequenti 1683. totum orbem chriſtianum terrore perculit, & tremefecit. Miſeranda erat non tantum in Hungaria, verum & in Auſtria inferiori facies, ipſam enim Viennam Urbem jam arctius in dies a Barbaro Turcarum hoſte premebat obſidio: in vicinia cremebantur oppida, caſtra, pagi, villæ, deprehenſi incolæ equorum caudis alligati trahebantur in miſerrimam ſervitutem, imbellis turba crudeli acinace obtruncabatur, ne quidem in montium receſſibus, & denſis ſylvarum luſtris ſat præſidii erat fugientibus. Plurima de hac miſeria, obſidione præſertim auguſtæ urbis Viennenſis, quæ per integrum durabat bimiſtre, ſcribunt profani hiſtorici: nos in propoſito noſtro, quod eſt conſcribere chronicon monaſterii noſtri, perſiſtentes, ſolum id referre opportunum eſſe duximus, quod, dum Barbarus hoſtis obſidionali corona Viennam cinxerat, ita, ut ubique hoſtilibus flammis circumquaque fumaverint arces, pagi, & oppida, hanc adverſam ſortem expertus fuerit vicus *Dornbacenſis* prope Viennam ſitus, & monaſterio noſtro ſubjectus, ubi præcipua vinearum

rum bona, a quo maxime hauſtum ſuum quotidianum habent Religioſi monaſterii noſtri; ibi enim ſacra, & profana everſa fuerunt omnia, ſubditi partim in ſervitutem abducti, pauci fuga diſperſi fuerunt, vineæ, & agri equorum & camelorum ungulis adeo protriti, & vaſtati fuerunt, ut annis ſequentibus e tot vineis vix aliquot urnas exſpectare, aut legere licuerit; ſacra domus cum habitatione præfecti contigua deſtructa, & in cineres prolapſa fuit. Liberavit autem benignus, & Miſerator Dominus populum ſuum in ſumma afflictione conſtitutum, ſoluta fuit hoſtilis obſidio duodecima Septembris die, liberata tam auguſta Imperatorum Romani ſedes, acti in propudioſam fugam poſt auſpicatum prælium Turcæ, & victricia invictiſſimi Imperatoris Leopoldi, ſuorumque Confœderatorum arma uſque in Hungariam continuata. Sicut autem poſt iſtas miſerias quilibet neceſſitatibus ſuis ſuccurrere conabatur, ita pariter in pago, & Parochia noſtra Dornbacenſi adeo vaſtata, & deſtructa ſollicitus Pater-familias noſter, & Abbas Edmundus non pauca florenorum millia partim pro exſtruenda Eccleſia, ut pulchrior ex cineribus ſurgeret, nec non pro reparanda, aut potius de novo ædificanda Præfecti Domo, partim ut vineis vites, vitibus uvæ, & ſpes bonæ vindemiæ redderentur, impendit, & ſuppeditavit, atque ut coloni ex ultima egeſtate emergerent, & nudi parietes ædium rurſus ſub tecto ſtarent, in omnibus his conſilium, & opem tulit Edmundus Abbas, verus Dornbacenſium Pater nominandus.

XXVIII. Et poſtquam in officio viſitatoris generalis multum laboravit, ad quod anno 1692. denominatus fuit.

Forent haud dubie quam plurima alia, quæ in particulari de Abbate noſtro meritiſſimo Edmundo recenſeri poſſent, ac deberent, quæ tamen haud obſcure charaſteritas ex actorum ſynopſi, quam ſupra n. VI. dedimus, colligere poteſt. Unum haud ſilentio involvendum, quod pariter Edmundus Abbas noſter ex ſingulari, qua Princeps, & Archiepiſcopus Celſiſſimus Joannes Erneſtus Thunius ferebatur, æſtimatione ſuper quatuor monialium monaſteria, Nonnbergenſe Salisburgi, Goſſenſe in Styria, Lengſeenſe ad S. Georgium in Carinthia, & Chiemſeenſe in Bavaria, omnia Diæceſi Salisburgenſi ſubjecta, Viſitator Generalis fuerit conſtitutus. Nos damus in copia tenorem decreti in originali etiamnum exſtantis & dati anno 1692. ſub ſecreto Archiepiſcopali, & ſubſcriptione manus propriæ:

„Wir Johann Ernſt von Gottes Genaden „Erzbiſchoue zu Salzburg, Legat des „H. Apoſtoliſchen Stuels zu Rom &c. Ur„khunden hiemit, demnach wir aus ſonder„bahr erheb- und beweglichen Urſachen in „den Gottsheüſern und Frauen Klöſtern auf „dem Nunberg alhier, dan zu Göß, Frauen „Chiemſee, und zu St. Georgen am Leng„ſee ſambentlichen ordinis S. Benedicti un„ſerer Diæceſs, zu befürder- und fortſezung „derſelben gedeülichen wohlſtands eine dem „H. Trientneriſchen Concilio und Synodal„Conſtitutionibus unſers Erzbiſtumbs in „Geiſtlich- und weltlichen ſachen gemeſſene „Viſitation vornemmen zu laſſen entſchloſſen; „dahero zu ſolchem ende zu unſern Commiſ„ſari und Viſitatorn gnedigiſt erkhiſt und ver„ordnet haben den würdigen unſern gehaim„ben Rath beſonders Lieben in Gott und ge„threuen Edmundum Abbten des Cloſter bey „St. Peter alhir, verordnen denſelben auch „hiemit gnädigiſt in Krafft diſſe offenen Viſi„tations-Patent alſo und der geſtalten, daß „ermelt- unſer Commiſſarius ſich neben denen „jenigen, deren er ſich hierinnen zu gebrau„chen hat, in obgedachte Frauen Clöſter Be„nedictiner- Ordens verfiegen, daſelbſt ein „gemeſſen- vollſtändige Viſitation ſo woll in „capite als membris, und was ſonſten pro „exigentia Adminiſtrationis ſpiritualium, „& temporalium vonethen, vorkheren, und „in genere & in ſpecie alles und iedes thuen, „handlen und verichten ſolle, khönne und „möge, was bemelten Clöſtern in Verände„rung der Perſohnen, auch andern Nothwen„digen diſpoſitionen, und ſonſt anderwegs „Nuz- haylſam und vorträglich zu ſein khan „erachtet werden; hierauf obbeſagter Frauen„Clöſter Abbtiſſinen, und geſambten Con„ventualinen, auch allen deren angehörigen „Officiren und bedienten in Crafft des heili„gen Gehorſambs gnädigiſt befelchente, daß „Sye offt ernant- unſerm Commiſſario nit „weniger alß unß ſelbſten in diſem Viſita„tions-Werkh allen gebührenten Gehorſamb „und Reſpect erweiſen, auch hierunter ſich „ſolchermaſſen bezaigen und verhalten ſollen, „wie es zu befürderung angeregter Clöſter „Aufnemben fürſtendig und gedeülich ſein „khann, und ſie als geiſtliche Ordens-Per„ſohnen zu thun verpflicht ſeind. Deſſen zu „mehrerer Becräfftigung haben wür unß mit „aigner hand unterſchriben, und unſer Hoch„fürſtliches Secret hiervorſtellen laſſen. Ge„ben in unſerer Haubt Statt Salzburg den „Sechzehenden Monathstag Auguſti im „Sechzehen hundert zway und Neunzigſten „Jahr. „

J. Ernſt. (L. S.)

V. Johann Wilhelm Turner
Dr. Conſiſtorial Canzler.

Hucusque tenor inſtrumenti, vi cujus D. Abbas Edmundus quatuor monaſteriorum noſtri ordinis monialium Viſitator Generalis fuit conſtitutus, in quo etiam officio per decem annos ſtetit, multum autem in hoc negotio laboraſſe, copioſa probant viſitationum acta etiamnum exſtantia.

XXIX. Tandem vicinus morti ſpirituale teſtamentum

Tandem poſt multos labores, quos Dominus Edmundus Abbas tam ante ſui electionem, quam maxime ſpatio 29. annorum in ſuo laudabili regimine, in negotiis

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

jam prius a se conditum publice prælegi voluit,

Provinciæ, in causis Universitatis Salisburgensis, nec non congregationis Benedictinæ in hac Diœcesi erectæ, cujus erat per plures annos dignissimus Præses, & Visitator, & ultimis annis in negotio Visitatoris Generalis quatuor monasteriorum monialium susscepit, & ad mortem usque continuavit, tandem crescentibus ad gravem canitiem annis, attrita jam humani corporis sarcina, sensim in tumbam declinante, ad viam universæ carnis se dispositit pientissimus Abbas, senex candidus annorum septuaginta, & ultra. Unde præter alias corporis infirmitates præsertim ingravescente hydrope decima mensis Maji anno 1702. sub horis vespertinis sacro Viatico, & extrema unctione munitus toti venerabili Conventui porrecta manu valedixit, & dum sibi ad huc præsentissimus erat, testamentum spirituale a se jam prius conditum publice coram Conventu per suum Patrem confessarium prælegi voluit, sub qua lectione non tantum adstantes futuri orphani præ sensu amoris, & compassionis in lachrymas solvebantur, sed etiam pius Pater extreme decumbens varia suspiria, & actus virtutum inseruit, variasque adhortationes, & instructiones pro futuris successoribus magna cum energia, & animorum commotione superaddidit. Quoniam vero hæc omnia magis patent ex ipso tenore hujus spiritualis testamenti, quod instar thesauri absconditi nostris temporibus diu latuit, & primum ultimis annis, erant jam quinquaginta post ipsius mortem, ex pulveribus (an in originali vel in copia? non constat) a quodam industrio, & in antiquitatibus nostri monasterii maxime versato confratre, cujus in præliminari nostra introductione mentionem fecimus, eductum, & in copia relictum fuit, ideo etiam merito hoc ipsum testamentum in extenso transsumptum non tantum a posteris legi, sed etiam Chronico nostro ad honorem defuncti Domini Abbatis sane meritissimi ad perpetuam rei memoriam inseri meretur, ut omnibus legentibus palam fiat, quis fuerit Edmundus Abbas, quam sollicitus suorum Pater, quam pius, & providus Præsul.

„quod me hominem ad imaginem suum creaverit, & pretioso sanquine redemerit, „quod voluerit me a Parentibus catholicis „nasci, & educari, in qua Religione sola „vivere, & mori desidero, & protestor & „contradico, si forte Dæmon aut alia infir-, mitas aliud suggereret. Iterum ago infi-„nitas gratias divinæ bonitati, quod per „ejus gratiam mirabili modo devenerim ad „studia, & ad hoc monasterium, de quo „tamen paulo ante nihil scivi, aut cogitavi; , quod vero post sacerdotium fuerim assum-„ptus ad diversa officia, & demum ad Præ-„laturam, confido quidem optimum Deum „non ad æternam meam damnationem ita „disposuisse, timeo tamen illa mea officia, „præsertim Abbatiam, me retardatura a „visione beatifica; dico itaque contrito cor-„de: Iram tuam Domine portabo, quia „peccavi tibi, sed cum iratus fueris mihi, „misericordiæ recordaberis: sed quidquid „sit de pœnis meis futuris, fateor audacter, „me præsertim tempore Prælaturæ oculis „vidisse, & manibus palpasse in omnibus „divinas benedictiones, atque sæpe mira-„bili modo; & ut post mortem etiam hæc „publice contester, volo, ut lapidi meo se-„pulchrali hæc sola verba mea inscribantur: „*Hic jacet Edmundus, qui annis - - - præfuit „huic monasterio in multis benedictionibus Dei, „cui sit æterna laus, hic sepulto autem æterna „Requies Amen.* Sed o æterne Deus! post „recensita hæc omnia, ubi fuit retributio „aliqua? - erubesco, & confundor coram „facie tua, quoniam multiplicatæ sunt in-„firmitates meæ, & non sum dignus intue-„ri, & aspicere altitudinem cœli præ multi-„tudine iniquitatum mearum, quoniam „peccavi super numerum arenæ maris! A-„go tibi infinitas gratias, quod tanta pati-„entia cognoveris, & dissimulaveris cogi-„tationes meas malas; quod tanta patien-, tia audieris, & dissimulaveris locutiones „inutiles, profanas, & irreligiosas, quod „tanta patientia conspexeris actiones, & „omissiones meas peccaminosas, statui re-„ligioso indecentes; verbo: ago tibi gra-„tias, quod tanta patientia sustinueris vi-„tam meam, ita malam & S. Scripturæ, & „S. Regulæ prorsus difformem, & contra-, riam forte hæc omnia dissimulasti propter „pœnitentiam, quam tamen non egi: ut „autem impœnitens non moriar, saltem „modo ex toto corde meo, & ex tota anima „mea doleo, & contristor, quod unquam „vel cogitando, vel loquendo, vel agen-„do, vel omittendo te offenderim, etiam „levissime, & ideo quidem sic doleo, con-„tristor, & compungor, quia te offendi, qui „es super omnia bonus, ac superamabilis, „doleo etiam propter summam meam ingra-„titudinem, a quo tam multimodas gratias, „benedictiones, ac beneficia accepi. Ut „autem cor meum satis contritum demon-„strem, atque exhibeam, offero tibi, o „Deus meus! singulos aliorum, qui vixe-„runt

XXX. Quod etiam posteris legi, & chronico nostro inseri meretur:

Damus tenorem testamenti spiritualis, quod longius quidem, sine ædificatione tamen haud legi potest, & suam attentionem meretur; sic autem incipit testari morti vicinus Abbas Edmundus: „Ego frater Ed-„mundus, imperfectissimus Religiosus, & „indignissimus Abbas hujus monasterii, non „tantum coram vobis confratribus, & eis, „ad quos hæc scriptura mea devenerit, sed „etiam coram tota curia cœlesti profiteor & „pronuntio, hanc meam esse ultimam vo-„luntatem, & quidem in æternum non re-„vocabilem. In primis Deo ter Optimo Ma-„ximo ago infinitas, & æternas gratias pro „omnibus totius vitæ meæ acceptis benefi-„ciis, donis, & gratiis, qua hactenus a-„gnovi, & non agnovi, specialiter autem,

„runt, & qui vivunt, actus perfectiſſimæ „contritionis, & amoris ſuper omnia, nec „non ſummi doloris de peccatis meis, & tui „offenſionibus. Et quia bonus, & ſumme „miſericors es, ideo ſperans in tua bonitate, „rogo te per illum amorem, quo te invicem „amas in ſanctiſſima Trinitate, ut, cum „anima mea e corpore migraverit, ad te ſine „magno impedimento perveniat, ut mox „cum ſanctis tuis benedicere, laudare, & „adorare te poſſim. Sed quia tantam gra„tiam ſperare haud valeo, ac vix audeo, „atque in manibus tuis ſint ſortes meæ, id„eo in manus tuas commendo ſpiritum „meum, & animam meam eodem modo, „quo tu Jeſu Chriſte! in arca crucis jam mo„ribundus commendaſti ſpiritum tuum in „manus æterni Patris tui. Specialiter ro„go te, o Beatiſſima Virgo! Patrona mea „ſpecialiſſima, ne me ultima vitæ meæ „tempore deſeras, ſis mea Advocata apud „Deum, ut me ſaltem inferni penis non pu„niat. Recordare, quod omnia cœlitus ac„cepta bona poſt Deum tibi adſcripſerim, „utinam omnia roſaria, & officia tua de im„maculata conceptione cum debita devotio„ne dixiſſem, utinam conatus meus propa„gandi tui honoris, & devotionis effectum „optatum habuiſſet! quod devenerim ad „ſtudia, & ad hoc monaſterium, poſt „Deum ſemper tibi adſcripſi, ergo etiam in „fine vitæ meæ curam habe ſalutis meæ. O „ſanctiſſime Joſeph! qui es hujus loci ſingu„laris Patronus, a quo meus D. Anteceſſor „in omnibus neceſſitatibus auxilium implo„ravit, & obtinuit, ita etiam me in mea ex„trema neceſſitate non derelinquas: exiles „quidem preces & devotiones ſunt, quas „tibi peregi, hinc in earum recompenſatio„nem aliorum te amantium preces tibi offe„ro ex corde. O Angele me cuſtos! ago ti„bi millenas gratias pro cura, quam habui„ſti mecum in omni tempore, & in omni lo„co: ago tibi gratias innumeras pro patien„tia, quam habuiſti de mea irreligioſa vita, „ſcivi tuas admonitiones, & non paruí, ſed „reſtiti, ubique debuiſſem habere reveren„tiam, ſed deprecor omnes, & ſingulas ir„reverentias, quæ numerari non poſſunt, & „qui hactenus cuſtodiſti me a periculis cor„poris, & animæ, cuſtodi me modo a peri„culis animæ, fortior eſto diabolis, qui vo„lunt animam perdere in gehennam. Sed „o Beatiſſimæ Legislator Benedicte, quid „coram te faciam? erubeſco vultum meum „levare, proſterno me, & fateor culpam „meam, quia non ſervari regulam tuam, „quam in omnibus ferme transgreſſus ſui, „nec etiam alios, quorum cura ad me ſpe„ctabat, ad illam ſervandam adegi; & ſi „culpæ Paſtoris incubuit, quidquid Pater „cœleſtis in ovibus minus utilitatis invene„rit, quomodo brevi ſtabo in extremo judi„cio? qui aliis non præluxi exemplis bonæ „vitæ, qui plurimas regularum violationes, „& ſucceſſive irrepentes abuſus diſſimulavi, „qui ſum in culpa, & cauſa, quod mei con„fratres non ſanctius vixerint, quod Deum „frequenter offenderint: Merito, & meri„tiſſime, o ſanctiſſime Monarcha! deberes „me excludere de numero, & libro filorum „tuorum, cum fuerim indigniſſimus Ab„bas, & imperfectiſſimus Religioſus: ſed „rogo te humiliter, ut facias me ſicut unum „de mercenariis tuis, eſto interceſſor apud „Deum, ut ſaltem ultimus ſim inter tuos. „Ut autem omnes meæ in officio Abbatiali „commiſſæ negligentiæ, nimiæ diſſimula„tiones, & conniventiæ compenſentur, & „ſuppleantur, rogo per amorem Dei meum „D. ſucceſſorem, ut ipſe faciat, quod face„re debuiſſem, ut ipſe emmendet, & corri„gat, quæ ego emmendare, & corrigere „debuiſſem; nullas novas licentias, & li„bertates permittat, ſed priores, quæ ſub „regimine meo irrepſerunt, tollat, & o„mnia ad normam bonæ diſciplinæ reducat, „ipſeque magis, quam ego, bonis exem„plis præeat, plus enim movent exempla, „quam verba. In externis, ubi in medio „tutiſſimus ibit, non dilatet fimbrias, nec „tamen ſedeat ultimo loco, ſemper obſervet „reſpectum, qui huic loco antiquiſſimo de„bitus eſt. In tractandis hoſpitibus non ſit „prodigus, ſed frugalis juxta decentiam re„ligioſam, exiſtant potius manus ipſius „apertæ pauperibus, nam diſcretæ elee„moſynæ non depauperant, ſed magis di„tant, & quæ neceſſitatibus monaſterii ſu„perſunt, ad pauperes, & pios uſus perti„nent. Jura monaſterii ſedulo defendat; „quæ annuatim acceperim, & expenderim, „rationes deſuper confectæ oſtendunt; mo„dus, quem obſervavi circa œconomiam „aliunde notus eſt, nec multa ſuperadden„da ſcio. Invenietur aliqua pecunia non „ex avaritia, ſed in omnem eventum neceſ„ſitatis collecta; reliquo liberum, an inde „velint dare aliquid illis, qui modo ſunt in „meis ſervitiis, & ſalariis, ut etiam infime „conditionatus in mei memoriam accipiat „unum Imperialem, ſed cum obligatione „pro me orandi. Nunc tibi o domus meæ „Profeſſionis! gratias ago, quod per ſa„cram profeſſionem me receperis, tot annis „ſuſtinueris, & alimenta ſubminiſtraveris, „& utinam tamdiu magis profuiſſem! nunc „rogo hanc gratiam, ut me mortuum in ſi„num Eccleſiæ tuæ ſepeliri ſinas, & quidem „ad altare Carmelitarum, ut jaceam ad pe„des ejus, cui poſt Deum me obligatiſſimum „ſemper agnovi, & agnoſco; volo autem, „ut in ſepulchro non ſolum corpus emor„tuum, ſed poſtea corporis oſſa, dein oſ„ſium pulveres, & ultimo, ſi quæ eſſe poſ„ſunt, umbræ pulverum, laudent & bene„dicant Deum. Reſtat nunc, ut porrecta „manu vobis, o Confratres mei chariſſimi! „valedicam, & quia pauper, & inops ſum, „& benedictionem non habeo, ſaltem facio „ſuper vos ſacram benedictionem, & dico: „Benedicat vos Pater, benedicat vos Filius,

„benedicat vos Spiritus Sanctus, Amen. „Sit inter vos semper charitas fraterna, nam „ubi charitas, ibi Deus est, amate disci„plinam, proficite semper in bono, defici„te semper in malo; in futura electione „Deum, & conscientiam vestram præ ocu„lis habete. Denique etiam vobis omni„bus, & singulis creaturis valedico, & hoc „solum efflagito, ut mei loco, & mei nomi„ne semper laudetis, & honoretis Deum, „qui est major omni laude, & omni honore. „Amen. Hucusque tenor spiritualis testamenti; cui ad huc superaddere volumus pro notitia, quod hisce primum diebus a nobis repertum fuerit aliquod manuscriptum, in quo supradictus confrater fide dignus fatetur, se hoc testamentum spirituale in originali vidisse; nos quidem illud hactenus non vidimus, sed copiam relictam in extenso dedimus.

XXXI. Atque anno 1702. 21. Maji pie obiit, ante aram B. V. de Carmelo cum inscriptione sepultus.

Acta autem sunt hæc 10ma mensis Maji, qua die, ut supra retulimus, Edmundus Abbas extremis morientium mysteriis in corona fratrum fuit provisus. Tandem hic optimus Præsul perdurans in hac animi, & & corporis præparatione usque ad 21mam mensis Maji, qua die circa horam 12mam nocturnam, quo tempore alias haud infrequenter ad nocturnas vigilias surgere consueverat, piissime in Domino obdormit, quæ mortis dies incidit in Dominicam ante ascensionem Domini, postquam complevit supra mensem annos septuaginta, & unum in religione 49. ferme Jubilæus in sacerdotio 47. & in regimine Abbatiali fere viginti novem. Die 27ma mensis currentis consueto, & competenti ritu corpus defuncti sepulturæ datum juxta altare Carmelitarum. Functiones omnes in pontificalibus peregit Reverendissimus Dominus Josephus Abbas Michaelburanus; concionem funebrem ex S. Pulpito adornavit P. R. D. P. Vitalis Wallich professus Admontensis t. t. Confessarius ordinarius in Nonnenberg, & Celsissimi Principis &c. Consiliarius Ecclesiasticus sub themate ex cap. Eccli. 47. v. 12. *Ornavit tempora usque ad consummationem vitæ.* Denique totum vitæ cursum hujus Præsulis, qui in æterna pace requiescat, in compendio exhibet sequens Epitaphium, quod eleganti structuræ marmoreæ prope altare B. V. de monte Carmelo inscriptum est sequenti tenore:

Auscultа Viator!
Vocalissimus hic lapis est, ut clamat marmoreus Præco,
Hic situs est
E D M U N D U S
Abbas Sancti Petri
Norma Præsulum, Delicium Principum,
Provinciæ Columen,
Academiæ Tutela, subjectorum Pater
Bonorum omnium desiderium.
Vixit inter sapientes Solon, in providos Numa,
Inter magnanimos Cato, inter æquos Lycurgus,
Inter constantes Regulus, inter beneficos Evergeta.
In Monasterio San-Petrensi, quod vetustum invenit,
Nihil reliquit vetustum præter sanctitatem, & germanum candorem.
Nam cætera illius sic innovavit ædificiis;
Ut recens condidisse potius, quam antiquum restaurasse videatur.
Præsertim Divorum Ruperti, & Virgilii cultum
Summa Religione, S. suppellectilem summa Magnificentia, rem domesticam summa solertia auxit.
Denique tot rebus gestis desivit esse mortalis anno æt. 71. initæ dignitatis 29.
Christi 1702. 21. Maji.
Qua die
Petrus iterum flevit amare
Nunc abi Viator, & dic cum gemitu:
Vixit heu
E D M U N D U S
Pater noster
†

Effigies Domini Abbatis Edmundi ipso adhuc vivente in cupro excisa fuit cum sequente subscriptione:

Edmundi cernis vultum, frontisque nitorem
Ingenii dotes pingere nemo potest.
Religio, pietas, candor, gravitasque modesta
Spectari solo lumine montis amat.

XXXII. Sub hoc de Abbate floruerunt tres Patres Mezgeri primus P. Franciscus,

Priusquam ad successorem Domini Abbatis Edmundi transeamus, operæ pretium esse ducimus, ut specialis fiat memoria de tribus nostris æstimatissimis, & meritissimis Confratribus, tribus fratribus germanis P. Francisco, P. Josepho, & P. Paulo Mezgeris, qui equidem sub regimine Domini Alberti Abbatis ad monasterium suscepti, & in ejus manus professi sunt, & jam sub D. Amando Abbate radios doctrinæ suæ spargere incipiebant, maxime tamen sub D. Abbate Edmundo doctrina, & editis libris inclaruerunt, orbi litterato non penitus incogniti; unde & illos magnum illud litteratorum lumen Joannes Mabillonius, dum ex Gallia in Germaniam proficisceretur, & pariter Salisburgum veniret anno 1683. ad monasterium nostrum hospes gratissimus, non tantum amice cum hisce tribus litteratis conversari; verum etiam in descriptione sui itineris, in Germaniam suscepti, dictos Patres Mezgeros non vulgaribus elogiis extollere haud est dedignatus. Ubi etiam de amico litigio, eoque litterario mentionem facit Mabillonius, quod videlicet ipsius sententia de S. Ruperto, antiquissimæ traditioni

ni noſtræ Salisburgenſi minime conforma, a P. Joſepho Mezgero anno immediate præcedenti videlicet 1682. qui annus Salisburgenſibus undecima vice ſæcularis erat, *amice* ſic enim ipſe Mabillonius loquitur, fuerit impugnata, ut infra dicemus. Primus ex his tribus litteratis erat P. Franciſcus Mezgerus Ingolſtadianus Bojus, Diœceſis Eyſtadianæ, nobilibus ortus parentibus, Patre viro Clariſſimo, & Jurium Doctore Joanne Chriſtophoro Mezger ob miram doctrinam per Romanum Imperium celeberrimo, matre Domina Maria Menzlin; natus die 25ta Octobris anno 1632. in noſtro monaſterio profeſſus octava Septembris die anno 1651. Sacerdos ad aras ſtetit decima quarta Januarii anno 1657. Prima vice in hujate Univerſitate philoſophiam docuit ab anno 1659. usque ad annum 1661. Præſes etiam religioſorum convictorum, & in dicta Univerſitate conſtitutus Secretarius. Anno 1663. altera vice Profeſſor Philoſophiæ conſtituitur, poſt biennium SS. Theologiæ Doctor creatus cathedram philoſophicam cum theologica permutans caſus conſcientiæ publice prælegit ab anno 1665. usque ad annum 1668., infra quod tempus anno nimirum 1667. Juris utriusque laurea fuit inſignitus: poſt triennium in docenda theologia morali exactum domum rediens religioſis fratribus Director præficitur. Anno 1671. a Reverendiſſimo Domino Benedicto Abbate Ettalenſi tertia vice ad docendam philoſophiam petitus eo abiit, poſt biennium autem reverſus anno 1673. a tunc neo-electo D. Edmundo Abbate Perilluſtri parthenoni in Nonnberg S. Ordinis noſtri monialibus confeſſarius Ordinarius præſentatus, & conſtitutus fuit; in quo munere plures exegit annos, ſed anno 1681. ad Univerſitatem iterato pro docendis fidei controverſiis, & explanandis SS. paginis ablegatur, in qua utraque cathedra ſtetit usque ad annum reſpective 1688. hoc enim anno penitus doctioni publicæ valedixit, & rurſus in monaſterio Novitiorum magiſtrum egit, & religioſorum fratrum Directorem. Denique meritis, & virtutibus clariſſimus atque cœlo maturus ex hac vita tranſiit anno 1701. undecima Decembris die anno æt. ſuæ 69. completo, Profeſſus Jubilæus. Exſtant ab hoc viro partus litterarii in omni genere eruditionis, qui etiam plerique typis prodiere, & etiamnum in multorum manibus cum æſtimatione, & fructu teruntur. Sunt autem hæc ſequentia opuſcula (prætermiſſis multis aliis pretioſis ab hoc viro manuſcriptis) typis ingreſſa, quorum catalogum, quantum nobis conſtat, tam ad memoriam tanti viri, quam & poſterorum ſequelam merito adnectimus:

Theologica.

Caſus theologicus de conſcientia dubia. Impr. Salisb. 1688.

Caſus theologicus de conſcientia erronea. Eodem anno Salisb.

Aſcetica.

Ex quibus aliqua ex Italico aut Gallico idiomate transtulit, aliqua autem ipſemet compoſuit.

Via regia Juventutis ad veram ſapientiam ex Ital. in Lat. Francofurti anno 1699. in 12.

Dioptra Politices Religioſæ auth. le Contat ex Gall. in Lat. in 8. impreſſ. Salisburg. 1694.

Incrementa Divini amoris ex Gall. in Lat. in 12. Salisb. 1675.

Exercitia pro neo-profeſſis in 12.

Philoſophia ſacra. Salisburgi in 12. anno 1663.

Meditationes per annum in 4. partes diſtinctæ anno 1695. ex Gall. in Lat. auth. le Contat.

Ejusdem auth. Exercitia ſpirituália pro 10. diebus ex Gall. in Lat. Salisb. anno 1695.

Philoſophica.

Philoſophia rationalis rationibus explicata. Anno 1686.

Anima rationibus philoſophicis animata & explicata, 1661.

Manuale philoſophicum in 12. anno 1665.

Homo microcoſmus in 4to eodem anno.

Diſcurſus Logici, in 8vo anno 1661.

Theſes Philoſophicæ in 8vo.

Imperium animæ per ſeptem theorias comprehenſum.

Hiſtorica.

Annus Benedictinus pro ſingulis diebus per annum ſancti noſtri Ordinis in 8vo 1690. partes 2.

Continuatio hiſtoriæ Salisburgenſis, in fol. anno 1692.

Oratoria.

Orationes Academicæ in 4to Aug. Vindel. 1700.

Corolla triginta Orationum Mariano-paræneticarum in 8. 1698.

XXXIII. Secundus P. Joſephus ejusdem nominis,

Secundus ordine nativitatis, & religioſæ Profeſſionis inter tres Fratres Mezgeros fuit P. Joſephus, natus Euſtadii 5ta Septembris die anno 1635., ſocius in religioſa profeſſione P. Franciſci, germani fratris, 8va Septembris anno 1651. Neomyſta primum ſacrificium obtulit per diſpenſationem ipſis calendis Januarii 1659. docuit in Univerſitate Poëſin per annum, & inde reverſus ad monaſterium Novitiorum magiſtrum egit, anno autem 1661. Subprior conſtitutus. Ab anno 1662. usque ad annum 1664. Philoſophiam docuit, & abſoluto curſu Præſes Marianæ congregationis declaratur; ad initium anni 1665. laurea Theologiæ inſignitus, eodem adhuc anno controverſias fidei docere cœpit: poſt biennium anno 1667., poſt adeptam ex Jure utroque lauream, SS. Canones publice eſt interpretatus usque ad annum 1673. Poſt novam electionem DD. Edmundi Abbatis, antea Prioris, anno 1673.

secunda Decembris die in Capitulo Prior fuit declaratus, iri quo munere simul S. Scripturam ab anno 1673. usque ad annum 1681., & simul secunda vice controversias fidei ab anno 1673. usque ad annum 1678. docuit, anno autem 1674. Universitatis Procancellarius denuntiari meruit, quam spartam usque ad annum mortis 1683. retinuit. Hoc etenim anno ad initium vacationum octava Septembris die P. Josephus Prior cum licentia D. Abbatis, qui equidem tam longum iter ob jam latentes in corpore sui P. Prioris infirmitates dissuasit, ad B. Virginem Einsidlensem proficisci cogitans, etiam iter aggressus est, in monasterio autem celeberrimo Weingartensi jam periculose coepit decumbere. Ast rursus sanitati restitutus devotionem suam ad Beatissimam Virginem Einsidlensem prosequi volens, Deo aliter disponente, in Principali monasterio S. Galli recidivus factus, advenientibus ad defectum hecticum, quo laborabat, convulsionibus internis post omnia tam spiritualia, quam temporalia media adhibita, post tres septimanas inter manus ipsius Illustrissimi, & Reverendissimi Principis ad S. Gallum 16ta Octobris die in translatione S. Amandi piissime defunctus est, ibidemque sepultus. De charitate, quam infirmo, & defuncto huic confratri nostro hoc celeberrimum, & Principale S. Ordinis nostri in Helvetia monasterium exhibuit, Sanctus Petrus gratam, ac perennem fovet memoriam. Erat caeteroquin P. Josephus, Prior noster, & Universitatis Procancellarius, vir omni laude a posteris celebrandus, monasterii nostri tam in virtutibus quam & Doctrina ornamentum. Obiit anno aet. suae 49. incompleto, longiori vita dignissimus. Hujus viri doctrinam, & eruditionem commendant relicta quaedam ipso authore opera typis impressa in omniscientiarum genere, quorum catalogum subnectimus:

Theologica.

Institutiones in SS. Scripturam in 12. anno 1680.

Cornu parvulum Danielis, seu disputatio controversistica & scripturistica de Antichristo, anno 1677.

Juridica.

Tabula bipartita successionis Ecclesiasticae tam ex testamento, quam ab intestato, in 4to 1670.

Panacaea juris; sive remedium universale restitutionis in integrum, anno 1673.

Historica.

Opus praecipuum in folio: *Historia Salisburgensis*, quam morte praeoccupatus non nisi usque ad finem libri IV. perduxit; porro autem a fratribus germanis Francisco, & Paulo confratribus nostris ad finem perducta, anno 1692.

Philosophica.

Considerationes de scientiis, & modis sciendi in communi, in 4to 1664.

Axiomata physica quaestionibus problematicis distincta, in 4to eodem anno.

Quatuor gradus naturae &c. in 4to 1664.

Unitas & distinctio rerum, in 4to eodem anno.

Theses menstruae variae.

Orationes Academicae, in 4to.

Annus Mariano-Benedictinus (sive sancti menstrui, qui in Congreg. B. V. distribui solent) a P. Josepho incoeptus, sed a P. Francisco continuatus. Et haec de Josepho Mezgero.

XXXIV. Tertius P. Paulus Mezger; tres germani fratres, & nostri monasterii confratres;

Tertius denique inter hos germanos fratres erat P. Paulus Mezger Eustadianus. In hanc lucem iisdem parentibus natus 23. Novembris anno 1637. in S. Regulam autem nostram per solemnem professionem juravit eadem, qua natus est, die, anno 1653. absolutis philosophicis, & theologis studiis per dispensationem sacerdos factus primam missam celebravit anno 1660. Nondum sacerdos in Universitate Rudimenta docuit ab anno 1669., pariter Grammaticam ab anno 1660. Uno anno, & aequali temporis spatio Syntaxin & Poesin, Concionator etiam infra hoc tempus aulae Academicae. Rhetoricam postquam docuisset duobus annis, videlicet ab anno 1664. usque ad annum 1666. ad gremium monasterii reversus eodem anno in monasterio Magister Novitiorum, & juniorum fratrum Director constituitur, atque simul penes haec officia in monte Monialium Nonnenbergensi concionatorem egit. Ab anno 1668. in Universitate Philosophiam docuit, quo biennali cursu finito ad celeberrimum monasterium Gottwicense in Austria inferiori ad profitendam eandem disciplinam rogatus, & requisitus 18. Oct. anno 1670. Salisburgo discessit, & anno 1672. 9ma Nov. die denuo reversus. Anno 1673. SS. Theologiae Doctor creatus, eodem anno in renovatione studiorum SS. Theologiae Professor, & Praeses majoris congregationis constituitur. Anno 1681. post octo annos primum cursum Theologicum cum laude absolvit, & secundum iterato incoepit, eodem quoque anno Vice-Rector, & anno 1683. post mortem germani fratris Josephi Procancellarius Universitatis declaratur. Anno 1688. postquam annis omnino quindecim SS. Theologiam docuisset, denominatus est Professor SS. Scripturae, & controversiarum fidei, quo longioris doctionis tempore scriptis, & libris orbi litterario inclaruit, & etiamnum tanquam veteranus Theologicarum disciplinarum Magister a viris doctis aestimatur. Tandem anno 1700. corpore in senectutem declinante, & viribus decrescentibus Theologicam Cathedram resignat, & solo Procancellariatus munere retento ad monasterium rediit, in quo hic vir clarissimus post biennium

nium omnium infirmorum ſacramentis rite munitus extremum vitæ diem clauſit 12 a Aprilis die anno 1702. anno æt. ſuæ 64. completo, ſepultus in Eccleſia S. Viti in cornu Evangelii. Ne autem tanti viri libros, & impreſſa doctrinæ ſpecimina præteream-mus, eorum ſeriem damus, quæ typis impreſſa ſunt, hujusque celebratiſſimi authoris ſumma de re litteraria merita commendant.

Theologica, Sacro- & Profano-Hiſtorica.

Longiores eſſemus in recenſendis opuſculis, & theſibus impreſſis quarum ultra viginti exſtant, harumque autor, & Præſes erat P. Paulus Mezgerus, ex quibus autem coaluit *Opus Theologicum* duobus voluminibus diſtinctum, impreſſum Auguſtæ Vind. anno 1695. quod etiamnum in manibus Profeſſorum, & diſcipulorum non ſine magna commoditate teritur.

Aliud volumen in fol. anno 1700. Hiſtoria gentis Hebraicæ.

Continuatio hiſtoriæ Salisburgenſis, in fol. 1692.

Philoſophica.

Somnia Philoſophorum de poſſibilibus, & impoſſibilibus, 1670.

Contemplationes philoſophicæ magnæ Urbis cœleſtis, & elementaris. Eodem anno.

Mercurius Logicus, anno 1671.

Oratoria.

Sicut P. Paulus Mezgerus erat inſignis Concionator, & Orator, ita etiam exſtant plura opuſcula, quæ ipſius eloquentiam tam ſacram, quam profanam teſtantur, & primo quidem ſcripſit Specula Marianæ devotionis, anno 1677.

Orationes academicas, Salisburgi in 4to. 1700.

Orationes parthenias, 1689.

Problemmata in promotionibus academicis, 1700.

XXXV. Quos etiam autoritas Mabillonii, dum anno 1683. ex Gallia Salisburgum venit, commendat.

Haſtenus congeſſimus ea, quæ de noſtris tribus venerandiſſimis Confratribus, & germanis fratribus Patribus Mezgeris in noſtris documentis domeſticis invenimus ſcripta, atteſtantibus nobis tot variis operibus ab hiſce viris in lucem publicam editis. His omnibus ſuperaddimus authoritatem Viri doctiſſimi, & eruditiſſimi R. P. Joannis Mabillonii Presbyteri, & Monachi Ord. S. Benedicti e congregatione S. Mauri in Gallia, qui anno 1683. dum in Germaniam fuit profectus, atque pariter Salisburgum venit, hos prædictos tres fratres germanos, & Patres Mezgeros non tantum hic ad S. Petrum in monaſterio inviſere, verum & non ſine elogio poſteritati commendare dignatus eſt. Legimus deſcriptionem itineris, quod in Germaniam ſuſcepit Mabillonius anno dicto 1683. in veteribus analectis juſto volumine *Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.* comprehenſis, & editis anno 1723. Pariſiis pag. nobis undecima col. 2. ubi Mabillonius poſt varias ſui itineris deſcriptiones ſic loquitur: „Salisburgum pervenimus ipſa die „28. Auguſti hoſpitati in percelebri Abbatia „Sancti Petri, ubi omnis nobis humanitas „exhibita eſt a Religioſiſſimo Abbate, cæ„terisque cœnobitis, præcipue R. P. Joſe„pho Mezgero Priore, atque Univerſitatis „Procancellario, quem litteris antea nove„ramus.„ Poſtea deſcribit Salisburgum, & quæ ab ipſo acta, & viſa fuerunt hiſce verbis: „Salisburgum, ait, civitas eſt ad „Salam haud ignobile flumen, a quo nomen „traxit, olim Juvavium appellata. Sita eſt „in angulo Bavariæ, acceſſu difficilis, nec „minus valida prominentium montium ex„celſis jugis, quibus veluti muris cingitur. „Ædes habet ampliſſimas, & elegantes, „quibus longe præcellit Palatium Principis, „id eſt, Archiepiſcopi. Nam ab aliquot „ſæculis Salzburgum eſt caput Principatus, „cujus ditio milliaribus germanicis fere vi„ginti octo in longum, quatuordecim in la„tum porrigitur. Eximia eſt Baſilica S. Rud„perti (dominum appellant) marmore, & „lapidibus quadratis magnifice exſtructa, ac „tabulis cupreis cooperta. Inſignis etiam „Eccleſia monaſterii S. Petri, quæ Sancti „Rudperti quondam ſede, ac tumulo illu„ſtrata eſt urbem vero ſuo ſitu validiſſimam „munit arx in prærupto monte poſita, ad „quam calle non niſi anguſto, & ſupino „itur, duplex marmorum ambitus, muni„tiſſimæ turres, aliaque præſidia eam in„expugnabilem reddunt. Poſtridie quam „eo acceſſimus, Principem ſalutavimus, „datis litteris ab excellentiſſimo Chriſtianiſ„ſimi Regis Legato Gravellio, cui is inter „amicos eſt. Mirati ſumus ingens Princi„pis ſatellitium, & aulicorum comitatum „inſignem. Nempe apud germanos Prin„cipes, uti quondam, teſte Tacito, ſic et„iam nunc *hæc dignitas, hæ vires, magno ſem„per electorum Juvenum globo circumdari; in „pace decus, in bello præſidium.* Inde Illuſtriſſimum Guilielmum Fürſtenbergenſem, Ma„gni Fernandi Monaſterienſis germanum „fratrem, majorem Eccleſiæ Decanum con„venimus, virum, in quo modeſtia, & hu„manitas cum aliis virtutibus certant. Ille „nos latine primum, deinde gallice affatus, „gratiſſimas habuit litteras, quas nomine „Illuſtriſſimi Domini Verjutii ipſi porrexi„mus: de majoribus Eccleſiæ monumentis, „& libris ſciſcitantibus reſpondit, nihil ſu„pereſſe a nuperis incendiis: ſi quid ex ea „urbe ſperandum, id in monaſterio S. Petri „reliquum eſſe: & quidem ibi ampliſſimam „novorum librorum copiam invenimus, & „aliquot manuſcripta quorum unum eſt, „Hieronymi expoſitionem in Proverbia, Ec„cleſiaſten, aliosque ſacros libros continens „ex dono Arnonis Archiepiſcopi. Hoc mo„naſterium non minus pietate, quam ſcri„ptis ſuis tunc ornabat D. Joſephus Mezge-

„rus Prior mox laudatus, & ipſe Univerſi-
„tatis Salzburgenſis præcipuum ornamen-
„tum: quocum amicam diſputationem ha-
„buimus de ætate S. Rudperti Epiſcopi, &
„Apoſtoli ſui, quam integro ſæculo ſerius re-
„tuli contra vulgatam opinionem. Senten-
„tiam hac de re meam expoſui in tomo ter-
„tio de actis Sanctorum noſtrorum, quam
„ille in hiſtoria Salisburgenſi, quæ ſub pre-
„lo tunc verſabatur, amice impugnavit.
„Sunt ipſi trini fratres Mezgeri, omnes Re-
„ligioſi ad S. Petrum, hic quidem Prior, &
„Univerſitatis Procancellarius, nam Cancel-
„larii titulum Princeps retinet, alter Deca-
„ni, tertius Pro-Rectoris dignitatem ha-
„bet.

„Animæ, quales neque candidiores
terra tulit.

„Sed ille triplex nodus nuper heu ſolutus
„eſt, Joſepho amico noſtro ſub finem Octo-
„bris mortuo ad S. Gallum, ubi ex pulmo-
„nis vitio decubuit, dum ſacram eremum,
„nempe Einſidlenſem voti cauſa peteret.„
Hæc Mabillonius, & poſtquam alia deſcri-
bit, quæ vidit in Univerſitate, in- & ex-
tra civitatem Salisburgenſem, tandem
concludit: „Reverſi in urbem„ (die 2.
Sept. ex horto Hellenbronnenſi; uti ex
præcedentibus colligitur) „poſt prandium
„cum multa gratiarum actione a S. Petri
„monaſterio diſceſſimus, onuſti libellis, &
„munuſculis, quæ nobis Mezgeri fratres
„contulerunt.„ Hæc de noſtris PP. Mez-
geris tam ex manuſcriptis, & documentis
domeſticis, quam ex teſtimonio P. Mabillo-
nii dicta ſufficiant, & univerſim de auſpica-
to 29. annorum regimine DD. Abbatis ED-
MUNDI.

CAROLUS,
ABBAS AD S. PETRUM LXXIII.
AB ANNO 1702. USQUE AD ANNUM 1704.

I. Jam interceſſit mors teſtatoris, poſtquam optimus Abbas EDMUNDUS ſupremum vitæ diem clauſit, & brevi ante mortem anno ſupra notatu teſtamentum ſpirituale condidit, quo condito, & in morte completo relicti orphani de eligendo novo monagendo Abbate ſollicitus poſt requiſitas diſpoſitiones,

Vidnatus conventus de novo eli-

monaſterii Patre, & Præſule ſolliciti humillimis precibus petierunt diem a Celſiſſimo Principe, & Archiepiſcopo tunc glorioſiſſime regnante Joanne Erneſto Thunio futuræ electioni præfigendam; & cum ſtatuta fuerit vigeſima dies menſis Junii, 18va ejusdem Dominica infra octavam Corporis Chriſti V. Conventus unitis precibus ſub expoſitione ſanctiſſimi Altaris Sacramenti per ſeptem horas orabat ad Dominum, ut eligat unum ex his, virum ſecundum cor ſuum, quibus precibus publice ad hunc finem inſtitutis præter plures confraternitates, alii quam plurimi fideles interfuerunt. Igitur non tantum ad novam electionem citati convenere confratres expoſiti, ſed pridie ipſe advenit Celſiſſimus Princeps Joannes Erneſtus cum Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Domino Maximiliano Comite de Scherffenberg Eccleſiæ Cathedralis Præpoſito, & Conſiſtorii Præſide, nec non Dominis Conſiſtorialibus D. Joanne Buck, & D. Wolfgango Kerſchbaumer, quos omnes Venerabilis Conventus cum cruce conventuali excepit, & usque ad locum electionis deduxit: facta ibi propoſitione omnes abire juſſi, & examen primo ſubiit R. P. Prior, quem reliqui ſequebantur; quod examen finitum media undecima matutina, poſt cujus finem Venerabilis Conventus rurſus comitabatur Celſiſſimum Ordinarium cum cruce conventuali ad portam usque Reſidentiæ intra clauſtra monaſterii noſtri ſitam. Vigeſima Junii die, quæ erat dies Martis poſt perſolutas omnes horas canonicas hora octava advenere clementiſſime deputati DD. Commiſſarii, Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Comes de Scherffenberg Præſes Conſiſtorii, & D. Joannes Buck Cancellarius cum D. Wolfgango Kerſchbaumer Secretario, in quorum præſentia, poſtquam ad portam monaſterii excepti, & ſub cruce conventuali ad noſtram Eccleſiam fuerunt deducti, officium de Spiritu Sancto a Reverendiſſimo Domino Joſepho Abbate Michaelburano miniſtrantibus eidem noſtris Religioſis de conventu celebratum fuit, qui, ſicut alii ſub officio ſacra ſynaxi ſunt refecti. Officio finito per cuſtodem monaſterii crida electionis ultima vice fuit promulgata, poſt cujus promulgationem decantato prius hymno *Veni S. Spiritus*, ad locum electionis, majorem colloquii ſtubam proceſſerunt tam Commiſſari, quam Religioſi eligentes, qui jam de novo Abbate eligendo tractabant in hoc ſpectabili conſeſſu, in præſentia ſupradictorum DD. Commiſſariorum, nec non Reverendiſſimorum Præſulum Joſephi Michaelburani, Columbani Seonnenſis nec non Magnifici D. P. Rectoris Gregorii Weinperger Cremifanenſis Scrutatorum, & tertium P. Vitalis Admontenſis p. t. Confeſſarii in Nonberg, & P. Ottonis Aicher San-Vitenſis Ethices, & Hiſtoriarum Profeſſoris. Fuerunt autem eligentes numero viginti ſeptem ſequenti ordine, ex quibus undecim numeramus, qui ante annos viginti-novem in ultima electione Abbatiali vocem activam habuerunt:

P. R. P. Paris a Lerchenfeld, Prior.
R. P. Joachimus Stegbuechner, Subprior & Senior.
P. Albertus Schrenck.
P. Joannes Stegbuechner.
P. Laurentius Helmreich.
P. Vitalis Mozl.
P. Petrus Wolgſchaffen.
P. Anſelmus Mayrliſer.
P. Wolfgangus Schaz.
P. Bernardus Freiſauf.
P. Rupertus Stockhamer.
P. Edmundus Orban.
P. Mainradus Kranzinger.
P. Benedictus Wekarlin.
P. Maximus Scherzhauſer.
P. Antonius Mayr.
P. Carolus Schrenck.
P. Oddo Dallinger.
P. Joſephus Köllinger.
P. Maurus Haslinger.
P. Placidus Mayrhauſer.
P. Romanus des Champs.
P. Amandus Hauman.
P. Bonifacius Zumdam.
P. Gregorius Schattenlechner.
P. Virgilius Leutner.
Fr. Marianus Viechter, Diaconus.
Frater Godefridus Kröll, & Fr. Æmilianus Moshamer, nondum erant Sub-Diaconi, & ideo in hoc actu electionis non præſentes.

II. Eodem anno, ut probat electionis inſtrumentum, 20. Junii elegit P. Carolum Schrenck.

Ex hoc religioſorum Confratrum cœtu poſt collecta, & numerata a DD. Scrutatoribus vota repertum fuit P. R. R. & Clariſſimum Dominum P. Carolum Schrenck hujus monaſterii expreſſe profeſſum, SS. Theologiæ Doctorem, ejusdemque in alma, & Archiepiſcopali Univerſitate Profeſſorem Ordinarium ac Vice-Rectorem, Celſiſſimi Principis, & Archiepiſcopi Salisburgenſis &c. &c. Conſiliarium Eccleſiaſticum per unanimia, id eſt viginti ſex vota electum fuiſſe, plura licebit colligere ex inſtrumento electionis authentico Notarii fide roborato, cujus tenorem per extenſum damus:

In Chriſti nomine. Amen.

„Tenore præſentis publici inſtrumenti cuntis id ipſum videntibus pateat evidenter, & ſit notum, quod anno a nativitate „ejusdem milleſimo ſeptingenteſimo ſecundo, Indictione Romana decima Pontificatus Sanctiſſimi Domini noſtri Domini Clementis Divina providentia Papæ Undecimi „anno ſecundo, regnante vero Sereniſſimo, „Potentiſſimo, ac Invictiſſimo Principe ac „Domino Domino Leopoldo hujus nominis „Primo Romanorum Imperatore ſemper „Auguſto, regiminis ejusdem quadrageſimo quarto die Martis, quæ erat vigeſima „hujus menſis currentis Junii, in antiquiſſi-

„mo monaſterio S. Petri Ord. S. Benedicti „civitatis, & Diœceſis Salisburgenſis ad „preces Celſiſſimo, & Reverendiſſimo Prin„cipi, ac Domino Domino Joanni Erneſto „Archiepiſcopo Salisburgenſi, Sanctæ Se„dis Apoſtolicæ Legato &c. Domino, & Or„dinario ſuo Clementiſſimo per P. Priorem, „& cæteros conventuales præfati monaſte„rii humillime porrectas pro impetranda in „locum demortui Revmi. Domini Edmundi „ultimi, & immediati Abbatis ibidem, no„va, & libera electione, factaque ipſis de„ſuper Clementiſſima conceſſione Revmus & „Illuſtriſſimus Dominus Maximilianus Co„mes, & Dominus de Scherffenberg Me„tropolitanæ Salisburgenſis Eccleſiæ Præ„poſitus, & Archipresbiter, alte memora„ti Celſiſſimi, & Reverendiſſimi Archiepi„ſcopi, & Principis Conſiliarius intimus, „ejusdemque Archiepiſcopalis Conſiſtorii „Præſes, nec non Plurimum Reverendus, „Nobilis, & Clariſſimus Dominus Joannes „Buck J. U. D. modo dicti Conſiſtorii Metro„politici Cancellarius, & B. M. V. ad nives „hic Salisburgi Canonicus, ab eadem Re„verendma. ſua Celſitudine, ceu loci Ordi„nario Clementiſſimo, ad ſubſequentem a„ctum deputati Commiſſarii, ad actum ele„ctionis futuri Abbatis in locum prioris de„mortui via, jure, & forma legitimis pro„ceſſerunt, atque inprimis omnibus, & ſin„gulis ſua intereſſe putantibus publice voca„tis, informationem in tali actu tam de ju„re, quam de conſuetudine diœceſis Salis„burgenſis requiſitam, ac ſolitam inſtitue„runt, omnes, & ſingulos conuentuales „ſeorſim vocantes, & examinantes, die „demum Martis ante memorata, cantata „prius per Reverendiſſimum, & Ampliſſi„mum Dominum Joſephum Abbatem ad S. „Michaelem in Peurn de Sancto Spiritu miſ„ſa, ſub qua anteſati P. Prior, & Conven„tuales præmiſſa ſacra confeſſione ſacra„mentum ſanctiſſimæ Euchariſtiæ ſumpſe„runt, univerſisque, ac ſingulis ſua inter„eſſe putantibus ex cancellis ejusdem Ec„cleſiæ per Reverendum, & doctiſſimum P. „Maurum Haslinger hic ad S. Petrum pro„feſſum denuo vocatis prænominati DD. „Commiſſarii &c. ad locum electionis deſti„natum ſeſe contulerunt, ibidemque com„parentibus omnibus, & ſingulis conven„tualibus in dicto monaſterio profeſſis, vo„cem activam, & paſſivam habentibus (ex„ceptis Patribus Joſepho Köllinger p. t. Co„operatore in Abbtenau, & Romano des „Champs p. t. Cooperatore in Wietting, „quorum tamen procuratoria reſpective P. „Joachimo Stegbuechner Subpriori & P. Al„berto Schrenck Præpoſito in Wietting da„ta pro ſufficientibus, & legitimis accepta„ta fuere) præfati Domini Commiſſarii præ„ſentibus Reverendiſſimis, & Ampliſſimis „Dominis ſupra dicto Joſepho, & Columba„no reſpective in Beurn & Seeon Abbatibus, „nec non Plurimum Reverendo, Clariſſimo „ac Magnifico Domino ac P. Gregorio „Wimbperger SS. Theol. Doctore, Celſiſ„ſimi, ac Reverendiſſimi Domini Archi„epiſcopi, & Principis Salisburgenſis Con„ſiliario Eccleſiaſtico, ac Univerſitatis Sa„lisburgenſis Rectore juxta unanimem Ca„pitularium requiſitionem, & petitionem „(quibus omnibus, & ſingulis per viam „ſcrutinii incedere placuit) in ſcrutatores „hujus negotii aſſumptis, meque Notario, „& teſtibus per Patrem Priorem nomine to„tius Capituli deſuper legitime requiſitis, „nec non proteſtatione de non admittendis „inhabilibus præmiſſa, facta prius per ſu„pra nominatum Dominum Cancellarium „Joannem Buck exhortatione, omnibus, „& ſingulis eligentibus juramentum corpo„rale detulerunt, quod omnes accepta„runt, ſinguli quoque (quorum univerſim „unacum procuratoribus ſupradictis viginti „ſeptem fuere) ad ſancta Dei Evangelia ju„rarunt, quod ſecundum Deum, & con„ſcientiam ſuam in illum ſua vota directuri „ſint, quem ſuo monaſterio magis utilem „reputabunt, eadem vota ſua in quadam „ſcheda fideli alterius manu ſcripta ſacro „calici juxta ſupra nominatos DD. Commiſ„ſarios, & ſcrutatores menſæ appoſito im„poſuerunt, quibus omnibus poſtmodum „collectis, & numeratis, atque a DD. Scru„tatoribus, & me Notario, ac teſtibus ac„curate conſignatis, & conſcripti repertum „fuit Admodum Reverendum, & Clariſſi„mum Patrem Carolum Schrenck hujus „monaſterii expreſſe profeſſum SS. Theol. „Doctorem, ejusdemque in alma, & Ar„chiepiſcopali Univerſitate Salisburgenſi „Profeſſorem Ordinarium, ac Vice-Recto„rem, Celſiſſimi, ac Reverendiſſimi Domi„ni Domini Archiepiſcopi, & Principis Sa„lisburgi Conſiliarium Eccleſiaſticum, Vi„rum eruditione, & doctrina, vitæque, & „morum integritate, tum in ſpiritualium, „tum temporalium rerum adminiſtratione „exercitatum, induſtrium, & perſpicuum, „nulloque impedimento canonico irreti„tum, per unanimia, viginti utpote ſex „vota, electum eſſe. Proinde præfati Do„mini Commiſſarii &c. facta ſtatim humilli„ma relatione Celſiſſimo Principi, ceu loci „Ordinario, habitaque Celſitudiuis ſuæ cle„mentiſſima mente omnibus eligentibus vo„catis, & in antiquo electionis loco rurſus „comparentibus electionem, uti canonice „factam, acceptarunt & approbarunt, nec „non ad petitionem omnium, & ſingulorum „capitularium electum per unanimia vota in „ipſo electionis conclavi publicarunt, & a „Domino Electo conſenſum requiſiverunt, „quem licet primitus dare reniteretur, im„parem ſe huic muneri, ac oneri afferens, „tandem vero rationibus ductus in nomine „Dei præbuit aſſenſum. Quare per prædi„ctos DD. Commiſſarios Electi conſenſu ac„ceptato mox ex Cathedra Eccleſiæ per Ad„modum Reverendum, & Eximium Pa„trem

„trem Vitalem Wallich Ord. S. Benedicti ex „celeberrimo monaſterio Admontenſi, pro „tempore in nobiliſſimo Parthenone Nunber- „genſi hic Salisburgi Seniorem, & Confeſ- „larium, ejusdem Celſiſſimi ac Reverendiſ- „ſimi D. Domini Archiepiſcopi, & Principis „Salisburgenſis Conſiliarium Eccleſiaſticum „Dominus Electus pulſatis omnibus Eccle- „ſiæ campanis, proclamatus, atque per „ſupra nominatum D. Cancellarium Joan- „nem Buck peroratione, & commonitione „ſeria præmiſſa ab omnibus, & ſingulis Do- „minis Conventualibus Domino Electo de- „bita obedientia, ac reverentia ſtipulatis „manibus promiſſa, eidemque etiam tum „Domini Commiſſarii, tum alii præſentes „gratulati ſunt, poſtmodum per ſæpe me- „moratos Dominos Commiſſarios in Eccle- „ſiam deductus, ubi Hymnus *Te Deum lau- „damus* decantato ante altare majus in me- „dio ipſorum Dominorum Commiſſariorum „conſtitutus & ſic operi huic finis impoſitus „eſt. Acta ſunt hæc Salisburgi in præfato „monaſterio S. Petri, Anno, indictione, „Pontificatu, Regimine, menſe, die & lo- „co, quibus ſupra &c. Præſentibus Adm. „Reverendis, religioſis ac eximiis Patribus „ſupra dicto Patre Vitale Wallich, & P. „Ottone Aicher ad S. Vitum cis Rotham, in „hac alma, & Archiepiſcopali Univerſita- „te Salisburgenſi Philoſophiæ Moralis, & „Hiſtoriarum Profeſſore Ordinario, ejus- „demque Univerſitatis Secretario, teſtibus „fide digniſſimis, & omni exceptione ma- „joribus ad præmiſſa ſpecialiter vocatis, ro- „gatis & requiſitis:

(L.S.) „Et ego Wolfgangus Kerſch- „baumer SS. Theol. & „J. U. Licentiatus Archiepiſcopalis, & Me- „tropolitici Conſiſtorii Conſiliarius, & Se- „cretarius, nec non SS. Pontificia, & Cæſ. „authoritatibus Publicus, & Juratus Nota- „rius, quia prædictæ Electionis actui, o- „mnibusque aliis, & ſingulis, dum ſic, ut „præmittitur, fierent, & agerentur, una- „cum ante nominatis Dominis teſtibus præ- „ſens interfui, eaque omnia, & ſingula ſic „fieri uidi, & audiui, ideo hoc publicum „inſtrumentum exinde confeci, propria „manu ſubſcripſi & Notariatus mei ſigne- „tum, ſigillumque appoſui, requiſitus &c.

Wolfgangus Kerſchbaumer, Notarius qui ſupra.

III. Qui poſt acceptam 28. Junii in ſuo Abbatiali officio confirmationem litteris patentibus roboratam,

Poſt hanc electionem 20. Junii inſtitutam ſecuta fuit ſolennis confirmatio, quam neo-electus 28. ejusdem in Vigilia SS. Apoſtolorum Petri & Pauli in conſueto Conſiſtorii conclavi conſueto ritu accepit per Reverendiſſimum, & Illuſtriſſimum Dominum Maximilianum Comitem de Scherffenberg, Præpoſitum Eccleſiæ Cathedralis, & Conſiſtorii Præſidentem, in quo actu Procuratoris officium in ſe ſuſcepit A. R. P. Placidus Seiz Ettalenſis p. t. in Univerſitate Profeſſor; eidemque neo-confirmato ſequentes litteræ confirmationis originales Archiepiſcopali ſigillo munitæ, & propria Celſitudinis ſuæ &c. manu ſubſcriptæ ad manus fuerunt extraditæ:

„Nos Joannes Erneſtus Dei gratia Archi- „epiſcopus, & Princeps Salisburgen- „ſis, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatus &c. „Honorabili, & Doctiſſimo, dilecto nobis „& fideli P. Carolo Schrenck Sacerdoti, & „Profeſſo monaſterii S. Petri hic Salisburgi „Ordinis S. Benedicti SS. Theologiæ Docto- „ri, ac Conſiliario noſtro Eccleſiaſtico ſalu- „tem, & gratiam noſtram. Inter reliquas „curas, & ſollicitudines, quæ nobis ex de- „bito paſtoralis officii noſtri maxime cordi, „& curæ eſſe debent, illa ſane præcipua, & „maxima eſt, ut Eccleſiis, & monaſteriis „fidei noſtræ commiſſis, & ſubjectis, dum „ea vacare contingit, debite, & opportu- „ne cum omni diligentia, & ſtudio provi- „deamus; cum itaque vacante Abbatia ſu- „pradicti monaſterii per obitum Edmundi „ultimi, & immediati ejusdem Abbatis per „electionem de noſtro benigno aſſenſu per- „actam, ad quam omnes, & ſinguli, qui „de jure, & conſuetudine eidem intereſſe „debeant, legitime citati fuerunt, iisdem- „que comparentibus, & capitulariter con- „gregatis præmiſſis tam de jure, quam con- „ſuetudine præmittendis, & ſervatis ſer- „vandis, divino numine aſpirante in Abba- „tem præfati monaſterii, prout ex inſtru- „mento authentico deſuper ſub vigeſima „currentis menſis Junii, & anni confecto „plenius vidimus contineri, canonice ele- „ctus ſis, nobisque honorabiles, nobis di- „lecti, devoti, & fideles Patres Prior, Sub- „prior, totusque Conventus ſæpefati mo- „naſterii S. Petri humillime ſupplicarint, „quatenus memoratam electionem in tuam „perſonam factam ratificare, approbare, „ac clementiſſime confirmare dignaremur. „Nos igitur per Commiſſarios noſtros ad „hoc ſpecialiter deputatos de, & ſuper tuæ „perſonæ habilitate, ætate, dexteritate, „aliisque neceſſariis ſatis informati præliba- „tam electionem ratificandam, & appro- „bandam, tuamque perſonam duximus „confirmandam, prout tenore præſentium „omni meliori modo, via, forma, ac ju- „re, quibus melius, ac validius poſſumus, „& debemus, eandem rati habemus, ap- „probamus, & confirmamus, nec non te „P. Carolum per annuli traditionem (emiſ- „ſa primitus fidei noſtræ Catholicæ profeſ- „ſione, præſtitisque ſolitis evitatæ Simo- „niæ, ac fidelitatis, & obedientiæ juramen- „tis (per Reverendum, Perilluſtrem nobis „dilectum, fidelem, & devotum Maximi- „lianum Erneſtum Comitem, & Dominum „de Scherffenberg Metropolitanæ noſtræ „Eccleſiæ Præpoſitum, nec non Conſilia- „rium noſtrum intimum, ac Conſiſtorii no- „ſtri Præſidem, uti hac in parte Commiſſa-

„rium noſtrum de eadem Abbatia provide-
„mus, & inveſtimus, adminiſtrationem
„tam ſpiritualium, quam temporalium mo-
„naſterii ejusdem tibi plene committendo,
„in nomine Patris, & Filii, & Spiritus San-
„cti. Amen. Mandantes proinde prædictis
„PP. Priori, Subpriori, totique Conventui,
„atque officialibus, aliisque omnibus, &
„ſingulis quomodocunque ad ſæpedictum
„monaſterium ſpectantibus perſonis in vir-
„tute S. Obedientiæ, ut te ſæpe nomina-
„tum P. Carolum in ſuum Abbatem, Ca-
„put, Rectorem, & Paſtorem recipiant,
„tibique debitum honorem, & amorem,
„reverentiam, atque obedientiam præbe-
„ant, præſtent, & exhibeant, contradicto-
„res, & rebelles quoscunque debitis cen-
„ſuris Eccleſiaſtis compeſcendo. Harum
„teſtimonio litterarum manus propriæ ſub-
„ſcriptione, & ſigilli noſtri appenſione mu-
„nitarum. Datæ in Metropoli noſtra Sa-
„lisburgi die vigeſima octava menſis Junii
„anno milleſimo ſeptingenteſimo ſecundo.

„*Jo. Erneſtus.*

„Vt. Joannes Buck,
Cancellarius.

IV. In ipſo feſto SS. Apoſtolorum Petri & Pauli in Eccleſia noſtra fuit benedictus.

Poſt acceptam confirmationem altera die, quæ erat 29na Junii, & SS. Apoſtolis Petro, & Paulo Patronis noſtris feſtiva, ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo Epiſcopo Chiemenſi Sigismundo Carolo Comite de Caſtro Barco in præſentia Celſiſſimi Principis Joannis Erneſti, toriusque aulæ in Abbatem in noſtra Eccleſia benedictus fuit, aſſiſtentibus eidem Reverendiſſimis Dominis Præſulibus Joſepho Michaelburano, & Columbano Seonenſi. Pro hac ipſa feſtivitate Religioſi Patres Benedictini Plainenſes, quorum aliquando collega erat, in honorem neo-electi confirmati, & benedicti applauſum poëticum ipſius honoribus inſcriptum, & typis editum neo-benedicto Abbati Carolo obtulerunt, in quo permediam ferme partem deſcribitur mors anteceſſoris Abbatis Edmundi; nos brevitatis cauſa illa inſerimus, quæ immediate novam electionem Caroli Abbatis, ejusque prævia merita concernunt:

- - - Et tandem geminos occluſit o-
cellos
Sponte ſua EDMUNDUS, cœpitque exor-
dia veris
Æterni, fratres ſubiens qua luce gemellos
Sol cœpit veris perfecti exordia mundo.
Et jam ter Denis exactis ſolibus ibat
Silverio ſacrata dies, quo tempore Titan
Retrogradi ingrediens ardentia brachia
cancri
Protelare ſolet longiſſima tempora lucis.
Atque ea lux placuit, viduatæ Præſule Pe-
tri,
Quæ domui antiquæ ſponſumque Patrem-
que recentem
Sufficeret, dignum ſubeundæ molis Atlan-
tem.
Nec mora convenere Patres juſſu ætheris
alti
In templum, cui fauſta dedit concordia
nomen.
Conveniunt proceres ſacrorum ab Rege
vocati
Pieridum chorus omnis adeſt, ſanctumque
ſenatum
Conſtituunt pariter. Solio tum ſurgit ab
alto.
Has inter medius venturi certus Apollo,
Hortaturque Patres, legerent pro Præſide
nuper
Extincto, & ſuperis inſerto ſedibus, il-
lum,
Qui functo ſimilis, veluti pro Caſtore Pol-
lux
Succedens parilem diſpergat ab æthere lu-
cem,
Sit clemens, ſit mitis, ait, ſapientia fir-
mum
Obſideat pectus, largus, juſtusque pius-
que,
Quem non extollat ſors blanda, nec aſpe-
ra frangat,
Et ſuper hæc doctas adamet, foveatque
Camænas.
Hæc ubi conſcripti, & jurati ex ordi-
ne Patres
Auratum in calicem ſuffragia candida mit-
tunt,
Præmiſſis precibus, votisque ad ſidera fa-
ctis.
Dein, cum collectis ſtudio fervente lapil-
lis,
Excutitur votis, numerisque faventibus
urna
Exiit (applaudant ſuperi) ter amabile no-
men
CAROLUS; & vivat, gaudens exclamat
Apollo.
Vivat, proſequitur chorus omnis ſummus,
& imus,
Vivat, Neſtoreos, & longos CAROLUS
annos!
Ille quidem obniti, nec Patrum cedere vo-
tis
Illico, ſed precibus contra pugnare, mino-
res
Cauſatus vires, tantisque laboribus aptos
Eſſe negans humeros; at vinci denique
paſſus
(Nam quinam fatis urgentibus obſtitit un-
quam?)
Unanimi fratrum, Procerum, ipſarumque
rogatu
Caſtalidum, quarum Princeps, ductorque
fuiſſet
In Salzburgenſi, vel Apolline teſte, Ly-
cæo,
Tot, quot Pieridum cætus conſtaret, ab
annis:
Fiat, ait, ſi ſic ſuperi ſtatuuntque, ju-
bentque.
Aſt mihi nulla dies veſtrumque hunc dele-
bit amorem

Ex

Ex animo, aut grato, ac memori de pectore tollet,
Concordes adeo, qui conſpiraſtis in unum,
Immeritum quamvis, nec tali munere dignum.
Dignum eſt, Phœbus ait replicans, frontem infula cingat
Aurea, quam dudum Doctorum laurea cinxit.
Nec vis ingenii, nec deeſt prudentia menti,
Et vigor eſt animo, pietasque in pectore ſedem
Fixit, virtutum genus omne coronat, & ornat.
Dicentem plauſus cunctorum excepit, & annos
Longævos iterant, ac de meliore metallo
Cudendos optant, felices CAROLUS horas
Semper agat, ducatque dies ſine nube ſerenos:
Ut bene conveniant, & in uno vertice regnent
CAROLUS & PETRUS, quos pridem nexus amoris
Sanctum & amicitiæ fœdus conjunxit in unum.
His dictis tonuit lævum, & vox lapſa per auras
Nulla dies, dixit, ſolvet tam nobile fœdus
Tertius aſtringit ſi tam ſacra vincula nexus.
Dum dubitant cuncti, quænam nova fœdera jungi
Aſtra velint, en PLAINENSI. De colle MARIAM.
Aſpiciunt venientem, & multa luce micantem.
Reginæ in gremio reſidet puer aureus ipſos
Exuperans ſolis radios fulgore facesque
Aſtrorum extinquens; puerum cum Matre cohortes
Angelicæ ſtipant, Dominum, Dominamque ſecutæ.
Ergo, ubi ſupremo ſacra pompa in culmine templi,
Cui dat jura PETRUS, ſtetit, Auguſtiſſima Virgo
Viſa manum eſt, nati Divini attollere, & illa
Electo Domino, ducta cruce, fauſta precari
Omnia, quæ terris bona, quæque optantur in aſtris
Intonuit rurſum, & firmavit ſydera cœlum.

Ita cecinerunt Poëtæ Plainenſes in honorem neo-electi, & benedicti Abbatis Caroli in ipſa feſtiva Abbatialis benedictionis ſolennitate. Alius ad inſignia monaſterii, quod claves refert, & ad ſcutum gentilium Neo-electi Abbatis, quod *duas ſagittas*, & *ſex leonum capita* exhibet, ita in laudem electi & benedicti Præſulis CAROLI luſit:

Ad inſignia Monaſterii:

Sunt geminæ *Claves* orbatæ Præſule digno
Has bene, qui tractet ſubſtituatur *Ei*.
Clavibus ergo Petri clavum defigite dignum
Sic bene *Conventus* nomine dignus erit.

Ad inſignia Neo-benedicti:

Tela timent alii, metuunt aliive *leones*
Non timet hæc Petrus: cur? quia corda patent.
Ne *ſors*, ne *mors*, hæc rapiat, quanto omine teſte!
Claudere vult *totus*, duplice *clave* Petrus.

V. De quo paucis exponitur, quis fuerit ante ſui electionem?

His de electione, confirmatione, ac benedictione D. Præſulis Caroli præmiſſis, reſtat, ut paucis exponamus, qui Carolus ante ſui electionem, & qualis in ſuo, quod dolendum, brevi Regimine fuerit; poſt duos enim annos, & unum menſem, poſtquam judicio Medici aëris mutandi cauſa ad inclytum monaſterium Lunælacenſe fuit profectus, ubi infirmitatis ſuæ levamen ſe inventurum ſperavit, mortem invenit, & ibidem ſupremum diem anno 1704. die 30. Julii clauſit, in noſtra tamen ad S. Petrum Eccleſia ſepultus. Natus fuit D. Præſul Carolus ex Perilluſtri Schrenckiana a Nozing familia in arce Rottenbergenſi ſuperioris Palatinatus Diœceſis Bambergenſis die 24. Novembris anno 1659. Patrem habuit Perilluſtrem Dominum Georgium Carolum dictæ arcis locum tenentem, Matrem vero Illuſtrem Dominam Annam Margaritam Gobellin ab Hofgiebing. In monaſterio noſtro S. habitu religioſo benedictino indutus anno 1679. octava Aprilis die, anno autem ſequente 1ma menſis Maji in manus Domini Edmundi Abbatis immediati in Abbatia Anteceſſoris profitetur. Philoſophiam abſolvit anno 1682. ex qua, ut ſuperius in vita D. Edmundi Abbatis dictum fuit, in pretioſo emblemate ſpecioſas theſes publice defendit. Eodem anno ſæculari per quindecim menſes diſpenſatus in ætate ad Presbiteratum requiſita, 19. Septembris die in Sacerdotem ordinatus, in feſto autem translationis S. Amandi die 26. Oct. ad aras ſtetit Neo-Myſta. Brevi poſt abſoluta ſtudia Theologica anno 1688. Philoſophiam in Univerſitate publice docere cœpit, & anno 1690. eandem abſolvit, ac domum rediit. Anno 1694. ad munus Pœnitentiarii mittitur in colle Mariano-Plainenſi exercendum, quo anno tertia Auguſti ſuprema Theologiæ laurea fuit inſignitus, atque ad renovationem ſtudiorum controverſias fidei docere juſſus, poſt Paſcha ad docendam Theologiam ſcholaſticam deſtinatur. Aliis quoque officiis erat in Univerſitate conſpicuus, dum officium Præſidis in congregatione majori, nec non Vice-Rectoris ſubiit ab anno 1700. usque ad annum 1702., quo

anno

anno etiam ultimam honorum coronam accepit, utpote in Abbatem electus. Quo tempore Carolus ante sui electionem ab anno 1694. Theologiam publice in Universitate docuit, plures theses, & tractatus theologicos scripsit, & typis edidit, quorum Præses, & author fuit, & speciatim ipso authore exstant sequentes tractatus Theologici:

Tractatus de Deo uno, anno 1696.
- - - de Natura angelica, 1697.
- - - de Deo Trino, 1697.
- - - de Vitiis & Peccatis, anno 1700.
- - - de Jure & Justitia, anno 1701.
- - - de Gratia, Justificatione & Merito, 1701.
- - - de Legibus, anno 1702.
- - - de Fide, Spe & Charitate, anno 1702.

Centuria Ima Assertionum Theologicarum, anno 1697.

Centuria II. Assertionum Theologicarum, anno 1698.

In quarum thesium præsidio tanquam aliquid speciale notandum, & vix de alio legitur, quod anno electionis suæ 1702. mense Augusto (fuit autem jam 20. Junii in Abbatem electus) in alma Universitate Benedictina trina vice publicis thesibus ex universa Theologia propugnatis præsederit, in epomide qua actualis Professor, & cum cruce pectorali ut Abbas.

VI. & qualis in munere abbatiali per duos tantum annos & unum mensem?

In abbatiali dignitate constitutus ædificium domus officialis in Hallein e fundamentis exstruere cœpit; domi autem omnem impendit operam, ut commisso gregi, & venerabili Conventui inserviat, cujus profectum tum spiritualem, tum temporalem omnibus modis promovere intendit; solebat sæpius visitare juniores fratres, & mire afficiebatur, si adverteret ipsos proficere tam in virtutibus, quam & in litteris, neque voluit unquam, ut defectum pateretur Conventus Venerabilis. Sub brevi regimine Novitii quatuor in manus Caroli Abbatis emiserunt religiosam professionem, & quidem simul una die & anno, quibus tamen religiosis Caroli Abbatis filiis benignus Dominus longiores vitæ dies concessit, quam Patri & Præsuli suo amandissimo, a quo erant ad S. Professionem suscepti, ita, ut omnes quatuor ad gravem, & venerabilem senectutem, & quidem jubilæum pervenerint; & qui primo ex his est mortuus, unacum Novitiatu annis quinquaginta fuerit in religione abbatialis nominis hæres P. Carolus Schattenlechner per 44. annos continuos in monasterio industrius œconomus, reliqui tres anno 1753. 3tia Novembris die post completos a Religiosa professione quinquaginta annos exemplo hactenus apud nos non audito, & plane raro in manus tunc neo-electi, sed nondum benedicti Abbatis Bedæ sub missa solenni coram summo altari jubilæam professionem renovarunt; ex his unus erat frater conversus, reliqui duo viri graves, & de monasterio optime meriti, nam P. Modestus ex Com. de Geisruk post alia prævia officia per annos 26. completos Præpositum egit Wiettingæ. Statuum quoque inclytorum Carinthiæ membrum; quartus autem P. Paulus Moll per annos 46. non interruptos Superior fuit claustralis, nam per annos 28. in officio Subprioris & 18. in munere Prioris stetit, vir in regulari observantia diu noctuque ad omnium nostrum exemplum indefessus. Cæterum, quamvis D. Carolus Abbas noster fuerit vir doctrina, prudentia, & authoritate insignis, & magna de ipso concepta sit spes, quod monasterio nostro sit præ- & profuturus, longe tamen aliter disposuit ille, apud quem est numerus mensium vitæ nostræ: nam anno 1704. fervente jam lite illa notissima, quæ inter Præposituram nostram Wiettinganam in Carinthia & D. Decanum Guttaringensem propter locum Betsarn, ubi miraculosa imago Beatissimæ Virginis Auxiliatricis colebatur, agitari cœpit, & primum post viginti annos sub regimine D. Abbatis Placidi infelici successu non sine gravi monasterio relicto vulnere finita fuit; anno inquam prædicto post festum Corporis Christi, post peractas omnes Abbati competentes functiones bonus Præsul 29. Maji cum quodam D. Commissario Wiettingam profectus, ut inter utramque partem fieret amica compositio; verum postquam ob varias sinistras informationes, & præjudicia in sua optima intentione delusum se fuisset expertus, hancque suam non sine multis expensis factam commissionem plane irritam fuisse adverteret, non potuit non desuper affligi, & cum aliunde ex naturali dispositione atræ bili erat subjectus, omnino credi potest, susceptum hoc iter sine optato effectu ad mortis accelerationem plurimum contulisse.

VII. Nam anno 1704. 20. Julii in monasterio Monseensi mortuus.

Reversus itaque ad monasterium D. Abbas Carolus noster sensim magis infirmitatibus corporis affligebatur diversis, & dum varia recuperandæ sanitatis remedia nihil efficerent, credebat, haud dubie ex medicorum consilio, sanitati suæ consulere, si aërem mutaret, & requiem sibi quæreret in alio loco. Unde 20. Julii abiit ad inclytum monasterium Lunælacense in Austria superiori, quatuor, aut quinque horis tantum a monasterio nostro distans, ubi viribus jam valde debilitatus e fontibus acidulis salutem haurire voluit. Expertus quidem fuit infirmus Præsul omnia charitatis obsequia in dicto monasterio nobis vicino, ita ut nobis nunquam satis celebranda sit DD. Abbatis, & Venerabilis Conventus tunc existentis erga Abbatem nostrum cura, & assistentia; ast viribus haud amplius existentibus, dum sanitatem curare voluit, præmatura morte inter heroicos resignationis, & virtutum actus omnibus morientium sacramentis rite præmunitus in præsentia R. R. PP. Prioris, & Subprioris ex prædicto celeberrimo monasterio,

näſterio, nec non duorum Confratrum ex noſtro Conventu, & D. Medici noſtri 30. Julii hora 4ta matutina ſub pulſu angelico piiſſime obiit, anno ætatis ſuæ 44to cum octo menſibus, poſtquam in Abbatiali munere explevit annos duos, menſem unum, & decem dies. Corpus exanime prius eviſceratum ex monaſterio Lunælacenſi 31ma Julii ad S. Petri gremium transvectum, quod primitus ad portam civitatis duodecim ſtudioſi in togis Marianis exceperunt, & usque ad monaſterium fuerunt comitati. Hic venerabilis Conventus cum cereis ardentibus cum cruce conventuali, & præcedentibus duobus ceroferariis usque ad portam exteriorem obviam proceſſit, ubi corpus exanime depoſitum, a ſex confratribus noſtris in eccleſiam S. Viti deportatum, veſtimentis Pontificalibus indutum, denique ſarcophago incluſum, & conſueto holoſerico tumbæ mortualis panno coopertum fuit.

VIII. In noſtra autem ad S. Petrum Eccleſia cum inſcriptione in marmore ſepultus fuit.

Dies 4ta Auguſti ad funebrem pompam deſtinabatur, quæ etiam ritu conſueto, & ſolemni peracta fuit. Officiator erat Reverendiſſimus Dominus Joſephus Abbas Michaelburanus, qui & in paramentis abbatialibus funebrem duxit proceſſionem, & ſolenne requiem cantavit. In Cathedra Orator ſtetit A.R.P. Alanus Pfeifer ex celeberrimo monaſterio Admontenſi t.t. in hujate Univerſitate Philoſophiæ Profeſſor. Præſens erat ipſe Celſiſſimus Princeps, qui cum tota aula in oratorio Chori noſtri exequiis Caroli Abbatis interfuit. Corpus defuncti Abbatis prope ante altare S. Joſephi fuit ſepultum, ex parte autem averſa, prope altare SS. Angelorum Cuſtodum, viſitur in pariete elegans epitaphium marmoreum cum inſcriptione, quam pro meritis defuncti Præſulis fieri fecit ejus in Abbatiæ immediatus Succeſſor PLACIDUS, nos vero eandem etiam lectoribus exhibemus.

†

Heus Viator
Huc pedes, huc oculos, ad lapidem
Et ex oculis lachrymas, ni lapis es,
Prope hic ſubſtratum tuis pedibus teris
Caput inclytum hujus monaſterii
AUGUSTUS in ſæculo dicebatur, & CAROLUS
Prius nomen in Religione quidem depoſuit
ſed utrobique exercuit.
Illuſtribus parentibus natus, Illuſtrior vixit
Liber Baro Schrenck de Nozing
Ingreſſus monaſterium ſemper progreſſus eſt
De virtute in virtutem, de honore in honorem
Primum antegreſſus laurea, & Magiſterio omnes Condiſcipulos
Mox Profeſſor omnes aſcendit Cathedras altiores
ac publicis XXIII. Doctrinæ monumentis ſplendide
illuſtravit.
Demum Almæ Univerſitatis Vice-Rector
a primaria Theoſophiæ Cathedra
Omnium Confratrum votis evocatus
ad ſedem Abbatialem.
Biretum commutavit cum infula.
ANTISTES LXXIIItius CAROLUS Imus
Aſt velocem nimis expertum eſt ſagittam gentilitiam
A morte, anno vitæ piiſſimæ XLV,
Præſulatus optimi II. menſe uno.
Succeſſor
PLACIDUS
Ei in titulum erexit hunc lapidem
Tu Viator
Funde oleum precum tuarum deſuper
†.

PLACIDUS,
ABBAS AD S. PETRUM LXXIV.
AB ANNO 1704. USQUE AD ANNUM 1741.

I. Præmissis post mortem Caroli Abbatis ad novam electionem dispositionibus,

Absterſit lachrymas, quas poſt repetita Abbatum funera profudit viduatus monaſterii noſtri Conventus. Unde factum eſt, ut poſt mortem immediati Anteceſſoris Caroli anno a nativitate Chriſti 1704. indictione Romana duodecima, Pontificatus ſummi Pontificis Clementis XI. anno IV. regnante Romanorum Imperatore Leopoldo hujus nominis Imo ſemper Auguſto, Regiminis ejusdem anno 46to, die Mercurii, quæ erat 27ma menſis Auguſti in monaſterio noſtro ad preces Celſiſſimo Principi, & Domino Ordinario noſtro Clementiſſimo per P. Priorem, & cæteros conventuales humillime porrectas, pro impetranda nova, & libera electione, factaque ipſis deſuper conceſſione clementiſſima ad actum futuræ electionis convenerint deputati a ſua Reverendiſſima Celſitudine Commiſſarii, videlicet, Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Maximilianus Comes de Scherffenberg metropolitanæ Eccleſiæ Præpoſitus, nec non Plurimum Reverendus, Prænobilis, & Clariſſimus Dominus Franciſcus Dreer SS. Theologiæ Licentiatus, Conſiſtorii Metropolitani Director. Igitur prædicta die cantata prius, per Reverendiſſimum, & Ampliſſimum Dominum Joſephum Abbatem ad S. Michaelem Buræ, de Spiritu Sancto miſſa, prænominati Domini Commiſſarii ad locum electionis deſtinatum ſe contulerunt, in quo actu etiam erant præſentes dictus Reverendiſſimus Dominus Joſephus Abbas in Beyrn, nec non Magnificus D. Pater Gregorius Wimperger Univerſitatis Rector, qui in Scrutatores hujus negotii erant aſſumpti. Notarii munere in hoc actu fungebatur Plurimum Reverendus, Prænobilis, & Clariſſimus Dominus Wolfgangus Kerſchbaumer SS. Theologiæ, & J. U. Licentiatus,

rentiatus, Metropolitici Consistorii Salisburgensis Consiliarius, & Secretarius; pro testibus autem fuerunt requisiti P.R.D.P. Vitalis Wallich Admontensis Confessarius in Nonnberg, & A. R. P. Oddo Aicher Benedictus ad S. Vitum cis Rotham p.t. Ethices, & Historiarum in Universitate Professor. Comparebant autem præprimis ad hunc actum electionis omnes & singuli conventuales vocem activam, & passivam habentes, exceptis PP. Wolfgango Schaz, & Ruperto Stokhamer, quorum prior remanebat Wiettingæ, alter vero in sua Parochia suburbii Leopoldini Viennæ in Austria morabatur, quorum tamen procuratoria P. Joachimo Stegbuecher Subpriori, & P. Alberto Schrenk p. t. Præposito in Wietting data pro sufficientibus, & legitimis acceptata fuerunt.

II. A viduato conventu, in quo erant numero 27. eligentes.

Porro autem in viduato conventu rursus erant eligentes numero viginti septem, non plures nec pauciores, ac erant in electione Domini Abbatis Caroli, & quidem sequenti ordine:

P.R.P. Placidus Mayrhauser. Prior.
R. P. Joachimus Stegbuecher. Subprior, & Senior.
R.P. Albertus Schrenk.
R.P. Joannes Stegbuecher.
R.P. Laurentius Helmreich.
R.P. Vitalis Mozl.
R.P. Petrus Wollgschaffen.
R.P. Anselmus Mayrlifer.
R.P. Wolgangus Schaz.
R.P. Paris a Lerchenfeld.
R.P. Bernardus Freisauf.
R.P. Rupertus Stokhamer.
R.P. Meinradus Kranzinger.
R.P. Benedictus Wekerlin.
R.P. Maximus Scherzhauser.
R.P. Antonius Mayr.
R.P. Oddo Dallinger.
R.P. Josephus Köllinger.
R. P. Marcus Haslinger.
R.P. Romanus des Champs.
R.P. Amandus Hauman.
R.P. Bonifacius Zumdam.
R.P. Gregorius Schattenlechner.
R.P. Virgilius Leutner.
R.P. Marianus Viechter.
Fr. Godefridus Kröll. Diaconus.
Fr. Æmilianus Moshamer. Subdiaconus.

Religiosi fratres sub Abbate Carolo Professi Fr. Modestus a Gaisruk, Fr. Carolus Schattenlechner, Fr. Paulus Moll & Fr. Franciscus Lospichler ab hoc actu electionis, utpote nondum Subdiaconi, & vocem activam non habentes fuerunt separati.

III. Die 27. Augusti electum fuisse P. Placidum Mayrhauser Priorem.

Dum ergo recensiti eligentes numero 27. per viam scrutinii procedere petierunt, non tantum facta prius per Plurimum Reverendum, & Clarissimum Dominum Directorem supra nominatum exhortatione oblatum juramentum acceptantes ad SS. Dei Evangelia jurarunt, quod illum eligere lint, quem monasterio magis utilem reputabunt, verum etiam vota sua S. Calici imposuerunt, quibus omnibus postmodum collectis, & numeratis, atque a DD. Scrutatoribus Notario, ac testibus accurate consignatis, & conscriptis repertum fuit, Plurimum Reverendum, & Religiosissimum P. PLACIDUM MAYRHAUSER hujus monasterii expresse professum, & Priorem actualem per unanimia, utpote viginti sex vota canonice electum fuisse anno ætatis suæ trigesimo tertio completo. Fuit hic neoelectus in civitate, & Diœcesi Salisburgensi ex perhonestis parentibus D. Joanne Mayrhauser mercatore, & matre Felicitate 5ta Aprilis die anno 1671. in hunc mundum natus, in monasterio nostro octava Decembris anno 1687. in SS. vota per solennem Professionem juravit, dispensatus vero in ætate canonica 7ma Martii anno 1694. ad aras stetit neo-mysta. Ad docendam Philosophiam mature in Universitate promotus ibidem anno 1697. publice docere cœpit, atque cursum suum philosophicum docendo absolvit post biennium post plurimas theses universales publice celebratas, numeransque discipulos plane præstantes, ex quibus non pauci ad cathedras publicas, & mitras promoti bono publico, & litterario inclaruerunt. Post absolutam docendo philosophiam domum reversus in munere Bibliothecarii magnam sibi eruditionem comparavit, atque a Bibliotheca pro scientia sua, quam eminenter possidebat, ascetica ad instruendos religiosos tyrones (inter quos etiam erat immediatus ipsius successor) assumptus, & demum post electionem Abbatis Caroli anno 1702, decima Julii in pleno capitulo Prior claustralis denominatus fuit, finito autem brevi Abbatiali D. Caroli Abbatis regimine per electionem canonicam, ut supra dictum, atque ex instrumento allegando amplius patebit, in eodem munere successit.

IV. Et quidem non canonice tantum, sed etiam unanimiter ex authentico instrumento probatur.

Hanc vero electionem non tantum canonice celebratam, sed etiam unanimem fuisse probat erectum electionis instrumentum, cujus hic tenorem damus:

„Tenore præsentis publici instrumenti cunctis id ipsum intuentibus pateat evi„denter, & sit notum, quod anno a Nativi„tate ejusdem millesimo septingentesimo „quarto, indictione Romana duodecima, „Pontificatus sanctissimi Domini nostri Do„mini Clementis, Divina providentia Pa„pæ Undecimi, anno quarto, regnante ve„ro Serenissimo, Potentissimo, ac Invictis„simo Principe, ac Domino Domino Leo„poldo hujus nominis primo Romanorum „Imperatore, semper Augusto, Regiminis „ejusdem anno quadragesimo sexto, die „Mercurii, quæ erat vigesima septima hu„jus mensis currentis Augusti, in antiquis-

„simo monasterio S. Petri Ordinis Sancti Be-
„nedicti civitatis, & Diœcesis Salisburgen-
„sis ad preces Celsissimo, & Reverendissimo
„Principi, ac Domino Domino Joanni Er-
„nesto Archiepiscopo Salisburgensi Sanctæ
„Sedis Apostolicæ Legato &c. Domino, &
„Ordinario suo Clementissimo, per Patrem
„Priorem, & cæteros Conventuales præfa-
„ti monasterii humillime porrectas pro impe-
„tranda in locum demortui Reverendissimi
„D. Caroli ultimi, & immediati Abbatis
„ibidem, nova, & libera electione, facta-
„que ipsis desuper clementissima concessio-
„ne, Reverendissimus & Illustrissimus Do-
„minus Maximilianus Comes, & Dominus
„de Scherffenberg, Metropolitanæ Eccle-
„siæ Præpositus, & Archipresbyter, alte
„memorati Celsissimi, & Reverendissimi
„Archiepiscopi, & Principis Salisburgensis
„Consiliarius intimus, ejusdemque Archi-
„episcopalis Consistorii Præses, nec non
„Plurimum Reverendus, Prænobilis, &
„Clarissimus Dominus Franciscus Dreer SS.
„Theologiæ Licentiatus, ejusdem Reve-
„rendissimæ Celsitudinis suæ Consiliarius in-
„timus, modo dicti Consistorii Metropoliti-
„ci Director, & beatissimæ Virginis Mariæ
„ad nives hic Salisburgi Canonicus, ab ea-
„dem Reverendissima sua Celsitudine, ceu
„loci Ordinario Clementissimo, ad subse-
„quentem actum deputati Commissarii ad e-
„lectionem futuri Abbatis in locum prioris
„demortui via, jure, & forma legitimis
„processerunt, atque inprimis omnibus, &
„singulis sua interesse putantibus, publice
„vocatis informationem in tali actu, tam de
„jure, quam consuetudine Diœcesis Salis-
„burgensis requisitam, ac solitam institue-
„runt, omnes, & singulos Conventuales
„seorsim vocantes, & examinantes, die de-
„mum Mercurii antememorata, cantata
„prius per Reverendissimum, & Amplissi-
„mum Dominum Josephum Abbatem ad S.
„Michaelem in Beyrn de Sancto Spiritu Mis-
„sa, sub qua antefati P. Prior, & Conven-
„tuales, præmissa sacra confessione Sacra-
„mentum sanctissimæ Eucharistiæ sumpse-
„runt, universisque ac singulis, sua inter-
„esse putantibus, ex Cathedra ejusdem Ec-
„clesiæ per Reverendum, Religiosum, &
„doctissimum P. Bernardum Freisauff hic ad
„S. Petrum professum denuo vocatis, præ-
„nominati DD. Commissarii &c. ad locum e-
„lectionis destinatum sese contulerunt, ibi-
„demque comparentibus omnibus, & sin-
„gulis Conventualibus in dicto monasterio
„professis vocem activam, & passivam ha-
„bentibus, exceptis Patribus Wolfgango
„Schaz, & Ruperto Stokhamer, quorum
„tamen procuratoria respective P. Joachimo
„Stegbuecher Subpriori, & P. Alberto
„Schrenk pro tempore Præposito in Wiet-
„ting, data pro sufficientibus, & legitimis
„acceptata fuere, præfati DD. Commissarii
„præsente Reverendissimo, & Amplissimo
„Domino supradicto Josepho Abbate in
„Beyrn, nec non Plurimum Reverendo Cla-
„rissimo, ac Magnifico Domino, ac Patre
„Gregorio Wibmperger SS. Theologiæ Do-
„ctore, Celsissimi, & Reverendissimi Ar-
„chiepiscopi, & Principis Salisburgensis
„Consiliario intimo, ac Universitatis Salis-
„burgensis Rectore, juxta unanimem Capi-
„tularium requisitionem, & petitionem
„(quibus omnibus, & singulis per viam scru-
„tinii procedere placuit) in Scrutatores hu-
„jus negotii assumptis, meque Notario, &
„testibus per Patrem Priorem nomine totius
„Capituli desuper legitime requisitis, nec
„non protestatione de non admittendis inha-
„bilibus præmissa, facta prius, per supra
„nominatum Dominum Directorem Francis-
„cum Dreer, exhortatione, omnibus, &
„singulis eligentibus juramentum corporale
„detulerunt, quod omnes acceptarunt, sin-
„guli quoque (quorum universim unacum
„Procuratoribus supradictis viginti septem
„fuere) ad SS. Dei Evangelia jurarunt,
„quod secundum Deum & conscientiam
„suam in illum sua vota directuri sint, quem
„suo monasterio magis utilem reputabunt,
„eadem vota sua in quadam scheda fideli al-
„terius manu scripta sacro calici juxta supra
„nominatos Dominos Commissarios, &
„Scrutatores mensæ appositio imposuerunt,
„quibus omnibus postmodum collectis, &
„numeratis, atque a Dominis Scrutatori-
„bus, & a me Notario, ac testibus accu-
„rate consignatis, & conscriptis repertum
„fuit Plurimum Reverendum, Religiosissi-
„mum, & Eximium Patrem Placidum
„Mayrhauser hujus monasterii expresse pro-
„fessum, & Priorem, virum eruditione, &
„doctrina, vitæque, & morum integritate:
„tum in spiritualium, tum temporalium re-
„rum administratione exercitatum, indu-
„strium, & perspicuum, nulloque Canoni-
„co impedimento irretitum, per unanimia,
„viginti utpote sex vota, electum fuisse.
„Proinde præfati Domini Commissarii &c.
„facta statim humillima relatione Celsissimo
„Principi, ceu loci Ordinario, habitaque
„Reverendissimæ Celsitudinis suæ Clemen-
„tissima mente omnibus eligentibus vocatis,
„& in antiquo electionis loco rursus compa-
„rentibus, electionem uti canonica factam
„acceptarunt, & approbarunt, nec non ad
„petitionem omnium, & singulorum Capi-
„tularium Electum per unanimia vota in
„ipso electionis Conclavi publicarunt, & a
„Domino Electo consensum requisiverunt,
„quem, licet primitus dare reniteretur,
„imparem se huic muneri, ac oneri asserens,
„tandem vero rationibus ductus in Dei no-
„mine præbuit assensum. Quare per præ-
„dictos Dominos Commissarios Electi con-
„sensu acceptato mox ex cathedra Ecclesiæ
„per Admodum Reverendum, & Eximium
„Patrem Vitalem Wallich, Ord. Sancti Be-
„nedicti ex Celeberrimo monasterio Admon-
„tensi, pro tempore in nobilissimo Parthe-
„none Nunbergensi hic Salisburgi Seniorem,

„&

„& Confeſſarium, ejusdem Celſiſſimi, ac „Reverendiſſimi Domini Domini Archiepi„ſcopi, & Principis Salisburgenſis Conſi„liarium Eccleſiaſticum, Dominus Electus, „pulſatis omnibus Eccleſiæ Campanis, pro„clamatus, atque per ſupramemoratum „Dominum Directorem Franciſcum Dreer, „procuratione, & commonitione ſeria præ„miſſa, ab omnibus, & ſingulis Dominis „Conventualibus Domino Electo debita obe„dientia, & reverentia ſtipulatis manibus „promiſſa, eidemque etiam tum Domini „Commiſſarii, tum alii præſentes congra„tulati ſunt. Poſtmodum per ſæpememo„ratos DD. Commiſſarios in Eccleſiam de„ductus, ubi Hymno *Te Deum laudamus* can„tato, ante altare majus in medio ipſorum „Dominorum Commiſſariorum conſtitutus, „& ſic operi huic finis impoſitus eſt. Acta „ſunt hæc Salisburgi in præfato monaſterio „S. Petri anno, Indictione, Pontificatu, „Regimine, menſe, die, & loco quibus „ſupra &c. Præſentibus admodum Reve„rendis, Religioſis, ac Eximiis Patribus „ſupradicto Patre Vitale Wallich, & Patre „Ottone Aicher Ordinis S. Benedicti ex mo„naſterio ad S. Vitum cis Rotham in hac al„ma, & Archiepiſcopali Univerſitate Sa„lisburgenſi Philoſophiæ Moralis, & Hiſto„riarum Profeſſore ordinario, ejusdemque „Univerſitatis Secretario, teſtibus fide „digniſſimis, & omni exceptione majo„ribus, ad præmiſſa ſpecialiter vocatis, „rogatis, & requiſitis &c. (L.S.) Et „ego Wolfgangus Kerſchbaumber SS. „Theol. & J. U. Licentiatus Archiepi„ſcopalis, & Metropolitici Conſiſtorii Sa„lisburgenſis Conſiliarius, & Secretarius, „nec non SS. Pontific. & Cæſ. authorit. pu„blicus, & juratus Notarius, quia prædi„ctæ Electionis actui, omnibusque aliis, & „ſingulis, dum ſic, ut præmittitur, fierent, „& agerentur, unacum ante nominatis Do„minis teſtibus præſens interfui, eaque o„mnia, & ſingula ſic fieri uidi, & audiui, „ideo hoc publicum inſtrumentum exinde „confeci, manu propria ſubſcripſi, ac ſigil„lum, & Notariatus mei ſignetum appoſui, „in fidem præmiſſorum ſpecialiter requiſi„tus.„

(L.S.) „*Wolfgangus Kerſchbaumber*, „*Notarius qui ſupra.*

Hucusque tenor inſtrumenti authentici de electione.

V. Qui Dominus electus eodem anno 13. Septembris confirmatus,

Peracto hoc Abbatialis electionis negotio, menſe ſubſequente die 13. Septembris confirmatus, & 14ta ejusdem ſolenni ritu in noſtra Eccleſia benedictus fuit. De ſolenni confirmatione exſtant ſequentes litteræ in originali, quas pariter in extenſo ſicut litteras electionis lectoribus communicamus.

„Nos Joannes Erneſtus Dei gratia Archi„epiſcopus, & Princeps Salisburgen„ſis Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legatus &c. „Honorabili dilecto nobis, & fideli P. Placi„do Mayrhauſer Sacerdoti, & profeſſo mo„naſterii S. Petri hic Salisburgi Ordinis S. „Benedicti ſalutem, & gratiam noſtram. „Inter reliquas curas, & ſollicitudines, quæ „nobis ex debito paſtoralis officii noſtri ma„xime cordi, & curæ eſſe debent, illa ſa„ne præcipua & maxima eſt, ut eccleſiis, „& monaſteriis fidei noſtræ commiſſis, & „ſubjectis, dum ea vacare contingit, debi„te, & opportune cum omni diligentia, & „ſtudio provideamus; cum itaque vacante „Abbatia ſupradicti monaſterii per obitum „Caroli ultimi, & immediati ejusdem Ab„batis per electionem de noſtro benigno aſ„ſenſu peractam, ad quam omnes, & ſin„guli, qui de jure, & conſuetudine eidem „intereſſe debebant, legitime citati fuerunt, „iisdemque comparentibus, & capitulari„ter congregatis præmiſſis, tam de jure, „quam de conſuetudine præmittendis, & „ſervatis ſervandis divino Numine aſpiran„te in Abbatem prælati monaſterii, prout „ex inſtrumento authentico deſuper ſub 27. „delapſi menſis Auguſti currentis anni con„fecto plenius vidimus, contineri, canoni„ce electus ſis, nobisque honorabiles nobis „dilecti devoti, & fideles Patres Subprior, „totusque Conventus ſæpefati monaſterii S. „Petri humillime ſupplicarint, quatenus „memoratam electionem in tuam perſonam „factam ratificare, approbare, ac clemen„tiſſime confirmare dignaremur. Nos igi„tur per Commiſſarios noſtros ad hoc ſpe„cialiter deputatos te, & ſuper tuæ perſonæ „habilitate, ætate, dexteritate, aliisque „neceſſariis ſatis informati prælibatam ele„ctionem ratificandam, & approbandam, „tuamque perſonam duximus confirman„dam, prouti tenore præſentium omni me„liori modo via, forma ac jure, quibus me„lius, ac validius poſſumus, & debemus, „eandem ratihabemus, approbamus, & „confirmamus, nec non te P. Placidum per „annuli traditionem (emiſſa primitus fi„dei noſtræ Catholicæ profeſſione, præſti„tisque ſolitis evitatæ Simoniæ, ac fidelita„tis, & obedientiæ juramentis) per Reve„rendum, Perilluſtrem, nobis dilectum, „fidelem, & devotum Maximilianum Er„neſtum Comitem, & Dominum de Scherf„fenberg, Metropolitanæ noſtræ Eccleſiæ „Præpoſitum, nec non Conſiliarium no„ſtrum intimum, ac Conſiſtorii noſtri Præ„ſidem, uti hac in parte Commiſſarium no„ſtrum de eadem Abbatia providemus, & „inveſtimus, adminiſtrationem tam ſpiri„tualium, quam temporalium monaſterii „ejusdem tibi plenarie committendo. In „nomine Patris, & Filii, & Spiritus San„cti Amen. Mandato proinde dictis Patri„bus Subpriori, totique conventui, atque „officialibus, aliisque omnibus, & ſingulis „quomodocunque ad ſæpedictum monaſte„rium ſpectantibus perſonis in virtute S. „Obedientiæ, ut te ſæpenominatum P. Pla„cidum

„cidum in ſuum Abbatem, Caput, Recto-„rem, ac Paſtorem recipiant, tibique de-„bitum honorem, & amorem, reveren-„tiam, atque obedientiam præbeant, præ-„ſtent, & exhibeant, Contradictores, & „Rebelles quoscunque debitis cenſuris Ec-„cleſiaſticis compeſcendo. Harum teſtimo-„nio litterarum manus propriæ ſubſcriptio-„ne, & ſigilli noſtri appenſione munitarum, „Datæ in Metropoli noſtra Salisburgi die de-„cima tertia menſis Septembris anno 1704to.

„*Joannes Erneſtus.*

(L.S.) Vt. Joannes Buck, Cancellarius.

VI. Et 14ta ejusdem in feſto exaltationis S. Crucis benedictus fuit.

Solennem hanc confirmationem ſecuta fuit altera die, quæ exaltationi ſanctæ crucis feſtiva erat, non minus ſolennis benedictio, quam in Eccleſia noſtra, præſente Celſiſſimo Principe Joanne Erneſto, & tota aula, aſſiſtentibus neo-benedicendo Reverendiſſimis, & Ampliſſimis Prælatis Joſepho Michaelburano, & Columbano Seonenſi conſueto ritu peregit Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus Dominus Sigismundus Carolus Comes Caſtri Barci Epiſcopus Chiemenſis. De hac benedictionis die utpote pro feſto exaltationis ſanctæ crucis deſignata, ſæpius non ſine ſuſpirio dixiſſe auditus fuit bonus Præſul Placidus, ſe non ſine præſago omine haud infrequenter ſub curarum, & adverſitatum onere ferme fatiſcentem, dicta die per ſolennem benedictionem in cruce Abbatialis dignitatis exaltatum fuiſſe. Profecto enim Dominus Abbas Placidus, quamvis, ut ex contextu ſequentium patebit, per tot regiminis annos, nimirum 37. (quos ſpatio trecentorum annorum a tempore Ottonis II. Abbatis attigit nullus ex Præſulibus noſtris) reliquerit monumenta tam ſacra, quam profana plane clariſſima, & non ſatis deprædicanda, attamen adverſitates tulit quamplurimas illorum numero merito adjungendus, de quibus ſcriptura ait in libro Tobiæ, & de ipſo: *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit, ut tentatio probaret te.* Filii matris pugnaverunt contra ipſum, & inimicos hominis domeſticos eſſe fuit expertus; ab inquietis enim, & turbulentis quibusdam Religioſis de mala monaſterii adminiſtratione accuſatus, & ſecuta viſitatione multa adverſa ſuſtinuit; licet inquiſitione, & Viſitatione finita omnis eidem honor per humiles accuſatorum deprecationes reſtitutus fuerit. Poſt deperditam tam in prima, quam in ſecunda inſtantia, notoriam illam cauſam Wiettingano-Bettfarnenſem in Carinthia, bene advertit afflictus Præſul, hanc præſertim ob cauſam junctis aliis, haud levis momenti, adverſitatibus viſcera matris fuiſſe læſa, & ſubſtantiam monaſterii ut plurimum imminutam, qua propter hanc ſortem ſiniſtram, cujus ipſe quidem culpam non dederat, haud infrequenter calidis lachrymis deplorare viſus eſt, expertusque plures effectus valde adverſos, qui ex hac infelici cauſa velut mala radice promanabant; imo hic fructus uvarum, quas Patres comedere coacti ſunt, adeo acerbi erant, ut etiamnum dentes filiorum obſtupeſcant. Sed hæc incidenter dicta ſint de benedictione Abbatiali non ſine ſpirituali omine in feſto exaltationis S. Crucis peracta: Nunc autem ad geſta meritiſſimi hujus Præſulis PLACIDI recenſenda progrediamur, utinam pro ſummis hujus optimi Patris, & Paſtoris noſtri amantiſſimi meritis, a quo & nos non tantum ad religioſam profeſſionem ſuſcepti ſuimus, ſed & mille gratias accepimus.

VII. A primis annis quanto zelo exarſerit Abbas Placidus primo: tam pro ornatu templi *externo*,

Lubet jam pro viribus noſtris exponere, quanto zelo a primis poſt ſui electionem annis exarſerit Dominus Abbas Placidus: primo, tam pro ornatu templi *externo*, quam *interno* ejusdem, varias ad publicam ædificationem devotiones ordinando; ſecundo: pro utilitate Confratrum tam *ſpirituali*, præſertim in exſtruendo ſpeciali, & ſeparato novitiatu, quam *temporali*, eosdem perficiendo in ſtudiis, & curam habendo pro infirmis; atque tertio: univerſim pro monaſterii, ſuorumque ſucceſſorum bono; quibus etiam defunctis novam cryptam Abbatialem condidit, ipſe primus in ea conditus. Ardebat in quam neo-electus Præſul zelo pro decore domus Dei: altero ſiquidem poſt electionem anno, non tantum magnam interioris Eccleſiæ partem tenebroſam, & minus decoram ad formam meliorem, & amœnam magis lucis incidentiam reduxit, verum etiam chorum Religioſorum, uti & inferiorem, ac ſuperiorem ſacriſtiam ſive theſaurarium noviter ædificavit, poſito etiam in choro pſallentium altari, eundem chorum appenſis quoque pluribus devotis imaginibus, ut tanto magis pſallentes, & orantes ad devotionem excitarentur, decentiſſime ornavit. Theſauro Eccleſiaſtico, ſeu ſacræ ſuppellectili magnam partem argenti ſuperaddidit, inter quæ ornamenta, quæ altero ſtatim regiminis anno pro eximio ſuo Divini honoris zelo & tenerrimo erga ſanctiſſima corda Jeſu, & Mariæ devotionis affectu fieri fecit, recenſeri meretur inſigne tabernaculum argenteum grande, quatuor columnis eleganter ſuffultum, ſpeciatim vero pretioſa monſtrantia gemmis, annulis, & unionibus magni pretii exornata, quæ hodiedum in diebus feſtivis exponitur, in cujus operculo ſequentem inſcriptionem pro memoria poſuit: *Ad majorem cultum, & gloriam beneficentiſſimi in ſe cordis Jeſu hanc monſtrantiam e gemmis ab Anteceſſoribus, & ſe comparatis fieri fecit, amoremque Euchariſticum ſeptemdecim annulis animæ ſuæ deſponſavit Placidus Abbas S. Petri MDCCV.* Inſuper altare SS. Angelorum cuſtodum in Eccleſia noſtra recenter exſtruxit, atque eorum feſtum ſub ritu feſti Abbatialis celebrari inſtituit; eundem authorem, vel ſaltem reſtauratorem reſpiciunt, altaria S. Scapularis, & SS. Apoſtolorum; ſpeciatim vero adnotari meretur, quod in capellam,

lam, S. Catharinæ prius dictam, devotionem Mariano-Cellensem, posita in hoc loco devota imagine, introduxerit, atque sublato priori Altari, quod erat vulgare, integrum novum exstrui, & deaurari fecerit, annexis quoque multis aliis, quæ prius non fuerant, in hac capella ornamentis, quæ devotio 7ma Septembris die anno 1734. instituta fuit. Tacemus alia minoris quidem pretii, sed non minus etiam pretiosa Ecclesiæ ornamenta, monstrantiam aliam minorem, calices, paramenta elegantissima, quibus suppellectilem Ecclesiæ sacram auxit, zelosissimus pro decore domus Dei, Abbas noster, qui & ultimis annis sepulchrum S. Ruperti Patris, fundatoris, & Patroni nostri sanctissimi decenter ornavit, in cujus pervigilio, ut infra dicemus, etiam prius Præsul, in Domino obiit, haud dubie precibus hujus potentissimi advocati, cujus honorem in aliis quoque occasionibus zelosissime defendit, adjutus, ut ad beatorum Patronorum consortium eo citius, & velocius pertingeret.

VIII. Quam *interno* ejusdem, ordinando varias ad publicam ædificationem devotiones;

Præter hæc, & alia externa templi nostri ornamenta plurimas devotiones ad magnam tum confratrum tum sæcularium ædificationem, & inde correspondentia merita instituit Dominus Abbas Placidus. In Dominicis menstruis, seu quarta in mense pomeridianam concionem de Archiconfraternitate sancti Scapularis, nec non illa finita recitationem publicam Rosarii ordinavit; similiter doctrinam christianam a quodam religioso de conventu singulis ferme Dominicis tum famulis monasterii, tum pueris scholaribus tradi voluit, quod exercitium anno 1706. incœptum in hodiernum usque diem viget. Pro ultima die anni cadentis præcepit, ut exposito Venerabili Sacramento, & altari pretiose ornato mane ab hora 9na usque ad decimam per solenne officium, a prandio ab hora tertia usque ad quartam præter vesperas, & lytanias de venerabili, per solenniter decantatum hymnum Ambrosianum sub pulsu omnium campanarum publicæ gratiæ, pro acceptis toto anno tam generalibus, quam specialibus beneficiis, Deo Optimo Maximo agerentur. Statuit insuper, ut, more in aliis quoque ordinatis Religionibus recepto, singulis annis in choro sub missa Pontificali in festo S. Mauri SS. vota religiosa renovarentur non sine religiosi spiritus augmento, in quem finem non tantum pro efformando in scheda Professionis signo calamum ex auro puro insertis quinque pretiosis lapidibus fieri fecit, verum etiam ipsusmet tecto nomine opusculum asceticum de renovatione votorum, hujusque exercitii utilitate, & dignitate conscripsit, in eoque mysticas significationes aurei calami, & dictorum lapidum exposuit, quod opusculum etiam typis impressum prodiit, anno 1733. Ipso maxime Promotore juvantibus quidem aliis benefactoribus mense Julio prima vice in nostra Ecclesia incœperunt preces quadraginta horarum, quo tempore per tres dies sub publica adoratione sanctissimi Sacramenti magno fidelium concursu Ecclesia nostra frequentari solet, ipso promovente etiam per octavam S. Vitalis quotidianæ lytaniæ institutæ: atque opera cujusdam benefactoris fundatæ fuerunt. Ut autem Dominus Abbas, & exteris zelum suum erga res divinas faceret commune in parochia nostra Dornbacensi prope Viennam in Austria authoritate Pontificia, & ordinaria, confraternitatem de zelo bono multis donatam indulgentiis instituit.

IX. Secundo pro utilitate confratrum tam *spirituali*, præsertim in exstruendo novitiatu,

A zelo erga res divinas, quo ardebat pius Præsul, transiit ex zelo erga filios, & confratres suos ad promovendam ipsorum utilitatem, & commoditatem, tam in rebus spiritualibus, quæ immediate ad profectum in spiritu, quam in rebus temporalibus, quæ culturam in studiis, aut alias necessitates illorum præsertim tempore infirmitatis, pertinere provida cura cognovit. Erat Dominus Placidus Abbas insignis Ascetа instruens suos verbo, & exemplo ad omnem S. Regulæ, & statutorum observantiam, quam omni studio, & conatu conservare, & augere studuit, eandemque legibus specialibus statutis, & doctrinis firmavit, excursiones Religiosorum ad domos sæcularium severissime prohibuit, numerum etiam Religiosorum auxit, atque religiosos numero triginta quinque ad S. Professionem suscepit, inter quos in ordine trigesimus in Abbatia secundus successor fuit. Singulari zelo spiritualia cognomina, præter nomen Professionis, suis religiosis imposuit, ipsus autem cognomen a gaudio sanctissimorum cordium Jesu, & Mariæ assumpsit. In loco capituli satis frequenter præsedit, atque quam plurimas exhortationes asceticas ad spirituales filios, & confratres suos paterno zelo proposuit, quas, quotquot reperiri potuerunt, ex pulvere erutas cum filiali non minus veneratione, & gratitudine erga amantissimum Patrem in duo justa volumina collegit, ac compingi fecit, nec non pro jugi memoria in specialem Abbatialis Archivii cistam secundus in Abbatia successor reposuit. Inter omnia alia præcipuum est, atque a religiosis confratribus non sacerdotibus erga tam sollicitum Patrem memoriam meretur gratissimam, nulloque tempore extinquendam, quod anno 1707. ad non vulgare Religiosæ disciplinæ incrementum, & juniorum fratrum, & novitiorum emolumentum separatum Novitiatum noviter exstrui, atque cellis calefactis ad singulare solamen instrui, nec non duabus specialibus portis, quarum unam S. Vitali, alteram S. Joanni Baptistæ tanquam Novitiatus Patronis dedicavit, a reliquo conventu Patrum, usque ad sacerdotium sub speciali directioni sejungi fecerit, dictasque portas, nec non cellarum januas elegantissimis symbolis ascetics, religioso tyrocinio accomodis, exornaverit. Et sicut optimus

Præsul

Præsul pro commoda suorum tyronum, & juniorum fratrum habitatione ad magis conservandum spiritum erat sollicitus, ita etiam paterna cura eisdem pro religiosa observantia, & speciatim pro Religiosa modestia, atque externa morum compositione *Leges*, ut vocat, *speciales* pro fratribus, & Novitiis scripsit, quæ typis impressæ sunt, & non tantum a tyronibus, verum etiam a veteranis religiosis legi, & observari merentur.

X. Quam *temporali* eosdem perficiendo in studiis, & curam habendo pro infirmis,

Junxit autem hunc zelum, quem providus Pater habuit erga filios suos spirituales in conservando illorum spiritu, cum paterna non minus sollicitudine, ut in studiis bene excolantur, & si infirmos eos fieri contigerit, omnis iisdem exhibeatur sollicitudo. In hunc finem Bibliothecam monasticam, ut magis usui, & commodo esset, ex loco obscuro, & remoto in locum valde vicinum, & maxime opportunum transtulit, in septem cellas uno ordine concinne distribuit, eandemque libris pretiosis, quam plurimis auxit, & ampliavit; neque etiam ullis pepercit sumptibus, ut religiosi filii in studiis excolerentur, & in litteris proficerent, qua de causa statim primis annis misit unum Venetias, & exinde Romam, alium Einsidlam, & ab hoc Principali monasterio ad monasterium nunc etiam Principale S. Blasii in sylva Hercinia, partim, ut sua studia in his locis exteris prosequerentur, partim, ut ille, qui Romam fuerat missus, ecclesiasticos ritus, & cæremonias addisceret, sub ipsius Regimine, atque ex ipsius munificentia, quantum certo constat, octo vicibus publicæ, & pretiosæ theses finales ex omni facultate a nostris confratribus in hujate Universitate Salisburgensi publico ritu defensæ, partim Celsissimis nostris Ordinariis, partim aliis Principibus viris dedicatæ, atque ipsorum præsentia illustratæ fuerunt. Plures adhuc confratres pro suprema Theologiæ, aut Jurisprudentiæ laurea tentati, exanimati, & approbati, ex quibus sex suprema Theologiæ, atque unus suprema J. U. Laurea condecorati, & quidam non minus publici ex Cathedra Doctores, & Professores orbi litterario scriptis, & doctrinis inclaruerunt. Ut vero pariter monente sanctissimo Legislatore nostro curam suam atque paternam sollicitudinem pro infirmis ostenderet pius Pater, primis statim annis in superiori Patrum Dormitorio duas pro infirmantibus cellas, & in harum medio capellam cum altari ordinavit, ut tali modo infirmi ex utraque parte per fenestram diebus præsertim festivis missam commode audire, & sæpius epulo Eucharistico refici valeant, pro quorum infirmorum cura, & infirmariæ præfecti instructione leges scripsit, typis quoque impressas: similiter pro levamine confratrum famulum sæcularem pro Conventu suscepit, qui lecta sterneret, everreret cellas, infunderet aquam, atque similia servitia perageret, ad quæ præstanda ipsi confratres etiam Sacerdotes prius erant obligati, ex qua autem dispositione longe major mundities in cellis fuit observata.

XI. Et tertio, universim pro monasterii suorumque successorum bono, exponitur;

Porro sollicitudo hujus providi Præsulis universim pro monasterii incremento, atque suorum successorum commodo fuit plane eximia. Anno 1706. novum Archivium prope Abbatialem cameram, cum omni humana contra incendii periculum cautela, rara inventione ad summam suorum successorum commoditatem ex alio loco magis dissito transtulit, & condidit, in quo Archivio hæc legitur inscriptio: *Hanc humane providam Archivii structuram Divinæ Providentiæ & tutelæ devotissime commendat & committit humillimus servus Placidus Abbas sancti Petri anno* 1706. Primis etiam post sui electionem annis ordinavit Dominus Abbas, pro non vulgari monasterii incremento, ut Decimæ in Seekirchen haud amplius redimerentur pecuniis, sed colligerentur in natura, cum majori eminenter utilitate, eoquod experientia non infrequenter docuerit, prius vix decimas decimarum fuisse solutas. Inter profana ædificia (transmissis quamplurimis minoris momenti reparationibus, & ædificiis) domum officialis in Hallein a suo Domino Antecessore cœptam absolvit; sic etiam sub ipsius Regimine domus parochialis in Dornbach in Austria inferiori, & domus officialis in Praitenau in Austria superiori fuerunt exstructæ. Anno 1737. villam prope Lauffen ea quidem conditione monasterio comparavit, ut reservatorium haberet monasterium pro colligendis in illo loco decimis, ita tamen, ut hæc villa sub reservandis certis, atque monasterio proficuis conditionibus, si opportuna se offerat occasio, in emphyteusin vendatur, quod etiam post ipsius obitum reservatis reservandis opportuna se occasione offerente anno 1756. factum fuit. Præ omnibus autem memoriam Domini Abbatis Placidi, utpote providi Patris, pro utilitate monasterii, & successorum bono, commendat, quod primis statim annis aliquot florenorum millibus villam nobilem cum adjacente sylva in Babenschwandt tribus hinc horis ferme dissitam monasterio comparaverit, ad cujus majus bonum, & incrementum non tantum novum stabulum, & horreum 180. pedum longitudinis struxit, verum etiam pro pascuis copiosi pecoris insignem sylvam Ebnerwald in præfectura Hittenstein ad S. Ægidium a Celsissimo Principe Joanne Ernesto Thunio in emphyteusin cum levi quodam onere annui census, & taxati laudemii impetraverit. Similiter anno 1711. postquam tractatum fuit inter Reverendissimum, & Perillustrem Dominum liberum Baronem de Rechling (postea ex singulari vocatione in Italia discalceatum Carmelitam, ibidem in magna pietatis fama mortuum) possessorem Castri Goldenstein, sæpedictus Dominus Abbas dictum locum Goldenstein cum præ-

prædiis, & subditis, locum & successoribus, & confratribus pro respiratione autumnali peramœnum, acceptatis partim fundationibus, partim numeratis pecuniis monasterio adjecit. Sed tam de villa Pabenschwandiana quam de castro Goldensteinensi ex actis plura dicemus inferius, postquam recensuerimus, quantam sollicitudinem D. Abbas etiam pro suis defunctis successoribus in exstruenda nova crypta exhibuerit.

XII. Quibus etiam defunctis cryptam Abbatialem condidit, ipse primus in ea conditus.

Non habebant hactenus DD. Abbates defuncti cryptam specialem, in qua post mortem fuissent sepeliendi, sed plerique ex antiquioribus Abbatibus fuerunt sepulti in antiquo capitulo prope Capellam S. Viti, vel in hac ipsa capella, uti in enarrata Abbatum serie haud infrequenter notatum fuit; alii DD. Præsules ex recentioribus in Ecclesia principali monastica, vel in adjacentibus capellis fuerunt conditi; ut ergo in morte conjuncti maneant, quos Abbatialis dignitas in vita æquales reddidit, sollicitus Dominus Abbas Placidus tam pro se, quam pro 23. aliis successoribus ante summum altare intra Presbyterium cryptam mortualem exstruxit, in cujus superiori parte non tantum in 24. distinctis marmoreis lapidibus epitaphia pro quolibet D. Abbate leguntur, & legentur, verum etiam in introitu hujus cryptæ extra Presbyterium lapis marmoreus grandis hanc cryptam tegit, cui lapidi sequens inscriptio incisa legitur, quæ & ab omnibus ad ædificationem legi meretur, & sequentem in nostra vernacula, ut a pluribus intelligatur, & frequentior defunctorum Abbatum a fidelibus memoria fiat, tenorem continet:

†

Stehe! der du vorbeigehest
Oder besser, falle auf deine Knüe zu betten,
dan es ligen da
Welche weyland stunden in Würden
Und besassen den Sitz eines Abbten
dises uralten Klosters S. Peter
wie auch andere hohe Ehren-Stellen;
Ihre Leiber widerkehren hier und werden anderen gleich:
Seind unter deren Füssen deren
die unter Ihnen lebten
Wann dan die hoch stehen, also fallen müssen
wer will hoch gehen,
Und ihme uill einbilden, so er doch nichts ist?
Die Seelen seind bei Gott, oder uilleicht in
der Peyn
(Dein theurer rauch der ehren)
Und müssen nicht allein Rechenschafft geben,
Lohn oder Straffen empfangen,
von dem, was sie gethan,
sondern auch, was sie unterlassen.
Nicht allein von ihrer als Obern sondern auch,
deren untergebenen Seelen
Gedanken, Worten, und Werken
Und ist das strengste Gericht disen, so vorstehen
Sap. 6. v. 6.
Chron. Monast. S. Petri Salisb.

Auch ihr Gute kommet in die strenge Frag
Ob ihr nach Gott gut gewesen?
O erbarme dich also deren!
Sonderlich, so sich deiner etwann erbarmet haben,
Sie haben dir offt gewunschen den Friden
durch das Pax vobis.
Wünsche ihnen nun die ewige Ruhe,
vor das erst demjenigen,
So hier anderen ein Ruhe-Ort gebauet,
Diser ist deines Gebetts um so uill mehr nöthig,
als Er unwürdig.
Gott wird es vergelten.

†

In hac ergo crypta pro se, & 23. successoribus exstructa ipse D. Præsul exstructor primus fuit conditus anno 1741. ut infra dicetur.

XIII. Amplius commendari meretur, quod anno 1705. sedem Pabenschwand cum præcipuis prædiis,

Sicut autem, ut supra relatum, memoriam hujus solliciti Patrisfamilias posteritati ut plurimum commendat, quod pro monasterii bono nobilem respective sedem Pabenschwand anno 1705. cum sylvis, & alpibus, nec non castrum Goldenstein anno 1711. cum adjacentibus prædiis comparaverit, hinc & fusius de utroque loco, & horum bonorum emptione agendum erit. Et primo quidem anno 1705. quarta Julii ipsam sedem Pabenschwand (quæ illo tempore post quandam præcedentem cridam in varias partes, diversosque possessores fuit divisa) cum quibusdam bonis præcipuis; rursus anno 1705. tertia Augusti alia libera, & nulli Domino directo subjecta prædia; eodemque anno aliquam partem lignorum in Buechwald, & similem anno 1706.; iterum anno 1708. aliquod pratum infra ponticulum versus Tallgeu comparaverit; specialiter autem anno 1707. ex clementissimo consensu locum Ebnerwald pro alpibus obtinuerit; in quo loco Pabenschwand etiam jus piscandi in præterfluente alveo, & jus exercendi minorem venationem habetur, Nos de singulis acta damus, & præprimis litterarum primarum emptionis sequentem copiam ex originali descriptam:

„Ich Joseph Pockh von, und zu Arnholz
„Hochfürstl. Salzburger. Hofrath, und
„Truchseß, auch Pfleger in der Abbtenau.
„Bekhene für mich, und all meine Erben, und
„thue khund menigelichen, mit disem offenen
„Brief, wo der zu vernemmen vorkhomt, das
„ich um meines besseren Nuzen, und Gelegen-
„heits willen in einen stett ewig, und unwider-
„sprechlichen Kauf hingeben, und verkhaufft:
„auch neben hiemit zuegesagt genugsamer Ge-
„wehrschaffts Leistung ein- und überantwortet
„habe, thue das auch hiemit ganz wissentlich
„und wohlbedächtlich in der allerbesten Form
„rechtens, sonderlich aber, wie es diß Orths
„in hohen Erz Stifft Salzburg Herkhommen,
„und Gewohnheit ist, dem Hochwürdigen in
„Gott, Hoch Edlen, und Hochgelehrten
„Herrn Herrn Placido Abbten des lobwürdi-
„gen und uralten Klosters zu S. Peter in Salz-

 „burg,

„burg, und Hochfürstlich geheimbden Rath ꝛc. „auch Seiner Hochwürden und Gnaden Nach„kommen an der Prälatur, principaliter aber „ainem Hochlöblichen Convent &c. &c. und „dero uralten Stifft zu wolermelt S. Peter, „nemblichen meinen untzhero ingehabt und ei„genthumlich erseßenes Schlößl sambt dem ge„gen der Höhe sogenant mit zweien Feuerstetten, „Thenn, Heuleg, und Stallung begriffenen „Lippenheusl auch mit Band und Stecken ein„gefridt, darzu gehörigen Obstgarten, dan ge„gen iber an das Palm feld zu Legung Holz, „und Heys stehenten Neubau, Mayrhauß, „Stallung, und darzwischen ligenten Grund„und Ausfahrten zu Pabenschwant, dan das „sogenante Kohlstadtfeldt, so Krafft der un„term 27. Martii anno 1699. vorgegangenen „Schatzung zwölf Tagwerch in sich haltet; „mehr das Kohlstadtfeldt in Anewendtern, so „drey ain halb Tagwerch betrifft. Item in„halten vier Tagwerch, sambt der daranstos„senten Waldung, so in vier und zweinzig Tag„werch bestehet, widerumben den oberen gros„sen Anger, so anjezto zu Wisinaten ligt, und „neun Tagwerch: dan den untern kleineren „Anger Pr. ain und ain halb Tagwerch, so „ebenfalls der Zeit für Wismath gebraucht wor„den, und leztlichen einen anderen grossen An„ger, oder Wisen Pr. zehen, und ain halb Tag„werch langs, so alles in einem Stuckh zwi„schen den Bach, und zaun anderen Fahrtweeg „zu gedachten Pabenschwant gelegen, sambt „der Helffte des nächst beim Bronn stehent, so„genanten Mayr Stadt, wobei aber der alda „befindliche Thenn in commun verbleibet, welch „alles freu, ledig, eigen und niemand mit „Grundherrschafft unterworffen ist, sambt al„len darzue gehörigen Gerechtigkeiten. Aller„massen solches bereits 1699. von einem Hoch„fürstlichen Hoffgericht ꝛc. auf der vorgekehrt„Ferdinand Hueberischen Gand-Handlung mir „in solutum eingeschätzet und auch nachgehents „von theils dessen Creditorn titulo emptionis „ordentlich ibergeben worden, nichts hiervon „separirt noch ausgenommen. Darumben „und hierfür haben hoch-ermelt seine Hoch„würden und Gnaden, und dero hochlöbliches „Convent in Nammen ihres uralten Stiffts, „und Klosters zu St. Peter mir mit einer ordent„lichen pactirten Kauff-Summa Pr. fünf tau„sent und fünf hundert Gulden, welche Kauff„Summa aber mir allererst nach Verstreichung „der nächst nach einander folgenten sechs Jah„ren, geliebs Gott, anno ain tausent siben „hundert, und ailfe paar bezahlt: indessen „aber alljährlich zu H. Martini, und zwar ain „tausent sibenhundert und sechse um solche Zeit „zum erstenmahl mit fünf Pro-Cento gebihrent „verinteressiret werden sollen, alle annemmli„che Satisfaction gethan, also zwar, daß nun„mehro Ihre Hochwürden, und Gnaden hoch„gedachter Herr Abbt, und Convent in Nam„men ihres Klosters obgemeltes Schlößl mit „beschribener zugehör, in Feldern, Halten, „Waldungen, Aengern und Wißmathen, sambt „deren zugehör nach eigenen Belieben nuzen, ge„nüssen und gebrauchen, auch darmit ferner ih„ren Gefallen nach thuen und lassen, sollen und „mögen, wie dieselbe gleich mit anderen ihren, „und ihres Klosters eigenthumlichen Grund- und „Güttern verlust, und verlanget ohne meiner „und sonst meniglichs meinetwegen einred- hin„ternuß, und widersprechen, darwider solle „mich- und meine Erben nit schützen, schirmen, „noch fürtragen ainicherlei recht, beneficien, „privilegien, exception, Gnad oder Frei„heit, oder was nach Menschen Sinn erdacht „werden möchte, dan ich mich deren jeder, und „aller so wol in genere als in specie iezt alsdan, „und dan als iezt, genzlichen verzihen und bege„ben haben soll, und will, alles getreulich oh„ne Geverde: deme zu wahren urkhund habe „lezt Hoch-erwehnt Sr. Hochwürden und Gna„den dem Herrn Prälathen, und Dero Nach„khommen an der Prälatur, auch ganzen hoch„löblichen Convent, ich anfangs bekhennter „Joseph Pockh von und zu Arnholz, disen „Kaufbrief unter meinem adelich angebohrnen „hieranhangenten Insigl versertigt- und bekräff„tigter- auch eigenhändig unterschribener zu „Handen gestellet. Actum den 4ten Monaths„tag Julii nach der gnaden-reichen Geburt Chri„sti im ain tausend siben hundert und fünften „Jahr.„

(L.S.) Joseph Pockh, von Arnholz.

Sequuntur jam aliæ litteræ emptionis, quarum vigore ab inclyta collegiata ecclesia ad nives eodem anno 1705. tertia Augusti alia bona ad hanc sedem Pabenschwant pertinentia monasterio nostro vendita fuerunt: XIV. Pariter eodem anno octo alia minora bona eo pertinentia, sed antea divisa.

„Wür Probst, Senior, und gesamtes Ca„pitl der Hochfürstlichen Collegiatæ „beatiss. M. V. ad nives alhier in Salzburg be„khennen mit gnädigisten Consens Ihrer Hoch„fürstlichen Gnaden unsers gnädigsten Fürsten „und Herrn ꝛc. ꝛc. für uns und unser Nachkhom„men und verkhauffen auf stett und ewig, thuen „das auch hiemit wissent- und wohlbedächtlich „in Krafft diß Briefs dem Hochwürdigen in „Gott Herrn Placido Abbten des lobwürdigen „uralten Klosters zu S. Peter alhir Hochfürstlich„Salzburger- geheimden Rath, einer löbli„chen Landschafft mit Verordneten ꝛc. auch des„selben P. Priori und Convent die freu eigene, „und niemand Grundherrschafftlich- unterwors„sene Grund-Stükher aus dem im Hochfürst„lichen Pfleggericht Neuhaus entlegenen Guet „Pabenschwandt, wie das von dem Hochfürst„lichen Hofgericht dem Johann Georgen Rechler „Burger, und Specereyhandler sub 28. Julii „anno 1699. und 20ten Octob. anno 1700. an „statt des sonst gewohnlichen Guetmachschein „ertheilte attestatum und Commissions- Pro„tocoll specificirter in sich halten, benantlichen „den Heußlgarten sambt der dabeistehenten Be„hausung: Secundo: das Barbara Feld, so „zwelf tagwerch in sich halt: tertio: das mit„mäßige tagwerch in Anwendter: quarto, die „vermarkht- halbe Fichtl- halt, so in zwei tag„werch

„werch

„werch bestehet. Quinto: auf berührte Fichtl„halt die helfte in Anwendtern zu ain- und ain „halben tagwerch: 6to: den Schoffbichl, „dan 7mo den nächst des Heußlgartens hiniber „stehenten halben Stadl, mehr aus dem daran „stossent- und nunmehr durchaus vermarkhten „Schwarzwald neun tagwerch: weiters das „Palmfeld, und letzlichen 4. tagwerch Holz „von der Eßlwanger Straß biß auf den Wüsen„eggerweeg gegen Talgeu, auf welche Grund„Stückher wohlgedacht unser Collegiata ver„mög unter den 6ten Junii anno 1703. bei all„hießigen Stattrath publicirt Rechlerischen „Gant urtheils in solutum der hierauf nach in„halt bei gedachten Pfleggericht Neuhauß den „22ten August anno 1699. den 19ten Nov. an„no 1700. durch widerholten Rechler erbetten: „und ordentlich ausgefertigter zweier Schuld„brief Pr. zwei tausend Gulden verhypotecir„ten Haupt- item Zinß- und administrations„unkosten nach gewisen worden mit allen dar„bei verhandenen Gerechtigkeiten, sambt der „Hauß- und Paumansfahrnuß, massen die „hieriber verfaßte Verzeichnuß zeiget, nicht „hieruon ausgenommen; hierumben und dar„fir haben unß und unseren Nachkhommen in „Nammen wollernannter Collegiatæ wolge„melt Ihro Hochwürden Herr Abbt, Prior, „und Convent als Abkeuffern mit anderen zwei „tausendt Gulden Kauff-Summa ein angenemm „und völliges Benügen gethan, darmit wür „auch also zu friden sein, bleiben sollen und wol„len; demnach und hierauf wir aber wolgedacht „Sr. Hochwürden Herrn Abbten, Priori und „Convent bestimte Grund-Stücker zu Paben„schwandt sambt allen pertinentien (wie obge„melt) nichts ausgenommen ein- und iberant„wortet haben, also und dergestalten, daß sel„be nunmehro all- und jedes ob-beschribenes „nach ihrem Belieben und gefallen, innhaben, „nuzen und genüssen können, und mögen; in „urkhund dessen wir lezt wolermelt Sr. Hoch„würden Herrn Abbten, Priori, und Con„vent gegenwärtigen mit lezt wolangefürter „Collegiatæ aigens angehörigen Insigel, und „unseren aigenhändigen unterschrifften ausge„fertigten Kaufbrief zugestellet haben. Gesche„hen zu Salzburg den 3ten Tag Augusti im si„benzehen hundert und fünften Jahr. „

(L.S.)

„Leopoldt Freyherr von *Firmian*,
Præpositus.

Franz Dreer. Senior.
Johann Buck. Canonicus.

„Bekhene hiemit offent- gegen meiniglich, daß „ich um meiner besseren Gelegenheit wüllen auf„recht- und redlich verkhaufft und zu khauffen „gegeben habe, verkhauffe, und gibe auch zu „khauffen in Crafft diß Briefs dem Hochwür„digen in Gott, Wohl Edl und Hochgelehrten „Herrn Herrn Placido Abbten des löblichen ur„alten Klosters St. Peter in Salzburg, Hoch„fürstlich- geheimben Rath, auch einer löbli„chen Landschafft General Steuer Einemme„ren, und der Universität alda Assistenti per„petuo, auch dem ganzen löblichen Convent „daselbst, nemblichen jenes 1½ tagwerch Holz „in Buechwald zu Babenschwandt im Hoch„fürstl. Pfleggericht Wartenfels gelegen, so „ganz frey aigen, und mir pro medietate von de„nen Salome Mayrischen Erben in solutum: „pro altera medietate aber von der woll tu„gendreichen Jungfrauen Juliana Zahlmanin „keufflichen cedirt- und eigenthumblich iberge„ben worden, mit allen rechtlichen ein- und zu„gehörungen, wie vor Alters darbei gewesen, „und ich an mich gebracht hab; dan ob hocher„melt Ihro Hochwürden und Gnaden, Herr „Prälat und Convent mir mit einer paar be„zahlten Summa Gelts ein ganz völliges und „ewiges Benüegen gethan, daran ich iezo „und firdershin wol vergnügt sein soll und ewig „verbleiben will; hierauf verzeich- und begib „ich mich für mich und alle meine Erben bedeiten „wald- orths und zugehörungen zu ganz durch„gehent stet ewiger Verzicht, also und dergesta„ten, daß weder ich, meine Erben, noch ie„mands anderer von meinetwegen derenthalben „zu mehr Hoch- ernannten Herrn Keuffern hin„fihro in ewigkeit einigerlei zuspruch, Anforde„rung, Recht oder Gerechtigkeit nit mehr haben, „fürnemmen, suechen, oder gewünnen soll, „und will, noch mag, weder mit noch ohne „Recht in keinerlei weiß noch weeg, wie solches „immer erdacht werden mechte, sondern will „hochgedachte Herrn Keuffere sollen und mögen „hinfirders vorbeschribenes Hölzl samt dessen „Gerechtigkeit nunmehr würklich innhaben, „nuzen, nüessen und gebrauchen, auch damit „handlen, thuen und lassen, wie sie verlust „und beliebt, unverhindert meniglichs; ich soll „und will denenselben auch hierumben getreue „Gewehrschafft leisten, wie es recht, und „Lands-gebräuchig ist. Treulich ohne gever„de, dessen zu wahren urkhund gib ich offt hoch„ersagten Herrn Keuffern disen eigenhändig un„terschribenen, und mit meinem adelichen In„sigl gefertigten Kauffbrief, so beschehen in „Salzburg den 30ten Octob. anno 1705.

(L.S.)

Franz Volpert Cammerlohr
von Weichingen.

XV. Rursus dicto anno partem lignorum in Buechwald, & similem partem anno 1706. in allo loco,

Eodem anno certa pars lignorum in Buechwald, & similis anno 1706. huic sedi Pabenschwandianæ, tenore duplicis desuper instrumenti, adjecta fuit, ex quibus primum in charta, alterum in membrana scriptum est; & ita leguntur dictæ emptionis tabulæ:

„Ich Franz Volpert Cammerlohr von Wei„chingen, Hochfürstlich Salzburg. Hof„rath, Landman und Erb aus ferg zu Lauffen.

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

Tenor litterarum de anno 1706. in membrana est sequens:

„Wür mit Namen Thoman und Andree Reit„ter Gebrüder beede in Pleibenfeld Hoch„fürstl. Pfleggerichts Neuhaus seßhafft, be„khennen für uns und all unsere Erben hiemit of-

„sent- in Crafft diß Briefs das wür auf stett,
„und ewig freu wilkhürlich hinumbgelassen und
„zu khauffen gegeben haben dem löblich- ural-
„ten Closter St. Peter in Salzburg, nembli-
„chen unser laut Ansatzbrief dat. 3ten Nov. an-
„no 1699. biß anhero zugleich inngehabtes und
„annoch zum Barbara feld gehöriges ain, ain
„halb tagwerch holz, so aus dem frey aigenen
„Hoff Pabenschwandt gebrochen, und erstens
„von dem Marchbaum beym obern Haag, so
„diß und des Herrn Rechlers Holztheil scheidet,
„nach bemelten Haag hinumb auf ain täntl mit
„zwei Kreizen von dannen herab in ain Feichtl
„auch mit zwei kreizen, weiters herab widerum
„auf ein Feichten mit zwei kreizen, von solchen
„linkher Hand herumb mehr auf ain feichtl mit
„zwei kreuzen hieruon ferners auf ein feichtl mit
„zwei kreizen, von dannen auf ein tändl mit
„zwei kreizen, welches das heruntere Schaid-
„march dises: und des Herrn Rechlers neben
„gehilzen ist, von solchen aufwarts in der Mit-
„te auf ain tändl mit zwei kreizen, und leztlichen
„an das erste eckmarch beym Haag und mithin
„ordentlich mit siben baumen um und umb ver-
„läkht worden ist, mit allen rechtlichen ein- und
„und zugehörungen nichts daruon ausgenom-
„men; hierumben und dafür ist uns Bekhen-
„neren mit einer gewissen Summa Gelts ein
„billiches Genügen geleistet worden, daran
„wür ganz woll vergnüegt sein, und verbleiben
„wollen, demnach und hierauf haben wür ge-
„dachten ain, ain halb tagwerchholz wollgemelt
„löblichen Closter St. Peter uöllig ein- und iber-
„antwortet, also und dermassen, das dises
„mehr bedeites Holz mög innhaben, nuzen,
„nüessen und gebrauchen, auch darmit hand-
„len, thuen und lassen, wie dißfalls rechts und
„Landsbrauch ist. Treulich ohne Geverde: de-
„me zu wahren urkhund geben wür anfangs be-
„khennet Reitterische Gebrüder lezt berüert löb-
„lichen Kloster St. Peter hieriber diesen Kauff-
„brief, welcher auf unser gehorsames Anlangen
„mit des Hoch und wollgebohrnen Grafen und
„Herrn Herrn Franz Joseph des H. R. Reichs
„Grafen von Pfalz Freyherrn zum Thurn,
„Herrn auf Grädisch und Höf, Hochfürstl.
„Salzburg. würcklichen Cammerers, Hof-
„Cammer Rath, Landman und Pflegers zu
„Neuhauß ꝛc. hier anhangent Hochgräfflichen
„Insigl und beigefiegt eigenen Handschrifft (ie-
„doch in allweeg ohnschädlich) verfertiget, und
„zu Gezeugen erbetten worden die ehrbare Ma-
„thias Sittinger und Johann Tausch beede in
„der Geigl wohnhafft. Beschehen den fünfze-
„henten Monathstag May im sibenzehen hun-
„dert und sechsten Jahr.

(L.S.)

Franz Joseph Graf von Pfalz.

XVI. Anno autem 1708. aliquod spatium versus Tallgeu monasterio comparaverit;

His litteris accedunt & aliæ sub 7ma Januarii die anno 1708. signatæ, & roboratæ, quarum tenore aliud rursus spatium ad hanc villam pertinens, prius autem divisum, & separatum, de novo emptum fuit a quodam Adamo Kirchstetter subdito in Præfectura Neuhaus. Sequitur tabularum copia:

„Ich Adam Kirchstetter zu Au Pfleggerichts
„Neuhauß ansessig, bekhenne für mich, und
„all meine Erben hiemit, das ich auf stett und
„ewig hinumbgelassen, und zu khauffen geben
„habe dem löblichen Closter St. Peter in Salz-
„burg ꝛc. Nemblichen meinen bißhero inngehab-
„ten Anger unter dem Prikl gegen Tallgeu, so
„freu ledig aigen, und in Hochfürstlichen Pfleg-
„gericht Neuhauß entlegen, sambt allen recht-
„lichen ein- und zugehörungen, nichts darvon
„ausgenommen, hingegen und dafür ist mir mit
„einer gewissen Summa Gelts ein gefelliges
„Benüegen geschehen, wormit ich ganz woll
„vergnügt bin, auch sein verbleiben will; di-
„semnach kann und mag wollgedachtes löbliche
„Kloster St. Peter ꝛc. bedelten Anger nun firo-
„hin nuzen, nüessen und gebrauchen, wie es
„gefellig, gestalten ich mich, meines gehabten
„rechts völlig verzihen: und anbei genugsame
„Gewehrschafft versprochen habe, wie rechts
„ist: treulich, ohne geuerde, deme zu wahren
„urkund ist diser Kaufsbrief auf mein Bekhen-
„ners gehorsames Anlangen mit des Hoch und
„wohlgebohrnen Herrn Herrn Franz Wilhelm
„Gottlieb des H. R. Reichs Freiherrn von
„Prankh auf Seeburg und Feldeeg, Hoch-
„fürstlich. Salzburger. Cammerers, Obrist-
„Kuchlmeisters, Hof Cammer Rath, Land-
„man und Pflegers zu Neuhauß ꝛc. hier anhan-
„gent Hochfreuherlichen Insigl und beigefiegt-
„eigenen Handschrift (iedoch in allweeg ohn-
„schädlich) verfertiget worden. Zeigen Jo-
„hann Tausch und Mathiaß Sittinger beede in
„der Geigl wohn- und seßhafft, beschehen den
„Sibenten Monathstag Jenner im sibenzehen
„hundert und achten Jahr.„

(L.S.)

Franz Wilhelm Gottlieb
Freyherr von Prankh.

Atque hæc sunt præcipua prædia, quæ, dum antea erant divisa, & separata, rursus sedi huic Pabenschwandianæ fuerunt per particulares emptiones reunita. Acta originalia prima, seu antiquissima in originalibus habemus ab anno 1515., ex quibus eruitur, qualiter locus iste ab uno possessore venerit ad alium. Alpes vero Eberwald: seu ut hodie vocantur Prenwaldianæ ad hanc villam nunquam pertinebant, sed primum anno 1707. easdem a Celsissimo Principe JOANNE ERNESTO ex Com. de Thun sub certis conditionibus Dominus Abbas Placidus obtinuit, quas etiam propriis impensis, iisque non levibus, ad modernam utilitatem excoli fecit, de quibus immediate ex litteris originalibus major patebit notitia.

XVII. Specialiter vero quod anno 1707. locum Ebnerwald a Celsissimo Principe pro alpibus obtinuerit;

Singularem ergo mentionem merentur alpes Prenwaldianæ hodiedum ad sedem Pabenschwand pertinentes, de quibus, quomodo ad monasterium nostrum devenerint, sequens docebit diploma Archiepiscopale membraneum, quod in grandi forma scriptum, Celsissimi Principis manu subscriptum,

ptum, & altefatæ Celsitudinis sigillo pendulo roboratum est. Nos copiam communicamus ex ipso originali:

„Wir Johann Ernst von Gottes Genaden „ Erzbischoue zu Salzburg Legat des H. „Apostolischen Stuls zu Rom ꝛc. ꝛc. bekhennen, „daß bey uns Herr Placidus Prælat zu St. Pe„ter alhier um das ihme unser bereits vor siben „Jahren durch Sturmbwind zu boden gelegte „Hoffwendt- oder Ebnerwald Hüettensteiner „Gerichts, zu einer Albm auszuraumben, und „zu ainen urbar gnädigst verlihen werden mech„te, unterthänigist supplicando angelanget, „hieriber unser Oberst Jäger- und Waldmai„sterei dan Pfleggericht Huettenstein, in Ge„genwart bemelten Herrn Abbtens und dessen „Kuchenmeisters, gesammter Hand ainen or„dentlichen Augenschein eingenommen, den be„fund ausführlichen berichtet, und darauf un„sere Hof Cammer unterthänigste Relation ab„gelegt hat, welchen nach dan auf die von gedacht „unserer Hof Cammer sub 17. Octob. anno diß „erlassene Signatura die ordentliche Ausläckh„und Vermarchung diser Alben anheunt zu end „gesetzten dato durch unser ob bedeite Obrist„Jäger- und Waldmaisterei, dan Pfleggericht „Hüttenstein, item in beisein des von Kloster „S. Peter alhier darzu abgeordneten Kuchenmei„sters, P. Godofredi Krölls und dessen Mayrs „Georgen Ainstands vorgekehrt- und verricht„auch der Anfang an einer Buechen gemacht „worden, so der Geräde nach auf die ain hun„dert Schritt von der Hoffwand Alben, in „wald stehet, und mit zweien Kreizen bemerkht „ist, deren eines auf den Ridl gegen den Spiz„egg und das andere schrembs auf den ridl hin„umb auf ain Feichten zaigt, an welcher Feich„ten aber zwei Kreiz zu sehen, daraus aines zu „der angelakhten Buechen und das andere der „geräde nach in das Thall an ain mit zweien „zweien Creizen gemarchtes Biechl fihret, „von disem Piechl rechter Hand schrembs neben „dem Ridl an ain Feichten mehr zwei Creiz, ab „solcher Feichten an den Ridl mehr rechter Hand „schrembs hinumb ain tändl mit zweien Creizen „von dannen mitten auf den ridl widerum an ain „tändl zwai Creiz, weiters auf disen ridl thall„werts ain Piechl mit zweien Creizen, ab be„melten Piechl linker Hand schrembs nebst des „neuerfundenen Brunns aufwerts gegen der „liechten- alwo herunten in der Ebne an ein „Feichtl zwei Creiz, von disem Feichtl in dem „Graben auf und auf an besagte liechten, und „jung keyserliche waldung, aldort abermall ain „Feichtl mit zwaien Kreizen, von dannen rechter „Hand auf den Ridl an ainer auf einen Köpfl „stehenten Puechen zwai Creiz, ab bemelter „Puechen an aine auf ainer Höhe sich befindent„und mit zwaien Creizen bezeichnete Than, von „diser Than an Puchen, daran zwei Creiz; ab „solcher Puechen ain zimbliche weite der wasser „sag nach biß an das Spitz-egg der geräde nach „abwerts in wald biß an die anfangs mit zweien „Creizen angeläkhte Puechen, wormit sich dise „ausläkh und vermarchung geschlossen hat; was „nun immer diser vorbeschribenen Läkh und „March an windwürffig- dor- und grünstehen„ten Holz vorhandten, oder komfftig erwachsen „wirdet, das kann und mag eingangs ernann„ter Herr Prälat zu St. Peter und dessen ieder„mahliger Successor gegen hernach gesetzten „Conditionen seiner Gelegenheit nach auf eige„nen Unkosten aushakhen, raumen und schwend„ten, auch den Grund zur Ehepleß und Vich„wayd richten, dan also innhaben, nuzen, „und gebrauchen ohne iemands anderer Irrung „und Hindernuß; herentgegen aber und für sol„che Gnad solle derselbe und seine Nachfolgere „von dato diß Briefs an, nach drei frei Jah„ren, hieruon jährlich und iedes Jahr beson„ders zu recht gewohnlicher Stifftzeit in unser „urbar-Ambt Hüttenstain drei Gulden Stifft, „und alle zwölf Jahr dreißig Gulden taxirte „Anlait raichen, nit weniger keinen ausländi„schen zuefahrer oder Mitalbler ohne unser gnä„digstes Vorwüssen aufnemmen, item, das „iedermallig zu den Käser bedürfftige Pau, wie „auch Prenn- und Haag-holz in diser ausge„marchten Alben nemmen, ihme dasselbe an„wachsen lassen und heuen; solchen nach dan „wür ersagten Herrn Abbten zu S. Peter und „dessen Successoribus obbedeut ausgeläkht- und „vermarkhtes Orth zu ainer Alben auf hie „ob angeführte Conditiones verlihen haben; „verleihen auch offt gemelten Herrn Prälaten „und seinen Nachfolgern meht erholtes Orth zu „einer Alben hiemit wüssentlich in Crafft diß „Briefs als fer und souill wür zu recht sollen und „mögen, auch recht und Gewohnheit ist, doch „unß und unserem Erzstifft dan sonst gemeiniglich „an unseren und ihrer rechten ohnuergriffen, und „ohne Schaden. Urkund diß Consens- und „Verläkhsbriefs geben auch mit unserer Hand „unterschrifft, und hier anhangent kleineren In„sigl verfertigter, in unser Haubt- und Resi„denz Statt Salzburg den 28ten Monathstag „Octobris nach der gnadenreichen Geburt un„sers Herrn und Selligmachers Jesu Christi in „ain tausend sibenhundert und sibenten Jahr.

„Johann Ernst. (L. S.)

Hæc igitur de alpibus seu pascuis Prennwaldianis, qualiter ad monasterium nostrum pervenerint, dicta sufficiant.

XVIII. In quo loco Pabenschwand etiam piscandi, & venandi jus habetur.

Unum est, quod pro complemento actorum de loco Pabenschwand superaddi potest; haberi nimirum a possessore hujus sedis jus in præterfluente alveo piscandi, nec non minorem venationem exercendi, quamvis ex hoc utroque jure propter loci distantiam vix ulla utilitas monasterio proveniat. Utrumque hoc jus tam venandi, quam piscandi controversiæ fuisse subjectum, eo quod expresse in ultimis litteris emptionis nihil contineatur, ex variis relictis actis colligimus; in favorem tamen monasterii jus piscandi adjudicatum fuisse monasterio ex sequenti Decreto inclyti judicii aulici dabimus; quamvis autem de jure venandi concessio in actis, & decretis non existat, minus tamen de hoc jure, quam de jure piscan-

di dubium esse potest, eo quod propter hoc jus minorem venationem exercendi certa aliqua eaque annua pensio ad præfecturam in Hittenstain solvi debeat, atque in litteris antiquioribus de anno 1604. id expresse contineatur. De jure autem piscationis agnito extractum damus de quodam originali Decreto judicii aulici ad D. Abbatem Placidum die 24. Maji anno 1708. emanato, ubi præter alia ibidem contenta, & huc non spectantia hæc verba leguntur:

„Ihro Hochfürstlich Gnaden unser gnädigster „Fürst und Herr ꝛc. haben es ... neben „deme, daß er sich seiner docirten Fischens Gerechtigkeit aus dem Babnschwantischen Bach „biß zu dem von der Hochfürstlichen Hoff Fischmeisterey fürgesteckten Rechen ungehindert und „privative wie bißhero bedienen möge, allerdings gnädigst bewendten lassen, so demselben zu seiner Nachricht hiemit angefüegt wirdet. Actum & decretum in Cons. aul. den „19ten Maji anno 1708.

„Unsers gnädigsten Fürstens und Herrns zu „Salzburg ꝛc. ꝛc. Hoffraths Præsident, Vice-Prælident, Hoff Canzler und andere „Räthe.

„Max Gandolph Graf
von Plaz.

Sebastian von Zillerberg,
Hof Canzler.

Atque hæc sunt præcipua de hac sede Pabenschwandiana, loco tribus ferme horis a monasterio nostro distante documenta, quæ ex actis originalibus in honorem D. Placidi Abbatis p. m. Chronico nostro pro notitia posterorum inserenda pretii esse duximus.

XIX. Idem D. Abbas castrum *Goldenstein* a D. L. Bar. a Rechlingen anno 1710. accepit 5. Dec.

Ast non minoris considerationis est castrum Goldenstein sesqui hora a civitate distans trans fluvium Salzam versus Hallein, locus non nihil in sublimi positus, & propter situm amœnus, ubi etiam præter villam, prædia, & sylvam aliquos subditos possidet monasterium tanquam Dominus Directus. Vigore antiquorum documentorum de anno 1491. primi, quantum constat, possessores erant Domini de Fladniz; ab his dicto anno locum Goldenstein mediante emptionis contractu sibi comparavit Dominus Georgius Knoll civis Salisburgensis, qui anno 1534. vendidit hanc sedem Domino Nicolao Ribeisen Jurium Doctori, aut potius filiis ex primo matrimonio uxoris suæ Dominis Pflügel; post secutam autem ex parte horum cridam pro debito sex millium florenorum transiit hic locus ad Dominum Ludovicum Alt Juniorem, qui ut obscure colligitur; ab anno circiter 1580. possedit Goldensteinium usque ad initium sæculi sequentis, nam anno 1628. jam erat possessor loci Dominus Fridericus Rechlinger Consiliarius aulicus Salisburgensis, qui cum hæredibus sæpedictum castrum possidebat usque ad annum 1661., quo anno Dominus Henricus Carolus de Rechlingen vel filius vel nepos t. t. Serenissimi Electoris Bavariæ Consiliarius per venditionem hoc Castrum cum omnibus annexis tradidit Domino Joanni Kurz Senatori Salisburgensi, qui possessor usque ad mortem permansit, ejus autem hæredes anno 1694. vendiderunt omnia, & singula annexa cum ipso loco Goldenstein Perillustri Domino Raymundo Antonio Menrado L. B. de Rechlingen, a quo demum anno 1710. ad monasterium nostrum transiit, partim numeratis pecuniis, partim acceptatis fundationibus, nec non aliis relictis oneribus, quæ primitus tam gravia erant, ut D. Abbas, & venerabilis Conventus penitus ab emptione abstinere voluerit. Quoniam vero Perillustris Dominus Liber Baro Raymundus de Rechlingen instanter confirmationem sui propositi petiit, & magnam afflictionem ostendit, quod Dominus Abbas, & Ven. Conventus non consenserint, postquam ipsemet agnovit, contractum primum moderatione dignum esse, alias eidem tabulas reversales erigere placuit. Post confirmatum autem emptionis, & venditionis contractum eadem die Celsissimo Principi &c. &c. cujus Camerarius, & Consiliarius erat, omnia officia resignavit, & stabilito proposito ingrediendi ordinem discalceatorum Carmelitarum in Italia, ad monasterium nostrum venit ut hospes, ibidemque usque ad 19. Februarii anno 1711. permansit, qua die post affectuosam valedictionem D. Abbati, & Venerabili Conventui factam, iter Romam aggressus, ubi sacro Carmelitano habitu donatus, & 13. Aprilis Romæ anno 1712. professus fuit, post multos annos in S. Religione exactos in magna pietatis fama mortuus anno 1744.

XX. Ut exhibet primum instrumentum sub eodem dato, & anno erectum,

Ut autem pateat, sub quibus conditionibus, & oneribus locus iste ad monasterium pervenerit, in extenso allegamus primum contractum emptionis, & venditionis inter D. L. Baronem de Rechlingen, & monasterium nostrum, atque subscriptum quinta Decembris die anno 1710. cujus hic tenor est:

„In nomine sanctissimæ, & individuæ „Trinitatis, Patris, & Filii & Spi„ritus Sancti. Amen.

„Notum sit omnibus, & singulis vigore „ præsentium litterarum, ad quos illæ „pervenerint, quod Reverendissimus, & „Illustrissimus Dominus Raymundus Anto„nius L. B. de Rechlingen in Goldenstein „Provincialis Salisburgensis, & hactenus „Celsissimi, ac Reverendissimi S. R. I. Prin„cipis, & Archiepiscopi Salisburgensis „Francisci Antonii SS. Sedis Apostolicæ Le„gati nati, Germaniæ Primatis, & Princi„pis de Harrach &c. &c. actualis Camera„rius, nec non ejusdem Reverendissimæ „Celsitudinis Consiliarius intimus, & Ca„meralis, ædificiorum aulicorum Inspe„ctor &c. vocationis, ut sperat, Divinæ iu„stinctu

„ſtinctu proxime, ſi Deo placuerit, Reli-
„gionem Carmelitarum ſtrictioris obſervan-
„tiæ ingreſſurus, poſtquam ſponte ſua ſupra
„memorata officia abdicaſſet, nec non de
„parte bonorum ſuorum, quam dilecto
„germano fratri ſuo D. Joanni Friderico L. B.
„de Rechlingen &c. obvenire voluit, diſpo-
„ſitionem feciſſet, de reliquo cum Reveren-
„diſſimo Prænobili, & Ampliſſimo Domino
„Placido Abbate ad S. Petrum hic Salisbur-
„gi, & conventu ejusdem monaſterii per
„ſtipulatum contractum convenerit ſub teno-
„re, conditionibus, præſtationibus, & o-
„neribus, ut ſequuntur: Imprimis, & ex
„una parte alte nominatus Reverendiſſimus
„& Illuſtriſſimus L. B. de Rechlingen Ca-
„ſtrum ſuum nobile, Goldenſtain nomina-
„tum, provinciæ Salisburgenſis, in terri-
„torio Glaneggenſi ſitum, a ſe hactenus
„cum pleno jure, & Domino poſſeſſum,
„cum omnibus ædificiis, prædiis, pratis,
„fundis, hortis, ſylvis ac piſcina, & cujus-
„cunque nominis pertinentiis tam mobili-
„bus, quam immobilibus, item cum vigin-
„ti novem ſubditis ſuo directo Domino huc-
„usque ſubjectis, ſicque cum omnibus juri-
„bus, proventibus, privilegiis, exemptio-
„nibus, & libertatibus prædicto caſtro an-
„nexis, pleno jure ſine exceptione, & re-
„ſervatione aliqua in monaſterium S. Petri
„transfert, & cedit tanquam res, & bona
„plene libera, allodialia, propria, & ab
„alterius directo Domino abſoluta (exce-
„ptis paucis, videlicet ſiinf wald-örther den
„Prunn und den einfang zwiſchen den Schiff-
„weeg und der Oellſpeter Gmain wiß, quæ
„Dominum directum penes Archiepiſcopa-
„lem cameram agnoſcunt) item tanquam
„nullo alio onere affecta, præter illa, quæ
„in præſentibus litteris expreſſe enumeran-
„tur, & in contractum deducuntur, idque
„ſpecialiter in teſtificationem ſpecialis pro-
„penſionis, & affectus in antiquiſſimum mo-
„naſterium S. Petri, & ſui grati animi ob be-
„neficia plurima a Reverendiſſimo Domino
„Abbate ipſi hactenus exhibita, ac quod pro
„magna conſolatione ducat, animæque ſuæ
„bono magis conſultum putet, ſi præfatum
„ſuum nobile caſtrum in manus Religioſas
„conſignatas videat, ſperans per eosdem
„comparatam magno ſumptu Eccleſiæ ſup-
„pellectilem diligentius cuſtodiendam, &
„alias pro hebdomada ſancta, ac proceſſio-
„nibus annuis ab eo introductus pias conſue-
„tudines (ad quas tamen obligare non cu-
„pit) pari zelo continuandas fore, pro hac
„vero translatione Reverendiſſimus, ac Il-
„luſtriſſimus Dominus Baro ab antiquiſſimo
„monaſterio S. Petri exigit ſibi præſtari: Et,
„Viciſſim ex altera parte Reverendiſſimus,
„& Ampliſſimus Dominus Dominus Placi-
„dus Abbas monaſterii S. Petri, nec non
„conventus ejusdem monaſterii adpromit-
„tunt ſequentes conditiones:„

XXI. Non ſine gravibus o-

„Primo ſuſcipiunt in ſe capitale bis mille
„florenorum a Reverendiſſimo, & Illuſtriſſi-
„mo Libero Barone Caſſæ militari, provin-
„ciæ Salisburgenſis, debitum cum ordina-
„riis cenſibus a feſto S. Nicolai hujus anni
„1710. currentibus ſolvendum. Similiter;
„ſecundo ſuſcipiunt in ſe capitale mille quin-
„gentorum florenorum, quo Reverendiſſi-
„mus Liber Baro Magiſtratui civico hujus
„civitatis obligatus erat, etiam cum cenſi-
„bus ab hoc tempore currentibus ſoluen-
„dum. Tertio: pro ſolutis habent, & ha-
„bere volunt duo capitalia Reverendiſſimo
„& Illuſtriſſimo Domino, L. B. a Reveren-
„diſſimo Domino Abbate cum receptione ob-
„ligationum in ſcripto ſuppedidata, primum
„per quingentos, ſecundum per bis mille
„florenorum. Quarto juxta intentionem
„Reverendiſſimi, & Illuſtr. D. L. B. cuidam
„perſonæ ſpecialiter nominandæ annuatim
„circa feſtum S. Michaelis Archangeli por-
„rigent quindecim florenos, id eſt, intereſ-
„ſe capitalis trecentorum florenorum, id-
„que ad dies vitæ ejusdem perſonæ, ita, ut
„poſt ejus mortem duæ tertiæ dicti capita-
„lis, id eſt, ducenti floreni monaſterio ſine
„ulteriori onere, vel obligatione cenſus re-
„maneant, pro reliqua autem tertia parte,
„id eſt, centum florenis, quam primum fie-
„ri poterit, ducentæ miſſæ pro defuncta ea-
„dem perſona legantur, vel legi curentur:
„Quinto: cum conſultum ſit juxta litteras
„quasdam piæ fundationis, ut in Eccleſia
„S. Eliſabethæ prope Goldenſtein quotan-
„nis duo anniverſarii per Vicarios Hallenſes
„cantentur, primus ſcilicet infra hebdoma-
„dam S. Jacobi & Chriſtophori menſe Julio
„cum uno nocturno defunctorum, & una
„miſſa laterali; ſecundus infra hebdoma-
„dam S. Nicolai menſe Decembri ſimiliter
„cum nocturno defunctorum, & miſſa late-
„rali, pro quibus vigore prædictæ fundatio-
„nis a quovis pro tempore poſſeſſore Caſtri
„Goldenſtain præſtandi ſunt Domino Deca-
„no Hallenſi viginti quinque floreni. Re-
„verendiſſimus Dominus Abbas, & venera-
„bilis Conventus S. Petri unacum Caſtro
„onus talis annuæ præſtationis viginti quin-
„que florenorum eidem jam ante realiter in-
„hærens in ſe ſuſcipiunt, ſimulque ſe obli-
„gant in duobus dictis anniverſariorum die-
„bus tertium ſacrum in tertio altari, a Re-
„verendiſſimo, & Illuſtriſſimo Domino L.
„B. de Rechlingen noviter erecto; adeoque
„annuatim duo ſacra in Eccleſia S. Eliſabe-
„thæ, quamdiu vivet Reverendiſſimus, ac
„Illuſtriſſimus L. B. de Rechlingen pro mi-
„ſerrima anima purgatorii, poſt ejus obi-
„tum vero pro ipſius anima perpetuo appli-
„canda legere, vel legi curare. Eodem
„modo & ſexto: Alterum onus reale Caſtro
„Goldenſtain ex legato Domini Joannis
„Kurz annexum ſimul in ſe ſuſcipiunt, quod
„conſiſtit in quinquaginta florenis annuatim
„Capellano manuali præſtandis pro ſacris le-
„gendis, habendis concionibus, & doctri-
„nis Chriſtianis in Eccleſia S. Eliſabethæ,
„iis diebus, Dominicis, & feſtivis totius
„anni,

neribus, & conditionibus annexis,

„anni, quibus præfata Eccleſia a Vicariis „Hallenſibus non providetur, niſi Reveren„diſſimus Dominus Abbas officium Capel„lani per proprium ſacerdotem Religioſum „de monaſterio ſupplere velit. Septimo: „conſentiunt Reverendiſſimus Dominus Ab„bas S. Petri, ejusque Conventus, quod „ſingulis diebus in perpetuum cuidam pau„peri (inter quos pauper ſtudioſus bonæ vi„tæ, & morum ad ſtatum Clericalem, vel „Religioſum ſuſcipiendum tendens aliis „præferendus erit) unum groſſum, ſive tres „crucigeros diſpenſare velint ea conditione, „ut ille pauper obligatus ſit ſingulis diebus „in recognitionem Roſarium quinque deca„dum pro defunctis recitare, & ter in die „animo ad Deum elevato pro hac eleemoſy„na dicere: Deo gratias, retribuere digna„re Domine omnibus nobis bona facientibus „propter nomen tuum vitam æternam. „Octavo: adpromittunt Reverendiſſimus „Dominus Abbas, & Conventus S. Petri „Reverendiſſimo, & Illuſtriſſimo L. Baroni, „& uni ejusdem famulo tam diu habitatio„nem, & alimenta gratis in monaſterio „præſtare, donec iter ſuum Romam in Ita„liam ſuſcipiet, neque hoc ſolum, ſed et„iam, ſi forte, quod Deus optimus avertat, „eundem pio deſiderio ſuo fruſtratum rever„ti contingeret, victum, veſtitum, alia„que neceſſaria ei non ſecus, ac uni de Con„uentu toto vitæ ſuæ tempore ſubminiſtrare „cum aſſignatione alicujus famuli de fami„lia monaſterii, non tamen ſpecialis, qui „exeuntem comitetur, & poſt mortem non „ſecus, ac uni de conventu parentare, Re„verendiſſimo, ac Illuſtriſſimo Domino L. „B. etiam liberum ſit ad titulum hujus pactæ „alimentationis SS. Ordines ſuſcipere. Vi„ciſſim vero Reverendiſſimus, ac Illuſtriſſi„mus D. L. Baro adpromittit, quod victu, „veſtitu, habitatione; aliisque neceſſariis „conventualibus ſubminiſtrari ſolitis velit „eſſe contentus, nihilque ſuperfluum, & „extraordinarium quærere.„ Præter has non vulgares obligationes adhuc ſequuntur aliæ ſub n. 9. 10. & 11. minoris conſiderationis, ea autem quæ ſequitur ante finem contractus ſub n. 12. Una ex præcipuis eſt, ob quam in reſcindendo toto hoc contractu reſpective ad utilitates provenientes nimis oneroſo, computatis aliis expenſis, non ſine ratione adlaboratum fuit. Nos cum fine contractus damus ulteriorem in terminis contextum:

XXII. Ob aliquas præſertim perpetuas fundationes, quæ onera etiam

„Duodecimo obligant ſe Reverendiſſi„mus Dominus Abbas, & Conventus ad „tres miſſas hebdomadales in ſua Eccleſia „S. Petri ſuper altare S. Joſephi ſemper ſub „officio conventuali cum benedictione ante, „& poſt per Venerabile Sacramentum danda „perpetuo legendas, vel legi curandas, qua„rum prima die lunæ pro impetranda ſpecia„li interceſſione S. Joſephi, & S. Thereſiæ, „ac omnium SS. Angelorum, aliorumque „Sanctorum, quatenus Deum per indeſi„nentem ſuam pſalmodiam pro converſione „peccatorum, & augmento divinæ laudis, „& cultus hic in terris exorent. Secunda, „die Veneris in debitam gratiarum actionem „Chriſto Domino per ſuſcepta amore ſalutis „noſtræ doloroſiſſima Paſſione ſua, & ter„tia die Sabbathi in honorem SS. immacu„latæ, ac puriſſimæ ſemper Virginis Mariæ „ſub cruce a dilectiſſimo filio ſuo nobis in „Matrem traditæ applicanda erit, adjun„cto ſemper quodam memento pro defunctis „de familia Rechlingeriana ſorte in pœnis „purgatorii detentis, & Chriſtiano auxilio „indigentibus. His conditionibus utrinque „initis, & acceptatis ultimo Reverendiſſi„mus, ac Illuſtriſſimus D. L. Baro a Rech„lingen tanquam ſtipulator per expreſſum „cavet, ut memoratæ ſtipulatæ præſtatio„nes, & onera tam perpetua, quam tem„poralia Caſtro Goldenſtain, & cohæren„tiis vigore præſentis contractus in mona„ſterium S. Petri translatis realiter, & in„ſeparabiliter inhæreant, ac ſuper iis con„ſtituta ſint, & ipſa bona jure hypothecæ, „& pignoris quoad obligationes perpetuas „in perpetuum, quoad temporales vero us„que ad tempus debitæ, & plenæ executio„nis affectæ ſint, & maneant, prout etiam „vigore præſentium tali nexu hypothecæ, „& pignoris in ſecuritatem impoſitarum præ„ſtationum, & onerum actu afficiuntur, ita, „ut apud quoscunque hæc bona manſerint, „vel ad quoscunque tranſierint, maneant, „& tranſeant non aliter, quam cum præfa„tis oneribus, idque in perpetuum vel ad „tempus pro diverſitate onerum, ut ſupra. „Atque quemadmodum hæc ex una, & al„tera parte ita ſtabili pacto, & contractu „conventa ſunt, & perpetuo valere debent, „ita in hujus rei fidem, & memoriam per„petuam tres tabulæ, ſive inſtrumenta pu„blica deſuper confecta, & ab utraque par„te contrahente tam manus propriæ ſub„ſcriptione, quam ſigillorum oppoſitione „munita fuerunt, quorum unum Reveren„diſſimus, & Ampliſſimus Dominus Domi„nus Abbas S. Petri, & Venerabilis ejus „conventus inter acta ſua reponendam reti„nuit; duo reliqua vero Reverendiſſimus, „& Illuſtr. L. B. de Rechlingen ad manus „ſuas cuſtodienda recepit. Omnia ex fide „acta in monaſterio S. Petri Salisburgi in „Vigilia S. Nicolai die 5. Dec. anno a par„tu virgineo milleſimo ſeptingenteſimo de„cimo.

L. S. *Placidus Abbas S. Petri.*

L. S. Raymundus Antonius Menradus L. B. de Rechlingen.

L. S. P. Maurus Haslinger Prior, & Conventus.

XXIII. Per litteras reverſales ſub 3. Febr. anno 1711. aliquam mutationem ſubierunt;

Quandoquidem vero contractus iſte primus tot, & tanta annexa habuerit onera, ut in ſumma capitali omnibus computatis ſe læſum eſſe agnoſceret venerabilis Conventus noſter, hinc poſt ſolidas demonſtrationes

tiones D. L. Baroni factas, & etiamnum in actis existentes vel rescissio contractus, vel notabilis moderatio petita fuit; & quia Perillustris D. Baro re bene expensa Ipsemet agnovit moderationem a nobis merito peti, hinc sub tertia Februarii anno 1711. litteras reversales majori sigillo roboratas, manuque propria subscriptas nobis extradidit, in quibus tamen non nisi circa perpetuitatem missarum, & grossum quotidianum facta fuit moderatio, novo tamen rursus onere imposito, uti ex litteris reversalibus, quarum copiam damus, colligi, & legi potest. „Ego Raymundus Antonius Menradus L. B. „de Rechlingen hisce testatum facio. Cum „inter Reverendissimum Præsulem, & Do„minum Dominum Placidum Abbatem San„cti Petri hic Salisburgi & me infra scriptum „die 5ta Decembris anno 1710. ratione „Castri Goldenstain, & perpetuæ fundatio„nis cujusdam contractus quidam initus, in „eoque de exsolvendo quotidiano grosso, & „legendis tribus hebdomadalibus sacris per„petuis futuris temporibus expresse conven„tum fuerit, super quibus duobus punctis „re penitius expensa idem Dominus Abbas, „& Conventus se valde gravatos sentientes, „mihi, ut in hac parte moderamen admitte„re vellem, enixe significabant, cui eorum„dem voto atque hoc ex speciali affectu erga „prædictum Dominum Abbatem, & Con„ventum propensus annuens consentio, & „volens permitto, solumque desidero, ut si „contingat, me non amplius Salisburgum „reverti, dictus grossus quotidianus, & „præfatæ tres missæ ad dies vitæ meæ, & „post mortem meam adhuc triginta annis: „quodsi vero reversus fuero, intuitu stipula„tæ, & promissæ perpetuæ sustentationis, „solum per 15. annos post mortem meam „persolvantur, post hoc tempus autem talis „obligatio absolute extinquatur, ita tamen „& sub expresso hoc pacto & conditione, ac „non aliter, nisi ut vicissim benefatus Re„verendissimus Abbas ultra illam pecuniam, „de qua in principali contractu conventum „est, adhuc mihi exsolvat in parata pecu„nia centum quinquaginta florenos cum „duodecim aureis in specie, applicandis pro „conficiendis numismatibus, nec non susci„piat in se duo quædam eidem allignanda „nomina seu debita unum 87. fl. & alterum „20. flor. Præterea, quatenus in me est, „permitto, consentio, & concedo, ut il„lud mille florenorum pro Capellano, quod „tanquam irredimibile super prædicto Ca„stro, & prædio Goldenstein a me constitu„tum, impositum, & hypothecatum est, si „alia via vel authoritate ordinaria Ipsemet „Dominus Abbas consensum, vel licentiam „impetrare possit, me aut ratione mei quo„vis alio nec quidquam remorante, aut im„pediente, redimere, & dictum Castrum „perpetuo hoc onere liberum reddere possit, „& valeat. In quorum fidem reversales „hasce litteras contractum principalem tali„ter modificantes, & restringentes propria „mea manu subscriptas, & sigillatas eidem „Reverendissimo Domino Abbati tradidi. „Datæ Salisburgi die 3tia Febr. anno 1711.

(L. S.)

„*Raymundus Antonius Menradus*
„*L. B. de Rechlingen.*„

Verum & istæ reversales post integrum annum & ultra brevi ante professionem in S. Ordine Carmelitano aliquam mutationem potius, quam moderationem, eamque nostro judicio onerosam magis Monasterio subierunt, ut paucis infra dicemus.

XXIV. Plenam tamen satisfactionem a Monasterio datam fuisse per aliud probatur testimonium.

Quod autem de his omnibus, quæ circa pretium acta, & concordata fuerunt, a Monasterio nostro plena satisfactio data fuerit Perillustri, & Reverendissimo Domino L. B. a Rechlingen, sequens probat testimonium:

„Ich Raymundus Antonius Menradus Frei„herr von Rehelingen zu Goldenstein Hoch„fürstlich-Salzburg. Cammerer, Geheimber „und Hoff Cammer Rath, auch Landman, be„khenne hiemit und in Crafft diß, daß von Sr. „Hochwürden Herrn Placido Abbt bei S. Pe„ter alhier in Salzburg und dem ganzen löbli„chen Convent alda in allen demjenigen, was „vermög dessen zwischen uns und wegen iberge„bung des adelichen Guts Goldenstein cum o„mnibus dependentiis getroffenen Contract „mir in Paren Gelt, oder durch Anweisung, „oder in ander weeg herauszugeben und zue yber„nehmen, und zue præstiren pactirt worden, „ein völlig vollkhomene Vergnügung und Sa„tisfaction (ausser dem ainzigen puncto der auf „unuerhoffenten fall meiner wider zueruckkhunfft „von Rom reservirten unterhaltung) besche„hen; dahero ich Hochernennt S. Hochwür„den und ganz löblichen Convent solch richtiger „bezahlung und entrichtung halber zue ewiger „weltzeit allerdings quitt, freu, ledig, und loß „zehle, also, daß weder ich, noch iemand an„derer meinetwegen derentwillen an das yberneh„mende löbliche Gottshauß ainige Ansprach „oder forderung (den ainzigen Puncten der „Reservirten unterhaltungs halber ausgenom„ben) unter was Vorwand es immer geschehen „mechte, weder mit, noch ohne rechten stellen „wollen, mögen, sollen, oder können, auf „khein weiß, noch weeg, gestalten mich aller „und ieder rechts freyheiten, Privilegien, ex„ceptionen oder einreden, so mir immer zue„statten khomen khöndten Crafft diß ganz frei„willig, wüssentlich und woll bedächtlich begi„be und verzeiche, auch zue mehreren Crafft dise „Quittung und Verzicht mit aigner Handun„terschrifft und fürgedruckht Freiherrlichen In„sigl (iedoch deme in ander weeg ohne Nach„theill) becräfftiget, und verfertiget habe. Al„les treulich und ohne Geuerde. Actum Salz„burg den 16. Febr. Anno 1711.

„(L. S.) „Raymund Antoni Menrad
„Freiherr von Rechlingen.

Acta fuerunt hæc triduo, antequam Perill. D. L. B. de Rechlingen iter ſuum Romam fuerat aggreſſus, nam ut jam ſupra mentic facta fuit, 19na ejusdem menſis dicto anno valedixit, & Romam abiit, ubi 13. Aprilis in Conventu alla ſcala ad Novitiatum fuit ſuſceptus. Non autem una vice, ſed ſæpius cum facultate ſuorum Superiorum ex novitiatu ſcripſit Domino Abbati Placido, atque novas diſpoſitiones, & mutationes expetiit. Primo quidem vigore litterarum ſub 13. Jan. 1712. in originali exſtantium novus hic Religionis Carmelitanæ Tyro Fr. Raymundus a Matre Dei non tam remiſit, quam in onus longe majus, quamvis temporaneum, permutavit duas miſſas annuas perpetuas in Eccleſia S. Eliſabethæ prope Caſtrum Goldenſtein legendas, voluitque, ut ducenti quinquaginta floreni in parata pecunia ſolvantur cuidam ex perilluſtribus proximis agnatis, quæ intentio etiam 5ta Martii eodem anno adimpleta fuit. Secundo: teſtibus aliis litteris originalibus ejusdem D. Liberi Baronis illo tempore jam per undecim menſes in Novitiatu exiſtentis de 2. Aprilis anno 1712. ſæpedictus religioſus novitius non tantum ſuſtulit illum groſſum quotidianum, verum etiam permutavit duas miſſas hebdomadarias, quæ feria ſecunda, & ſabbato usque ad mortem ipſius, & iterum 30. annis poſt mortem, ſi non redeat, aut 15. annis, ſi ex Novitiatu revertatur in patriam, in noſtra Eccleſia ad S. Petrum debuiſſent legi; pro hac autem remiſſione, quæ Monaſterio reſpectu adpoſitæ conditionis non tam favorabilis, quam oneroſa, & odioſa erat, ordinavit Dominus ſtipulator, ut ſupra fato uni ex proximis agnatis per 15. annos detur ſubſidium, ſi non in parata pecunia, ſaltem ſex urnæ vini boni & deſæcati nec non una ſcapha frumenti, & alia ſcapha ſiliginis, quod quindecennale ſubſidium ad pretium mille quingentorum florenorum & ultra excurrebat. Quamvis autem ſtabilitis reverſalibus non ſuiſſet ex parte Monaſterii ulla obligatio hanc permutationem acceptandi, attamen omnia fuerunt in ſpecialem Venerationem D. L. B. ejusdemque familiæ juxta dictam intentionem adimpleta, uti probant copioſa acta originalia exſtantia, quibus tamen recenſendis, cum rei ſubſtantiam non tangant, conſulto ſuperſedemus; credimus enim pro notitia hiſtorica ad Chronicon noſtrum ſpectante ſatis dictum fuiſſe de hoc Caſtro Goldenſtein, quod caro pretio a nobis fuit emptum ſub hoc D. Præſule Placido, cujus acta damus.

XXV. Anno 1713. & 1714. laboravit pro facultate conſecrandi & benedicendi,

Non vulgarem etiam ſollicitudinem oſtendit ſæpedictus D. Præſul in defendendis juribus, quæ officio ſuo competere pie credebat, nec non in obtinendis quibusdam privilegiis abbatialem dignitatem exornantibus. Sic anno 1713. & anno 1714. laboravit pro facultate conſecrandi altaria fixa in propria eccleſia, aut aliis eccleſiis ſibi ſubjectis, nec non benedicendi calices, patenas, & campanas, ubi unctio requiritur, quam licentiam Romæ anno 1715. non quidem quoad altaria fixa, bene tamen quoad calices, patenas, & campanas per ſententiam Romanam accepit. Nos de hac cauſa ventilata damus tres copias, duas quidem ex originalibus exſtantibus, & datis Romæ anno 1713. & anno 1714. quarum tenor ſequens eſt:

„*Salisburgen.*

„Propoſita in ſacra Rituum congregatione „ ſub die 8. Aprilis 1713. per Eminentiſ„ſimum, & Reverendiſſimum Dominum „Cardinalem de Abdua controverſia inter „D. Abbatem S. Petri, & Conſiſtorium Sa„lisburgenſ. ſuper dubio, an Abbati S. Pe„tri Salisburgi in Eccleſia ſui Monaſterii, & „in aliis ſibi ſubjectis competat facultas con„ſecrandi, & benedicendi altaria tam fixa, „quam portatilia, nec non calices, pate„nas, campanas, & alia, in quibus requi„ritur ſacra unctio in caſu &c. ſacra eadem „rituum congregatio tam in ſcriptis, quam „in voce partibus informantibus auditis, „reſpondendum cenſuit: Affirmative. Ite„rumque ex parte Conſiſtorii porrecta inſtan„tia pro nova audientia, eaque per prædi„ctum Eminentiſſimum, & Reverendiſſi„mum Dominum eidem ſacræ congregatio„ni expoſita eadem ſacra congregatio reſcri„bendum exiſtimavit: pro nova audientia, „non retardata tamen executione Decreti „quoad calices, patenas, & altaria por„tatilia. Die 1. Julii 1713.

„(L. S.)

G. Card. Capineus.

„H. M. Tedeſchi Epiſcopus Liparitanus „Rit. Congreg. R. Secret.„

„*Salisburgen.*

„Cum ſacra rituum congregatio ſub die 21. „ Aprilis currentis anni propoſita iterum „cauſa per Eminentiſſimum & Reverendiſſi„mum D. Cardinalem de Abdua inter Abba„tem S. Petri ex una, & Conſiſtorium cú„riæ Archiepiſcopalis ejusdam civitatis par„tibus ex altera, ſuper dubio, an ſcilicet „Abbati S. Petri Salisburgi in Eccleſia ſui „Monaſterii, & in aliis ſibi ſubjectis compe„tat facultas conſecrandi, & benedicendi „altaria tam fixa, quam portatilia, nec „non calices, patenas, campanas, & alia, „in quibus requiritur ſacra unctio in ca„ſu &c. poſtquam citatum pluries fuiſſet „idem Conſiſtorium, nec comparuerit, au„ditis tamen juribus in favorem dicti Abba„tis deductis reſponderit, in deciſis ſub 8. „Aprilis 1713. non aquieſcente nihilominus „ipſomet Conſiſtorio, ac pro nova audien„tia, novaque dilatione fortiter inſtante, „reque ab eodem Eminentiſſimo, & Reve„rendiſſimo Domino Cardinale de Abdua ad „ſacram Congregationem remiſſa, & denuo

„relata

„relata, ſacra eadem rituum Congregatio „reſpondendum cenſuit pro nova audientia, „non retardata tamen executione ſupra di„cti Decreti, & ita decrevit, ac ſervari „mandavit. Hac die 16. Junii 1714.

„(L.S.)

J. Card. de Abdua

„H. M. Tedeſchi Epiſcopus Liparitanus „Rit. Secret.„

XXVI. Quam etiam anno 1716. quoad portatilia, & calices, non autem quoad altaria fixa per ſententiam accepit.

Quod autem non niſi licentiam acceperit conſecrandi portatilia, patenas, calices, & campanas, nec non alia, in quibus requiritur unctio, non tamen altaria fixa, ſequens dabit copia ex copia authentica a Reverendiſſimo officio nobis cum fide Notarii benigne communicata.

„*Salisburgen. &c.*

„Cum a S. Rituum Congregatione in cauſa „ juris conſecrandi Ven. Conſiſtorium „Curiæ Archiepiſcopalis civitatis Salisbur„gi ex una, & Patrem Abbatem S. Petri „Ordinis Sancti Benedicti ejusdem civitatis „ex altera partibus vertente ſuper dubio: „An Abbati S. Petri Salisburgi in Eccleſia „ſui Monaſterii, & in aliis ſibi ſubjectis com„petat facultas conſecrandi, & benedicen„di altaria tam fixa, quam portatilia, nec „non calices, patenas, campanas & alia, „in quibus requiritur ſacra unctio, in ca„ſu &c. referente Eminentiſſimo, & Reve„rendiſſimo D. Cardinali de Abdua, ſub die „8. Aprilis 1713. reſponſum fuerit, Affirma„tive: Cumque ex parte Conſiſtorii Salis„burgi adverſus hujusmodi reſcriptum pro „novo audientia inſtitum fuerit, ſacra ea„dem rituum Congregatio ad relationem e„jusdem Eminentiſſ. D. Cardinalis de Abdua „die prima Julii ipſiusmet anni 1713. reſcri„pſit, pro nova audientia, non retardata „executione Decreti quoad calices, pate„nas, campanas, & altaria portatilia. Ve„rum, cum pluries citatum, ac intimatum „fuerit ſupradictum Conſiſtorium, & ne„quaquam comparuerit, re propoſita ab E„minentiſſimo D. Cardinale de Abdua ſupra „dicto dubio, auditis tamen juribus in fa„vorem D. Abbatis S. Petri deductis, ſacra „rituum Congregatio die 21. Aprilis anno „1714. reſcripſit in deciſis ſub die octava A„prilis 1713. Nihilominus hujusmodi De„creto ipſomet Conſiſtorio minime acquie„ſcente, ſed pro nova audientia, novaque „dilatione acriter inſtante idem Eminentiſſi„mus D. Cardinalis de Abdua cauſam ad „S. Congregationem remiſit, eamque ſuper „nova audientia propoſuit, ſacra vero Con„gregatio die 16ta Junii 1714. reſcripſit pro „nova audientia, non retardata tamen exe„cutione Decreti editi ſub prima Julii 1713. „re propoſita itaque per dictum Eminentiſſi„mum Dominum Cardinalem de Abdua hu„jusmodi cauſa ſuper prænarrato dubio ſac. „eadem Congregatio partibus tam in ſcri„ptis, quam in voce informantibus denuo „auditis, die 27. Julii 1715. reſcribendum „duxit, recedendum a deciſis ſub die 8va A„prilis 1713. quoad altaria fixa in caſu, „de quo agitur, in reliquis indeciſis. De„mum ad inſtantiam Abbatis S. Petri ob„tenta ab Eminentiſſimo de Abdua Po„nente nova audientia, & ab eodem ite„rum propoſito dubio, & ſignanter quoad „conſecrationem, & benedictionem alta„rium fixorum, ſac. eadem Congregatio, „utraque parte tam in ſcriptis, quam in voce „informante audita, viſisque juribus hinc in„de noviter deductis reſcribendum cenſuit „in ultimo loco deciſis, & amplius die 15. „Febr. 1716.„

(L.S.)

„*J. Card. de Abdua Præf.*

„H. M. Tedeſchi Epiſc. Liparitanus „S. Rituum Congreg. Secre„tarius.

„Concordat cum originali Decreto S. „Congregationis rituum. Ita atteſtor Salis„burgi die 3tia Martii anno 1716to.

„(L.S.) Georgius Lohrer, SS. Theol. „Licentiatus S. Pontificia „authoritate publicus Ju„ratus, & in archivio „Romanæ Curiæ imma„triculatus Notarius ſpe„cialiter requiſitus.„

XXVII. Specialiter etiam anno 1707. confirmationem privilegiorum a Joſepho I.

Parem ſollicitudinem etiam bina vice exhibuit Dominus Præſul, ut ab auguſtiſſimis Imperatoribus, & Auſtriæ Archiducibus confirmentur illa antiqua privilegia, quæ hactenus longa ſerie per aliquot ſæcula pro Monaſterio noſtro confirmata fuerunt, quorum confirmationem etiam anno 1707. ab Auguſtiſſimo Imperatore Joſepho I. & iterum anno 1712. ab Auguſtiſſimo Imperatore Carolo VI. in exſtantibus pretioſis originalibus obtinuit, quarum litterarum copiam damus: & primo quidem de confirmatione privilegiorum a Joſepho I. anno 1707.

„Wir Joſeph von Gottes Gnaden erwählter „Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer „des Reichs in Germanien, zu Hungarn, Bö„heim, Dalmatien, Croatien, Sclavonien ꝛc. „König, Erzherzog zu Oeſterreich, Herzog zu „Burgund, Steuer, Kärnthen, Crain und „Wirtenberg, Graf zu Tyroll und Görz ꝛc. ꝛc. „bekhennen offentlich mit diſem Brief, und thuen „kund aller Meniglich, daß uns der ehrſam, „geiſtliche, auch liebe andächtige Placidus „Abbt, Prior, und Convent des uralten „Gottshauß zu S. Peter in Salzburg durch „glaubwürdige Abſchrifft allergehorſambſt zu „vernemmen gegeben, was maſſen von weiland „unſern glorwürdigiſten Vorfahrern, Römi„ſchen Keyſern, Königen, und Erzherzogen zu „Oeſtereich, gedachtes ihr Gottshauß und „Stifft mit ſonderbaren Gnaden und Freihei„ten, Krafft deren ſie Jährlich ain tauſend und „fünfzig Emmer Wein aus unſerem Erzher„zogthum Oeſtereich, unter der Enß ohne Be„zallung

„zallung der Maut, Zoll und auffschlag, auf-
„werts der Donau nacher besagten Salzburg
„gegen Verichtung des täglichen Gottesdienst
„für unseres Durchlauchtigistes Erzhauß zu füh-
„ren befugt sein sollen, dotirt und versehen: sol-
„che auch von denen nach und nach gefolgten Re-
„gierenten Herrn und Landsfürsten in Oeste-
„reich, und am lezten von weyland dem aller
„Durchleuchtigist, Großmächtigist, und un-
„überwindlichisten Fürsten und Herrn Leopold
„Glorwürdigisten Angedenkhen Römischen
„Keyser, auch zu Hungarn und Böheim Kö-
„nig, Erzherzogen zu Oestereich ꝛc. unserm in
„Gott Christ selligist ruhent hechst geehrt gelieb-
„sten Herrn und Vattern, sub dd. Wien den
„23. Julii anno 1667. allergnädigist confirmi-
„ret, und bestättet worden wären, uns darauf
„aller demütigist gebetten, daß auch wir als iezt
„regierenter Römischer Keyser, Herr und Lands-
„fürst in Oestereich ihnen berihrt ihre Privile-
„gien, und Gnaden zu confirmiren, und zu
„bestetten allergnädigist geruehen wollten. Wan
„wir dan gnädiglich angesehen sein Abbtens,
„Prioris und Convents besagten Stiffts zu S.
„Peter in Salzburg allerdemütigste Bitt, und
„den vleißigen Gottsdienst, welchen dasselbe
„Stifft für uns, und unser Durchleuchtigistes
„Erzhauß täglich zu halten pfleget; als haben
„wir darumben iber von unserer niderröster. Re-
„gierung und Cammer derentwegen abgeforde-
„ret, und eingelangten bericht und gutachten
„mit wohlbedachten Mueth, guten rath und
„rechten wüssen, ihnen ob angezohene ihre Gna-
„den und Freiheiten, so uill sie in deren ruhiger
„possess, genuß, und ohne Ansprach seind, als
„iezt Regierenter Römischer Keyser auch Herr
„und Landsfürst in Oestereich allergnädigist
„confirmiret und bestättet; thuen das auch, und
„bestätten ihnen dieselbe aus Römisch-Keiser,
„und Landsfürstlicher Machts vollkhommenheit
„hiemit wüssentlich in Crafft diß Briefs, was
„wür daran von rechts oder Gewohnheit wegen
„confirmiren und bestätten sollen; Maynen,
„setzen und wollen, das obangezohene privile-
„gien, Gnaden, und Freiheiten in allen ihren
„puncten, innhalt, Mainung und begreiffun-
„gen, als wan solche von wort zu wort hierin
„geschrieben und inseriret wären, wie vor ste-
„het, bei Kräfften sein und bleiben, darob stet,
„und vest gehalten werden, und sie vorbenenn-
„te Abbt, Prior, und Conuent des Gotts-
„hauß zu St. Peter in Salzburg, wie auch ihre
„Nachkohmen sich derselben, ob begriffener
„massen, gebrauchen, nuzen und genüessen sol-
„len, können und mögen von aller meniglich un-
„uerhindert. Gebüetten darauf allen und eden
„unseren nachgesetzten geist- und weltlichen Ob-
„rigkeiten, iezig und künfftigen unseren Statt-
„haltern, Canzlern, Regenten und Cammer-
„räthen des Regiments der N.O. Landen, Land-
„Marschallen, Landshaubtleiten, Prälathen,
„Grafen, Freuen, Herren, Rittern, Knech-
„ten, Haubtleiten, Vizdommen, Vögten,
„Pflegern, Verwesern, Burggrafen, Land-
„richtern, Burgermeistern, Richtern, Rä-
„then, Burgern, Gemeinden, insonderheit
„aber denen Mautnern, Zollnern und Auff-
„schlägern, deren Gegenhandlern, überrei-
„tern und aufsehern, und sonst allen anderen
„unseren Ambtleuten, unterthanen, und ge-
„treuen, was würden, stands oder wesens die
„seind, hiemit gnädigist und wollen, daß sie
„mehrgedachte Abbt, Priorn und Convent
„uillermelten Stifft und Gottshauß zu St. Pe-
„ter in Salzburg und ihre Nachkommen bei
„vorstehenten Gnaden und Freiheiten, und di-
„ser unserer dariber ertheilten gnädigsten Confir-
„mation und Bestättung ruechiglich bleiben,
„sie derselben genzlich freuen, gebrauchen, nu-
„zen und genüssen lassen, darwider nit beschwä-
„ren, bekimmeren oder ansechten noch das ie-
„mands anderen zu thuen gestatten, in kein weiß
„noch weeg, als lieb einem ieden seie, unsere
„schwäre ungnad und Straff zu vermeiden;
„das Mainen wür ernstlich mit urkhund diß
„Briefs besiglet mit unserem Keyserlichen anhan-
„genten Insigl, der geben ist in unserer Statt
„Wien den dritten Monathstag Martii, nach
„Christi unsers lieben Herrn und Seeligma-
„chers gnadenreicher Geburt in sibenzehenhun-
„dert und sibenten: unserer Reiche des Römi-
„schen im achtzehenten: des Hungarischen im
„neunzehenten, und des Böheimischen im an-
„derten Jahr.»

„Joseph.

„Johann Frid. Freyh. Seilern.
„Ph. Ludw. G. von Sinzend.

„*Ad mandatam S. Majestatis proprium:*

„Franz. Ant. Freyh. von Guarienth.

XXVIII. Et anno 1712. a Carolo VI. Rom. Imperatoribus obtinuit.

Ejusdem pretii sunt etiam litteræ originales, per quas Augustissimus Imperator, & archidux austriæ Carolus VIus anno 1712. prædicta privilegia nostra confirmavit. Ita autem per extensum sonant:

„Wir Carl der Sechste von Gottes Gnaden
„erwöhlter Römischer Keyser zu allen Zei-
„ten Mehrer des Reichs in Germanien zu Hi-
„spanien, Hungarn, Böheim, Dalmatien,
„Croatien, Slavonien ꝛc. König, Erzherzog
„zu Oestereich, Herzog zu Burgund, Steuer,
„Kärnthen, Crain, und Wirtenberg, Graf
„zu Habspurg, Flandern, Tyroll und
„Görz ꝛc. bekennen offentlich mit disem Brief,
„und thuen kund allermeniglich, daß uns der
„Ehrsam, geistlich- auch liebe andächtige Pla-
„cidus Abbt, Prior, und Convent des ural-
„ten Gottshauses zu St. Peter in Salzburg
„durch glaubwürdige Abschrifft allergehorsamst
„zu vernemmen gegeben, was massen von wey-
„land unsern glorwürdigisten Vorfahrern, Rö-
„mischen Keysern, Königen, und Erzherzogen
„zu Oesterreich gedachtes ihr Gottshauß und
„Stifft mit sonderbaren Gnaden und Freihei-
„ten, Krafft deren sie jährlich ain tausend und
„fünfzig Emmer Wein aus unserm Erzherzog-
„thum Oestereich unter der Enß ohne Bezallung
„der Maut, Zoll, und Aufschlag aufwerts
„der Donau nacher besagten Salzburg gegen
„Verrichtung des täglichen Gottsdienstes für
„unser

„unser Durchleichtigstes Erzhauß zu fihren be„fugt sein sollen, dotirt und versehen; solcher „auch von denen nach und nach gesorgten regie„renten Herrn und Landsfürsten in Oestereich „und am lezten von weiland den Allerdurchleuch„tigist-, Großmächtigist- und unüberwindlich„sten Fürsten und Herrn Josepho glorwürdig„sten Angedencken Römischen Keysers auch zu „Hungarn und Böheim König, Erzherzogen „zu Oesterreich ꝛc. ꝛc. unseren freundlich geliebten „Brudern sub dd. Wien den 3ten Martii anno „1707. allergnädigst confirmirt und bestättet „worden wären; uns darauf allerdemüthigist „gebetten, daß auch wir als iezt regierenter Rö„mischer Keyser, Herr und Landsfürst in Oe„stereich ihnen berirt ihre privilegien, und „Gnaden zu confirmiren und zu bestätten aller„gnädigst geruehen wolten. Wan wir dan gnä„diglich angesehen sein Abbtens, Prioris, und „Convents besagten Stiffts zu St. Peter in „Salzburg allerdemüthigste Bitt, und den „fleißigen Gottsdienst, welchen dasselbe Stifft „für unß und unser Durchleichtigistes Erzhauß „täglich zu halten pfleget, als haben wir darum„ben mit wolbedachten Mueth, guten Rath, „und rechten wüssen ihnen obangezohene ihre „Gnaden, und Freiheiten so uill sie deren in ihr „ruhigen possess, genuß, und ohne Anspruch „seind, als iezt regierenter Römischer Keiser, „auch Herr und Landsfürst in Oestereich aller„gnädigist confirmirt und bestättet. Thuen „das auch, confirmiren, und bestätten ihnen „dieselbe aus Römisch Keiser- und Erzherzogli„cher Machts-Vollkommenheit hiemit wissent„lich in Krafft diß Briefs, was wir daran „von recht oder gewohnheit wegen confirmi„ren, oder bestätten sollen; Mainen, sezen „und wollen, das obangezohene privilegien, „Gnaden und Freiheiten in allen ihren Pun„kten, Clausulen, inhalt, Mainung und be„greiffungen, als wan solch von wort zu wort „hierin geschriben, und inseriret wären, wie „vorstehet, bei Kräfften sein, und bleiben, „darob vest gehalten werden, und sie vorbe„nennte Abbt, Prior, und Convent des Gotts„hauß zu St. Peter in Salzburg, wie auch ihre „Nachkommen sich derselben obbegriffener Mas„sen gebrauchen, nuzen und genüssen sollen, „können und mögen von allermeniglich unver„hindert. Gebüetten darauf allen und ieden un„seren nachgesezt- geist- und weltlichen Obrig„keiten iezig und künfftigen unsern Statthaltern, „Canzlern, Regenten, und Camnerräthen „des Regiments deren N. O. Landen, Land„Marschallen, Landshaubtleuten, Prälathen, „Grafen, Freuen, Herren, Rittern, Knech„ten, Haubtleuten, Vicedommen, Vögten, „Pflegern, Verwesern, Burggrafen, Land„richtern, Burgermeistern, Richtern, Rä„then, Burgern, Gemeinden, insonderheit „aber denen Mauttnern, Zollnern und Auf„schlägern, deren Gegenhandlern, Ueberreit„tern, und Auffsehern, und sonsten allen ande„ren unseren Ambtleuten, unterthanen, und „getreuen, was Würden, Stands oder We„sens die seind, hiemit gnädigist und wollen, „das sie mehrgedachte Abbt, Prior, und Con„vent uillermelten Stiffts und Gottshauses zu „St. Peter in Salzburg, und ihre Nachkom„men bei vorstehenten Gnaden, und Freihei ten, „und diser unserer daruber ertheilten gnädigisten „Confirmation, und Bestättung als obstehet „ruehiglich bleiben, sie derselben genzlich freuen, „gebrauchen, nuzen und genüssen lassen, dar„wider nit beschwären, bekümmeren, oder an„fechten, noch das iemand anderen zu thuen ge„statten in keine weiß noch weeg, als lieb ei„nem jeden ist unser schwäre ungnad und Straff „zu vermeiden. Das meinen wir ernstlich: mit „urkund diß Briefs, besieglet mit unserm Key„serlichen anhangenten Insigel, der geben ist in „unserer Statt Wienn den 4ten Monathstag „Octobris nach Christi unsers lieben Herrn und „Selligmachers gnadenreicher Geburt im siben„zehenhundert und zwölften: unserer Reiche „des Römischen im ersten: deren Hispanischen „im zehenten: und deren Hungarischen, wie „auch deren Böheimischen im anderten Jahr.

„Carl.

„Johann Fridr. Freih.
Seilern.

Ad mandatum S. Cæs. & Catholicæ Majestatis proprium.

Georg Friderich von Schikh.

XXIX. Denique post annos in religione 54. in sac. 47. in reg. 37. in vita 70. completos pie obiit.

His præmissis, quæ laudabilissimam gubernationem Abbatialem Domini Placidi Abbatis, de Monasterio nostro maxime meriti, tam in spiritualibus, quam in temporalibus merito probant, ad suprema jam vitæ Illius tempora procedendum erit; postquam enim in S. Religione annos 53. & decem menses, in sacerdotio annos 47. cum septem mensibus, in regimine autem Abbatiali annos 37. cum mense complevit anno 1741. die 23. Sept. in die Sabbati incidente in vigiliam festi translationis S. Ruperti fundatoris, & Patroni nostri sanctissimi anno æt. suæ 70. cum sex mensibus completo in corona comprecantium confratrum pie in Domino obiit. Quatuor ante obitum annis post expletos in vita religiosa quinquaginta annos professionem jubilæam anno 1737. die 8va Decembris Immaculatæ Virginis sacra in manus Reverendissimi & Amplissimi Domini Martini Abbatis Michaelburani in hac solennitate summi Officiatoris publice in ecclesia ritu solenni renovavit, assistentibus cum infula Domino Jubilæo Reverendissimis Dominis Præsulibus: Domino Ruffino Seonensi, & D. Florido ad S. Zenonem, illo Ordinis nostri, hoc autem Ord. S. Augustini Canonicorum Regularium Prælato; quæ solennitas professionis jubilææ, sicut de quodam Reverendissimo Capite nostri Monasterii nunquam audita, nec visa fuit, neque scitur ab anno 1553., quod unus ex Reverendissimis Præsulibus Monasterii nostri decem lustra in statu religioso penitus expleverit, ita etiam nobis filiis, & confratribus summe consolatoria fuit. Sed tan-

dem hic optimus Præsul, qui in vita sua erat magnæ, & decentis staturæ, incessu gravis, vultu decorus, & quadam jucunditate severus, in conversatione affabilis, comis, & omnibus gratus, nobilitati præsertim acceptus, ingravescente sensim corporis sarcina, crescentibus annis declinare in tumbam, atque per prævias tam adversitates, quam infirmitates ad mortem disponi cœpit, quam equidem toto vitæ suæ tempore suspectam habuit; fuerunt enim illi non tantum frequentes de vicina morte salubres discursus, verum etiam, ut recordaretur in dies, & vivus aspiceret oculus, quod eidem per mortem clauso non conceditur, abbatialem catastrophen cum pegmate mortuali collocato ibidem Abbatis funere pontificalibus induto in distanti extremitate abbatialis habitationis cum genio aperiente siparium, & tenente in manibus perspicilia non minus devote, quam salubriter pingi fecit addita hac inferius subscriptione:

Mors tua non distat, tantum distare videtur,
Fac ea, quæ moriens facta fuisse velis.

Unde in hac jugi mortis memoria de die in diem debilior factus, accedente etiam interna viscerum inflammatione, ad extrema deductus fuit pius Præsul, tot filiorum, quos Christo genuit, fœcundus Pater, in quo vix aliam maculam reperisses, nisi nimiam in subditos bonitatem, misericordiam in afflictos, & pauperes profusam magis, quam liberalem. Dies autem, ut jam supra mentio facta fuit, in qua orbati fuimus Patre, & Præsule nostro, factique pupilli, erat 23tia Septembris Sabbatum, & Vigilia S. Ruperti fundatoris, ac Patroni nostri, annus autem numerabatur sæculi currentis 41mus, qua die hora 6ta vespertina in comprecantium confratrum, aliorumque de civitate devote concurrentium corona post susceptа omnium morientium Sacramenta placide in Domino obdormivit, post expletos in vita, religione, sacerdotio, & abbatiali dignitate annos, quos supra notavimus. Cujus anima requiescat, & Deo vivat.

XXX. Sepultus 28. Sept. in crypta, quam pro se, & aliis Ipsus condidit.

Pie defunctus Præsul in eadem crypta, quam Ipse pro se, & 23. successoribus condidit, sepultus fuit, & quidem 28. Septembris, qua die solennes exequiæ fuerunt adornatæ: funebrem pompam in Pontificalibus duxit DD. Martinus Abbas Michaelburanus, qui & tribus subsequentibus diebus trinum solemne requiem cantavit, orator autem in laudem defuncti in cathedra stetit P. R. religiosissimus & clarissimus Dominus P. Fridericus Falzeder Benedictinus celeberrimi Monasterii Cremifanensis in austria superiori, SS. Theol. D. p.t. in hac alma Universitate Controversiarum Professor publicus, atque Illustris parthenonis Nonnenbergensis Confessarius sub themate: *Placens Deo factus est dilectus & vivens inter peccatores translatus est.* Sap. 4. Finito primo sacro Dilectum pignus vestimentis pontificalibus indutum, antea solenni ritu & pompa, ut Abbatem decet, sarcophago expositum, & per plateas publice deportatum, tandem in cryptam sæpe dictam depositum fuit, in cujus sepulchrali lapide sequens inscriptio legitur, meritis quidem tanti Præsulis longe inferior:

PLACIDVS PRÆSVL
NOMEN EXHIBEBAT SVA VITA
QVIES SIT ITA
†
OBIIT XXIII. SEPTEMB.
POSTQVAM ANNIS
COMPLETIS
37. REXIT. 70. VIXIT.
PRIMVS CONDITVS IN CRYPTA
QVAM CONDIDIT.
†

GODEFRIDUS

GODEFRIDUS,
ABBAS AD SANCTUM PETRUM LXXV.
AB ANNO 1741. USQUE AD ANNUM 1753.

L. Post supplices ad Celsis. Ordinarium de instituenda electione preces,

Translatus est in requiem, & in beatam, ut pie confidimus, pacis visionem, quia placens Deo factus est dilectus, & inter peccatores vivere desiit optimus Pater, & antiquissimi Monasterii nostri annis 37. completis vigilantissimus Abbas Placidus. Postquam pie parentatum est amandissimo Patri, ponendum erat peplum funebre, & pulsis mœstitiæ nebulis ad serenum novæ lætitiæ radium vehementissimis votis aspirabatur. Erant post hæc suprema fata, ut haud infrequenter in ejusmodi casibus fieri amat, variæ & temporis, & personarum circumstantiæ, ut merito dubitandum, partim etiam timendum, qua via tutius incedendum, & an concors, pacifica, eaque Monasterio proficua electio, prout ejusdem necessitates exigebant, speranda sit. Invocato autem pro felici electione supremo Numine, quod semper paratum est ad misericordiam, factum est, quod eodem anno a Nativitate Christi 1741. Indict. Rom. IV. Pontificatus sanctissimi D. nostri Benedicti Divina Providentia Papæ XIV. secundo, vacante vero Romani Imperii sede, die Jovis, quæ erat 26. Octobris in Monasterio nostro ad S. Petrum Salisburgi ad humillimas preces Celsissimo, & Reverendissimo Domino Domino LEOPOLDO ANTONIO EULEUTHERIO Archiepiscopo, & excelso S. R. I. Principi Salisburgensi ex antiquissimis LL. BB. de FIRMIAN Domino Domino Ordinario Clementissimo &c. &c. per Priorem, cæterosque conventuales præfati Monasterii pro impetranda in locum demortui Reverendissimi DD. Placidi, ultimi, & immediati Abbatis ibidem canonica electione novi Abbatis oblatas, factaque ipsis desuper concessione Clementissima Reverendissimus, & Illustrissimus Dominus Joannes B. S. R. I.

Comes

Comes a Thurn valſaſſina, & taxis, metropoliticæ Eccleſiæ Salisburgenſis Canonicus capitularis, ejusdemque Celſitudinis Reverendiſſimæ Conſiſtorii Præſes, nec non Reverendiſſimus, ac Prænobilis Dominus Antonius Ciurletti nobilis in Belefonte, altiſſime fatæ Celſitudinis Conſiliarius intimus, nec non Conſiſtorii Pro-Director, & Collegiatæ B. V. M. ad nives Canonicus, ceu a ſæpe memorata Celſitudine ſua Reverendiſſima ad actum electionis novi D. Abbatis Clementiſſime deputati Commiſſarii, via, jure, & forma legitimis proceſſerint, atque inprimis die electionem præcedente Ipſamet Celſitudo Reverendiſſima ſub Baldachino ſedens perſonaliter omnibus, & ſingulis, ſua intereſſe putantibus, legitime vocatis, informationem in tali actu tam de jure quam conſuetudine diœceſis Salisburgenſis requiſitam prævie fieri ſolitam cœperit omnes & ſingulos conventuales ſeorſim vocando, & examinando.

II. Anno 1741. 26. Octob. præſentibus Commiſſariis a viduato conventu,

Igitur prædicta die 26. Octobris, cantata prius per Reverendiſſimum DD. Martinum Ord. S. Bened. in celeberrimo Monaſterio Michaelburano Abbatem miſſa de Spiritu Sancto, ſub qua omnes conventuales SS. Euchariſtiæ myſterio refecti, omnibusque, & ſingulis ex Cathedra eccleſiæ monaſterialis per publicationem cridæ vocatis, prænominati DD. Commiſſarii in ſtubam majoris recreationis dictam, ceu locum Electionis ſeſe contulerunt, ibidemque comparentibus omnibus, & ſingulis conventualibus in noſtro Monaſterio profeſſis vocem activam, & paſſivam habentibus præfatus Reverendiſſimus, ac Prænobilis D. Ciurletti Prodirector gravem non minus, ac elegantem de eligendo digniori ſubjecto exhortationem in brevitate, ac facundia ſermonis præmiſit; in quo actu, & loco etiam erant præſentes præter DD. Commiſſarios dictus Reverendiſſimus DD. Martinus Abbas ad S. Michaelem Buræ, nec non Magnificus D. P. Oddo Scharz Cremifanenſis almæ Univerſitatis Rector, qui in ſcrutatores hujus negotii erant aſſumpti, Notarius vero in hoc actu fuit Reverendiſſimus, Prænobilis, & Clariſſimus Dominus Joannes Adamus Dikart SS. Theologiæ Licentiatus Reverendiſſimi Conſiſtorii Conſiliarius, & Secretarius, pro teſtibus autem legitime erant requiſiti Plurimum Reverendus, Religioſiſſimus, & Clariſſimus D. P. Fridericus Falzeder Ord. S. Ben. ex Monaſterio Cremifanenſi SS. Theologiæ Doctor in alma hac Univerſitate in controverſiis fidei Profeſſor publicus, & Illuſtris parthenonis in Nonnberg Confeſſarius ordinarius, nec non Plurimum Reverendus, Religioſiſſimus ac Clariſſimus Dominus P. Bertholdus Vogl ejusdem Ordinis, & Monaſterii profeſſus, SS. Theologiæ Doctor, nec non in dicta hujate Univerſitate Theologiæ Moralis Profeſſor ordinarius. Præprimis autem ad hunc actum electionis comparebant omnes, & ſinguli Conventuales vocem activam, & paſſivam habentes, nullo excepto. Erant autem eligentes numero 35. & quidem ordine ſequente:

P. R. P. Edmundus Hem. Prior.
A. R. P. Paulus Moll. Subprior.
R. P. Romanus des Champs. Senior.
R. P. Virgilius Lentner.
R. P. Marianus Viechter.
R. P. Godefridus Kröll.
R. P. Modeſtus de Gaisruk.
R. P. Carolus Schattenlechner.
R. P. Placidus Bökn.
R. P. Michael Bökn.
R. P. Cœleſtinus Tagger.
R. P. Vitalis Pottenhofer.
R. P. Thiemo Luz.
R. P. Benedictus Hueber.
R. P. Joannes Bapt. Stainhauſer.
R. P. Gabriel Geiswinkler.
R. P. Raphael Engigler.
R. P. Amandus Heller.
R. P. Maurus Winterl.
R. P. Bernardus Viechter.
R. P. Ildephonſus Möhl.
R. P. Eberhardus Ruedorfer.
R. P. Oddo Gutrath.
R. P. Anſelmus Kolb.
R. P. Martinus Starch.
R. P. Joannes Ev. Gutrath.
R. P. Thaddæus Haiden.
R. P. Henricus Auer.
R. P. Romualdus Schallhamer.
R. P. Beda Seeauer.
R. R. Baſilius Berti.
R. P. Antonius Knoll.
R. P. Gregorius Lana.
R. P. Petrus Horizer.
Fr. Joſephus Kaltenhauſer. Subdiaconus.

Ab hoc actu electionis tantum duo excluſi fuerunt, videlicet

Fr. Mathias Schattenlechner. Novitius.
Fr. Franciſcus Loſpichler. Converſus.

III. In ſecundo ſcrutinio per vota majora electus fuit Godefridus Kröll.

Finita igitur oratione, & præſtito ad SS. Dei Evangelia juramento de eligendo digniori ſubjecto, omnes Conventuales eligentes quorum univerſim 35. fuerunt, accepto prius a Reverendiſſimo, & Illuſtriſſimo Domino Commiſſario primario Catalogo omnium eligentium vocem activam, & paſſivam habentium nomina continente fideli alterius manu ſcripto, & loco electionis receſſerunt, brevi tamen ad eundem redeuntes omnes, & ſinguli juxta ordinem in catalogo deſcriptum ſua vota ſecreta in ſchedula complicata S. Calici juxta ſupra nominatos DD. Commiſſarios in menſa collocato impoſuerunt. Quibus omnibus, & ſingulis poſt diſceſſum eorundem e S. Calice in menſam effuſis, iisque a Reverendiſſimo, & ampliſſimo D. Abbate Michaelburano, qua ſcrutatore primario, in præſentia reliquorum

quorum numeratis comprehenſum fuit triginta quinque ſchedulas, ſeu totidem vota ſecreta in S. Calicem emiſſa fuiſſe. Schedulis rurſus in eundem calicem repoſitis, iisque a præfato DD. ſcrutatore primario una poſt alteram extractis, apertis, atque a dictis DD. Commiſſariis, duobus ſcrutatoribus, Notario, & teſtibus accuratiſſime recognitis, & annotatis repertum fuit in primo ſcrutinio electionem canonicam non adfuiſſe. Omnibus proinde, & ſingulis Conventualibus ad locum electionis vocatis, & comparentibus ſæpefatus Illuſtriſſimus Dominus Commiſſarius eisdem intimavit, electionem canonicam in primo ſcrutinio non fuiſſe peractam, proinde ad ſecundum ſcrutinium procedendum eſſe decrevit, id unum monens, quatenus in eum, quem digniorem, & Monaſterio in ſpiritualibus, & temporalibus magis utilem judicaverint, vota ſua majori cum concordia dirigere ſtudeant; diſtributis deinde, ſicut prius, novis catalogis omnium eligentium vocem activam, & paſſivam habentium nomina continentibus iidem Conventuales denuo e loco electionis receſſerunt, & facta deſuper majori, & ſeria deliberatione ad locum electionis redeuntes omnes & ſinguli juxta ordinem ſicut prius ſua vota ſecreta in ſchedula complicata S. Calici impoſuerunt. Quibus poſt diſceſſum eorundem e S. Calice in menſam effuſis, & ab eodem Reverendiſſimo Domino Scrutatore primario in præſentia reliquorum iterum diligentiſſime numeratis, deprehenſum fuit, rurſum 35. ſchedulas complicatas, ceu totidem vota ſecreta in S. Calicem immiſſa fuiſſe. Schedulis denuo in calicem repoſitis, iisque denuo extractis, & recognitis in ſecundo ſcrutinio repertum fuit per majorem, & ſaniorem partem, videlicet octodecim vota in Abbatem Monaſterii S. Petri canonice electum fuiſſe Plurimum Reverendum, Religioſiſſimum, ac Clariſſimum P. Godefridum Kröll in dicto Monaſterio expreſſe profeſſum, SS. Theologiæ Doctorem, Celſitudinis ſuæ Clementiſſimæ Conſiliarium Eccleſiaſticum, & t. t. Superiorem apud peregrinationem in Plain, virum vita, & moribus integerrimum, doctrina, & eruditione præſtantem, ob plurima officia, quæ in Monaſterio noſtro laudabiliter geſſit, ut infra pluribus dicetur, ſumme meritum.

IV. Prout fuſius docet authenticum electionis inſtrumentum,

Pro confirmatione hujus narrationis, quæ inſtrumento electionis authentico conformis eſt, & ut exactius ſciatur, quid amplius poſt iſtam electionem adhuc in loco, ubi erat electio, actum fuerit, damus per extenſum copiam Inſtrumenti originalis, quod de verbo ad verbum totam electionis ſeriem ita complectitur.

„In Chriſti nomine. Amen.

„Tenore præſentis, & publici inſtrumenti „ cunctis id ipſum intuentibus pateat e„videnter, & ſit notum, quod anno a na„tivitate ejusdem milleſimo ſeptingenteſimo „quadrageſimo primo, indictione Romana „quarta, Pontificatus ſanctiſſimi Domini „noſtri, Domini Benedicti Divina providen„tia Papæ XIV. anno ſecundo, vacante vero „Romani Imperii ſede, die Jovis, quæ erat „vigeſima ſexta Octobris in Monaſterio ad „S. Petrum Salisburgi Ord. S. Benedi„cti ad humillimas preces Celſiſſimo, ac „Reverendiſſimo Domino, Domino LEO„POLDO ANTONIO EULEUTHERIO „Archiepiſcopo, & excelſo Principi Salis„burgenſi, S. Sedis Apoſtolicæ Legato, „Germaniæ Primati, ex antiquiſſimis, & „liberis Baronibus de FIRMIAN Domino „Ordinario Clementiſſimo &c. &c. per Pa„trem Priorem, cæterosque Conventuales „præfati Monaſterii pro impetranda in lo„cum demortui Reverendiſſimi Domini Pla„cidi ultimi, & immediati Abbatis ibidem, „canonica electione novi Abbatis oblatas, „factaque ipſis 'deſuper clementiſſima con„ceſſione, Reverendiſſimus, & Illuſtriſſi„mus Dominus Joannes Baptiſta S. R. I. Co„mes a Thurn Valſaſſina, & Taxis, Metro„politanæ Eccleſiæ Canonicus Capitularis, „Ejusdemque Celſitudinis ſuæ Reverendiſſi„mæ Conſiſtorii Præſes, nec non Reveren„diſſimus, ac Prænobilis Dominus Anto„nius Felix Ciurletti, nobilis in Bellfonte, „altiſſime ſatæ Celſitudinis Reverendiſſimæ „Conſiliarius intimus, nec non Conſiſtorii „Pro-Director, & Collegiatæ B. M. Virgi„nis ad nives Canonicus, ceu a ſæpe me„morata Celſitudine ſua Reverendiſſima ad „actum electionis novi D. Abbatis Clemen„tiſſime deputati Commiſſarii, via, jure, „& forma legitimis proceſſerint, atque in„primis die electionem præcedente Ipſamet „Celſitudo ſua Reverendiſſima, ſub Balda„chino ſedens, perſonaliter omnibus, & „ſingulis ſua intereſſe putantibus, legitime „vocatis, informationem in tali actu tam de „jure, quam conſuetudine diœceſis Salis„burgenſis requiſitam, & prævie fieri ſoli„tam cœperit, omnes, & ſingulos Conven„tuales (excepto P. Eberhardo Ruedorffer, „qui eadem die ſero primum advenerat) „ſeorſim vocando, & examinando, præfa„ta vero die Jovis cantata prius per Reve„rendiſſimum, & Ampliſſimum Dominum „Martinum Ordinis Sancti Benedicti in Ce„leberrimo Monaſterio Michaelburano Ab„batem, Miſſa de Spiritu Sancto, ſub qua „ante dictus P. Prior, & reliqui conventua„les ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramen„tum ſumpſerunt, omnibusque, & ſingulis „ſua intereſſe putantibus per P. Anſelmum „Kolb profeſſum San-Petrenſem p. t. ſacri„ſtam ex Cathedra Eccleſiæ monaſterialis „ibidem per publicationem Cridæ denuo vo„catis, prænominati Domini Domini Com„miſſarii ſuperius in ſtubam majorem re„creationis dictam ceu locum electionis de„ſtinatum ſe contulerint, ibidemque com„parentibus omnibus, & ſingulis Conven„tuali-

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

„tualibus, in prædicto Monaſterio profeſſis, „vocem activam, & paſſivam habentibus „præſatus Reverendiſſimus, ac Prænobilis „Dominus Ciurletti Pro-Director gravem „non minus, ac elegantem de eligendo di„gniori ſubjecto exhortationem in brevitate, „& facundia ſermonis præmiſerit. Qua „finita admodum Reverendus, ac Religio„ſiſſimus P. Edmundus Hem Prior, & ad „præſentem electionis actum conſtitutus „Procurator, me inprimis Notarium, & „teſtes infra nominatos, deinde vero me„moratum Reverendiſſimum, & ampliſ„ſimum Dominum Martinum Monaſterii Mi„chaelburani Abbatem, nec non Reveren„diſſimum, Religioſiſſimum, ac Clariſſi„mum Dominum Patrem Oddonem Scharz „Ord. S. Benedicti in celeberrimo monaſte„rio Cremiſanenſi profeſſum, J. U. D. & SS. „Canonum Profeſſorem emeritum, Celſiſ„ſimi, ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi, & „Excelſi Principis Salisburgenſis &c. &c. „Conſiliarium Intimum, almæ Univerſitatis „Salisburgenſis Rectorem Magnificum, „juxta unanimem Capitularium petitionem „in ſcrutatores legitime requiſivit, & jura„mentum de fideliter tractando, & reſpecti„ve celando Electionis negotio, alias præ„ſtari ſolitum, præfatis Dominis ſcrutato„ribus, ſicut & mihi notario, & teſtibus „adjunctis remiſit, id unum tamen rogans, „quatenus ea, quæ in præſenti electione „tractata fuerint, extra requiſitionem capi„tuli, ſeu conventus, & eligentium, atque „eorum, quorum intereſt, & intererit, ne„mini communicare, aut pandere vellemus. „Producta poſtmodum electionis crida cum „ejusdem executione per memoratum P. An„ſelmum Kolb idem P. Edmundus Hem „proprio, & totius conventus nomine „1mo abſentes non comparentes pro contu„macibus declarari, ſecundo: omnes ex„communicatos, ſuſpenſos, interdictos, „nec non alioquin quoscunque inhabiles ab „electione penitus excludi petiit, & 3tio ſe „in præſenti electionis negotio formam ſcru„tinii ſervare velle declaravit, quibus peti„tionibus ante memoratus Reverendiſſimus, „& Illuſtriſſimus Dominus Commiſſarius „Primarius ex ordine interpolatis vicibus „reſpondit, & 1mo quidem in contumaciam „abſentium ad ulteriora procedendum eſſe „declaravit: ſecundo: excommunicatos, „ſuſpenſos, & interdictos ceu de jure inha„biles, & jus nullum in electione habentes „penitus excluſit, & declarationem de ſer„vanda forma ſcrutinii acceptavit, ſtatim„que omnibus, & ſingulis (quorum uni„verſim triginta quinque fuerunt) juramen„tum corporale detulit, quod omnes emiſe„runt, unde & ſinguli ad ſancta Dei Evan„gelia jurarunt: Eum ſe velle eligere in Ab„batem, quem credunt eſſe digniorem, & „Monaſterio in ſpiritualibus, & temporali„bus futurum magis utilem, nec illi vocem „dare, quem veroſimiliter ſciverint promiſ„ſione, vel datione alicujus temporalis, „ſeu precibus per ſe, vel per alium interpo„ſitis, aut alias qualitercunque directe vel „indirecte pro ſe electionem procuraſſe. „Quo præſtito juramento, omnes Conven„tuales, accepto prius a Reverendiſſimo & „Illuſtriſſimo Domino Commiſſario primario „catalogo omnium eligentium vocem acti„vam, & paſſivam habentium nomina conti„nente, fideli alterius manu ſcripto e loco „electionis receſſerunt, brevi tamen ad lo„cum electionis redeuntes omnes, & ſingu„li juxta ordinem in catalogo deſcriptum ſua „vota ſecreta in ſchedula complicata ſacro „Calici juxta ſupra nominatos Dominos Do„minos Commiſſarios, & ſcrutatores in „menſa collocato impoſuerunt. Qui„bus omnibus, & ſingulis poſt diſceſſum „eorundem e ſacro Calice in menſam effuſis, „iisque a Reverendiſſimo, & Ampliſſimo „Domino Abbate Michaelburano, qua ſcru„tatore primario, in præſentia reliquorum „diligentiſſime numeratis, deprehenſum „fuit, triginta quinque ſchedulas complica„tas, ceu totidem vota ſecreta in S. Cali„cem immiſſa fuiſſe. Schedulis rurſus in e„undem Calicem repoſitis, iisque a præfato „Reverendiſſimo Domino Scrutatore prima„rio una poſt alteram extractis, apertis, at„que a dictis Dominis Dominis Commiſſa„riis, ambobus Scrutatoribus, a me No„tario, & teſtibus accuratiſſime recognitis, „& annotatis repertum fuit in primo ſcruti„nio electionem canonicam non adfuiſſe; o„mnibus proinde, & ſingulis Conventualibus „ad locum electionis revocatis, & ibidem „comparentibus, ſæpe fatus Illuſtriſſimus, „& Reverendiſſimus Dominus Commiſſarius „primarius eisdem intimavit, electionem „canonicam in primo ſcrutinio non fuiſſe „peractam, proinde ad ſecundum ſcruti„nium procedendum eſſe decrevit, id unum „monens, quatenus in eum, quem dignio„rem, & Monaſterio in ſpiritualibus, & „temporalibus magis utilem judicaverint, „vota ſua majori cum concordia dirigere ſtu„deant; diſtributis deinde, ſicut prius, no„vis catalogis omnium eligentium vocem „activam, & paſſivam habentium nomina „continentibus iidem Conventuales denuo „e loco electionis receſſerunt, & facta deſu„per majori, & feria deliberatione ad locum „electionis redeuntes omnes, & ſinguli jux„ta ordinem prius ſervatum ſua vota ſecreta „in ſchedula complicata ſacro Calici impo„ſuerunt. Quibus poſt diſceſſum eorundem „e ſacro Calice in menſam effuſis, & ab eo„dem Reverendiſſimo Domino Scrutatore „primario in præſentia reliquorum iterum „diligentiſſime numeratis deprehenſum fuit, „rurſus 35. ſchedulas complicatas, ceu to„tidem vota ſecreta in ſacrum Calicem im„miſſa fuiſſe. Schedulis denuo in Calicem „repoſitis, iisque a ſæpefato Reverendiſſi„mo Scrutatore primario una poſt alteram „extractis, apertis, atque a dictis Dominis „Domi-

„Dominis Commiſſariis, ambobus Scruta-
„toribus, ac me Notario, & teſtibus iterato
„accuratiſſime recognitis, & annotatis, in
„ſecundo ſcrutinio repertum fuit per majo-
„rem, & ſaniorem partem, videlicet octo-
„decim vota in Abbatem Monaſterii San-Pe-
„trenſis canonice electum fuiſſe Plurimum
„Reverendum, Religioſiſſimum, ac Cla-
„riſſimum P. Godefridum Kröll in dicto Mo-
„naſterio expreſſe profeſſum SS. Theologiæ
„Doctorem, Celſiſſimi, & Reverendiſſimi
„Archiepiſcopi, & excelſi Principis Salis-
„burgenſis &c. &c. Conſiliarium Eccleſiaſti-
„cum, p. t. Superiorem in Plain, Virum vi-
„ta, & moribus integerrimum, doctrina,
„& eruditione præſtantem, atque tam in
„ſpiritualium, quam temporalium admini-
„ſtratione exercitatum, probum, indu-
„ſtrium, & perſpicuum, nulloque canoni-
„co impedimento irretitum. Quam proin-
„de electionem, ut canonice, & legitime
„factam, Reverendiſſimi Domini Domini
„Commiſſarii altiſſime fato Celſiſſimo Prin-
„cipi &c. &c. perſonaliter intimarunt, cum-
„que Idem Celſiſſimus &c. &c. electionem
„in perſona P. Godefridi Kröll factam cle-
„mentiſſime acceptaſſet, ab eadem Celſitu-
„dine ſua Reverendiſſima &c. &c. ad locum
„electionis redeuntes vocatis denuo omni-
„bus, & ſingulis Conventualibus canoni-
„cam electionem adeſſe, intimarunt, ad
„quorum proinde unanimem petitionem Ii-
„dem Reverendiſſimi Domini Domini Com-
„miſſarii electum *P. Godefridum Kröll* in
„ipſo electionis conclavi publicarunt, & ab
„eodem Neo-electo in ſubſtantiale electio-
„nis complementum conſenſum ejusdem re-
„quiſiverunt. Qui quidem neo-electus be-
„nevolum confratrum ſuorum erga ſe affe-
„ctum, & per hos divinæ voluntatis voca-
„tionem agnoſcens, imbecillitatem tamen
„virium ſuarum, tum etiam annorum gra-
„vitatem, & ſiniſtræ valetudinis, maxime
„vertiginis malignæ affectum cauſans, pro-
„inde dignitati, & muneri ſibi oblato pla-
„ne ſe imparem, immo ob allatas cauſas
„penitus inutilem eſſe palam profeſſus, di-
„gnitatem, & munus abbatiale ſibi oblatum
„iterato, etiam lachrymabundus, & flexis
„genibus deprecatus eſt; accedente tamen
„repetita exhortatione Reverendiſſimorum
„Dominorum Dominorum Commiſſariorum,
„& inſtante ipſomet conventu tandem non
„niſi ad mandatum confratrum ſuorum ſibi
„ex obedientia impoſitum, ceu filius obedi-
„entiæ hucusque ſemper vivens, & talis et-
„iam mori cupiens in electionem de ſua per-
„ſona factam humi proſtratus in virtute S.
„obedientiæ conſenſit; conſenſu per Reve-
„rendiſſimos Dominos Commiſſarios acce-
„ptato interea neo-electus Dominus Ab-
„bas per ſupra nominatum P. Anſelmum
„Kolb profeſſum Sant-Petrenſem, & ſacri-
„ſtam pulſatis omnibus campanis e cathe-
„dra monaſterialis eccleſiæ ibidem præſenti
„populo promulgatus fuit. Facta demum
„in loco conclavis per Reverendiſſimum, ac
„Prænobilem Dominum Pro-Directorem
„Ciurletti, Commiſſarium ſecundarium,
„tum ad eligentes tum ad neo-electum Do-
„minum Abbatem altera, & pro more ſuo
„facunda, eaque brevi allocutione, Eidem
„neo-electo Domino Abbati omnes, & ſin-
„guli Conventuales etiamnum præſentes
„reverentiam, & obedientiam debitas, &
„condignas ſtipulatis manibus promiſerunt;
„cui etiam tum ſæpe fati Reverendiſſimi Do-
„mini Commiſſarii, tum etiam alii præſen-
„tes ad dignitatem abbatialem amice con-
„gratulati ſunt. Tandem iidem Reveren-
„diſſimi Domini Commiſſarii medium tenen-
„tes neo-electum Dominum Abbatem Eun-
„dem e loco electionis, comitante toto ve-
„nerabili Conventu, & pulſatis adhuc omni-
„bus campanis ad Eccleſiam, & poſt hym-
„num ambroſianum: *Te Deum laudamus* &c.
„per ſæpe memoratum Reverendiſſimum,
„& Ampliſſimum Dominum Abbatem Mi-
„chaelburanum ibidem ſolemniter decanta-
„tum, & finitum comitante iterum Conven-
„tu ad abbatiale cubiculum, & exſpectante
„ibidem interea Conventu ad Celſiſſimum,
„& Reverendiſſimum Archiepiſcopum, &
„excelſum Principem &c. &c. deduxerunt,
„cui etiam Celſitudo ſua Reverendiſſima
„proviſoriam in ſpiritualibus, & temporali-
„bus adminiſtrationem usque ad futuram
„ejusdem confirmationem vivæ vocis oracu-
„lo clementiſſime commiſit. Demum eun-
„dem neo-electum Dominum Abbatem ad
„præfatum abbatiale cubiculum reduxe-
„runt, Eidemque præſente adhuc venerabi-
„li Conventu in ſignum acceptæ jam a Celſiſ-
„ſimo Domino Ordinario &c. &c. proviſoriæ
„adminiſtrationis claves abbatiales extradi-
„derunt, & ſic toti huic Electionis negotio
„finem impoſuerunt. Acta ſunt hæc anno,
„indictione, Pontificatu, Regimine, men-
„ſe, die & loco, quibus ſupra. Præſenti-
„bus Plurimum Reverendis, Religioſiſſimis,
„ac Clariſſimis Dominis P. Friderico Falze-
„der Ord. S. Bened. in celeberrimo Monaſte-
„rio Cremifanenſi ſuperioris auſtriæ pro-
„feſſo, SS. Theologiæ Doctore, ejusdem-
„que in alma Univerſitate Salisburgenſi in
„polemicis Profeſſore ordinario, Celſiſſimi,
„ac Reverendiſſimi Archiepiſcopi, & Ex-
„celſi Principis Salisburgenſis &c. &c. Con-
„ſiliario Eccleſiaſtico, & Illuſtris Parthe-
„nonis Nunbergenſis confeſſario ordinario,
„& P. Bertholdo Vogl ejusdem Ordinis, &
„Monaſterii SS. Theologiæ Doctore, & in
„alma Univerſitate Salisburgenſi in mora-
„libus Profeſſore ordinario, Teſtibus omni
„exceptione majoribus, & fide digniſſimis,
„atque ad præmiſſa ſpecialiter rogatis & re-
„quiſitis.„ (L. S.)

„Et ego Joannes Adamus Dickart
„SS. Theologiæ Licentiatus, Conſiliarius, &
„Secretarius Conſiſtorialis Salisburgenſis
„Collegiatæ B. V. Mariæ ad nives Canonicus,
„Pontificia authoritate Notarius publicus,
„& *Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.*

„& juratus, quia ſæpe dictæ electionis actui, „omnibusque aliis, dum ſic, ut præmitti- „tur, fierent, & agerentur unacum præno- „minatis Dominis teſtibus præſens interfui, „eaque omnia, & ſingula ſic fieri vidi, & „audivi, ideo præſens hoc publicum inſtru- „mentum deſuper confeci, manu propria „ſubſcripſi, & Notariatus mei ſignetum u- „nacum ſigillo appoſui in fidem præmiſſo- „rum ſpecialiter rogatus, & requiſitus.„

„(L.S.) Joannes Adamus Dickart,
„Notarius qui ſupra.„

V. Confirmatus octava Novembris die, quæ S. Godefrido ſacra eſt,

Subſequentis menſis Novembris octava die, quæ S. Godefrido ſacra eſt, utpote nominis Patrono in Archiepiſcopali Conſiſtorio (Procuratoris officium gerente P. Placido Bökn J. U. D. SS. Scripturæ, & SS. Can. Profeſſore emerito, confratre noſtro) ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo hujus S. Officii Præſide DD. Joanne Baptiſta Comite a Turri Canonico Capitulari Metropolitico confirmatus fuit, ut ſequentes probant litteræ ex inſtrumento originali membraneo fideliter deſcriptæ:

„Nos Leopoldus Dei gratia Archiepiſco- „pus, & Princeps Salisburgenſis S. Se- „dis Apoſtolicæ Legatus, Germaniæ Pri- „mus, Honorabili, dilecto nobis, & fideli „P. Godefrido Kröll Sacerdoti, & profeſſo „monaſterii S. Petri hic Salisburgi Ordinis „Sancti Benedicti ſalutem, & gratiam no- „ſtram. Inter reliquas curas, & ſollicitu- „dines, quæ nobis ex debito paſtoralis of- „ficii noſtri maxime cordi, & curæ eſſe de- „bent, illa ſane præcipua, & maxima eſt, „ut Eccleſiis & Monaſteriis fidei noſtræ com- „miſſis, & ſubjectis, dum ea vacare con- „tingit debite, & opportune cum omni di- „ligentia, & ſtudio provideamus; cum ita- „que vacante Abbatia ſupradicti Monaſterii „per obitum Placidi ultimi ejusdem Abbatis „per electionem de noſtro Clementiſſimo aſ- „ſenſu peractam, ad quam omnes, & ſin- „guli, qui de jure, & conſuetudine eidem „intereſſe debebant, legitime citati fue- „runt, iisdemque comparentibus, & capi- „tulariter congregatis præmiſſis tam de ju- „re, quam conſuetudine præmittendis, & „ſervatis ſervandis, Divino Numine aſpi- „rante in Abbatem præfati Monaſterii, pro- „ut ex inſtrumento authentico deſuper ſub „vigeſima ſexta Octobris confecto plenius „contineri vidimus, canonice electus ſis, „nobisque honorabiles nobis dilecti, devo- „ti, & fideles PP. Prior, Subprior, totus- „que Conventus ſæpefati Monaſterii S. Petri „humillime ſupplicarint, quatenus memo- „ratam electionem in tuam perſonam factam „ratificare, approbare, ac clementiſſime „confirmare dignaremur. Nos igitur per „Commiſſarios noſtros ad hoc ſpecialiter de- „putatos de, & ſuper perſonæ tuæ habilita- „te, ætate, dexteritate, aliisque neceſſa- „riis ſatis informati prælibatam electionem „ratificandam, & approbandam, tuamque „perſonam duximus confirmandam, prout „tenore præſentium omni meliori modo, „via, forma, ac jure, quibus melius, ac „validius poſſumus, & debemus, eandem „rati habemus, approbamus, & confirma- „mus, nec non te P. Godefridum per annuli „traditionem (emiſſa primitus fidei no- „ſtræ catholicæ profeſſione, præſtitisque ſo- „litis evitatæ ſimoniæ, ac fidelitatis, & „obedientiæ juramentis) per Reverendum, „Perilluſtrem, nobis dilectum, fidelem, & „devotum Joannem Baptiſtam S. R. I. Co- „mitem de Turri, Valſaſſina, & Taxis, me- „tropolitanæ noſtræ Eccleſiæ Canonicum „Capitularem, ac Conſiſtorii noſtri Præſi- „dem, uti hac in parte Commiſſarium no- „ſtrum de eadem Abbatia providemus, & „inveſtimus, adminiſtrationem tam ſpiri- „tualium, quam temporalium Monaſterii „ejusdem tibi plenarie committendo in no- „mine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti „Amen. Mandantes proinde dictis Patri- „bus, Priori, Subpriori, totique Conven- „tui, atque officialibus, aliisque omnibus, „& ſingulis; quomodocunque ad ſæpedi- „ctum Monaſterium ſpectantibus perſonis in „virtute S. obedientiæ, ut te ſæpe nomina- „tum P. Godefridum in ſuum Abbatem, Ca- „put, Rectorem, ac Paſtorem recipiant, „tibique debitum honorem, & amorem, „reverentiam, atque obedientiam præbe- „ant, præſtent, & exhibeant, contradi- „ctores, & rebelles quoscunque debitis „cenſuris eccleſiaſticis compeſcendo. Ha- „rum teſtimonio litterarum manus propriæ „ſubſcriptione, & ſigilli noſtri appenſione „munitarum. Datæ Salisburgi die 8va „menſis Novembris, anno milleſimo, ſe- „ptingenteſimo, quadrageſimo primo.„

(L.S.)
LEOPOLDUS.

„Vt. Joannes Joſephus Frei- „nenter Cancellar. Con- „ſiſtor.„

VI. Benedictus autem duodecima ejusdem non ſine magnis clementiæ ſignis.

Poſt hunc actum confirmationis duodecima Novembris die, in dominicam incidente ab ipſomet Excelſo Principe, & Archiepiſcopo Leopoldo Firmiano in propria eccleſia monaſteriali benedictionem abbatialem recepit neo-electus, & confirmatus Abbas noſter Godefridus, & quidem non ſine ſubſequis magnis clementiæ ſignis; nam ea ipſa die, duodecima Novembris non tantum neo-benedictus, verum etiam cum ipſo totus conventus S. Petri, ex reali munificentia Principis ſplendidiſſimo convivio, quod in noſtro refectorio adornatum fuit, excipiebatur, ipſomet Principe, & Archiepiſcopo Celſiſſimo cum tota aula præſente. Poſt has ſpeciales gratias non tantum decimaquinta Novembris ejusdem anni, tanquam in die nominis altefatæ Celſitudinis &c. &c. Conſiliarius actualis intimus, inclytæ

clytæ provinciæ ſtatus, & Steurarum præfectus declaratur, verum etiam juſſu ejusdem Celſiſſimi Principis anno ſubſequente trigeſima prima Januarii in actu confirmationis illuſtriſſimi Epiſcopi Gurcenſis Joſephi Mariæ Comitis de Thun a memorato Celſiſſimo &c. &c. in aula ſolenniſſime peracto abſentis, & Romæ in charactere auditoris Rotæ, ac regio-auſtriaci Legati commorantis Illuſtriſſimi Principalis ſubſtitutum egit in conſeſſu illuſtriſſimarum perſonarum, & totius aulæ; qui inſolitus honor haud obſcurum erat ſpecimen gratiæ, & favoris, nec non jugis æſtimationis, quam usque ad finem vitæ ſuæ erga præſulem monaſterii noſtri Godefridum gerebat Celſiſſimus Princeps, & Archiepiſcopus noſter Clementiſſimus, cujus memoria in benedictione eſt, LEOPOLDUS.

VII. Quis Godefridus Abbas noſter fuerit ante electionem?

Priusquam diſſeramus de illis, quæ Abbas Godefridus noſter ſub laudabili duodecim ferme annorum regimine geſſit vir jam ætate grandævus, & ſexaginta annorum venerandus ſenex, etiam illa merito præmittenda ſunt, quæ ipſius merita, pietatem, & ſingularem doctrinam ante electionem commendant. Filius unicus a Deo datus nobilibus parentibus ſuis in hac prole fat fœcundis: patrem habuit nobilem, & perdoctum Dominum Joannem Godefridum oppidi Obernzellenſis in ditione paſſavienſi judicem, Matrem vero Dominam Mariam Herenbekin conthoralem, ex quorum legitimo thoro prodiit anno ſalutis 1682. vigeſima quarta Januarii die, anno Monaſterii noſtri poſt completum ſæculum undecimum jubilæo. Humanioribus muſis navavit operam Paſſavii, ſtudia vero philoſophica abſolvit in athenæo noſtro Salipolitano, cujus ipſe aliquando futurus erat inſigne ornamentum, tam qua Profeſſor Theologiæ publicus, quam etiam ut aſſiſtens ejusdem perpetuus. Profeſſorem in philoſophia coluit noſtrum P. Placidum Mairhauſer, quem in inſula Sanpetrenſi anteceſſorem, velut diſcipulus magiſtrum, pro meritis ſecutus eſt immediatus ſucceſſor. Poſt propugnatas ſub dicti profeſſoris præſidio in hac alma Univerſitate ex philoſophia univerſa theſes anno 1700. vigeſima ſeptima Novembris die ad religioſum Monaſterii noſtri tyrocinium admiſſus, in quo eundem in ſpiritu magiſtrum, quem in diſciplinis philoſophicis profeſſorem habuit. Anno ſubſequente 1701. trigeſima Novembris ſacram profeſſionem in manus Reverendiſſimi Domini Edmundi Abbatis jam ſeneſcentis, & cum corporis ſarcina in tumbam declinantis emiſit penultimus hujus Abbatis, vel potius cum ſocio profeſſionis reſpective ultimus filius, quem in ſenectute Deo, & ſacræ religioni genuit per ſacram profeſſionem Edmundus Abbas. Neomyſta ad aram ſtetit anno 1705. decima nona Martii, anno autem inſequente, poſtquam univerſam Theologiam abſolvit, atque examen pro laurea ejusdem ſuprema ſubiit, ex univerſa Theologia theſes publicas ſub illuſtriſſimis auſpiciis Reverendiſſimi, & Illuſtriſſimi Capituli metropolitani Salisburgenſis propugnavit. Pro ſua prudentia, & inſigni, quæ undique prominebat, capacitate ad omnia ferme inferiora, & ſuperiora officia applicatus fuit, per quæ ſine querela magna cum laude, & utilitate usque ad ſupremum abbatialis dignitatis faſtigium inoffenſo pede tranſiit, miſcens juxta ſacræ obedientiæ dictamen obſequia Marthæ cum operibus Magdalenæ. Primitus enim per breve tempus officium Cuſtodis ei fuit injunctum, conſtitutus poſtea anno 1706. œconomus, & Archimagirus, quod officium anno 1708. cum officio Camerarii commutavit, cancellariæ a Domino Præſule præfectus. Poſt ſupremam ex ſacra facultate theologica lauream, quam viceſima Junii dicto anno cum duobus confratribus obtinuit, tertia Septembris Subprior, & triceſima ejusdem menſis novitiorum Magiſter, & juniorum fratrum director conſtituitur. Anno 1713. menſe Januario ad Prioratum clauſtralem promovetur, & in hoc charactere in publico capitulo per D. Præſulem Placidum promulgatus fuit, quo anno adhuc currente menſe Februario Confeſſarius extraordinarius Illuſtris Parthenonis in Nonnberg, & menſe Octobri conſiliarius eccleſiaſticus Celſiſſimi Principis Salisburgenſis &c. &c. per clementiſſimum decretum denunciatur.

VIII. Præſertim, dum erat per 17. annos publicus S. Scripturæ Profeſſor;

Præprimis autem inſignis doctrina theologica in Abbate noſtro Godefrido commendari meretur, quam ante electionem, dum erat plurimis annis S. Scripturæ, nec non controverſiarum fidei Profeſſor publicus, docendo, & ſcribendo palam publico litterario exhibuit. Jam anno 1714., dum adhuc in clauſtro Prioratus munere fungebatur, in renovatione ſtudiorum in hac alma Salisburgenſi Univerſitate controverſias fidei docere cœpit, a qua cathedra poſt biennium ad explicandam S. Scripturam ſublevatus fuit. Poſtquam ſeptennio prioratui præfuit, ab eodem ad munus Confeſſarii ordinarii in prædicto monaſterio Nonnenbergenſi, retenta ſimul publica S. Scripturæ Cathedra, tranſiit anno 1721. menſe Junio, & dum ita docendo ſacram ſcripturam publice expoſuit, bina vice, anno nimirum 1725. ſub gratioſiſſimis auſpiciis Celſiſſimi Principis, & Abbatis Fuldenſis Conſtantini, & anno 1728. ſub protectione clementiſſima Celſiſſimi Principis, & Archiepiſcopi Salisburgenſis tunc neo-electi Leopoldi Firmiani &c. publicis theſibus præſedit Præſes ſimul, & auctor, quo tempore per modum theſium primas partes illius libri typis vulgavit, qui poſtmodum ex relictis manuſcriptis anno poſt ejus obitum ſexto, nimirum currentis ſæculi quinquageſimo nono in juſto folio Auguſtæ Vindelicorum, & Oeniponti typis prodiit ſub titulo: Monoteſſaron evangelicum, ſeu hiſtoria evangelica

ex quatuor Evangeliſtis una in unum volumen collecta. Quod opus plane eruditum non tantum hoc tempore, poſtquam ad juſtum volumen excrevit, apud omnes in magno pretio habetur, verum etiam, dum prima ſpecimina lucem publicam aſpexere, præfatæ theſes theologicæ hiſtoriam evangelicam ſingulari methodo explanantes, ipſum etiam ſanctiſſimi Patris, tunc glorioſiſſime regnantis Benedicti XIII. ſummi Pontificis conſpectum ſubire promeruerunt, qui auctori ſanctiſſimam ſuam benedictionem impertiri, hancque ſummam gratiam per duos Eminentiſſimos DD. Cardinales Paulucci, & Lercari vigore litterarum (quæ datæ ſunt Romæ anno 1726. decima nona Januarii, & anno 1728. viceſima prima die Auguſti, atque in originali exſtant) benigniſſime inſinuare haud eſt dedignatus. Præter theologicas diſciplinas etiam ſcientias, quas litterales dicimus, matheſin præprimis in eminenti gradu poſſedit, & ne ei donum quoque linquarum deeſſe videretur, linguas ſacras, hebraicam nimirum, & græcam calluit, quarum adminiculo in ſacris litteris exponendis, tanquam face ſibi lumen præferente, aſſidue uti conſuevit.

IX. Et quam utiliter per undecim annos, & ſeptem menſes præfuerit? exponitur.

Emenſo duodecim annorum ſpatio a monte monialium in Nonnberg dimiſſa ſimul cathedra theologica ad montem Mariano-Plainenſem translatus eſt, cujus loci digniſſimus Superior conſtituitur, ubi etiam per annos octo perſiſtebat explens officium boni adminiſtratoris cum omni ſatisfactione. Ita Godefridus omnibus omnia factus jam ferme ſexagenarius, dum potius quiete pro laboribus opus habuiſſet, ad novos labores per electionem canonicam in Abbatia ſufferendos diſponitur. Vix paſtorale pedum aſſumpſerat, factis hinc inde ſalutaribus diſpoſitionibus, & mutationibus pro conſervanda, & ſtabilienda, immo etiam reformanda clauſtrali diſciplina, & monaſtica obſervancia, quæ ob longiores ſuperiorum infirmitates, aliasque circumſtancias languere cœpit, totum animum adjecit: in quem finem non tantum ipſe forma gregis factus ex animo non obſtante virium debilitate frequens erat in vigiliis nocturnis, verum etiam diſcretione ſua omnes lucrifaciens officium paſtoris exacte adimplevit. Initio ſtatim regiminis, & poſthac ſæpius publice omnibus propoſuit, ut, qui ſe ab ipſo vel aliunde gravatum putaret, fiducialiter id ſibi exponeret, hinc liberum omnibus acceſſum præbuit, omnes audiit, omnes paterno ſolatio, conſilio, auxilio juvit, ſibi ipſi parcus, & rigidus, Fratribus ſuis omnia, quæ ſacra regula concedit, abunde, prompte, & affatim ſuppeditavit. Speciatim vero in capitulis publicis dilectos confratres ſuos ſolidiſſimis exhortationibus aſceticis ad obſervanda divinæ legis, & ſacræ regulæ ſtatuta ſuaviter movendo excitabat, quarum exhortationum, non computatis illis, quas ut Prior clauſtralis, & Confeſſarius in Nonnbergenſi monaſterio propoſuit, exſtant numero ſexaginta, typis vere digniſſimæ, ex quibus velut ex ungue ſpiritum aſceticum D. Godefridi Abbatis metiri licet. In Abbatis augia, ubi parochia eſt monaſterio noſtro unita, pro commodiori confratrum habitatione domum parochialem magnis impenſis ferme a fundamentis erexit. Villam quamdam extra civitatem in Stain alteri villæ noſtræ vicinam, & hortum quemdam in monte monachorum cum villula adjacente pro majori monaſterii emolumento, & commoditate comparavit. In paræcia Aniff confraternitatem ſanctiſſimæ Trinitatis, in Vicariatu vero Gredicenſi ſodalitium ſacratiſſimi altaris myſterii, in noſtra eccleſia ad S. Michaelem archangelum, in urbe ſita, pariter novam fraternitatem erexit, & octiduana ſolennitate celebravit. Ultimo regiminis anno in nova eccleſia, & Vicariatu ſub titulo ſanctæ Annæ recenter in Alpibus Abbatis augiæ parochiæ noſtræ erecto pro primo Vicario religioſum ex monaſterio noſtro inſtituit, atque eandem eccleſiam S. Annæ, ſeu novi vicariatus (quæ anno 1752. vigeſima ſecunda Decembris per litteras prævias in charta ſcriptas, & a Reverendiſſimo officio emanatas, ſub ipſius autem ſucceſſore litteris in membrana ſcriptis, & ſigillo archiepiſcopali munitis omni jure monaſterio unita fuit) copioſa, & eleganti ſacra ſuppellectili ornavit, & dotavit, in qua eccleſia nova anno 1752. die vigeſima quinta Decembris in ſolenni feſto nativitatis Domini primum officium divinum per unum ex confratribus noſtris, primum ibidem reſpective Vicarium, vel usque ad legitimam præſentationem hujus novæ eccleſiæ adminiſtratorem non ſine fidelium, longius ab ipſa parochiali eccleſia diſtantium ſolatio peractum fuit. Officia deputati inclytorum ſtatuum Salisburgenſis provinciæ, Steurarum præfecti, Præſidis congregationis Salisburgenſis, Aſſiſtentis perpetui archiepiſcopalis hujus Univerſitatis, viſitatoris illuſtris parthenonis Nonnbergenſis, hisque annexas curas, labores, & onera præter abbatiales & domeſticas moleſtias ſimul & unitim invicto animi robure tulit, & omnibus ex voto ſatisfecit, fortitudinem ſuam a firma in Deum fiducia, ab integra in ejusdem ſanctiſſimam voluntatem reſignatione, a patientia, laboribus a juventute aſſueta, a ſpe futurorum bonorum deſumens.

X. Qui, poſtquam pie vixit, factus forma gregis moribus, & exemplis,

Erat cæteroquin Abbas Godefridus vir vere pius, ac boni religioſi exemplar, tenerrimæ conſcientiæ, ſacraque exomologeſi ſæpius ſubinde per hebdomadam animæ nitorem augere, & conſervare conſuevit. Sacroſanctum miſſæ ſacrificium nunquam, niſi gravi infirmitate præpeditus omiſit, ipſo quoque die, qua mortifera apoplexia tangebatur Deo ad aram ſupremum vale dicens, ſe ipſum ſalutari viatico ad æternitatem præmuniit. Tremendum hoc myſterium ingenti ſemper devotione, & pietatis ſenſu, tener-

tenerrimo in Deum affectu non raro foras se prodente, lacrymantibus sæpenumero oculis, & corde æstuante ad compunctionem, & ædificationem audientium supremi Numinis honori litavit, multum temporis præparationi præviæ, & agendis postea gratiis tribuens, diu pariter & nocte in frequentando amore sacramentali frequentissimus fuit. In cultu Dei Matris genuinum se semper probavit filium, & dum in colle Mariaposlainensi Superiorem ageret, cultum virgineum indefesse promovit, sæpius, etiam jam Abbas factus ad matrem suam dilectam visitandam profectus, cui se, suaque omnia commendabat. Biduo ante periculosam illam apoplexiam, quæ vigesima secunda Maji accidit, dum academica congregatio assumptæ Virginis annuam supplicationem ad thaumaturgam Dominam Plainensem institueret, officiator in pontificalibus ad aras in hac æde mariana stetit, quasi ultimum Vale tenerrime a se adamatæ Matri dicturus. Erga pauperes liberalis erat Abbas noster Godefridus, & neminem abire vacuum permisit, pauperes occultos præcipue largis eleemosynis fovit, pauperculis pueris, ut in litteris instruerentur, expensas necessarias administravit. Disciplinæ regularis rigidus quidem erat exactor, sed cum prudentia, & charitate egit omnia, prout viderat cuique expedire, in omnibus providus, & consideratus, opera, quæ injungebat, discernens, & temperans, secundum uniuscujusque qualitatem, vel intelligentiam ita se omnibus conformavit, & aptavit, ut non solum detrimenta gregis sibi commissi non pateretur, verum etiam in augmentatione boni gregis gauderet. Ipse autem suo exemplo, sicut ab omni fastu, & pompa summe abhorruit, ita in observancia monastica, quantum vires, & negotia permitterent, exemplaris in victu, vestitu, ac supellectili singularis semper religiosæ paupertatis amator exstitit. Confratribus suis nihil unquam imperiose præcipere, sed rogare potius, ac post impletum imperium, aut præstitum quodvis, quamquam leve obsequium, gratias agere sui ipsius contemptor in more habuit. Dum biennio ferme ante mortem, anno videlicet 1751. in festo sancti Thomæ Apostoli, post quinquaginta annos in sacra religione benedictina transactos, jubilæam professionem emitteret in choro, nullis precibus adduci potuit, ut eamdem publico, & ritu magis solemni celebraret, sed ille potius voluit, & humiliter petiit, ut expensæ in eum faciendæ conferantur in pauperes; vir in omnibus vere humilis, & religiosus, atque ideo tam a principibus viris, quam a prima nobilitate summopere æstimatus.

XI. Anno 1753. die vigesima sexta Maji Jubilæus Ordinis in Domino obiit.

Tandem hic optimus Abbas noster, postquam vere pie vixit moribus & exemplis forma gregis factus, ætate confectus, laboribus exhaustus, curis fractus, vicesima secunda Maji subito ad vesperam apoplexia tactus sacro oleo in corona comprecantium, & lachrymantium filiorum munitus post quatriduanum dolorosissimum agonem summa cum patientia, animi tranquillitate, & resignatione superatum vigesima sexta Maji, quæ erat dies Sabbathi, dum pro eo sub exposito venerabili Sacramento in magno populi concursu publicæ in ecclesia preces funderentur, sub decantatis lytaniis lauretanis animam meritis plenam Deo factori suo reddidit anno ætatis septuagesimo secundo, professionis quinquagesimo secundo, sacerdotii quadragesimo octavo, abbatialis regiminis duodecimo incompleto. Funebris apparatus prima Junii, quæ incidit in feriam sextam post Christi ascensionem, ritu valde solenni fuit adornatus; licet enim Celsissimus Princeps, & Archiepiscopus noster clementissimus neo-electus Sigismundus Christophorus ad funebrem processionem (quam pro more invitatus Reverendissimus Dominus Martinus Abbas Michaelburanus duxit) invitatus suis ex causis non comparuerit, attamen ex ejus speciali mandato totus comitatus aulicus superioris, & inferioris ordinis DD. abbatis nostri Godefridi funus comitari debuit, in qua processione etiam duo Illustrissimi, & Reverendissimi Principes & Episcopi Chiemensis, & Lavantinus cum quibusdam Reverendissimis Dominis de Capitulo Metropolitico Canonicis præsentes fuerunt. Clementissima autem sua Celsitudo &c. dignabatur in Oratorio chori nostri tam exequiis, quam etiam funebri concioni interesse, quam pie, & doctissime proposuit P. R. D. P. Gregorius Zallwein in celeberrimo, & antiquissimo, nec non exempto monasterio Wessofontano professus, t. t. in hac alma Universitate sacrorum canonum Professor publicus, & ordinarius, exin ad claves Rectoratus pro meritis promotus, vir doctrina, & scriptis clarus, p.m., & quidem sub themate: *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*, quæ concio etiam typis publicis vulgata prodiit, neoelecto Abbati inscripta, & dedicata, prout in ejusmodi actibus consuetudo obtinuit.

XII. Et sepultus ante summum altare cum sepulchrali inscriptione.

Finita processione, & decantato primo officio de Requiem a Reverendissimo D. Abbate supradicto sepultus fuit optimus Abbas noster in abbatiali, quam Reverendissimus Dominus Antecessor Placidus pro se, & viginti tribus aliis successoribus condidit crypta in medio sanctuarii coram summo altari, cui sequens, utinam pro meritis pii Patris sepulchralis posita fuit inscriptio:

GODEFRIDUS ABBAS
Mundi, suique Contemptor,
Pauperum, & Miserorum Pater beneficus,
Monasticæ disciplinæ cultor, & custos
zelosus,
Pastor vigilantissimus,

Forma

Forma ſui gregis moribus, & exemplis factus
Ex animo,
Qui vixit mortalis annis LXXI.
Menſibus IV.
Monachus Jubilæus LI. menſibus fere VI.
Sacerdos annis XLVIII. menſib. II.
Præfuit huic cœnobio annis XI.
menſib. VII.
Fatis pie, & ſancte deceſſit die XXVI. Maii,
Anno M. DCC. L. III.
ſub horam veſpertinam.
Tu, qui iſthæc legis,
Paſtori multis, magnisque laboribus defuncto
Requiem precare perpetuam,
Et Chriſtum paſtorum omnium Principem,
& Judicem
propitium exora.

†

XIII. Ipſo vivente anno 1742. renovatum fuit privilegium auſtriacum de evehendis vinis.

Ad acta Domini Godefridi Abbatis etiam ſpectat, quod anno 1742. poſt mortem Caroli VI. Auguſtiſſimi Imperatoris a Sereniſſima Archiduce Auſtriæ filia relicta Maria Thereſia Regina Hungariæ, & Bohemiæ renovationem privilegii Auſtriaci obtinuerit, & eodem anno etiam tertiam partem Steuræ ab inclytis deputatis provinciæ in Auſtria inferiori redemerit. Plura dabunt litteræ membraneæ originales exſtantes, quarum tenorem damus de verbo ad verbum, & quidem pretioſum diploma auſtriacum ita legitur:

„Wir Maria Theresia von Gottes Gnaden in „Hungarn, und Boheim, Dalmatien, „Croatien, Slavonien Königin, Erzherzogin „zu Oestereich, Herzogin zu Burgund, Steuer, „Kärnthen, Crain, und Wirtenberg, Grä„fin zu Habspurg, Flandern, Tyroll, Görz, „und Gradiſca, vermählte Herzogin zu Loth„ringen, und Paar, Grosherzogin zu Tosca„na ꝛc. ꝛc. bekennen offentlich mit diesem Brief, „und thuen kund allermenniglich, daß uns der „ersam, geistliche, auch liebe, andächtige Go„defridus Abbt, dan Prior, und Convent des „uhralten Gottshauses zu Sanct Peter in Salz„burg durch glaubwürdige Abschrift aller gehor„sambst zu vernemmen gegeben, was massen „von wayland unsern glorwürdigsten Vorfah„rern, Römischen Keysern, Königen, und „Erzherzogen zu Oestereich, gedachtes ihr „Gottshaus, und Stift mit sonderbaren Gna„den, und Freiheiten, Kraft deren sie jährlich „ain tausend, und fünfzig Emer Wein aus un„seren Erzherzogthum Oestereich unter der Enß „ohne Bezahlung der Mauth, Zoll, und Auf„schläg aufwerts der Donau nacher besagten „Salzburg gegen verrichtung des täglichen „Gottsdienst für unser Durchleichtigstes Erz„hauß zu fihren befuegt seyn sollen, dotirt, und „versehen, solche auch von denen nach, und nach „gefolgten regierenten Herren, und Landsfürsten „in Oestereich, und am letzten von weyland dem „Allerdurchleichtigist, und unüberwindlichisten „Fürsten, und Herrn Carolo dem Sechsten „glorwürdigisten Andenkens Römischen Key„ser, auch zu Hispanien, Hungarn, und „Böheim ꝛc. König, Erzherzogen zu Oeste„reich ꝛc. ꝛc. unsers hochgeehrtisten Herrn, und „Vaters Maj., und Lbden sub dato Wien den „4ten Octobris 1712. allergnädigist confirmi„ret, und bestettet worden wären, uns darauf „allerdemüthigst gebetten, daß wir als jetzt re„gierende Königin, Frau und Landsfürstin in „Oestereich ihnen beriert ihre Privilegien, und „Gnaden zu confirmiren, und zu bestätten gnä„digist geruhen mechten. Wan wir dan gnä„diglich angesehen sein Abbtens, Prioris, und „Convents besagten Stifts zu St. Peter in „Salzburg allerdemüthigste Bitte, und den „fleißigen Gottesdienst, welchen dasselbe Stüfft „für uns, und unser Durchläuchtigstes Erz„haus täglich zu halten pfleget, anmit auch eifri„gist fortzufahren des gehorsambten erbiettens „ist: als haben wir mit wohlbedachten Muth, „guten Rath, und Rechten wissen ihnen oban„gezogene ihre Gnaden, und Freiheiten, so viel „sie deren in ruehiger posses, genus, und oh„ne Anspruch seynd, als jetzt regierende Köni„gin, Frau, und Landsfürstin in Oestereich „allergnädigst confirmiret, und bestättet. „Thuen das auch confirmiren, und bestätten „ihnen dieselbe aus könig- und Erzherzoglicher „Machts Vollkommenheit hiemit wissentlich, „und kraft dieß Briefs, was wir daran von „Rechts, oder Gewohnheit wegen confirmi„ren, oder bestätten sollen, maynen, setzen, „und wollen, das obangezogene Privilegien, „Gnaden, und Freiheiten in allen ihren punc„ten, clausuln, innhalt, Mainung, und „Begreiffungen, als wann solche von wort „hierein geschrieben, und inseriret wären, wie „vorstehet, bey Kräften seyn, und bleiben, „darob fest gehalten werden, und sie vorbenenn„te Abbt, Prior, und Convent des Gottshau„ses zu Sanct Peter in Salzburg, wie auch ihre „nachkommen sich derselben ob begriffenermas„sen gebrauchen, nutzen, und geniessen sollen, „können, und mögen von aller mäniglich un„verhindert. Gebiethen darauf allen, und je„den unseren nachgesetzten geist- und weltlichen „Obrigkeiten, ietzig, und künftigen unsern „Statthaltern, Canzlern, Regenten, und „Cammerräthen des Reginents deren Nieder„oestereichischen Landen, Landmarschallen, „Landshauptleiten, Prälathen, Grafen, Freuen, „Herrn, Rittern, Knechten, Haubtleiten, „vicedomen, Vögten, Pflegern, Verwe„sern, Burggrafen, Landrichtern, Burger„meistern, Richtern, Räthen, Burgern, „Gemeinden, insonderheit aber denen Maut„nern, Zollnern, und Aufschlägern, denen „Gegenhandlern, überreitern, und auffehern, „und sonst allen anderen unseren Amtleithen, „Unterthanen, und getreuen, was Würden, „Stands, oder Weesen die seynd, hiemit gnä„digist, und wollen, das sie mehr gedachte „Abbt, Prior, und Convent viel ermeldten „Stüfft, und Gottshauses zu St. Peter in „Salzburg, und ihre nachkommen bey vorste„henden Gnaden, und Freuheiten, und dieser „unserer dariber ertheilten gnädigisten confir„mation, und Bestättigung, als obstehet, „ruehiglich bleiben, sie derselben genzlich freuen, „gebrau-

„gebrauchen, nutzen, und genieſſen laſſen, „darwider nit beſchwären, bekümmeren, oder „anfechten, noch das jemands anderen zu thuen „geſtatten in keine Weiß, noch Weeg, als lieb „einem jeden ſeye unſere ſchwäre Ungnad, und „Straff zu vermeiden. Das mainen wir ernſt„lich mit urkund diß Briefs, beſigelt mit unſe„rem König- und Erzherzoglich anhangenden In„ſigl, der geben iſt in unſerer Stadt Wien den „6ſten Monathstag Aprilis nach Chriſti unſeres „lieben Herrn, und Seligmachers gnadenrei„chen Geburt im ſiebenzehenhundert zwey und „vierzigſten, unſerer Reiche im zweyten Jahre.„

(L. S.)

Nomine Reginæ

Franz.

J. F. G. v. Seilern.

„*Ad mandatum Sacr. Regiæ Majeſtatis „proprium.*

„Mathias Benedict Finſterwald.

XIV. Eodem anno empta tertia pars ſteuræ pro dominio Dornbacenſi.

Eodem anno per noſtrum Dominum Abbatem Godefridum empta, vel redempta fuit pro dominio noſtro Dornbacenſi prope Viennam reſidua, & tertia pars Steuræ vigore ſequentis teſtimonii inclytorum ſtatuum provincialium Auſtriæ inferioris, ſex ſigillis pendulis, & totidem ſubſcriptionibus roborati.

„Wir N. N. Einer löblichen Landſchaft des Erz„herzogthum Oeſterreich unter der Enß ver„ordnete ꝛc. ꝛc. bekennen hiermit im Nahmen woll „ermeldter Landſchaft für uns, und die nachkom„mende Herrn verordnete von Amts wegen: „demnach Ihro zu Hungarn, und Böheim kö„nigliche Majeſtät, unſere allergnädigiſte Lands„fürſtin, und Frau Frau vermög eines untern „17ten abgewichenen Monaths Aprilis dieſes „ain tauſend, ſiebenhundert zwei und vierzigi„ſten Jahres aberlaſſenen Hofdecrets denen „löblich-oberen Herren Ständen das dritte „dritl der Landſteuer gegen eine Summam Gelts „pr. ſechsmahl hundert tauſend Gulden, und „zwar zu Beſtreitung dermahliger unterſchiedli„cher Militar Ausgaaben dergeſtalten überlaſſen „haben, daß ſie löbliche Herren Stände ſolches „anderwertig zu verkauffen hierumben Kauf, „und Schermbrief zu ertheilen, oder ſonſten in „anderen darmit nach ihren Belieben zu diſpo„niren, fueg, und Macht haben, anebens die „darauf haftende onera, ſonderheitlich die Be„zallung der allhieſig, und Raaberiſchen Gra„nitz Garniſon von dem königlichen ærario auf „ſich zu nemmen durch obig allergnädigſtes Hof„decret verſicheret worden; als haben die löb„lich drey Oberen Herrn Stände zu Beförde„rung allerhöchſten Dienſtes, und ſchleiniger „aufbringung ſothanen quanti in deroſelben den „28ſten prædicti gehaltener Verſammlung be„ſchloſſen, dieſes Steuer drittel an die parti„culares gegen einen capital zu fünf pr. cento „auf ewig, und unwiederrueflich mit privile„girter Schermung, und execution zu ver„kauffen. Solchemnach haben auf wohl er„meldter Ständen Anordnung wir dem Hoch„würdig in Gott geiſtlich, auch edel, und hoch„gelehrten Herrn Godefrido Abbten zu St. Pe„ter in Salzburg wegen Dornbach in virtl unter „Wienerwald über Abzug deren 683. jährig at„teſtirten, und des vorhin ſchon erkauften er„ſten Steuer dritl, nunmehro auch das dritte „dritl der Landſteuer pr. 36. fl. - - kr. 3. Pf., „und zwar um eine hiervon a 5. pro cento gerech„nete capitals ſummam der ſiebenhundert „zwainzig Gulden, zwei Schilling, ſagen „720. fl. 2. ß., welche vermög vorgebrach„ter obereinnemer amts quittung in das Ober„einnemer Amt paar abgeführet worden, eigen„thumlich verkauft, und überlaſſen, alſo zwar, „daß er Herr Kauffer, deſſen Nachfolgere, oder „getreue dieſes Briefs Innhaber ſolches Lan„ſteuer dritl von denen Unterthanen einnehmen, „nutzen, und genüeſſen, auch ferner verküm„meen, verſetzen, verwechſeln, und in all, „und anderen Weegen darmit handeln, wan„deln, thun, und laſſen können, und mögen, „ohne unſer deren verordneten, unſerer nach„kommenden, und männigliche Irrung, Hin„terniß, oder Widerſprechen. Wir verord„nete, und unſere nachkommende in Amt ſollen, „und wollen auch von gemeiner Landſchaft we„gen ihme Herrn Kauffer, deſſen nachkommen„de, und getreue diß Briefs Innhaber diſes „verkauften Steuer dritls halber zu allen Zeiten „zu ſchirmen, und zu vertretten ſchuldig, und „verbunden ſeyn, auch wider männiglich in, „und auſſer Gericht, wan, und ſo oft es von„nöthen, und von uns, und denen nachkom„menden Herren verordneten begehret wird, und „wie ſolches das Schermrecht, Brauch, und „Gewohnheit in dieſem Erzherzogthum Oeſte„reich unter der Enß erforderet; wir verſicheren „anbei im Nahmen mehr wohl ermeldten Land„ſchaft von Amts wegen den Herrn Kauffer, und „ſeine nachkommende, daß ſolches von ihme bei „ermeldten Dornbach verkaufte dritte Steuer „drittl hinfüro zu ewigen Zeiten nicht mehr ein„geforderet, noch ſonſten derentwillen einige „contribution unter was Nahmen, prætext, „oder Vorwand es immer ſeyn mechte, denen„ſelben aufgebürdet werden, auch in fall bei ei„nig künftiger Verſammlung deren löblichen „Ständen etwas anderes deme zuwider geſchloſ„ſen würde, Er Herr Kauffer, deſſen nach„kommende, und getreue dies Briefs innhaber „an ſolchen Schlus keinesweegs gebunden ſein „ſollen. Treulich, und ohne gefährde: zu deſ„ſen wahrer urkünd haben wir dieſen Kauf, und „Schermbrief mit unſeren Amts ſigneten gefer„tiget, und eigenhändig unterſchrieben. Actum „Wien den erſten Juny anno ſiebenzehenhun„dert zwey und vierzig.„

„L. S. Robertus Abbt zum H. Creuz.
„L. S. Paulus Abbt zu Seittenſtetten.
„L. S. Johann Ferdinand Graf, und Herr von Pergen.
„L. S. Ernſt Auguſtin Graf von Falkenheim.
„L. S. Joſeph Auguſtin Ignatz von Albrechtsburg.
„L. S. Johann Ferdinand Edler von Leuerſegg.„

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

XV. Et anno 1745. prædium quoddam, Sogger dictum, ab oneribus dominii directi liberatum.

Memoria dignæ sunt etiam litteræ subscriptione Celsissimi, & Reverendissimi S.R.I. Principis, & Archiepiscopi Salisburgensis Jacobi Ernesti Liechtensteinii p. m., & pendulo archiepiscopali secreto roboratæ, quarum vigore D. Abbas Godefridus prædium quoddam, Sogger dictum, situm in præfectura Neihaus ab oneribus dominii directi liberavit. Litteræ in membrana scriptæ sequentem tenorem habent:

„Wir Jacob Ernst von Gottes Gnaden Erz„bischoff zu Salzburg, Legat des H. Apo„stolischen Stuels zu Rom, und des Deutsch„land Primas ꝛc. ꝛc. bekhennen für uns, und „unsere nachkommen am Erzstift Salzburg hie„mit offentlich mit diesem Brief; Demnach mit „unsers Herrn Vorfahrer Leopoldi höchst seelig„sten Angedenkens wissen, und consens unser „Rath, lieber in Gott, und getreuer Godefri„dus Abbt des Closters zu St. Peter alhier in „Salzburg, seinen nachkommen, und Gotts„hauß von Martin Rosenegger zu Kollhueb, „und dessen Ehewirthin Catharina Prandaue„rin, welche mit Josephen Zillinger verbeisten„det ware, das Soggergut am Heyberg, so „uns, und unseren Nachkommen dieses Erz„stift Urbar, und in das Amt Heyberg der „Pfleg Neuhaus jährlich mit ain Gulden dreis„sig Kreutzer, dann mit ain Fueder Hey, ain „Fueder Kuchlholz, und zwey Hennen dienst„bar ist, käuflichen an sich gebracht, und „hierauf demüthigist gebetten, wir möchten er„f gtes Soggerguet all ermelter, und ferners „nach sich ziehenden grundherrschaftlichen Bür„den, dann gemeinen Landsanlagen, als Ro„baten, Griader, quartier, und andern der„gleichen für iezt, und inskünftig auf ewige „Weltzeiten ganz freu, ledig, und los machen, „und dafür mit einer gewissen Summa Geld ei„ne billichmäßige Satisfaction laisten lassen; „weilen wir dann solch demüthigste Bitte will„fahren wollen, als haben wir beriertes Guet „gegen Erlegung zu unserer Hofkammer der pa„ctirten zwey hundert ainlif Gulden, und fünf „und vierzig kreutzer von allen und jeden grund„herschäftlichen, dan gegen Bezahlung ain „hundert Gulden zur Neuhausischen Gerichts „gemain von allen Lands anlagen, als Roba„ten, Griader, quartier, und anderen der„gleichen gemainen Burden auf ewige weltzeit „genzlichen befreuet, auch derohalben gedach„ten Abbten zu St. Peter, und dessen nach„kommen ob beschriebenes Soggerguet samt al„ler rechtlicher ein- und zugehörung nichts hie„von ausgenommen (er mag hernach solches „besitzen, zu Bestand verlassen, freu aigen, „oder quoad dominium utile verkauffen, und „anstatt des dominii directi bey denen Pulfer„stämpfen an der Wiettenburg, und denen dar„zu gehörigen gründten ihme Abbten, des„sen Kloster, und nachkhommen compari ju„re, & prærogativis als ein privilegirte grund„herrschaft ganz und gar, so viel wir, und un„sere nachkhommen diß Erzstift bishero genuzt, „und genossen, oder nutzen, und nüessen hät„ten können) überlassen, und eingeantwortet, „thuen es auch in Craft dieses wissent- und wohl„bedächtlich, als fern wir zu recht sollen, kön„nen, und mögen gnädiglich ohne gefährde. Ur„khund dies Briefs. Geben, und mit unse„rer Hand-, und hieran anhangenten Insigl „verfertiget in unser Stadt Salzburg den vier„zehenten Monathstag Juny nach Christi un„sers lieben Herrn, und Seligmacher gnaden„reichen Geburth im ain tausend, sieben hun„dert, fünf und vierzigsten Jahr.„

Jacob Ernst. (L.S.)

Hanc gratiam nobis exhibuit altefatus Princeps Celsissimus Jacobus Ernestus ex comitibus de Liechtenstein &c. &c., quam prius sperare non licuit; qui benignissimus Archiepiscopus etiam sub Godefrido Abbate anno 1746. unam missam anniversariam perpetuam fundavit, & plus, quam sufficientem pecuniæ paratæ quantitatem deposuit, ut non tantum illa missa annua legatur cum quibusdam precibus in choro persolvendis, verum etiam, ut illa die religiosi Confratres melius in mensa habeantur. Hæc de regimine Domini Abbatis Godefridi, optimæ memoriæ Præsulis, quamvis non pro maximis meritis, dicta sufficiant. In hujus effigie, prout inter alios Abbates in minori aulæ abbatialis atrio videtur, ipsius successor sequentem vitæ, & mortis synopsin subscribi fecit: „Godefridus Kröll „Obernzellensis Passaviensis, Monasterii ad „S. Petrum Abbas LXXV., SS. Theolo„giæ Doctor, & in Universitate Salisbur„gensi S. Scripturæ Professor publicus. Ab„bas eligitur anno ætatis suæ sexagesimo „vigesima sexta Octobris anno 1741., vir „piissimus, & profunde doctus, disciplinæ „claustralis magnus zelotes, Abbatiæ ma„gna cum laude præfuit, & prosuit unde„cim annis, & septem mensibus. Obiit non „sine magna pietatis fama vigesima sexta „May, ætatis septuagesimo secundo an„no 1753.„

BEDA,

BEDA,

ABBAS AD S. PETRUM LXXVI.

AB ANNO 1753. USQUE AD ANNUM - - -

I. Post mortem Domini Abbatis Godefridi, & prævias dispositiones,

Luxerunt speciosa pastorum, postquam gregi nostro monastico prævisa quidem, sed insperata morte ereptus fuit pater, & pastor Monasterii, qui subjectas sibi oves, religiosas animas pascere studuit verbo, & exemplo, oculis vigilantiæ, & prudentiæ instructus præsul GODEFRIDUS, qui die vigesima sexta Maji hora quarta vespertina anno 1753. non absque filiorum suorum luctu apoplexia tactus post quatuor dierum infirmitatem supremum diem clausit anno ætatis suæ supra quatuor menses septuagesimo primo, religiosæ ac jubilææ professionis quinquagesimo primo, Sacerdotii quadragesimo octavo, Abbatialis regiminis cum septem mensibus undecimo, cujus boni Præsulis memoria apud nos pro meritis in benedictione est. Igitur illi, qui pupilli facti sunt absque patre in his sat arduis circumstantiis non tantum supremum Numen unitis, ac publicis precibus exorabant instantissime, ut, qui corda novit omnium, eligat ex servis suis unum, qui futurus est vir secundum cor suum, regatque concreditas animas ad Dei honorem, adque propriam cujusque salutem; verum etiam, ut introductus per sacros canones in electione novi Abbatis servetur ordo, humillimas quoque preces Celsissimo suo Ordinario, & Clementissimo simul terræ Principi, tunc neoelecto exponebant Confratres orphani. Factum itaque, quod anno currente 1753. indictione Romana I., Pontificatus sanctissimi Domini nostri BENEDICTI divina providentia XIIII. anno decimo quarto, regnante vero Serenissimo Principe ac D. Francisco hujus nominis primo Romanorum Imperatore semper Augusto, regiminis ejusdem anno IX. die mercurii, quæ erat quarta mensis Julii, in Mo-

nasterio nostro ad sanctum Petrum ad preces humillimas Celsissimo, ac Reverendissimo D. Domino SIGISMUNDO CHRISTOPHORO Archiepiscopo, & S. R. I. Principi Salisburgensi, sacræ Sedis Apostolicæ Legato nato, Germaniæ Primati ex S. R. I. Comitibus de Schrattenbach, Domino Ordinario Clementissimo &c. &c. per P. Priorem, cæterosque Conventuales præfati monasterii pro impetranda in locum demortui Reverendissimi D. Godefridi ultimi, & immediati Abbatis ibidem canonica electione novi Abbatis oblatas, factaque ipsis desuper clementissima concessione Reverendissimus, & Illustrissimus D. Dominus Joannes Baptista S. R. I. Comes a Thurn, Valsassina, & Taxis, metropoliticæ Ecclesiæ Salisburgensis Canonicus capitularis, ejusdem Consistorii Præses, nec non Reverendissimus, Prænobilis, ac Clarissimus Dominus Joannes Josephus Freinenter, SS. Theologiæ Licentiatus, altefatæ Celsitudinis Reverendissimæ Consiliarius intimus, nec non Consistorii Director, & Collegiatæ B. V. M. ad Nives Canonicus Senior, ceu a sæpe memorata Celsitudine sua Reverendissima &c. &c. ad actum electionis novi DD. Abbatis clementissime deputati Commissarii, via, jure, & forma legitimis processerint, atque imprimis die electionem præcedente in aula abbatiali ipsamet Celsitudo sua Reverendissima &c. &c., sub Baldachino sedens, personaliter omnibus, & singulis, sua interesse putantibus, legitime vocatis, informationem in tali actu tam de jure, quam consuetudine diœcesis Salisburgensis requisitam, & prævie fieri solitam, ceperit omnes & singulos Conventuales seorsim vocando, & examinando.

II. Anno 1753, die 4. Julii præmisso gravi per Dominum Commissarium sermone,

Prædicta proin die mercurii, & quarta Julii, cantata prius per Reverendissimum Dominum D. Martinum Ordinis sancti Benedicti in celeberrimo monasterio Michaelburano Abbatem missa de Spiritu sancto, sub qua omnes Conventuales sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserant, omnibusque & singulis, sua interesse putantibus, per P. Josephum Kaltenhauser professum S. Petri p. t. sacristam ex cathedra ecclesiæ monasterialis ibidem per publicationem cridæ denuo vocatis prænominati Domini Commissarii superius in stubam majorem colloquii, ceu locum electionis sese contulerunt, ibidemque comparentibus omnibus, & singulis Conventualibus vocem activam, & passivam habentibus præfatus Dominus Director Consistorii docte, & pie sequenti amœna oratione de eligendo digniori subjecto peroravit, & ita actum electionis exorsus est, prout de verbo ad verbum habetur in ipsa oratione, quam idem Reverendissimus Dominus Commissarius Josephus Freinenter, venerabilis, & omni æstimatione dignus senecio, septuagenario major ad instantes preces nostras propria manu descriptam nobis tradidit, & apud nos inter cimelia servatur.

Allocutio D. Commissarii ante electionem die 4ta. Julii anno 1753.

„Arduum profecto, & maximi momenti
„negotium aggredimur, admodum re-
„verendi, ac religiosissimi Domini Capitu-
„lares, dum hodie viduatæ huic ecclesiæ,
„matrique vestræ de digniſſimo sponso, vo-
„bis vero mœstis filiis de optimo Patre pro-
„visuri ad electionem canonicam progredi-
„mur. Monasterii Sanpetrensis antiquitate,
„religione, fidei orthodoxæ propagandæ
„zelo, viris ad sanctitatem, & omnem lit-
„teraturam instructissimis, genuinis magni
„Patriarchæ vestri Benedicti filiis a tot retro
„sæculis longe celeberrimi, (missis omni-
„bus aliis Præsulibus omni encomio digniſſi-
„mis) in solo Reverendissimo Domino Go-
„defrido (cujus nomen & memoria in æter-
„na sit benedictione) ultimo, & meritissi-
„mo Abbate vestro perfectam optimi Præsu-
„lis ideam perspeximus, cujus præclariſſi-
„mæ animi dotes, religiosissima in superos
„pietas, paternus in suos filios amor, &
„sollicita vigilantia, cura in œconomicis in-
„defessa, summa in publicis, & privatis ne-
„gotiis tractandis prudentia, & dexteritas
„nobis omnibus abunde nota est. Arduum
„proinde negotium aggredimur, dum hodie
„ad electionem similis, omnino digniſſimi,
„successoris progredimur. Sed quis est
„hic, & laudabimus eum? Paucis expo-
„nam insignes qualitates ejusdem, & vos
„ipsi Domini Capitulares, si non per unani-
„mia, saltem per majora vota publicabitis
„nomen illius, utpote ab ipsomet supremo
„Numine ante electionem vestram electum.
„Ille nimirum est, qui doctrina magnus,
„pietate major, charitate maximus. Ille
„est, qui bonus œconomus, melior reli-
„giosus, Pastor & Pater optimus. Ille est,
„qui prudentia excellens, discretione præ-
„cipuus, humilitate summus. Ille est, qui
„primum quærit regnum Dei, & justiciam
„ejus, S. regulæ, & statutorum observan-
„ciam, qui jugiter sollicitus conservare in-
„ter fratres unitatem spiritus in vinculo pa-
„cis. Ille est, qui vere mitis, & humilis
„corde in omnibus seipsum præbens vivum
„exemplum bonorum operum, qui potens
„in opere, & sermone, novitque subditis
„prædicare verbum, instare opportune,
„importune, obsecrare, increpare in omni
„paciencia & doctrina, in spiritu lenitatis,
„qui etiam condolere possit iis, qui igno-
„rant, & errant, non immemor, quoniam
„& ipse circumdatus est infirmitate. Ille
„denique est, quem vos, admodum Reve-
„rendi DD. Capitulares, sepositio omni sini-
„stro affectu, juxta scientiam, & conscien-
„tiam vestram ad abbatialem insulam di-
„gniorem, magis idoneum, vestroque mo-
„nasterio in spiritualibus, & temporalibus
„utilissimum coram Deo judicabitis. Deus
ipse,

„ipſe, cujus actio noſtra eſt inſtructio, in „electionibus ſuis meliores, & digniores ad „populi ſui regimen aſſumpſit: ita Moyſen „omnium mitiſſimum Num. XII. in Ducem „Iſraelitarum, Davidem, virum ſecundum „cor Dei I. Reg. X. in Regem Iſrael, Petrum „ſummo Chriſti amore flagrantem in ſum„mum eccleſiæ Caput elegit. Joan. XXI. „Hinc eſt, quod in horum ſequelam ſacro„ſancta Tridentina ſynodus in Spiritu ſancto „legitime congregata Seſſ. XXIV. de Re„form. C. I. omnes, quibus jus eligendi „quocunque modo competit, ſerio moneat, „& hortetur, *ut inprimis meminerint*, ſunt „verba formalia S. Concilii, *nihil ſe ad Dei „gloriam, & populorum ſalutem utilius poſſe „facere, quam ſi bonos paſtores, & eccleſiæ „gubernandæ idoneos promoveri ſtudeant, eos„que alienis peccatis communicantes mortaliter „peccare, niſi quos digniores, & eccleſiis ma„gis utiles ipſi judicaverint, non quidem preci„bus, vel humano affectu ducti, aut ambien„tium ſuggeſtionibus, ſed eorum exigentibus „meritis præfici diligenter curaverint, & quos „ex legitimo matrimonio natos, vita, ætate, „doctrina, & aliis omnibus qualitatibus prædi„tos ſciant, quæ juxta ſacros canones, & Tri„dentinæ hujus ſynodi decreta requiruntur.* Hæc „verba S. Concilii; quod ſingulari emphaſi „eligentibus inculcat, *ut non precibus, vel „humano affectu, aut ambientium ſuggeſtioni„bus, vel promiſſionibus ducti* ſibi Prælatos „eligant, ſed quos vita, ætate, doctrina, „aliisque omnibus qualitatibus præditos, „digniores, ac eccleſiæ magis utiles judi„caverint, eorum exigentibus meritis ad „Prælaturas ſuis ſuffragiis omni ſtudio pro„moveri ſibi cordi habeant: ſecus ſi fece„rint, eligentes mortaliter peccant, omni„busque peccatis, quæ ex defectu promo„tionis dignioris, & promoti minus digni „committuntur, communicare non dubi„tent. In confirmationem prædictorum „Clemens VIII., & Urbanus VIII. Pontifi„ces maximi pro regularibus decreverunt, „*ut in Superiorum, & Officialium electionibus „forma a S. Concilio Tridentino, & Ordinis „conſtitutionibus præſcripta inviolabiliter ſer„vetur, jurentque electores ſecundum veritatem „cujuscunque conſcientiæ magis probos, & ma„xime idoneos ſe electuros, ac propterea prius„quam ad electionem deveniatur, inprimis, & „ante omnia prælegantur conſtitutiones de qua„litatibus, & requiſitis eligendorum.* In exe„cutionem horum ſaluberrimorum decreto„rum præſentes quoque Domini electores in „hoc ſolenni confeſſu ad ſancta Dei Evangelia „jurejurando ſe obſtringent, promittentque „Omnipotenti Deo, Eum eligere in hujus „monaſterii Abbatem, quem credunt eſſe „digniorem, & monaſterio in ſpiritualibus, „& temporalibus futurum utiliorem, nec il„li vocem dare velint, quem verosimiliter „ſciverint promiſſione, aut datione alicujus „temporalis, ſeu prece per ſe, aut alium in„terpoſita, aut alias qualitercunque dire„cte, vel indirecte pro ſe electionem procu„raſſe. Similes enimvero precibus, polli„citationibus, aut quovis alio pacto Præla„turas ſuperbe ambientes, tanquam ſynoniacos, & poſitive indignos rejiciendos eſ„ſe, nullus eſt, qui dubitet. Ite ergo in „pace, & ſolum Deum præ oculis habentes „illum in Abbatem veſtrum in unitate Spi„ritus ſancti concorditer eligite, quem ſe„poſito omni mundano reſpectu, commodo, „ſeu intereſſe privato, depoſito omni odio, „& paſſione, dictante ſolo Spiritu ſancto, & „conſcientia veſtra ſecundum pontificias „conſtitutiones, ſacram regulam veſtram, „& juramentum mox præſtandum, digniorem eccleſiæ, & monaſterio veſtro magis „utilem in adminiſtrandis ſpiritualibus, & „temporalibus reputabitis. Jam aſſiſtente „Spiritus ſancti gratia ad ipſum electionis „actum præmiſſis præmittendis in nomine „Domini procedamus.„

III. A vidoato conventu, in quo erant viginti octo eligentes,

Præmiſſa hac gravi ad omnium noſtrum ædificationem adhortatione ad electionem procedebatur; in qua electione præter Reverendiſſimos Dominos Commiſſarios erant præſentes prædictus Reverendiſſimus Dominus D. Martinus Abbas Michaelburanus, nec non magnificus Dominus P. Bertholdus Vogl Cremifanenſis, almæ Univerſitatis Rector, qui in ſcrutatores hujus negotii erant aſſumpti; Notarius vero in hoc actu fuit Reverendiſſimus, Prænobilis, & Clariſſimus Dominus Franciſcus Leopoldus Stegmayr, SS. Theologiæ Doctor, Conſiliarius, & Secretarius Conſiſtorialis; pro teſtibus autem erant legitime requiſiti Plur. Rev. & Clariſſimus D. P. Innocentius Deixlberger Mettenſis, SS. Theologiæ Doctor, & p. t. in Univerſitate SS. Theologiæ Profeſſor Ordinarius, nec non P. R. & Clariſſimus D. P. Gregorius Zallwein ex monaſterio Weſſofontano J. U. Doctor, p. t. in Univerſitate SS. Canonum Profeſſor actualis. Specialiter ad hunc actum comparebant omnes, & ſinguli Conventuales vocem activam, & paſſivam habentes nullo excepto; erant autem eligentes numero viginti octo, & quidem in ordine ſequenti:

P. R. P. Paulus Moll. Prior.
A. R. P. Joannes Evangeliſta Gutrath. Subprior.
R. P. Modeſtus de Gaisruck. Senior.
R. P. Cœleſtinus Tagger.
R. P. Benedictus Hueber.
R. P. Joannes Baptiſta Steinhauſer.
R. P. Gabriel Geiswinkler.
R. P. Amandus Heller.
R. P. Maurus Winterl.
R. P. Ildephonſus Möhl.
R. P. Eberhardus Ruedorfer.
R. P. Oddo Gutrath.
R. P, Martinus Starch.
R. P. Thaddæus Haiden.
R. P. Henricus Auer.
R. P. Romualdus Schallhammer.

R. P. Beda Seeauer.
P. P. Antonius Knoll.
R. P. Josephus Kaltenhauser.
R. P. Gregorius Lana.
R. P. Petrus Hörizer.
R. P. Mathias Schattenlechner.
R. P. Rupertus Gutrath.
R. P. Joachimus Strobl.
R. P. Anselmus Hintler.
R. P. Virgilius Leopoldinger.
R. P. Blasius Lueger.
Fr. Michael Kumberger. Subdiaconus.

Reliqui numero quinque partim neoprofessi, partim novitii, & unus conversus carebant voce activa.

IV. In tertio scrutinio per vota majora Beda Seeauer electus.

In hac dispositione, & præstito ad sancta Dei Evangelia juramento omnes Conventuales accepto prius a Reverendissimo, & Illustrissimo Domino Commissario catalogo omnium eligentium vocem activam, & passivam habentium nomina continente, fideli alterius manu scripto e loco electionis recesserunt, brevi tamen ad eundem locum redeuntes omnes & singuli juxta ordinem in catalogo descriptum, sua vota secreta in schedula complicata S. calici juxta supranominatos Dominos Commissarios, & Scrutatores in mensa collocato imposuerunt; quibus omnibus, & singulis post discessum eorundem e S. calice in mensam effusis, iisque a Reverendissimo Domino D. Abbate Michaelburano in præsentia reliquorum diligentissime numeratis, deprehensum fuit, viginti octo schedulas complicatas, ceu totidem vota secreta in S. calicem immissa fuisse. Schedulis rursus in eundem calicem repositis, iisque a præfato D. Scrutatore primario una post alteram extractis, apertis, atque a dictis Dominis Commissariis, Scrutatoribus, Notario, & testibus accuratissime recognitis, & annotatis, repertum fuit in primo scrutinio electionem canonicam non adfuisse; omnibus proinde Conventualibus ad locum electionis vocatis, & ibidem comparentibus sæpe fatus Illustrissimus, & Reverendissimus DD. Commissarius eisdem intimavit, electionem canonicam in primo scrutinio non fuisse peractam. Quoniam vero religiosus Conventus noster per Procuratorem, qui erat R. P. Paulus Moll Prior, supplicavit, ut pro facilitando electionis negotio duo, qui votis majores sunt, promulgentur, huic petito satisfieri non dubitabatur. Distributis dein, sicut prius, novis catalogis Capitulares denuo e loco electionis recesserunt. Ne autem cuidam alii forsan per præfatam promulgationem candidatorum præjudicium quoddam accresceret, re melius expensa posthac Conventualibus ad eorum notitiam per D. Notarium Consistorialem etiam manifestatus fuit tertius candidatus, qui vota consideratione digna obtinuit. Redeuntes Conventuales eodem modo, sicut in primo scrutinio vota sua sacro calici imposuerunt, quibus accuratissime recognitis, & annotatis denuo repertum fuit secundum scrutinium sine effectu secutæ canonicæ electionis in vanum abiisse: unde singulis Capitularibus ad locum electionis vocatis Reverendissimus, & Illustrissimus DD. Commissarius proposuit electionem canonicam nondum fuisse celebratam, ideoque ad tertium scrutinium procedendum esse decrevit. Quia vero Confratres nostri nihil magis, quam electionis canonicæ successum suspirabant, & ad hunc finem securius obtinendum instabant per Procuratorem pro gratia intimationis, quot nimirum quilibet ex canditatis vota in hoc secundo scrutinio fortitus sit? pro juvanda hac eligentium bona voluntate nobis pariter in hoc ulteriori petito benignissime satisfactum fuit. Distributis deinde iterum catalogis, & impositis S. calici votis, his denuo iterato accuratissime recognitis, & annotatis, in tertio denique scrutinio repertum fuit per majorem Capituli partem, videlicet viginti tria vota in Abbatem monasterii nostri canonice electum fuisse R. P. Bedam Seeauer, in hoc monasterio expresse professum, patria Hallstadiensem Austriacum, & p. t. Parochum & Præfectum in Dornbach prope Viennam, nullo canonico impedimento irretitum.

V. Atque per alteram sermonis partem pro consensu requisitus fuit,

Quam proinde electionem, utpote canonice factam, Domini Commissarii Celsissimo, & Reverendissimo S. R. I. Principi, & Archiepiscopo nostro clementissimo personaliter intimarunt, cumque idem Celsissimus Princeps electionem in personam nominati Patris factam clementissime acceptasset, redeuntes Domini Commissarii singulis Conventualibus canonicam electionem adesse intimarunt, ad quorum proinde unanimem petitionem electum P. Bedam in ipso electionis conclavi publicarunt, & suprafatus Reverendissimus DD. Commissarius sequentibus verbis ab eodem neoelecto in substantiale electionis complementum ejusdem assensum requisivit: „Plurimum Reveren„de, Domine Neoelecte! ad complendam „electionem canonicam instinctu haud du„bie Spiritus sancti de sua persona factam, „supereſt, ut totus resignatus in voluntatem divinam paterno quoque affectu, & „benevolo animo in eandem consentiat, non „recusando abbatialem curam, & laborem. „Summus pastor Christus Ipse nonnisi disci„pulo, trina professione dilectionem versus „magistrum contestanti, curam post se uni„versæ ecclesiæ suæ voluit demandare, ut „testimonium dilectionis, ait S. Augustinus „cum Divo Gregorio, esset cura pastoralis. „Quisquis proinde virtutibus pollens gre„gem Dei renuit pascere, convincitur sum„mum Pastorem non amare. Præsens au„tem Neoelectus Christi, Pastorum Princi„pis, amore totus succensus perdilectos „Confratres suos lubenti animo pascere, & „viduatam hucusque ecclesiam Sanpetren„sem,

„sem, ceu dilectam sponsam suam a Deo sibi „electam paterna sollicitudine deinceps gu„bernandam charitate amplecti non recusa„bit.„ Post hanc adhortationem Neoelectus benevolum quidem Confratrum suorum erga se affectum cognoscens, ob imbecillitatem tamen virium suarum, ac præcipue oculorum debilitatem muneri sibi oblato plane imparem se palam professus, dignitatem abbatialem sibi oblatam flexis genibus deprecatus fuit, sed ad seriam exhortationem DD. Commissariorum factam confortatus, ne divinæ voluntati ad hoc officium vocanti resisteret, Deo auxiliante confisus in electionem in Dei nomine lachrymabundus consensit. Hoc consensu præstito Reverendissimus DD. Commissarius suam orationem rursus ita fuit prosecutus:

„Completa igitur per præstitum consen„sum electione, ut negotium hoc arduum „assistente Spiritus sancti gratia feliciter per„actum præprimis cedat ad majorem Omni„potentis Dei gloriam, Virgineæ Matris „Mariæ, & sancti Patriarchæ Benedicti, „omniumque Cœlitum honorem, hujus an„tiquissimi a tot sæculis celeberrimi mona„sterii incrementum, Neoelecti Reverendis„simi, ac subjecti sibi gregis salutem, & „prosperitatem ex animo vovemus, & ag„gratulamur omnes. Congratulor Tibi Re„verendissime Domine Neoelecte, quod hu„militas Tua cum toto reliquarum virtutum „choro te exaltaverit, & his sociatæ aliæ „præclarissimæ dotes tuæ ad abbatialis di„gnitatis apicem meritissime evexerint. Da„bit benignissimum Numen gratiarum sua„rum affluentiam, ut in diuturno felicissimo „regimine ecclesiæ suæ afferat fructum „plusquam centesimum in spiritualibus, & „temporalibus. Hoc unicum monitum ve„lim, quod sanctissimus Legislator in regu„la adeo sancte inculcat: *Meminerit Abbas „nomen majoris factis implere; Christi enim age„re vices in monasterio creditur, quando ipsius „vocatur prænomine Abba Pater.* Hinc ut „amantissimus Pater filios paterno prorsus „affectu fovere, diligere, & dirigere stu„deat, æqualis sit omnibus ab eo charitas, „nisi quos in bonis actibus, & obedientia in„venerit meliores; omnia bona, & sancta „factis amplius, quam verbis ipsis ostendat, „arguat, obsecret, increpet, miscens tem„poribus tempora, terroribus blandimen„ta, serium magistri, pium Patris ostendat „affectum. Plus olei misericordiæ, quam „severitatis vini vulneribus delinquentium „infundat, plus a suis amari appetat, quam „timeri, quia amor omnia suavia reddit. „Consoletur pusillanimes, suscipiat infir„mos, patiens sit ad omnes, cum Apostolo „omnibus omnia factus, ut salvos faciat „omnes. Et ita Reverendissimus Dominus „Neoelectus, quando Dominus ad judican„dum venerit, cum fiducia respondere pote„rit; quod infirmum erat, consolidavi, „quod ægrotum sanavi, quod abjectum re„duxi, & quos tradidisti mihi, non perdidi „ex eis quemquam. Et promerebitur audi„re: euge serve bone, & fidelis, supra mul„ta te constituam, intra in gaudium Domi„ni tui.„

VI. Secuta demum pro complemento ultima sermonis parte ad Conventum.

Post hunc gravem, & vere omni bono spiritu plenum sermonem, quem ad Neoelectum habuit sæpedictus Reverendissimus D. Commissarius, tandem pro complemento electionis, non minus doctissima oratione ad reliquos eligentes se convertit ita in facundia sermonis perorans:

„Nunc iterum ad vos me converto, ad„modum, & respective multum Reverendi „Domini Capitulares, & reliqui Conven„tuales, congratulor & vobis ex corde, „quod per hodiernam cœlesti utique flaven„te favonio peractam feliciter electionem „cum gaudio inveneritis, quem sub vigesi„ma sexta Maji proxime elapsi dolentes ami„sistis, amantissimum nimirum Patrem, & „vigilantissimum Pastorem in neoelecto Re„verendissimo D. Abbate vestro; amate il„lum vicissim, ut Patrem non verbo & lin„gua tantum, sed opere, & veritate; quia „probatio dilectionis, teste S. Gregorio, ex„hibitio est operis. Honorate illum, & ca„nonice electum Prælatum, & Superiorem „vestrum humiliter, prompte, & hilariter „obediendo, melior enim est obedientia, „quam victima, & hilarem datorem diligit „Deus. Apostolicis verbis vos monitos vo„lo: obedite Præposito, & Abbati vestro, „& subjacete ei; ipse enim pervigilabit, „quasi rationem pro animabus vestris reddi„turus, ut cum gaudio hoc faciat, & non „gemens; hoc enim non expedit vobis, ad „Hebræ. Cap. XIII. Trina ratione, advertit „Cornelius a Lapide in h. l. probat Apostolus obediendum esse Prælatis: prima est, „quia *ipsi pervigilant, quasi pro animabus sub„ditorum Deo rationem reddituri:* quantum„vis honoris, reverentiæ, & obedientiæ „Abbati referatis, nunquam onus, & peri„culum, quod ipse pro vobis suscepit, adæ„quabitis, singulorum enim profectus, & „salus ab eo exigetur in die judicii. Secun„dam rationem, ob quam obedientiam, & „honorem Domino Abbati vestro debetis, „Apostolus subjungit, *ut cum gaudio hoc fa„ciat, & non gemens;* filii obedientes leve „faciunt onus Prælati; gaudent enim in eo„rum obedientia, & profectu, inquit Theo„philactus: inobedientes autem onus Ab„bati aggravant, faciuntque eum gemere; „gemunt enim Prælati sub onere regiminis, „dum suas vigilias, labores, curas, & pa„ternas correctiones irritas, & frustraneas „esse vident. Tertiam causam obedientiæ „Prælatis debitæ assignat Apostolus; *hoc „enim non expedit vobis:* expedit ad victo„riam, sunt aurea verba S. Chrysostomi, „exercitum prompte obedire, & sequi „suum ducem: expedit gregi, ut bene pa„scatur, & salvus sit a lupo, prompte se„qui

„qui ſuum paſtorem: ita omnino expedit „ſubdito religioſo, ut proficiat, & ſalve„tur, humiliter, & prompte obedire ſuo „Prælato. Supereſt proinde, ut Reveren„diſſimo Domino neoelecto veſtro Abbati „vos omnes præſentes Patres, & fratres „hujus conventus promptam obedientiam, „& debitam reverentiam ſtipulatis quoque „manibus promittatis.„ Hucusque ſacer Orator dixit.

VII. Prout hæc & plura docet anthenticum electionis inſtrumentum.

Ut autem hæc omnia, quæ hactenus narrata fuerunt, ſuam authoritatem obtineant, & inſuper notitia habeatur, quid amplius poſt promulgatam electionem, & præſtitam Neoelecto obedientiam factum fuerit? pro more noſtro tenorem ipſius inſtrumenti, fide Notarii publici roborati, per extenſum allegamus:

In nomine Chriſti. Amen.

„Tenore præſentis, & publici inſtrumen„ti cunctis id ipſum intuentibus pateat „evidenter, & ſit notum, quod anno a na„tivitate ejusdem milleſimo, ſeptingenteſi„mo, quinquageſimo tertio, indictione ro„mana prima, Pontificatus ſanctiſſimi Do„mini noſtri Domini Benedicti divina pro„videntia Papæ XIV. anno decimo quarto, „regnante vero Sereniſſimo Principe, ac „Domino Franciſco hujus nominis I. Roma„norum Imperatore ſemper Auguſto, regi„minis ejusdem anno nono, die Mercurii, „quæ erat quarta menſis Julii in monaſterio „ad S. Petrum Salisburgi Ord. S. Benedicti „ad humillimas preces Celſiſſimo, ac Re„verendiſſimo Domino Domino Sigismun„do Chriſtophoro Archiepiſcopo, & S. R. I. „Principi Salisburgenſi, ſacræ Sedis Apo„ſtolicæ Legato nato, Germaniæ Primati „ex S. R. I. Comitibus de Schrattenbach „Domino Ordinario Clementiſſimo &c. &c. „per Patrem Priorem, cæterosque Con„ventuales præfati monaſterii pro impe„tranda in locum demortui Reverendiſſimi „Domini Godefridi ultimi, & immediati „Abbatis ibidem canonica electione novi „Abbatis oblatas, factaque ipſis deſuper „clementiſſima conceſſione Reverendiſſi„mus, & Illuſtriſſimus Dominus Joannes „Baptiſta S. R. I. Comes a Thurn, Valſaſſi„na, & Taxis, metropolitanæ eccleſiæ Sa„lisburgenſis Canonicus Capitularis, ejus„demque Celſitudinis ſuæ Reverendiſſimæ „Conſiſtorii Præſes, nec non Reverendiſſi„mus, Prænobilis, & Clariſſimus Domi„nus Joannes Joſephus Freinenter SS. Theo„logiæ Licentiatus altiſſime fatæ Celſitudinis „Reverendiſſimæ Conſiliarius intimus, nec „non Conſiſtorii Director, & Collegiatæ „B M. V. ad nives Canonicus Senior, ceu „a ſæpememorata Celſitudine ſua Reveren„diſſima ad actum electionis novi Domini Ab„batis clementiſſime deputati Commiſſarii „via, jure, & forma legitimis proceſſe„rint, atque inprimis die electionem præ„cedente Ipſamet Celſitudo ſua Reveren„diſſima ſub Baldachino ſedens perſonali„ter omnibus & ſingulis, ſua intereſſe pu„tantibus, legitime vocatis informationem „in tali actu tam de jure, quam conſuetudi„ne diœceſis Salisburgenſis requiſitam, & „prævie fieri ſolitam ceperit, omnes, & „ſingulos Conventuales ſeorſim vocando, „& examinando; præfata vero die Mercu„rii, cantata prius per Reverendiſſimum, „& Ampliſſimum Dominum Martinum Or„dinis S. Benedicti in celeberrimo monaſte„rio Michaelburano Abbatem miſſa de Spi„ritu ſancto, ſub qua antedictus P. Prior, „& reliqui Conventuales ſanctiſſimum Eu„chariſtiæ Sacramentum ſumpſerunt, o„mnibusque & ſingulis, ſua intereſſe pu„tantibus, per P. Joſephum Kaltenhauſer „Profeſſum Sanpetrenſem p. t. ſacriſtam ex „cathedra eccleſiæ monaſterialis ibidem per „publicationem cridæ denuo vocatis præ„nominati Domini Commiſſarii ſuperius „in ſtubam majorem recreationis, ceu lo„cum electionis deſtinatum ſe contulerint, „ibidemque comparentibus omnibus, & „ſingulis Conventualibus in prædicto mo„naſterio profeſſis vocem activam, & paſ„ſivam habentibus præfatus Reverendiſſi„mus Dominus Director gravem de eligen„do digniori ſubjecto exhortationem præ„miſerit. Qua finita Plur. Reverendus, ac „Clariſſimus P. Paulus Moll Prior, & ad „præſentem electionis actum conſtitutus „procurator me inprimis Notarium, & te„ſtes infra nominandos, deinde vero me„moratum Reverendiſſimum, & Ampliſſi„mum Dominum Martinum monaſterii Mi„chaelburani Abbatem, nec non Reveren„diſſimum Dominum P. Bertholdum Vogl „Ord. S. Benedicti in celeberrimo monaſte„rio Cremifanenſi profeſſum, SS. Theolo„giæ Doctorem, Celſiſſimi, ac Reveren„diſſimi Archiepiſcopi, & S. R. I. Principis „Salisburgenſis Conſiliarium intimum, al„mæ Univerſitatis Rectorem Magnificum „juxta unanimem Capitularium petitionem „in Scrutatores legitime requiſivit, & jura„mentum de fideliter tractando, & reſpecti„ve celando electionis negotio alias præſtari „ſolitum præfatis Dominis Scrutatoribus, „ſicut & mihi Notario, & teſtibus adjunctis „remiſit, id unum tantum rogans, quate„nus ea, quæ in præſenti electione tractata „fuerint, extra requiſitionem Capituli, ſeu „Conventus, & eligentium, atque eorum, „quorum intereſt, atque intererit, nemini „communicare, aut pandere vellemus. „Producta poſtmodum electionis crida cum „ejusdem executione per memoratum P. Jo„ſephum Kaltenhauſer idem P. Paulus Moll „proprio, & totius Conventus nomine pri„mo abſentes non comparentes pro contu„macibus declarari, ſecundo omnes ex„communicatos, ſuſpenſos, interdictos, „nec non alioquin quoscunque inhabiles ab „electione penitus excludi petiit, & tertio

„ſe

„ſe in præſenti electionis negotio formam „ſcrutinii ſervare velle declaravit, quibus „petitionibus ante memoratus Reverendiſ„ſimus, & Illuſtriſſimus Dominus D. Com„miſſarius primarius ex ordine interpolatis „vicibus reſpondit, & primo quidem in con„tumaciam abſentium ad ulteriora proce„dendum eſſe decrevit: ſecundo excom„municatos, ſuſpenſos, & interdictos, ſeu „de jure inhabiles, & jus nullum in ele„ctionem habentes penitus excluſit, & ter„tio declarationem de ſervanda forma ſcru„tinii acceptavit, ſtatimque omnibus, & „ſingulis (quorum univerſim viginti octo „fuerunt) juramentum corporale detulit, „quod omnes emiſerunt, unde & ſinguli ad „ſancta Dei Evangelia jurarunt, eum ſe vel„le eligere in Abbatem, quem credunt eſſe „digniorem, & monaſterio in ſpiritualibus, „& temporalibus futurum magis utilem, „nec illi vocem dare, quem veroſimiliter „ſciverint promiſſione, vel datione alicu„jus temporalis, ſeu precibus per ſe, vel „per alium interpoſitis, aut alias qualiter„cunque directe, vel indirecte pro ſe ele„ctionem procuraſſe. Quæ præſtito jura„mento omnes Conventuales, accepto „prius a Reverendiſſimo, & Illuſtriſſimo Do„mino Commiſſario primario catalogo, o„mnium eligentium, vocem activam, & „paſſivam habentium, nomina continente, „fideli alterius manu ſcripto e loco electionis „receſſerunt. Brevi tamen ad locum ele„ctionis redeuntes omnes, & ſinguli juxta „ordinem in catalogo deſcriptum ſua vota „ſecreta in ſchedula complicata ſacro calici „juxta ſupra nominatos Dominos Commiſ„ſarios, & Scrutatores in menſa collocato „impoſuerunt. Quibus omnibus, & ſin„gulis poſt diſceſſum eorumdem e S. calice „in menſam effuſis, iisque a Reverendiſſi„mo, & Ampliſſimo Domino Abbate Mi„chaelburano, qua Scrutatore primario in „præſentia reliquorum diligentiſſime nume„ratis deprehenſum fuit, viginti octo ſche„dulas complicatas, ceu totidem vota ſe„creta in ſacrum calicem immiſſa fuiſſe. „Schedulis rurſus in eundem calicem repo„ſitis, iisque a præfato Reverendiſſimo „Scrutatore primario una poſt alteram ex„tracta, apertis, atque a dictis Commiſſa„riis, ambobus Scrutatoribus, ac me Nota„rio, ac teſtibus accuratiſſime recognitis, „& annotatis repertum fuit, in primo ſcru„tinio electionem canonicam non adfuiſſe; „omnibus proinde, ac ſingulis Conventua„libus ad locum electionis vocatis, & ibi„dem comparentibus ſæpefatus Illuſtriſſi„mus, & Reverendiſſimus Dominus Com„miſſarius primarius eisdem intimavit, ele„ctionem canonicam in primo ſcrutinio non „fuiſſe peractam, proinde ad ſecundum „ſcrutinium procedendum eſſe decrevit. „Quoniam vero præſens Capitulum per Pro„curatorem ſupplicavit, ut pro facilitando „electionis negotio duo, qui votis majores „ſunt, promulgentur, huic petito ſatisfieri „non dubitabatur. Diſtributis deinde ſicut „prius novis catalogis omnium eligentium „vocem activam, & paſſivam habentium, „nomina continentibus Capitulares denuo „ad locum electionis receſſerunt. Ne au„tem cuidam alii forſan per promulgatio„nem præfatam candidatorum præjudi„cium quoddam accreſceret, re melius per„penſa poſthac Conventualibus tunc in refe„ctorio congregatis ad eorum noticiam per „me Notarium etiam manifeſtatus fuit ter„tius candidatus, qui vota conſideratione „digna obtinuit. Redeuntes deinde Con„ventuales ad locum electionis omnes, & „ſinguli juxta ordinem prius ſervatum ſua „vota ſecreta in ſchedula complicata ſacro „calici impoſuerunt; quibus poſt diſceſſum „eorumdem e ſacro calice in patenam effu„ſis, & a Reverendiſſimo Scrutatore prima„rio in præſentia reliquorum iterum diligen„tiſſime numeratis deprehenſum quidem „fuit, rurſus viginti octo ſchedulas, ceu „totidem vota ſecreta in S. calicem immiſſa „fuiſſe, ſchedulis vero in eundem S. cali„cem repoſitis, iisque a Reverendiſſimo „Scrutatore primario una poſt alteram ex„tractis, apertis, atque a dictis Dominis „Commiſſariis, ambobus Scrutatoribus, ac „me Notario, & teſtibus accuratiſſime re„cognitis, & annotatis, denuo repertum „fuit, etiam ſecundum ſcrutinium ſine effe„ctu ſecutæ canonicæ electionis in vanum „abiiſſe. Omnibus iterato, & ſingulis Ca„pitularibus ad locum electionis vocatis, & „ibidem comparentibus Reverendiſſimus, „& Illuſtriſſimus Dominus Commiſſarius „primarius eisdem propoſuit, etiam in ſe„cundo ſcrutinio electionem canonicam non „fuiſſe celebratam, ideoque in nomine Do„mini ad tertium ſcrutinium procedendum „eſſe decrevit, id tamen ſerio monens, ut „in eum, quem digniorem, & monaſterio „in ſpiritualibus, & temporalibus magis uti„lem judicaverint, vota ſua majori cum „concordia dirigere ſtuderent. Cum autem „Capitulares nil inſtantius, quam canoni„cum electionis ſucceſſum ſuſpirarent, & ad „hunc finem felicius obtinendum pro gratia „intimationis, quot nimirum quilibet a „canditatis vota in hoc ſecundo ſcrutinio for„titus ſit? per procuratorem inſtarent, pro „juvanda eligentium bona, ac vere religio„ſa voluntate eisdem pariter in hoc religio„ſo petito ſatisfactum fuit. Diſtributis de„inde, ſicut prima, & ſecunda vice factum „fuit, novis catalogis, omnium eligen„tium nomina continentibus, iidem Capi„tulares iterato e loco electionis receſſe„runt, brevi tamen redeuntes omnes, & „ſinguli juxta ordinem bina vice ſervatum, „rurſus ſua vota ſecreta in ſchedula compli„cata ſacro calici impoſuerunt. Quibus „poſt iteratum diſceſſum eorumdem e ſacro

„calice in patenam effusis, & a Reveren-
„dissimo Domino Scrutatore primario in
„præsentia reliquorum denuo diligentissime
„numeratis, deprehensum fuit, rursus vi-
„ginti octo schedulas ceu totidem vota se-
„creta in sacrum calicem imposita fuisse.
„Schedulis iterato in sacrum calicem repo-
„sitis, iisque a Reverendissimo Domino
„Scrutatore primario, una post alteram,
„extractis, apertis, atque a dictis Dominis
„Commissariis, ambobus Scrutatoribus, ac
„me Notario, & testibus iterato accuratissi-
„me recognitis, & annotatis, in tertio de-
„nique scrutinio repertum fuit, assistente
„Spiritus sancti gratia per majorem partem
„Capituli, videlicet viginti tria vota in Ab-
„batem monasterii S. Petrensis canonice
„electum fuisse Plurimum Reverendum,
„Religiosissimum, ac Eximium Patrem Be-
„dam Seeauer in dicto monasterio expresse
„professum, antehac in alma, & Archi-
„episcopali Universitate Salisburgensi Phi-
„losophiæ Professorem, ac Concionatorem
„ordinarium, p. t. Parochum, & Præfe-
„ctum in Dornbach, virum vita, & mori-
„bus integerrimum, doctrina, & eruditio-
„ne præstantem, atque tam in spiritualium,
„quam temporalium administratione exer-
„citatum, nulloque canonico impedimen-
„to irretitum. Quam proinde electionem,
„ut canonice, & legitime factam Reveren-
„dissimi Domini Commissarii altissime fato
„Celsissimo Principi &c. &c. personali-
„ter intimarunt, cumque Idem Celssissi-
„mus &c. &c. electionem in personam no-
„minati Patris Bedæ Seeauer factam cle-
„mentissime acceptasset, ab eadem Celsi-
„tudine sua Reverendissima ad locum ele-
„ctionis redeuntes vocatis denuo omni-
„bus, & singulis Conventualibus canoni-
„cam electionem adesse intimarunt, ad
„quorum proinde unanimem petitionem
„iidem Reverendissimi Domini Commissa-
„rii electum P. Bedam Seeauer in ipso ele-
„ctionis conclavi publicarunt, & ab eo-
„dem neoelecto in substantiale electionis
„complementum consensum ejusdem re-
„quisiverunt. Qui quidem neoelectus
„benevolum confratrum suorum erga se af-
„fectum agnoscens, ob imbecillitatem vi-
„rium suarum, ac præcipue oculorum de-
„bilitatem muneri sibi oblato plane se im-
„parem palam professus, dignitatem ab-
„batialem sibi oblatam miro humilitatis ex-
„emplo flexis genibus quidem deprecatus
„fuit, sed ad seriam exhortationem Domi-
„norum Commissariorum factam consorta-
„tus, ne divinæ voluntati ad hoc officium
„vocanti resisteret, auxilio confisus divino
„in electionem de sua persona factam in Dei
„nomine lachrymabundus consensit. Con-
„sensu per Reverendissimos Dominos Com-
„missarios acceptato, interea neoelectus
„D. Abbas per Dominum testem secunda-
„rium, infra nominandum, pulsatis omni-
„bus campanis, e cathedra ecclesiæ mo-
„nasterialis ibidem præsenti populo pro-
„mulgatus fuit. Facta demum in loco
„conclavis per Reverendissimum Dominum
„Commissarium secundarium tum ad eli-
„gentes, tum ad neoelectum Dominum Ab-
„batem altera, & pro more suo insigni al-
„locutione, eidem neoelecto Domino Ab-
„bati omnes, & singuli Conventuales eti-
„amnum præsentes reverentiam, & obedi-
„entiam tam debitas, quam condignas sti-
„pulatis manibus promiserunt; cui etiam
„tum sæpefati Reverendissimi Domini Com-
„missarii, tum etiam alii præsentes ad di-
„gnitatem abbatialem amice congratulati
„sunt. Tandem iidem Reverendissimi Do-
„mini Commissarii medium tenentes neo-
„electum Dominum Abbatem, eundem
„e loco electionis comitante toto Conven-
„tu, & pulsatis adhuc omnibus campanis
„ad ecclesiam, & post hymnum Ambro-
„sianum Te Deum laudamus per sæpeme-
„moratum Reverendissimum, & Amplissi-
„mum Dominum Abbatem Michaelbura-
„num ibidem solenniter decantatum, & fi-
„nitum, comitante iterum Conventu ad
„abbatiale cubiculum, & exspectante ibi-
„dem interea Conventu ad Celsissimum
„Archiepiscopum, & Principem no-
„strum &c. &c. deduxerunt, cui etiam
„Celsitudo sua Reverendissima provisoriam
„in spiritualibus, & temporalibus admini-
„strationem usque ad futuram ejusdem
„confirmationem vivæ vocis oraculo cle-
„mentissime commisit; demum eundem
„Dominum neoelectum Dominum Abba-
„tem ad præfatum abbatiale cubiculum
„reduxerunt, eidemque præsente adhuc
„venerabili Conventu in signum acceptæ
„jam a Celsissimo Domino Ordinario provi-
„soriæ administrationis claves abbatiales
„extradiderunt, & sic toti huic electionis
„negotio finem imposuerunt.

VIII. Fide Notarii subscriptum, & sigillo roboratum.

„Acta sunt hæc anno, indictione, Pon-
„tificatu, regimine, mense, die, & lo-
„co, quibus supra. Præsentibus pluri-
„mum Reverendis, Religiosissimis, ac
„Clarissimis Dominis Celsissimi, ac Reve-
„rendissimi Archiepiscopi, & S. R. I. Prin-
„cipis Salisburgensis Consiliariis ecclesiasti-
„cis, P. Innocentio Deixlberger SS. Theo-
„logiæ Doctore, Ordinis sancti Benedi-
„cti in celeberrimo monasterio Mettensi.
„Professo, & in alma, ac archiepiscopali
„Universitate Salisburgensi SS. Theolo-
„giæ in speculativo-dogmaticis Professore
„Ordinario, & P. Gregorio Zallwein J. U.
„Doctore, ejusdem Ordinis in celeberri-
„mo monasterio Wessofontano Professo,
„in eadem Universitate SS. Canonum Pro-
„fessore Ordinario, testibus omni excep-
„tione majoribus, & fide dignissimis, at-
„que ad præmissa specialiter rogatis, & re-
„quisitis. Et ego Franciscus Leopoldus
„Stegmayr

„Stegmayr SS. Theologiæ Doctor, Con„filiarius, & Secretarius Conſiſtorialis Sa„lisburgenſis, collegiatæ B. V. Mariæ ad „Nives Canonicus, Notarius publicus in „archivio Romanæ Curiæ immatriculatus, „quia ſæpedictæ electionis actui, omnibus„que aliis, dum ſic, ut præmittitur, fie„rent, & agerentur, unacum nominatis „Dominis teſtibus præſens interfui, eaque „omnia & ſingula ſic fieri vidi, & audivi, „ideo præſens hoc publicum inſtrumentum „deſuper confeci, manu propria ſubſcripſi, „& notariatus mei ſignetum unacum ſigillo „appoſui, in fidem præmiſſorum ſpeciali„ter rogatus, & requiſitus.„

(L.S.)

(L.S.)

Franciſcus Leopoldus Stegmayr Notarius, qui ſupra.

IX. Electioni ſucceſſit confirmatio die 28. Juli.

Ejusdem menſis Julii, vigeſima octava die, qua neoelectus trigeſimum ſeptimum ætatis ſuæ annum complevit, idem neoelectus in conſueto conclavi Archiepiſcopalis Conſiſtorii (Procuratoris officium gerente Reverendo P. Joanne Evangeliſta Gutrath Confratre, & t. t. Subpriore noſtro) ab Illuſtriſſimo, & Reverendiſſimo hujus S. Officii Præſide DD. Joanne Baptiſta Comite de Turri, Canonico Capitulari Metropolitico &c. confirmationem accepit, extradito authentico, & archiepiſcopali tam propriæ manus clementiſſimæ ſubſcriptione, quam & ſigillo roborato, & munito inſtrumento, quæ tabulæ confirmationis de verbo ad verbum ex originali membraneo fideliter deſcriptæ hunc continent ſenſum:

„NOS SIGISMUNDUS CHRISTOPHO„RUS Dei gratia electus Archiepiſco„pus, & S. R. I. Princeps Salisburgenſis, „Sacræ Sedis Apoſtolicæ Legatus natus, „Germaniæ Primas. Honorabili Dilecto „nobis, & fideli P. Bedæ Seeauer Sa„cerdoti, & profeſſo monaſterii S. Petri „hic Salisburgi Ordinis S. Benedicti ſalu„tem, & gratiam noſtram. Inter reli„quas curas, & ſollicitudines, quæ nobis „ex debito paſtoralis officii noſtri maxime „cordi, & curæ eſſe debent, illa ſane „præcipua, & maxima eſt, ut eccleſiis, „& monaſteriis fidei noſtræ commiſſis, & „ſubjectis, dum ea vacare contingit, de„bite, & opportune cum omni diligentia, „& ſtudio provideamus. Cum itaque va„cante Abbatia ſupradicti monaſterii per „obitum Godefridi ultimi ejusdem Ab„batis per electionem de noſtro clementiſ„ſimo aſſenſu peractam, ad quam omnes, „& ſinguli, qui de jure, & conſuetudine „eidem intereſſe debebant, legitime cita„ti fuerunt, iisdem comparentibus, & „capitulariter congregatis, præmiſſis tam „de jure, quam conſuetudine præmitten„dis divino Numine aſpirante in Abba„tem præfati monaſterii, prout ex inſtru„mento authentico deſuper ſub quarta „menſis Julii confecto plenius vidimus „contineri, canonice electus ſis, nobis„que honorabiles nobis dilecti devoti, & „fideles Patres Prior, Subprior, totus„que Conventus ſæpedicti monaſterii S. Pe„tri humillime ſupplicarint, quatenus me„moratam electionem in tuam perſonam „factam ratificare, approbare, ac clemen„tiſſime confirmare dignaremur. NOS „igitur per Commiſſarios noſtros ad hoc „ſpecialiter deputatos de, & ſuper tuæ „perſonæ habilitate, ætate, & dexterita„te, aliisque neceſſariis ſatis informati „prælibatam electionem ratificandam, & „approbandam, tuamque perſonam duxi„mus confirmandam, prout tenore præ„ſentium omni meliori modo, via, for„ma, ac jure, quibus melius, ac validius „poſſumus, & debemus, eandem ratiha„bemus, approbamus, & confirmamus, „nec non te Patrem Bedam per annuli „traditionem (emiſſa primitus fidei noſtræ „catholicæ profeſſione, præſtitisque ſoli„tis evitatæ ſimoniæ, ac fidelitatis, & „obedientiæ juramentis) per Reverendum, „Perilluſtrem, nobis dilectum fidelem, „& devotum Joannem Baptiſtam S. R. I. „Comitem de Turri, Valſaſſina, & Ta„xis, metropolitanæ eccleſiæ noſtræ Ca„pitularem, ac Conſiſtorii noſtri Præſi„dem, uti hac in parte Commiſſarium „noſtrum de eadem abbatia providemus, „& inveſtimus, adminiſtrationem tam „ſpiritualium, quam temporalium mona„ſterii ejusdem Tibi plene committendo. „In nomine Patris, & Filii, & Spiritus „Sancti, Amen. Mandantes proinde di„cto P. Priori, Subpriori, totique Con„ventui, atque officialibus, aliisque o„mnibus, & ſingulis quomodocunque ad „ſæpedictum monaſterium ſpectantibus per„ſonis in virtute S. obedientiæ, ut te „ſæpe nominatum Patrem Bedam in „ſuum Abbatem, Caput, Rectorem, ac „Paſtorem recipiant, tibique debitum „honorem, & amorem, reverentiam, at„que obedientiam præbeant, præſtent, „& exhibeant, contradictores, & rebel„les quoscunque debitis cenſuris eccle„ſiaſticis compeſcendo. Harum teſtimo„nio litterarum manus propriæ ſubſcri„ptione, & ſigilli noſtri appenſione mu„nitarum. Datæ Salisburgi die vigeſi„ma octava menſis Julii anno milleſimo, „ſeptingenteſimo, quinquageſimo tertio.„

„*Sigismundus.*

„Vt. Joan. Joſephus Freinenter
Director Conſiſtorii.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

X. Benedictio autem primum vicesima tertia Decembris eodem anno.

Hucusque diploma confirmationis, quæ peracta fuit viginti quatuor diebus post electionem, die nimirum Julii vigesima octava. Quoniam vero Ipse Celsissimus Princeps, & Archiepiscopus Sigismundus Christophorus ex S. R. I. Comitibus de Schrattenbach post mortem (quæ accidit die quinta Januarii anno 1753.) Celsissimi Principis, & Archiepiscopi DD. Andreæ Jacóbi ex S. R. I. Comitibus de Dietrichstein eodem anno die quinta Aprilis ex Decano Metropolitici Capituli neoelectus pallio Archiepiscopali Roma nondum obtento Episcopalem consecrationem cum dicto pallio Archiepiscopali non accepit, hinc etiam benedictio abbatialis per sex ferme menses dilata fuit. Mense autem Decembri, postquam altefata Celsitudo sua clementissima vigesima prima Decembris die, in festo S. Thomæ Apostoli in ecclesia sua metropolitica per Illustrissimum, & Reverendissimum Dominum D. Josephum ex Comitibus de Thun &c. t. t. Episcopum Gurcensem, assistentibus Illustrissimis, & Reverendissimis Episcopis Chiemensi, & Seccoviensi, illo Francisco Carolo ex Comitibus de Truchsess, isto autem Leopoldo Ernesto ex Comitibus de Firmian, fuit insignita, in quo actu neoelectus Abbas ad S. Petrum ex cathedra metropolitica immediate ante consecrationem episcopalem, & investituram Pallii ad populum dixit; post duos dies, die nimirum vigesima tertia Decembris dominica quarta adventus, sicut altissime fata Celsitudo &c. ante sui electionem *ultimum* officium, qua DECANUS in ecclesia nostra monastica ad S. Petrum in festo S. Patris Benedicti cantavit, ita hac die, dominica quarta adventus, qua neoconsecratus EPISCOPUS, & ARCHIEPISCOPUS *primum* solenne officium (quod est exemplum sine exemplo, & simul summum clementiæ signum) in nostra ecclesia celebravit, atque sub eodem officio neoelectum, & confirmatum Bedam in Abbatem benedixit, assistentibus neobenedicendo Reverendissimis Dominis Abbatibus Bernardo Lunælacensi in Austria Superiori, & Martino Michaelburano provinciæ, & diœcesis Salisburgensis. Dum autem Celsitudo sua Clementissima &c. &c. per summam gratiam post sui episcopalem consecrationem in festo S. Thomæ peractam, die vigesima tertia incidente in dominicam quartam adventus dignata est in nostro monasterio primum celebrare officium, accidit exemplo sane ab aliquot sæculis non audito, quod quatuor neoelecti in festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi *primum* solenne officium in propriis ecclesiis hic Salisburgi celebraverint. Sic enim primum officium hora nona in Archiepiscopali pallio in dicta nativitatis Domini die cantavit sæpefatus Princeps, & Archiepiscopus noster Clementissimus neoelectus, & consecratus; eadem die hora duodecima nocturna officiator ad aras stetit ordine sibi competenti Illustrissimus, & Reverendissimus DD. Vigilius ex Comitibus de Firmian &c. die vigesima sexta Novembris in Præpositum Metropoliticum eodem anno electus; hunc sequebatur in eodem solenni festo hora septima ad aras sub infula Sacerdos Illustrissimus, & Reverendissimus DD. Ferdinandus ex Comitibus de Zeil &c. die duodecima ejusdem mensis currentis in Decanum electus: & demum neoelectus, & neobenedictus Abbas Beda ad S. Petrum in sua ecclesia hora duodecima nocturna primum solenne sacrificium litavit Domino. Et hæc de electione, confirmatione, & benedictione Bedæ Abbatis ad S. Petrum dicta sint.

XI. Post hæc idem neoelectus Abbas in Consiliarium intimum, deputatum Provinciæ, & Steurarum Præfectum.

Brevi post electionem idem Dominus Abbas a Celsissimo Principe in altefatæ Celsitudinis &c. &c. Consiliarium intimum; ab inclytis Statibus Salisburgensibus in Provinciæ deputatum eodem anno; ad initium vero anni sequentis in generalem Steurarum Præfectum ex statu Prælatorum denominatus fuit vigore decretorum, quorum tenorem damus, & primo quidem de honore Consiliarii intimi:

„Sigmund von Gottes Gnaden, Erzbi„schoff zu Salzburg, Legat des H. „Apostolischen Stuels zu Rom, und des „Deutschland Primas &c. &c. Demnach „wir den würdigen in Gott, unsern besonders „lieben, und getreuen Bedam Abbten des „Klosters zu St. Peter alhier in Ansehung „seiner guten Qualitæten zu unsern wirklich „geheimen Rath gnedigist benennet, und erklä„ret haben; als wirdet ein solches nicht allein ih„me Abbten selbsten zu seiner Wissenschafft, und „Nachricht, sondern auch denen nachgesetzten „Stellen, nemlich unserem geheimen Rath, „Consistorio, Hofrath, Kammer, Kriegsrath, „und Landschaft zu dem Ende hiemit intimiret, „auf daß man sich aller Orthen darnach zu „achten, und mehr gedachten Abbten, als „unseren wirklich geheimen Rath gebührend zu „tractiren, und zu tituliren wissen möge. „Actum Salzburg den 29. Julii 1753.„

Sigmund.

(L. S.)

Post mensem circiter emanavit sequens decretum ab inclytis provinciæ statibus, vi cujus in deputatum actualem ex statu Prælatorum idem neoelectus Abbas ad sanctum Petrum fuit assumptus.

„Demnach Ihro Hochfürstliche Gnaden „unser gnädigster Fürst, und Herr „Herr

„Herr ꝛc. ꝛc. die durch christseeliges Ableiben „weyland Herrn Godefridi letzt-gewesten „Abbtens des uhralt-löblichen Closter zu St. „Peter alhier, als bei löblicher Landschaft ꝛc. ge„west vornemmen Glid des löblichen Prälathen Standt erledigte verordnete Stelle in „dem kleineren Ausschus iber gehorsamistes re„ferimus zu ersetzen gnädigist resolvirt, und zu „einen Mitverordneten bei ersagt kleineren Aus„schus unter dem Prälathen Stand Ihro „Hochwürden Herrn Bedam nunmehrigen „Abbten des uhralt-löblichen Kloster St. Pe„ter alhier, Hochfürstlich würklich geheimbden „Rath, und der Hochfürstlichen Universi„tet assistentem perpetuum benamset, und „angenommen: die Vergebung aber des „auch vacanten General-Steuer Einnemmer „Ambts bis auf komstige Domdechanten „Wahl annoch in suspenso gelassen haben; „als werden derselben solch gnädigiste resolu„tiones nebst deme hiemit intimiret, daß man „nit ermanglen werde, Ihre Hochwürden bei „der nächst abhaltenden Cleineren Ausschus „Session als mitverordneten gewöhnlicher mas„sen vorzustellen, umb darbei nit allein die ge„wöhnliche Pflicht abzulegen, und sodann „sessionem, & votum zu nemmen, sondern „auch zu allen Zeiten dasjenige, was des lie„ben Vaterland gemeine Nothdurft erfordert, „reiflich zu berathschlagen. Actum, & de„cretum Landschaft ex rel. die 22. August. „1753.

„N. N. des kleineren Ausschusses einer löb„lichen Landschaft alhier anwesende:

„Franz Graf Königl.
Senior.

„Leopold Graf zu Lo„dron.

„Johann Marian Lünzer
Canzler.

Sicut autem, ut ex hoc decreto colligitur, resolutio pro officio generalis Steurarum præfecti fuit dilata usque ad electionem Reverendissimi Domini Decani Metropolitici; hinc post hanc, duodecima Decembris die celebratam ad initium anni sequentis duodecima Januarii sequens decretum emanavit:

„Demnach Ihre Hochfürstliche Gnaden, „ unser gnädigste Fürst, und Herr „Herr ꝛc. ꝛc. in betref der annoch erledigt-ste„henden General-Steuereinnemer Stelle bei „den löblichen Prälathen Standt über abge„legt-gehorsamstes referat, und in favorem „einhellig gethanen Vorschlag gnädigst zu re„solviren geruehet haben, daß diese S. Hoch„würden Herrn Bedæ Abbten des uhralten „löblichen Kloster zu St. Peter alhier Hoch„fürstl. Salzburgis. geheimden Rath, einer „löblichen Landschaft Mitverordneten, und „der auch Hochfürstlichen Universitet Assi„stenti perpetuo zu conferiren seyn; als „wird Deroselben solch-gnädigste resolution „neben deme hiemit intimiret, daß in Gefol„ge dessen bey nächst abhaltender kleineren „Ausschus Session die Uebergebung der Cas„sæ Schlüßl, & finita sessione auch die „Vorstellung bey der Steuerstuben gewöhnli„cher massen geschehen werde.

„Actum, & decretum ex relatis die 12. Januar. 1754.

„N. N. des kleineren Ausschusses einer löbli„chen Landschaft alhier anwesende:

„Franz Carl Bischof
in Chiemsee.

„Leopold Graf zu Lo„dron.

„Johan Marian Lünzer
Canzler.

XII. Nec non in Visitatorem Parthenonis Nonnbergensis declaratur.

Tenore alterius decreti, quod a Reverendissimo Consistorio ad initium anni 1754. sub secunda Januarii emanavit, idem neobenedictus Beda Abbas noster Visitator ordinarius in antiquissimo, & illustri nostri sacri Ordinis monialium monasterio in Nonnenberg hic Salisburgi in monte sito ad preces Dominæ Abbatissæ, & totius Conventus ibidem declaratus fuit. Decreti Consistorialis tenor sequens est:

„Des Hochfürstlich Salzburgerischen Con„ sistorii zu denen geistlichen Sachen ver„ordnete Præsident, Director, Kanzler, und „Räthe.

„Unser freundwillige Dienst, und Grues „zuvor, Hochehrwürdiger in Gott, beson„ders lieber Herr, und Freund. Demnach „Ihre Hochfürstliche Gnaden unser gnädig„ster Fürst, und Herr ꝛc. ꝛc. auf der Frauen „Abbtißin des Klosters an Nunberg beschehen „diemüthigistes Anlangen den Herrn pro Visi„tatore ihres anvertrauten Klosters authori„tate ordinaria gnädigst deputirt haben; als „wirdet ein solches demselben zu seiner Ver„haltung Nachricht mit deme hiemit angefiegt, „das hiervon auch gedachter Frauen Abbtißin „sub hodierno Nachricht erthailt worden seye. „Salzburg den 2ten Januarii 1754.

„Johan Graf von Thurn,
und *Taxis Præsident.*

„Johan Joseph Freinenter
Director.

„Joh. Adam Dikhart
Canzler.

De origine, & antiquitate hujus monaſterii ſacrarum Virginum noſtri Ordinis (in quo monaſterio plerumque Abbates ad S. Petrum authoritate Ordinarii Viſitatores eſſe ſolent) plura diximus in vita S. Ruperti Patroni, & Fundatoris noſtri n. XX., fuiſſe nimirum a S. Ruperto poſt mortem Theodonis Ducis ope Theodeberti filii in monte, ubi quondam caſtrum Julianum ſtetiſſe fertur, inſtitutum monaſterium ſacrarum virginum; ita enim præter continuam traditionem id legitur in antiquo membraneo codice noſtro H., ubi præter alia ſequentia leguntur pag. 4. averſ. col. 2.: „Cepit autem idem beatus „Pontifex (id eſt S. Rupertus) unacum „conſilio, & voluntate Domini Theodeber„ti Ducis in ſuperiori caſtro ſæpedicti Juva„venſis oppidi conſtruere eccleſiam ac mo„naſterium ſacris virginibus ad habitan„dum in ſervitio Dei, & ſancte Marie ma„tris Domini: & peracta eccleſia conſe„cravit eam Domino in honore ejusdem „ſancte Dei genitricis Marie, poſuitque „ibidem per licentiam, & voluntatem Do„mini Theodeberti Ducis Chriſti ancil„lam neptem ſuam, nomine Erentrudem „cum aliis deuotis feminis in ſervitium „Dei, & ſancte Marie Virginis, Chriſtique „Genitricis.„ Plura de hoc monaſterio c. l. legi poſſunt; nos incidenter hæc retulimus, quia in hoc celeberrimo, & antiquiſſimo Nonnenbergenſi monaſterio Abbates ad S. Petrum authoritate DD. Ordinarii communiter viſitatores in ſpiritualibus eſſe ſolent.

XIII. Qui, poſtquam varia in monaſterio in-, & extra eccleſiam renovavit,

Finitis iſtis diſpoſitionibus prævиis mox oportuit novum Abbatem ad arduas ſimul, & pretioſas in ædificiis, maxime autem in ipſa eccleſia reparationes ſuſcipiendas admovere manum. Unde brevi poſt electionem non tantum decore, & honeſtate, ſed etiam neceſſitate urgente potius, quam exigente, immo, & hortatu Ipſius Celſiſſimi Principis noſtri habitationem Abbatis vetuſtam, & periculoſam renovare incœpit, & ſpatio unius anni, excepto atrio exteriori ita perfecit, ut rurſus eandem Abbatiam inhabitare potuerit. Aſt longe majoris moliminis erat eccleſiæ monaſterialis turris, tectum, & cuppa, immo ipſa eccleſia erat adeo ſquallida, & tenebricoſa, ut nec decorem, nec ſpeciem habere videretur; hinc anno ſequenti 1754. urgente periculo, & ſuadente decore domus Dei antiquam eccleſiæ turrim, in forma oblonga inſtar piramidis exſtructam, plumbo, aut in hujus defectu etiam aliis tabulis tectam, deſtruere cœpit, quam viginti quatuor pedibus altius erigi, & ſequentibus annis in aliam, & decentiorem formam cupro ornari fecit cum inſcriptione in marmore turri affixa:

Ad decorem domus Dei antiquam turrim altius erigi,
& cupro ornari fecit Beda Abbas, &
Conventus S. Petri
anno M D C C L V I.

Videantur ea, quæ de hac antiqua turri ſcripſimus in vita Ruperti V. Abbatis ad annum 1493. Quoniam vero non tantum turris, verum etiam tota forma in-, & ex-terna eccleſiæ noſtræ monaſticæ, cuppa, tectum, interior forma, & ordo minime regularia fuerunt, & vel ideo reparatione, & renovatione ſumme indiga, hinc ab anno 1757. non tantum cuppa anterior, antea ligno tecta, cupro quoque ornata, ſed etiam ipſa, ut dici ſolet, eccleſiæ navis longior cum ſuis partibus tribus anterioribus ſolidiori maſſa tecta fuit, & ſenſim, tardis quidem progreſſibus, ipſa eccleſia tam in-, quam ex-terna aliam ſpeciem accepit, Deo Optimo Maximo mira providentia conatus noſtros infirmos adjuvante. Poſt hanc reparationem, eccleſiæ monaſticæ Matrici impenſam, ſimilem in ſua proportione omni ex parte tam in-, quam ex-terna facie, ſibi neceſſario expoſcebat filia, eccleſia S. Michaelis Archangeli in civitate ſita, & monaſterio noſtro ab antiquiſſimis temporibus unita, quæ pariter poſt remotam turrim ligneam, & aliam decentiorem, ſubſtitutam, totali ferme reparatione, paucis muris exceptis, indiga fuit, atque præter novum tectum, & novam teſtudinem pro interiori ornamento nova quoque tria ex marmore altaria partim accepit, & partim accipiet. Præter leviores, præſertim in tectis hoſpitalibus, aut intra clauſuram reparationes, quamvis & iſtæ junctis præcedentibus graves fuerint, idem Dominus Abbas etiam pro viribus conatur, antiquam bibliothecam partim in alium redigere ordinem, partim præter quendam ornatum externum, novis libris inſtruere, cujus operis perfectionem, intentioni ſuæ correſpondentem, poſt aliquos ſaltem annos, præcipue autem ad finem ſæculi noſtri duodecimi, ad plenum effectum ſperat eſſe perducendam; quam ſæcularem poſt duodecim ſæcula celebritatem poſt annos duodecim, anno videlicet 1782. renovandam, piis ſaltem, & licitis deſideriis ſæpefatus Abbas eo confidentius exſpectat in ſemetipſo, quia hic annus, monaſterio noſtro ſæcularis, eidem D. Abbati a ſuſcepto S. religioſo habitu poſt quinquaginta annos erit jubilæus; ingreſſus enim fuit die octava Septembris in die natæ Virginis ſacrum ordinem anno 1732., profeſſus autem anno ſequenti die vigeſima prima Septem-

ptembris, ad aras neomysta stetit anno 1739. die quinta Julii; nunc autem hoc anno, dum hæc scribuntur, anno 1770., in decimum octavum annum incomplementum muneri suo præest abbatiali.

XIV. Etiam incorporationem novi Vicariatus ad S. Annam in Parochia Abbatis augiensi obtinuit.

Ad acta hujus Abbatis etiam spectat, quod novi Vicariatus ad S. Annam in Parochia Abbatis augiensi, diœcesis, & provinciæ Salisburgensis, incorporationem tenore publici instrumenti obtinuerit; quamvis enim sex mensibus ante sui electionem, videlicet ad finem anni 1752. sub D. Abbate Godefrido iste Vicariatus jam fuerit erectus, attamen plerasque conditiones primum sequentibus annis impleri oportuit; ipsum autem instrumentum anno primum 1767. emanavit: & ut hujus Vicariatus habeatur notitia, hujus instrumenti incorporationis initium damus, & finem:

„Im Namen der allerheiligst, und un„zertheilten Dreyfaltigkeit, Gott des „Vaters, und des Sohns, und des „heiligen Geistes. Amen.

„Wir Sigmund Christoph von Gottes „Gnaden, Erzbischoff, und des H. „Römischen Reichs Fürst zu Salzburg, Le„gat des H. Apostolischen Stuels zu Rom, „und des Deutschland Primas &c. &c.

„Urkunden hiemit, und geben durch „disen unseren offenen Brief jedermännig„lich zu vernemmen, welcher gestalten schon „bei unseren geehrtesten Herrn Vorfahrern „am Erzstift Jacobo Ernesto, und Andrea „Jacobo mildseligstens Angedenkens die Er„richtung eines neuen Vicariat in der Abb„tenauer Pfarre, als ein zu beförderung „des theuren Seelenheils höchst nutzliches Werk „von den aufgestellten PP. Missionariis des „Werfnerischen districts in Vorschlag ge„bracht, und ohnmasgebigst eingerathen, „sodann auch hierüber von weyland Herrn „Godefrido Abbten alhier zu St. Peter, „und den von Seiten des disem gnädigst „anvertraut gewesenen Klosters abgeordne„ten PP. Eberhardo Ruedorfer, und Mar„tino Starch ejusdem Ordinis, & mo„nasterii Professis mehrmahlige Commis„sionen, und vorläuffige Unterredungen ge„pflogen - - , endlich von unserem nachge„setzten Consistorio über dises gedachte, „und öfters wohl überlegte Vorhaben ge„horsamste relation erstattet, und dem er„nannten Herrn Abbten Godefrido, und „seinem Kloster durch ein Consistorial De„cret vom 22sten December 1752. nicht „allein die Erlaubniß zu Erbauung eines „neuen Vicariats erthailet, sondern solches „auch dem erstbemeldten Kloster zu St. Pe„ter pleno jure übergeben worden seye. „Da aber die Errichtung dieses Vicariats „bis anhero weder vest gesetzet, noch mit „einem ordentlichen ratifications-instrument „versehen worden; als hat uns der würdi„ge, und hochgelehrte unser geheime Rath, „besonders lieber Herr Beda Abbt des wieder„holten Benedictinerklosters zu St. Peter „alhier bittlich demüthigst belanget, daß wir „die Errichtung des Vicariats in der Abbte„nau dahin zu ratificiren, und zu bestättigen „gnedigist geruchen möchten, daß das neuer„baute S. Annæ Gottshaus in der Zimmerau „Abbtenauer Pfarr in ecclesiam vicarialem „nach den von Dechant in Hallein designir„ten limitibus districtus vicarialis, & fun„ctionibus curatis cuilibet Vicario p. t. „existenti competentibus authoritate or„dinaria gnädigst erigirt, und solches neuer„richtes Vicariat cum omnibus juribus, & „adpertinentiis sambt dem gnädigst darge„schenkten Vicariatsgrund, wie solcher bey „Erbauung des Vicariats, und dermahlen „ordentlich eingefridet, und ausgemarket ist, „dem erösterten Kloster St. Peter Ord. S. Be„nedicti alhier pleno jure incorporirt, somit „auch einem ieweiligen Herrn Abbten daselbst „das jus nominandi, & installandi vica„rium sive sæcularem, sive regularem auf „art, und weiß, wie solches in der Abbte„nau beschihet, gänzlich übergelassen, beine„bens die limites, und der districtus dises „neuen Vicariats nach der Verabredung der „von unserem Pfleggericht Abbtenau hierzue „besonders einberuffenen, und von disen Um„ständen genugsame information habenden „Bauren, als nebst mehr anderen, benant„lich des Hansen Gschwantner am Dötl, „dann des Barthlme Eder am sogenannten „Fuschlgueth, und zwar folgendermassen aus„gestecket, und fest gesetzet werden möge ꝛc. ꝛc. „Zu wahrer Urkunde, und mehrerer Bekräf„tigung aller vorstehenten puncten, und Ob„ligenheiten sind von disem gegenwärtigen „fundations-erections, und confirmations„brief drey gleich lautende exemplaria unter „unserem Fürstl. Insigl verfertiget: davon ei„nes zu unseren Consistorial archiv hinterle„get, das andere dem anfangs gedachten „Herrn Abbten zu St. Peter, und das dritte „einem ieweiligen Vicario zu St. Anna am „Berg in der Zimmerau zu seiner Wissenschaft, „und zu diesem Ende ausgehändiget worden, „damit in allen, und ieden, was diser offe„ne erections- und confirmations-brief be„greifet, schuldigstermassen nachgelebt werden „möge, und solle. Gegeben in unser Haubt„und Residenzstadt Salzburg den fünften Mo„nathstag Junii im 1767. Jahre.„

Sigmund.

Vt. Joseph Sigmund Kayser
Consistorial-Kanzler.

Et

Et hæc de incorporatione novi Vicariatus ad S. Annam in parochia Abbatis augienſi, quæ primum facta fuit ſub Beda Abbate.

XV. Brevis Concluſio totius operis hiſtorico-chronici.

Cæterum hic quieſcat calamus noſter in conſcribendo noviſſimo hoc antiqui monaſterii noſtri ad S. Petrum Ordinis S. Benedicti intra Salisburgum Chronico, ab anno quingenteſimo octogeſimo ſecundo usque ad annum reſpective milleſimum ſeptingenteſimum octogeſimum ſecundum, in quo per ſæcula duodecim ferme ad paucos usque annos completa ordinem, & ſeriem Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Abbatum cœnobii noſtri juxta chronologiam recenſuimus. Pro coronide hujus operis plene, & iterato nos referimus ad omnia illa, quæ præfationis loco in præliminari introductione hiſtorico-chronica, præſertim numeris marginalibus I. II. III. & XXXI. copioſius dicta fuerunt. Nobis autem Benedictinis ad S. Petrum cœnobitis, quos antiqua, & nova Dei beneficia in Salisburgenſes collata excitabant, ut non tam provinciæ hiſtoriam, quod alii dudum præſtabant, ſed conſcribendo monaſterii chronicon juxta ſeriem Abbatum miſericordiam Dei nobiscum factam & aliis deprædicemus: nobis, inquam, nil aliud ſupereſt, quam ut Deo Ter Optimo Maximo pro tot collatis beneficiis, nec non pro tot ſæculorum inter varias temporum viciſſitudines miſericordiſſima conſervatione gratias agamus humillimas, & pro benedictione futura per interceſſionem ſanctorum Fundatorum, & Patronorum noſtrorum, præſertim Divi Ruperti, dexteram excelſi imploremus, quatenus Altiſſimus ipſe, cujus miſericordiæ non eſt numerus, & bonitatis infinitus eſt theſaurus, totam monaſterii noſtri familiam cum omni populo ſuo ad præmia futura miſericorditer diſponat, dum nos interim ſæculi duodecimi feſtivitatem vel ſub hoc, vel ſub alio Abbate celebrandam pie, & devote in Domino expectamus. Amen.

* * *
* * * * *

Explicit noviſſimum Chronicon antiqui monaſterii ad S. Petrum Salisburgi O. S. Benedicti, exhibens ſeriem Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Abbatum, qui huic monaſterio ab anno 582. usque ad annum reſpective 1782. præfuerunt.

ELENCHUS

ELENCHUS CHRONOLOGICUS

Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Abbatum, qui monaſterio ad S. Petrum ab anno 582. usque ad annum 1782. præfuerunt:

Cum Synchroniſmo ſummorum Pontificum, Imperatorum, & demum Archiepiſcoporum Salisburgenſium.

I.
S. RUPERTVS,
Fundator, primus Epiſcopus, & Abbas
præfuit ab anno 582. - - 623.
Sub Romanis Pontificibus:
Pelagio II., S. Gregorio I. Magno, Sabiniano, Bonifacio III., Bonifacio IV., Deus dedit, & Bonifacio V.
Sub Imperatoribus:
Mauritio, Phoca, & Heraclio.

II.
S. VITALIS,
Epiſcopus, & Abbas ſecundus.
præfuit ab anno 623. usque 646.
Sub Romanis Pontificibus:
Bonifacio V., Honorio I., Severino, Joanne IV, & Theodoro I.
Sub Imperatoribus:
Heraclio, Conſtantino, & Conſtante.

III.
B. ANSOLOGUS,
Abbas tertius.
præfuit ab anno 646. usque ad annum 674.
Sub Romanis Pontificibus:
Theodoro I., Martino I., Eugenio I., Vitaliano, & Adeodato.
Sub Imperatoribus:
Conſtante, & Conſtantino Pogonato.

IV.
B. SAVOLUS,
Abbas quartus.
præfuit ab anno 674. usque ad annum 680.
Sub Romanis Pontificibus:
Adeodato, Dono I., & Agathone.
Sub Imperatore:
Conſtantino Pogonato.

V.
B. EZZIUS,
Abbas quintus.
præfuit ab anno 680. usque ad annum 703.
Sub Romanis Pontificibus:
Agathone, Leone II., Benedicto II., Joanne V., Conone, Sergio I., & Joanne VI.
Sub Imperatoribus:
Conſtantino Pogonato, Juſtiniano II., Leontio, Tiberio III. abſimaro.

VI.
B. FLOBARGISUS,
Epiſcopus tertius, & Abbas ſextus.
præfuit ab anno 703. usque ad 739.
Sub Romanis Pontificibus:
Joanne VI., Joanne VII., Siſinnio, Conſtantino, Gregorio II., & Gregorio III.
Sub Imperatoribus:
Tiberio III., Juſtiniano II. denuo reſtituto, Philippico, Anaſtaſio II., Theodoſio III. & Leone III. Iſauro.

VII.
B. JOANNES, I.
Epiſcopus quartus, & Abbas ſeptimus.
præfuit ab anno 739. usque ad annum 754.
Sub Romanis Pontificibus:
Gregorio III., Zacharia, & Stephano II.
Sub Imperatoribus:
Leone III. Iſauro, Conſtantino Copronymo, Artabaſto, & ſub Conſtantino reſtituto.

VIII.
S. VIRGILIUS,
Epiſcopus quintus, & Abbas octavus.
præfuit ab anno 754. usque ad annum 784.
Sub Romanis Pontificibus:
Stephano II., Paulo I., Stephano III., & Hadriano I.
Sub Imperatoribus:
Conſtantino Copronymo, Leone IV., ſub Conſtantino Porphyro-genito, & Matre Irene.

IX.
S. BERTRICUS,
Abbas nonus, præfuit ab anno 784. usque ad annum 785.
Sub Hadriano I. SS. PP., & Conſtantino &c. ut ſupra.

X.
B. ARNO,
Archiepiſcopus primus Salisburgenſ., & Abbas ad S. Petrum decimus.
præfuit ab anno 785. usque ad annum 821.
Sub Romanis Pontificibus:
Hadriano I., Leone III. Stephano IV., Paſchale I.
Sub Imperator. ultimo Oriental.
Conſtantino, & Irene.
Et primis Occidentalibus:
Carolo Magno, & Ludovico Pio.

XI.
B. AMMILONIUS,
Abbas undecimus ab anno 821. usque ad finem ejusdem anni.
Sub Paſchale I. SS. PP., & Ludovico Pio Imperatore.

XII.
B. ADALRAMUS,
Archiepiſcopus ſecundus, & Abbas duodecimus.
præfuit ab anno 821. usque ad annum 836.

Sub Romanis Pontificibus:
Paſchale I., Eugenio II., Valentino, & Gregorio IV.
Sub Imperatore Ludovico Pio.

XIII.

B. LUIPRAMUS,

Archiepiſcopus tertius, & Abbas decimus tertius.
præfuit ab anno 836. usque ad annum 859.
Sub Romanis Pontificibus:
Gregorio IV., Sergio II,, Leone IV., Benedicto III., & Nicolao I.
Sub Roman. Imperator.
Ludovico Pio, Lothario, & Ludovico II.

XIV.

B. ADALWINUS,

Archiepiſcopus quartus, & Abbas decimus quartus.
præfuit ab anno 859. usque ad annum 873.
Sub Roman. Pontificibus:
Nicolao I., Hadriano II. & Joanne VIII.
Sub Romano Imperatore Ludovico II.

XV.

B. ADALBERTUS,

Archiepiſcopus quintus, & Abbas decimus quintus.
præfuit ab anno 873. usque 874.
Sub Romano Pontifice Joanne VIII., & Romano Imperatore Ludovico II.

XVI.

B. DIETMARUS, I.

Archiepiſcopus ſextus, & Abbas decimus ſextus.
præfuit ab anno 874. usque ad annum 897.
Sub Romanis Pontificibus:
Joanne VIII., Martino II., Hadriano III., Stephano V., Formoſo, Bonifacio VI., & Stephano VI.
Sub Romanis Imperatoribus:
Ludovico II., Carolo II., Carolomano, Carolo III., Arnulpho.

XVII.

B. PILGRINUS, I.

Archiepiſcopus ſeptimus, & Abbas decimus ſeptimus.
præfuit ab anno 897. usque ad annum 913.
In Romano Pontificatu ſederunt;
Romanus, Theodorus II., Joannes IX., Benedictus IV., Leo V., Sergius III., Anaſtaſius III.
Sub Romanis Imperatoribus:
Arnulpho, Ludovico IV., & Conrado I.

XVIII.

B. UDELBERTUS,

Archiepiſcopus octavus, & Abbas decimus octavus.
præfuit ab anno 913. usque ad annum 935.
Sub Romanis Pontificibus:
Anaſtaſio III., Landó, Joanne X., Leone VI., Stephano VII., Joanne XI.
Romanorum Imperatores erant:
Conradus I., & Henricus auceps.

XIX.

B. EGILOLPHUS,

Archiepiſcopus nonus, & Abbas decimus nonus.
præfuit ab anno 935., usque ad annum 940.
Sub Romanis Pontificibus:
Joanne XI., Leone VII., & Stephano VIII.
Sub Romanis Imperatoribus:
Henrico I. aucupe, & Ottone I. Magno.

XX.

HEROLDUS,

Archiepiſcopus decimus, & Abbas viceſimus.
ab anno 940. usque ad annum 958.
Sub Romanis Pontificibus:
Stephano VIII., Marino II., ſeu Martino III. Agapito II, & Joanne XII.
Imperio dominabatur Otto I. Magnus.

XXI.

FRIDERICUS, I.

Archiepiſcopus undecimus, & Abbas vigeſimus primus, & inter Archiepiſ. ultimus.
ab anno 958. usque ad annum 988.
Sub Romanis Pontificibus:
Joanne XII., Benedicto V., Leone VIII., Joanne XIII., Benedicto VI., Dono II., Benedicto VII., Joanne XIV., & Joanne XV.
Romanorum Imperatores fuerunt:
Otto I. Magnus, Otto II., & Otto III.

XXII.

T I T O,

Abbas viceſimus ſecundus ab anno 988. -- 1005.
Præfuit ſub Romanis Pontificibus
Joanne XV., Gregorio V., Sylveſtro II., Joanne XVI. & XVII.
Sub Archiepiſcopis Salisburgenſibus
Friderico I. ſupradicto, & Hartwico.
Romanorum Imperatores fuerunt
Otto III., & Henricus II. Sanctus.

XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII.

B. MAZELINUS, Abbas vigeſimus tertius. RUPERTUS, II. Abbas vigeſimus quartus. RUPERTUS, III. Abbas vigeſimus quintus. GERWICUS, Abbas viceſimus ſextus. Et REGINWARDUS, Abbas vigeſimus ſeptimus.
Rexerunt Abbatiam S. Petri ab anno 1005. usque ad annum Chriſti 1077.
Sedentibus in Pontificatu Romano:
Joanne XVIII., Sergio IV., Benedicto VIII., Joanne XIX., Benedicto IX., Gregorio VI., Clemente II., Damaſo II., Leone IX. Victore II., Stephano IX. Nicolao II., Alexandro II., Gregorio VII.
Sub Archiepiſcopis Salisburgenſibus:
Hartwico, Gunthero, Dietmaro II., Balduino, & Gebhardo.
Imperii faſces regebant
Henricus ſanctus, Conradus II., Henricus III. & Henricus IV.

XXVIII.

IRIMPERTUS,

Abbas vigeſimus octavus ab anno 1077. usque ad annum 1079.
præfuit ſub
Gregorio VII. Romano Pontifice.
Gebhardo Archiepiſcop. Salisburg.
Henrico IV. Romano Imperatore.

XXIX.

XXIX.

S. THIEMO,

Abbas viceſimus nonus, poſtea Archiepiſcopus Salisburg. & Martyr.

Præfuit ab anno 1079. usque - - 1090.

Sub Romanis Pontificibus:

Gregorio VII., Victore III., & Urbano II.

Sub Gebhardo Archiepiſco Salisburgenſi.

Sub Henrico IV. Romanorum Imperatore.

XXX.

ALBERTUS, I.

Abbas triceſimus ab anno 1090. usque ad annum 1104.

præfuit *ſub Romanis Pontificibus:*

Urbano II., & Paſchale II.

Sub. S. Thiemone Archiep. Salisb.

Sub Henrico IV. Roman. Imperat.

XXXI.

WEZELINUS,

Abbas trigeſimus primus ab anno 1104 - - 1116.

præfuit Abbatiæ ſub

Paſchale II. Romano Pontifice.

Conrado I. Archiep. Salisburgenſi.

Henrico IV. & V. Imperator. Roman.

XXXII.

REGINBERTUS,

Abbas trigeſimus ſecundus, ab anno 1116. usque ad annum 1125.

præfuit *ſub Romanis Pontificibus:*

Paſchale II., Gelaſio II., Caliſto II., Honorio II.

Sub Archiepiſcopo Salisburgenſi Conrado I.

Sub Romanis Imperatoribus:

Henrico V., & Lothario.

XXXIII.

BALDERICUS,

Abbas trigeſimus tertius, ab anno 1125. usque ad annum 1147.

Sub Romanis Pontificibus:

Honorio II., Innocentio II., Cœleſtino II., Lucio II., & Eugenio III.

Sub Archiepiſcopis Salisburgenſibus Conrado I., & Eberhardo I.

Sub Romanis Imperatoribus: Lothario, & Conrado III.

XXXIV.

HENRICUS, I.

Abbas trigeſimus quartus, ab anno 1147. usque ad annum 1167.

Sub Romanis Pontificibus: Eugenio III., Anaſtaſio IV., Hadriano IV., Alexandro III.

Sub Metropolitis Salisburgenſibus Eberhardo I., & Conrado II.

Sub Romanis Imperatoribus: Conrado III., & Friderico I.

XXXV.

HENRICUS, II.

Abbas trigeſimus quintus, ab anno 1167. usque ad annum 1188.

Supremi Chriſti vicarii fuerunt:

Alexander III., Lucius III., Urbanus III., Gregorius VIII., & Clemens III.

Salisburgenſi Metropoli præfuerunt

Conradus II., Adalbertus II., & Conradus III. Intermedius.

In Romano Imperio gubernabat Fridericus I., qui ſupra.

XXXVI.

WICHBOTO,

Abbas trigeſimus ſextus, ab anno 1188. usque ad annum 1193.

Sub Romanis Pontificibus:

Clemente III., & Cœleſtino III.

Archiepiſcopatui præfuit ſupradictus Adalbertus II. reſtitutus.

Romano Imperio

Fridericus I., & Henricus VI.

XXXVII.

PILGRINUS, II.

Abbas trigeſimus ſeptimus, ab anno 1193. usque ad annum 1195.

Sub Romano Pontifice Cœleſtino III. ſupradicto.

Sub eodem pariter Archiepiſcopo Adalberto II. &

Sub Henrico VI. Romanorum Imperatore.

XXXVIII.

CHVNRADUS, I.

Abbas trigeſimus octavus, ab anno 1195. usque ad annum 1198.

Rexit Abbatiam S. Petri

Sub Cœleſtino III., & Innocentio III. Romanis Pontificibus,

Sub Metropolita Salisburgenſi eodem Adalberto II.

Sub Henrico VI., & Philippo Romanis Imperatoribus.

XXXIX.

SIMON, I.

Abbas trigeſimus nonus, ab anno 1198. usque ad annum 1231.

Romæ ſederunt in Pontificatu

Innocentius III., Honorius III., & Gregorius IX.

Salisburgi in Archiepiſcopatu ſederunt

Adalbertus II., & Eberhardus II.

In Romano Imperio

Philippus, Otto IV., & Fridericus II.

XL.

BERTHOLDUS,

Abbas quadrageſimus ab anno 1231. usque ad annum 1242.

Sub Romanis Pontificibus Gregorio IX., & Cœleſtino IV.

Sub Archiepiſcopo Salisburgenſi Eberhardo II.

Sub Romano Imperatore Friderico II.

XLI.

RICHERUS,

Abbas quadrageſimus primus ab anno 1242. usque ad annum 1259.

præfuit Abbatiæ

Sub Romanis Pontificibus Innocentio IV., & Alexandro IV.

Sub Archiepiſcopis Salisburgenſ. Eberhardo II., Philippo, & Udalrico.

Snb Romanorum Imperatore Conrado IV.

XLII.

ALBERTUS II.

Abbas quadrageſimus ſecundus ab anno 1259. - - - 1203.

Chron. Monaſt. S. Petri Salisb.

Sub Romanis Pontificibus:
Alexandro IV., & Urbano IV.
Sub Archiepiscopis Salisb.
Udalrico, & Uladislao.
Sub Conrado IV. Rom. Imperatore.

XLIII.
CHUNO,
Abbas quadragesimus tertius ab anno 1263. usque ad annum 1266.
Præfuit sub Urbano IV., & Clemente IV., Romanis Pontificibus.
Sub Udalrico, & Uladislao Archiepiscopis Salisburgensibus.
Sub Conrado IV. Romanorum Imperatore.

XLIV.
SIMON, II.
Abbas quadragesimus quartus ab ann. 1266. - - - 1270.
Clemens IV. sedit Romæ.
Uladislaus, & Fridericus II. in Archiepiscopatu Salisburgensi.
Conradus IV. in Romano Imperio.

XLV.
DIETMARUS, II.
Abbas quadragesimus quintus ab anno 1270. - - - 1288.
Sub Romanis Pontificibus:
Gregorio X., Innocentio V., Hadriano V., Joanne XX,, aliis XXI., Nicolao III., Martino IV., Honorio IV.
Sub Archiepiscopis Salisburgensibus: Friderico II., & Rudolpho.
Romanorum Imperatores fuerunt:
Conradus IV., & Rudolphus Habspurgicus.

XLVI.
ENGELBERTUS,
Abbas quadragesimus sextus ab anno 1288. usque ad annum 1297.
Sub Romanis Pontificibus:
Nicolao IV., Cœlestino V., & Bonifacio VIII.
Sub Archiepiscopis Salisburgensibus Rudolpho, & Conrado IV.
Romanum Imperium gubernabant Rudolphus Habspurgicus, & Adolphus a Nassau.

XLVII.
RUPERTUS, IV.
Abbas quadragesimus septimus ab anno 1297. usque ad annum 1313.
In summa Petri cathedra sedebant Bonifacius VIII., Benedictus XI., & Clemens V.
Archiepiscopatui Juvaviensi præfuerunt Conradus IV., & Weichardus.
Sub Romanis Imperatoribus:
Adolpho supradicto, Alberto Austriaco, & Henrico VII. Luxenburgensi.

XLVIII.
CHUNRADUS, II.
Abbas quadragesimus octavus, ab anno 1313. usque ad annum 1346.
Sub Romanis, & summis Pontificibus:
Clemente V., Joanne XXII., Benedicto XII., & Clemente VI.
Sub quatuor Archiepiscopis Salisburgensibus:
Weichardo, Friderico III., Henrico, & Ortolpho.
Imperii fasces dirigebant Henricus VII., qui supra, & Ludovicus Bavarus.

XLIX.
OTTO, I.
Abbas quadragesimus nonus, ab anno 1346. usque ad annum Christi 1364.
Sub tribus Romanis Pontificibus:
Clemente VI., Innocentio VI., & Urbano V.
Sub uno Archiepiscopo Salisburgensi Ortolpho.
Sub duobus Romanis Imperatoribus:
Ludovico Bavaro, & Carolo IV.

L.
JOANNES, II.
Abbas quinquagesimus ab anno 1364. usque ad annum 1375.
Sub Romanis Pontificibus:
Urbano V., & Gregorio XI.
Sub Archiepiscopis Salisburgensibus Ortolpho, & Pilgrino II.
Sub Romano Imperatore:
Carolo IV.

LI.
OTTO, II.
Abbas quinquagesimus primus, ab anno 1375. usque ad annum 1414.
Hoc triginta novem annorum spatio erant septem summi Pontifices:
Gregorius XI., Urbanus VI., Bonifacius IX., Innocentius VII., Gregorius XII., Alexander V., & Joannes XXIII.
Tres Archiepiscopi Salisburgenses:
Pilgrinus II., Gregorius, & Eberhardus III.
Et quatuor Roman. Imperatores:
Carolus IV., Wenceslaus Bohemus, Rupertus Palatinus, & Sigismundus Bohemus.

LII.
LEONARDUS,
Abbas quinquagesimus secundus, ab anno 1414. usque ad annum 1416.
Joanne XIII. summo Romano Pontifice.
Eberhardo III. Archiepiscopo Salisburgens.
Sigismundo Bohemo Roman. Imperatore.

LIII.
UDALRICUS,
Abbas quinquagesimus tertius, ab anno 1416. usque ad annum 1420.
Sub Romanis Pontificibus:
Joanne XXIII., & Martino V.
Sub eodem Archiepiscopo Salisburgensi Eberhardo III.
Et pariter eodem Romanorum Imperatore Sigismundo Bohemo.

LIV.
JOANNES, III.
Abbas quinquagesimus quartus, ab anno 1420. usque ad annum 1428.
Pontificatum Romanum gessit Martinus V.
Archi-

Archiepiſcopatum Salisburgenſem Eberhardus III., & IV.
Romanum Imperium Sigismundus Bohemus.

LV.
GEORGIUS, I.
Abbas quinquageſimus quintus, ab anno 1428. usque ad annum 1435.
præfuit ſub Romanis Pontificibus Martino V., & Eugenio IV.
Sub Archiepiſcopis Salisburgenſibus Eberhardo IV., & Joanne II.
Sub eodem jam ſupradicto Imperatore Romano Sigismundo Bohemo.

LVI.
ERHARDUS,
Abbas quinquageſimus ſextus, ab anno 1435. usque ad annum 1436.
Sub Eugenio IV. ſummo Pontifice.
Sub Joanne II. Archiepiſcopo Salisburgenſi.
Sub ſæpedicto Sigismundo Bohemo Imperatore.

LVII.
PETRUS,
Abbas quinquageſimus ſeptimus, ab anno 1436. usque ad annum 1466.
præfuit ſub Romanis Pontificibus:
Eugenio IV., Nicolao V., Calixto III., Pio II. & Paulo II.
Sub Archiepiſcopis Salisburgenſibus:
Joanne II., Friderico IV., Sigismundo I., & Burckardo.
Sub Romanis Imperatoribus:
Sigismundo Bohemo, Alberto Auſtriaco, & Friderico III.

LVIII.
RUPERTUS, V.
Abbas quinquageſimus octavus, ab anno Chriſti 1466. usque ad annum 1495.
Romæ in cathedra ſedebant:
Paulus II., Sixtus IV., Innocentius VIII., & Alexander VI.
Archiepiſcopatui Salisburgenſi præfuerunt:
Bernardus, Joannes III., Fridericus, V., & Sigismundus II.
Romanorum Imperatores erant:
Fridericus III., & Maximilianus I.

LIX.
VIRGILIUS, II.
Abbas quinquageſimus nonus, præfuit ab anno 1495. usque ad annum 1502.
Sub Alexandro VI. Romano Pontifice.
Sub Sigismundo II., & Leonardo Archiepiſcopis Salisburgenſibus.
Sub Romano Imperatore Maximiliano I.

LX.
WOLFGANGUS,
Abbas ſexageſimus ab anno 1502. usque ad annum 1518.
Sub Romanis Pontificibus:
Alexandro VI., Pio III., Julio II., & Leone X.
Sub Archiepiſcopo Salisburgenſi Leonardo de Keutſchach.
Sub Imperatore ſupradicto Maximiliano I.

LXI.
SIMON, III.
Abbas ſexageſimus primus ab anno 1518. usque ad annum 1522.
Sub Leone X, & Hadriano VI., Romanis Pontificibus.
Sub Leonardo Keutſchach, & Matthæo Langio Archiepiſc. Salisburgenſ.
Sub Maximiliano I., & Carolo V. Imperatoribus.

LXII.
JOANNES, IV. Staupitzius.
Abbas ſexageſimus ſecundus, ab anno 1522. usque ad annum 1524.
Sub Romanis Pontificibus:
Hadriano VI., & Clemente VII.
Sub Matthæo Langio Archiepiſcopo Salisburgenſi
Sub Carolo V. Romanorum Imperatore.

LXIII.
CHILIANUS.
Abbas ſexageſimus tertius, ab anno Chriſti 1524. usque ad annum 1535.
Sub Clemente VII., & Paulo III. Romanis Pontificibus.
Sub ſæpedicto Matthæo Langio Archiepiſcopo Salisburgenſi.
Sub eodem Romanorum Imperatore Carolo V.

LXIV.
GEORGIUS, II.
Abbas ſexageſimus quartus, ab anno 1535. per quindecim tantum dies.
In eodem ordine ſynchrono, qui ſupra.

LXV.
ÆGIDIUS.
Abbas ſexageſimus quintus, ab anno 1535. usque ad annum 1554.
Sub Paulo III., & Julio III. Romanis Pontificibus.
Sub Matthæo Langio, & Erneſto Bavaro Archiepiſcopis Salisburgenſ.
Sub Romano Imperatore ſæpeſato Carolo V.

LXVI.
BENEDICTUS,
Abbas ſexageſimus ſextus, ab anno Chriſti 1554. usque ad annum 1577.
Romæ in cathedra S. Petri ſibi ſuccedentibus
Julio III., Marcello II., Paulo IV., Pio IV., & Pio V., Gregorio XIII.
In Archiepiſcopatu Salisburgenſi ſedentibus
Michaele Küenburgico, & Joanne Jacobo Kuen.
In culmine Imperii exiſtentibus
Carolo V., Ferdinando I., Maximiliano II., & Rudolpho II.

LXVII.
ANDREAS,
Abbas ſexageſimus ſeptimus, ab anno 1577. usque ad annum 1584.
Gregorio XIII. Romano Pontifice.
Joanne Jacobo Kuen Archiep. Salisburgenſ.
Rudolpho II. Romanorum Imperatore.

LXVIII.

MARTINUS.

Abbas ſexageſimus octavus, ab anno 1584. usque ad annum 1615.

Præfuit ſub octo ſummis Romanis Pontificibus:

Gregorio XIII., Sixto V., Urbano VII., Gregorio XIV., Innocentio IX., Clemente VIII., Leone XI., & Paulo V.

Sub quatuor Archiepiſcopis Salisburgenſibus:

Joanne Jacobo Kuen, Georgio Küenburgico, Wolfgango Theodorico, & Marco Sittico.

Sub duobus Romanis Imperatoribus:

Rudolpho II., & Mathia.

LXIX.

JOACHIMUS,

Abbas ſexageſimus nonus, ab anno Chriſti 1615. usque ad annum 1626.

Romanum Pontificatum gerebant

Paulus V., Gregorius XV., & Urbanus VIII.

Archiepiſcopatui Salisb. præfuerunt

Marcus Sitticus, & Paris Lodronius.

Imperii ſceptrum rotabant

Mathias, & Ferdinandus II.

LXX.

ALBERTUS, III.

Abbas ſeptuageſimus, ab anno 1626. usque ad annum 1657.

Sub Romanis Pontificibus:

Urbano VIII., Innocentio X., & Alexandro VII.

Sub Archiepiſcopis Salisb.

Paride Lodronio, & Guidobaldo.

Sub Romanis Imperatoribus:

Ferdinando II., & Ferdinando III.

LXXI.

AMANDUS,

Abbas ſeptuageſimus primus, ab anno 1657. usque ad annum 1673.

Præfuit ſub Romanis ſummis Pontificibus:

Alexandro VII., Clemente IX., & Clemente X.

Sub Archiepiſcopis Salisburgenſibus:

Guidobaldo Thunio, & Maximiliano Gandolpho.

Sub Romanis Imperatoribus:

Ferdinando III., & Leopoldo.

LXXII.

EDMUNDUS,

Abbas ſeptuageſimus ſecundus, ab anno 1673. usque ad annum 1702.

Sub quinque Romanis Pontificibus:

Clemente X., Innocentio XI., Alexandro VIII., Innocentio XII., & Clemente XI.

Sub duobus Archiepiſcopis Salisburgenſibus:

Maximiliano Gandolpho Küenburgico, & Joanne Erneſto Thunio.

Sub unico Imperatore Auguſtiſſimo Leopoldo.

LXXIII.

CAROLUS,

Abbas ſeptuageſimus tertius ab anno 1702. usque ad annum 1704.

Sub Clemente XI. Romano Pontifice.

Sub Joanne Erneſto Archiep. Salisburgenſ.

Sub Leopoldo Imperatore.

LXXIV.

PLACIDUS,

Abbas ſeptuageſimus quartus, ab anno 1704. usque ad annum 1741.

Hoc triginta ſeptem annorum ſpatio Romani Pontifices fuerunt:

Clemens XI., Innocentius III., Benedictus XIII., Clemens XII., & Benedictus XIV.

Archiepiſcopi Salisburgenſes

Joannes Erneſtus Thunius, Franciſcus Antonius, & Leopoldus Firmianus.

Romani Imperatores

Leopoldus, Joſephus I., & Carolus VI.

LXXV.

GODEFRIDUS,

Abbas ſeptuageſimus quintus, ab anno 1741. usque ad annum 1753.

Præfuit ſub unico Romano Pontifice:

Benedicto XIV.

Sub quatuor Archiepiſcopis Salisburgenſibus.

Leopoldo Firmiano, Jacobo Erneſto, Andrea, & Sigismundo III.

Sub duobus Romanis Imperatoribus:

Carolo VII. Bavaro, & Franciſco I. Lotharingico.

LXXVI.

B E D A,

Abbas ſeptuageſimus ſextus, præfuit, & præeſt ab anno 1753. usque ad annum - - -

Sub Romanis Pontificibus:

Benedicto XIV., Clemente XIII., & CLEMENTE XIV.

Sub Archiepiſcopo Salisburgenſi:

SIGISMUNDO III. Chriſtophoro

Ex Illuſtriſſima S. R. I. Comitum proſapia de Schrattenbach &c. &c.

Sub Romanis Imperatoribus:

Franciſco I. & JOSEPHO II. glorioſiſſim. regnante.

CATALOGUS

CATALOGUS

Religioſorum, qui in hoc monaſterio ad S. Petrum Salisburgi ſacrum ordinem ad regulam S. Benedicti expreſſe fuerunt profeſſi ab anno 1419. usque ad annum 1771., de quorum profeſſione exſtant ſcripta teſtimonia.

Poſtquam dedimus elenchum Abbatum omnium, qui in hoc monaſterio per ſæcula duodecim jam ferme completa præfuerunt, gratum nobis foret, ſi & eodem ordine chronologico brevis ſaltem omnium monachorum conſpectus dari poſſet; quoniam vero præter illos monachos antiquos, quorum nomina peregrina ſine ordine ex quodam antiquo codice deſcripſimus ad initium ſæculi noſtri quinti ſub Titone Abbate, nulla exſtant profeſſionis emiſſæ teſtimonia ſcripta, niſi ab anno 1419. ſub Udalrico Abbate in ordine quinquageſimo tertio usque ad noſtra tempora, hinc ſolummodo nomina illorum religioſorum, quotquot in exſtantibus ſchedis legimus expreſſe profeſſos, ſequenti ordine referimus, & quidem plerosque quoad cognomen, & patriam ſimul; in antiquioribus enim ſchedis nec cognomen, nec patria pro more illius temporis fuerunt expreſſa.

Sub Udalrico Abbate quinquageſimo tertio:

ab anno 1416. - - - 1420.

Ægidius anno 1419.
Petrus eodem.
Emeramus eodem.
Thomas eodem.

Sub Joanne III. Abbate quinquageſimo quarto:

ab anno 1420. - - - 1428.

Wolfgangus anno 1424.

Sub Georgio I. Abbate quinquageſimo quinto.

ab anno 1428. - - - 1435.

Ante reformationem:

Urbanus anno 1429.
Joannes eodem.
Martinus eodem.

Poſt reformationem:

Wilhelmus anno 1432.
Paulus de Salzburga eodem.
Georgius Hagnl eodem.
Conradus Waſſerburg. Bojus eodem.
Udalricus Vöklbruckenſ. auſtriac. anno 1433.
Georgius Griesman anno eodem.
Hiboldus Mellic. Auſtriac. eodem.
R. R. P. P. & F. F. Joannes Ris de Franconia 1434.
Erhardus de Lomptz anno eodem.
Andreas Carpentari Rachenſpurg. anno eodem.
Laurentius Chambler de Salzburga. eodem.
Wilibaldus Pirchl Salisb. eodem.
Stephanus Spies, de Halls. eodem.
Engelhardus Straſſer de Hochholz. eodem.
Chriſtophorus Held de Landishuta eodem.
Ægidius Seyfridſtorfer Dietichimus eodem.
Joannes de Salbertskirchen. eodem.
Henricus de Heveld. 1435.
Nicolaus eodem.
Primus Gamiller. eodem.

Sub Erhardo Abbate quinquageſimo ſexto:

ab anno 1435. - - - 1436.

unicus Profeſſus legitur:

Caſparus Herold, Hædicollenſis Tyrolenſis anno 1436.

Sub Petro Abbate quinquageſimo ſeptimo:

ab anno 1436. - - - 1466.

Petrus Straſſer de Lauſſen anno 1437.
Stephanus 1440.
Rupertus Keitzl ‚Salisburg. 1443.
Joannes de Salzburga 1450. 20. Maji.
Joannes de Salzburga 1450. 23. Octobr.
Andreas Denk de Meenſee, ſeu Monſee 1452.
Chriſtianus Mausl, Wolfhartshuſanus. 1453.
Leonardus Attenberger de Ratisbona. eodem.
Michal Hofbeck Landishutanus 1455.
R. R. P. P. & F. F. Joannes Milbacher de Salzburga 1456.
Joannes Straubinganus eodem.
Joannes Schöll 1458.
Udalricus Fraushendorfer de Teckendorf 1462.
Mathias Stochar de Rapus eodem.
Georgius Wartenberger de Milldorf. eodem.
Jacobus Wolf eodem.
Paulus Kraus eodem.
Virgilius Pichler de Salzburga 1463.
Chriſtophorus de Gmünd eodem.
Balthaſar Kopp de Salzburga 1464.

Sub

Sub Ruperto h. n. V. Abbate quinquagesimo octavo:

ab anno 1466. - - - 1495.

	Leonardus Tornator, de Salzburga	anno 1466.
	Udalricus de Schwanensi.	1467.
	Alexius de Traburga	eodem.
	Joannes Schober	1474.
	Erhardus Manseer de Salina	1475.
	Petrus Tegler Seittenstettensi.	eodem.
	Virgilius de Salzburga	1481.
	Joannes de Kesting	eodem.
R. R.	Blasius Venedier de Salzburga	eodem.
P. P.	Wolfgangus de Kesting	1482.
&	Thomas Tegler	eodem.
F. F.	Laurentius de Salzburga	1484.
	Andreas de Golling	1487.
	Georgius de Salzburga	eodem.
	Paulus de Reichenhall	1491.
	Wolfgangus Wasserburgensi.	eodem.
	Udalricus de Salzburga	eodem.
	Adamus de Retz	1493.
	Simon de Reifnitz	eodem.
	Michael	eodem.

Sub Virgilio h. n. Abbate quinquagesimo nono:

ab anno 1495. - - - 1502.

	Joannes de Estenau	anno 1496.
	Andreas Dietmair Radstadtensi.	eodem.
	Leonardus de Racherspurg	1498.
	Joannes Pabl Butwicensis	eodem.
R. R.	Joannes Sinn Admontensis	1499.
P. P.	Laurentius de Ried	eodem.
&	Gregorius Sinn Admontensi.	1500.
F. F.	Paulus Tunkl de Salzburga	1501.
	Joannes de Salzburga	eodem.
	Maurus de Seeon.	1502.
	Rudbertus de Salzburga	eodem.

Sub Wolfgango Abbate sexagesimo:

ab anno 1502. - - - 1518.

	Benedictus de Praunegg	anno 1503.
	Antonius Kirchpichler	1503.
	Joannes Untenstorfensis	1504.
	Stephanus de Salina	eodem.
	Jacobus Spies de Lüenz	1506.
	Alexius de Grein	eodem.
R. R.	Chilianus de Waidhofen	1507.
P. P.	Ambrosius ex Beurn	1508.
&	Wolfgangus de Argentina	eodem.
F. F.	Stephanus Müller de Ulm	1510.
	Achatius de Wolfperg	1510.
	Gregorius de Grätz	eodem.
	Sebastianus de Mattse	eodem.
	Martinus de Hallstatt	1511.
	Thomas Stainer de Mattsee	1514.
	Wolfgangus Fink de Seeburg	eodem.

Sub Simone III. Abbate sexagesimo primo:

ab anno 1518. - - - 1522.

	Nicolaus Schmidl	anno 1520.
	Joannes de Staupitz	1522.

Sub Joanne IV. eodem Staupitzio Abbate sexagesimo secundo:

ab anno 1522. usque ad annum 1524. nullus legitur fuisse professus.

Sub Chiliano Abbate sexagesimo tertio:

ab anno 1525. - - - 1535.

	Joannes Händl Offlingensis	anno 1528.
	Andreas Petrinus de Istria	1530.
	Thomas a Weitra, Austriac.	eodem.
	Petrus Herma de Kreuslheim	1531.
	Balthasar de Feichwang Herbip.	eodem.
R. R.		
P. P.	Wolfgangus Pinter de Felz	eodem.
&	Stephanus Aichberger de Yps	eodem.
F. F.	Martinus Unverzagt ex S. Vito	eodem.
	Ambrosius Schwarzenbacher de Zell ex Pinzgovia.	1533.
	Bernardus de Sinochgetz	1535.
	Vincentius Vallenberger	eodem.

Sub Georgio II. quindecim dierum Abbate, in ordine sexagesimo quarto nullus invenitur professus.

Sub Ægidio Abbate sexagesimo quinto:

ab anno 1535. - - - 1553.

	Wolfgangus Hellenbacher, Reichenh. Boj.	1536.
	Gregorius Dietz de Bamberga	eodem.
	Nicolaus Pintschamer de Hofgarten	eodem.
	Benedictus de Brixina	1538.
	Augustinus de Weicherstorf	1539.
	Carolus Hebrant	1541.
	Petrus Weltenhefer de Langenzen	eodem.
R. R.	Virgilius Stainbacher Salisburg.	eodem.
P. P.		
&	Achatius Mairhofer	1544.
F. F.	Joannes Pircher de Meran	eodem.
	Rupertus Hobl	eodem.
	Gallus de Brixia	1545.
	Eustachius Falker	eodem.
	Oswaldus de Mattighofen	1548.
	Wolfgangus Draxl Salisburgensis	1551.
	Bartholomæus Schilcher Lunælac. Austr.	eodem.
	Gregorius Pleiburger	eodem.
	Hieronymus Reinhard	1553.

Sub Benedicto Abbate sexagesimo sexto;

ab anno 1554. - - - 1577.

	Leonardus Hellner, Gmundensis Carinthus,	anno 1559.
	Burchardus Zimmermann de Trinkstatt.	eodem.
	Andreas de Creitzberg	eodem.
R. R.	Eberhardus	1562.
P. P.	Wolfgangus Pamer de Hodendilchen	1563.
&		
F. F.	Leopoldus Kern, Julio-magens.	1568.
	Elias Bernl, Monsi. Austriac.	eodem.
	Ambrosius Wurspfeil, Salisburg.	1570.

Georgius

Georgius Eberle de Schwatz. 1572.
Andreas Grafer de Heppurg. Bav. eodem.
R.R. P. P. & F. F. Paulus Gschwantner, Tegernf. Boj. 1574.
Caſpar Merkelius, Straubing. Bav. eodem.
Conradus Ortwein Monacenſis Bojus. 1576.

Sub Andrea Abbate ſexageſimo ſeptimo.
ab anno 1577. usque 1584.

Jodocus Herodius Roſenberg anno 1577.
Sebaſtianus Wagner, Monacenſ. Boj. eodem.
R.R. P. P. & F. F. Jacobus Kama Ginsburg. Suevus 1578.
Benedictus Hergerſtorfer Dorf. Boj. eodem.
Martinus Hattinger, Brün. Moravus. 1579.
Martinus Eiſenreich Cellenſis 1580.
Joannes Prugmoſer Almenſ. Salisb. 1583.

Sub Martino Abbate ſexageſimo octavo.
ab anno 1584. usque ad annum 1615.

Andreas Pichler, Salisburg. anno 1587.
Bartholomæus Hollprucker, Innichenſ. 1588.
Bernardus Neimair, Emeringanus eodem.
Chriſtophorus Hybl, Brün. Moravus 1589.
Ambroſius Kaltenberger, Vachendorf. 1592.
Joannes Scharer, Lauffinganus. eodem.
Ignatius Molinus, Salisburg. 1593.
Benedictus Strobelius, Norimb. 1598.
Thomas Frembel, Reichenhall. Bojus 1601.
Georgius Nörer, Ilmeldorf. Euſtad. 1604.
Tobias Springklee, Znaymenſ.
R.R. P. P. & F. F. Moravus eodem.
Maurus Molitor, Schönaug. Euſtad. eodem.
Rupertus Ollhaf, Saulgenſ. Suevus eodem.
Udalricus Hofbauer, Altenbuch. Bojus 1605.
Benedictus Gerhauſer, Biburg. Bojus 1606.
Tiburtius Fiſcher, Brunsberg. Brutenus eodem.
Placidus Molitor, Fernenſis. 1608.
Waltherus Joch, Julio magn. Suev. 1610.
Melchior Wagner, Waldſeenſis. eodem.
Matthæus Hofmann, Seslachenſis eodem.
Joannes Melnardus, Eggenfeld. Bojus 1611.
Paulus Frieauf, Vorheim. Franco. 1612.
Vitus Seidl, Monacenſ. Bojus. 1613.
R.R. P. P. & F. F. Hilarius Engeſſer, Firſtenbergenſ. 1613.
Carolus Knödler, Herbipolenſ. Franco. 1614.
Vitalis Sartorius, Euſtad. Franco. eodem.

Sub Joachimo Abbate ſexageſimo nono.
ab anno 1615 - - - 1626.

Baſilius Elges, Campidonenſis anno 1619.
Anaſtaſius Hoch, Landſperg. eodem.
Amandus Gigl, Unterhauſ. Bojus eodem.
Rupertus Stadler, Burghuſanus Bojus 1622.
Virgilius Bair, Wilfling. Suevus eodem.
Georgius Lechner, Salisburgenſis 1623.
R.R. P. P. & F. F. Placidus Churbl, Monacenſis Bojus. 1624.
Petrus Traub, Eching. Suevus. eodem.
Benedictus Baibl, Monacenſis Bojus eodem.
Auguſtinus Haidentaller, Surheim. Salisb. eodem.
Anſelmus Zannholz, Dillingan. Suevus eodem.
Romanus Stromair, Monacenſis Bojus eodem.
Æmilianus Pirchl, Kuchlenſ. Salisb. 1625.
Franciſcus Dietl, Landſperg. eodem.

Sub Alberto III. Abbate ſeptuageſimo.
ab anno 1626. - - - 1657.

Vitalis Riedl, Ratzding. Bojus. anno 1626.
Gualbertus Fuchs, Salisburg. eodem.
Maximus Rolandin, Atheling Trident. 1628.
Benedictus Stollenmair de Grienenbach, Suevus. eodem.
Thiemo Stainhauſer, Weilheim. Bojus. 1632.
Chriſtophorus Klainmair, Ochſenhuſ. Suevus. 1638.
Udalricus Freiberger, Fieſs. Algoi. 1639.
R.R. P. P. & F. F. Joannes Hofmann, Salisburg. 1640.
Germanus Wormſer, Spirenſis. 1642.
Amandus Pachler, Reichenhall. Bojus. eodem.
Auguſtinus Wendlinger, Reichenh. Bojus. eodem.
Placidus Scheibl, Salisburg. 1643.
Bernardus Molitor, Salisburgenſis. 1645.
Virgilius Guggenperger, Salisburgenſ. 1648.
Romanus Molitor, Brunov. Bojus. eodem.
Rupertus Seepacher ex Mauerkirchen Bojus. 1650.
Franciſcus Metzger, Ingolſtad. Bojus. 1651.

Josephus Metzger, Eustadianus. anno 1651.
Maurus Högler, Salisburgensis. eodem.
Joachimus Stegbuecher, Matticensis Salisb. 1652.
Ildephonsus Lohner, Itzlingen. Salisburg. eodem.
R.R. P.P. & F.F. Paulus Metzger, Eustadianus 1653.
Edmundus Sinnhueber, Salisburg. eodem.
Bonifacius Danner, Waging. Salisburg. eodem.
Urbanus Eder, Wasserburg. Bojus. 1655.
Albertus Schrenk, ex Castello Ottoschatz in Dalmatia. 1656.

Sub Amando Abbate septuagesimo primo.
ab anno 1657 - - - 1673.

Amandus Dettinger, Salisburgensis anno 1658.
Petrus Ausweger, Salisburgens. eodem.
Jacobus Schweicker, Fiessens. Algoius. eodem.
Joannes Stegbuecher, Matticens. Salisb. eodem.
Vitus Kaltenkrauter, Salisburgens. eodem.
Thiemo Sing, Brunovien. Bojus. 1661.
Gregorius Scholz, Schongov. Bojus. eodem.
R.R. P.P. & F.F. Laurentius Helmreich, Sclavomatrovien. Salisb. 1662.
Vitalis Motzl, Salisburgensis. 1663.
Augustinus Kendlinger, Salisburg. eodem.
Petrus Wolgschaffen, Baumburg. Bojus eodem.
Anselmus Mayrlifer, Salisburgens. 1664.
Æmilianus Stockhamer, Salisburgensis 1665.
Wolfgangus Schatz, Salisburg. 1667.
Martinus Ausweger, Salisb. eodem.
Paris a Lerchenfeld, Fridburg. 1668.
Bernardus Freisauf, Salisburgens. eodem.
Rupertus Stockhamer, Salisburgensis. 1670.

Sub Edmundo Abbate septuagesimo secundo.
ab anno 1673. - - - 1702.

Edmundus Orban, Tittmoningau. Salisburg. 1675.
R.R. P.P. & F.F. Meinradus Kranzinger, Niderntrumm. eodem.
Benedictus Weckerlin, Mattighovien. eodem.
Maximus Scherzhauser, Salisburgens. eodem.
Antonius Mayr, Salisburgens. 1677.
Carolus Schrenk, ex arce Rottenberg, Palatin. sup. 1680.
Otto Dallinger, Reichenhall. Bav. 1683.
Josephus Köllinger, Salisburgens. 1685.
Maurus Haslinger, Salisburg. 1687.
Placidus Mayrhauser, Salisburgens. 1687.
Romanus de Campo, Monacens. Bojus 1690.
Amandus Hauman, Carlstad. Croat. eodem.
R.R. P.P. & F.F. Bonifacius Zumdam, Moguntin. 1694.
Gregorius Schattenlechner, Brunov. Bojus. eodem.
Blasius Schratter, Radstad. Salisburgens. 1696.
Virgilius Leuthner, Altenmarkt. Salisburg. eodem.
Marianus Viechter, Rattenberg. Tyrolens. 1700.
Godefridus Kröll, Obernzell. Passav. 1701.
Æmilianus Moshamer, Salisburgens. eodem.

Sub Carolo Abbate septuagesimo tertio.
ab anno 1702. - - - 1704.

Modestus a Gaisruck, Silberegg. Carinthus. 1703.
P.R. R.P. & F.F. Carolus Schattenlechner, Brunov. Bojus. eodem.
Paulus Moll, Salisburgens. eodem.
Franciscus Lospichler, Salisburgens. eodem.

Sub Placido Abbate septuagesimo quarto.
ab anno 1704. - - - 1741.

Placidus Böckn, Monacens. Bojus. anno 1706.
Michael Böckn, ibidem. eodem.
Edmundus Hem, Mildorf. Salisburg. eodem.
Blasius Bischofreiter, Walsens. Salisb. eodem.
Cœlestinus Tagger, Salisburg. eodem.
Rupertus Presinger, Ausseens. Styrus. 1707.
R.R. P.P. & F.F. Vitalis Pottenhofer, Reichenhall. Bojus. 1708.
Thiemo Lutz, Habachens. Bojus. 1710.
Benedictus Hueber, Salisburgensis. 1712.
Joannes Bapt. Stainhauser, Salisburg. 1713.
Joachimus Knoblach, Salisburg. 1715.
Josephus Strobl, Salisburgens. 1716.
Petrus Rieder, ex Veldkirchen Bojus. eodem.
Gabriel Gaiswinkler, Ausseens. Styrus. eodem.
Raphael Engigler, Salisburg. 1717.
Amandus Heller, Salisburg. 1718.

Maurus

Maurus Winterl, Reichramingan. Auſtriac. 1719.
Bernardus Viechter, Rattenberg. Tyrolenſ. eodem.
Beda Khran, Baderbornenſ. 1720.
Ildephonſus Mösl, Salisburg. 1721.
Eberhardus Ruedorffer, Hædicollen. Tyrol. eodem.
Oddo Gutrath, Salisburg. eodem.
Anſelmus Kolb, Salisburgenſ. 1722.
Beda Staudacher, Salisburg. 1723.
Martinus Starch, Salisburg. eodem.
Joannes Evangeliſta Gutrath, Salisburg. 1724.
Thaddæus Hayán, Iſchlenſ. Auſtriac. eodem.
Henricus Auer, Damswegenſ. Salisburg. 1727.
Romualdus Schallhamer, Salisburg. 1731.
Beda Seeauer, Hallſtadi, Auſtriac. 1733.
Baſilius Berti, Salisburg. eodem.
Antonius Knoll, Salisburgenſ. eodem.
Joſephus Kaltenhauſer, Salisburg. 1738.
Gregorius Lana, Mildorfenſ, Salisburg. eodem.
Petrus Höritzer, ex arce Windern Auſtri. 1740.

R.R. P.P. & F.F.

Sub Godefrido Abbate ſeptuageſimo quinto.

ab anno 1741. - - - 1753.

Matthias Schattenlechner, Salisburg. anno 1741.
Rupertus Gutrath, Salisburgenſ. 1742.
Michael Wiſenreiter, Unterviechtach. Bojus. 1744.
Joachimus Strobl, Salisburgenſ. 1745.
Anſelmus Hintler ad S. Joan. Tyrol. eodem.
Virgilius Leopoldinger, Traunſtain. Bojus. 1750.
Blaſius Lueger, Uttendorfenſ. Bojus. eodem.
Michael Kumberger, Riedenſ. Bojus. 1751.
Godefridus Ermler, Rauchenkatſch. Carinth. eodem.
Andreas Dötz, Gmaynenſ. Bojus. 1752.

R.R. P.P. & F.F.

Sub BEDA Abbate ſeptuageſimo ſexto.

ab anno 1753. usque ad annum 1771.

Vitalis Mösl, Salisburgenſis. anno 1754.
Placidus Bernhandski, Salisburgenſis. eodem.
Bernardus Sarſteiner, Iſchlenſis Auſtriac. eodem.
Leopoldus Nidermair, Scheibſenſ. Auſtriac. eodem.
Edmundus Radler, Minzkirchenſ. Bojus. 1755.
Florianus Reichſigl, Salisburgenſis. eodem.
Auguſtinus Spreitzer, Sultzbacenſ. Bojus. 1756.
Ildephonſus Lidl, Rottenman. Styrus. eodem.
Romanus Sedlmayr, Salisburgenſ. 1757.
Modeſtus Schmetterer, Mettenſis Bojus. eodem.
Beda Hübner, Temeswarinus Banatin. 1758.
Benedictus Ludwig, Steinbacenſ. Auſtri. 1759.
Bonifacius Knott, Hallinenſ. Salisb. 1759.
Paulus Hitzl, Abbatisaugienſ. Salisb. 1761.
Thiemo Rauſcher, Moſinzenſ. Carinth. eodem.
Bonifacius Ris, Salisburgenſis. eodem.
Dominicus Hagenauer, Salisburgenſ. 1765.
Cœleſtinus Spatzenegger, Matſeenſ. Salisb. 1766.
Ambroſius Eckhardt, Schnaitbacenſ. palatin. eodem.
Henricus Waitzenbeck, Hallin. Salisburg. 1767.
Hieronymus Pichler, ad S. Cruorem Carinth. eodem.
Marianus Kaſerer, Tittmoning. Salisb. 1768.
Conſtantinus Wolgemuth, Sclavo-matrov. Salisb. eodem.
Corbinianus Gartner, Suacenſis Tyrolenſ. 1770.
Gabriel Huetter, Pieſendorf. Salisburg. 1771.
Raphael Alt, Salisburgenſ. eodem.

Explicit Ordo Religioſorum, qui in noſtro monaſterio ad Sanctum Petrum Salisburgi ordinem S. Benedicti ab anno 1419. *usque ad annum* 1771. *expreſſe fuerunt profeſſi, quantum ex teſtimoniis exſtantibus propria illorum manu ſcriptis conſtat.*

SERIES
ILLORUM RELIGIOSORUM,

qui ex prædictis a fundata hic Salisburgi anno 1623. Archiepiſcopali Univerſitate Benedictina Profeſſores publici exſtiterunt, in eadem varias ſcientias altiorum, & inferiorum claſſium docendo usque ad annum 1771.

Pro notitia ex Salisburgenſis tam Gymnaſii, quam elevatæ poſtmodum Univerſitatis hiſtoria (cujus Synopſin dedimus ſub Joachimo Abbate noſtro ad annum 1617., & 1623. a num. marg. VIII. usque XI. & XII.) paucis repetimus, quod Clementiſſimo nutu Celſiſſimorum Principum Marci Sitici Hohenembſii, qui Gymnaſium, & Paridis Lodronii, qui Univerſitatem munificentiſſime erexerunt, a variis monaſteriis Benedictinis trium provinciarum, Bavariæ, Salisburgenſis, & Suevicæ, ac poſtmodum etiam Auſtriacæ (quorum monaſteriorum numerus usque in hoc tempus ad ſexaginta tria excrevit) talis confœderatio fuerit inita, & ſtabilita, ut pro rerum exigentia conſilio Dominorum Abbatum, Præſidis, & Aſſiſtentium ad docendas in prædicta Univerſitate ſcientias, & artes liberales tam altiores, quam inferiores ex confœderatis monaſteriis viri idonei mittantur, futuri Doctores, & Profeſſores. Unde in hunc finem variis annis ad diverſas cathedras Theologicas, Juridicas, Philoſophicas, & inferiorum ſcholarum ex noſtro ad ſanctum Petrum monaſterio ſequentes religioſi noſtri eo ordinati fuerunt, & publice docuerunt. In ſpecie quidem

Sacram Scripturam
Explanarunt primarii Theologi, & ſacræ Paginæ Profeſſores.

P. Udalricus Freiberger, ab anno 1664. usque ad annum 1666.
P. Joſephus Metzger, - - - 1673. - - - 1681.
P. Franciſcus Metzger, - - - 1681. - - - 1688.
P. Paulus Metzger, - - - 1688. - - - 1700.
P. Godefridus Kröll, - - - 1716. - - - 1733.
P. Placidus Böckn, - - - 1733. - - - 1741.
P. Rupertus Gutrath, - - - 1767. - - - - - -

Profeſſores Theologiæ dogmatico-ſcholaſticæ.

P. Paulus Metzger, ab anno 1673. usque ad annum 1688.
P. Carolus Schrenk, - - 1694. - - - 1702.
P. Oddo Gutrath, - - - 1748. - - - 1756.
P. Rupertus Gutrath, - - 1764. - - - 1767.

Theologiæ Moralis.

P. Udalricus Freiberger, ab anno 1651. usque ad annum 1656.
P. Amandus Pachler, - - - 1656. - - - - - 1657.
P. Franciſcus Metzger, - - - 1665. - - - - - 1668.
P. Virgilius Leithner, - - - 1710. - - - - - 1714.
P. Eberhardus Ruedorfer, - - 1739. - - - - - 1741.
P. Oddo Gutrath, - - - - - 1744. - - - - - 1748.

Profeſſores controverſiarum fidei.

P. Udalricus Freiberger, ab anno 1659. usque ad annum 1664.
P. Joſephus Metzger, - - - 1673. - - - - - 1681.
P. Franciſcus Metzger, - - - 1681. - - - - - 1688.
junctа ſimul ſacræ Scripturæ Cathedra.
P. Paulus Metzger, ab anno 1688. usque ad annum 1692.
ac ſimul ſacrarum Scripturarum Profeſſor.
P. Carolus Schrenk, ab anno 1692. usque ad annum 1694.
P. Virgilius Leithner - - - - 1709. - - - - - 1710.
P. Godefridus Kröll, - - - - 1714. - - - - - 1716.
P. Oddo Gutrath, - - - - 1743. - - - - - 1744.
& altera vice - - - - - - 1756. - - - - - 1759.
P. Rupertus Gutrath, - - - 1767. & ſimul Scripturarius.

Profeſſores

Profeſſores SS. Canonum.

P. Joſephus Metzger, ab anno 1667. usque ad annum 1673.
P. Placidus Böckn, - - 1721. - - - 1733.
P. Modeſtus Schmetterer, Profeſſor SS. Canonum extraordinarius ab anno - - - 1766. - - - - 1770.
Idem Ordinarius, & actualis - 1770. usque ad annum - -

Philoſophiam docuere.

P. Udalricus Freiberger, ab anno 1643. usque ad annum 1645.
P. Amandus Pachler, - - 1651. - - - 1653.
& rurſus ſecunda vice - 1654. - - - 1656.
P. Joſephus Metzger, - - 1662. - - - 1664.
P. Franciſcus Metzger, - - 1659. - - - 1661.
& iterum altera vice - - 1663. - - - 1665.
P. Paulus Metzger, - - 1668. - - - 1670.
P. Petrus Wolgſchaffen, - 1678. - - - 1680.
P. Carolus Schrenk, - - 1688. - - - 1690.
P. Placidus Mayrhauſer, - - 1698. - - - 1700.
P. Virgilius Leithner, - - 1707. - - - 1709.
P. Eberhardus Ruedorfer, - 1730. - - - 1732.
P. Oddo Gutrath, - - 1736. - - - 1738.
P. Beda Seeauer, - - 1743. - - - 1745.
P. Rupertus Gutrath, - - 1752. - - - 1754.
P. Anſelmus Hintler, - - 1756. - - - 1758.
P. Vitalis Mösl, - - 1764. - - - 1766.

Ethicam, & hiſtoriam.

P. Rupertus Gutrath, ab anno 1761. usque ad annum 1764.

Matheſin docuerunt:

P. Benedictus Stollenmayr, ab anno 1645. usque ad annum 1650.
P. Auguſtinus Kendlinger, - 1690. - - - 1698.

Rhetoricam.

P. Æmilianus Pirchl, ab anno 1636. usque ad annum 1637.
P. Virgilius Guggenperger, - 1658. - - - 1664.
P. Paulus Metzger, - - 1664. - - - 1666.
P. Vitus Kaltenkrauter, - - 1675. - - - 1676.
P. Rupertus Stockhamer, - 1682. - - - 1683.
P. Auguſtinus Kendlinger, - 1686. - - - 1689.
P. Florianus Reichſigl, - - 1769. - - - - -

Comici fuerunt:

P. Æmilianus Pirchl, ab anno 1637. usque ad annum 1640.
P. Virgilius Guggenperger, ab anno 1664. - - - -
P. Vitus Kaltenkrauter, - - 1688. - - 1696.
P. Auguſtinus Kendlinger, ab anno 1696. - - - -
P. Florianus Reichſigl, - - 1770. usque ad annum - -

Præfecti ſcholarum inferiorum.

P. Virgilius Guggenperger, ab anno 1659. usque ad annum 1667.
P. Vitus Kaltenkrauter, - - 1676. - - - 1691.
P. Florianus Reichſigl, - - 1769. usque ad annum - -

Inferiorum ſcholarum Profeſſores fuerunt ſequentes:

In Poëtica.

P. Joannes Melnardus, ab anno 1621. usque ad annum 1623.
P. Æmilianus Pirchl, - - 1630. - - - 1631.
P. Virgilius Guggenperger, - 1657. - - - 1658.
P. Joſephus Metzger, - - 1658. - - - 1659.
P. Vitus Kaltenkrauter, - - 1672. - - - 1675.
P. Auguſtinus Kendlinger, - 1685. - - - 1686.
P. Florianus Reichſigl, - - 1766. - - - 1769.

In Syntaxi.

P. Placidus Scheibl,	ab anno	1649.	usque ad	annum	1651.
P. Virgilius Guggenperger,	- -	1655.	- -	-	1657.
P. Romanus Molitor,	- -	1661.	- -	-	1662.
P. Paulus Metzger,	- -	1662.	- -	-	1663.
P. Maurus Haslinger,	- -	1700.	- -	-	1701.
P. Gregorius Schattenlechner,	-	1703.	- -	-	1704.
P. Virgilius Leithner,	- -	1706.	- -	-	1707.
P. Florianus Reichsigl,	- -	1763.	- -	-	1765.

In Grammatica.

P. Romanus Stromayr,	ab anno	1632.	usque ad	annum	1633.
P. Placidus Kurbl,	- -	1633.	- -	-	1634.
P. Placidus Scheibl,	- -	1648.	- -	-	1649.
P. Joannes Hofmann,	- -	1649.	- -	-	1651.
P. Virgilius Guggenperger,	- -	1653.	- -	-	1655.
P. Romanus Molitor,	- -	1659.	- -	-	1661.
P. Paulus Metzger,	- -	1661.	- -	-	1662.
P. Vitus Kaltenkrauter,	- -	1668.	- -	-	1669.
P. Joannes Stegbuecher,	- -	1661.	- -	-	1672.
P. Auguſtinus Kendlinger,	- -	1672.	- -	-	1673.
P. Maurus Haslinger,	- -	1699.	- -	-	1700.
P. Gregorius Schattenlechner,	- -	1702.	- -	-	1703.
P. Virgilius Leithner,	- -	1705.	- -	-	1706.
P. Marianus Viechter,	- -	1707.	- -	-	1708.
P. Martinus Starch,	- -	1733.	- -	-	1735.
P. Anſelmus Hintler,	- -	1755.	- -	-	1756.
P. Vitalis Mösl,	- -	1760.	- -	-	1761.
P. Florianus Reichsigl,	- -	1762.	- -	-	1763.

In Rudimentis.

P. Carolus Knödler,	ab anno	1621.	usque ad	annum	1622.
P. Vitus Seidl,	- -	1622.	- -	-	1623.
P. Romanus Stromayr,	-	1631.	- -	-	1632.
P. Placidus Kurbl,	- -	1632.	- -	-	1633.
P. Placidus Scheibl,	-	1647.	- -	-	1648.
P. Virgilius Guggenberger,	-	1652.	- -	-	1653.
P. Romanus Molitor,	- -	1658.	- -	-	1659.
P. Paulus Metzger,	- -	1659.	- -	-	1660.
P. Vitus Kaltenkrauter,	-	1666.	- -	-	1668.
P. Joannes Stegbuecher,	-	1670.	- -	-	1671.
P. Auguſtinus Kendlinger,	-	1671.	- -	-	1672.
P. Joſephus Köllinger,	- -	1691.	- -	-	1693.
P. Maurus Haslinger,	- -	1698.	- -	-	1699.
P. Gregorius Schattenlechner,		1701.	- -	-	1702.
P. Virgilius Leithner,	- -	1704.	- -	-	1705.
P. Marianus Viechter,	- -	1706.	- -	-	1707.
P. Anſelmus Hintler,	- -	1754.	- -	-	1755.
P. Vitalis Mösl,	- -	1759.	- -	-	1760.
P. Florianus Reichsigl,	- -	1761.	- -	-	1762.

DESIGNA-

DESIGNATIO LITTERARUM,

quæ a ſummis Pontificibus, Imperatoribus, Regibus, Ducibus, Archiepiſcopis & Epiſcopis pro Monaſterio ad S. Petrum Salisburgi emanarunt; & quæ vel in originali vel in copiis authenticis exſtant, nec non in hoc chronico aut per extenſum allegantur, vel in compendio citantur.

A SUMMIS PONTIFICIBUS.

PII, IIdi. De inquiſitione in vitam & miracula S. Vitalis Ep. & Abb. De anno 1459. pag. 74. & 75. n. XVII.

LEONIS, Xmi. Licentia de legenda miſſa & recit. horis can. de S. Vitale cum clauſula, anno 1519. pag. 78. & 79. n. XX.

- - - Licentia recitandi officium de S. Vitale cum ſublata clauſula, anno 1520. pag. 79. & 80. n. XXI.

GREGORII, IX. Bulla canonizationis S. Virgilii Ep. Salisb. anno 1233. pag. 113. n. XIX.

LEONIS, IIItii. De uſu Pallii Arnoni conceſſo, & de epiſcopatu Salisburgenſi in Archiepiſcopatum erecto, anno 798. pag. 121. n. IV.

JOANNIS, VIII. Litteræ cum Pallio transmiſſo ad Diethmarum I. anno 877. pag. 148. & 149. n. II.

BENEDICTI, VI. Bulla jus & dignitatem Metropolitanam Friderico I. Arch. Salisb. confirmans, anno 973. pag. 169. & 170. n. III.

EUGENII, IIIdii. Litteræ, per quas Donationes Monaſterio factæ confirmantur, anno 1145. pag. 221. n. XII.

- - - Aliæ confirmantes noſtras poſſeſſiones, præſertim jus ſepulturæ. De anno 1149. Romæ autem transſumptæ anno 1487. pag. 222. & 223. n. XIII.

ALEXANDRI, III. Litteræ ad Monachos Biburgenſes Ord. S. B. De revocando Abbate ad Abbatiam S. Petri, anno 1167. pag. 241. n. II.

INNOCENTII, IIItii. Bulla confirmans omnia bona & poſſeſſiones Monaſterii, anno 1206. pag. 252. & 253. n. II.

GREGORII, IX. De uſu mitræ Monaſterii noſtri abbatibus conceſſo, anno 1231. pag. 265. n. III.

INNOCENTII, IV. Executio ſententiæ delegata Richero Abb. ad S. Petrum, &c. anno 1254. pag. 279. n. XII.

JOANNIS, XXII. Confirmatio omnium privilegiorum Monaſterii, anno 1326. pag. 315. n. IV.

INNOCENTII, VI. Litteræ de uſu Dalmaticæ ſubtilis, &c. anno 1352. pag. 324. n. IV.

- - - Reſcriptum & mandatum de reſtituendis Monaſterio bonis ac decimis injuſte detentis, anno eod. pag. 325. n. V.

URBANI, V. & GREGORII, XI. duplex mandatum de reſtituendis Monaſterii bonis, anno 1367. & 1372. circiter. pag. 232. n. II.

URBANI, VI. Litteræ contra turbatores jurium Monaſterii &c. anno circ. 1385. pag. 339. n. III.

ALEXANDRI, V. De bonis alienatis iterum vindicandis, anno 1409. pag. 341. n. IV. Hujus mandati executio anno 1410. pag. 349. n. XIX.

BONIFACII, IX. Licentia benedicendi calices, patenas &c. anno 1396. pag. 340. n. IV.

NICOLAI, V. Confirmatio variorum privilegiorum, præſertim liberæ ſepulturæ, anno 1446. pag. 389. & 390. n. XXII.

SIXTI, IV. Privilegium ſpeciale de Decimis novalium, anno 1477. pag. 402. n. VII.

- - - Confirmatio & incorporatio eccleſiæ Wiettinganæ, anno eod. pag. 402. n. VIII.

ALEXANDRI, VI. Litteræ confirmantes ſuper poſſeſſiones, privilegia & immunitates, anno 1498. pag. 420. n. IX.

- - - Bulla de incorporatione eccleſ. paroch. in Hallein &c. anno 1500. pag. 426. n. XIX.

JULII, IIdi. De eadem incorporatione &c. anno 1508. pag. 433. & 34. n. VII.

LEONIS, X. Facultas adminiſtrandi ſanctiſſ. Sacramenta &c. anno 1520. pag. 446. n. VI.

PAULI, III. Nova confirmatio de incorp. eccleſ. Abbatisaugienſis loco Hallinenſis &c. anno 1536. pag. 460. & 461. n. VII. & VIII.

AB IMPERATORIBUS ET REGIBUS.

S. HENRICI, II. Diploma orig. donat. Monaſterio factæ, anno 1005. pag. 178. & 179. n. VI.

OTTONIS, IV. Litt. orig. per quas ſpecialem protectionem Monaſterio promittit, anno 1211. pag. 253. n. III.

FRIDERICI, IIdi. Confirmatio indulti de veh. vino. 1237.

- - - Approbatio fundationis a Leopoldo VII. Duce Auſtr. & Styriæ de miſſa quot. ad S. Catharinam, anno 1239. pag. 269. n. VIII.

OTTOCARI, Regis Bohemiæ & Ducis Auſtriæ, confirmatio privil. de libera vectura vini, anno 1256. pag. 279. n. XI.

OTTOCARI, Regis Bohemiæ & Ducis Auſtriæ, aliæ Litteræ de ſpeciali Monaſt. protectione, n. ut ſupra.
RUDOLPHI, Roman. Regis contra inobedientes Monaſt. ſubditos Wiettingæ in Carinthia, anno 1279. pag. 298. & 299. n. XVII.
FRIDERICI, III. Diploma fundationes & donationes Monaſterio factas confirmans, anno 1445. pag. 391. n. XXIV.
- - - Requiſitio ad Rupertum V. pro mittendis religioſis ad Monaſterium Obernburg. anno 1466. pag. 400. n. IV.
- - - Protectio Præpoſituræ in Wietting. anno 1467. & 1468. pag. 409. n. XIX.
MAXIMILIANI, I. Confirmatio omnium privileg. ab anteceſſ. conceſſorum, 1499. pag. 420. n. X.
RUDOLPHI, II. Simile diploma. De anno 1578. pag. 488. n. VIII.
MATHIÆ Imperat. iterata confirmatio omnium privileg. anno 1614. pag. 516. n. XXXII.
FERDINANDI, II. De anno 1630. &
FERDINANDI, III. de anno 1637. De confirm. privil. & determinatione quantitatis, pag. 555. & 556. n. XXXIII. & XXXIV.
JOSEPHI, I. De anno 1707. pag. 635. n. XXVII. CAROLI, VIti de anno 1712. pag. 636. & 637. n. XXVIII. & M. THERESIÆ, Reg & Imperat. De anno 1742. pag. 648. n. XIII. Confirmationes præcedentium privilegiorum.

A
MARCHIONIBUS, DUCIBUS, ET ARCHIDUCIBUS.

S. LEOPOLDI, March. Auſtr. Donatio prædii in Dornbach, anno incerto pag. 225. n. XIV.
HENRICI, II. Ducis Auſtriæ & Bavariæ tria diplomata, 1mum de donatione montis inter duo prædia Dornbach, anno 1150. pag. 235. n. VII.
- - - 2dum de donato prædio Lemerprehtis, anno 1156. pag. 236. n. VIII.
- - - Tertium de donata ſilva ad jugera 82., anno 1155. quod eſt transſumptum anno 1490. pag. 236. & 237. n. IX.
LEOPOLDI, VII. Ducis Auſtriæ & Styriæ, pretioſum diploma de fundatione miſſæ quotid. ad S. Cath. anno 1215. pag. 254. n. IV.
FRIDERICI, Duc. Auſt. & Styr. de libera vini vectura, anno 1313. pag. 314. n. II.
HENRICI, Bavar. Ducis. Mandata ad Officiales, ne ſubditi noſtri tempore belli moleſtiis afficiantur, anno 1324. pag. 315. n. V.
LEOPOLDI, III. Archiducis Auſtriæ, licentia colligendi Steuram neceſſariam Wiettingæ, anno 1378. pag. 341. n. V.
ALBERTI, Archiducis Auſtriæ, anno 1394. &
WILHELMI ſucceſſoris, anno 1396. Licentia de evehenda certa vini quantitate gratis, pag. 341. & 342. n. VI.
ALBERTI, V. Archiducis Auſtriæ Litteræ, per quas domus Dornbacenſis a quadam prætenſione tertii ob jus advocatiæ eximitur, anno 1437. pag. 390. n. XXIII.
ALBERTI, VI. Archiducis Auſtriæ, duæ litteræ de evehendis ſine telonio vinis, anno 1461. & de exempto Dornbachio a jure advocatiæ, anno 1463. pag. 392. n. XXV.

AB
ARCHIEPISCOPIS SALISBURGENSIBUS.

ARNONIS, Archiep. I. Salisb. Libellus, ſeu tabulæ vel inſtrumentum Arnonianum de donationibus Salisb. eccleſ. factis, anno 798. a pag. 124. usque 128. a n. VII. usque XIV.
CONRADI, I. Inſtrum. orig. de donatione antiquæ reſidentiæ Monaſterio factæ, anno 1110. pag. 204. & 205. n. III.
- - - Confirmatio donationis domus eleemoſ. & eccleſ. S. Joan. Bapt. anno 1122. pag. 208. n. II.
- - - Variæ donationum Litteræ ſpeciatim loci Appanove cum jure foreſti, anno 1124. pag. 208. & 209. n. II.
- - - aliæ ab annis 1130. & 1143. & 1144. pag. 216. & 217. n. VIII.
- - - Inſtrumentum erectum, anno 1139. de ceſſ. juris plebeſani a Monachis S. Petri ad DD. Canonicos Cathedrales, & approbatum a D. Severo Præpoſito ac toto Capitulo Salisb. eodem anno 1139. quod utrumque inſtrumentum continetur in litteris transſumptis Romæ, anno 1486. pag. 213. usque 216. n. IV. usque VIII.
- - - Litteræ originales confirmantes omnia privilegia, & donationes ab anteceſſoribus factas trina vice:
1mo anno 1135.
2do anno 1141. &
tertio: anno 1144. pag. 218. usque 221. n. IX. X. & XI.
EBERHARDI, I. duo diplomata confirmantia donationem prædii in Wietting. anno 1147. pag. 231. & 232. n. II.
- - - Aliud diploma, per quod eadem donatio contra impugnantes ſtabilita fuit, anno 1163. pag. 232. n. IV.
- - - Litteræ de anno 1148. per quas jus antiquæ præcedentiæ confirmatur: transſumptæ anno 1463. & aliæ anno 1521. pag. 234. n. V.
- - - Sub eodem Archiepiſcopo ſimiles Litteræ a Capit. Metropol. Salisb. anno 1148. pag. 234. & 235. n. VI.
- - - Duo diplomata: in uno Idem D. Archiep. quædam bona Monaſterio confirmavit, anno 1159. pag. 237. n. X. in altero quamdam litem judiciariam decidit, anno 1160. pag. 238. n. XI.

ADAL-

ADALBERTI, IIdi Archiep. Litteræ de donat. prædii in Unken, anno 1186. pag. 243. & 244. n. VII.
- - - Aliæ, in quibus traditionem prædii in Cederberg, anno 1190. pag. 246. n. III. & rursus aliæ, quibus omnes suorum antecessorum donationes Monasterio factas confirmat, anno 1191. pag. 246. & 247. n. IV.
- - - Aliæ, per quas Parthenoni nostro prædium Waizenove donavit, anno 1190. pag. 247. n. V.
EBERHARDI, IIdi plura diplomata & quidem: 1mum Confirmatio donationis Meingotti Castellani, anno 1204. pag. 255. n. V.
- - - Donatio plurium locorum & Juris decimarum, anno 1207. pag. 255. n. VI.
- - - Donatio unius patellæ & confirmatio alterius patellæ in Halle, anno 1210. pag. 256. n. VII.
- - - Confirmatio antiquæ præcedentiæ, anno 1210. pag. 256. & 257. n. VIII.
- - - Compositio controversiæ circa terminos parochiæ in Wietting. anno 1211. pag. 257. n. IX.
- - - Compositio alterius controversiæ inter Monasterium & Conradum Purggravium de quibusdam prædiis, anno 1214. & 1216 pag. 258. & 259. n. X.
- - - Traditio quorumdam prædiorum ejusdem Conradi Purgravii cum certo quodam concambio, anno 1222. pag. 259. n. XI.
- - - Traditio silvæ ad fluvium Gosach cum consensu Reverendiss. Capituli, anno 1231. pag. 260. n. XII.
- - - Confirmatio aliquorum contractuum, anno 1237. & 1238. pag. 266. & 267. n. V.
- - - Decisio litis & firmatio cujusdam concambii, anno 1238. & 1239. pag. 267. & 268. n. VI.
- - - Donatio Curiæ in Arnstorf, anno 1240. pag. 268. n. VII.
- - - Fundatio trium Luminarium, anno 1241. pag. & n. ut supra,
- - - Confirmatio cujusdam renuntiationis de vinea & pomerio in Krembsee & alicujus præbendæ cum onere Wiettingam translato, anno 1243. pag. 273. n. II.
- - - Donatio variorum bonorum, anno 1244. & 1245. pag. 273. & 274. n. III.
PHILIPPI, Archiep. electi: Litteræ orig. in quibus duo prædia Monasterio adjudicantur, anno 1247. pag. 274. n. IV.
- - - Annullatio conventionis cum Reverendiss. Capitulo de probando jure coëligendi Archiep. anno 1249. pag. 275. n. V.
- - - Confirmatio decimarum a Friderico Archiep. donatarum, anno 1249. pag. 275. & 276. n. VI.
- - - Similis confirmatio decimarum, sepulturæ & aliorum jurium parochialium, nec non exemptio ab omnibus collectis alias quocunque titulo recipi solitis ecclesiæ Wiettinganæ collata, anno 1250. pag. 276. n. VII.
PHILIPPI, Archiep. electi: Duæ litteræ originales de parochia in Seekirchen Richero Abbati ad dies vitæ collata anno 1250. & advocatia illius ecclesiæ libera declarata, anno 1252. pag. 277. n. VIII.
UDALRICI, Archiepiscopi. Restitutio vineæ in Dreunthall vi litterarum, anno 1264. pag. 287. n. III.
ULADISLAI, Archiepiscopi, indulgentiæ pro nostra ecclesia concessæ, anno 1267. pag. 289. n. IV.
FRIDERICI, II. Archiep. Donatio domus seu areæ in Lauffen, anno 1272. pag. 295. & 296. n. XI.
- - - Litteræ contra rebelles Cuffrarios in Halla, anno 1276. pag. 298. n. XVI.
RUDOLPHI, Archiep. Compositio controversiæ circa prædium Schiltlehen in Ensthall, anno 1288. pag. 303. & 304. n. II.
FRIDERICI, III. exemptio prædii Holz a Dominio directo, anno 1322. pag. 314. n. III.
ORTOLPHI, Archiep. exemptio boni Hollenbach a feudali obligatione, anno 1346. pag. 325. n. VI.
- - - Variæ confirmationes de permutatione bonorum, anno 1350. pag 326. n. VII. Item anno 1347. pag. 329. n. XIV. & anno 1365. pag. 333. n. III.
- - - Contractus propter fluvium albulam, anno 1355. pag. 326. n. VIII.
- - - Licentia pro Monast. colligendi subsidium, anno 1356. pag. 326. n. IX.
- - - Fundatio alicujus anniversarii, anno 1358. pag. 328. n. XI.
- - - Exemptio aliquorum bonorum ab obligatione feudali, anno 1361. pag. 328. n. XII.
PILGRINI IIdi Arch. Confirmatio cujusdam emptionis, anno 1366. pag. 334. n. IV.
- - - Litteræ de bonis alienatis restituendis & decimis absque mora solvendis, anno 1386. pag. 342. n. VII.
GREGORII SCHENKII, similes Litteræ compulsoriæ, anno 1398. pag. 342. & 343. n. VIII.
- - - Litteræ fundationis de quodam anniversario, anno 1398. pag. pag. 343. n. IX.
JOANNIS II. de Recherspers, Decretum Visitationis de reformando Monasterio nostro ad D. Abbatem Mellicensem, anno 1431. pag. 365. n. II.
- - - Alia duo Decreta ad Georgium I. Abbatem nostrum pro instituenda Visitatione in Monasterio Burano, anno 1434. p. 368. n. VI. & VII.
- - - Instrumentum confirmationis Abb. Petri, anno 1436. pag. 377. n. III.
SIGISMUNDI, I. Decretum ad Petrum Abbatem nostrum pro visitando Monasterio Millstadiensi, anno 1455. pag. 380. & 381. n. VIII. & Monasterio S. Pauli in Carinthia,

Chron. Monast. S. Petri Salisb.

rinthia, eod. an. pag. 382. n. X. *De Eod. vid. infra.*
BURCHARDI, Mandatum ad eundem Abbatem Petrum de visitando Monasterio Admontensi, anno 1462. pag. 382. n. XI.
FRIDERICI, IV. Simile mandatum de visitatione Monast. mon. S. Georgii in Lengsee, anno 1452. pag. 383. n. XII.
- - - Facultas piscandi in fluvio Ahen concessa, anno 1447. pag. 392. n. XXVI.
SIGISMUNDI, I. Approbatio Venditionis alicujus domus & vineæ, anno 1456. pag. 396. n. XXXII.
BERNARDI de Rhor, Instrumentum confirmat. pro electo Abbate Ruperto V., anno 1466. pag. 399. & 400 n. III.
JOANNIS, III. Litteræ fundat. anniversarii, anno 1489. pag. 405 n. XIII.
LEONARDI, de Keutschach, Instrumentum confirmationis D. Abbatis Virgilii II. anno 1496. pag. 416. & 417. n. IV. & V.
- - - Mandatum ad eundem Abbatem Virgilium pro peragenda confirmatione electæ Abbatissæ monial. ad S. Georgium in Lengsee in Carinth. anno 1496. pag. 421. n. XI.
- - - Simile decretum ad eundem D. Abbatem, ut electioni in Göss interfit, electam confirmet, & Monasterium visitet, anno 1497. pag. 421. & 422. n. XII. & XIII.
- - - Litteræ translationis patellæ salinariæ in Hallein ad cameram Archiep. anno 1506. pag. 432. n. V. & VI.
- - - Litteræ, per quas ecclesia paroch. in Hallein in actualem possessionem traditur, anno 1508. pag. 434. & 435. n. VIII. & IX.
MATHÆI LANGII, dispensatio Joannis Staupitzii ad Abbatiam S. Petri, anno 1522. pag. 450. n. III.
- - - Instrumentum confirmationis ejusdem Abbatis Joannis Staupitzii, anno 1522. pag. 452. & 453. n. V.
- - - Instrumentum confirmationis pro Abbate Chiliano, anno 1525. pag. 458. n. IV.
- - - Litteræ transactionis de permutatione eccles. Hallein. cum Abbatisaug. anno 1533. pag. 459. & 460. n. V. & IV.
- - - Instrumentum confirm. D. Georgii II., anno 1535. pag. 467. n. III.
- - - Simile pro Abbate Ægidio, anno 1535. pag. 470. & 471. n. III.
ERNESTI, I. De permutatione cujusdam molendini cum Monast. anno 1553. pag. 473 n. VI.
- - - Instrumentum confirm. pro Benedicto Abb. anno 1554. pag. 476. n. III.
JOANNIS JACOBI de Kuen, Litteræ convocationis ad duplicem Synodum Salisb. anno 1569. & 1573. pag. 479. & 480. n. VII. & VIII.
- - - Litteræ transactionis cum Benedicto Abbate propter decimas in Riff. anno 1575. pag. 481. n. X.
JOANNIS JACOBI de Kuen, de prædio Daxlueg. anno 1564. pag. 482. n. XI.
- - - Instrumentum confirmat. pro Abb. Andrea, anno 1577. pag. 485. n. II.
- - - Simile pro electo Abbate nostro Martino, anno 1584. pag. 495. n. VI.
WOLFGANGI THEODORICI, Archiep. Litteræ de receptis feudis in specie de prædio Lind seu Aigl. anno 1604. pag. 497. n. VIII.
- - - Simile de variis locis in Pongeu, anno 1603. pag. 498. n. IX.
- - - de quibusdam decimis, anno 1594. pag. 499. n. X.
- - - De permutatione loci Frongarten. anno 1599. pag. 513. n. XXIX.
- - - De emptione & permutatione alicujus domus, anno 1606. & 1613. pag. 514. & 515. n. XXX. & XXXI.
MARCI SITTICI, Instrumentum electionis aut postulat. pro Joachimo Abbate, anno 1615. pag. 519. n. III.
- - - Litteræ fundat. pro novo gymnasio &c. anno 1617. pag. 523. n. VIII.
- - - Litteræ adhortatoriæ pro conservanda Disciplina Monastica, anno 1619. pag. 528. n. XIII.
PARIDIS, Archiep. Instrumentum confirmat. pro Alberto III. Abbate, anno 1626. pag. 534. & 535. n. V.
- - - Decretum originale pro instituenda congregatione Benedictina Salisburgensi, anno 1636. pag. 552. n. XXIX.
- - - Aliud ad faciendam dicti decreti executionem, anno 1641. pag. 553. n. XXXI.
GUIDOBALDI, Instrumentum confirmationis pro electo Amando Abbate, anno 1657. pag. 567. n. VI.
- - - Super donatione ædificii cum consensu Capituli, anno 1657. pag. 569. n. IX.
- - - Instrumentum transactionis cum consensu ejusdem D. Archiep. super cessione antiq. præced. anno eodem pag. 570. & 571. n. X.
- - - Simile instrumentum hanc transactionem confirmans, anno eodem pag. 572. n. XI.
MAXIMILIANI GAND. Instrumentum confirmat. pro Abbate Edmundo, anno 1673. pag. 585. n. IV.
- - - De fundatione Plainensi, anno 1675. pag. 592. & 593. n. XIII.
- - - De fundat. Monast. Ord. S. August. Eremitarum in Tittmoning & Hallein, anno 1682. pag. 593. & 594. n. XIV. & XV.
JOANNIS ERNESTI, fundatio duplicis anniversf. anno 1695. & 1696. pag. 595. n. XVI. & XVII.
- - - Instrumentum confirmationis post electionem Caroli Abbatis, anno 1702. pag. 613. n. III.

JOAN-

JOANNIS ERNESTI, ſimile pro electo D. Placido Abbate, anno 1704. pag. 621. n. V.
- - - Litteræ conceſſionis de loco Ebnerwald ſeu alpibus Prennwaldianis, anno 1767. pag. 629. n. XVII.
LEOPOLDI, Inſtrum. Confirm. pro electo Abbate Godefrido, anno 1741. pag. 644. n. V.
JACOBI ERN. Litteræ exemptionis de prædio Sogger a dom. directo, anno 1745. pag. 650. n. XV.
SIGISMUNDI, III. Inſtrumentum confirmat. pro electo Beda Abbate, anno 1753. pag. 659. n. IX.
- - - Inſtrumentum incorporationis de novo ad S. Annam vicariatu in Abbatisaugia, anno 1767. pag. 663. n. XIV.

A VARIIS EPISCOPIS.

REGINBERTI, Epiſc. Paſſav. Litt. de conſecrat. capellæ in Dornbach & decimis huic capellæ collatis, anno 1138. pag. 225. & 226. n. XV.
GEBHARDI, Epiſc. Paſſav. Litteræ de compoſita controverſia inter Monaſterium & Plebanum Viennenſem ob cauſam decimarum & exemptionem in Parochia Dornbac. anno 1226. pag. 260. & pag. 261. n. XIII.
BERTHOLDI, Ep. Paſſ. Confirmatio exempt. Capellæ in Dornbach, anno 1251. pag. 277. & 278. n. IX.
OTTONIS, Epiſc. Paſſav. iterata confirmatio ſuper exemptione Capellæ in Dornbach. anno 1262. pag. 284. n. V.
ALBERTI, Epiſc. Chiemenſis: Litteræ de permutatione alicujus loci, anno 1313. pag. 312. n. XII.
CHUNRADI, Epiſc. Chiem. Litteræ alicujus fundationis, anno 1343. pag. 318. & 319. n. X.
UDALRICI, Epiſc. Paſſ. Confirmat. decimarum & privileg. capellæ in Dornbach, anno 1455. pag. 393. n. XXVII.
PHILIPPI, Epiſc. Vienn. Inſtrumentum transact. de jure parochiæ in Dornbach, anno 1659. pag. 576. n. XVIII.

INSTRUMENTA MISCELLANEA.

Inſtrumentum de elevatione reliquiarum S. Ruperti in eccleſ. S. Petri, anno 1627. pag. 54. & 55. n. XXIV.
Inſtrumentum ſimile de apertione Corporis S. Vitalis Epiſc. anno 1627. pag. 68. & 69. n. XII.
- - - Duo inſtrumenta de noviori apertione reliquiarum S. Vitalis, anno 1762. pag. 70. & 71. n. XIII.
Inſtrumentum elect. Petri Abbatis, anno 1436. pag. 375. & 376. n. II.
- - - Simile de electione Abb. Virgilii II. anno 1495. pag. 414. & 415. n. II. & III.
- - - De elect. Abbatis Wolfgangi, anno 1502. pag. 429. n. II. & III.
- - - De elect. Joannis IV. Staupitzii, anno 1522. pag. 450. & 451. n. IV.
- - - De electione Abbatis Chiliani, anno 1525. pag. 457. & 458. n. III.
Inſtrumentum ſententiæ definitivæ pro Monaſt. in cauſa decimarum novalium, anno 1532. pag. 463. n. X.
- - - De electione Abbatis Georgii II., anno 1535. pag. 466. n. II.
- - - Simile in electione Abbatis Ægidii, anno 1535. pag. 469. n. II.
Inſtrumentum pro conſtituendo procuratore in Concilio Trident. anno 1562. pag. 478. n. VI.
- - - Pro electione Martini Abbatis, anno 1584. pag. 493. & 494 n. V.
- - - Simile in electione Alberti Abb. anno 1626. pag. 532. n. III.
Litteræ transactionis circa ſepulturam & proviſionem familiarium Monaſterii, anno 1626. pag. 544. n. XVIII.
Inſtrumentum electionum pro Abbate Amando, anno 1657. pag. 566. n. VI.
- - - Elevationis corporis S. Amandi Epiſc. anno 1661. pag. 577. & 578. n. XX.
- - - In electione Edmundi Abb. anno 1673. pag. 584. & 585, n. III.
Litteræ permutationis montis Riettenburg. anno 1674. pag. 588. & 589. n. VII. VIII. & IX.
Inſtrumentum elect. Abbatis Caroli, anno 1702. pag. 611. & 612. n. II.
- - - Simile in elect. Placidi Abb. anno 1704. pag. 619. & 620. n. IV.
- - - In elect. Abbatis Godefridi, anno 1741. pag. 641. n. IV.
Litteræ redemptionis tertiæ partis Steuræ pro dominio Dornbacenſi, anno 1742. pag. 649. n. XIV.
Inſtrumentum electionis pro Beda Abbate, anno 1753. pag. 656. & 657. n. VII. & VIII.

INDEX ALPHABETICUS
RERUM ET VERBORUM MAGIS NOTABILIUM,
QUÆ IN HOC CHRONICO CONTINENTUR.

Primus numerus, qui vulgaris eſt, *paginam*, cifra vero Romana *numerum* denotat *marginalem*.

A.

Abbatis-Augienſis eccleſia.
Quo anno & ſub quibus conditionibus cum eccleſia Hallinenſi permutata? pag. 458. a n. V. usque VIII.

Adalbertus Archiep. Salisb.
fuit verus Archiepiſcopus. 145. & 146. n. I. a quo pallium acceperit? n. II. quo anno mortuus & ubi ſepultus fuerit? ibid.

Adalbiuus Archiep. Salisb.
Succeſſor ab anteceſſore Luipramo educatus. 142. n. I. accepit pallium a Nicolao Pap. ibid. attulit Roma Salisburgum SS. Chryſanthi & Dariæ & alia SS. Corpora. n. II. Multa in- & extra provinciam præclare geſſit. 144. n. III. quo anno mortuus & ubi ſepultus? n. IV.

B. Adalramus Archiep. Salisb.
quis antea fuerit? quo anno electus, & quando pallium acceperit? 137. n. II. ejus elogium. ibid. quæ alia geſſerit, & quo anno mortuus? 138. n. III.

Admont Monaſt. O. S. Bened.
quo anno & a quo fundatum? 190. n. XI. ibidem primus adminiſtrator Arnoldus. n. XII. primus autem Abbas Iſingrinus, uterque ex Monaſt. S. Petri Salisb. n. XIII. inter hoc & illud controverſia quædam compoſita. pag. 261. a n. XIV.

Ægidius Abbas S. Petri Salisb.
quis ante electionem fuerit? 469. n. I. in Abbatem electus & confirmatus. 469. & 470. n. II. & III. aliqua bona vendidit, & quæ? 471. n. IV. aliqua etiam nova comparavit. 473. n. VI. multos religioſos ſuſcepit. 474. n. VIII.

Aigl ſeu prædium Lind.
quo anno & cujus opera ad Monaſterium S. P. pervenerit? 496. n. VIII.

Albertus ſeu Adalbertus Archiep. Salisb.
dedit Monaſterio prædium in Unken. 243. n. VII. traditionem prædii in Cederbach 246. n. III. & Donationes omnium anteceſſorum confirmavit. n. IV.

Albertus Archidux Auſtriæ.
dedit licentiam evehendi vinum. 341. n. VI.

Albertus V. Archidux Auſtriæ.
adjudicavit monaſterio S. P. Jus advocatiæ in Dornbach. 390. n. XXIII.

Albertus VI. Archidux Auſtr.
confirmavit Monaſterio privilegium evehendi vinum. 392. n. XXV. ſtabilivit Jus advocatiæ in Dornbach. ibid.

Albertus I. Abbas S. Petri Salisb.
in ordine 30mus 201. n. I. ejus regimen inter adverſa & breve. ibid. factæ tamen ſub eodem variæ fidelium donationes. n. II.

Albertus II. Abbas S. P.
quam breve & infauſtum ejus regimen? 282. n. I. quæ ſub hoc Abbate acciderint? 283. a n. I. usque V.

Albertus III. Abbas S. P.
dictus Keuslin & profeſſus Ottoburæ. pag. 531. n. II. primus Rector Univerſitatis Salisburgenſis. ibid. inde petitus & electus in Abbatem ad S. Petrum Salisb. 532. n. III. confirmatus & benedictus. 534. n. VI. qualem curam habuerit pro diſciplina regulari? 535. n. VII. qualem pro ſtudiis? 536. n. VIII. pro meliori modo vivendi? 537. n. IX. quas in ædificiis reparationes fecerit? n. X. qualiter ſupellectilem ſacram & profanam auxerit? 538. n. XI. quot aliis modis Monaſterii bonum promoverit? 539. n. XII. & XIII. qualem curam habuerit pro collegio benedictino? 540. n. XIV. ſpecialiter pro convictoribus? ibid. quam hoſpitalis exſtiterit? 542. n. XV. & XVI. quam miſericors erga pauperes? 543. n. XVII. iniit transactionem circa proviſionem & ſepulturam familiarium. 544. n. XVIII. curavit aperiri ſepulchra S. Ruperti & Vitalis. 545. n. XIX. inſtituit duas confraternitates. 546. n. XX. fuit Viſitator generalis noſtri ordinis in diœceſi. 546. n. XXI. & quot annis? 547. n. XXII. quid egerit & præſtiterit in congreſſu Abbatum Benedictino Ratisbonæ? 547. a n. XXIII. usque XXVIII. ſub hoc Abbate fuit erecta congregatio benedictina Salisburgenſis. pag. 552. a n. XXIX. & ſeq. obtinuit non tantum confirmationem privilegii Auſtriaci, ſed etiam determinationem quantitatis. pag. 554. n. XXXIII. & XXXIV. ſcripſit & typis edidit catalogum Abbatum S. Petri. 556. n. XXXV. transferri curavit dedicationem eccleſiæ S. Petri. n. XXXVI. publicas calamitates & privatas afflictiones expertus a n. XXXVII. usque XXXIX. ante mortem moderationem anniverſariorum obtinuit. 559. n. XL. quo anno obierit? 560. n. XLI. ubi ſepultus? n. XLII. ejus vitæ ſynopſis. 562. n. XLIII.

Alcuinus.

Alcuinus
ad quem sub nomine *Aquilæ* scripserit? 94. n. III. quid de Arnone Archiepiscopo referat? 131. n. XVII.

Alexander VI. SS. Pontif.
confirmavit omnes possessiones Monasterii S. Petri. 420. n. IX. confirmavit incorporationem ecclesiæ in Hallein. 426. n. XIX.

S. Amandus Episcopus.
præcipuus Patronus Monasterii ad S. Petrum. 44. n. XV. ejus reliquias an & quando S. Rupertus Salisburgum attulerit? pag. 44. & 45. n. ibid. qualis hic S. Amandus fuerit? pag. 45. n. XVI. an Episcopus Wormatiensis? 45. n. XVII. vel Episcopus Trajectensis? pag. 47. n. XVIII.

SS. Amandi Episcopi
plures fuerunt hujus nominis. pag. 45. & 46. n. XVI. qualis fuerit S. Amandus, cujus reliquias a S. Ruperto allatas fuisse creditur? *vid. S. Amandus ut supra.*

Amandus Abbas S. Petri.
scripsit vitam S. Vitalis. 57. n. II. ejusdem de S. Vitale, an & quando discipulus S. Ruperti esse cœperit? quadruplex opinio. 58. n. ibid. quis ante electionem fuerit, & quo anno electus? 562. n. III. quam strenue brevi post electionem bonum Monasterii promoverit? 563. n. IV. & V. qua die confirmatus & benedictus? 566. n. VI. quam ardua negotia primo anno composuerit? 568. & seq. a n. VII. usque XI. primo etiam anno novum in claustro ædificium cœpit. 572. n. XII. quod post triennium finiit & benedixit. 573. n. XIII. struxit novam cellam vinariam. 574. & novam cryptam pro defunctis. n. XV. quæ alia renovaverit, & utilia præstiterit? 575. n. XVI. composuit controversiam circa parochiam Dornbacensem. n. XVII. & XVIII. transtulit reliquias S. Amandi. 577. n. XIX. & XX. non pauca opuscula typis edidit. 579. n. XXI. plura in manuscriptis reliquit. n. XXII. in quanta pietatis fama & quo anno mortuus? 580. n. XXIII. & XXIV. ubi sepultus? 581. n. XXV.

Ammilonius Abbas S. P.
an? & quomodo Archiepiscopus Salisburgensis dici possit? 13. n. XV. verus successor Arnonis. 133. n. I. & II. post breve regimen obiit & ubi sepultus? 134. n. III.

Andreas Abbas S. P.
quo anno electus & confirmatus. 385. n. I. & II. in abbatiali officio non bonus paterfamilias. 485. n. III. promotor extinctionis monialium ad S. P. n. IV. ab officio primum suspensus. 487. n. V. exin etiam depositus. n. VI. ubinam residuum vitæ transegerit? 488. n. VII. obtinuit confirmationem privilegii Austriaci. ibid. n. VIII.

Ansologus Abbas S. P.
an fuerit Episcopus & Abbas? pag. 13. n. XV. an ex numero Episcoporum Salisburgensium eliminandus? ibid. non fuit socius S. Ruperti ex patria reversi. 44. n. XIV. non quidem Episcopus consecratus, sed tantum electus. 81. n. I. rexit tamen ecclesiam Salisburgensem. 82. n. II. item 83. & seq. III. IV. & V. an & quid de eo in particulari dici possit? 87. n. VI.

Appanove seu Abbtenau.
quo anno ad Monasterium S. Petri stabiliter pervenerit? 209. n. II.

Aquarum inundatio.
quanta Salisburgi fuerit anno 1567. pag. 483. n. XIII. & rursus quam vehemens anno 1598. pag. 508. n. XXII.

Arno I. Episcopus Salisb.
Quis fuerit, & unde venerit? pag. 117. n. I. an fuerit frater Alcuini vel Albini flacci? 118. n. ibid. fuit successor Bertrici in episcopatu & abbatia. n. II. quanta hujus Præsulis ante Archiepiscopatum fuerint merita? 119. & 120. n. III. primus Salisburgensis Archiepiscopus. 120. n. IV. Arnonis tabulæ, seu instrumentum donationis quando nam compositæ? 121. n. V. & seq. *Vid. Instrumentum Arnonis.* ejusdem zelus in Pannonia & Carinthia. 128. n. XIV. habuit controversiam cum Patriarcha Aquileensi circa jus diœcesanum in Carinthia, & qualiter hæc lis composita? ibid. comitabatur Leonem III. SS. Pontificem a Carolo M. Romam redeuntem. 129. XV. excepit utrumque Salisburgi. 130. n. XVI. an? & ubi Synodum celebraverit? 130 n. XVII. an ecclesiam S. Amandi restauraverit Salisburgi, an vero in Belgio? 131. n. ibid. an B. Arno reliquias S. Amandi attulerit? ibid. huic Archiepiscopo etiam beneficium Albulæ fluvii adscribitur. ibid. qualem permutationem cum Henrico Abbate Lunælacensi fecerit? ibid. fuit intimus Caroli M. consiliarius. 132. n. XVIII. septem annis post ipsius obitum etiam ipse mortuus & ubi sepultus? ibid. sub hoc Arnone floruit monastica disciplina. 136. n. I.

Arnoldus Monachus S. Petri.
primus administrator in Monasterio Admontensi. 190. n. XII.

Arnolfus Ratisbonensis.
quis fuerit? pag. 9. n. X. quid de Theodone scribat? ibidem.

Austrasiæ Reges.
qualis eorum ordo ab anno 511. usque 768. pag. 16. n. XVIII. & rursus eorum alia series ab anno 508. usque 761. pag. 17. n. XIX.

Aventinus.
quid de adventu S. Ruperti in Bavariam sentiat? pag. 5. n. V.

B.

Baldericus Abbas S Petri.
in ordine 33tius. 211. n. I. restauravit Monasterium

nasterium flammis consumptum. n. II. sub eodem translatum fuit Jus plebesanum. 212. a n. III. usque VIII. varia bona per donationem accepit a Conrado I. Archiepisc. 216. n. VIII. ab eodem confirmationem donationum præcedentium. 218. a n. IX. usque XI. obtinuit confirmationem privilegiorum a SS. Pont. Eugenio III. pag. 221. n. XII. & XIII. montem in Dornbach a S. Leopoldo 225. n. XIV. capellam cum annexis in Dornbach a Reginberto Patavienſi Episcopo. 225. n. XV. sub hoc Abbate, quæ alia bona accesserint Monasterio? 226. n. XVI. & quæ permutationes bonorum acciderint? 227. n. XVII. beato sine quievit. 229. n. XVIII. eidem S. Rupertum apparuisse traditur. ibid.

Baronius S. R. E. Card.
quid de anno Adventus S. Ruperti scribat? pag. 26. n. XXIX.

Bavariæ Duces.
eorum series chronologica ab anno 511. usque 768. pag. 16. n. XVIII. & iterum diversa ab anno 508. usque 761. pag. 17. n. XIX.

Bavariæ nobiles.
quænam bona contulerint ad episcopatum Salisburgensem? pag. 125. n. IX.

Beda Abbas S. Petri.
anno 1753. in Abbatem electus & confirmatus. 652. a n. II. & seq. post sex menses a neoconsecrato Archiepiscopo in ecclesia ad S. Petrum benedictus. 660. n. X. ad consueta officia denominatus. n. XI. & seq. fecit varias reparationes 662. n. XIII. obtinuit incorporationem vicariatus ad S. Annam. 663. n. XIV.

S. Benedicti Ordo.
a S. Ruperto in Monasterio S. Petri introductus. pag. 41. n. XI. an eundem etiam S. Rupertus professus? pag. 41. n. XII. & pag. 42. n. XIII.

Benedictus VI. Sum. Pont.
confirmavit dignitatem Metropolitanam Salisburgensem. 169. n. III.

Benedictus O. S. B. Abbas in Monsee.
peregit ex commissione apostolica incorporationem parochiæ in Wietting. 402. & 403. n. VIII. & IX.

Benedictus Abbas ad S. P.
quis fuerit ante electionem? 475. n. I. in Abbatem electus & confirmatus, quo anno? n. II. & III. qualem se in abbatiali munere gesserit? 477. n. IV. quo anno obierit? ibid. constituit tempore Concilii Tridentini procuratorem, & quem? 478. n. V. & VI. ad Synodum Salisburgensem bis vocatus. 479. & 480. n. VII. & n. VIII. quæ alia pro Monalterii bono gesserit? 481. n. IX. usque XII. post multa adversa obiit. 483. n. XIII.

Bernardus Viechterus.
Monachus S. Petri immensæ molis manuscriptorum collector. pag. 3. n. III.

Bertholdus Abbas S. Petri.
Buræ professus, an etiam Abbas ibidem? pag. 26. n. I. exin Abbas Admontensis, & inde ad S. Petrum. 265. n. II. an hic Bertholdus primus infulatus? n. III. quo anno & qua die eidem mitra fuerit imposita? 266. n. III. obtinuit varias contractuum confirmationes. 267. a n. VI. dono accepit curiam in Arnstorf 268. n. VII. quæ aliæ confirmationes, donationes & compositiones sub hoc Abbate acciderint? 268. & seq. a n. VIII. usque X. quo anno mortuus? 271. n. X.

Bertholdus Episcopus Passav.
confirmavit exemptionem capellæ in Dornbach. 277. n. IX.

Bertholdus de Mosburg.
quam iniquus in sede Salisburgensi invasor? 193. n. I. ejus graves in S. Thiemonem persecutiones. 198. n. VI. & VII.

Berthricus Abbas ad S. P.
an & quomodo etiam episcopis adnumerandus? 13. n. XV. fuit verus Abbas ad S. P. 114. n. I. Successor S. Virgilii. 115. n. II. quamvis non Episcopus consecratus. ibidem.

Bollandus.
qualem computum fecerit de ætate S. Ruperti. 5. n. VI.

S. Bonifacius Archiep. Mogunt.
Ejusdem quanta in Bavariam & ecclesiam Salisb. merita? 92. n. I. an & qualis inter S. Bonifacium & S. Virgilium controversia? 99. & 100. n. IV.

Bruschius.
quid de Monasterio S. Petri a S. Ruperto fundato scripserit? 26. n. XXIX.

Burchardus Archiep. Sal.
promotor esse voluit canonizationis S. Vitalis. 74. & 75. n. XVII. & XVIII.

C.

Carolus Magnus.
quantum æstimaverit Arnonem I. Archiepiscopum Salisb.? 120. n. IV. hujus interventu Arno ad Archiepiscopatum promotus. ibid. excepit Leonem III. Pont. 129. n. XV. quandonam Salisburgum venerit Carolus Magnus? 130. n. XVI. quandonam & ubi mortuus? 132. n. XVIII.

Carolus Abbas S. P.
in ordine 73tius. quo anno electus, confirmatus, & benedictus. pag. 610. n. I. & seq. quis ante electionem fuerit? 616. n. VI. quo anno & ubi mortuus? 617. n. VIII.

Childeberti Austrasiæ seu Francorum Reges.
plures ejusmodi nominis. pag. 16. n. XVIII. & pag. 17. n. XIX. sub quonam fuerit S. Rupertus? ibid. Item. pag. 24. n. XXVII.

Chilianus Abbas ad S. P.
Ejus vitæ & triſtis obitus brevis Synopſis. 455. n. I. & II. anno 1525. in Abbatem electus. 456. n. III. & confirmatus 458. n. IV. ſub hoc Abbate facta permutatio eccleſiæ Hallein. cum abbatisaugienſi. 458. a n. V. & ſeq. variis modis monaſterii bonum promovit. 462. n. IX. ſententiam in cauſa novalium pro favore Monaſterii obtinuit. 463. n. X. multas calamitates perpeſſus & demum aquis ſubmerſus obiit. 465. n. XI.

Chitomarus Dux Carinthiæ.
invitavit S. Virgilium pro converſione Carinthiæ. 106. n. XI. & XII.

Chronicon.
De monaſterio S. Petri conſcribendi quis finis? pag. 1. n. III. quinam ad hoc ſubſidia litteraria contulerint? n. III. ibid.

Chronologia.
de adventu S. Ruperti & fundatione Salisburg. eccleſiæ quam incerta? & quare? 4. n. IV. quam varie de hac auctores ſcribant? a pag. 5. a n. V. usque pag. 24. n. XXVI. Chronologia Regum Auſtraſiæ & Ducum Bavariæ ab anno 511. usque 768. pag. 16. n. XVIII. & rurſus alia ab anno 508. usque 761. pag. 17. n. XIX. Chronologia ſucceſſionis Præſulum a S. Ruperto usque ad Fridericum Imum quam ſolide probari valeat? pag. 166. n. I.

SS. Chryſanth. & Daria M. M.
eorum reliquiæ a quo & quando Salisburgum allatæ? 143. n. II.

Chunialdus.
fuit diſcipulus S. Ruperti pag. 44. n. XIV. ejus reliquiæ a S. Virgilio in novam eccleſiam translatæ. 109. n. XIV.

Chuno Abbas S. Petri.
in ordine 43tius 282. n. I. reconciliavit Monaſterium cum Archiep. Ulrico. 286. n. II.

Chunradus, ſeu Conradus I. A. S.
quis fuerit? & quandonam in Archiepiſcopatu ſucceſſerit? 204. n. II. & III. antiquam reſidentiam Monaſterio donavit, & quare? n. II. & III. vocat ſe ipſum 27mum miniſtrum poſt S. Rupertum 205. n. III. quam munificus erga Monaſterium S. Petri? 208. n. II. transtulit jus plebeſanum a Monaſterio ſub certis conditionibus. 213. & 214. n. IV. & V. Varia bona Monaſterio donavit. 216. n. VIII. & antiquas donationes confirmavit. 218. a n. IX. usque XI. ejus conſilio multa alia bona acceſſerunt Monaſterio. 225. n. XIV. & n. XV.

Chunradus Imus Abbas S. Petri.
prius Abbas Seittenſtettenſis, ad Abbatiam S. Petri vocatur. 249. n. II. poſt tres annos reſignavit. ibid.

Chunradus II. Abbas S. Petri.
ejus vitæ & mortis Synopſis. 313. n. I. obtinuit varias a variis gratias & favores. 314. n. II. & III. IV. & V. confœderationes ſpirituales iniit. 315. a n. VI. & ſeq. ſub eodem variæ acciderunt fundationes. 318. n. IX. & X. quædam etiam bona per donationem accepit. 319. n. XI. aliqua emit. 320. n. XII. locavit & permutavit. n. XIII. vixit ſub quatuor Archiepiſcopis. 321. n. XIV.

Clerici.
an & quinam fuerint præter monachos tempore S. Ruperti? pag. 41. n. XI.

Confœderationes.
cum Monaſterio in Müllſtat. 297. n. XIV. cum canonia ad S. Nicol. 307. n. II. cum Monaſterio in Oſſiach. 309. n. VII. cum Monaſterio S. Pauli, S. Mich. in Beurn, S. Lamberti in Seeon. 312. n. XI. cum Ciſtertio & Raittenhaslach. 315. n. VI. cum Monaſterio Admont & Monſee. 316. n. VII. Aſpach & ad Scotos Viennæ. 317. n. VIII. cum Monaſterio Ranshofienſi. 385. n. XV. Voravienſi. ibid. n. XVI. Rorenſi. 386. n. XVII. Cremifanenſi. 387. n. XVIII. Lambacenſi. n. XIX. Mellicenſi. 388. n. XX. aliæ partim renovatæ, partim noviter erectæ. 389. n. XXI. cum Monaſterio Gottwicenſi in Auſtria. 404. n. X. cum Monaſterio Rottenſi in Bavaria. n. XI. S. Magni prope Ratisbonam. 405. n. XII. diverſæ cum diverſis Monaſteriis partim noviter erectæ, partim renovatæ. 436. n. X. cum Attilenſi in Bavaria. 474. n. VII.

Confœderationes cum Univerſitate Salisb.
quænam primæ fuerint? 526. n. X.

Confraternitas S. Roſarii.
quo anno in Monaſt. S. Petri erecta? 546. n. XX. fuit ad collegium translata. ibid.

Congregatio benedictina Salisb.
quo anno introducta? quo authore? & quo anno primum capitulum celebratum? 552. n. XXIX. usque XXXII.

Conventus Abbatum Ord. S. Ben. Ratisbonæ.
quo anno inceptus? in quem finem? quinam ibi præſentes? quid in eo tractatum? quando finitus? a pag. 547. usque 551. a n. XXIII. usque XXVIII.

Convictus religioſus benedictinus.
fuit quondam ad S. Petrum. 541. n. XIV. quo anno ad collegium translatus? ibid.

SS. Criſpini & Criſpin. M. M.
eorum reliquiæ Salisburgum allatæ, a quo & quando? 143. n. II.

Cuffrarii in Halla.
quondam ſeditioſi contra Monaſt. S. Petri. 298. n. XVI.

D.

Dabda, vel Dobda.
Epiſcopus græcus tempore S. Virgilii quis fuerit? 97. n. I. item 101. n. VI.

Decimæ novalium.
de his ſpeciale privilegium fuit conceſſum Monaſterio S. P. 402. n. VII. & juxta hoc in cauſa novalium fuit deciſum. 463. n. X.

B. Diethmarus I. Archiep. Sal.
fuit extraneus. 148. n. I. & qualiter ad Archiepiſcopatum promotus ? ibid. poſt pallium acceptum profectus Romam. n. II. corpus S. Vincentii M. attulit. 149. n. III. an Roma, an ex Gallia? n. IV. fuit Archicapellanus Arnulphi Imperatoris. 150. n. V. in tuendis juribus, quam zeloſus ? 151. n. VI. fuit etiam conſiliarius Ludovici. ibid. in expeditione bellica occiſus, & quo anno n. VII. & VIII.

Diethmarus II. Abbas S. P.
ex Abbatia Millſtattenſi ad abbatiam Monaſt. S. Petri vocatus. 291. n. I. quám variæ locationes bonorum acciderint ſub hoc Abbate? 292. a n. II. usque IX. compoſuit quandam controverſiam. 295. n. X. obtinuit aream in Lauffen. n. XI. emit domum in Milldorf. 296. n. XIII. iniit confœderationem cum Monaſt. Millſtat. 297. n. XIV. ſub eodem celebratum fuit capitulum generale. n. XV. quæ alia laude digna acciderint ſub hoc abbate ? 299. a n. XVIII. usque XXI. quo anno obierit ? & quam præclari viri ſub hoc Abbate floruerint ? 301. n. XXII.

Dietricus Pruchler.
ex Monacho S. Petri factus Abbas ad S. Paulum in Carinthia. 301. n. XXII.

Diſcipuli S. Ruperti.
quinam fuerint, qui a S. Virgilio pro teſtibus fuerunt adducti ? pag. 18. n. XX. & XXI. quinam veri diſcipuli fuerint S. Ruperti, quos ex patria ſecum Salisburgum duxit. pag. 43. & 44. n. XIV. an inter hos etiam Anſologus, Savoſus & Ezzius? pag. 44. n. ibid.

Dikerus Franciſcus.
illuſtris rerum Salisburgenſium compilator usque ad annum 1668. pag. 2. n. II.

Donationes.
quales fuerint ſedi Salisburgenſi factæ ? *V. Inſtrum. Arnonis.* quales ſub Titone Abbate? 180. n. VII. quales ſub Ruperto III. & Gerwico Abb. 187. n. VIII. pag. 188. n. X. ſub Alberto I. pag. 201. n. II. qualis fuerit prima a Conrado I. Arch. Salisb. facta ? 204. n. 3. quæ donationes ſub Abbate Wezelino? 206. n. IV. ſub Abbate Reginberto 208. & 209. n. II.

Dornbachium.
quo anno & qualiter ad Monaſterium S. P. devenerit ? 225. n. XIV. item 235. n. VII. & VIII. de illius capella. vid. pag. 277. n. IX. jus advocatiæ ibidem Monaſterio adjudicatum. 390. n. XXIII. item 392. n. XXV. circa parochiam ibidem controverſia compoſita. 575. n. XVII. & XVIII. fuit anno 1683. devaſtatum. 602. n. XXVII.

E.

Eberhardus I. Archiep. Salisb.
confirmavit primam donationem Wiettingæ. 231. n. II. & ab aliis impugnatam rurſus ſtabilivit. 232. n. III. confirmavit quasdam donationes & permutationes. 233. n. IV. nec non jus antiquæ præcedentiæ. 234. n. V. decidit aliquam litem judiciariam. 238. n. XI.

Eberhardus II. Archiep. Salisb.
varias donationes confirmavit & Monaſterii jura. 254. a n. V. usque VIII. controverſias compoſuit. 257. n. IX. & X. approbavit aliquod concambium. 259. n. XI. dedit Monaſterio aliquam Silvam. 260. n. XII. rurſus aliquos probavit contractus ſub Berchtoldo Abbate. 266. n. V. aliquam litem decidit. 267. n. VI. & aliquam curiam donavit in Arnſtorf. 268. n. VII. luminaria fundavit. ibid. aliquam donationem Wernheri militis confirmavit. 270. n. X. quam benignus erga Monaſterium etiam ultimis vitæ annis? 272. n. III.

Eccleſia Cathedr. Salisb.
quam miſere anno 1598. conflagraverit? deſcribitur. 509. n. XXIII.

Eccleſia S. Michaelis Salisb. in civ.
ejus origo, reparatio & conſecratio. 242. n. III. ejus noviſſima reſtauratio & renovatio. pag. 662. n. XIII.

Edmundus Abbas S. Petri.
ex Priore in Abbatem electus. 583. n. II. & ſeq. quæ munia ante electionem geſſerit? 586. n. V. quis in abbatia fuerit? 587. n. VI. quæ bona permutaverit? 587. a. n. VII. usque IX. quæ comparaverit? 590. n. X. & ſeq. quid de fundationibus variis ipſo vivente in favorem Monaſterii factis? 592. a n. XIII. usque XIX. ſub hoc Abbate fuit Sæculum undecimum Salisburgenſe celebratum. 598. a n. XX. & ſeq. ad cujus ornatum hic Abbas multa impendit. pag. 600. a n. XXIV. & ſeq. publicas etiam calamitates expertus. 602. n. XXVII. fuit Viſitator monaſteriorum monialium generalis. 603. n. XXVIII. ante mortem ſpirituale teſtamentum condidit. ibid. n. XXX. quo anno mortuus & ubi ſepultus? 606. n. XXXI.

Egilolphus Archiep. Salisb.
inter adverſa quam breve ipſius regimen? 158. n. I. & II.

Elſenbach Monaſt. O. S. Bened.
Nunc ad S. Vitum in Bavaria, quo anno fundatum? 185. n. VI. habuit primum Abbatem & religioſos ex Monaſterio S. Petri. ibid. qualem olim obligationem habuerit erga Monaſterium S. P. in electione ſuorum Abbatum ? 278. n. X. de aliqua inter hoc & Monaſterium S. Petri controverſia, & qualiter compoſita? 348. n. XVIII.

Engelbertus Abbas S. Petri.
in ordine 46tus. quis fuerit? 303. n. I. quæ geſſerit?

gesserit? ibid. & 304. a n. II. usque IV. vixit inter bella & dissidia, & cur? 305. n. V. & VI. nunquam fuit Abbas in Admont. 306. n. VI.

Episcopi Sabionenses seu Viennenses in Austr.
fuerunt tres ex monasterio ad S. Petrum Salisb. Monachi, & quinam illi? 137. n. I.

Erhardus Abbas S. P.
ex Magistro scholæ ad S. Petrum anno 1434. fit Monachus, Sacerdos & Prior ibidem 372. n. I. altero anno Abbas. n. II. & anno non completo mortuus. n. III.

Eremitorium SS. Maximi & Soc.
fuit occasio, quod S. Rupertus Salisburgum venerit. 31. & 32. n. II. etiamnum existit post tot sæcula. 32. n. III. fuit a S. Ruperto in capellam commutatum. n. III. quæ capella sæpius consecrata & renovata fuit ibid. *Vid. S. Maximum M. cum Soc.* Item *vid. pag. 242. n. V.*

S. Erentrudis Virgo.
an fuerit soror S. Ruperti? pag. 34. n. IV. Salisburgum venit cum S. Ruperto. 43. n. XIV. Virginum cœtui Ord. S. Bened. in Nonnberg præficitur. pag. 50. n. XX.

Eugenius III. SS. Pontif.
confirmavit per duas bullas donationes & privilegia monasterii ad S. Petrum. pag. 221. n. XII. & XIII.

Ezzius Abbas S. Petri.
an & quomodo Episcopus Salisburgensis. pag. 13. n. XV. an socius cum S. Ruperto ex patria veniens? pag. 44. n. XIV. item 81. a seq. a n. I. usque VI. an & quid de eo in specie dici valeat? 88. n. VI. an nostros Monachos in Carinthiam miserit? 88. n. VI.

F.

Ferdinandus II. Rom. Imp.
non tantum privilegium confirmavit de vino evehendo, sed etiam quantitatem determinavit. 554. n. XXXIII.

Ferdinandus III. Rom. Imp.
confirmavit privileg. augustiss. antecessoris. 555. n. XXXIV.

B. Flobargisus Episc. Salisb.
fuit in ordine tertius Episcopus Salisb. & sextus Abbas. 89. n. I. quid de illo scriptum? 90. n. II. quo anno mortuus? 91. n. III.

Fridericus I. Archiep. Salisb.
quis fuerit? & quo anno in Archiepiscopatu successerit? 168. n. II. obtinuit confirmationem pro Metropoli Salisburgensi. 169. n. III. restauravit monasterii disciplinam. 170. n. IV. separavit bona & constituit novum abbatem. ibid. qualis hæc bonorum separatio fuerit? 171. n. V. quo anno obierit? 172. n. V.

Fridericus de Bethove.
dedit jus patronatus in Kirchberg prope Wietting. 288. n. II.

Fridericus II. Rom. Imper.
confirmavit Monasterio fundationem Patris sui Liupoldi. 268. n. VIII.

Fridericus III. Rom. Imper.
speciali diplomate confirmavit omnia Monasterii ad S. Petrum privilegia. 390. n. XXIV. petiit ex nostro Monasterio religiosos pro Monasterio Obernburg in Labach. 400. n. IV. etiam in causis Wiettingæ patrocinium impendit. 409. n. XIX.

Fridericus II. Archiep. Salisb.
contumaces cuffrarios in Halla compescuit. 298. n. XVI.

Fridericus IV. Archiep. Salisb.
dedit Petro Abbati Jus piscationis in Ahen. 392. n. XXVI.

Fuldensis ecclesia,
huic Salisburgensis ecclesia obligationem habuit, & quare? 96. n. V.

Fundationes.
quales factæ fuerint sub Petro Abbate? 393. n. XXVIII. quales sub Ruperto V.? 405. n. XIII. sub Abbate Virgilio. 424. n. XXVI. sub Abbate Wolfgango. 437. n. XI. sub Abbate Ægidio. 473. n. VII. sub Abbate Alberto III. pag. 540. n. XIII. sub Edmundo Abbate. pag. 596. n. XVIII. & XIX. fundatio Lerchenfeldiana quid sit? ibid. n. XVIII, quid de Reschiana prima? n. XIX.

G.

B. Gebhardus Archiep. Salisb.
fundavit Monast. Admontense in Styria. 190. n. XI. ibidem sepultus. 191. n. XIII.

Georgius I. Abbas S. P.
quam zelosus pro disciplina regulari collapsa? 364. a n. I. in hac restauranda nullis sumptibus pepercit. 366. n. IV. eapropter etiam multa adversa tulit. 367. n. V. post sui Monasterii reformationem monasterium in Beurn reformavit. 367. n. VI. quæ alia utiliter gesserit pro bono Monasterii? 369. a n. VIII.

Georgius II. Abbas S. P.
post naufragium, quod evasit. 465. n. I. in Abbatem electus & confirmatus. ibid. & 466. n. II. & III. aliquot dierum Abbas. ibid.

Gerwicus Abb. S. P.
in ord. 26tus. 188. n. IX. accepit varias pro Monast. donationes. n. X.

Gisilarius.
fuit discipulus S. Ruperti. pag. 44. n. XIV. ejus reliquiæ quandonam in novam eccles. Salisburg. translatæ. 109. n. XIV.

Godefridus Abbas S. P.
Anno 1741. in Abbatem electus, confirma-

tus & benedictus. pag. 640. a n. III. usque VI. ejus merita ante electionem. 645. a n. VII. usque IX. quam laudabiliter Abbatiam rexerit? 646. n. IX. & X. Item 648. a n. XIII. & seq. quo anno obierit? 647. n. XI. & XII.

Godefridus Besselius Abbas Gottwic.
quam erudite de instrumento Arnonis scripserit? 122. n. VI.

Godefridus de Wietting.
dedit monasterio ad S. Petrum prædium Wietting in Carinthia. 230. n. I. & seq.

Goldenstein Castrum.
qualis locus, & ubi situs? 360. n. XIX. quo anno ad monasterium pervenerit? ibid. & seq.

Gregorius IX. SS. Pont.
contulit usum mitræ Monasterio ad S.P. 265. n. III.

Gregorius Schenkius Arch. Salis.
tuebatur monasterii jura. 342. n. VIII. & fecit fundationem. 343. n. IX.

Gregorius Sinn.
Monachus S. P. anno 1500. profess. & de monasterio optime meritus. 419. n. VIII.

Guidobaldus Archiepisc. Salisburg.
quam sollicitus pro necessitatibus Monast. ad S. Petrum? 565. n. V. & 568. n. VII. donavit Monasterio cœptum ædificium aulicum. 569. n. IX. confirmavit transactionem super antiqua præcedentia. 570. n. XI.

Guntherius Comes.
Oettingæ exstruxit capellam. 105. & ad illam consecrandam invitavit S. Virgilium. ibid.

Gymnasium Salisb. Ord. S. Bened.
cui originem suam debeat? 521. a n. V. & seq. ubinam primam sedem habuerit? 523. n. VIII. quo anno & a quo ad Universitatem elevatum? 526. n. XI. & seq.

H.

Hallinensis Ecclesia.
ejus incorporatio cum Monast. S. P. confirmata. 426 n. XIX. item 433. n. VII. in actualem possessionem tradita. 434. n. VIII. & IX. quo anno cum Abbatisaugiensi permutata? 458. n. V. VI. & seq.

Hansizius Marcus Soc. Jes.
unus ex præcipuis Scriptoribus historiæ Salisburgensis. 2. n. II. Chronologiæ autem antiquæ contrarius. 12. a n. XIV. & seq. eliminat quinque Episcopos & Abbates. ibid. an cum fundamento? n. XV. quid in genere sentiat de adventu, fundatione & obitu S. Ruperti? pag. 14. n. XVI. ejus primum fundamentum de regibus austras. & ducibus Bav. exponitur. 15. n. XVIII. & refellitur. n. XIX. an alterum fundamentum de discipulis S. Ruperti. 18. n. XX. sit alicujus valoris? n XXI. quid de die resurrectionis tanquam de die obitus scribat? pag. 20. a n. XXII. usque XXV. an & quomodo sibimet quoad chronologiam contradicat? 23. n. XXVI. an & ex quibus motivis monachatum S. Ruperti defendat? pag. 43. n. XIII. non bene asserit Ansologum, Savolum & Ezzium fuisse socios S. Ruperti. pag. 44. n. XIV. quid de corpore S. Amandi Ep. Salisburgum allato sentiat? 47. n. XVIII. vocat Ansologum, Savolum & Ezzium non bene abbates vicarios. 84. n. IV. & V. ejusdem erroneam opinionem de regula S. Bened. a Fuldensibus ad Monasterium S. Petri traducta ipsemet revocat & reformat. 95. & 96. n. V. ejus sententia de Instrumento Arnonis. 121. n. V.

S. Henricus Imperator.
quam pretiosam donationem fecerit Monasterio ad S. Petrum? 178. n. VI. an cum effectu secuto? ibid. restauravit & dotavit Monasterium in Nonnberg. 183. n. II.

Henricus II. Dux Austriæ.
quam munificus erga Monasterium S. Petri? 235. n. VII. VIII. & IX.

Henricus I. Abbas S. Petri.
obtinuit prædium Wietting. 230. n. I. seq. duo prædia in Dornbach, & a quo? 235. n. VII. & VIII. item silvam ad 82. jugera. 236. n. IX. promotus ad episcopatum Gurcensem, ubi & mortuus. 338. n. XII.

Henricus II. Abbas ad S. P.
Ex monacho S. Petri primum factus Abbas in Biburg. 240. n. I. inde ad abbatiam Monasterii, ubi professus, revocatur. 241. n. II. reparavit & consecrari fecit eccles. S. Michaelis. 242. n. III. ecclesiam S. Crucis. ibid. n. IV. & capellam inferioris dormitorii. n. V. ipso vivente S. Vitalis miraculis cœpit florescere. 243. n. VI. quo anno resignaverit? ibid. n. VII.

Hermannus Monachus S. P.
quam industrius anno 1280. antiquorum instrumentorum collector? 301. n. XXII.

S. Hermes M.
quis fuerit? 139. n. I. ejus reliquiæ Roma Salisburgum translatæ, a quo & quo anno? 140. n. eod.

Heroldus Archiep. Salisb.
ex quo stemate? 160. n. I. a quo pallium obtinuerit? ibid. ab initio regiminis non adeo infelix, & quare? n. II. sustulit litem cum laureacensibus. ibid. fuit Archicapellanus Ottonis M. 161. n. III. an corpus S. Martini Salisburgum attulerit? 161. & 162. n. IV. V. & VI. cur & quando excœcatus, & sacris interdictus? 164. n. VII. a SS. Pontif. etiam a sua sede dejectus. 165. n. VIII.

Historia Salisburgensis.
ejusdem quinam præcipui Scriptores? pag. 2. n. II.

Hochwartus Laurent.
Canonicus Ratisbonensis, quid de adventu S. Ruperti notaverit? pag. 27. n. XXX.

Hübnerus Joannes.
qualem Chronologiam statuat de regibus Austrasiæ

Auſtraſiæ & Ducibus Bavariæ ab anno 508. usque 761. pag. 17. n. XIX.

Hucbertus Dux Bavariæ.
quid ad ſedem Salisb. donaverit? 124. n. VIII.

Hundius Wiguleus.
unus ex primis rerum Salisburgenſium Scriptoribus. 2. n. II. male correctus a Mabillonio. 9. n. IX. & X. quid de anno obitus S. Ruperti ſentiat? 26. n. XXIX.

I.

Jacobus Kuen Archiep. Salisb.
celebravit Synodum Salisburgi anno 1569. pag. 479. n. VII. & rurſus anno 1573. pag. 480. n. VIII. ad utramque vocavit Benedictum Abbatem S. P. ibid. cum eodem Abb. varios contractus iniit. 481. n. X. & XI. pro Abbate in Michaelbeurn conſtituit Martinum monachum ex monaſt. S. P. 492. n. III.

Jacobus Erneſtus Liechtenſt. Arch. Sal.
liberavit pro bono monaſterii aliquod prædium ab oneribus dominii directi. 650. n. XV. fundavit miſſam anniverſariam. ibid.

Inſtrumentum Arnonis
ſeu tabulæ antiquæ de donationibus
Salisburgo factis.
quo anno hoc inſtrumentum compoſitum? 121. n. V. an? & ubi primigenium vel ſaltem antiquiſſimum? 122. n. VI. quid in illo contineatur, ſecundum partes exponitur. pag. 124. usque 128. a n. VII. usque ad n. XIII. an chronologiæ recentiorum hiſtoricorum faveat? pag. 128. n. XIII.

Joachimus Abbas ad S. Petrum.
Monachus & Prior in monaſterio Weſſobrunnenſi. 518. n. II. exin adminiſtrator & Abbas Salisb. ad S. P. 519. n. III. quam ſollicitus pro ſuis religioſis, ut in ſtudiis excolerentur? 520. n. IV. fuit delegatus ad extera monaſteria pro ſtabilienda gymnaſii confœderatione. 521. n. VI. quam bono effectu? 522. n. VII. fuit primus aſſiſtens perpetuus Univerſitatis Salisb. 527. n. XII. quam ſollicitus pro conſervanda diſciplina regulari? 528. n. XIII. pro decore in eccleſia. n. XIV. pro bono œconomiæ. ibid. in feſto S. Bened. obiit 529. n. XV. ante ſummum altare ſepultus. ibid.

B. Joannes I. Epiſc. Salisb.
conſtitutus a S. Bonifacio Salisburgenſis Epiſcopus. 93. n. I. unde hic venerit? ibid. n. II. an fuerit ille, ad quem ſcripſit Alcuinus? 94. n. III. quot annis regnaverit? 95. n. IV.

Joannes de Reicherſperg. Arch. Salisb.
ordinavit reformationem in monaſterio ad S. Petrum anno 1431. & per quem? 365. n. II. & ſeq. dedit noſtro Abbati Georgio I. mandatum reformandi Monaſterium in Beurn. 367. & 368. n. VI. & VII.

Joannes Erneſtus Thunius Archiep. Salisb.
fecit in Monaſterio duplicem fundationem. 595. n. XVI. & XVII.

Joannes II. Abbas S. P.
in ordine 50mus. 331. n. I. ejus vitæ Synopſis. ibid. accepit duplex mandatum de reſtituendis bonis. 332. n. II. ſub eodem aliqua bona acceſſerunt Monaſterio 333. & 334. a n. III. usque V. controverſiam de libera ſepultura exortam compoſuit. 335. n. VI. & aliam circa decimas. n. VII.

Joannes III. Abbas S. P.
præfuit utiliter octo annis. 360. n. I. quæ bona comparaverit? 361. a n. II. usque VI. quæ ad certum tempus elocarit? 363. n. VII.

Joannes IV. Staupitz Abbas. S. P.
quondam Prior & Provincialis Lutheri 448. n. I. religioſus exin in Monaſterio ad S. Petrum Salisb. 449. n. II. & Abbas ibidem. n. III. & IV. qua via id acciderit? ibid. a n. I. poſt duos annos obiit. 453. n. VI.

Joannes Schlittbacher O. S. Ben. Monachus Mellicenſis in Auſtria.
quondam delegatus Viſitator in Monaſterio ad S. Petrum. 378. n. V. & VI.

Irimpertus Abbas S. P.
duobus annis præfuit. 193. n. I. & quidem inter ſummas calamitates. ibid. ſub ipſo quales monachi vixerint, vel mortui fuerint? 194. n. II.

Iſingrimus.
Monachus ad S. P. & primus Abbas Admontenſis. 191. n. XIII.

Julius II. SS. Pontif.
confirmavit incorporationem eccleſiæ in Hallein. 433. n. VII.

Jus antiquæ præced.
Monaſterio S. P. reſervatum. 214. n. V. confirmatum anno 1148. ab Eberhardo I. Archiepiſc. S. 234. n. V. & rurſus eodem anno a Capitulo Salisb. ibid. n. VI. confirmatum ab Eberhardo II. Arch. Salisb. 256. n. VIII.

Jus collectionis.
reſervatum monaſterio. 214. n. V. ſæpius confirmatum. 234. n. V. & VI. item 274. n. V. quandonam exſpiraverit? ibid.

Jus plebeſanum.
fuit translatum a monaſterio S. P. ad DD. Canonicos Salisb. 212. n. III. & quo anno? & ſub quibus conditionibus? ibid. & 213. a n. IV.

Jus ſepulturæ.
impugnatum anno 1368. ſed rurſus compoſitum. 335. n. VI. confirmatum a Nicolao V. SS. Pont. 389. n. XXII. quale ſit ſpecialiter circa familiares monaſterii? 544. n. XVIII.

Juvavia Vetus.
quis Juvaviæ veteris ante S. Rupertum ſtatus fuerit? pag. 29. & 30. n. I. an & quæ ejusdem rudera exiſtant? ibid. qualiter deſtructa, & quomodo ſubverſa? ibid.

L.

Lapis ſepulchralis S. Ruperti.
an & qualem in Chronologia auctoritatem habeat? pag. 15. n. XVII.

Laurentius Abbas Cellensis O. S. Ben.
anno 1451. Visitatoris officium gessit in Monast. S. Petri. 378. n. VI.

Leo III. SS. Pont.
contulit Arnoni Archiepiscopo Salisb. dignitatem Archiepisc. 121. n. IV. venit in suis calamitatibus ad Carolum Regem. 129. n. XV.

Leonardus Archiepisc. Salisb.
fecit transactionem cum patella Salinaria in Hallein cum Abbate Wolfgango. 431. n. IV. & seq. tradidit eidem Abbati ecclesiam Hallinensem in actualem possessionem. 434. n. VIII. quam providus fuerit in discordi electione pro bono Monasterii? 443. n. I. & seq.

Leonardus Abbas S. P.
biennio tantum Abbatiæ præfuit. 351. n. I. sub eodem quædam bonorum locationes acciderunt. 352. n. II. & III. quædam etiam in Dornbach controversia composita. 253. n. IV.

Leonardus Abbas Mellicensis in Austr.
ex mandato Archiep. Salisb. reformavit Monasterium S. Petri anno 1431. pag. 365. a n. II.

S. Leopoldus Austriæ Marchio.
benefactor Monasterii ad S. Petrum. 225. n. XIV.

Leopoldus VII. Dux Austriæ.
extruxit capellam S. Catharinæ & fecit fundationem. 254. n. IV. liberam vecturam 30. vasorum vini. ibid.

Leopoldus probus Arth. Austr.
dedit licentiam colligendi subsidium in Carinthia. 341. n. V.

Leopoldus Firm. Arch. Salisb.
quam Clemens erga Godefridum Abbatem S. Petri neo-electum. pag. 644. n. VI.

Lilium.
an vere excreverit ex sepulchro S. Vitalis? 72. n. XV.

Ludebertus Archiep. Salisb.
Vid. Udelbertus.

Ludovicus II.
Rex Romanorum, an & quando Salisb. fuerit? 141. n. II.

B. Luipramus Archiep. Salisb.
Quis & qualis fuerit? 139. n. I. attulit reliquias S. Hermetis M. 140. ibid. ejus præcipua gesta exponuntur. 140. & 141. n. II. tristia fata incendii & famis expertus obiit, & quo anno? & ubi sepultus? n. III.

Luminaria.
Miraculosa tempore S. Ruperti visa in Pongeu. pag. 49. n. XIX.

M.

Mabillonius Joannes.
Benedictinus gallus quid de adventu S. Ruperti? 7. n. VIII. & quid de anno obitus judicet? 8. n. IX. ejus fundamenta. 9. n. X. an & quid roboris habeant? 9. & X. a n. XI. usque XIII. quid hic auctor de S. Vitale, Ansologo, Savolo & Ezzio sentiat? pag. 57. n. I. item pag. 83. n. III. fuit præsens Salisburgi anno 1683. pag. 609. n. XXXV. quantum Patres Mezgeros æstimaverit? ibid.

Marcus Sitticus Archiep. Salisb.
constituit anno 1614. ex Monast. S. P. monachum pro Abbate in Michaelbeurn. 507. n. XXI. quam providus fuerit pro bono monasterii post mortem Martini Abb.? 517. a n. I. usque III. elegit ordinem benedictinum pro novo gymnasio, quod fundavit. 521. n. V. quem in hunc finem ad extera Monasteria delegaverit? 521. n. VI. quam sollicitus fuerit pro conservanda regulari disciplina? 528. n. XIII.

S. Martini Episc. corpus.
an unquam ex gallia fuerit allatum Salisburgum? 161. n. IV. V. & VI.

Martinus Abbas ad S. Petrum.
scripsit Chronicon Abbatum usque ad annum 1613. pag. 3. n. III. abjuravit in juventute hæresin. 491. n. I. factus monachus & sacerdos in monast. S. Petri, & quo anno? ibid. n. II. brevi post administrator & Abbas in Michaelbeurn. 492. n. III. post tres annos in proprio monasterio in Abbatem electus & confirmatus. 493. n. IV. & seq. ejus sollicitudo in dissolvendis debitis? 496. n. VII. in comparandis bonis immobilibus. ibid. n. VIII. Item 498. n. IX. & X. cur & quæ bona vendiderit? 499. n. XI. similiter aliqua permutaverit? 500. n. XII. totam ferme Monasterii structuram confecit. 501. n. XII. Bibliothecam quasi primus plantavit. n. XIV. quam sollicitus pro antiqua observantia? 502. n. XV. pro decore domus Dei? 503. n. XVI. quam acceptus DD. Wolfgango Theod. Archiepisc.? 504. n. XVII. & seq. quantas gratias ab eodem acceperit? ibid. 505. n. XVIII. fuit altera vice constitutus administrator ad S. Mich. in Beurn. 505. n. XIX. quam administrationem post 14. annos resignavit. 506. n. XX. omnis generis calamitates vidit & sensit, & quas in specie? 508. a n. XXII. usque XXV. sepulchrum sibimet adhuc vivens elegit. 511. n. XXVI. quo anno mortuus & quam honorifice sepultus? 512. n. XXVII. vivens aliquam domum in Kirchgass emit & rursus permutavit. 514. n. XXX. & XXXI. pariter privilegii Austr. renovationem obtinuit. 516. n. XXXII.

Martinus Abbas ad Scotos Viennæ.
anno 1451. auctoritate apostolica visitavit Monasterium S. P. 378. n. VI.

Matthæus Langius Archiepisc. Salisb.
ordinavit & dispensavit Joannem Staupizium ad Abbatiam S. Petri. 449. a n. II. & seq. sub hoc Archiep. facta permutatio eccles. Hallin. cum abbatisaug. 458. a n. V. & seq.

Maurus Abbas in Michaelbeurn.
ex Monacho S. Petri in Abbatem ibidem eligitur anno 1530. pag. 419. n. VIII.

S. Maximilianus Epiſc. & Mart.
in ejus honorem S. Rupertus eccleſiam in Pongeu exſtruxit & qua occaſione? 48. & 49. n. XIX. propter cellam S. Maximiliani quæ lis orta tempore S. Virgilii? 102. n. VIII. & ſeq. item 127. n. XII.

Maximilianus I. Imperator.
confirmavit omnia privilegia anteceſſorum. 420. n. X.

Maximilianus Gandolphus Arch. Salisb.
Plaineuſis eccleſiæ. 592. n. XIII. Monaſterii Ord. S. Auguſt. in Tittmoning. 593. n. XIV. & Hallinenſis fundator. 594. n. XV. quam ſingularem affectum in his tribus fundationibus erga monaſterium S. P. oſtenderit? ibid. a n. XIII. usque XV.

S. Maximus Mart. cum Sociis.
ejusdem antiqua ſpelunca Salisb. ad S. P. quam antiquum monumentum? p. 30. & 31. n. II. ejusdem origo & martyrium quod in illa S. Maximus ſubiit cum Sociis, deſcribitur. pag. 31. n. II. ibid.

Mazelinus Abbas S. P.
quo anno ad Abbatiam venerit? 182. n. I. interfuit translationi S. Erentrudis. 183. n. II. ubi lumen oculorum omiſit & quare? ibid. quod dum accepit, factus eremita. n. III. ubinam ſepultus? 184. n. IV.

P. Meichelbek Carolus O. S. B.
quantum æſtimaverit codicem quendam noſtri Monaſterii manuſcriptum. 177. n. IV.

P. Mezgeri Ord. S. Benedicti.
præcipui hiſtoriæ Salisburgenſis ſcriptores. 2. n. II. tres germani fratres floruerunt in ſæculo elapſo. 606. n. XXXII. quis fuerit P. Franciſcus? ibid. quis P. Joſephus? 607. n. XXXIII. quis Paulus? n. XXXIV. in quanta æſtimatione omnes tres apud Mabillonium fuerint? 609. n. XXXV.

Michael Grieſſauer Abbas in Admont.
poſt reſignatam Abbatiam in Monaſterio ad S. Petrum vixit, ibidem mortuus & ſepultus. 447. n. VII.

Milldorff.
ibidem domus & capella ad Monaſterium ſpectans. 296. n. XIII.

Millſtatt in Carinthia.
quondam celebre Ord. S. Ben. Monaſterium. 380. n. VII. quo tempore ad alios venerit? ibid. fuit a Petro Abbate viſitatum & reformatum. 380. & 381. n. VIII. & IX.

S. Modeſtus Ord. S. Ben.
quis ante Epiſcopatum fuerit? 107. n. XII. a S. Virgilio in Carinthiam miſſus. ibid. in loco *Solienſi* quid fecerit? ibid. quid de ejus ſepulchro? ibid.

Monachi ad S. Petrum.
quinam Sæculo IX. & X. vixerint? 173. n. I. qui a condito Monaſterio per 4. ſæcula obierint? 174. n. II. quales ſub Titone Abbate fuerint? 181. n. VIII.

Monaſt. monial. Ord. S. Bened. ad S. Petrum.
quandonam erectum? 205. n. IV. quo anno & quo promotore extinctum? 485. n. IV.

Monaſterium S. Petri Salisb.
a S. Ruperto fundatum. pag. 40. n. XI. ſub regula S. Benedicti. 41. n. ibid. cujus S. fundator primus Epiſcopus & Abbas fuit. pag. 41. n. XII. flammis conſumptum ſub Luipramo Archiep. 141. n. II. item ſecunda vice ſub Balderico Abbate. 211. n. II. ſed iterum ab eodem reſtauratum. ibid. ab hoc Monaſterio translatum fuit jus plebeſanum, & quo anno? 212. n. III.

N.

Nunburga ſeu Nonnberg.
ibidem S. Rupertus ſanctimonialium cœtum Ord. S. Bened. inſtituit. pag. 50. n. XX. hujus loci deſcriptio. ibid. de ipſius extructione & dotatione quid antiqua documenta referant? cit. l. quid de donationibus huic Monaſterio factis referant tabulæ Arnonis? 126. n. XI. Nunburgam reſtauravit S. Henricus Imperator. 183. n. II.

Nicolaus V. SS. Pont.
confirmavit privilegium liberæ ſepulturæ. 389. n. XXII.

O.

Oeſelius Andreas.
rerum boicarum prius non editarum eruditus collector. 27. n. XXX.

Oettinga Vetus.
ibidem S. Rupertus capellam cultui B. V. M. conſecravit. pag. 37. & 38. n. VIII. item pag. 105. n. X. aliam ibi renovatam conſecravit S. Virgilius. ibid.

Ortolphus Archiep. Salisb.
quam benignus fuerit erga Monaſterium S. Petri ſub Ottone I. Abb. S. P. pag. 325. a n. VI. usque XII.

Otilo Dux Bavariæ.
commendavit S. Virgilium ad Epiſcop. Salisb. 99. n. III. & quo anno? 101. n. 5. dedit cellam S. Maximiliani Urſo Capellano ſuo 102. n. VI. ſed hanc ablatam rurſus reſtituit S. Virgilio cum aliis bonis. 103. n. VIII. de aliis ipſius donationibus. 124. n. VIII.

Otto Magnus.
fuit Salisburgi. 169. n. II. quam munificus in Eccleſiam Salisburgenſem? ibid.

Otto I. Abbas S. P.
ipſius elogia ex antiquis & recentioribus manuſcriptis. pag. 322. & 323. n. I. & II. an prius fuerit Monachus Admontenſis? 324. n. III. obtinuit uſum Dalmaticæ. 324. n. IV. & mandatum de revocandis decimis a SS. Pont. 325. n. V. quantos favores obtinuerit ab Ortolpho Archiep. Sal. 325. a n. VI. usque XII. de fundationibus ſub eodem factis. 328. n. XIII. quæ alia utiliter geſſerit idem Abbas? 329. n. XIV. & XV.

Otto II. Abbas S. P.
ejus geſta in Synopſi. 337. n. I. cur a SS. Pont. in ſua Abbatia confirmatus? 338. n. II. quos alios favores a SS. Pontifice obtinuerit? 339. n. III. & IV. quos a Ducibus Auſtriæ? 341. n. V. & VI. magnam etiam ab Archiepiſcopis aſſiſtentiam expertus. 342. n. VII. & VIII. ſuſcepit & ordinavit fundationes. 343. n. X. & XI. quæ bona ſub hoc Abbate variis titulis acceſſerint? 345. a n. XII. an & quænam bona vendiderit? 347. n. XV. quæ permutaverit? n. XVI. de ortis ſub ipſo & compoſitis controverſiis. 348. n. XVII.

& XVIII. obtinuit executionem mandati apostolici de restituendis decimis. 349. n. XIX.

Otto de Oberndorf.
dedit Monasterio prædium Knaunsperg. 309. n. VIII.

Otto Episcopus Passav.
confirmavit exemptionem capellæ in Dornbach. 284. n. V.

Otto IV. Rom. Imper.
suscepit Monasterium S. Petri in reformationem. 253. n. II.

P.

Pabenschwand prædium.
quo anno ad Monasterium venerit? pag. 625. n. XIII. & seq.

Paris Lodronius Archiepisc. Salisb.
cultor S. Ruperti devotissimus. pag. 54. & 55. n. XXIV. & XXV. quantus pro sepulchro S. Vitalis benefactor? 68. n. XII. fundator Universitatis Benedictinæ Salisb. 526. n. XI. fundavit anniversf. in Monast. S. P. 540. n. XIII. studuit promovere universalem unionem monasteriorum Ord. S. Bened. in Germania. 551. n. XXVII. & XXVIII. fuit auctor, Promotor & Protector congregationis Benedictinæ Salisb. pag. 552. n. XXIX. & seq.

Paulus Diaconus.
quis fuerit? 9. n. X. quid de principibus bojorum scripserit? ibid.

Paulus III. SS. Pont.
confirmavit permutationem ecclesiæ Hallinensis cum Abbatis-augiensi. 460. n. VII. & VIII.

Patella Salinaria in Hallein.
quæ & quando a monasterio S. P. ad cameram Archiepiscopalem translata? 431. a n. IV. & seq.

S. Petrus Apost.
in ejus honorem S. Rupertus primam ecclesiam Salisb. exstruxit. pag. 40. & 41. n. XI.

Petrus Abbas ad S. Petrum.
Ejus vitæ compendium. 373. n. I. quo anno electus & confirmatus in Abbatem? 374. n. II. & III. sub hoc Abbate nova reformatio observata. 377. n. IV. denuo renovata. 378. n. V. & per visitationem de novo stabilita fuit. n. VI. post peractum in suo Monast. visitationem idem Abbas visitavit alia monasteria, & quidem Millstadiense. 379. n. VII. VIII. & IX. S. Pauli in Carinthia. 382. n. X. Admontense in Styria. n. XI. item tria monialium Monasteria. 383. n. XII. quam sollicitus fuerit pro decore domus Dei? 383. & 384. n. XIII. & XIV. promovit honorem S. Vitalis. ibid. varias erexit confœderationes pro solatio defunctorum. 384. a n. XV. usque n. XXI. obtinuit varias a variis privilegiorum confirmationes. a pag. 389. usque 393. a n. XXII. usque XXVII. sub eodem Abbate variæ factæ sunt fundationes. 393. n. XXVIII. comparavit curiam in Krembs. 394. n. XXIX. & XXX. etiam alia bona variis modis. 395. n. XXXI. & XXXII. quo anno obierit, & ubi sepultus? ibid. n. XXXIII.

Philippus Archiep. Salisb.
quam beneficus erga Monasterium S. Petri? 274. a n. IV. usque VIII. quam triste sub eodem schisma exortum? 280. n. XIII.

Pichl in Ensthall.
quo anno & sub quo Abbate ad Monasterium venerit? 226. n. XVI.

Pilgrimus I. Archiep. Salisb.
quo anno in Archiepiscopatu successerit? 153. n. I. & a quo Pallium acceperit? n. ibid. fuit Archicapellanus Imperatorum. 154. n. II. quot annis juvaviensem sedem rexerit? ibid.

Pilgrimus II. Archiepisc. Salisb.
assistebat Monasterio in tuendis juribus 342. n. VII.

Pilgrimus II. Abbas S. P.
post biennium resignavit, sed iterum altera vice restitutus Abbatiæ? 249. n. I.

Pinzgovia.
a S. Vitale ad fidem conversa. 65. n. IX.

Placidus Abbas S. Petri.
quis ante Abbatiam fuerit? 619. n. III. per unanimia in Abbatem electus, & quo anno? 619. n. IV. & seq. quam zelosus pro templi ornatu in- & externo? 622. n. VII. & VIII. pro bono confratrum tam spirituali quam temporali. 623. n. IX. & X. quam variis modis bonum Monasterii promoverit? 624. n. XI. condidit cryptam pro defunctis Abbatibus. 625. n. XII. comparavit prædium Pabenschwand a n. XIII. usque XVIII. similiter castrum Goldenstein. 630. a n. XIX. usque XXIV. obtinuit facultatem benedicendi. 634. n. XXV. & XXVI. similiter renovationem privilegiorum. n. XXVII. & seq. quo anno obierit? 637. n. XXIX. in crypta, quam ipse exstruxit sepultus. n. XXX.

Plainensis fundatio.
a quo & a quo tempore originem trahat? 592. n. XIII.

Preitinowe seu Praitenau.
ejus donatio facta a Friderico I. Archiep. Salisb. anno 988. pag. 171. n. V. & confirmata a Chunrado Arch. Salisb. anno 1141. pag. 218. n. X.

Privilegium evehendi vinum ex Austria.
a quo concessum? 254. n. IV. sæpius renovatum. 268. n. VIII. 341. n. VI. 392. n. XXV. pag. 488. n. VIII. pag. 516. n. XXXII. pag. 530. n. XV. pag. 554. n. XXX. & XXXIV. pag. 635. n. XXVII. & XXVIII. pag. 648. n. XIII.

Professores gymnasii Salisb.
ubinam Salisburgi primam sedem habuerint? 523. n. VIII. quinam primi fuerint? 525. n. IX.

R.

Reformatio.
in Monasterio ad S. Petrum notabilis facta anno 1431. pag. 364. a n. I. & seq. item pag. 378. n. V. & VI.

Reginbertus Episc. Patav.
consecravit capellam in Dornbach. 225. n. XV.

n. XV. eidemque contulit Decimas. ibid. dedit plenam poteſtatem ibidem celebrandi officia divina. cit. l.

Reginbertus Abbas S. P.

Ex Monacho Admontenſi Abbas ad S. P. 207. n. I. quam liberalem in ſe ſenſerit Conradum Arch. Salisb.? 209. n. II. promotus ad Epiſcopatum Brixinenſem & quo anno? 210. n. III.

Reginwardus Abbas S. P.

ſub hoc Abbate fundatum fuit Monaſterium in Admont. 191. n. XI. variæ ſub eodem factæ donationes. 192. n. XIV.

Richerus Abbas S. P.

ejus vitæ Synopſis. 272. n. I. quam felix ejus regimen ab initio, & quare? ibid. a n. II. usque VIII. obtinuit exemptionem capellæ Dornbacenſis. 277. n. IX. compoſuit litem cum Monaſterio Elſenbach ſeu ad S. Vitum. 278. n. X. obtinuit confirmationem privilegii evehendi vina. ibid. n. XI. eidem delegata executio ſententiæ pontificiæ. 279. n. XII. ſubſecuto ſchismate inter duos Archiepiſcopos ærumnis confectus obiit. 280. n. XIII. & XIV.

Rudolphus Rex Roman.

inobedientes Monaſterii ſubditos in Wietting compeſcuit. 298. n. XVII.

Rumplerus Angelus.

Abbas Ord. S. Bened. Fornbac. quid de anno converſionis gentis boicæ ſentiat? 27. n. XXX.

S. Rupertus Epiſc. I. & Abbas Salisb. Fundator.

De ejus adventu & obitu certum annum ſtatuere quam difficile, & cur? pag. 4. n. IV. ejus lapis ſepulchralis an & quid probet? 15. n. XVII. an aliquid de loco, de anno, de parentibus S. Ruperti dici poſſit? pag. 33. n. IV. quid de ejus epiſcopatu Wormatienſi referat Mezgerus? 34. n. V. quid Hanſizius? pag. 35. n. eod. fuit fere Epiſcopus Wormatiæ. 35. n. VI. non autem Wormatia expulſus aut Romam profectus. ibid. qua occaſione S. Rupertus in Bavariam venerit? pag. 36. n. VII. ubinam Theodonem Bav. Ducem baptizaverit? ibid. an? & cur nomen Apoſtoli Bavariæ mereatur S. Rupertus? pag. 36. n. VII. & pag. 37. n. VIII. an ſit fundator Monaſterii Weltenburg? n. VIII. an conſecraverit capellam vet. Oettingæ? ibid. profectus in panoniam, quid ibidem egerit? 38. n. IX. in reditu laureacum venit ibid. an etiam ad partes Sclavorum & urbem Celeiam? ibid. an corpus S. Maximiliani inde transtulerit? ibid. Laureaco reverſus primam eccleſiam in Wallerſee exſtruxit. 39. n. X. ab hoc loco Salisburgum veniens ſedem epiſcopalem erexit & Monaſterium ad S. Petrum fundavit. pag. 40. n. XI. ſub regula S. Benedicti pag. 41. n. ibid. fuit Salisb. primus Epiſcopus & Abbas. n. XII. an vero Benedictinus? in utramque partem fundamenta exponuntur. pag. 41. & 42. n. XII. & XIII. poſt primam fundationem in patriam abiit pro Sociis, & quinam illi? 43. & 44. n. XIV. inde reverſus etiam S. Erentrudem Salisburgum duxit. ibid. an & quando attulerit corpus S. Amandi Epiſcopi. 44. & 45. n. XV. & cujus S. Amandi? pag. 45. n. XVI. in ejus honorem capellam, quæ hodie S. Margaritæ dicitur, 47. n. XVII. & in honorem S. Maximiliani eccleſiam in Pongeu exſtruxit, & qua occaſione? 48. & 49. n. XIX. inſtituit parthenonem Nonnbergenſem. 50. n. XX. brevi ante obitum pro ſucceſſore ordinavit B. Vitalem. 51. n. XXI. & in die reſurrectionis inter miſſarum ſolemnia ſancte obiit. 52. n. XXII. & quidem 27. Martii. ibid. in Monaſterio ad S. Petrum, quod condidit, ſepultus. ibid. quot annis corpus in hoc ſepulchro delituerit? ibid. an & cur Sanctorum albo adſcriptus? ibid. hujus S. corporis pars ſuperior primitus a S. Virgilio in novam Metropolim translata fuit. 52. n. XXIII. quid porro poſt hanc primam translationem cum reliquiis S. Ruperti acciderit? pag. 53. n. ibid. quæ tamen quoad mediam partem ſemper manſerunt in Monaſterio ad S. Petrum. 53. & 54. n. XXIV. quo anno elevatæ? ibid. in diem hodiernum publice coluntur. 55. n. XXV. traditur aliquando apparuiſſe Balderico. 229. n. XVIII.

Rupertus II. Abbas S. P.

Succeſſor Mazelini, ſed quo anno? 185. n. V. ſub hoc fundatum Monaſt. Elſenbacenſe in Bav. Ord. S. Ben. n. VI.

Rupertus III. Abbas S. P.

Succeſſor immediatus Ruperti II. 186. n. VII. an & quæ ſub eodem factæ donationes? ibid.

Rupertus IV. Abbas S. P.

in ordine 47mus. 306. & quis fuerit? ibid. n. I. iniit confœderationem. 307. n. II. varias fecit bonorum locationes. 308. n. III. usque V. quæ alia memorabilia ſub ipſo acciderint? 309. a n. VI. usque X. de variis confœderationibus, locationibus & permutationibus ſub hoc Abbate factis. 311. n. XI. & XII. quæ bona hic Abbas comparaverit? 312. n. XIV.

Rupertus V. Abbas S. P.

Ex præpoſito Wiettingæ. 398. electus in Abbatem S. Petri anno 1466. pag. 399. n. II. & III. quam zeloſus pro diſciplina regulari? 400. n. IV. quam ſollicitus pro decore domus Dei? 401. n. V. & VI. obtinuit privilegium de decimis novalium. 402. n. VII. & incorporationem parochiæ in Wietting. n. VIII. & ſeq. iniit varias confœderationes. 404. n. X. XI. & XII. acceptavit fundationes. 405. n. XIII. variis modis bonum Monaſterii promovit. 406. n. XIV. usque XVII. ſpecialem curam pro Wiettinga habuit. 408. n. XVIII. XIX. & XX. Vixit ſub quinque Archiepiſcopis. 410. n. XXI. & XXII.

S.

Salisburg. episcopalis sedes.
Quandonam ad Metropolim elevata? 117. item 120. n 1. & IV. *Vid. in V. Arno I. Arch. Salisb.*

Salisburgum novum.
De hoc præcipua *vide in V. S. Rupertus I. Ep. Sal.* De primis donationibus Salisburgo factis. *Vid. in Instrum. Arn.* Item de primis ecclesiis Salisb. ibid.

Salisburgum vetus.
Vid. Juvavia vetus.

Savolus Abbas S. P.
an & qualis Abbas? pag. 13. n. XV. an ex numero Episc. Salisb. eliminandus? ibid. item 81. 82. n. I. & II. non fuit inter socios, qui ex Francia cum S. Ruperto venerunt. 44. n. XIV. non tamen Episcopus intrusus. 83. III. neque Abbas secundarius & Vicarius. 84. n. IV. & V. an & quid de Savolo memoriæ proditum sit? 88. n. VI.

Sæculum VItum.
Monasterii ad S. Petrum quam memorabile fuerit? 245. n. I.

Sæculum XI. Salisburgense.
anno 1682. cum magna pompa celebratum 598. a n. XX. & seq.

Schönslevius Ludovicus.
quid de adventu, fundatione & obitu S. Ruperti sentiat? 11. n. XIII.

Seekirchen.
idem, quod olim Wallersee. 39. n. X. ubi S. Rupertus primam ecclesiam exstruxit. ibid. quid status modernus hujus ecclesiæ? ibid. hujus loci parochia quondam Monasterio ad tempus collata. 277. n. VIII.

Separatio bonorum.
a sede Metropolitana & Monasterio S. P. quandonam & qualis facta fuerit? 170. & 171. n. IV. *Vid. in V. Fridericus I. Arch. Salisb.*

Sepulchrum S. Ruperti.
quandonam fuerit apertum? 54. n. XXIV. visitatur devote a fidelibus. 55. n. XXV. *Vid. in V. S. Rupertus.*

Sepulchrum S. Vitalis.
Vid. in V. S. Vitalis.

Sepulturæ Jus.
Vid. *Jus Sepulturæ.*

Sigismundus I. Archiep. Sal.
ordinavit Petrum Abbatem pro Visitatore in Mülstatt Ord. S. Ben. anno 1455. pag. 380. n. VIII. item pro Monasterio S. Pauli. 382. n. X.

Sigismundus III. Archiep. Salisb.
in primo officio pontificali post sui consecrationem benedixit neo-electum Abb. S. P. 660. n. X. stabilivit Monast. incorporationem Vic. ad S. Annam. 663. n. XIV.

Simon I. Abbas S. P.
Ejus regimen longum & felix. 251. n. I. a SS. Pontif. confirmationem omnium bonorum. 252. n. II. & ab Ottone IV. protectionem obtinuit. 253. n. III. sub hoc Abbate accidit fundatio in capella S. Cath. 254. n. IV. variæ etiam factæ fuerunt jurium confirmationes. a n. V. usque VIII. dono accepit sylvam in Gosach. 260. n. XII. controversiam cum plebano viennensi. n. XIII. nec non diuturnam litem cum Monasterio Admontensi pacifice composuit. 261. n. XIV. XV. & XVI.

Simon II. Abbas S. P.
post paucos annos resignavit. 287. n. I. obtinuit Jus patronatus in Kirchberg. 288. n. II. composuit aliquam litem circa decimas. ibid. n. III. vindicavit aliquod prædium. 289. n. V. constituit redditus pro vestimentis fratrum. 290. n. VI. dono accepit aliquod prædium in Pars. n. VII.

Simon III. Abb. S. P.
inter fratrum discordias in Abbatem electus. 443. n. IV. post quatuor annos rursus officio cedit. 445. n. V. obtinuit bullam a Leone X. Pont. n. VI. an & quæ in Monasterii utilitatem egerit? 446. n. VII.

Simplicius.
Monachus S. Petri collegit requisita pro canonizatione S. Vitalis. 76. n. XVIII.

Sixtus IV. SS. Pont.
dedit Monasterio speciale privilegium de novalium decimis. 402. n. VII. ordinavit commissarium pro incorporatione parochiæ in Wietting. 402. n. VIII.

Solienſis ecclesia in Carinth.
a S. Modesto in honorem B. V. exstructa. 107. n. XII. in hac S. Modestus sepultus. ibid.

Spondanus.
ejusdem de adventu S. Ruperti sententia. pag. 26. n. XXIX.

Staupitius Joan.
Vid. *Joannes IV. Abb. S. P.*

Strasswalchen eccles.
fuit ab Archiepisc. Arnone permutata. 131. n. XVII.

Sunthemius Ladislaus.
quis fuerit? & quid de Theodone & S. Ruperto scripserit? pag. 28. n. XXX.

Synodus Salisb.
celebrata anno 1418. sub Eberhardo III. Arch. Sal. 359. n. VII. quid in ea præprimis sancitum? ibid. alia de anno 1569. pag. 479. n. VII. ejusdem decreta anno 1573. executioni tradita. 480. n. VIII.

T.

Tassilo Dux Bav.
fundavit Monast. Kremsmünster. 110. n. XVI. pro consiliis habuit S. Virgilium Episc. Salisb. ibid. quæ bona Salisburgo donaverit? 124. n. VIII.

Theodebertus.
filius Theodonis Ducis Bav. pag. 49. n. XIX.

huic

huic Theodo moriens commendavit causam S. Ruperti. ibid. ejus ope S. Rupertus parthenonem Nonnbergensem instituit. 50. n. XX. quænam bona idem Theodebertus post mortem Patris S. Ruperto donaverit? 124. n. VII.

Theodo IV. Dux Bav.

S. Rupertum ad se invitavit. 36. n. VII. & ab eo cum suis baptismum recepit. ibid. dedit licentiam in provincia novas ecclesias exstruendi. 37. n. VIII. ejus ope S. Rupertus ecclesiam S. Petri & episcopatum erexit. 40. n. XI. moriens filio causam S. Ruperti commendavit. 49. n. XIX. quænam fuerint speciales donationes ab hoc Theodone S. Ruperto factæ? 123. n. VII.

Theodones Bavariæ Duces.

plures referuntur ejusdem nominis. 16. n. XVIII. & pag. 17. n. XIX. sub quonam floruerit S. Rupertus? ibid. item pag. 24. n. XXVII.

S. Thiemo Abb. S. P. Archiep. Sal. & Martyr.

ejus vitam quinam scripserint? 195. n. I. quis fuerit S. Thiemo? 196. n. II. ad Abbatiam S. P. ex Altachio vocatus & electus. n. III. Abbatiam bis deserere cogitur & quare? ibid. quo anno & quomodo ad Archiepiscopatum fuerit promotus? 197. n. IV. quid gesserit, & quam multa passus fuerit in Archiepiscopatu? 197. 198. n. V. & VI. in Carinthia ad mortem usque exagitatus, ex custodia tamen liberatus. 198. n. VII. inde in terram sanctam abiit. 199. n. VIII. ubi crudeli martyrio fuit affectus. n. IX. & quo anno? ibid.

Tito Abbas S. P.

post Frider. I. Archiep. Sal. Abbas nostri Monast. 177. n. V. quis ante Abbatiam fuerit? 178. n. ibid. sub hoc pretiosa donatio facta fuit Monasterio S. P. a S. Henrico, quamvis sine fructu. 178. n. VI. & quare? ibid. quales donationes factæ fuerint sub hoc Abbate? 180. n. VII. de ejus obitu annus est incertus. 181. n. VIII.

Traditio Salisb. antiqua.

de adventu, & fundatione S. Ruperti in quo consistat? pag. 24. n. XXVII. item de obitu S. fundatoris. 25. n. XXVIII. quam gravibus fundamentis nitatur? ibid. n. XXVIII. item pag. 26. & 27. n. XXIX. & XXX.

S. Trudpertus Mart.

an fuerit frater germanus S. Ruperti? pag. 34. n. IV.

U.

Udalricus Episcopus Patav.

confirmavit privilegia ecclesiæ in Dornbach. 393. n. XXVII.

Udalricus Abbas S. P.

sub hoc Abbate incœperunt scripta Professionis testimonia. 355. n. I. quæ bona & quibus titulis eodem promotore ad Monast. venerint? 356. a n. II. & seq. interfuit Synodo Salisb. anno 1418. celebrato. 359. n. VII.

Udalricus Abbas in Beurn ad S. Mich.

ex Monacho S. Petri constitutus Abbas ad S. Mich. Buræ. 507. n. XXI. post varia fata resignavit, ibidem mortuus. 508. n. ibid.

Udelbertus Archiep. Salisb.

non differt a Ludeberto. 155. n. I. & II. an & quid de ejus gestis & de morte dici possit? 156. n. III.

Velserus.

quid de anno adventus & obitus S. Ruperti sentiat cum aliis? pag. 6. n. VII. an ejus systema sit verosimile? ibid.

S. Vincentius M.

quis fuerit? 149. n. III. ejus reliquias quis Salisburgum attulerit? ibid. & unde? n, IV. quid de reliquiarum hujus S. translatione? ibid.

S. Virgilius Episcopus Salisb.

quid de hoc sancto referant manuscripta antiqua? 97. n. I. unde venerit? 98. n. II. & qualiter ad Ducem Bavariæ Ottilonem? 99. n. III. ab eodem ad Episcopatum Salisburgensem commendatur. ibid. an & quæ lis inter hunc & S. Bonifacium? 99. & 100. n. IV. & quando? ibid. in episcopatu per duos annos non fuit consecratus. 101. n. VI. cujus opera in functionibus episcopalibus usus? ibid. quam sollicitus in defendendis bonis fundationis? 102. n. VII. ejus propterea litigium cum Urso presbytero. ibid. & 103. n. VIII. accepit non tantum ab Ottilone cellam S. Maximil. ablatam, verum & alia bona. ibid. quid de anno consecrationis in Episcopum? 104. n. IX. invitatus ad ecclesiam Oettinganam. 105. n. X. misit discipulos in Carinthiam. 106. n. XI. specialiter Modestum. 107. n. XII. an ipsusmet in Carinthiam venerit? ibid. exstruxit novam ecclesiam Cathedr. Salisburgi. 108. n. XIII. in quam transtulit mediam partem reliq. S. Ruperti, & reliquias Kunialdi & Gisilarii. 109. n. XIV. manstit tamen simul Abbas ad S. Petrum. 109. n. XV. quæ alia præclare gesserit? 110. n. XVI. subscripsit fundationi Monasterii in Kremsminster. ibid. fuit a consiliis Tassilonis Ducis Bavariæ. ibid. ex visitatione redux obiit. sed quo anno? 111. n. XVII. ejus reliquiæ quando & qua occasione inventæ? 112. n. XVIII. miraculis claruit ibid. & n. XIX. sanctis adscriptus. ibid.

Virgilius II. Abbas S. P.

Ex priore ad ortum sæculi decimi. 413. n. I. electus Abbas. 414. n. II. & III. confirmatus quo anno & a quibus? 416. n. IV. & V. septem annis præfuit. 418. n. VI. & quidem utiliter ibid. sub hoc Abbate & boni n. VII. & multi fuerunt religiosi. 419. n. VIII. obtinuit confirmationem pontificiam & cæsaream omnium privilegiorum. 420. n. IX. & X. ex mandato Archiepiscopi confirmavit Abbatissam in Lengsee & Göss. 421. n. XI. & XII. in quo utroque Monasterio visitationem

regularem instituit. 422. n. XIII. & XIV. pariter & in Monasterio Offiacensi. 424. n. XV. bonum proprii Monasterii variis modis promovit. 424. n. XVI. XVII. & XVIII. obtinuit confirmationem ecclesiæ paroch. in Hallein. 426. n. XIX. quo anno mortuus? 427. n. XX. in statu bono Monasterium reliquit. 428. n. I.

S. Vitalis Episcop. & Abb. S. P.
De hoc sancto quinam scripserint? 56. n. I. an & quid de ipsius patria dici possit? 58. n. II. quandonam discipulus S. Ruperti esse cœperit? ibid. fuit verus S. Ruperti discipulus & socius laborum. 59. n. III. & quidem ut Monachus Benedictinus. 60. n. IV. fuit a S. Ruperto adhuc vivente constitutus Successor. 61. n. V. secundus episc. Salisb. consecratus. n. VI. pariter & secundus, non primus Abbas ad S. Petrum. 62. n. VII. qualem se in regimine episcopali & abbatiali exhibuerit? 64. n. VIII. an in vita miracula patraverit? 64. n. IX. præter alios Pinzgovienses convertit. 65. n. ibid. sancte mortuus. 65. n. X. & quo anno? 66. n. ibid. quid de ejus sepulchri forma antiquissima? 66. n. XI. quid de intermedia? 68. n. XII. & quid de novissima constet? 69. n. XIII. an & quando miraculis clarere cœperit? 72. n. XIV. an ex S. Vitalis sepulchro lilium excreverit? 72. n. XV. quam thaumaturgus & beneficus fuerit? 74. n. XVI. hujus sancti canonizatio incœpta. 74. & 75. n. XVII. & continuata fuit. 75. n. XVIII. actualis autem impedita, sicut & solennis translatio. 77. n. XIX. concessa tamen licentia celebrandi missam & recitandi officium. & sub qua clausula? 78. 79. n. XX. & XXI. anno autem 1628. hæc licentia per totam diœcesin extensa 80. n. XXII. an & quæ de S. Vitale exstent monumenta? ibid.

Vitalis rubræ vallis.
Monachus S. Petri, & vir summe meritus. 419. n. VIII.

Universitas Salisburgensis.
quo anno & a quo erecta? 526. n. XI.

Ursus presbyter.
quis fuerit? 102. n. VI. petiit ab Ottilone cellam S. Maximiliani. ibid. ea propter litem habuit cum S. Virgilio. 102. n. VII. & qualiter hæc composita? ibid. & 103. n. VIII.

W.

Wallersee.
lacus Salisburgo vicinus. 30. n. X. nunc idem, quod Seekirchen. *Vid. Seekirchen.*
ibidem primam ecclesiam struxit S. Rupertus. cit. loc.

Weichardus Archiepisc. Salisb.
Levavit anno 1315. reliquias S. Ruperti. 53. n. XXIII. & aliorum SS. ibidem.

Weltenburg Monast. O. S. B.
an primordia sua debeat S. Ruperto? 37. n. VIII.

Wezelinus Abb. S. P.
in ordine 31mus. 203. n. I. sub eodem habitacula religiosorum fuerunt permutata. ibid. & antiqua residentia Monasterio donata. 204. n. II.

Wichboto Abbas S. P.
in ordine 36tus. 245. n. I. & II. ejus vitæ synopsis. 246. n. II. sub eodem variæ bonorum confirmationes & donationes acciderunt. 246. n. III. usque VI.

Wietting in Carinthia.
a quo & quo anno ad S. Petri Monasterium devenerit? 230. n. I. & seq. item pag. 276. n. VII. ibidem subditos inobedientes compescuit Rudolphus Rex Rom. 298. n. XVII. ejus specialem curam habuit Rupertus V. Abbas S. P. 408. n. XVIII. & XIX. in aspera fata incidit anno 1480. sed denuo liberata. 410. n. XX.

Wilhelmus Archid. Austriæ.
concessit liberam vecturam vini in certa quantitate. 341. n. VI.

Wolfgangus Theodoricus Arch. Salisb.
quam benignus erga Monasterium S. Petri? 501. n. XIII. item 504. n. XVII. quam munificus pro decore nostræ ecclesiæ? 505. n. XVIII. quantum æstimaverit Abbatem nostrum? 505. n. XIX.

Wolfgangus Abbas S. P.
in Abbatem eligitur anno 1502. pag. 428. & 429. n. I. II. & III. sub hoc patella Salinaria in Hallein fuit translata. 431. n. IV. V. & VI. obtinuit a SS. Pontif. confirmationem incorpor. ecclesiæ in Hallein. 433. n. VII. & renovationem possessionis a Leonardo Archiep. hujus sedis. 434. n. VIII. de confœderationibus & fundationibus sub hoc Abbate. 436. & 437. n. X. & XI. quæ bona emerit? 438. n. XII. quæ permutaverit? n. XIII. quas controversias composuerit? 439. n. XIV. quas calamitates? 439. n. XV. difficultates? 440. n. XVI. & fratrum discordias expertus? 441. n. XVII. quo anno mortuus? 442. n. XVIII. post ipsius mortem periculosæ in Monasterio circumstantiæ. 443. n. I.

Explicit Index Alphabeticus.

Errata

Errata.

Pag.	Col.	Lin.	Error.	Corrigendus.
7	2	58	poteſtas	Bojariæ
12	2	59	captam	cœptam
14	2	38	anno 216.	anno 716.
15	1	ult.	Manuſcripta	Manuſcriptum
20	2	20	meo	mox
24	2	24	Auſtriæ	Auſtriam
25	2	29	Die ortu	Die orto
ib.	2	ult.	DCXXVIII.	DCXXIII.
31	1	28	offerentibus	offerentes
34	1	51	Epiſcopum	Epiſcopatum
36	1	57	nomine dicto	nomine Dieto
38	2	11	Auſtraſiæ	Auſtriæ
40	1	57	eum	cum
49	2	19	eis beneficium	eis in beneficium
52	1	16	acceſſerit	acceſſit
55	1	3	citata	citato
58	1	4	ſolam	ſolidam
63	2	37	485.	585.
64	2	18	quanta	quanto
72	1	34	& c.	& cœtera
72	2	18	evidens	evidenter
73	1	61	denique ſe	denique ſi
74	2	35	de mortuo	demortuo
75	1	34	incertos	in certis
78	1	9	glorioſis	glorioſos
85	1	48	mundus	munus
86	2	15	nnt	ſint
87	1	57	contigit	contingit
88	1	50	Franciſcani	Franciſci
88	2	9	denis	ternis
99	2	27	earum aliquæ nuper	earum aliqua, quæ nuper
100	2	55	ad Bonifacium Papam	*omitt.* Papam
101	2	44	754.	745.
103	1	19	oblatam	ablatam
110	2	37	hanc	hunc
112	1	40	vetuſtionis	vetuſtioris
115	1	11	mortem	morem
ib.	1	12	obſervatam	obſervatum
ib.	1	52	& Adalramo	ab Adalramo
117	1	11	ſucceſſor	ſucceſſit
118	2	5	fratrem amoris	fraterni amoris
120	2	11	impietatem	impatientem
124	1	53	etim	etiam
129	2	24	monaſterii	monaſterium
130	1	13	forma matis	formatis
ib.	1	30	in ſuperius	jam ſuperius
131	1	ibid.	Abbatis Worm.	Epiſcopi Worm.
ib.	2	24	hic annis	hic amnis
132	1	15	XV. Cal.	V. Cal.
138	1	8	Corinthiis	Carinthiis
141	1	46	annus 1510.	annus 860.
144	1	43	S. Stephſiani	S. Stephani
148	1	25	Diethmarus hujus nominis: qui	Diethmarus hujus nominis primus, qui
ib.	2	9	anno 887.	anno 878.
ib.	2	58	Regem & deduceret	Regem eo deduceret,
ib.	2	ult.	Palli decore	Pallii decore
152	1	31	Ipſe quoque	Ipſi quoque
ib.	2	29	ſubjungunt	ſubigunt
157	2	13	Ut comitibus	Et comitibus
158	1	ib.	Confirmare	Confirmari
ib.	1	14	Anno 829.	Anno 929.
ib.	2	6	Meroſitate	Moroſitate
163	2	26	Recenſerat	Recens erat,
165	2	24	Prudententiæ	Prudentiæ,
170	2	15	DCCCCXXXVII.	DCCCCLXXXVII.
180	1	29	Hatto	Patto.
181	2	33 & 34	*Omiſſa ſic lege:*	Jam anno 1005., ut infra dicemus, regimen inceperit: Reginwardus autem abbas, & anteceſſor &c. &c.
182	1	10	Finierent	Finierint,
183	1	7	Pag. 389. & 310.	Pag. 309. & 310.
184	1	11	ſancte mortuus *adde:*	Anno 1026.
191	1	10	anno 1024.	Anno 1074.
192	1	1	filiarum	filiorum
ib.	2	3	martiali thoro	maritali thoro
196	2	42	aliisque	aliusque
199	2	15	pergunt. Alexius	pergunt, quos Alexius
201	2	22	duabus manſis	duabus maſlis
202	1	39	Adalaeronis	Adalberonis
205	1	29	indicit: III.	indictione III.
209	1	1	novimus	vovimus
209	2	29	meremamur	mereamur
212	1	19	A regibus Principibus	A regibus, & principibus
ib.	1	30	cadentis	cadentes
ib.	1	48	aſſumptum	abſumptum
ib.	2	14	anno 1139.	annus 1139.
ib.	2	53	genere	gerere
214	1	21	illaque	illasque
215	1	28	onium	omnium
ib.	2	60	Somanus Gottfridus	Romanus, Gottfridus.
ib.	2	65	Hedrichus	Henricus
219	2	27	incurcere	incurrere
220	2	52	æterna	æternæ
221	1	6	Abbas S. Laurentii	Abbas S. Lamberti
ib.	2	14	cum Wildorf	ad Wildorf
222	1	26	loco plumpi	loco plumbi
224	1	57	diſtriſte	diſtricte
225	1	35	duas huras	duas huvas
226	1	42	ſub juribus	ſuis juribus
ib.	1	44	poſt facta	poſt fata
ib.	2	4&5	culta inculta	Culta, & inculta.
227	1	35	Adalberto	Adalbero
ib.	2	1	Denominuta eadem illa	Denominata eadem villa
ib.	2	10	ſu- ſuper	ſuper
ib.	2	26	Stamehelmin, Meginhardi. *corrige*	Stameheimin, Meginhard, filius Meginhardi
ib.	2	38	No. 214.	No. 274.
ib.	2	58	Sigiberto	Sigibotto
ib.	2	61	Smerbach	de Smerbach
228	2	7	reſtituerint	reſtituerent
ib.	2	39	accomodandum	accomodandam
ib.	2	55	Heincico	Heinrico
229	1	12	V. Non. Jan.	Non. Jun.
ib.	1	14	ad S. Petrum adeo	ad S. Petrum: adeo
ib.	2	30	de manu ad annum	de manu ad manum
230	in tit.	1	Henricus	Henricus I.
ib.	2	7	prætio	prædio
ib.	2	9	inſtrueretur	inſtitueretur
231	1	51	diplomati	diplomatis
ib.	2	56	Gofridus	Gotfridus
ib.	2	61	ex	&
233	1	35	Et in occupatus	*Omitt.*
236	2	59	ſylva	ſylve
238	2	2	rei geſta	rei geſtæ
241	2	10	concedere	concedere deberemus
245	2	57	addicit	addidit
246	2	5	Fiuchten Chuchlen	Fiuchten ad Chuchlen
ib.	2	51	ſuper	ſemper
247	2	10	conſonam	conſonum
249	1	23	VI. Idus Octobris eligitur	Wicboto - - - VI. Idus Octobr. obiit, Pilgrinus V. Idus Octob. eligitur
250	1	9	quod viverent	quoad viverent
ib.	2	2	Sigiberto	Sigibotto
252	1	7	quod diebus	quot diebus
253	1	53	Portunenſis Ep.	Portuenſis Epiſcopus
254	2	25	Hottfridus	Gotfridus
256	1	36	usque lignorum	uſuque lignorum
ib.	1	44	quodam	quondam
257	1	33	contrarie	contraire
ib.	1	53	Plebanum S. Petri	Plebanum S. Pauli
ib.	2	34	renunciavit	renunciarit
260	1	13	poteeit	poterit
ib.	1	49	termini in lacum	termini in latum
ib.	1	62	celebravit	celebrabit
261	1	43	martici	matrici
ib.	1	54	arca	area
ib.	1	61	quem	quam
ib.	2	7	hic	hii
ib.	2	50	applicare	applicuere
262	1	6	abbatis	abbas
ib.	1	7	abbas	abbatis
ib.	1	28	Extincta	Extinctus
ib.	2	18	Nogatium	Negotium
263	1	50	valeant	valeat
265	1	37	profuiſſe	præfuiſſe
266	1	3	in bullæ	vi bullæ
269	1	23	noſtre	veſtre
270	1	penult.	morentibus	moventibus
ib.	2	17	ennnciare	renuntiare
ib.	2	52	poſſiderint	poſſiderent
ib.	2	53	providerint	providerent
273	1	31	apud S. Petri	apud fratres S. Petri
ib.	2	26	XIII. Sept.	XIII. Kalend. Sept.
274	1	27	Numine	Munimine

Pag.	Col.	Lin.	Error.	Corrigendus.
276	2	44	exiget	exigit
ib.	2	ult.	ſigilli noſti inſignatam	ſigilli noſtri inſignitam
278	1	52	ratihabitatone	ratihabitione
ib.	1	61	noſtro collegio	in noſtro collegio.
ib.	2	23	apparuit	apparuerit
279	1	12	altefactus	altefatus
ib.	1	61	D. de Weiſſowe	Domino O. de Weiſſowe
ib.	2	44	revocavit	renovavit
280	1	2	interdicti	interdici
ib.	1	47	munitus	monitus
ib.	2	13	tam primum	tum primum
ib.	2	40	ipſius	ipſus
ib.	2	57	Gontiscæ	Pontificiæ
281	2	3	dictionem	ditionem
ib.	2	8	Quod non priori adhæ-ſerint	Quod priori adhæſerint
284	1	33	duo loco	duo loca
ib.	1	35	habet, vel habebat	habet, vel habebit
286	2	ib.	munitus	monitus
289	2	24	Foderlein ſatis	Foderlein ſalis
290	1	12	pellica	pellicea
ib.	2	14	a Gabone	a Pabone
292	1	32	exiſtit	exſtitit
293	1	11	Dietmaro	Dietmarus
294	1	20	ſingulis anno	ſingulis annis
ib.	1	26	celebravit	celebrabit
ib.	1	48	interludi	intercludi
ib.	1	51	recipi	recepi
295	1	38	viri venerabilis	viri venerabiles
296	1	28	majores decimæ	majoris decimæ
ib.	2	14	arcam	aream
ib.	2	penult.	cepellæ	capellæ
297	1	26	confuſi	confiſi
298	1	33	inſinuactionis	inſinuacionis
ib.	1	40	requiremus	nequiremus
ib.	1	46	pre: ſto	preſto
299	1	57	a monaſterio Salzburgenſi annuatim	a monaſterio Salzburgenſi tres libras denariorum Salzburgenſium annuatim
301	1	44	geſta, que	geſta, quæ
ib.	2	43	quoque	quoquo
303	2	46	& ex parte	& pro parte
ib.	2	antepen.	ademptaret	adtemptaret
306	2	4	Succeſſere	Succeſſore
308	1	26	nobis	vobis
309	1	33	lilteræ	litteræ
ib.	1	42 & 50	dem Erwenigen	dem Erwerigen
311	2	24	Infragabilem	Irrefragabilem
314	2	56	anno XXII.	anno XXIII.
315	1	46	Patriæ	Pataviæ
ib.	2	41	vier und zwanzigſten Jar	vier und vierzigſten Jar
317	1	36	Alspach	Aſpach
ib.	1	antepen.	Fratum	Fratrum
ib.	2	43	probitationis	propitiationis
318	2	3	vicinam commu-	civicam communitatem
319	1	54	peragre	peragere
ib.	2	11	antiquivis	antiquis
320	1	15	anno 1518.	anno 1318.
ib.	2	13	fececit	fecerit
321	2	12	anno 1313.	anno 1315.
ib.	2	17	in quædam capella	in quadam capella
ib.	2	25	S. Vincentius Chryſanthus	Sanctus Vincentius, Sanctus Chryſanthus
325	2	26	alveo abbulæ	alveo albulæ
327	2	16	Dicti fratres noſtri, noſtrorumque	Dicti fratres pro noſtri, noſtrorumque
ib.	2	30	decantandum	decantandam
328	2	14	vocubatv	vocabatur
ib.	2	25	in in oblay	in ir oblay
330	1	16	Trongarten	Frongarten
ib.	2	2	ille anno	illo anno
334	1	60	eo	ea
ib.	2	22	Marchzanten	Marchharten
335	1	24 & 34	in der Geigl	in der Guigl
ib.	2	52	ab affectu	ab effectu
ib.	2	57	monaſterium noſtri	monaſterium noſtrum
ib.	2	61	alio	alia
336	1	28	zu nennen	zu nemmen
ib.	2	8	zu chraing	zu chring
338	2	26	anno 1376.	anno 1375.
ib.	2	57	quod annis	quot annis
339	1	55	anno 1384.	anno 1385.
ib.	2	25	& abbatem	ad abbatem
340	2	15	poſitis	poſſitis

Pag.	Col.	Lin.	Error.	Corrigendus.
340	2	23	conver ſatoribus	conſervatoribus
341	2	9	in Cartnthia	in Carinthia
343	1	50	revocatur	renovatur
ib.	2	6	ir oblaq	ir Oblay
ib.	2	11	genannt Watth	genannt Raith
ib.	2	27	Nicolao Trieſen	Nicolao Frieſen
344	1	35	erat religions	erat religioſus
ib.	1	50	Angree	Andree
ib.	2	17	colligendas	colligendos
345	1	48	duam ſororibus	quam ſororibus
ib.	2	28	Cive Halligni	Cive Hallinenſi
346	2	8	præfecturam	præfectura
347	1	23	Nnno eodem	Anno eodem
ib.	1	25	pecuniam libram	pecuniæ libram
ib.	1	36	anno dicta	anno dicto
ib.	2	51	in Fragaſſen	in Tragaſſen
348	1	8	Arntorf	Arnſtorf
ib.	1	51	veroſi militer	veroſimiliter
ib.	2	29	compenſatio	compenſatis
ib.	2	38	protacta	protracta
349	2	ib	n. VI.	n. IV.
351	1	6	nomini	nonniſi
ib.	2	11	duobus-anni	duobus annis
352	1	21	zwey Sünne	zwey Sünnen
ib.	2	18	Antichl	Artichl
ib.	2	32	von Hauſperg	von Haunſperg
353	1	5	zerung	zu erung
ib.	1	61	exepediri	expediri
ib.	2	49	permittitur	premittitur
ib.	2	antepen.	Stephani	Stephanus
354	1	8	perpetua	perpetue
ib.	2	17	promiſſa	premiſſa
356	1	3	expreſſi	profeſſi
ib.	1	9	qui egerint	quid egerint
357	1	20	Sarchen	Starchen
ib.	1	59	Plaiſſiger Bett	Blaiſſiger Bett
ib.	1	63	geſchraiben	geſchrieben
ib.	1	ib.	ſaid Zeigen	ſaino Zeigen
ib.	2	26	Grinperger	Reinperger
ib.	2	28	allan den	allen den
ib.	2	35	in ſein Abbtag	in ſein Abbtey
ib.	2	51	Nuz geweſen	Nutz, und Gewer
ib.	2	antepen.	ob er	oben
358	2	48	banent	babent
360	in tit.	3	ab ann. 1430. usque 1428.	ab ann. 1420. usque 1428.
361	2	4	Dominum directum	dominium directum
362	1	38	Zahl	zahlt
ib.	1	antepen.	Radelcher Gericht	Radecker Gericht
ib.	1	20	vor Chriſti gepurde	von Chriſti Gepurde
ib.	1	18	reparandum	reparandam
ib.	1	37	Sital	Spital
364	1	2	labefacta	labefactata
365	1	4	altefactus	altefatus
ib.	2	25	in ore	in vero
ib.	2	56	exequaris	& exequaris
ib.	2	57	ut perfertur	ut prefertur
366	1	53	collocutus	allocutus
ib.	2	17	plerasque	pleraque
367	1	8	in welcher	in welchen
ib.	1	17	als er reform.	als er die reformat.
ib.	1	30	widerum reſtaur.	widerum will reſtaur.
ib.	1	61	ſie	die
ib.	1	penult.	ſondter ſein	hinter ſein
368	1	30	mebris	membris
ib.	2	7	1438.	1434.
ib.	2	13	& ſtatim dicetur	ut ſtatim dicetur
ib.	2	14	aliis usque	aliis iisque
ib.	2	17	fuerit	fuit
369	1	in marg.	anno 2431.	anno 1431.
ib.	2	2	hiſſtatt	hofſtatt
ib.	2	18	der Pnief	der Prief
ib.	2	19	An ſand Andres nach	An ſand Andres Abend
ib.	2	35	des gegenwärtigen Herrn	des gegenwärtigen Brief mainen gnädigen Herrn
ib.	2	antepen.	Hauſen	Hanſen
370	1	1	darunten	darunter
ib.	2	16	in præfectum	in præfectura
371	1	14	pagendo	peragendo
372	2	11	&	ut
ib.	2	39	chariſſimus	clariſſimus
375	2	33	ad partem ſecedentem	ad partem ſecedentes
376	2	46	per aliud	per alium
ib.	2	antepen.	dicto diplomate	edito diplomate
378	1	28	Friderico IV.	ſub Friderico IV.
381	1	50	ſigulis	ſingulis
ib.	2	1	poſitis	poſſitis
ib.	2	20	advocate	advocato

Pag.	Col.	Lin.	Error.	Corrigendus.
381	2	32	Feindt	Freindt
382	1	31	D. Sigismundo	a D. Sigismundo
ib.	1	44	mutandis	mutatis mutandis
ib.	2	5	euer jeder	euer jedem
ib.	2	15	& quibus litteris	ex quibus litteris
ib.	2	37	diverso sunt	diversæ sunt
ib.	2	antepen.	genere, &	genere illustrem, &
ib.	2	ult.	quo	quæ
383	2	30	provenerit	pervenerit
384	2	antepen.	existit	exstitit
385	1	2	sub ullo tot	sub ullo abbate tot
ib.	1	45	vincenda	vincienda
ib.	2	7	ex nobis per vos	ex vobis, nobis per vos
ib.	2	15	communitorum	communitarum
ib.	2	42	presentigus	presentibus
386	1	34	chariratibus	charitatibus
ib.	2	1	modestissimus	modestissimis
388	2	lb.	paternitatis, & charitatis	paternitatibus, & charitatibus
389	1	4	cum	vel
ib.	2	15	jam	tam
390	1	4	dignaremur	dignaretur
391	1	21	occurret	occurrit
392	2	49	bekennen	bekennen
393	1	11	Unz	Nutz
394	1	55	in Geigl	in Gnigl
395	1	60	Weizgarten	Weizgarten
ib.	1	antepen.	situm	sitam
396	1	54	Friderico III.	Friderico IV.
ib.	1	57	tandem	tantum
399	1	10	quadragenmo	quadragesimo
ib.	1	15	anno 1555.	anno 1455.
ib.	1	46	Hæc	Hic
ib.	2	23	Quem Deus atque	Quem Deus &c. Atque
ib.	2	penult.	compararet	compareret
400	1	16	ad nos	ad vos
ib.	1	20	percipiendo	precipiendo
ib.	2	39	ad finem anni 1646.	anni 1446.
ib.	2	56	begere wir	begeren wir
ib.	2	58	aus dem Kloster	aus dein Kloster
ib.	2	ult.	gen die	gen dir
401	1	39	pretiosoram	pretiosorum
402	1	in marg.	a Sixto III.	a Sixto IV.
ib.	2	26	amobiles	amovibiles
ib.	2	42	prudictis	predictis
ib.	2	49	nomine	minime
404	1	25	in austria *omissa sunt*	eodem anno cum monasterio Rottensi, pariter nostri ordinis in Bavaria, & anno 1474. cum monasterio Canonicorum &c.
ib.	2	53	prefato nostro	præfato nostro monasterio
405	2	43	jerlich	jährlich
406	2	50	Tridofing	Fridofing
408	1	50	anno 1460.	anno 1469.
ib.	2	1	& libris	liberis
ib.	2	35	in die Georgii	in die sancti Georgii
ib.	2	53	liberavit	liberaverit
ib.	2	54	1480.	anno 1480.
410	1	62	gerent	gererent
ib.	1	17	Stiriam	per Stiriam
ib.	1	29	archiepiscopo	archiepiscopus
ib.	1	33	suppederet	suppeteret
411	1	29	evocavit consiliarii	evocavit, consiliarii
ib.	2	16	cum	eum
ib.	2	56	cum	cui
413	tit.	5	ab anno 1459.	ab anno 1495.
415	1	43	redactum	redactis
ib.	2	16	precepimus	percepimus
416	2	14	redigi	redegi
ib.	2	52	proclamavi	proclamari
ib.	2	56	comparare	comparere
417	1	1	ut	&
ib.	2	18	S. Petri expresse	S. Petri memorati ordinis S. Benedicti &c.
418	2	63	anno 1510.	anno 1501.
420	1	29	possidebitis	possidetis
ib.	2	19	Hann durst	Handurst
421	1	11	Göß	in Göß
422	1	11	perficere	preficere
ib.	1	42	percipiendo	precipiendo
423	1	21	anno 1469.	anno 1496.
425	1	48	unterschaidentlich	unverschaidentlich
ib.	2	7	annum	annuum
ib.	2	26	littevarum	litterarum
ib.	2	49	cive	civi
426	1	27	in Helzen	in Hellen

Pag.	Col.	Lin.	Error.	Corrigendus.
427	2	19	Quinto Nonas Decemb.	Quinto Idus Decembris
429	1	38	monasterii *supple* S. Petri Salzburge Ordinis &c.	
435	1	45	liberato	*debet omitti.*
ib.	2	14	sive	sine
436	1	17	constitutis	constitutus
ib.	1	29	impendenter	impendente
ib.	2	35	testibus *postea supple*	presens interfui, eaque sic fieri vidi, & audivi, ideo hoc &c.
437	1	20	conventui *supple* S. Petri Salzburge Ordin. &c.	
ib.	1	42	fratrem	fraterne
ib.	2	3	canonica	canonia
439	1	22	illo	ille
440	1	43	præ nostre	præ nostra
441	1	19	aiia	alia
ib.	2	marg.	annis	15. annis
442	2	1	caperet'	carperet
443	1	31	alieligena	alienigena
444	1	61	ut	&
450	2	36	munitis	munitarum
451	1	33	eos	nos
ib.	1	antepen.	Patrum	Patrem
ib.	2	52	dopulo	populo
ib.	2	57	quod	quo
452	2	13	Christiano	Chiliano
ib.	2	antepen.	eridam	cridam
454	2	ead.	quia	qui
455	1	4	Priorio	Prioris
456	1	27	Dombacensis	Dornbacensis
ib.	2	36	anno 1525.	anno 1535.
ib.	2	44	agnis extinctus	aquis extinctus
457	1	21	ut	&
ib.	2	44	in dictione	indictione
459	2	22	zu Purch	zu Puech
ib.	2	24	Purchfeld	Puechfeld
ib.	2	39	gepründten	gepeünten
ib.	2	51	&seqq. Pründten	Peünten
ib.	2	58	des Caing-Pründten	des Camppeünten
463	1	53	cusarum	causarum
ib.	2	24	precepisse	percepisse
464	2	3	quanto	quanta
ib.	2	25	vitæ suæ. Simon	vitæ suæ Simon
466	1	24	Dominus	Domino
ib.	2	37	sacerdotio	in sacerdotio
467	2	11	damnus	damus
ib.	2	50	se eligentium	seu eligentium
468	2	ult.	sufficiat	sufficiant
469	1	37	exin	enim
470	1	3	in eum, quem	eum, in quem
ib.	1	57	manus	munus
ib.	2	33	consensu	consensui
ib.	2	44	consignam	consignavi
471	2	5	percipientes	precipientes
ib.	2	8	in spiritualibus *supple* quam in temporalibus	
475	1	3	sedis	sedes
476	1	11	quam	quæ
477	1	18	neminemque	nemineque
ib.	1	39	requiribus	requirimus
ib.	2	21	instans	constans
ib.	2	55	eodemque	eidemque
478	1	27	celebranda	celebrando
ib.	2	12	Romæ	Romanæ
ib.	2	62	preponendas	proponendas
479	2	31	temporius	temporibus
ib.	2	antepen.	vlis	viis
481	2	marg.	propter in Riff	propter decimas in Riff
485	2	39	tam in spiritualibus *supple* quam in temporalibus	
487	2	16	penuria	penuaria
489	1	6	in	it
491	1	61	vestitutus	restitutus
ib.	2	30	proprium	propria
ib.	2	45	quarum	quorum
492	2	11	qui satis dictum	qui, ut satis dictum
ib.	2	20	alter us abbatia	alterius abbatis
493	2	58	conscientibus	consentientibus
494	1	21	conventus	vel conventus
ib.	1	antepen.	nominatione	nominationem
ib.	2	44	electione	electioni
ib.	2	47	consensi	consensu
495	1	49	procedemus	procedentes
496	2	24	consuetum	consultum
ib.	2	40	ex soluti	exsoluti
498	1	43	seu	sed
499	1	39	zu jeden Fällen ꝛc. *supple*	zu Lehen ordentlich empfangen, wie Lehens Recht ist. Urkund dits Brief. Geben, und ꝛc.

Pag.	Col.	Lin.	Error.	Corrigendus.
500	1	16	monaſterium	ad monaſterium
ib.	1	51	ad ſuæ vitæ	ad dies ſuæ vitæ
ib.	2	22	dictatur	dicatur
ib.	2	56	iſto horto	pro iſto horto
ib.	2	61	feciſſe. Martinus	feciſſe Martinus
502	1	15	nimirum	nimium
503	1	16	laudatur	laudatus
505	1	4	eum	cum
511	1	46	rediturus	redditurus
513	1penult.		fuit	fuit habitus
514	1	27	Veterſperger	Unterſperger
515	2	7	cum 23.	cum 13.
519	2	ib.	vocationem	vacationem
ib.	2	42	Superior	Subprior
ib.	2	50	ab eodem	anno eodem
520	1	38	morum integritate *ſupple*	ſufficienter informati
521	1	15	ne	nec
ib.	1	46	gemina	genuina
526	1	10	die	dies
ib.	2	27	laudabiliſſimo	laudabiliſſime
527	2	15	Chiemſis	Chiemenſis
528	1	17	formali	formalia
529	2	21	interfuit	quibus interfuit
531	1	44	ad demum	& demum
ib.	2	27	Parentum	Parentem
ib.	2penult.		Albertinus	Albertus
532	1	55	Apoſt. ſedis *ſupple*	Legato
ib.	2	11	legitimo	legitime
535	1	15	procedenti	procedendi
536	1	14	monaſterium	monaſterii
537	1	52	quidem	quidam
538	1	44	S. vitæ	S. Viti
540	1	29	diem 15ta	diem decimam quintam
ib.	2	13	lapadem	lampadem
ib.	2	31	ad	aſt
ib.	2	35	quia	qui
541	2	4	der	die
ib.	2	41	unerſchwinglicher	erſchwinglicher
ib.	2	44	vorhandenen	vorhandenes
542	2	43	alia proviſio, ne	alia proviſione
ib.	2	57	tredecem	tredecim
543	2	12	aliisque	aliis quoque
544	1	37	& aſſequamur	ut aſſequamur
ib.	1	40	non tam	non tantum
ib.	1	50	libertatem	liberalitatem
ib.	1	56	dereliquit	derelinquit
545	2	26	auricula	arcula
548	1	27	quid	qui
ib.	2	53	at	ut
550	1	32	reverſari	verſari
551	1	5	gratis	gratiæ
ib.	2	19	reditu	reditu
552	1	13	facta	factæ
ib.	1	15	celebratæ	celebrata
554	1	33	ſpectandi	ſpectanti
555	1	6	roboratus	roboratas
ib.	1	ult.	Herrn Vettern	Herrn Vattern
556	1	12&23	Unſlapruck	Böcklapruck
557	1	50	conſultatione	conſolatione
ib.	2	37	iri	in
558	1	31	monaſterii	Monaſterii
ib.	1	38	luctum	lucrum
ib.	1	46	merita	merito
ib.	1	58	ſuevici	ſuecici
ib.	2	13	ſollicitus	ſollicitatus
ib.	2	57	in hanc	in hunc
559	1	8	cum fruitu	cum fructu
ib.	1	39	rogatus	rogatas
ib.	1	46	in novum	in novam
ib.	2	20	momento	memento
560	2	56	palmo	pulmo
561	1	36	ex cornu epiſtolæ *ſupple*	non ſine præcedenti funebri apparatu, qui in vita Alberti &c.
ib.	1	41	de	&
563	1	11	Albertis	Alberti abbatis
ib.	1	18	conſulto	conſueto
564	2	56	prudenter	prudente
565	1	17	rogamus	rogans
566	2	49	univerſalis	univerſis
567	1	5	aſſumptos	aſſumptis
ib.	1	18	ulterius	alterius
ib.	1	33	ſic profeſſum	hic profeſſum
ib.	1	49	clare	dare
ib.	1	61	omnibus	ab omnibus
569	2	36	edocti fuit	edocti ſunt
ib.	2	57	ſtructuræ	ſtructura
570	1	54	reſervatis	reſervatio

Pag.	Col.	Lin.	Error.	Corrigendus.
570	2	8	in Chriſto	in Chriſti
571	1	42 & antep.	ſubſellis	ſubſelliis
ib.	2	12	monuerit	moverint
ib.	2	37	vos	vel
ib.	2	43	eidem abbas	idem abbas
572	1	marg.	IX.	XI.
ib.	2	ib.	electionem	erectionem
ib.	2	40	occurrentibus, *ſupple*	difficultatibus
574	1	19	præter hæc	præter hoc
ib.	1	31	ex cavata	excavata
ib.	1	44	uno & lapide	uno ex lapide
ib.	2	2	anteceſſores	anteceſſoris
ib.	2	7	quia	qui
575	1	46	donavit	dotavit
ib.	2	marg.	1669.	1659.
576	1	27	majores	noviores
ib.	2	34	contigit	contingit
ib.	2	56	confiƈta	confecta
578	1	5	ſub altari majoris	ſub altari majori
ib.	1	15	accederet	accenderet
ib.	1	52	reſervata	reſerata
579	2	42	memorialibus	memorabilibus
ib.	2	49	abbatium	abbatum
ib.	2	antep	diem 4tum	diem 14tum
580	1	25	collectore abbate	collectore Amando abb.
ib.	2	9	elicerit	eluerit
ib.	2	45	4ta Aprilis	14ta Aprilis
581	1	marg.	in honorifice	& honorifice
ib.	1	20	comitatur	comitatus
ib.	2	22	æras	aras
ib.	2	ult.	abbatum	abbatialis
582	2	6	prim.	p. m.
584	2	27	in Chriſto	in Chriſti
ib.	2	44	Principe	Principi
585	1	55	Reverendiſſimo	Reverendo
ib.	2	20	&c. &c.	t. t. tunc temporis
586	1	34	eadem	de eadem
ib.	2	11	ferariæ	ferrariæ
ib.	2	17	ſacerdoti	ſacerdote
587	1	48	quadram	quadrum
ib.	1	49	continentia	continens
ib.	1	56	cum exiguo	cum non exiguo
591	1	26	in Neuthal	in Nunthal
ib.	2	38 & 48	idem error.	
593	1	23	præfulgeat	præfulgeant
596	1	39	archiepiſcopus	Archiepiſcopis
ib.	2	55	donaverit	dotaverit
ib.	2	ult.	communicavimus	communicamus
598	1	35	redactum	redactam
ib.	1	49	induſtria	induſtriam
ib.	2	12	nos earum	noxarum
ib.	2	46	de Vincentio	Divo Vincentio
ib.	2	49	in arca	in area
ib.	2	57	divinorum	divorum
ib.	2	61	delatæ ſunt	delata ſunt
599	1	28	argenteo	argento
ib.	1	39	geſtabant	geſtabat
ib.	2	19	quæ	quas
ib.	2	44	primam	primum
600	1	28	celebrati	celebritati
ib.	2	14	offenſum	oſtenſum
601	1	25	dolore	colore
ib.	1	44	& Vitali Amando	Vitali, & Amando
602	1	52	nominum	nomina
603	1	16	Imperatorum Romani	Romanor. Imperatorum
604	1penult.		qua	quas
605	1	16	in arca	in ara
ib.	1	20	ultima	ultimo
ib.	1	61	incubuit	incumbit
ib.	2	42	reliquo	relinquo
606	2	1	in providos	inter providos
ib.	2	37	montis	mentis
607	1	1	conforma	conformis
ib.	1	59	ingreſſa	impreſſa
608	1	2	iri quo	in quo
ib.	1	27	16. Octobris	26. Octobris
ib.	2	23	Theologis	Theologicis
ib.	2	27	1669.	1659.
611	1	60	Weinperger	Wimberger
ib.	1	61	tertium	teſtium
613	1	19	hymnus	hymno
ib.	2	28	debeant	debebant
614	1	18	Eccleſiaſtis	Eccleſiaſticis
615	1	33	aſtringit	aſtringat
ib.	2	18	qui	quis
616	1	58	3tia Novembris	13tia Novembris
ib.	2	32	compoſito	compoſitio

Pag.	Col.	Lin.	Error.	Corrigendus.
617	2	31	expertum eſt	expertus eſt
619	1	6	Benedictus	Benedictinus
ib.	1	43	P. Marcus	P. Maurus
620	2	50	canonica	canonice
621	1	8	procuratione	peroratione
ib.	2	35	te	de
ib.	2	61	mandato	mandantes
622	2	28	in quam	inquam
623	1	19	prius	pius
ib.	2	63	directioni	directione
624	1	45	exanimati	examinati
625	1	47	unter deren	unter denen
628	1	45 &47	von Pfalz	von Plaz
ib.	1	54	in der Geigl	in der Gnigl
630	2	39	1744.	1743.
631	1	20 &33	Domino	Dominio
ib.	1	54	introductus	introductas
ib.	2	30	conſultum	conſuetum
632	2	5	per	pro
ib.	2	44	oppoſitione	appoſitione
ib.	2	48	reponendam	reponendum
637	1	2	Solcher	Solche
640	2	24	Möhl	Mösl
ib.	2	53	& loco	e loco
646	2	49	robure	robore
650	2	4	an der Wiettenburg	an der Riettenburg
653	2	59	Möhl	Mösl
655	2	27	&	ut
657	1	26	quæ	quo
ib.	2	7	ad locum	a loco
661	1&2	9 & 19	Lünzer	Lürzer
663	1	5	incomplementum	incompletum
668	2	48	Joannes XIII.	Joannes XXIII.
670	2	19	Innocentius III.	Innocentius XIII.
673	2	18	Georgius	Gregorius
679	2	7	pag. 232.	pag. 332.

F I N I S.

Valde dolemus, quod in noſtra abſentia & diſtantia tot errores typi irrepſerint, quos proin, ſicut & alios minoris notæ prudens Lector pro ſua discretione & benignitate corriget & condonabit.

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS

Hoff-Plak.

1. Die Vordere Facciata der Hochfürstl. Thumb-Kirchen.
2. Hochfürstl. Residenz.
3. Lange und schöne Galleria zu der Hochfürstl. Resi„denz gehörig.

18
24
0

Der Thumb=Platz.

Seiten des Hochfürstl. Thumbs gegen dem Haupt=Schlos.
Ein Theil des Haupt=Schlos / oder Vestung Hohen=Salzburg.
Thumb=Probstey.
Die Capitul=gassen.
Capitul=Haus.
Neu=erbautes Thumbherrn=Haus.
Capitul=Casten.
Die Roß=Schwem̃.
Der Bais=berg..

BIBLIOTECA
REGIA
MONACENSIS

XXXX И 89



BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Seeauer, Beda,

Novissimum Chronicon antiqui monasterii ad S. Petrum Salisburgi Ord. S. Benedicti

Augusta Vindelicorum 1772

2 H.mon. 38
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10939915-5
VD18 14794128-001